



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>








MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK  
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

56.N.1





56. 11. 1.



RERUM ITALICARUM  
**SCRIPTORES**  
TOMUS QUARTUS.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.







Maffucci Delin.

Girolamo Frezza scul. Roma con lic de supc



# RERUM ITALICARUM SCRIPTORES

AB ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ QUINGENTESIMO  
AD MILLESIMUMQUINGENTESIMUM,

*QUORUM POTISSIMA PARS NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT*

EX AMBROSIANÆ, ESTENSIS,

ALIARUMQUE INSIGNIUM

BIBLIOTHECARUM CODICIBUS.

LUDOVICUS ANTONIUS  
MURATORIUS

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUS

*Collegit, ordinavit, & Præfationibus auxit,*

NON NULLOS IPSE, ALIOS VERO

MEDIOLANENSES PALATINI SOCII


*Ad MSorum Codicum fidem exactos, summoque labore, ac diligentia castigatos, variis Lectionibus,  
& Notis tam editis veterum Eruditorum, quam novissimis auxere.*

ADDITIS

*Ad pleniùs Operis, & universæ Italicæ Historiæ ornamentum, novis Tabulis Geographicis,  
& variis Langobardorum Regum, Imperatorum, aliorumque Principum Diplomatum,  
quæ ab ipsis autographis describere licuit, vel nunc primùm vulgatis,  
vel emendatis, necnon antiquo Characterum specimine,  
& Figuris Æneis.*

CUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

TOMUS QUARTUS.



MEDIOLANI, MDCCLXXIII.

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS PALATINÆ  
IN REGIA CURIA.

SUPERIORUM FACULTATE.









Andreas Joresanus pinx.

Franc. M. Francia Bonon. scul. 1724

EUGENIO. A. SABAUDIA.  
PRINCIPI. SERENISSIMO.

LOCUMTENENTI. GENERALI.

SACRI. ROMANI. IMPERII. MARESCALLO.

AUREL. VELLERIS. EQUITI.

CAROLO. VI.

ROMM. IMP. FOELICISSIMO.

A. PENITIORIBUS. CONSILIIS.

AULICI. RERUM. BELLICARUM. CONSESSUS. PRAESIDI.  
LEGIONIS. EQUITUM. LEVIORIS. ARMATURAE. TRIBUNO.  
BELGICAE. PROVINCIAE. MODERATORI. &c.

QUI. OMNES. OMNIUM. ANTE. SE. DUCUM. VICTORIAS.

NUMERO. GLORIA. ET. FOELICITATE. SUPERAVIT.

VICTIS. UBIQUE. CHRISTIANI. NOMINIS. HOSTIBUS.

PROPAGATIS. IMPERII. FINIBUS.

MEDIOLANENSI. DITIONE. DUCTU. SUO. RECUPERATA.

ET. BENEFICIIS. AUCTA.

MODERATORI. OLIM. OPTIMO.

ET.

PATRONO. SEMPER. BENEMERENTISSIMO.

TOMUM. HUNC. RERUM. ITALICARUM.


MEDIOLANENSES. PALATINI. SOCII.

PUBLICAE. PRIVATIMQUE. DEVOTI.

D. D. D.







SERENISSIMO PRINCIPI  
**EUGENIO A SABAUDIA**

S. R. I. MARESCALLO, ET EXERCITUUM DUCI  
 AUREI VELLERIS EQUITI

&c. &c. &c.

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS

S. P. D.




*Ommendatam ubique gentium  
 historiarum lectionem, SERE-  
 NISSIME PRINCEPS, ab  
 ipsius utilitate fatentur omnes,  
 quòd memorià præteritarum re-  
 rum humanæ vitæ commodum  
 ferat : nemini tamen convenientiorem, quàm  
 Ducibus summisque viris asseverare nullus dubi-  
 tat ; quippe qui facile ab ea in administranda  
 Republica consilium optima fide datum, à pe-  
 riculo vacuum, ac eventu probatum accipiant.*

Tom. IV.

a

Est





SERENISSIMO PRINCIPI  
**EUGENIO A SABAUDIA**

S. R. I. MARESCALLO, ET EXERCITUUM DUCI  
 AUREI VELLERIS EQUITI

&c. &c. &c.

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS

S. P. D.



*Ommendatam ubique gentium  
 historiarum lectionem, SERE-  
 NISSIME PRINCEPS, ab  
 ipsius utilitate fatentur omnes,  
 quòd memorià præteritarum re-  
 rum humanæ vitæ commodum  
 ferat : nemini tamen convenientiorem, quàm  
 Ducibus summisque viris asseverare nullus dubi-  
 tat ; quippe qui facile ab ea in administranda  
 Republica consilium optima fide datum, à pe-  
 riculo vacuum, ac eventu probatum accipiant.*

Tom. IV.

a

Est

*Est enim vicissitudo quædam, ac veluti continuata varietas, & congruentia temporum, ac rerum, quæ semel excogitatam prudentiæ rationem iterum admittat, itaut domi forisque uno sæpius argumento diversis longè temporibus præstantissimos viros salutis publicæ prospexisse noverimus. Hæc ego perpendens facile mihi suadebam, non ingratum SERENITATI TUÆ futurum, si munus hoc à Palatinis Mediolanensibus Sociis oblatum, sociali nomine, humilique obsequio sisterem; quartum, nempe totum Rerum Italicarum, quem Laureatum appellamus à triumphali Tui nominis inscriptione. In eo pleraque Insubrium tuorum res recensentur, calamitosis iis præcipuè temporibus, quibus novæ dominationes, civilesque discordiæ, immo & fædum in Religione dissidium cuncta ubique concusserant, atque vastaverant. Hinc Tibi, SERENISSIME PRINCEPS, novum, ni fallor, gaudium orietur: in ea etenim loca Historiarum nostrarum lectione iterum venies, quæ præsens, præsentibus hostibus, terrore bellico, iisque fugatis, fœlicitate ac beneficiis replevisti: gratum erit nullo labore, ac periculo per campos eos iterum discurrere, qui sudores tuos hausserunt, ad flumina redire, quæ invictas copias transduxisti, atque oppida invisere, quæ vi, aut deditioe in potestatem tuam venerant. Pulchra equidem sunt hæc; sed nil jucundius, quàm comparatio rerum apud nos à Te bello, ac pace gestarum*  
*cum*

*cum celebratissimis iis præteritorum temporum ; nam si prælia cum præliis , victorias cum victoriis , & veterum sævitiam cum tua moderatione contuleris , æternam profecto laudem deberi Tute Tibi virtutum tuarum parcissimus æstimator fateare . Sed quæ umquam æqua comparatio haberi poterit , nisi egregia omnia facinora tua producamus ? quibus toties Christiana res , cui pessima cuncta ab impio Turcarum tyranno timebamus , fœliciter est servata , immo & aucta , captis munitissimis urbibus , clarissimisque provinciis Imperio restitutis , itaut imminere sibi jam sentiant Barbari servitutem eam , quam nobis ferocia , & copiarum numero minabantur . Tanti equidem hæc sunt , ut omnem comparationis modum excedant : vix enim bellicosissimis utcumque temporibus , integro sæculo tot commissa prælia numerabimus , quot ipse fœlicitate , ac fortitudine perpetua commisisti , vel inferendo bellum , vel propulsando . Evolvamus licet historias veterum , si tempora , gentes , armorum genus , & bellandi rationem utrimque perpendamus , nulla erit in celebratissimos illos Heroas invidia , nihilque sibi ereptum ætas nostra de militari gloria dolebit , præter ornatum triumphorum , qui si Tibi more majorum dati fuissent , EUGENII nomen repetita scriptione Capitolinos fastos implevisset . Verumenimvero vitio mihi verterem si longius de militari virtute tua verba facerem , ut Græco cuidam in Hercule fortitudinem laudanti evenisse memini :*

*audi-*

auditores namque risu acceperunt orationem  
eam, quæ in omnium ore vulgata nimis. Et  
frequens erat. Ad literas itaque unde discesse-  
ram redeo, Et ad Historias nostras, quarum  
lectione quietem etiam illam à laboribus com-  
parare poteris, quæ vires foveat, animumque  
refocillet varietate rerum humanarum, Et, quæ  
sunt otia tua, meditatione inconstantis fortu-  
næ: itaque fiet, ut dum ipse aliorum facta  
leges, alii scribent quæ tu fecisti, Et accipiet  
posteritas quasi per manus, nepotum traditio-  
ne, virtutum tuarum immortale monumentum,  
quod excitet aliquando adversus Barbaros in  
Christiana Republica desiderium Tui. Neque me,  
dum codicem præbeo, molestum SERENITATI  
TUÆ in tanta negotiorum occupatione futu-  
rum puto; novimus enim quæ tua sit bonitas,  
Et in literas amor, tractantemque felicem illam  
dexteram tuam in castris invictum enses, do-  
mi verò lectissimos quosque libros assiduè vidi-  
mus; delicias tuas exploravimus, insignem il-  
lam scilicet Bibliothecam, in quam ab orbe uni-  
verso terrarum dignam tanto Principe librorum  
copiam contulisti; Eruditos præstantesque viros  
illos cognovimus, quos præmiorum liberalitate  
foves; Et quod præcipuum est, quando hîc eras  
Mediolanensis fortunæ maximum decus, disse-  
rentem Te de scientiis omnibus non semel audi-  
vimus: atque his argumentis Palatini Socii,  
atque ego, ut benignissimo Patrono quam pos-  
sumus gratiam acceptorum beneficiorum refera-  
mus,

mus, partem hanc laborum nostrorum dedica-  
vimus, quæ si, ut enixè rogamus, accepta fue-  
rit, felices nos fortunatosque dicemus. Augeat  
igitur, SERENISSIME PRINCEPS, nume-  
rum codicum tuorum collectio nostra, quæ, si  
nihil aliud boni habuerit, id certè habebit,  
quòd, bene juvantibus Diis, Rerum Italicarum  
illustria quæque monumenta servabit, ac ea  
potissimum, quæ numquam antea in vulgus  
emissa, injuriâ temporum erant fortasse peri-  
tura. Patrocinio interim tuo laboribus nostris  
fave, ac me non ultimum operi adminicu-  
lum, Tibique multis nominibus addictissimum,  
& gratiarum cumulo decoratum clementer pro-  
tege, atque id SERENITATI TUÆ pro vi-  
ribus rependam, ut vitam, & victorias ma-  
ximo Christiani nominis propugnaculo votis  
communibus, & privatis assidue sim precatu-  
rus. Vale.

Dabam Mediolani Pridie Nonas Martias  
Anni MDCCXXIV.





# E L E N C H U S T O M I Q U A R T I .

**A** RNULPHI Mediolanensis Historiographi Rerum sui temporis Libri V. olim à Clarissimo Godefrido Guilielmo Leibnitio editi. Nunc verò ad fidem antiquissimi Codicis Estensis, & duorum Bibliothecæ Metropolitanæ Mediolanensis castigati, adjectisque variantibus lectionibus, & Historicis, atque Criticis Notis illustrati. pag. 1.

LANDULPHI SENIORIS Mediolanensis Historiæ Libri IV. nunc primùm editi ex MSS. Codicibus Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis. Horatius Blancus Romanus recensuit. pag. 47.

JOANNIS PETRI PURICELLI Dissertatio. Utrum S. Ambrosius Clero suo Mediolanensi permiserit, ut virgini nubere semel posset. pag. 121.

CATALOGUS vetus Archiepiscoporum Mediolanensium ex MS. Codice Bibliothecæ Metropolitanæ. pag. 141.

CHRONICA DUO BREVIA REGUM ITALIÆ ex MSS. Codicibus Ambrosianæ Bibliothecæ à Ludovico Antonio Muratorio vulgata. pag. 145.

CHRONICA SACRI MONASTERII CASINENSIS, Auctore Leone Cardinali Episcopo Ostiensi, Continuatore Petro Diacono ejusdem Cænobii Monachis, ex MSS. Codicibus Casinensibus D. Angelus de Nuce Neapolitanus, Abbas Casini centesimustrigesimus sextus, Notis illustrata, typis Parisiensibus vulgavit. Præmittitur in Vitam Sanctissimi Patriarchæ Benedicti Spicilegium.

Nunc verò suis locis additæ sunt Dissertationes, & Notæ, quæ in præfata Editione fuerant omissæ, ac aliæ posteriores hætenus ineditæ ex Autographo Casinensi ipsius Angeli de Nuce. Suppleta etiam est, & ad præsentem statum accommodata Descriptio Sacri Montis Casini. pag. 151.

INDEX Rerum, & Nominum. pag. 629.



# ARNULPHI

MEDIOLANEN. HISTORIOGRAPHI

RERUM SUI TEMPORIS

Libri V.

OLIM A CLARISSIMO

GODEFRIDO GUILIELMO

LEIBNITIO

EDITI

Nunc verò ad fidem antiquissimi Codicis  
Eftensis, & duorum Bibliothecæ  
Metropolitane Mediolanensis  
castigati,

ADJECTISQUE VARIANTIBUS LECTIONIBUS,  
ET HISTORICIS NOTIS ILLUSTRATI.



3

# IN ARNULPHI MEDIOLANENSIS

## HISTORIAM.

### PRAEFATIO

#### LUDOVICI ANTONII

#### MURATORI.

**P**raeter *Landulphum Historicum*, cujus Historiam in Collectione nostra evulgabimus, Mediolanensis civitas tulit *Arnulphum* Historiae hujus Auctorem. Communis ambobus Patria, atque aetas etiam aequalis; siquidem uterque Gregorii VII. Romani Pontificis aetate floruit, & circiter annum Christi 1085. suas Historias concinnavit. Neque dispar in iis studium, singulis conjugia Clericorum probantibus; quae opinio, atque voluntas malefana, reclamantibus antiquae Disciplinae legibus, non paucos e Mediolanensibus eo tempore invaserat. Atque hinc eorum querelae in Pontifices Maximos, praecipueque in Gregorium VII. quorum cura Mediolani restaurata est vetus hac in re Disciplina Occidentalis Ecclesiae. Duo tamen prae Landulpho Scriptorem hunc magis commendant. Alterum est, Landulphi Opus fabulis, anachronismis, & confictis orationibus non carere, quum contra Arnulphus illorum temporum gesta satis accurate exhibeat, ut propterea non modicum subsidium ad Historiam sui aevi adferre possit. Altera etiam est causa, cur Arnulpho commendatio major accedat: is enim non diu in sua contumacia perstitit contra Apostolicae Sedis, omniumque bonorum sententiam. Sed agnovit tandem, quam aequo jure continentiam a Presbyteris, Diaconis, atque Subdiaconis Roma exigeret, & quam temere ipse in Romanorum Pontificum zelum exarsisset. Proinde palinodiam ipsius habes Lib. IV. Cap. postremo. Sed & is Cap. antecedenti confessus fuerat se ab illis non dissidere, qui *venales reprobant Consecrationes, & Sacrorum incontinentiam Ordinum*. Deinde Lib. V. Cap. VII. in Romana Cathedra agnoscit immunitatem ab errore, Petro ipsi à Christo collatam, atque inter cetera ait. *A Romana ergo Ecclesia quicumque dissentit, non est revera Catholicus*. Tu reliqua lege, quae certe, si quid male compositi ipsi excidit, plane abstergunt.

Ceterum Historiam hanc olim, hoc est anno 1699. ego descripseram ex MSto exemplari, quod Mediolani adservabatur apud egregium Virum Camillum Sitonum, in suae Patriae antiquitatibus tempestate illa omnium peritissimum, editurus postea, quum se occasio offerret. In duobus itidem perquam vetustis Codicibus membranaeis, quos Bibliotheca Metropolitana Capituli servat, eadem legebatur una cum *Landulphi Senioris* Historia. Verum, dum ego Arnulphi editionem in dies moror, ecce Clar. Vir Godefridus Guilielmus Leibnitijs consilia mea praeoccupat, sive a me cum ipso per literas communicante, sive ab alio quopiam de ea Historia monitus. Itaque ille nactus ejusdem Libri exemplar cura Johannis Sisoni Mediolanensis, Camilli supra laudati Patris sui in eruditionis cultura aemuli, anno 1711. hanc Historiam evulgavit Tomo III. pag. 727. Scriptorum Brunsvicensis illustrantium. Nimirum ex literis meis intellexit ipse, Arnulpho memorari Cap. XVIII. Lib. I. quatuor ex antiquis Marchionibus Estensibus, *Hugonem*, scilicet, *Azonem*, *Adelbertum*, & *Opizonem*, ab Heinrico I. Imperatore captos; ac propterea illius Historiam ad Familiam Brunsvico-Estensem illustrandam conferre aliquid posse, uti subinde & ego ostendi Part. I. Cap. XIV. Antiquitat. Estens. Quod autem scripsit idem Leibnitijs in Praefatione ad Arnulphum, videlicet se suspicari, *tres illos germanos fratres Langobardos, Hug, Hezil, & Ecelin, quos ab eodem Heinrico captos scribit Ditzmarus, ab his diversos non fuisse, solo Obizzone omisso*: me adstipulatorem minime habuit. Nam *Hezil, & Ecelin* mihi nimium distare videntur a nominibus *Azomis, & Adalberti*, imo esse originis plane diversae. *Ecelinus* mihi tantummodo est diminutivum nominis *Hezil*, uti *Tisonis Tisolinus, Alberti Albertinus*, aliaque sexcenta: quae mutatio apud veteres in more fuit, ubi distinguendi erant ejusdem nominis pater, & filius, sive nepos, & praecipue viventes. Suus tamen & heic uniuscujusque opinioni sit locus.

Neque vero praetereundum, Tomo XI. Diarii Literatorum Italici pag. 390. inter nova literaria, ubi de Leibnitijs memorata Collectione agitur, haec adnotari: *Il Signor Leibnizio ha tralasciato di avvertire nella sua Prefazione, che non un solo, ma due furono gli Arnolfi Storici di Milano; e questo Arnolfo, che ora egli ci ha dato, si è il vecchio, il quale scrisse dal 923. fin verso il 1070. là dove Arnolfo il giovane scrisse poco dipoi. Sed*

Italici Diarii concinnatoribus cavendum est, ne clausis oculis singula excipiant, quae de alienis Libris ad eos Eruditus quidam identidem scribit, humanis plerumque affectibus nimium indulgens, & eo ipso in loco infensus Clarissimo Leibnitio. Certe non culpandus heic ex omissione Leibnitius; sed quidem ille arguendus, qui ipsum arguere non dubitavit tam incauta praecipitique censura. *Landulphos* sane duos, quorum heic proferemus superstites Historias, genuit Mediolanum; at praeter hunc *Arnulphum* neminem alium ejusdem nominis, qui paulo post Historiam literis mandarit, Mediolanenses noverunt, ut mirum sit, hominem, qui Censorem, ac Magistrum aliorum agere velit, tam supine labi in ea ipsa re, quam adeo facile ediscere potuit.

Sed ut ad textum hujus Libri redeam, optassem exemplar Arnulphinae Historiae accuratius conferre posse cum Codicibus MStis Metropolitanae Mediolanensis: quod olim mihi licuit Mediolanum incolenti. Attamen ne heic quidem adversantem sum expertus fortunam; etenim ejusdem Historiae Codicem antiquissimum & castigatum Estensis Bibliotheca mihi suffecit, qui conferre multum potest ad meliorem quam antea editionem instruendam. Alius ibi Librorum, & Capitum ordo, quam in Sitioniano Codice, eumque, uti magis rerum ac Praefationum narrationi consentientem, retinui. Puricellus quoque Lib. 4. Cap. 60 de SS. Martyrib. Arialdo, & Herlembaldo ex Arnulphi Lib. 4. ea adfert, quae in Tertio apud Sitionum legebantur, ut intelligas, ipsi quoque fuisse hanc Historiam alia Capitulum serie distinctam. In Estensi quoque Codice singulis Capitibus sua Synopsis appositae occurrebat, quam omittere in praesenti editione piaculum duxissem. Sed quod potissimum adnotavi, illud fuit, me in Antiquitat. Estens. Cap. 26. pag. 261. in eam opinionem inclinasse, praeter *Bonifacium Marchionem, celebris Comitissae Matildis Patrem*, vixisse in Italia eodem tempore *Bonifacium alterum Montisferrati Marchionem*. Sequutus fueram in ejusmodi sententia Arnulphum nostrum, cujus sunt verba Lib. 3. Cap. 3. *His diebus Marchio Montisferrati Bonifacius, dum nemus transiret opacum, insidiis ex obliquo latentibus, venenato figitur jaculo &c.* Atque ita quidem in Leibnitiana editione legitur, imo & in exemplari, quod & ego mihi procuraveram olim Mediolani. Verum nunc tandem in Estensi Codice deprehendi abesse vocem illam *Montisferrati*: quae res mihi indignationem quamdam movit, quod Mediolanensem Codicem, illic fortassis infidum, sine ulla suspitione fraudis fuerim sequutus. Utique sublata illa voce, aufertur etiam quaestio, an duo ejusdem nominis Bonifacii Marchiones eodem tempore vixerint, & violentum mortis genus, quo ab Hermanno Contracto periisse dicitur *Bonifacius Italiae ditissimus Marchio*, ad unum patrem Comitissae Matildis est referendum. Variantes alias Lectiones mihi suppeditavit idem Codex Estensis, quibus sum usus ad hanc editionem, ut spero, castigationem instruendam. Monitos tandem Lectores velim, me addidisse in margine quibusdam locis annos, sive Notas Chronologicas, uti eas deprehendi olim in altero ex Codicibus MStis Arnulphi, quos in Bibliotheca Metropolitanae Mediolanensis Capituli legebam; easque propterea certas praestare in me non recipio.



# SPECIMINA CHARACTERUM

ex Codice Bibliothecę Metropolitanę Mediol. Sig. lit. e. 14. EX.

Incipit Lib. Anulph. de gestis  
urbis mediolani tempore anno dccc. xxij.

**M**ultorum uarios affectus multa  
uariaq; delectant studia nec  
omnibus omnia nec singulis semp  
singula satisfaciunt. **C**riminum  
dispares mores ac non omnes idem  
animus ad non eadem sepe detra  
hitur nature unius multiplex admo  
ne. de quibus in comune discernere  
ut singulatum discernere non est  
presentis negotii sed nec humane  
potentie. **V**aleat ille solus quid  
uersa largitur carismata bonus  
unde sic ait apostolus. **D**istributiones  
gratiarum sunt idem aut deus qui ope  
rat omnia in omnibus diuinitus singu  
lis. **P**ut uult. **C**erte alibi uniusq; se  
ppriū habet donum ex deo alioquid  
sic alius deo sic. **H**erbi gratia liberalis  
scientie munus multis modis de  
deo distribuere. **S**pirituales multa  
interpretantur spiritualibus studiis com  
parantes. **E**t ad hec quis christoneus  
utique non ego qui non aliter quam  
et uenerando credere iota unum  
aut unum ex istis apertum iudicium  
mo discutere. **A**nnales uero facti  
sic multifarie perscrutantur. **C**arna  
libus carnalia presentantes. **I**nter  
quos uelut densas ac profundas  
tenebre nemo nisi arbores uere  
condissime latitas. **F**idei tamen sumus  
catholicę uideri ezubescere sancta  
ut potest nudus. **P**aucis literis ad  
modum uelut tenuissimis ac ane  
hilis leuiter super induitur. **C**erte a

cus in iam dicto presentis cuius na  
more tam diuersa nouorum arti  
die rerum ezupant folia minor  
tot octam delectos ut uel eorum  
non in sufflante scriptores

**C**erte ea  
quę fautores sui diuersas fugere  
p. latebras. **I**ste enim romanus  
legatus cuius descriptis uel istis  
lactarius euasit. **C**erte et go  
thofredus et artozemanus  
puati pariter ambo proprius in  
genti laibus atq; substantiis.

Deo gratias amen

Explicit liber copiarum anulphi



TERUM ARNULPHI

lit. n. 24. ex Codice Estensi

Inap lib gndy nccatū an. ulā copit.  
**I**n hoc libro continentur gesta quorundam italie  
regū ac mediolanensium antistitiū. atem  
pore ugonis regis et ardena p̄sulis usqz  
ad rēpus scriptoris. i signa sime p̄t̄ hec  
alia illis inserta tēporibz put occurrerit  
memorie scriptoris eiusdem. Que qui sci  
re desiderat legat p̄singula: p̄culo ubio m  
uerit unde p̄scaat. nimm: non abis  
lūitoribz i copiosis set sanis ac digestibi  
libz. Regum nō ac pontificum nomina scrip  
ta sunt ante oculos subiaccn in pagina.

**V**go rex burgundio.  
**N**otarius filius eius.  
**B**erengarius longobardus.  
**O**tto primus reuonialis  
**O**tto scds. primi filius.  
**O**tto tertius. scdi filius.  
**A**lthadus longobardus.  
**H**enricus reuonialis.



## M O N I T U M.

**N**Otas, quæ præter paucas quidem Clariss. Virorum Leibnitii, & Muratorii, Arnulpho nostro subjiciuntur, non una eademque manu conscriptas fuisse, facillè dignosces, Lector Benevole. Et sanè qui primus eas concinnandi onus sulceperat, uno & altero libro vix transactis, aliò evocatus, rem dimisit, sociumque adscivit, qui diù licèt renuens, in summa temporis, otiique angustia priori suffectus est. Huic demandata Provincia quàm longè aberat ab ejus vitæ, studiorumque ratione, nemo, qui eum noverit, diffitebitur. Unum scias velim, in hoc negotio nihil utrique antiquius fuisse, quàm pro virili satagentes ne Arnulpho notæ, ac illustrationes deficerent, Tibi in primis, nostræque Societati morem gererent. Vale.

**D**esideraverat Clar. Muratorius Codicem vetustissimum Estensem cum altero pariter antiquo Mediolanensis Metropolitanæ Ecclesiæ conferri, idque summa diligentia peractum est, additæque sint suis locis variantes lectiones, quas pro clariori Lectorum notitia signavimus lit. *M.* quæ Metropolitanum Mediolanensem significat, neque omisimus consulere etiam Ambrosianum, quem tamen, utpote recentiori manu conscriptum, non multùm adhibuimus. Priorum specimen damus ex Instituto nostro, ut antiquitati Codicum plenior sit fides.





Thacio Romoli inv. et del.

Gio. Baffa Sirtori sculp. Romae

# ARNULPHI

## LIBER PRIMUS

### HISTORIÆ MEDIOLANENSIS.

Incipit Liber Gestorum recentium ab Arnulpho  
compositus.

*In hoc Libro continentur gesta quorundam Italiae Regum, ac Mediolanensium Antistitum à tempore Hugonis Regis, ac Arderici Præsulis, usque ad tempus Scriptoris, & si qua sunt præter hæc alia illis inserta temporibus, prout occurrerunt memoriæ Scriptoris ejusdem. Quæ qui scire desiderat, legat per singula, & procul dubio inveniet, unde pascat animum, non cibis lautioribus, & copiosis, sed sanis ac digestibilibus. Regum verò, ac Pontificum nomina scripta sunt ante oculos subjacenti in pagina.*

#### Nomina Regum.

Hugo Rex Burgundio.  
Lotharius Filius ejus.  
Berengarius Langobardus.  
Otto Primus Teutonicus.  
Otto Secundus Primi Filius.  
Otto Tertius Secundi Filius.  
Ardoinus Langobardus.  
Heinricus Teutonicus.  
Huonon similiter. *Hoc est Conon, sive Conradus.*  
Heinricus Filius, ut Pater,  
Heinricus ejus Filius. (\*)

#### Item nomina Pontificum.

Ardericus fedit annos XXII. mens. II.  
Manasses, & Adelmanus simul quinque fuerunt  
annos, non in Cathedra, sed in arcu, & pharetra.  
Walpertus fedit annos XVIII.  
Arnulphus fedit annos III. mens. IV.  
Gothofredus fedit annos V. mens. I. dies XXIV.  
Landulphus fedit annos XVIII. mens. III.  
Arnulphus fedit annos XIX. mens. IX. dies VI.  
Eribertus fedit annos XXVI. mens. VIII. dies XIX.  
Wido fedit annos XXVII.  
Wido . . . . .

## P R O L O G U S.



eadem sæpè distrahitur; naturæ unius multiplici conditione, de quibus in commune dif-

Utorum varios affectus, multaque varia delectant studia, nec omnibus omnia, nec singulis semper singula satisfaciunt. Nimirum dispares mores, ac non idem omnium animus ad non  
A ferere, vel singillatim discernere non est præsentis negotii, sed nec humanæ potentiæ. Valet ille solus, qui diversa largitur charismata bonus. Unde sic ait Apostolus: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus, dividens singulis, prout vult. (\*\*)* Item alibi: *Unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic.* (1) Verbi gratiâ: Literalis scientiæ munus multis modis datur Deo distribuente mortalibus. Spirituales mysteria interpretantur, spiritualibus spiritualia comparantes. Et ad hæc quis idoneus? Utique non ego, qui non aliter quàm venerando credere jotta unum, aut unum ex his apicem præsumo di-

(\*) Nomina Reg. non leg. in uno ex Cod. Metropol.

(\*\*) 1. Corint. 12.

(1) 1. Corint. 7.

discutere. Animales verò forensia multifariè perscrutantur, carnalibus carnalia conferentes. Inter quos velut densas ac frondosas tenebrofi nemoris arbores verecundissimè latitans, Fidei tamen servus Catholicæ videri erubescio; scientiâ utpote nudus, paucis admodum literis, velut tenuissimis aranæ filis leviter superindutus. Præterea cum jam in dicto præsentis ævi nemore tam diversa novarum quotidie rerum erumpant folia, miror tot ac tam disertos vel uni eorum non insufflare Scriptores. Nullis enim retro Scriptoribus (2) talis ac tanta scribendi fuit occasio, doctis pariter, ac indoctis. Hæc animo revolvens, non mihi metipse confido, quem exilis ingenii adeò paupertas angustat, ut difficilis mihi videatur Aristotelici labyrinthi ingressus, laboriosus valde Tulliani palatii accessus. Fateor me numquam conscendisse curules quadrivii rotas. Nihil à me igitur, carissime quisquis es, præter quod polliceor exigas, videlicet verbis prolatam communibus simplicem gestorum narrationem, quæ nostri Reges, nostrique gessere Pontifices, nostri quoque Concives in Urbe Mediolano, vel extra, Compatriotæ verò nostri in Regno Italico, quæ ipse vidi, vel quemadmodum à videntibus, aut paulo ulterius audivi, prout etiam de thesauris prodeunt memoriæ, quum nihil sit, quod à me ultra sperare debeas. Si fortè recitantis culpâ claudicat animus in auditis, saliet profectò confidentius in visis, nullius indigens testimonio. Quòd si in præsentiarum scientes tædet lectionis hujuscæ, non invideant saltem posteris, ac scire fortasse volentibus, præsertim quum solis illis ista providerim. Nisi enim prisca veterum gesta stilus commendaret, utcumque nulla prorsus præteritorum nobis superesset memoria (3). Recondatur ergo interim sub modio nostrum hoc qualecumque negotium tempore proferendum suo, cujus privatum ac singulare volumen suæ limina Civitatis rogo nullatenus excedat. Quòd si videtur hoc parum, extendatur ad Arcum usque Romanum (4).

*Incipe nunc primum Lector cognoscere Librum.*

Legitimus narrationis ordo à superioribus ad inferiora descendit; sed quia ex præteritis pendent præsentia, ab illis ad ea, quæ sunt in manibus, gestorum decurrat oratio. Itaque tamen, ut relicta verustate ex recenti memoria sumatur exordium.

(2) M. temporibus.

(3) M. superesset materia, vel memoria.

(4) Arnulphus hic exiguam sui nominis curam profiteretur; solis enim civibus hæc ait se scripserit, per ea verba: ne liber mœnia Urbis, vel Romani arcus locum excederet: quippe olim extra portam Romanam, & ad duo millia protendebatur arcus, propugnaculum urbis nostræ validissimum, quod usque ad tempora Friderici Ocnobarbi intactum perdurasse, expugnatumque ab ipso fuisse in obsidione Mediolani anni MCLVIII. tradit Otto Morena in Hist. Laud., & Puricellus in Dissertatione Nazariana cap. 37. n. 11. arcum illum ex Galvaneo Flamma accuratè describens.

(5) Schedulæ istæ in præsens desiderantur.

(6) Seu potius fororis filium nomine Manassem.

(7) Error hic proculdubio in numero annorum est, vitio fortasse amanuensis, qui XXII. scripserit loco XII., certum enim est Ardericum anno 937. electum ad Archiepiscopalem hujus Ecclesiæ dignitatem obiisse anno 949. atque ideo paucis tantum supra XII. annos mensi-

## CAPUT PRIMUM.

*In primis regnat Hugo ex Burgundionibus.*

**A**NNO à Nativitate Christi Nongentesimo XXV. regnavit in Italia ex Burgundionibus Ugo, qui ut tutius ageret in Regno, egregiam inter cæteras Urbem Mediolanum sibi vindicare prævidit. Priscam namque noverat loci consuetudinem, ut, decedente Metropolitano, quilibet unus ex Majoris Ecclesiæ præcipuis Cardinalibus, quos vocant Ordinarios, succedere debeat, quod à Romanis Præfulibus, ab ipsis quoque Imperatoribus concessum, sub auctoritate quidem Canonum, testantur schedulæ (5) in Secretario reconditæ.

## CAP. II.

*Hic tonsuravit filium, & occidere tentavit Archiepiscopum.*

**H**UJUS rei gratiâ juniorem Filium (6) in eadem Ecclesia tonsurari decrevit.

Ann. 935.) Sed quia in puerili ætate ad Episcopandum minimè videbatur idoneus, Ardericum grandævum senem interim subrogavit Antistitem, sperans eum subito casurum. Quoniam verò sæpenumero cogitantem fallit opinio, prolixius vixit Sacerdos annis XXII., & mens. II. in seculo (7). Quod ubi persensit, necem illico meditatur occultam. Statuto autem generali Papiæ colloquio cunctorum Regni Principum, Palatini lixæ (8) jubente ex industria Cæsare, cum Mediolanensibus litigabant, ut accepta occasione trucidaretur senex ille. Quibus rixantibus gravis pugna committitur, qua feruntur interfecti Mediolanenses nonaginta viri prudentes. Sed propitia divinitate liberatus evasit Antistes. Cumque diutius non posset latere dolus, vehementer erubuit criminis tanti reus, veritus etiam B. Ambrosium, cujus fuerat ille Vicarius.

## CAP. III.

*Satisfactio ejus, & privatio Regni electo Lothario.*

**F**ACTUM est autem, ut conventionione dignæ satisfactionis concederet Ecclesiæ pro nonaginta interfectis Abbatiam Nonantulæ, quæ propter nonaginta sui juris Curtes sic vocata perhibetur (9). Insuper & capellam auream cum

bus illam tenuisse, ut docet catalogus antiquissimus MS. Bibliothecæ Ambrosianæ editus ac illustratus à Papebrochio in Exegesi Episcoporum Mediolan. præfixa Tomo VII. Act. SS. Maji, atque alter Ecclesiæ Metropolitanæ Mediolanensis.

(8) In margine Cod. Metropol. sic legitur; *Lixæ est ille qui portat aquam, & dicitur à Lixæ Græcè, quod Latine aqua dicitur.* Imoverò ab antiquè Latino verbo *Lixæ*: erantque j, qui militibus aquam vehebant, ut Festus, aliique explicant. An verò conveniat præsentis loco ista significatio Eruditi judicaverint.

(9) Fabula hæc tota ab Auctore gratis confingitur. Abbatia enim Nonantulæ ab Aistulfo Rege fundata fuit anno Domini DCCLII. Regni ejus III., idque pluribus comprobatur documentis à Mabillonio Sæculo IV. p. 1. in vita S. Anselmi I. ejus loci Abbatis. Eadem pænè habet ErKempertus. Vide etiam Puricellum in Monum. Basil. Amb. n. 168. ubi Galvaneum Flammam talia ab Arnulpho describentem manifesti erroris convincit.

cum Cruce , quæ super Altare in Hyemalis Ecclesiæ sunt collocata tugurio . De reliquo cum nimis insoleter ageret , ignorans sibi dictum *Principem te fecerunt , noli extolli ; sed esto in illis quasi unus ex ipsis* (10) , intolerabilis factus est universis . Prælecto itaque Filio ejus ab omnibus Lothario admodum leniore communi consensu Regni totius , (11) compulsus est ipse remeare Burgundiam , de cætero minimè regnatus .

C A P. I V.

*Contentio Manasse , & Adelmani , ac Præfulatus Walperti .*

**P**ER idem tempus oborta est Mediolani perniciosa seditio . Arderico autem Archiepiscopo ad superna vocato , eruperunt duo adversarii Ambrosianæ dignitatis ambitione succensi .

Ann. 947.) Manasses videlicet Arelatenfis Episcopus , & Adelmanus Presbyter Mediolanensis , revera immemores Apostolici oraculi : *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi , invicem provocantes , invicem invidentes* (12) . Cumque diu contenderent , ille ex datione Regis (13) , scilicet Burgundiæ , hic ex factione plebis , & de Mediolanio , quinquennio contra se invicem pertinaciter altercati sunt , factis partibus ex alterutro . Quorum execrabili jurgio jacturam prægrandem sustinuit Ecclesia , præcipue in thesauris , & cymiliis omnibus , quibus incomparabiliter affluebat .

Ann. 953.) Inter hos fluctus natabat cautè Walpertus contrahens suo lateri quasi undas consilii , usque adeò ut utrisque sponte , vel invitò cedentibus , Sedem teneret ipse solus (14) .

C A P. V.

*Berengarius regnat , & Walpertus fugit ad Ottonem Regem .*

**D**Einde mortuo Lothario regnavit Berengarius Langobardus ipse (15) , quem Walpertus tunc Archiepiscopus suspectum habebat (16) , conscius ipse sibi . Cujus iram præcavens , ne Regiis præveniretur infidiis ,

(10) *Ecclesiastic. 32.*

(11) In Metropolit. vetustiori codice legitur : *admodum leniore consensu Regni compulsus est &c.*

(12) *Ad Galat. V.*

(13) Hugonis scilicet Provinciæ Comitum , ac Italiæ Regis , qui Manassem Arelatensem Episcopum Veronensi , Tridentino , ac Mantuano Episcopatu , deinde Marchia quoque Tridentina donavit . Luitprand. lib. IV. cap. III. Sigonius ad ann. 933.

(14) De variis Ecclesiæ Mediolanensis vicibus , nunc uno , nunc altero ex prædictis Archiepiscopalem sedem occupante , nonnulla differit in memorata Exegeti Papebrochius n. 87.

(15) Berengarius II. Adelberti Eporediæ Marchionis filius , & Ghisela Filia Berengarii I. Regis titulum anno 950. unâ cum Adelberto filio assumpsit . Frodoardus .

(16) Justè sibi timebat Walpertus : Berengarius enim conatus fuerat , etiam reluctante Clero , Manassem Archiepiscopum Mediolanensem confirmare , ut qui rebellis Lothario Regi , non solum , scribit Luitprandus lib. 5. cap. 12. Berengario dari jufferit munitionem Formicariam , verum etiam Italos omnes in ejus auxilium invitaverit .

(17) *Proverb. XVI.*

(18) Adelaida Rodulphi Burgundiæ & Italiæ Regis Tom. IV.

**A** legerat enim : *Indignatio Regis nuncius mortis* (17) , fugam paravit . Ottonem Teutonorum adit Regem , suffragium postulans , moxque illi Regnum se instante pollicetur Italicum ; qua erectus Rex Otto fiducia , adscitâ sibi conjuge Adelaidâ (18) Italiæ quondam Reginâ , Uxore videlicet Lotharii , illico meditatur Regnum subripere Berengario (19) .

C A P. V I.

*Litulphus dirigitur ad Italiam , & traditur Berengarius .*

**P**Ræmissis igitur pro Walperto legatis pacem implorat , quam cum non impetraret , direxit Litulphum cum exercitu suum ex altera conjuge filium (20) . Oderant autem Compatriotæ Regem Berengarium propter nimiam uxoris tenaciam , quæ Willa dicebatur , & suam ex parte sævitiam . Ideoque destitutus à suis properanti hosti minimè valuit congregari ; sed ingressus , quod dicitur Insula Sancti Julii (21) , municipium (22) refedit invalidus . Cum verò exploraret universa Litulphus , quidam familiares Berengarii milites , fidem debitam simulantes , promissa securitate , foras eductum hostium manibus tradiderunt . Revera *inimici hominis domestici ejus* (23) . Intuitus autem eum Litulphus ait : *Consule tibi , Rex , & humiliare magno Ottoni Augusto . Si non feceris ipsum , te lædis .* Cumque humiliter responderet , rursus inquit : *Abstine à fide mea , ut vincam perfidiâ , qui viribus superare contendo . Cave , Rex , à modò ab hujusmodi pseudomilitibus .* Sic fatus absolvit eum , deinceps strenuè cuncta ministrans . O pia hostilitas , & hostilis pietas ! Postea verò pius ille Litulphus perfidiâ Langobardorum fertur veneno necatus (24) .

C A P. V I I.

*Otto veniens Italiam cepit Berengarium .*

**O**TTO autem licet privatus filio , Conjugis tamen Augustæ Adeleidæ fretus consilio , Walperti quoque , aliorumque Regni Principum , in manu forti & brachio extento venit Ita-

filia , Lotharii Regis vidua , spretis Berengarii nuptiis , à quo propterea per triennium ferme in arce Canufina obfidebatur , Ottonem Germaniæ Regem in Italiam invitavit , per quem à captivitate liberata fuit , & ipsi anno 951. nupsit . Frodoard. Leo Ost. Hrofwita apud Meibomium tom. I. Ditmar. & Continuat. Regin. Sigon. lib. VI.

(19) Hanc odii causam inter Ottonem & Berengarium Scriptores cæteri silentio prætereunt . Noster verò , etsi plures Ottonis in Italiam expeditiones non distinguat , disertè asserit eundem pro Walperto Archiepiscopo , antequam primum in Italiam descenderet , pacem à Berengario frustra postulasse .

(20) Otto ante Adelaidam jam anno 930. Editham , sive Edgit Eadmundi Angliæ Regis filiam in matrimonium acceperat ab eaque Litulphum habuit . Sigeb. Hrofwita Contin. Regin. Witich. Ditmar.

(21) In Langobardia sita , in Ducatu Mediolanensi , intra lacum Hortanum , cui nomen ab Hortia oppido , quod à Novaria 24. distat miliaria .

(22) *M. Inexpugnabile municipium .*

(23) *Mattb. 10.*

(24) Ob Litulphi mortem repentinam Berengarii gloriam deformatam fuisse scribit Sigonius ad ann. 957.

B

Italiam (25) primus ex Teutonibus, Imperator dictus Italicus; cumque illi subjecta fierent omnia, Berengarium ipsum arce quadam robusta (26) munitum diuturna (27) vallans obsidione subegit (28), filiis circumquaque dispersis (29) Widone, Adelberto, & Conone. Illum verò cum Filiabus & Coniuge captum secum devexit in Sueviam (30), ubi non multò post (31) in amaritudine animæ diem clausit extremum.

## CAP. VIII.

*Arnulphus factus est Archiepiscopus, cui succedens Gotefredus pugnavit cum filiis Berengarii.*

Ann. 971.) **E**odem tempore (32) obeunte Arnulphus, verè declinans à malo, & faciens bonum, cuius æquivocus (33) existo gestorum Scriptor ego præsentium, fratris verò illius pronepos verus. Hujus in Episcopatu vita fuit triennis, factus nunc pro certo meliori dignitate perennis.

Ann. 975.) Cui successit Gotefredus, primò quidem à Clero reprobatus, & Populo, eo quòd Sacerdotalem, vel Leviticum nondum ascenderat gradum, Subdiaconus tantum, extrema verò pace receptus Regiæ fidelitatis gratiâ, contra filios Berengarii dimicavit (34). Quorum Widone interfecto, Conone pactione

(25) Anno 961. postquam anno superiori Ottonem suum ex Adelaida filium in Palatio Aquis ad Regnum Germaniæ sublimasset. Liutp. lib. VI. cap. VI. Otto Frising. lib. VI. cap. 21.

(26) Dicta Mons Sancti Leonis. Liutp. Ditm. Contin. Rhegin. Sigonius Montem Feretrum appellat; Mons autem Feretranus, nunc *Monte Felstro*, regiuncula est Italiæ in Ducatu Urbinate, & ditione Ecclesiastica, ad radices Apennini, juxta Ariminum fluvium, & confinia Romanolæ. Ejus caput est Leopoldis, seu Fanum. S. Leonis Urbs Episcopalis in Monte excelso.

(27) Ditmarus lib. 2. pag. 333. hæc habet *Berengarium prædictum in Monte S. Leonis duos obsidens annos &c.*

(28) Anno 964. Contin. Rhegin. Sigon. Lamb. Schafnaburg.

(29) Berengarium cum Willa uxore & filiis ac filiabus captum scribit Ditmarus lib. 2. pag. 333. Constat tamen ex Continuatore Rhegin. ad annum 963., & ex Auctore nostro Berengarii filios circumquaque dispersos fuisse, præcipue verò Adelpertum Corsicam intrasse. Immodum Otto Berengarium in Monte S. Leonis obsidebat; Joannes Papa promissiones Imperatori factas oblivioni tradens ab eo deficit, & Berengarii, seu Adelberti partibus favens, Adelbertum Romam intromittit. Præterea ex Adelberto natus est Otto Guilielmus Comes, sive Princeps Burgundiæ, cujus Nobilitas Profapia atque potentia diu permansit. Plura de his vide apud cit. Ditm. Otton. Frising. lib. 6. cap. 23. Sigeb. Liutpr. & Sigon. lib. 7. ad ann. 964., & 965.

(30) In Bavariam scribunt Contin. Rhegin. ad ann. 964. Otto Frising. lib. VI. cap. XXIV. Locum verò ubi in exilio vixerit, designat Lambertus Schafnaburg. ad ann. 964. *Berengarius Rex obsessus est in monte S. Leonis ibique captus, atque in Babenberg. (Bambergam) ductus est cum Villa uxore sua.*

(31) Biennio scilicet; anno enim 966. Bambergæ illum obiisse tradit Contin. Rheg.

(32) Anno 966. quo mortuus Berengarius. Malè igitur appositus in margine numerus 971. Papebroch. in cit. exegefi, anno 969. Walpertum objisse contendit.

(33) Idest ejusdem nominis: vide Glossar. Du-Changii.

A quieto, Adelbertus cæteris animosior diebus vitæ omnibus factus est in diversa profugus.

## CAP. IX.

*Otto Secundus regnat, & contra Saracenos dimicat.*

**D**einde Ottone mortuo (35), regnavit pro eo suus ejusdem nominis filius, acer in armis, sagax ingenio, qui Græcæ mulieris (36), adeptus contubernium (37), industriâ sapientis Adeleidæ matris Romanum feliciter solidavit Imperium. Exiens verò à Germania, Romæ præfedit (38), Apuliam, Calabriam possedit (39), multaque gessit insignia (40), Imperatoria Majestate condigna. Hujus tempore (41), transfretantes Saraceni mare conati sunt Calabres fines invadere; quibus ex adverso congressus est Imperator & ipse, parvo licet suorum suffultus collegio. Quoniam verò paucorum ad plures impar solet esse congressio, cum pugnasset multum, deficit ad ultimum (42). Quid plura? pugnando captus ad classes usque protrahitur; occupaverant enim hostes vicina maris littora. Sentiens verò se, vellet, nollet, transvehendum, simulatis precibus postulabat, ut saltem unicam sibi conjugem cum exiguo famularum obsequio simul cum eo exulare permitterent, delaturam secum immensa auri, & argenti pondera promittens. Cumque foret permisum, viros adolescentes muliebriter superindu-

(34) Hæc ad minus anno 970. contigisse debuerunt juxta calculum nostri Auctoris, ut examinanti patebit, quod tamen cum aliis antiquis Scriptoribus minimè concordat; Nam Contin. Rheg. Herm. Contr. Chron. Saxo, quibus etiam adhæret Sigon. ad ann. 965. Guidonis, seu Vvidonis Adelberti fratris necem retulerunt, in pugna habita ad Padum inter Burcardum Alemannorum Ducem in Italiam ab Ottone missum ab una, & Adelbertum ab altera parte.

(35) Anno 973. Non. Maji. Vvitich. Ditmar. Herm. Contr. Abb. Ursperg.

(36) Nomine Theophania Romani Junioris quondam Occidentis Imperatoris, & Theophanonis filia, de qua vide Liutp. in legat. anno 968. ad Nicephorum Phocam num. LXIV.

(37) Negatam Theophaniam à Nicephoro imperavit Otto II. à Joanne Tzemisce Nicephori successore anno 972. vivente Ottone Magno. Chronic. Hildesf., & Sigebert. ad ann. 971. 972.

(38) Anno 980. evocatus à Papa (Benedicto VII.) ut Ecclesiæ succurreret. Contin. Frodoard. Natalitia Romæ celebravit. Sigon. lib. VII. ad ann. 980.

(39) Nunquam pacificè; Otto enim Apuliam, & Calabriam, quæ à Græcis detinebantur sibi vindicabat vel propter affinitatem, quam per Theophaniam uxorem cum Græcorum Imperatore contraxerat, vel quòd regiones illæ ad Occidentis Imperii jura pertinerent, ideoque bellum illud movit, quod ei tam infeliciter cessit. Contin. Frod. ad ann. 980. Lamb. Schafn. ad ann. 981. 982. &c. Sigon. ad ann. 981.

(40) Bellum Lotharingicum cum Lothario Francorum Rege, de quo lege. Sigeb. Gembl. ad ann. 980. Ditm. lib. III.

(41) Anno 982. Græci conducto sibi Sarracenorum auxilio cum Ottone in Calabria congregiuntur; ejusque copias penitus ad internecionem delent. Sigeb. & Lamb. ad ann. 982. Otto. Frising. lib. VI. cap. XXX. Hæc prolixius descripta vide apud Ditm. lib. III. & Sigon. ad ann. 982.

(42) M. solet esse congressio, non illi prosper belli successit eventus.



dutos, subtus autem accinctos mucronibus, cautissimè venire mandavit. Ubi verò ingressi sunt navem, illico irruentes in hostes, evaginatis ensibus indifferenter quosque trucidant. Interim saltu percitò profiliens Imperator in pelagus, natando evasit ad littus, liber & lætus. Unde terrefacti transiverunt hostes ad propria (43). De cætero disponens æquoreas undas potestativè cum omni transmeare Italia, per universum Regnum dilatat militandi præceptum. Sed Deo aliter providente rebus excessit humanis (44) juxta illud: *Cor hominis disponit viam suam; Domini autem est dirigere gressus ejus* (45). Cui in Alemanniæ partibus superfuit puer sui nominis filius, Rex mortuo Patre creatus (46).

C A P. X.

*Diffidium Landulphi Præfulis, & Civium, cujus pater occiditur in lecto.*

Ann. 980.) **J**Am enim successerat Gotefredo Landulphus Archiepiscopus (47), qui propter nimiam patris, ac fratrum insolentiam gravem Populi perpeffus est invidentiam. Instabant enim præ solito Civitatis abuti dominio. Unde Cives indignati una sese conjuratione strinxerunt. Inde civilis feditio, ac partium est facta divisio. Quibus assiduè rixantibus grande commissum est in urbe certamen. Videns autem se prægravari undique Præful, nec posse sufficere, discessit ab urbe cum fratribus, relicto Patre, qui fuerat jam senex, & viribus imbecillis. Quamobrem Ecclesiæ facultates, & multa Clericorum distribuit Militibus Beneficia. Iterum autem collecto ex diversis partibus agmine, conflixit eisdem cum Civibus in Campo Carbonariæ (48), ubi facta est plurima cædes utrinque, à quo bello ægrè divertit hac etiam vice. In Civitate autem quædam vernula, audita Domini sui nece accurrens, patrem Præfulis lecto jacentem cultro transfixit. Post hæc, & alia multa, inspirante Deo, & interveniente consultu Sapientum partis utriusque, nova pax vetera dissolvit odia. Archiepiscopus enim memor pastoralis diligentia, Populus verò recordatus ovilis (49) obedientia, donantes præterita fœderati sunt pace perpe-

(43) Integram hanc narrationem de fuga Ottonis II. ab aliis Scriptoribus, Sigeberto potissimum lib. III. anno 981. aliisque narratam, non leviter diversam observa.  
 (44) Romæ anno 983. die 8. Decembris, Ditm. lib. III. Chron.  
 (45) Proverb. 16.  
 (46) Otto II. accepta clade, de eligendo Rege Otzone filio suo Veronæ comitia habuit; inde Romam venit, ubi mortuus est. Interea Otto III. Rex Veronæ electus Aquisgranum petit, ubi die Natalis Domini ejusdem anni 983. à Joanne Ravennate, & Vvilligiso Moguntia Archiepiscopis consecratus est, & completo officio, legatus paternæ mortis nuntius tanta perturbans gaudia advēnit. Ditm. lib. III. qui hæc omnia ad annum 984. ideo refert, quia & ille cum pluribus aliis Chronographis annum à Christi Natalis die exorditur, ut advertit Pagius in Critic. Baron. ad ann. 983. n. VI.  
 (47) De Landulphi ordinatione circa Natalem Domini anno 978. legen. Papebroch. in Exeg.  
 (48) Vide Puricell. pag. 436. Dissert. Nazar.  
 (49) M. civilis.  
 (50) Puricellus in Dissert. Nazar. cap. 86. de hac fundatione, aliisque ad Landulphi etatem, ultimas ejusdem tabulas, ac sepulchrum pertinentibus agit. Tom. IV.

A tua. Præterea sentiens se Præful dispersis facultatibus offendisse Ecclesiam, ut Clerum leniret ac Populum, S. Martyris Celsi fundavit Monasterium (50), multisque ditavit opibus. Ubi completo dierum numero, moriens suo quievit in tumulo (51). Cui alter successit Arnulphus, de quo dicitur posterius.

C A P. XI.

*Otto Tertius regnat, & Episcopus Græcus invadit Sedem Apostolicam.*

Ann. 999.) **I**nterim regnante Ottone Tertio cum matre Græca, quidam Græcus (52), Græcæ Dominæ Capellanus, factus est (53) Placentinus Episcopus, de quo dictum est, quòd Romani decus Imperii astutè in Græcos transferre tentasset. Siquidem consultu, & ope quorundam Civium Romanorum, præcipuè Crescentii cujusdam prædivitis, Apostolicam Sedem jam violenter invaserat (54), dejecto eo, qui tunc infederat, Venerabili Papa (55). Quo audito palam, relicta Sueviâ, venit Otto festinus Italiam (56).

C A P. XII.

*Rex pergens Romam, Græcum punit, & Crescentium.*

**N**ec mora; consilio habito cum Optimatibus Regni, Romanum arripuit iter cum Legionibus Latinorum, ac Teutonicorum, terrefaciens cuncta in circuitu loca. Ad cujus introitum Roma concutitur universa. Græcus ipse misericordiam clamat. Crescentius verò rebellionem parat, Tiberina Sancti Angeli munitus in arce. Hunc Imperator undique obsidione circumdat, omnibus belli machinis quotidie oppugnans, donec, pacto utcumque composito, illius se tradidit potestati. Qui statim in prato Neroniano jussus est decollari. Stephania autem uxor ejus traditur adulteranda Teutonibus. Pseudopapa verò Græcus, effossis oculis, abscissis naso, & auribus, dorso asinæ retroversus, manu tenens caudam totam distrahitur per Urbem (57). Sic Roma ante mobilis Regis quievit in oculis.

C A P.

(51) Landulphus sedit annos XVIII. menses III. obiit X. Kal. Aprilis, sepultus est ad Monasterium S. Celsi ut ex cit. MS. Bibl. Ambr. edit. à Papebr. in Exeg. Mortuus ergo anno 997. 23. Martii, ut ex eodem Papebroch. Vide etiam Puricellum loco supracit.  
 (52) Joannes Philagatus natione Græcus, Calaber, patriâ Rossanensis, vir conditione servus, astu callidissimus, moribus corruptus, Ottoni II. carus. Chronogr. Magdeb. ad ann. 997. Baron. Papebr.  
 (53) Potius invasit; Chronog. enim Magdebur. cit. I. sic habet. *Ad hæc, defuncto Placentina Urbis Episcopo, vir bonæ indolis ei subeligitur: quo indecenter ejectione, præfatus Joannes non Pastor, sed mercenarius, eandem, non regendam, sed devastandam suscepit Ecclesiam.*  
 (54) Legend. hic Pagius in Critica Baron. & Papebr. in Propylæo.  
 (55) M. Ven. Papa Benedicto, qui captus, à dicto Crescentio in Castro S. Angeli strangulatus est in nocte Natalis Domini.  
 (56) Anno 997. Vide Sigon. lib. VII.  
 (57) Et truncatus deponitur subdit Chronog. Hilden., & Lamb. Schafnabur. ad ann. 998. quo hæc contigere, die 2. Martii, in Quadragesima, ut tradit auctor vitæ S. Nili Hegumeni.

## CAP. XIII.

*Alter Arnulphus Archiepiscopus Constantinopolim proficiscitur.*

**T**Empore præterito decreverat Imperator maternæ gentis sociari conjugio (58). Hujus causâ consilii præfatus Arnulphus venerabilis Archiepiscopus, Regia jussione præmonitus, mare transiens, Constantinopolim proficiscitur (59). Qui ab ipso admirabili Monarcha magna susceptus honorificentia, satis Episcopaliter conversatus est in urbe Regiæ, ita carus, ut quicquid poposcerat facile impetraret. Composito tandem propter quod venerat negotio, ab eodem Basileo decenter absolutus reversionem accelerat.

## CAP. XIV.

*Otto moritur, & Ardoinus Rex eligitur à Langobardis.*

**I**nterea Imperator primo juventutis in flore defungitur Otto (60), in quo omnis Ottonum est consumpta propago. Tunc Ardoinus quidam nobilis Hipporegiæ Marchio à Langobardis Papiæ eligitur, & vocatus Cæsar ab omnibus (61) Regnum perambulat univèrsam, Regio jure cuncta pertractans. Cognito autem jam dicti Præsulis reditu, occurrit ei in itinere obvius, securitate, quanta valuit sibi illum applicare procurans.

## CAP. XV.

*Contentio inter Ardoinum, & Henricum de Regno.*

**E**odem tempore (62) Henricus (63) creatus est Rex Alamanniæ. Inter hos de-

(58) Anno 995. ut habet Chron. Hildens. Joannes Placentinus, & Bernardus Vvirciburgensis Episcopi Constantinopolim ex latere Regis, ut sponsam illi inde peterent directi sunt. Eadem penè habet Chron. Magdebur.

(59) Diversa hæc à superiori legatio, quamvis ad eundem effectum ordinata; anno enim 995. quo prior habita fuit, juxta superius citata, nondum Arnulphus Vvalperto Mediolanensi Archiepiscopo, quippe tunc viventi, successerat, ut ad Cap. X. adnotavimus. De duplici hac legatione vidend. Pag. in Crit. Baron. ad ann. 997. n. VII. VIII. IX.

(60) Anno 1002. X. Kal. Febr. Chronog. Hildens. Saxo. Lamb. Schafnabur. &c. Lege Landulph. infra à nobis edendum lib. II. C. XIX.

(61) Qui aderant; Arnulphus enim Archiepiscopus Mediolanensis ægrè tulit, quòd mortuo Ottoni III. Ardoinus electus fuerit Rex Italiæ, idque factum Papiæ à proceribus, eo absente, atque inconsulto: is enim primus ac præcipuus in electione Italici Regni habebatur, ideoque ad partes Henrici Baviaræ Ducis se transtulit, qui Ottoni jam in Regno successerat Germanico, vide Sigon. ad ann. 1002. & dissert. de Mediolanensi Metropoli edita Mediolani 1699. à P. Eustachio à S. Ubaldo Sect. IV. Cap. III. ubi de his fufius.

(62) Anno 1002. Sigeb. & Chron. Laurishamense apud Freher. tom. I.

(63) Henricus inter Germaniæ Reges II. & inter Augustos I.

(64) *Isaiæ I.*

(65) Confirmari inde videtur sententia Sigonii lib. VIII. ad ann. 1003. scribentis Henricum adversus Ardoinum Ottonem Ducem in Italiam cum exercitu misisse; Ditm. quoque lib. V. Unde nonnulli . . . . . per literas Henricum Regem ad defendendum se venire rogabant, aut eo in aliis negotiis occupato, Principes suos mitteret. Horum necessitati ad succurrendum

**A** sceptro Italico ingens oritur contentio. In medio Principes Regni fraudulenter incedentes Ardoino palàm militabant, Henrico latenter favebant, avaritiæ lucra sectantes. Sic dictum est ad Hierusalem per Prophetam. *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones (64).* Quorum consilio Henricus direxit (65) in Italiam suam cum exercitu Ducem. Cui occurrens viriliter Ardoinus, facta congressione in campo Fabricæ (66), quamplures stravit, cæteros extra fines Regni fugavit.

## CAP. XVI.

**B** *Henricus venit Italiam, & destruxit Papiam, & Ardoinus factus est Monachus.*

**T**empore non longo post (67) cum valida Teutonicorum militia properavit Henricus à Germania, ipso Italiæ castrametatus in limine. Ex adverso Ardoinus fidens viribus, nec minùs armis instructus, non tantùm defendere, quantum super eum paratus insurgere, occurrit illi Veronæ. Sed deceptus perfidia Principum, majori militum parte destituitur. Cumque cessisset invitus, Regnum Henricus ingreditur, Rex statim electus, suoque post tempore Romanus Imperator (68) effectus. Veniens verò Papiam, quum non ad votum sibi obtemperasset, uno totam concremavit incendio (69). Unde omnis inhorruit Italia simile pertimescens. Ab hinc illius exinanità confidentiâ, hujus prævaluit ubique potentia. Verumtamen reassumtis interim viribus (70) Ardoinus juxta posse ultionem exercet in perfidos. Siquidem postea Vercellensium Urbem cepit, Novariam obsedit, Cumas invasit, multaque alia demolitus est loca sibi contraria (71). Ad ultimum labore confe-

*Otto Carentanorum Dux, & Veronensium Comes, cum Heriberti Comitis filio Ottonis, & Arnesto Luipoldi Marchionis filio, cum aliis paucis ob spem auxilii majoris ab Italis promissi à Rege dirigitur. Pagius tamen in Crit. Baron. ad ann. 1004. n. V. Sigonium errore notavit: sed temerè, ut observat Muratorius noster in Antiquit. Estens. part. p. Cap. XIII. pag. 107.*

(66) Ad Alpes Sigon. I. citato.

(67) Anno 1005. Ditm. I. VI.

(68) Henricus jam ab anno 1002. ut dictum est, Moguntia, Rex Germaniæ inunctus fuerat. Anno verò 1014. Romam pergens VI. Kal. Martii in festo Resurrectionis à Benedicto VIII. unâ cum conjugè sua Cunigunda Romani Imperii corona fuit decoratus. Leo Ost. Sigeb. Ditm. Herm. Contr. & Segon.

(69) Varias adducunt Auctores hujus incendiî causas Ditm. I. VI. latè describit, quomodo eadem die, qua Henricus Rex fuerat Papiæ coronatus, oborta contentione inter milites, & Cives adversus Regem adhuc rebellantes, isti Palatium sunt aggressi; milites verò Regis, qui foris erant, ad coercendos Cives, Civitatem expugnarunt, eamque, Henrico invito, cæde incendioque vastarunt. Chronog. Saxo ad ann. 1004. *Post hæc . . . . . adempto gaudio multa millia rebellium jussit interire gladio, ob ulciscendam injuriam ab eisdem Romanis Teutonicis jamdudum illatam, omnibus simul ædificiis Papiæ exustis, quæ veterum construxerat industria illustris.* Sigon. lib. VIII. ad ann. 1004. fortuitum hoc incendium appellat.

(70) Anno 1015. Ardoinus Henrici absentia erectus iugenti collecta militum manu novum bellum molitur. Sigon. lib. VIII.

(71) Mediolanum ipsum ad extremum hostilibus incursionibus premit. Sigon. I. citato.

fectus & morbo, privatus Regno (72), solo contentus est Monasterio, nomine Fructeria (73), ibique depositis Regalibus super Altare, sumtoque habitu paupere, suo dormivit in tempore (74).

CAP. XVII.

*Adventus Normannorum in Apuliam.*

**I**llis in diebus (75) primus in Apuliam Normannorum fuit adventus, Principum terræ consultu vocatus, cum Græci eam innumeris gravarent oppressionibus. Quibus subactis, & æquore sulcato fugatis, considerantes Normanni Apulorum inertiam, regionis quoque in omnibus opulentiam, etsi pauci invadunt ex parte Provinciam. Remissis igitur legatis in patriam, ad hoc hortantibus cæteros, crescente paulatim numero, totam repleverunt Apuliam, jure quasi proprio deinde possidentes, atrociores facti Græcis, Saracenis ferociores, imò, dejectis prioribus, surrexerunt Principes ipsi.

CAP. XVIII.

*Henricus Marchiones capit, & Episcopus Astensis Romæ consecratur.*

**H**enicus verò quid de reliquo gesserit, quomodo Trojam nobilem Apuliæ Civitatem obsederit, qualiter Marchiones Italiæ quatuor Ugonem, Azonem, Adelbertum, & Obizonem captione una constrinxerit (76), recitare non expedit, dum in fortitudine ejus omnis terra contremuit, usque aded, ut si qui reperti fuerint Ardoini favisse partibus, aut fugerent, aut deditioem facerent. E quibus Astensis Episcopus, propria relicta Sede, Mediolani usque ad obitum latuit. Dederat enim Imperator, vivente ipso & abjecto, Episcopatum cuidam Olderico Fratri Mainfredi Marchionis eximii (77). Quod factum Archi-Præsul Arnulphus vehementer exhorrens consecrationem, quæ sibi competeat, omnimodo vetuit. Oldericus autem ille sua fretus, ac fratris potentia, Romam proficiscens, subreptione quadam se consecrari fecit à Romano Pontifice. Quod ubi innotuit Arnulpho, justa satis accenditur iracundia, non tantum Regia

A institutione, quantum Romana, quod deterius videbatur, indignatus consecratione.

CAP. XIX.

*Victoria Arnulphi, & satisfactio Astensis Episcopi.*

**V**eniens ergo in conventu Mediolanensis Ecclesiæ anathematis jaculo consecratus transfixit audaciam. Deinde collecto undique exercitu copioso cum Sutraganeis simul Episcopis Civitatem aggressus Astensem, clausis in urbe Marchione cum Episcopo, densissima obsidione vallavit. Nec à populatione belloque destitit, donec, pace composita, illius satisfactum est voluntati. Hæc autem fuit pacis conditio, quod venientes Mediolanum, tertio ab urbe milliario nudis incedendo vestigiis Episcopus Codicem, Marchio canem (78) bajulans, ante fores Ecclesiæ B. Ambrosii reatus proprios devotissime sunt confessi. Præterea Episcopus virgam & anulum suscepti Pontificatus supra Sancti Confessoris Altare deposuit, quæ postea, largiente Episcopo (79), pie resumit. Frater verò illius Mainfredus Marchio donavit Ecclesiæ auri talenta quamplurima, unde producta est Crux illa pulcherrima, quæ usque hodie præcipuis tantum geritur in diebus. Deinde nudis, sicut venerant, pedibus per medium Civitatis ad Ecclesiam Majorem Sanctæ Theotocos usque deveniunt, ab Archiepiscopo, & Clero, cunctoque recepti in pace populo.

CAP. XX.

*De laude, & obitu Arnulphi.*

**D**E reliquo Arnulphus sacerdotaliter suam regebat Ecclesiam, Clerum fovens, ac Populum, suisque planè vacans negotiis. Hujus Beatitudinem plura Ecclesiis tradita commendant beneficia. Illius tempore Sancti Confessoris Monæ revelatæ sunt Reliquiæ (in Ecclesia Sancti Vitalis juxta Sanctum Naborem). Hic etiam fundavit Cœnobium Sancti Victoris Martyris (80) in magno honore & copia frugum, in quo requiescit in pace sepultus (81). In cujus laude reddenda quoniam dies non sufficit hodierna, præfens claudatur pagina (82), cum sit altera deinceps aperienda.

(72) Anno 1015. cum Arnulphus Archiepiscopus Mediolanensis propter injuriam sibi ab Ardoino illatam exercitum promovisset, hic præ nimio animi dolore Regno se abdicavit, ut refert Sigon. I. in agro Taurinatium Sigon. I. cit. Fructuaria locus est Galliæ Subalpinæ in Diœcesi Eporediensi positus inter duo flumina, Orcum, & Amalonem: ita Mabil. in Annal. Benedic. Tom. 4. ad ann. 1003.  
 (74) Anno 1015. III. Kal. Novembris Chronogr. Saxo.  
 (75) Anno 1016. Sigon. & Pag. in Crit. Baron. ad ann. 1016. à num. VI. ad X. De diversis quoque Normannorum expeditionibus in Italiam legendus præfatus Pag. ad ann. 1018., 1022., 1038., & 1041., quo Apulia tandem potiti, simulque Sicilia, ibi fortiter ultra unum sæculum per Duces, & Reges imperarunt.  
 (76) De hisce quatuor Marchionibus fusè pro suo Instituto differit Clariss. Muratorius in Antiq. Eften. p. p. Cap. XIV. pag. 114. & 115.  
 (77) Anno 1008. Oldericus fuit intrusus, sequenti verò 1009. legitime electus, ut ex pluribus documentis probat Ughell. Ital. Sac. Edit. Ven. Tom. 4. in Astensibus col. 351. 52. ex quo corrigendi sunt Trifanus Calchus, Sigonius, Puricellus, qui anno 1014., vel 1015., vel 1016. hæc accidisse opinantur. Corrigendum tamen & ipsum puto Ughellium, qui Arnulphi nostri fidem hic minuere conatur, perperam asserens ab Arnulpho scriptum fuisse: Oldericum ab Henrico Imperatore Astensi donatum fuisse Episcopatu; fateor enim & ipse, haud verisimile esse Henricum Arduini inimi-

cum Oldericum Arduini nepotem Episcopatu donasse, sed durius videtur asserere ab Arduino relicto exulem Mediolani usque ad obitum Antistitem illum, qui tanto fortunarum suarum detrimento ejuldem partibus adhaferat, eoque adhuc vivente, ut ait Arnulphus, novum Astensi Ecclesiæ Episcopum substitutum fuisse.  
 (78) De ignominiosa portatione canis, seu *rovopopis* plura collegit Meibomius in epist. ad Joannem Marquardum, Jacobus Andreas Crusius, & alii, eaque rei perduellionis puniebantur: ejus institutionem, & usum cognoscimus ab Octone Frisingensi lib. II. cap. XXIX. ubi hæc scribit: *Vetus consuetudo pro lege apud Francos & Suevos inolevit, ut si quis nobilis, ministerialis, vel colonus coram suo iudice pro bujusmodi excessibus reus inventus fuerit: antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suæ ignominiam, nobilis canem, ministerialis fellam, rusticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur.*  
 (79) M. Archiepiscopo.  
 (80) Vide Auctores à Puricello citatos in Monum. Basil. Ambr. n. 213.  
 (81) *Domnus Arnulphus sedit annos XIX. menses IX. dies VI. obiit V. Kal. Martii, sepultus ad S. Victorem ad Corpus.* Citat. MS. Bibl. Ambr. Annus tunc agebatur ex nostro calculo 1017. Papebr. in cit. Exeg. & Ughell. Ital. Sac. Edit. Venet. Tom. 4. col. 101. Arnulphum anno 1019. defunctum referunt.  
 (82) Liber in MSto cum ipsa pagina finiens. *Leibnit.*

LIBER

## LIBER SECUNDUS.

Alter sermo venit, quum jam prior ille recedit.

## CAPUT PRIMUM.

Heribertus inthronizatur, & Henricus moritur.

**S**uperiori volumine audita tantum utcumque exfufflare tentavimus: nunc autem ea, quæ ipsi videndo cognovimus, ex abundanti eruere studeamus.

Ann. 1019.) Cœlitus igitur vocato Divæ memoriæ Arnulpho, consulto Majorum civitatis, ac dono Imperatoriæ potestatis inthronizatur Heribertus (1). Qui ex quo prælatus est, suis, & aliorum vacavit negotiis, pluribus intentus, grandia expertus, quæ quidem narranda, non judicanda suscepimus. Cujus in diebus (2) Henrici consummatur Imperium, prole nulla superstitite. Tunc Papienses in ultionem incensæ urbis, regium, quod apud ipsos erat, destruxere Palatium. Factum est autem, ut simul convenientes (3) in commune tractarent de constituendo Rege Primates. Diversis itaque in diversa trahentibus (4) non omnium idem fuerat animus.

(1) Anno 1019. Arnulpho Heribertum successisse scribunt Sigonius, & Puricellus. Papebrochius quoque in eandem sententiam concurrere videtur; defuncto enim Arnulpho V. Kal. Martii, vacasse Archiepiscopalem Sedem mensis penè XI. refert, post quam vacationem electus fuit Heribertus anno *Dominica Incarnationis* MXVIII., potuitque mense Januario ejusdem anni esse ordinatus. Jam verò mensis *Januarii* anni MXVIII. ab *Incarnatione* computati coincidit cum initio anni MXIX. à Christi Nativitate. Ferdinandus tamen Ughellius Tom. 4. Edit. Venet. in *Mediolanensibus* col. 103. 104. documentum protulit scriptum ab Ereberto Archiepiscopo, in hæc verba definens: *Actum in Castro Cassano feliciter anno Dominica Incarnationis 1040. Domini Henrici Regis primo, nostri autem Archiepiscopatus 22. Indiæ. 8.* ex quo, retrogrediendo per annos 22. ab anno 1040. reditur ad annum *Incarnationis* 1018. ipsius electionis. Ughellius idem alterum addit privilegium, idque Tom. 1. in *Sabinensibus* col. 157. & 158. Benedicti Papæ VIII. in Synodo Romana anno 1015. Fructuariensi Cœnobio concessum, in quo *Ereberto Mediolanensis Archiepiscopus* subscribitur. Verum cum antiqui *Mediolanensium Antistitum Catalogi* cum à Mabillonio, tum à Papebrochio, & in hoc nostro etiam Opere editi, testentur Heribertum Cathedram tenuisse 27. annis, ut ex ejus Epitaphio constat, tutius statuetur ejus Episcopatus initium circiter annum 1018. In Synodo Romana fortasse scriptum. *A. Sancta Med. Eccl. Archiep.* hoc est *Arnulphus*; posteriores verò *Heribertum* substituerint; nam ita quoque Heriberti nomen scriptum alibi occurrit.

(2) Anno 1024. 3. Idus Julii Sigebert. & Sigon. ad eundem annum.

(3) In *Roncaliis* addit Sigonius ad ann. 1024.

(4) Mortuo Henrico Itali à Germanis deficere volentes alii Robertum Francorum Regem, vel Hugonem ipsius filium, alii Guillelmum IV. Pictavorum Comitem, & Aquitanie Ducem Regem advocarunt, ut tradidit Beslius in *hist. Comitum Pictaviensium, & Aquitanie Ducum*, & in *Traçtatu de vera origine Hugonis Italia Regis*. Verum hæc frustra tentata fuerunt, quare Italiae Historici, ut scri-

## CAP. II.

Archiepiscopus pergens Germaniam elegit Chuonradum.

**I**nterque talia fluctuante Italia, suorum comparium declinans Heribertus consortium, invitis illis ac repugnantibus; adiit Germaniam (5), solus (6) ipse Regem electurus Teutonicum. Cumque Teutones sibi Chuonradum eligerent, eundem ipsum laudavit, omniumque in oculis coronavit (7), accipiens ab eo præter dona quamplurima Laudensem Episcopatum, ut sicut consecraverat, similiter investiret Episcopum. Rediens verò securus in omnibus, totam suis legationibus evertit Italiam, alios re, alios spe benevolos faciens, donec suum Electum ferè omnes laudavere suscipiendum. Tali fultus remigio veniens Chuonradus Italiam (8), ab eo, ut moris est, coronatur (9) in Regno, deinde Romam duce commigrat (10) eodem. In cujus adventu factus est ingens Romæ conventus diversarum undique gentium, Episco-

po-  
bit Pag. in Crit. Baron. ad ann. 1025. n. 3. hæc dissimularunt, vel quia ignorarunt, vel quia nimis nationi suæ studuerunt, VVippo verò & ipse conticuit, quia Conradi Salici gloriam tantum præ oculis habebat.

(5) In *Constantia urbe Regi occurrit*: VVippo in vita Conradi, quæ extat in collectione rerum Germanicarum edita à Jo. Pistorio. Francof. 1607.

(6) VVippo Presbyter, & ipsimet Conrado à sacris, qui tantum ea, quæ viderat, vel relatu didicerat, se scripsisse profiteretur, Archiepiscopum Mediolanensem Heribertum cum reliquis Optimatibus, ac Principibus Italiae Conrado in Constantiensi urbe occurrisse, eique fidelitatem libenti animo jurasse tradit. pag. 424. & 430. Imò Papienses ipsos non excludit; sic enim subdit idem Scriptor: *Similiter reliqui Longobardi fecerant propter Ticinenses, qui & alio nomine Papienses vocantur, quorum Legati aderant cum muneribus, & amicis, molientes, ut Regem pro offensione civium placarent, quamquam id adipisci à Rege juxta votum suum nullo modo valerent.* Hæc anno 1025. contingere, non anno 1024. ut volunt Sigonius, & Puricellus. Henricus enim obiit anno 1024. III. Idus Julii, eique subrogatus Rex Germaniæ Conradus dictus Salicus, VI. Idus Septembris Moguntia fuit coronatus; post coronationem statim Aquigranum venit, & inde Constantiam, ubi anno primo Regni sui diem Sanctæ Pentecostes celebravit, & Heribertum Mediolanensem Archiepiscopum clementer suscepit, ut supra dictum est, eodem semper VVipone auctore.

(7) [legendum ego arbitror: *Salutavit*] Puricel.

(8) Anno 1026. circa tempus Quadragesimæ. VVippo, Herm. Contr. Mar. Scot.

(9) Mediolani in Ecclesia B. Ambrosii, ita auctores apud Puricel. Sigonius verò lib. VII. ad ann. 1026. meminit alterius Coronationis Conradi Modoctiæ factæ, sicut & Gualvaneus Flamma in *Chronico Majori* Cap. 240., & *Chronicon Flos florum*, quæ vide in citat. Puricel. pag. 353., ubi de his fufius. Hujus tamen facti nullam extare memoriam apud antiquos, & contemperaneos Scriptores jam notavit Struvius in sua *Hist. German. Dissert. XIV. §. VI.*

(10) Anno à Nativitate Salvatoris 1027. *Indiæ. decima* (Chuonradus) Romam ingressus à Papa Joann-

porum quodque, ac secularium Principum (11),  
presidente Domino Papa Joanne .

C A P. III.

*Dissentio Mediolanensis, & Ravennatis Præsulis de dextera Regis.*

**I**mmimente itaque Paschali solemnitate, quum Rex Chuonradus in Basilica Apostolorum ad culmen Imperii Apostolica foret consecratione sublimandus, Heribertus Ravennas Archiepiscopus temerariè dexteram Regis invasit, ac tenuit, faciens quod Mediolanensi jure competebar Antistiti. Quod quum omnium displiceret in oculis, commonebant eum Præsules cæteri, quatenus à non suo desisteret. Nihilominus ille pertinaciter tenebat. Heribertus verò Mediolanensis Antistes, ne in die festo tumultus fieret in Populo, sapienter multum popularem declinavit tumultum, cunctos suos adversari volentes ab omni contradictione coercens.

C A P. IV.

*Allocutio Regis ad Populum.*

**R**ex igitur tumultuantium strepitu amonitus, cognita tandem rei veritate, gradum figens, taliter est concionatus. *Corzum est quidem, Reverendi Patres, quin sicut privilegium est Apostolica Sedis Consecratio Imperialis, ita Ambrosiana Sedis privilegium est Electio, & Consecratio Regalis. Unde ratum videtur, ut manus, quæ benedicit, & prius Coronam imponit Regni, si præsens affuerit, representet Regem ad Imperium promovendum Sancto Petro, ac ejus Vicario. Quatenus Ambrosiano testimonio jure possit imperare, qui Ambrosiana Consecratione didicit, & cepit regnare. Quumque hæc Regis omnibus placeat sententia, dexteram Ravennati auferens, Ambrosianum jubet accersiri Pontificem, qui prædictâ vitandi tumultus causâ venire distulit.*

Joanne [ XIX. ] & universis Romanis Regio bonore mirificè receptus est, & in die Sancto Pasche, qui eo anno [ non subsequenti, ut voluit Puricel. pag. 357. Cap. 220. Tabula enim Paschales, quibus ipse innixus, protrahendum ad alterum annum Conradi ingressum in Urbem autumat, dici, atque anno à Vvipone enunciatis Paschatis celebritatem affigunt ] VII. Kal. Apriles terminabatur, à Romanis ad Imperatorem electus, Imperialem Benedictionem à Papa suscepit, Casar & Augustus Romano nomine dictus. Quin etiam Regina Gisela Imperatricis consecrationem, & nomen ibidem accepit. VVippo.

(11) Rudolphus Rex Burgundia ad electionem, & consecrationem Imperatoriam Regis Chuonradi Romam venit. VVippo. Canutus quoque Angliæ Rex, qui hoc anno, Romam Orationis causâ profectus est, ut ipsemet in suis ad Episcopos Angliæ litteris à Baronio relatis indicat. Pag. Crit. Bar. anno 1027. n. V.

(12) VIII. Idus Aprilis; ita Beroldus, qui floruit anno 1120. teste Puricell. in vita Laurent. Littæ Cap. 2. n. VI. Plura verò ad controversiam spectantia, Ravennatensem inter, & Mediolanensem Archiepiscopum vide in jam cit. Puricel. Cap. V.

C A P. V.

*Episcopus Vercellensis vicem tenuit Archiepiscopi, inde finita est causa in Synodo.*

**I**gitur consulente Domino Apostolico, & universis Episcopis, dexteram dedit Arderico Vercellensi Episcopo illius suffraganeo, ut Pater in Filio, Magister videretur in Discipulo, qui in Imperiali Consecratione vicem Mediolanensis Archiepiscopi pleniter tenuit. Post dies aliquot (12) indicta est Synodus Romæ auctoritate Apostolica, in qua constitutum est, ut in omnibus negotiis Pontificalibus Ravennas nullo modo in æternum se Mediolanensi præferat Antistiti; & si forte præsumserit, Canonica legi subjaceat. Insuper placuit omnibus in hac re conscribi totum in sempiternum testimonium. De quo pauca de pluribus ista decerpimus.

C A P. VI.

*Bellum inter Mediolanenses & Ravennates.*

**D**um hæc agerentur, Mediolanenses cum Ravennatibus altercabantur ad invicem. Igitur crescente jurgio congressi sunt adversum sese mutuò. Sed prævalente impetu & fortitudine Mediolanensium, Ravennates terga dederunt, magna ex parte vulnerati, quos persecuti sunt adversarii usque ad hospitia, sarcinas & omnem diripientes suppellectilem. Ipse etiam Ravennas Heribertus vix aufugit, de manibus insequentium ereptus. Etenim postea illa omnis quievit controversia. Imperator verò à Romanis rediens partibus, commoratus est in Italia (13), donec subegit, si quos habuit, adversarios, patrocinate in omnibus Heriberto; & filuit terra (14) in conspectu ejus.

C A P. VII.

*Litigium inter Archiepiscopum, & Laudenses de Episcopatu.*

**C**ontigit autem tunc temporis (15), Laudensem mori Pontificem, quumque Archie-

(13) Imperator in Apuliam processit, & Beneventum, & Capuam, ac reliquas civitates ejus regionis, seu vi, seu voluntaria ditione sibi subjugavit. Cunctis rebus ritè, & prospere sibi cedentibus, Imperator reversus, præteriens Romam iterum Italiam pertransit. VVippo. Et antequam Germaniam peteret, in Lombardiam rediit, Ravennam quippe, Veronam, & Bergomum pertransiens, ut ex diversis diplomatibus probat Sigonius ad ann. 1027.

(14) Italica nempe; nam eo ibi morante multæ factiones contra eum eruperant in Germania. Pace, scribit VVippo, per totam Italiam confirmata, Imperator Chuonradus proprio reditu in Alemanniam venit, & in Augusta Vindelica colloquium familiare cum suis fidelibus tenuit, de proditoribus Patriæ tractare cepit.

(15) Defuncto Necherio genere Alemanno Laudensi Episcopo, Ambrosius ab Hereberto Mediolanensi Archiepiscopo fuit electus, & confirmatus; ita Sigon. lib. VIII., & Ughel. Edit. Venet. tom. 4. in Laudensibus pag. 661., & in Mediol. pag. 101. electionem hanc anno 1025. alligant, sed ex nostro Auctore in subsequenter alterum est rejicienda.



chiepiscopus suâ investiturâ, quemadmodum ab Imperatore susceperat, alium subrogare decerneret, indignati Laudenses (16) insolitam sui Episcopatus constitutionem audacter despiciunt. Quorum parvipendens Heribertus audaciam, elegit Ambrosium de suorum numero Cardinalium Sacerdotem satis idoneum. Cui primò tradens virgam, & anulum, deinde, ut moris fuerat, consecravit Episcopum. Quo peracto, cuncta Laudensium violenter aggreditur Oppida. Quibus subactis potestativè tandem pervenit ad urbem, suum secum deducens Pontificem, quam undique obsidione circumdans, perseveranter oppugnat. Cùmque Cives viderent se frustra resistere, proposita pacis conventionem, demum in commune deliberant suscipiendum Episcopum. Anteportam namque civitatis facta sunt palam juramenta promissæ fidelitatis; & sic jam dictus receptus est Episcopus, omnibus postea carus, doctrinâ scilicet, & operatione præclarus. Ab illo etenim tempore inter Mediolanenses, atque Laudenses implacabile viguit odium, unde postea per multa annorum curricula prædas, & incendia, cædesque alternant innumeras. Mediolanenses quidem multitudine, divitiis, ac brachii virtute confisi frequenter illos bello aggrediuntur, obsidione circumsepunt, agros & vineas, ac suburbana cuncta demolientes. Laudenses verò exigui numero, sed truces animo, opibus angustis, viribus onusti, nunc suo, nunc alieno scdamno defendunt. Quæ si scriberentur per singula, plura fierent inde volumina.

## C A P. VIII.

*Chuonradus Rex invadit Burgundiam cum militia Italiae.*

**H**is denique diebus (17) mortuo Burgundionum Rege (18) proponit Chuonradus Burgundiam invadere (19), ad quam invadendam Langobardorum jubet properare militiam (20). Ipse verò ex contigua sibi parte obstruos irrumpens aditus, Municipia quæque præoccupat. E vicino autem Italiae

- (16) Ughellius loco cit. narrat Oldericum à Laudensibus electum Episcopum fuisse eodem anno 1029. contra Ambrosium ab Heriberto ejusdem urbis Episcopum constitutum, eumdemque in prælio ad campum Malum fuisse interfectum. Quam malè tamen hoc asseruerit inferius dicemus in nota ad Cap. XI.
- (17) Anno 1032. Vvippo, Herm. Contr. Mar. Scot. (18) Rudolfo.
- (19) Rudolfus imminente morte regnum Burgundicum Henrico Conradi filio designavit; Interim verò Odo Princeps Campaniæ ex Berta Sorore Rudolfi Nepos Regnum invasit, contra quem Conradus bellum parat. Vvippo, Herm. Contr. Sigeb. Otto Frising.
- (20) Confundit hic Arnulphus duplicem Conradi expeditionem contra Odonem. Mortuo nempe Rudolfo anno 1032., ut jam dictum est, eodem anno Conradus Burgundiam intravit, & anno 1033. die Purificationis in Monasterio Paterniaco (gallicè *Payerno* in Diocesi Lausanensi, ut tradit Mabil. Annal. Bened. tom. 3. lib. 46. n. 67.) electus, & coronatus Burgundiæ Rex ejusdem anni æstate Odonem ad dimittendam Burgundiam, ac perendam veniam armis coëgit. Hæc prima expeditio. Anno deinde 1034. Odone promissis nequitiam stante, Conradus novum contra ipsum molitur bellum, ad quod & Itali fuerunt vocati, & de hac expeditione Auctor noster. Fufius verò de his Vvippo pag. 438. 439.
- (21) M. pro *electi* leg. *velut*.

**A** cum Optimatibus cæteris electi (21) Duces indunt, scilicet Præful Heribertus, & egregius Marchio Bonifacius (22), duo lumina Regni, explorantes accessus illos, quos reddunt inebiles præcisa saxa inexpugnabilis oppidi Bardi (23). Per hos ducentes Langobardorum exercitum; Jovii montis (24) ardua juga transcendunt, sicque vehementi irruptione terram ingredienti, ad Cæsarem (25) usque perveniunt. Quumque nequirent Burgundiones resistere, deditionem accelerant, (26) perpetua subjectionis conditione Chuonrado substrati. Et factum est, ut in magna gloria reverterentur omnes ad propria.

## C A P. IX.

*Eclipsis Solis apparuit, & Luna sanguinea.*

**P**er idem tempus (27) mense Junio in die Sanctorum Petri & Pauli fervente meridie Eclipsis Solis apparuit, tribus horis mundo inducens tenebras. Tempore post alio visa est noctu Luna colore fuscata sanguinea.

## C A P. X.

*Conspiratio Walvassorum contra Heribertum Præsulem.*

**M**ultis igitur prosperatus successibus Præful Heribertus immoderatè paululum dominabatur omnium, suum considerans, non aliorum animum. Unde factum est ut quidam urbis Milites, vulgò Walvassores (28) nominati clanculo illius insidiarentur operibus, adversus ipsum assidue conspirantes. Comperita autem occasione, cujusdam potentis beneficio privati, subito prorunt in apertam rebellandi audaciam, plures jam facti. Quod ubi innotuit Præsuli, parat multis consiliis eorum obsistere insidiis. Ubi verò nihil proficit, virtute superare contendit. Ac primò quidem bello victi, atque pugnando vehementer attriti, exeuntes ab urbe discedunt mœrentes. Quibus mox subveniunt Martiani, ac Seprienses (29), pluresque Regni commi-

- (22) Videlicet Bonifacius Tusciæ Dux inclytus, cui nupta Beatrix, non ut aliqui putant, Conradi filia, sed Friderici Lotharingiæ Ducis, uti jam inter Eruditos constat.
- (23) Vulgò *Bard* oppidulum Sabaudia in Ducatu Augustano, ad Doriam Balteam fluvium, ad radices alpium. Baudrand.
- (24) Nunc Mons major S. Bernardi.
- (25) Convenisse ad Rhodanum fluvium asserit Vvippo.
- (26) Regnum Burgundiæ, quod à tempore Arnulphi Imperatoris per annos plusquam centum triginta gentis suæ Reges tenuerant, iterum redactum est in provinciam. Sigeb. Gembl. ad ann. 1034.
- E** (27) Glaber, & cum eo Baronius, & Pagius Solarum Eclipsim ad annum 1033. referunt, Sigonius verò ad 1034., sed certius anno supradicto, ut ex tabulis Calvisianis in opere suo Chronologico.
- (28) Tristanus Calchus ad ann. 1033. hæc habet *ordano in Urbe erat Militum qui vulgò Vvalvassores, sive quòd Civitatis portas custodirent, seu ex Bulla Cæsarea alicujus dignitatis nomen allatum sit, dicebantur*, plura de his tradit Du-Changius in suo Glossario verbo *Vvalvassores*.
- (29) De Castro Seprio à quo Seprienses, vide Bonaventuram Castillioneum de Gallorum Insulbrum antiquis sedibus prope initium. Martiani verò, fortè Martisani, dicti à Martisanne fluvio Insulbrum de quo Bernardus Saccus in hist. Ticinen. lib. V. cap. II.

militones simul mori, simulque parati vivere; præcipuè Laudenses recentis injuriæ memores,

C A P. XI.

*Bellum in Campo Malo, in quo occisus est Astenfis Episcopus.*

**A**rchiepiscopus autem collecto undecumque potuit agmine, non tamen absque suis fidelibus, nititur insequi, & universos opprimere. Quumque reniti præsumerent, conveniunt (30) in Campo, qui dicebatur *Malus* (31) ab ævo; & rectè malus, quoniam humano fuerat cruore rigandus. Ibi commisso campestri certamine, facta est strages magna interfectorum partis utriusque. Inter quos dum incederet medius jam dictus (32) Astenfis configitur Episcopus (33), pars denique maxima belli, cujus interitus certaminis factus est terminus. Hic (34) amisso tanto fratre confusus, illi (35) autem occiso tanto hoste securi recedentes à pugna diverterunt ad propria.

C A P. XII.

*De captione Archiepiscopi, & trium Episcoporum.*

**I**gitur imminente tanto discrimine providit Archiepiscopus vocare suum à Germania Cæsarem, sperans illum futurum auxiliatorem. Veniens autem Veronam Imperator (36), indeque Mediolanum, honorabiliter die primo suscipitur. In crastinum tumultuante, ac vociferante in eum Populo (37), graviter offenditur. Audierant enim, Regem Laudensi jure defraudasse Heribertum. Quod Augustus

(30) Corrigendus hic Sigonius lib. VIII. perperam scribens pugnam hanc ad Campum Malum anno 1025. accidisse occasione litigii supradicti ad Cap. VII. inter Mediolanensem Archiepiscopum, & Laudenses, cum auctor noster VVipponi concers istam jam post annum 1034., & ex inferius dicendis, anno 1036. contigisse optimè scribat.

(31) Prope Mortam, qui est inter Mediolanum, & Laudem locus. Sigon.

(32) M. *Oldericus*.

(33) Hermannus Contractus, Corius, & Sigonius Oldericum Astensem Episcopum anno 1025. in pugna ad Campum Malum desideratum scribunt, Ferdinandus verò Ughellus cum supradictum Astensem Episcopum ad annum usque 1036. vixisse pluribus perciperet documentis, ut docet in Episcopis Astenfis, præfatos Scriptores corrigere conatus est, alium subjiciens Oldericum, Laudensem nempe Episcopum, quem loco Astenfis in illo conflictu cecidisse scribit, putans & ipse pugnam illam anno 1025. factam fuisse, in quo erravit cum aliis, quos omnes tum ex Auctore nostro, tum ex VVippone emendare haud difficile erit. Traditur enim cap. sequenti Chonradum ab Heriberto statim in Italiam evocatum, ut tanto provideret discrimini; constat autem ex VVippone, Hepidanno, & aliis Chonradum Natalem Domini anno 1036. vel inchoante 1037., ut computat VVippo, Veronæ celebrasse, Mediolanum inde venisse: ex quo facile eruitur, bellum illud non ad annum 1025., sed ad annum 1036. referti debere, ut vult etiam Hepidannus in Annal. ad hunc Christi annum. Quo facto nulla jam Ughellio causa alium inquirendi Oldericum, quam Astensem Episcopum, quippe qui anno 1036. Taurini in Ecclesia S. Joannis Baptistæ in Sacello Sanctissimæ Trinitatis humatus, teste Pingonio, eodem anno in pugna ad Campum Malum cecidisse potuerat. *Tom. IV.*

**A** dissimulans Papiam adiit, ubi quum generale statuisset colloquium, concinnato dolo cepit, ac tenuit Archiepiscopum (38), Aquilegensis (39) tradens Patriarchæ custodiendum. Ecce Mediolanensis attonita inhorruit Civitas, proprio viduata Pastore, dolens, ac gemens à puero usque ad senem. O quæ Domino preces, quantæ funduntur & lacrymæ! Quumque proclamarent assiduè Clerus, Populus, atque Miles, facta est de absoluteione conventio, datis obsidibus Augusto. Quibus receptis nihilominus tenuit, tractans perpetuo damnare illum exilio. Qui etiam tres alios una die comprehendit Episcopos, Vercellensem, Placentinum, & Cremonensem. Archiepiscopus verò post menses duos fugam arripuit (40), cui venienti tota occurrit Civitas ira hilaris, ut fervens domino, mulier non cederet viro præ gaudio cursitantes. Ecce vespertinus urbis fletus subito conversus est in matutinam lætitiā (41).

C A P. XIII.

*Quomodo Rex impugnavit Mediolanum, & divinitus corripitur.*

**V**idens autem se Chuonradus delusum, suum, & Reipublicæ palam Heribertum denunciavit inimicum. Igitur exiit editum à Cæsare Augusto, ut cuncta suæ potestatis Regna ad Mediolanum concurrerent impugnandum. Factum est autem, ut omnis Italia, universa Germania convenirent simul ab angulo usque ad angulum. Ac primo quidem impetu quoddam firmum aggreditur municipium nomine Landrianum (42). Quod oppugnans in modico demolitur. Inde applicuit Me-

(34) Sensus sermonis hujus conjectura potius, quam ex ipsis verbis indagandus; colligi enim ex his aperte non potest, quis fuerit hic, qui amisso tanto fratre Oldericus confusus; Si enim Manfredus Marchio, de quo lib. I. c. XVIII., ubi nam auctores, qui hunc pugna adfuisse testentur? de Heriberto ergo Mediolanensi Archiepiscopo Arnulphum nostrum locutum fuisse arbitror, qui Oldericum Astensem uti Coepiscopum, atque suffraganeum fratrem nuncupare poterat.

(35) Valvassores. Ex eo prælio Herebertus videtur Arderico, qui & Oldericus dicitur, Astenfi Episcopo amisso excessit. Sigon. lib. VIII.

(36) *Celebravit Natalem Domini Veronæ anno Dominica Incarnationis (inchoante) 1038. Inde Mediolanum veniens, ab Heriberto Archiepiscopo magnificè receptus est in Ecclesia Sancti Ambrosii VVippo.*

(37) De tumultu Mediolani statim oborto, ejusque causa legendus VVippo.

(38) De modo, quo captus fuit Herebertus, legend. Landulphus lib. II. c. XXII. ut infra.

(39) *Commendavit eum in custodiam Popponi Patriarchæ Aquilegensis, & Chononi Duci Carantanorum, qui ab eis ductus est cum Imperatorio usque Placentinam civitatem. Hæc VVippo. Verum cum ex Landulpho cit. lib. appareat Herebertum ad fluvium Trebia, dictum prope Placentiam è Theutonicorum manibus arte ereptum fuisse, credere fas erit Herebertum, vel ad Placentinum carcerem destinatum in via liberatum fuisse, vel illum non in urbe ipsa, sed non longè ad Trebiam fuisse custoditum.*

(40) Quomodo fugæ se dedit Herebertus, vid. in Landulpho lib. II. c. XXIII.

(41) M. *Præterea B. Ambrosius Ecclesie suæ precibus, exoratus promeruit à Domino suum liberare Vicarium ignorantibus cunctis, & ipso Cæsare.*

(42) Oppidum prope Urbem.

C

Mediolanum tertio ab urbe milliario, fixis tentoriis castra metatus. Mediolanenses autem prompti resistere quæque proxima Civitatis loca muniunt. E quibus electi juvenes armis comiti (43), bellis edocti, volantes equis proludunt telis, Cæsarianis insultando militibus, & gyantes castra clypeo minantur, & hastâ proximòs quosque cædentes. Quumque per dies aliquot hæc exercerent præludia, factum est in die Sancto Dominicæ Ascensionis, Cæsariani omnes suo cum Cæsare castris erumpunt. Teutones in dextro, Itali in sinistro bella cientes. Civibus verò occurrentibus ex adverso, ingravatum est undique bellum, diversis in diversa pugnantis. In prima fronte nobilis quidam Teutonicus (44) staturâ procerus, & Wido Italicus Marchio signifer Regius inter media tela confixi sunt. Quibus cadentibus, multisque aliis in proprio cruore jacentibus, paulatim belli tepescit amor. Demum Cæsariani collecto agmine ad castra commigrant. Urbani quoque relictis campis propria tecta requirunt. Igitur recedens ab urbe Cæsar jubet cuncta in circuitu prope longèque vastari loca. Quumque flammis universa consumeret, crebris fulminum ictibus (45), & grandinea tempestate correptus à cæpto desistens recessit mœrens. Quin etiam Bertaldus Regius à secretis, cujus cuncta fiebant consilio, insanæ mox mentis efficitur.

## C A P. XIV.

*Rex dedit Præsulatum Ambrosio, Heribertus voluit dare Regnum Oddoni.*

DE quo quum Rex leniri debuerat, magis intumuit, in tantum (ut Heribertum) adjudicaret propria dignitate privandum. Stabilita igitur deliberatione Præsulatum tradidit Ambrosio Mediolanensis Ecclesiæ Cardinali Presbytero, suoque Capellano, etsi videntibus, non tamen volentibus Episcopis). Quo Heribertus audito, de Rege similiter tractat honore privando. Secreta igitur legatione suggerit Oddoni potenti Francorum Comiti, ut se favente arripiat Regnum Italiæ. Qui nihil moratus, utpote regnandi avidus, primò quidem aliquas Alamanniæ partes violenter invadit. Hunc impugnans viriliter Dux Gothefredus vehementi facta congressione in momento prostravit, ejusque caput avulsum humeris fertur Augusto in Italiam direxisse. De cætero Imperator annuam Mediolani vastationem universos Regni Primates jurare præci-

(43) M. Cooperti.

(44) Forfan Baiguerius Chonradi Nepos, de quo Landul. cit. c. XXV. Sigonius Bavarum appellat; Bavaria nempe Bajoaria, & Baygueria nomine quoque donata.

(45) Rem integram narrat VVippo sub tit. de miraculo, quod accidit in die Pentecostes, quem refert Puricellus cum aliis pluribus testimoniis in monum. Basil. Ambros. cap. 239. pag. 400. Ejus hæc sunt verba: Eodem tempore dum Imperator quoddam castrum S. Ambrosii, quod Curbitum dicitur (Scriptores nostri Corbetam vocabulo etiam in præsens usitato dixerunt) juxta Mediolanum obsideret, accidit ibi, quod plures pro miraculo habuerunt. In Dominica Sancta Pentecoste, ante horam tertiam de magna serenitate cæli subito fulmina cum tonitruis eruperunt tanta fortitudinis, ut multa pars hominum, & equorum periret in castris. Quidam præ tanto terrore in excessum mentis venerunt, itaut post aliquos menses vix illis sensus redierit. Venien-

piens, obstinato animo repatriavit in Sueviam æger pedibus, & cunctis debilis artubus.

## C A P. XV.

*Ambrosius defecit, Heribertus verò profecit.*

INterea Pseudo-Ambrosius palam gerens virgam, & anulum, ut lupus in abdito clam insidiabatur omnibus modis Heriberto, multis multa quotidie jurando pollicitus Clericis, atque Laicis, in urbe & extra factionis conceptu. Ubi autem Fidelium dignitas perfidorum sensit insidias, deprehensos in crimine puniunt in personis, & propriis facultatibus; & sic prævalente Heriberti potentia, evanuit omnis illa fraudulenta præsumptio.

## C A P. XVI.

*Concertatio inter Regnum, & Præsulem, & de Vexillo mirabili.*

PER idem tempus (46) factum est, ut cuncti Principes Regni simul undique convenirent ad devastandos, sicut Regi promiserant, Mediolanensium fines. Prævidens autem Archiepiscopus futuram oppressionem, jubet illicò convenire ad urbem omnes Ambrosianæ Parochiæ incolas armis instructos à rustico usque ad Militem, ab inope usque ad divitem, ut in tanta cohorte patriam tueretur ab hoste. Signum autem, quod dimicatuos suos debebat præcedere, tale constituit. Procera trabs, instar mali navis, robusto confixa plauastro erigitur in sublime, aureum gestans in cacumine pomum cum pendentibus duobus candidissimi veli limbis (47). Ad medium veneranda Crux depicta Salvatoris imagine extensis latè brachiis superspectabat circumfusa agmina, ut qualiscumque foret belli eventus, hoc signo confortarentur inspecto. Effetque gravis inter Urbem, Regnumque conflictus, nisi novus de morte Cæsaris rumor concuteret animos hostium (48), adeò ut solutis castris certatim resurgerent ita confuse, ut colliderentur ad invicem, inter quos Parmensis (49) corruens signifer turpiter occubuit.

## C A P. XVII.

*Chonradus moritur, & filius Henricus paciscitur.*

DEFuncto (50) autem Chonrado Henricus (51) adolescens ejus Filius, Rex vivente

tes autem qui extra castra fuerant, nec vidisse, nec audivisse aliquid tale dicebant.

(46) Anno 1039.

(47) M. Lintets.

(48) M. Animos audientium. Percepta quippe rei veritate intenta bello acies libenter quævit utraque, redeuntibus in sua cunctis.

(49) Ugo forfan Marchio Transpadanus, quem unguis equorum attritum, ac defunctum scribit Landul. l. II. c. XXV.

(50) Chonradus ex hac vita migravit Trajecti Frisiæ anno 1039. pridie Nonas Junii, feria II. Indictione VII., ut de ejus epitaphio dicit Arn. Bruchelius in notis ad VVilh. Hedæ hist. Trajecten. & Chronographi penè omnes. VVippo erravit in eo, quòd loco pridie Nonas, scripserit XI. Nonas Junii, ita scribit Pag. Crit. Bar. ad ann. 1039. seu potius errarunt Librarii, cum VVippo scripserit putandus sit II. Nonas, ii verò legerint XI. Nonas.

(51) Henricus III. dictus Pius, & Niger, Secundus inter Augustos.



vente patre creatus (52), Augustus ab omnibus appellatur. Vir Reipublicæ gerendæ satis idoneus, qui paterni animi non imitatus affectum, suorum consultu Fidelium cum Archiepiscopo pacis fœdera stabilivit (53), ab illo deinde fideliter honoratus.

## CAP. XVIII.

*Civile jurgium inter Mediolanenses.*

**P**acatis igitur rebus omnibus, intestinum jurgium, bellumque civile succedit, (54) adeo execrandum, & lacrymabile, ut præter innumeras bellorum clades immutatus sit status urbis, & Ecclesiæ. Verissimè enim otio civiles nutriuntur discordiæ, & sæpè *velut ex ædipe prodit iniquitas* (55). Nullis itaque exterius adversantibus in semetiplos exercent odia Cives. Factum est autem, ut privato inter se jurgio plebejus quidam graviter cederetur à Milite. Unde plebs dedignanter commota, repente adversum milites in arma confurgit. Ipsi autem velut incauti juxta posse resistunt. Inde fomes pullulat odiorum, & partium fiunt juramenta quamplurima. Lanzo quidam ingenuus civitatis Miles plebejæ turbæ favebat instantius, cujus fota juvamine plurimum convalescebat. Hoc indignata cætera Nobilitas, partim tamen suorum amore fidelium, Militibus sese consociat, eodemque tempore multa fomina, multaque narrantur in urbe prodigia. Quumque civitas tali penderet in dubio, repentinus auditur in ea clamor modica occasione conceptus. Fit ingens concursus omnium, atrox pugna committitur per plateas & angulos, diu certatur utrinque tectis, & culminibus. Demum Militum paucitas multitudine circumventa plebeja undique flammis urgetur & ferro. Unde factum est, ut cum natis & uxoribus propria tecta irati defererent. Quorum ut confuleret rebus Archiepiscopus, paucis interjectis diebus, ab urbe discessit & ipse. Quibus etiam statim fiunt auxilio Martiani cum Seprienfibus.

- (52) Anno 1028. Henricus puer undecim annorum, biennio ante Rex designatus, à Pilligrino Archiepiscopo Colonienfi Aquisgrani in festo Paschalis fuit coronatus. Vvippo, Vita S. Godhardi apud Leibnitium tom. I. cap. IV. Lamb. Schafna; Chron. Leod. ad ann. 1028.
- (53) *Ceterum Henricus Italici de Regni possessione sollicitus, legatos protinus ad Herebertum Archiepiscopum misit, coronam in præsens, amicitiam in perpetuum postulatum.* Sigon. ad ann. 1039. Coronam tamen in præsens postulatam, vicissimque promissam Henricus non recepit in præsentem, sed aliquanto post tempore. Ita Puricel. cit. pag. 405.
- (54) De belli hujus causa lege Sigon. lib. VIII. ad ann. 1041. quo dissidia cœperunt.
- (55) *Psal. 72.*
- (56) Ad annum usque 1043. Sigon.
- (57) Prolixius jurgii istius finem describit Landulphus lib. II. cap. XXVI. ex quo Sigonius.

## CAP. XIX.

*Obsidio ordinata circa urbem.*

**T**ali igitur confortati suffragio consultè provident sex propinqua urbi munire præsidia, in quibus cum omni cohabitantes familia firmissimam circumquaque obsidionem constituunt, die, noctuque cæde grassantes. Sex enim exeuntes ab oppidis, toridem oppugnant urbem assidue partibus. Nec minus civilis turba sæpè portis erumpens, nunc se pugnando defendit, nunc illos ultrò aggredi furibunda contendit; rara namque transit absque sanguine dies. Quumque triennio (56) partes sic baccharentur, utræque vicissitudine quadam quid contra se invicem possent frequenter expertæ, veniunt ab Augusto Legati (57) treguam inviolabilem indicentes, quam totius Regni virtute, & consilio jurejurando confirmant.

## CAP. XX.

*Archiepiscopus Modoëtia infirmatur, Mediolani moritur.*

**E**odem tempore Archiepiscopus Modoëtia degens (58) graviter infirmatur, quumque ægrotaret ad mortem, disposita domo, ac bonis omnibus, deferri se jubet ad urbem, ubi quum aliquantis langueret diebus, vitæ præsentem subtrahitur (59). Sepultus est autem ad Sanctum Dionysium, ubi elegans fundaverat ipse Monasterium (60). Providit etiam vivens universis Ecclesiæ Ordinibus, plures conferens facultates ad præsentium, futurorumque subsidia. Hujus in diebus cuidam Genuensis urbis incolæ revelatæ sunt Johannis Archiepiscopi Sacrosanctæ Reliquiæ. De eo quum sufficienter sit dictum, cesset amodò noster ab illo stylus cote jam tertia subtiliter acuendus.

- (58) Anno 1041. Herebertus frustra sæpius pugnas eorum dirimere, concordiamque conciliare conatus, Modoetiam secessit, ne manens in urbe alterutram partem verbo factove offenderet. Ita Sigonius. Mansit verò ibidem usque ad annum Dominicæ Incarnationis 1045. quo mense Decembri, Indictione decimatercia, testamento jam ab anno 1034. condito alterum adjecit, quod refert Puricel. n. 245.
- (59) Obiit anno Dominicæ Incarnationis millesimo quadragesimo quinto, decima sexta die mensis Januarii, Indictione decima tertia. Sic legitur in ipsius Epitaphio ad S. Dionysium. Proindeque obiit anno à Nativitate Christi millesimo quadragesimo sexto subdit Puricel. n. 248. Plura de ipsius morte, ac sepultura vide apud cit. Puricel., & apud Landulph. lib. II. cap. XXXII., & XXXIII.
- (60) De hujus Monasterii fundatione agit Jo: Mabillonius in annalibus Bened. t. IV.

## LIBER TERTIUS.

Illud quod restat, jam lectio tertia præstat.

## PROLOGUS.

**M**Emini dixisse me nuper propter civile jurgium mutatum urbis, & Ecclesiæ statum. Utrum verò in melius, an in deterius, dicere non oportuit, quum, facta collatione præteritorum ad præsentia, facilis fiet inde cognitio. Atque utinam nescirem. Quæ tamen omnia melius scribendo patebunt.

## CAPUT PRIMUM.

De Præfulatu Widonis, & pace facta inter Mediolanenses.

**D**efuncto autem Heriberto variè tractatur à multis de restituendo Pontifice (1). Henricus verò Augustus jam dictum habens præ oculis Mediolanense dissidium, neglecto nobili, ac sapienti primi Ordinis Clero, idiotam, & à rure venientem elegit Antistitem, cui nomen fuerat Wido. (\*)

(1) Quid, & quomodo fuerit pertractatum de electione Mediolanensis Pontificis, in medio relinquit Auctor noster. In Ughelli Ital. Sac. t. 4. edit. Venet. col. 107. hæc habentur: *Vido Vvalvasorius de Velate Heriberto successit anno postquam excessisset è vivis, qui fuit MXLVI. siquidem cum Populus Mediolanensis quatuor Presbyteros proposuisset eligendos, qui in Metropoli divinum opus urgebant; parsque Nobilitatis hunc Vvalvasorium proponeret, Vido omnem litem pecunia abruptit. oblato enim pretio, ab Henrico Imperatore in Mediolanensem sedem intruditur eodem anno.* Hinc colligi posse videtur, nominandi facultatem Populo tunc temporis pertinuisse, qui nimirum quatuor Presbyteros proposuit eligendos ex iis, qui in Metropoli divinum Opus urgebant, hoc est meo quidem iudicio, post Archiepiscopum præcipuis muneribus in Metropoli fungebantur. Ex illis verò à Populo propositis Presbyteris unum à Clero eligendum fore, juxta morem in Ecclesia antea sæculis vigentem, & adhuc in parte non una Orbis Catholici perdurantem, suspicarer ego, non sine probabili conjectura, donec occurrant certiora. Cum verò Nobilium pars pro Vidone staret, hinc variè pertractatum fuisse de electione Pontificis Auctor noster asserit: quæ omnia, interveniente Cæsaris auctoritate in favorem Vvidonis cesserunt. Porro Henticum ab ipso Vvidone Coronam ferream accepisse tradit Sigonius lib. VIII. ad annum MXLVI. in *ede Divi Ambrosii suburbana*: Hanc verò esse, quam adhuc colimus, Basilicam S. Ambrosii facile credo.

(\*) In margine Codicis M. legitur *Hic Vvido fuit debellatus anno MXLVI.*

(2) *Psal. 77.*

(3) Alludit fortè Auctor iis, quæ Galvaneus Flamma adfert in Manipulo Florum Cap. 150. apud Puricellum in Monum. Basil. Amb. pag. 423. *Hunc (Vvidonem scilicet) populares invité receperant, tum quia non erat de numero illorum quatuor, qui ritè fuerant electi, tum quia in favorem Nobilium dari visus est. Unde cum primam Missam in Pontificalibus in Ecclesia majori celebraret, ab universo Clero, & Populo juxta Altare solus relinquitur, & tamquam Simoniacus ante Leonis Papæ præsentiam citatur.* Hinc fortè elucidatur sensus Notæ marginalis superius adscriptæ, dummodo debellatus pro eodem intelligatur ac depulsus; quandoquidem cum pri-

Ann. 1046.) Revera sustulit eum de gregibus ovium, & de post factantes accepit eum (2). Huic factò parum repugnant Mediolanenses, sive timore Regio, seu inter se odio, partim avaritia. Quæ, ut sapiens ait quidam Agiographus, *omne malum primò invexit Italia.* Et exinde omnia vertuntur in pejus (3). Factum est autem postea, ut in sese conversi, unusquisque alter alterum conveniret, suum conferendo opprobrium, necnon Civitatis incommodum. Demum post multa consilia mediis Sacrosanctis Evangeliiis conjungunt foedera pacis, facientes quidem amnestiam, idest abolitionem malorum (4), quam Athenienses primi fecisse, & sic vocasse leguntur (Orosio teste). (\*\*)

## CAP. II.

Henricus Rex Romæ Papam abjecit, suumque constituit.

**T**empore illo Cæsar Henricus Italiam veniens, celebrato Papiæ Synodali Concilio, Romam tendit (5), cui Papa obviavit Pla-

mum celebraret Vvido solemnè Sacrificium, à Clero & Populo derelictus ad Sedem Apostolicam tamquam Simoniacus citatus fuit.

(4) Hoc contigisse crederem ea ratione, quæ ab eodem Galvaneo Flamma loco superius citato refertur. Sic etenim dicere pergit: *Qui comparuit, & facta defensione sua excusatus, per sententiam Papæ, quod esset verus Archiepiscopus, declaratur. Redit Guido ad suam sedem cum gloria magna &c.* Hac itaque occasione Plebis & Nobilium partes à turbis & jurgiis cessasse, pacemque firmatam fuisse opinor.

(\*\*) Lib. 4.

(5) De hac Synodo ita Sigonius loco citato. *Papam inde profectus (Henricus) VI. Kalendis Novembris conventum egit: atque exules Lombardos, quos superioribus annis propter conjurationes initas Conradus in Germaniam relegarat, restituit. Exules inde, Civitatibus suis repetitis, humilitatem, in qua in exilio fuerant, tenuerunt, neque ullam rem publicam aut privatam attingentes, verum uni religioni studentes, ac victum manibus suis querentes vitam traduxerunt. Prima sedes ad Comum in loco, qui Rondinetum appellatur, locata. Hos vulgò Monachos Humiliatos dictos, atque aliis ad eos se applicantibus auctos sequentibus annis disciplina D. Benedicti Joannes Meda Comensis astrinxit, qui postea propter sanctissimæ vitæ famam post mortem anno fortè MCLXV. ab Alexandro III. Pont. in numerum Divorum ascriptus est.* Præter Sigonii citatum locum nusquam mentio de hac Synodo occurrit, si demas Hermannum Contractum, qui de eo innuit apud Baronium ad ann. MXXXVI. ubi pauca hæc habentur. *Coadunato exercitu Papæ Synodum celebravit.* Verum inde Ordinis Humiliatorum initia defumere facile est. Quamvis de hac re non defint plurium Auctorum opiniones, quæ multò antea inchoatum hunc Ordinem tradunt, quasque collegit Puricellum in suo opere MS. asservato in Biblioth. Ambrosiana sub hoc nomine *Monumenta Ordinis Humiliatorum*: nihil tamen circa ejusdem initium certi statuens. Plura antiqua documenta ad hunc ordinem spectantia extant in Bibl. Braidenfi Mediolani PP. Societatis Jesu, quæ fortasse, si otium fuerit unà cum supradictis monumentis in hujus collectionis decursu publici juris fient. Interim observandum Novocomi perantiquam, & penè fatiscentem ædiculam extare, vocarique vernaculo idioma *Rondanè*.

Placentiæ (6), vivente altero, ac concedente intronizatus (7). Facto autem Romæ (8) generali conventu Præfulum, visum est Regi, & Episcopis omnibus Papam ipsum injustè tenere Cathedram (9). Quo statim abjecto (10), unum ex Teutonibus Præfulem illius loco substituit (11), quem mutato nomine Clementem vocavit, à quo etiam Coronam suscepit Imperii.

- (6) Cum Hermanno Placentiæ Henrico obviasset Pontificem, scilicet Greg. VI. sentiunt Sigonius loco citato, Baronius ad ann. MXXXVI. Mabillonius Annal. Bened. t. 4. & Harduinus in Concilio Suttrino ad eundem annum; verùm Otto Frisingensis congressum hunc Sutrii contigisse refert.
- (7) Gregorius VI. viventibus Silvestro III., & Benedicto IX. ad Pontificatum evehctus, ad sedandas turbas occasione Schismatis in Ecclesia excitatas, dictis Silvestro & Benedicto proventus ad vitam honestè degendam destinavit. Auctor noster per verba *vivente altero*, Benedictum IX. non verò Silvestrum indicasse videtur, cum Silvester trimestri spatio Pontificatum Benedicti interpolaverit, & vix inter Pontifices numeretur. Quod verò subdit *ac concedente*, innuit voluntariam Benedicti IX. à Pontificatu abdicationem, qua tandem pax affulsit Ecclesiæ.
- (8) Non Romæ, sed Sutrii Synodum actam fuisse, omnes contemporanei Scriptores, ac moderni tradunt. Cum verò quæ Sutrii constituta fuere, Romæ postmodum executioni mandarentur in altera Synodo, quam Victor Papa lib. 3. Dialog. innuit, hinc fortè Auctor Romæ potius, quàm Sutrii meminit.
- (9) Cum iis sentit Arnulphus, qui ob proventus Benedicti à Sede Pontificia decedenti assignatos, ut supra diximus, Gregorium Simoniaci nota inurunt. Illud autem inde contigit, quòd tunc temporis, gemente sub Comitum Tusculanorum tyrannide Ecclesia, omnibusque in eadem à serpente jamdiu Simoniaci labe labefactis, primum fuit in deterius judicare, quòd non à vitio, sed à vera prudentia permotus Sanctissimus Pontifex in tanta rerum angustia sapienter peregit. Ille quippe apprime noscens, nullatenus Ecclesiæ pacem sperandam fore, quin Benedictus Antipapa, Tusculani Comitris filius, è Sede migraret, quòd atque durum erat ac difficillimum; eò tandem rem deduxit, ut statuto ei annuo censu librarum mille Papiensium, uti Papebrochius censet, cederet è folio idem Benedictus. Quòd profectò pacem emere, non Pontificatum Simoniaci technis furtipere statuendum est: quandoquidem non ideo de eroganda pecunia conventum est, ut Gregorius Sedem occuparet, sed ut pacis firmandæ, & Reipublicæ Ecclesiasticæ componendæ gratiâ, Benedictus, quo tunc modo expediebat, secederet. Quòd ut clarius elucescat, & quam temerè Pontifici optimo Simoniaci labe inuratur, fiat palam, expendenda sunt quæ S. Petrus Damiani de Gregorio VI. scribit apud Papebrochium in Propylæo dissertatione XXI. pag. 184. Expendenda item sunt quæ Pagius junior refert in Breviario Crit. t. 2. pag. 318., ubi numero tertio Greg. Simoniacum asserit, sub fine verò numeri subsequenti, eundem zelo in Ecclesiam ductum fuisse, ut Pontificatum susciperet, quem sponte & non coactus abdicavit, ideoque inter legitimos Pontifices numerandum constituit. Præcipuè verò legenda sunt quæ Nuceus in Leonem Ostiensem adnotat & disserit in hoc eodem Tomo pag. 396.
- (10) Non per abjectionem, sed per abdicationem voluntariam à Sede decessit Gregorius. Coa-

## CAP. III.

*Commemoratio & laus Leonis Papæ, & de nece Bonifacii.*

Tertius ab eo Sanctus claruit Leo (12), cujus industriâ Romanæ status reparatur Ecclesiæ, qui geminam in Italia Synodum devotissimè celebravit, Papiæ scilicet, atque Mantuæ, (13) absente Cæsare. Cui quum misericorditer displiceret oppressio illa vehemens, qua impiissimi Normanni miseram affligunt Apuliam, prædicatione mixta precibus tentat illos à tantis revocare flagitiis (14). Quumque nihil proficeret, armis aggreditur ipsam compescere feritatem, licet illi adversus belli fuerit exitus (15). *Judicia enim Dei*

- Et enim Concilio Suttrino, & ab eodem sublatis censibus, quæ Benedicto & Silvestro rependebantur, suadente ipso Henrico Rege, mitissimus Pontifex Pontificalia voluntariè, & nullo cogente deposuit. De Simoniaci Gregorii electione actum quidem fuit in Synodo; at nihil inde concludenter emerit. Ad tollendum verò quicquid scrupulosius opponi poterit, crederem Sanctissimum Pontificem eò devenisse, ut omnibus fieret satis: vide Harduin. Concil. t. 7. p. p. ad Concilium Sutrinum pag. 922.
- (11) Svidgerum scilicet Episcopum Bambergensem ann. 1047.
- (12) Post Clementem Benedictus IX. iterum Pontificatum invasit, tenuitque VIII. circiter mensibus, donec operâ Henrici Cæsaris Poppo Brixinensis Episcopus, assumpto nomine Damasi II. Pontificatum iniit anno 1048. Quo defuncto post dies XXIII. ab electione, Bruno Tullensis Episcopus, sanguine & sanctitate præclarus, non tam ab Imperatore, quàm à Clero & Populo Romano legitimè ad Pontificatum evehctus est, nomine Leonis IX. anno 1049. Vide Vvibertum lib. 2. cap. 2. in nostræ collectionis tomo III.
- (13) Primam omnium Synodum celebrasse Leonem Romæ in Laterano tradunt Baronius, & Pagius ad annum 1049. & Vvibertus citatus lib. 2. cap. 4. qui etiam de peractis & constitutis contra Simoniacam hæresim, & incestuosas nuptias, quemadmodum de confirmatione eorum, quæ sive à Conciliis antea actis, sive à Pontificibus constituta fuere, memorat. Et hæc quidem Synodus circa Albas, tempus scilicet postpaschale, celebrata fuit, juxta Hermannum Contractum, & Sigonium de Regno Italiæ lib. VIII. ad annum 1049. Mox in Gallias transiturus Pontifex novam Synodum coëgit Papiæ circa Pentecosten: at quid in ea actum sit, nemo indicat. Aliam posteriorem Romanam Synodum memorat Pagius numero XXIV. in Brev. Crit. pag. 339. ad ann. 1050. ex Auctore Anonymo à Petro Francisco Chiffetio nuper edito contra Berengarii hæresim. Antequam verò Mantuanum Concilium cogeret Leo, præter memorata tria, etiam alia, scilicet Vercellense anno supradicto 1050. mense Septembri, & Romanum alterum, eodem scilicet anno, congregavit, prout videre est apud Pagium loco citato n. XXVIII. ex Herm. Contracto in auctiori Chronico; quamquam hoc idem esse ac illud sub nu. XXIV. Pagius supra relatus suspicatur. Tandem Sanctus Pontifex Mantuæ Concilium celebravit, cum Germaniâ redux Romam peteret anno 1052., vel juxta Hermannum Contractum, & Vvibertum anno 1053.
- (14) Quid Sanctus Pontifex egerit ad compescendam Normannorum sævitiam lege apud Pagium. Crit. Bar. t. 4. pag. 191. & Vvibertum in vita Sancti Leonis.
- (15) Diversa narrant circa belli hujus exitum Sigonius de Regno Italiæ lib. VIII. ad an. 1053. & Vvibertus. Ille enim Pontificem obsessum, deditum, & ab hostibus suis post dedicationem Beneventi detentum refert. Vvibertus verò post suorum cladem ab ipsis Normannis summa veneratione habitum fuisse, sublatis omnibus, quæ prius invaluerant flagitiis, reparatis-

*Dei abyssus multa* (16). His diebus Marchio Bonifacius (17), dum nemus transfret opacum, insidiis ex obliquo latentibus, venenato figitur jaculo (18). Heu senex, ac plenus dierum, maturam mortem exiguo (19) præoccupavit.

## C A P. I V.

*De placito Regis in Ronchalia, & laude, & morte ejus.*

**I**llo autem tempore placitatur Imperator in pratis Ronchaliæ (20). Discussis verò querelis pluribus, legaliter multa examinat. Ubi Marchionem Adelbertum (21), de quo nimia fuerat proclamatio, cum aliis flagitiosis captum ferreis jubet vinciri nexibus. Equidem dignè satis. Deinde diebus multis modò cum Ungris, modò cum Leuticiis pro tempore confligebat. De quibus omnibus nobiliter triumphavit, victos tributo coarctans (22). Cujus unum insigne trophæum aurata indicat Lancea Ungrorum Regi violenter extorta, & Romæ in Apostolorum Templo suspena. Qui quum insigni floreret imperio, carus omnibus, migravit à seculo (23), relinquens sui nominis puerum (24) Augustæ Agnetis materno gremio fovendum.

ratisque iis, quæ Ecclesiæ illata fuere injuriis cessatur. Hermannus Contractus verò mediam inire viam inter Sigonium, & Vvibertum, planè videtur; sic enim habet ad eundem annum MLIII. ipseque Dominus Papa in quodam ab eis castello obsessus, cum expugnata jamjamque munitione, necessitate coactus, communionem ejus, prius interdictam, reddidisset, acceptus ab eis, Beneventum cum honore reductus est, ibique tempore aliquanto detentus, nec redire permittitur.

(16) Psal. 35.

(17) M. His diebus Marchio Montisferrati Bonifacius.

(18) Hoc Sigonius ad annum 1052. refert, factumque his verbis enarrat. Bonifacius Marchio per insidias ad Spinetam agri Cremonensis vicum ad ripam Ollii ab exule quodam pridie nonas Maji interficitur, ac summo Italia dolore, Mantuæ in ade S. Andrea sepelitur. Ejus ditionem Beatrix uxor, qua adem illam construxerat, & filia Matbildis, & Bonifacius puer excepit. Præter ea, quæ doctissimus Muratorius de Bonifacio Marchione scripsit in pererudita Præfatione Auctori nostro anteposita, observanda veniunt quæ mox, ad annum scilicet 1053. subdit idem Sigonius. Narrans enim reditum Leonis IX. à Germania in Italiam pro expeditione contra Nortmannos sic loquitur: *decedens inde cum valido Germanorum robore Leo, secum duxit Gottifredum Lotharingæ Ducem, Gozelonis filium, quem paulò ante Henrico reconciliaverat, peractaque Pontificiorum à Nortmannis acceptæ cladis enarratione, hæc subdit. Beatrix Gozeloni Lotharingæ Duci Henrici inimico nupsit, ac filiam Matbildem Gottifredo Gozelonis filio collocavit, qui Ducis Spoletani, & Tusciae titulum tulit. Ea res suspicionem non leuem Henrico attulit. Mox ad annum 1055. relata Henrici & Gozelonis reconciliatione, tandem sub finem ejusdem anni hæc habet: Beatrix ad Henricum profecta, ut crimen mariti suumque purgaret, retinetur ab Henrico, insimulata, quòd hosti publico Italiam per conjugium prodidisset; Bonifacius puer ea de causa accedere veritus, post paucos dies moritur; Matbildis soror maximarum, qua patris fuerant, in Italia opum bæres relinquitur, siquidem à plerisque, & quidem veteribus Scriptoribus Lombardia & Tuscia Dux, Canistisque Comes vocatur &c. Ex*

## C A P. V.

*Regnat puer Henricus, & Papienses spernunt Episcopum.*

**H**ujus regnante infantia, Papienses ab eo, ut moris est, datum aspernantur auctor Episcopum; nec Regiæ institutioni, nec Apostolicæ deferentes factæ consecrationi, usque ad obitum sprete perseverando Pontificis.

## C A P. VI.

*Bellum inter Mediolanenses, & Papienses.*

**H**is itaque diebus inter ipsos, & Mediolanenses, de causis civilibus emergit dissensio. Fuerat enim civitas utraque populosa, & super Regni cæteras inclyta. Verumtamen in notitia omnium præstabat Mediolanum. Quumque essent contiguae, pudebat alteram alteri cedere. Inde erat, quòd sibi rependebant ad invicem cædes, prædas, & incendia, nec non & latrocinia. Factum est autem, ut Papienses, dum inferiores essent, conductis aliunde pretio legionibus ad devastandos Mediolanensium fines accederent; Mediolanenses verò confederatis sibi Laudensibus in illos insurgerent, licet pars eorum nominima, Archiepiscopo Duce, aliis dimicaret

quibus omnibus liquet, Bonifacium ab Auctore nostro relatum revera fuisse eundem auctorem Comitis Mathildis, non autem Marchionem Montisferrati, prout habent MSS. Ecclesiæ Metropolitanæ, & editus à Leibnicio, sicuti à Clarissimo Muratorio observatum fuit. Verumtamen cum de Bonifacio Comitis Mathildis patre sit sermo, non omittenda sunt quæ de eo habet Hermannus Contractus ad ann. 1052. *His diebus ditissimus Italia, Marchio, immo tyrannus, insidiis à duobus exceptus militibus, sagittisque vulneratus, & mortuus Mantuæ sepelitur.*

(19) Hoc est, exiguo tempore &c.

(20) Caput hoc ad reliquum vitæ Henrici Cæsaris spatium compendiosè scribendum designat Arnulphus; & ut aliquid de singulis ejusdem gestis innuat, regreditur ad ann. 1047. quòd Regno Neapolitano, Ravennaque redux in pratis Ronchaliæ, qui locus omnium consensu ad Padum fluvium prope Placentiam situs est, & adhuc eodem nomine perstat, ad jus faciendum, resque Insubrum componendas, Imperiali auctoritate confedit.

(21) Quis fuerit Marchio Adelbertus flagitiis & tyrannide pro seculi more clarus, aded ut querelis ad Cæsarem delatis in carcerem ab ipso conjectus fuerit: consule Clar. Muratorium in Antiquit. Estensis pag. 234.

(22) Innuuntur ab Auctore nostro bella, quibus sive contra Hungaros & Bohemos, sive contra Burgundiones, aliosque Germaniæ Populos, sæpius arma movere coactus fuit Henricus Cæsar, quorum causas felicique eventus vide apud Hermannum Contractum, Marianum Scotum, & alios.

(23) Mors Henrici Imperatoris ab Hermanno Contracto, & Mariano Scoto ad ann. 1056. refertur. III. Nonas Octobris. Quòd verò *carus omnibus* obierit, nimium contradicit iis, quæ ab Hermanno Contracto eodem loco disertè enarrantur. Hunc vide ad ann. 1056.

(24) Henricus ab Agnete Augusta nascitur Goslaræ III. Idus Novembris anni 1050., ab Hermanno Coloniae Archiepiscopo baptizatur anno 1051. mox ab eodem aliisque Proceribus Germaniæ Rex salutatur Aquisgrani 1053. Ita Hermannus Contractus ad eundem annum. Sigonius de Regno Italiæ lib. VIII. ad ann. 1051. asserit eum Regem inauguratum adhuc Cathecumenum fuisse, quòd & retulit Lamb. Schaf.

ret in partibus. Conveniunt utraque in campis acies ordinatis agminibus, vexilla in sublime ferentes. Fit vehemens partium in sese concursus, bacchantur certando diutius, divertunt tandem Papienses à bello, adversariis infrequentibus illos à tergo. Quibus mox viriliter succurrit conducta extraneorum legio, licet paulo post cesserit relicto Mediolanensibus campo (25). Fit strages immensa Nobilium Equitum, & duarum Urbium lacrymabile detrimentum. Implevit denique dies illa veteris idioma vocabuli; dicebatur enim antiquitus Campus, in quo confixerant, Mortuus (26).

C A P. VII.

*Astenses quoque datum refutant Episcopum.*

**P**ER idem tempus ad instar Papiensium Astenses quoque datum sibi reprobarunt Episcopum; sed prudentia Comitissæ Adeleidæ militaris admodum Dominæ post longi temporis conflictus incensa tandem Urbe, contempto altero, quem elegerant, priorem suscipiunt (27).

C A P. VIII.

*Mediolani oritur Schisma inter Clerum, & Populum, agente Arialdo.*

**H**AC eadem tempestate horror nimius Ambrosianum invasit Clerum (28) insurgente Populo noviter in eum, ingruentibus utriusque peccatis. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei (29). Verum talis hic horror mutata cum aspiratione litera multorum concepit errorem. Cujus initium & feriem, quum res nostris adhuc versetur in oculis (30), prout possumus, enarremus. Fi-

(25) Hæc verba licet paulo post cesserit relicto Mediolanensibus campo non leguntur in Codic. Metrop.

(26) De tempore quo hujusmodi bellum inter Mediolanenses & Ticinates exarsit, nihil certi ab Auctore nostro desumi posse videtur: cum verò Cap. præcedenti loquatur de tempore infantis Henrici, mox præfens Caput inchoet per verba: *his itaque diebus*, opinari possumus, bellum hoc non multo post annum, quo regnare cœpit Henricus infans, hoc est MLVI. efferbuisset.

(27) Verè prout de Papiensibus, ita de Astensibus pro re gesta æque merentibus altum silet, quo ad præcisum tempus, Auctor noster. Verum Ughellius Italia Sacra edit. Ven. t. 4. col. 358. narrat Allaxiam, quam antea Henrici Cæsaris propinquam nominat, Astensem urbem incendiisse anno 1070. quo Girlemum Episcopum ab Astensibus tanquam Schismaticum repudiatum, Ecclesiæ Astensi restituit. Num Alaxia Comitissa eadem sit ac Adeleida sive Adelaide, de qua loquitur Auctor noster ambigit Ughellius. Suspicio eandem plane fuisse, quandoquidem prædictus Auctor loco citato asserit Adelaidem Magnifredi Marchionis filiam anno 1065. Girlemum prædictum atque Astensem Ecclesiam bonis aliquot donasse. Fœminam hanc armis æquè ac religioni deditam fuisse, inde patet quòd Episcopum errore Nicolaitarum ac Schismaticum perisum, (nam à partibus Honorii Secundi Pseudo-Pontificis stabat), Astensibus non modò præesse, sed eundem à Sede semotum atque excommunicatum armorum vi restituere constituit; quoad verò Religionem, inde desumi potest hanc ei non modicè cordi fuisse quòd Ecclesiam Astensem pluribus donaverit, prout ex eodem Ughellio colligitur.

**A** nem ipse provideat, qui quum sit Alpha, & Omega, mirabiliter cuncta dispensat. Quidam igitur ex Decumanis (\*) Diaconus nomine Arialdus penès Widonem Antistitem multis fatus deliciis, multisque cumulatus honoribus, dum literarum vacaret studio, severissimus est Divinæ Legis factus interpres, duræ exercens in Clericos solos judicia. Qui quum modicæ foret auctoritatis, humiliter utpote natus (31), prævidit applicare sibi Landulphum quasi generosorem, & ad hoc idoneum, familiaris ejus factus affecta. Landulphus verò quum esset expeditioris linguæ, ac vocis, nimiusque favoris amator, repente dux verbi efficitur, usurpato sibi contra morem Ecclesiæ prædicationis officio. Hic quum nullis esset Ecclesiasticis gradibus alteratus (32), grave jugum sacratorum imponebat cervicibus (33), quum Christi jugum suave, & ejus leve sit onus.

C A P. IX.

*Allocutio Landulphi ad Populum.*

**I**gitur inter alia, quæ quotidie plebis aurbus inculcabat, die una taliter concionatur in Populo. *Carissimi Seniores, conceptum in corde sermonem ultra retinere non valeo. Nolite, Domini mei, nolite adolescentis, & imperiti verba contemnere; revelat enim sæpe Deus minori, quod denegat majori. Dicite mihi: Creditis in Deum Trinum, & Unum? Respondent omnes: Credimus. Et adjecit: Munite frontes signo Crucis. Et factum est. Post hæc ait: Condelector vestræ devotioni, compatior tamen imminenti magnæ perditioni. Multis enim retrò temporibus non est agnitus hac in urbe Salvator. Diu est quòd erratis, quum nulla sint vobis vestigia veritatis. Pro luce palpatis tenebras, cæci omnes effecti, quoniam cæci sunt duces vestri. Sed numquid potest*

Vide etiam Clariss. Muratorium de hac Adelaide in Antiquit. Estensibus.

(28) De statu & moribus Cleri Mediolanensis tempore ab Auctore indicato, hoc est sæculo XI. vergente, vide Puricell. in vita S. Herlembaldi pag. 171.

(29) *Ad Roman.* 3.

(30) Hinc videtur, Arnulphum non modò Auctoris contemporanei fidem promereri, sed eorum quæ scribit hoc capite, ac deinceps scripturus est, ocularum testem fuisse. Cavendum tamen in iis, quæ Religionis sunt, ab homine, qui tam apertè, prout in sequentibus patebit, à partibus eorum stabat, qui & Clericorum concubinitatus & simonias, quinimo ipsum Schisma in Ecclesia Mediolanensi fovebant. De quo nil amplius addam, cum satis à Puricello Arnulphus confutetur, & vapulet; uti videre est in vita S. Herlembaldi pag. 179. & sequentibus.

(\*) De iis vide Landulphum lib. 1. cap. 8.

(31) Ab ipsa statim Arialdi nativitate exorditur Arnulphus suam in ipsum acerbitatem exercere, quandoquidem humiliter natum designat, cum tamen illum à parentibus genere & pietate illustribus ortum fuisse B. Andreas contemporaneus scriptor affirmet.

(32) Contrarium omnino docet B. Andreas, eum quippe Mediolanensis Ecclesiæ Clericum nominat in vita S. Arialdi Cap. V. his verbis. *Surgens quidam Clericus nomine Landulphus de urbanis excellentibus, tam ordine, quam natione*: in vita verò S. Arialdi conscripta per Landulphum à S. Paulo cap. 3. de eo hæc habentur. *Associat sibi Landulphum de Cottis (Arialdus scilicet) Levitam ordinarium Mediolanensis Ecclesiæ facundum in sermone &c.*

(33) Eorundem scilicet exprobrando connubia, & simoniam.



test cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt? Abundant enim supra multimoda, hæresis quoque illa Simoniaca in Sacerdotibus, & Levitis, ac reliquis sacrorum ministris, qui quum Nicolaitæ sint, & Simoniaci, meritò debent abjici; à quibus si salutem à Salvatore speratis, deinceps omninò cavete, nulla eorum venerantes officia, quorum Sacrificia idem est ac si canina sint stercora, eorumque Basilicæ jumentorum præsepia. Quamobrem, ipsis amodò reprobatis, bona eorum omnia publicentur. Sit facultas omnibus universa diripiendi, ubi fuerint, in urbe, vel extra. Nam & ego plectenda plura commisi; sed, quod pejus omnium fuit, indignis usque modò communicando Regem Cælorum offendi. Nunc autem propitia divinitate ago pœnitentiam, talia provisurus in posterum. Igitur imitatores mei estote, Carissimi, & ita ambulate, sicut habetis formam nostram (34).

## CAP. X.

## De afflictione Cleri, &amp; Legatione missa Romam.

His ita decursis, & pluribus aliis, quæ humana non capit memoria, Populus semper avidus novorum in nimium zelum excitatur adversus Clerum, aliis se deferre Deo putantibus, aliis avaritiæ lucris inhiantibus. Ad hæc Landulphus idem simul cum complice Arialdo per dies multos multorum incitat animos, gratiâ favoralis auræ nova semper, & inaudita concionando proponens, prout noverat vulgi morem. Ad cujus compescendam temeritatem Majores Ecclesiæ sæpè conveniunt, sacras illi Scripturas, & sanctiones opponentes Canonicas. Quæ despiciens omnia, nihilominus instat. Imo die unâ solemniter ad Ecclesiam veniens cum turbis à foro, psallentes omnes violenter projecit à Choro, insequens per angulos, & diverforia. Deinde providet callidè scribi pytadium (35) de Castitate servanda, neglecto Canone, mundanis extortum (36) à legibus, in quo omnes sacri Ordines Ambrosianæ Diocesis inviti subscribunt, angariante ipso cum Laicis (37). Interim præ-

(34) Sermonem hunc non tam à Landulpho, quam ab Arnulpho nostro concinnatum credo; nam facile nimis hostibus, qui contra nos invehunt, imponimus. Landulphum quidem non diffiteor contra simoniacos, & incélibes Clericos acriter intonuisse: verum eundem contra illorum facultates & bona Populum plebemque excitasse Arnulphi figmentum suspicor.

(35) Scriptum, seu pugillares tabellas ut apud Duchangium in Glossar.

(36) M. exortum.

(37) M. Lanceis.

(38) Si vera sunt quæ hic afferuntur ab Auctore nostro, hoc potius Populi effrenato zelo, quam Arialdi, & Landulphi prædicationibus tribuendum videtur.

(39) Scilicet IX. aliis X. jam ab anno MLVII. die secunda Augusti Victori II. susceptus.

(40) Oppidum in agro Novariensi ejusdem nominis adhuc subsistens. Hinc forsitan ab aliis Synodus ista Novariæ coacta asseritur, vel saltem Novariensis appellatur, eo quòd Fontanetum in ejus ditione situm sit.

(41) In fine præcedentis Capituli nota Landulphum & Arialdum citatos fuisse à Vidone Metropolitano, ut sifterent se Provinciali Synodo jussu Summi Pontificis congregando: ubi juxta antiquum & optimè constitutum Ecclesiæ morem causa quæcumque ad rem Ecclesiasticam pertinens, neque ab Episcopo facile compo-

ndones Civitatis præter ædes aliquas in urbe dirutas lustrabant Parochiam, Domos Clericorum scrutantes, eorumque diripientes substantiam (38). Clerus igitur multipliciter afflictus legatione humili conquestus est, primò Comprovincialibus Episcopis, deinde Romano Pontifici. Præerat tunc Romæ Stephanus, (39) qui audita perpendens Populum quiescere, & Archiepiscopum super hac re Synodum congregare Apostolicis jubet apicibus. Quæ fretus auctoritate Wido Præsul diligenter studet cœtum convocare Pontificum, mandans Landulpho, & Arialdo rationabiliter interesse tractandis.

## CAP. XI.

## Synodus in Fontaneto, &amp; de operibus Landulphi &amp; Arialdi.

Factus est autem Synodalis Præfulum multorum conventus in loco, qui dicebatur Fontanetum (40). Ubi quum triduo spiritibus vacarent negotiis, illorum prætolantes adventum, visum est omnibus temeritatem tantam anathemate justo fore multandam (41). Factumque est ita. Quæ omnia floccipendens Landulphus, quum vereri debuerat, magis extollitur. Ex hinc conviciatur Episcopis, præcipuè Metropolitano, furens solos sævit in Clericos, arguens illos suæ, suorumque perditionis; Laicos verò fovebat ut fratres. Quumque foret simulandi, & dissimulandi gnarus per omnia, pluribus dilectus, cuncta suum retorquebat ad libitum, factus ipse mirabile mundo spectaculum. Unde potestate accepta commune indicit omnibus Laicis juramentum, quasi impugnanda proponens sacrorum Ordinum supra, & venales consecrationes (42). Quod non multò post Clericos etiam jurare compellit. Ab illo etenim tempore innumera virorum, & mulierum caterva illum comitantur euntem, stantemque die noctuque custodiunt. Qui unanimes facti Ecclesias contemnunt, & divina spernunt cum Ministris Officia, asserentes omnia Simoniaca (43). Hos tales cætera vulgaritas ironice Patarinos ap-

nenda, prout tempus & ratio exigebant, primò ad Provinciam Synodum, mox ad Summum Pontificem referebatur, qui juxta rei exigentiam Concilium sæpè Generale, vel saltem Nationale cogebar. Igitur ut Stephano P. M. de causa inter Clerum Mediolanensem, & Arialdum atque Landulphum clarè & legitime constaret, rectè Synodus Fontanetana, sive Novariensis fuit coacta. Hucusque res benè processit. Veruntamen cum de cõstitutis ab hac Synodo nil aliud constet, quam de excommunicatione contra Arialdum, & Landulphum prolata, quæ postmodum ab eodem Stephano irrita ac injusta fuit pronuntiata, jam patet, cur dicti Arialdus & Landulphus à judicio Synodi declinaverint, statim Apostolicæ Sedis judicio se suosque submitiendo. Noverant quippe, Provinciæ Præfules cum VVidone Metropolitano ultro consensisse, ut partes Nicolaitarum, & Simoniacorum totis viribus tuerentur.

(42) Mirum certè! Landulphum arguit de furore in Clericos, & in ipsum Metropolitam; mox factur supra, & venales consecrationes ab eodem impugnari.

(43) Tota hæc enarratio facile condonanda est homini, qui rem hebeti oculo, & averso spiritu intuebatur. Rectius quid actum fuerit, refertur à B. Andrea, & Puricello locis supradictis.



SPECIMEN  
 CHARACTERUM  
 VTRIVSQUE MS. CODICIS  
 CHRONICORVM CASINENSIV


& Codice Casinensi MS. Sig. n.

Picto B

<sup>nj</sup>  
**B**ERTIO In castro boni  
 fago sede apthca m  
 guberna uat. sup ca  
 dicaz fceuslus quia d  
 gcollas cum baco  
 mauto pthetac. ad  
 ptedicau laaxentense ceno  
 bur dñs est. Aaq; abato  
 Theodoguinone post se

Mar' Ant' Dal'Re Jecit.

memore volderagnum  
 oetjus exude congtedrae  
 tegebae compulzang; fogae  
 auis. hystofae de uare baag  
 h'cut' uet'acissima coposuit  
 quae ptedica; paxae bonificus  
 rppheris lccude digua dixe.  
 succq; ac uero parae tob'paxae



<sup>uu</sup>  
 VM AVTEM  
 OMNIPO  
 TENSQS  
 ptedicam beag  
 BENEDICTI

anobium boni de causse  
 misetecione illa sua omipo  
 aenq; sira testat' d' d' d' d' d'  
 nobia le' l' n' f' u' d' i' o' n' e' q' u' e' l' n'  
 de p' h' n' c' i' p' u' i' s' u' m' p' s' e' t' a' c' e' d' e'  
 q' d' a' n' p' a' a' t' i' s' l' o' c' o' d' e' p' o' t' i' s' c' y'  
 c' u' l' u' m' p' p' o' r' t' a' t' e' . c' o' n' a' y' g' e' o'  
 d' i' s' p' o' n' e' n' a' t' d' o' u' a' p' e' a' t' o' n' o' x' e'  
 c' u' i' s' b' t' e' r' i' a' n' e' u' t' b' i' s' u' r' u' a' l'  
 d' e' t' e' h' g' i' o' s' ; d' i' u' i' n' o' a' f' f' l' u' a' c' e' ;  
 a' m' o' t' e' R' o' m' a' e' u' d' i' s' s' e' n'  
 Q' u' a' n' t' a' e' t' e' n' d' i' s' s' i' m' ; a' e' t' q' u' s'  
 p' o' p' a' e' G' r' e' g' o' r' i' u' s' c' e' l' i' a' ; i' s' p' i'  
 t' e' a' u' s' a' d' u' a' n' u' a' u' a' h' o' c'  
 c' o' s' i' m' i' c' a' s' t' i' u' p' l' a' a' t' e' . a' a' q' ;  
 m' o' n' a' s' t' e' r' i' u' m' b' e' a' g' B' E' N' E  
 D' I' C' T' I . q' u' o' d' l' a' p' a' a' a' n' n' o' s'  
 d' e' s' t' i' t' u' c' i' a' m' m' o' n' s' e' t' o' a' s' u' o'  
 A' u' d' i' o' s' t' e' c' i' l' i' p' e' t' e' s' o' a' a' e' g' e' t' a' ;



Ex Codice Casinensi M. S. Sig. n.  
Picto. A.

**D** H A C I P I T  
C H R O N I C A  
C A S S I N E N S I S  
E C C L E S I E  
I n c i p i t P r o l o g u s  
D O M I N O E T P A T R I

scillimo venerabilis cenobii CASINENSIS abbat ODERISIO  
Leo cognomine Garsianus debite obedientie famulatum.  
Iniunxerat mi iam dudum ura beatitudo patris venerandissime,  
ut gloriam predecessoris uris sancte memorie DASSIDERII abdis sin-  
glaris plane & unici hoc tempe sui ordinis viri magnifica  
gesta ad posteritatis memoriam scribendi opera darem. Nihil ut  
delicet indignum iudicans. loci huius veterum te desideria mi-  
tari. quod de tot abbatum gestis seu temporibus nihil fere litteris tra-  
dere studuerim. quod si qua forte super hoc aliqui descripta inepta  
profus & rusticano stilo digesta fastidium potius quam sci-  
entiam aliquam legentibus conferunt. Quod tua paternitas ne  
desiderio nostro contingat. sollertissime prudens. huic meo operi  
placuit destinare.



appellat (44). Præterea Romam proficiscitur Arialdus apologeticas ferens literas. Ubi quum Ambrosianum accusaret Clerum, affirmans omnes Nicolaitas, & Simoniacos, ac prorsus inobedientes Romanæ Ecclesiæ, se autem cum Landulpho devotum, & pro sola veritate certantem, Romanorum celeriter adeptus est gratiam (45). Qui quum principi pari appetat (46) jure Apostolico, videntur velle dominari omnium, & cuncta suæ subdere ditioni, quum Doctör Evangelicus suos doceat humilitatem Apostolos dicens: *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem*

A *non sic; sed qui major est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut minister (47).*

CAP. XII.

Romani Legati veniunt Mediolanum.

Turbinis igitur causâ præfati sæpenumero veniunt Mediolanum à Roma Legati, videlicet Hildebrandus ex Monacho Cardinalis Archidiaconus, Petrus Ostiensis (48), & Anselmus Lucensis Episcopi, & reliqui plures vice quisque sua (49). Qui si in conveniendo Populum diligenter attenderent dicentem

(44) Hæresis Patarinorum dicitur Patarea, exorta apud Mediolanum, Du Cange; De derivatione vocis Patarinum videantur cogitationes Arnulphi nostri lib. 5. cap. LI. ex quo loco apparet ipsum Auctorem nescivisse veram vocis etymologiam. *Leibnitius.*

De hoc infra videbimus ad Cap. XI. Lib. IV. (45) Longe abest à vero quòd Arialdus citò Romanæ Sedis gratiam sibi conciliaverit: quinimmo talia perpessus est Romæ, ut vix post multos exaltatos labores tandem ab excommunicatione contra ipsum à Synodo Fontanetana prolata dissolveretur. Vide Puricell. invita S. Herlemb. pag. 187. & sequent. & Pagium Brev. Crit. Rom. Pont. t. 2. pag. 366.

(46) Hominem audis animo exulcerato contra Apostolicæ Sedis jura hic, & infra loquentem. At hæc eo sunt fundamento nixa, eo Conciliorum, ac Patrum consensu firmata, ut ridenda simul, ac arguenda sit Arnulphi obloquentis audacia; sed vide infra *Muratorius.*

(47) *Lucas XXII.* Tali pacto solent veræ Religionis hostes scripturas quasque in alienum sensum detorquere.

(48) *M. Episcopus, & Anselmus de Badagio civis Mediolanensis, olim Cardinalis Ecclesiæ Ambros. tunc verò Lucensis Episcop.*

(49) Quæ hic ab Auctore innuuntur, sub Nicolao II. evenere; Petrus enim Damiani Episcopus Ostiensis, & R. E. Card. anno primùm MLIX. Arialdo procurante, Romæ Mediolanum legatus est cum Anselmo de Badagio Mediol. cive, ac Episcopo Lucensi, qui postea sub nomine Alex. II. ad Pontificatum evectus est, quamvis etiam à Stephano Papa Mediolanum Legatos missos fuisse testetur Landulphus senior historiari. suar. lib. III. cap. XII. Quæ verò ab iisdem gesta sunt idem Petrus Damiani disertè enarrat in epist. ad Hildebrandum Archidiaconum, quem hic referre operæ pretium duximus, ut sub uno aspectu non tam veritas facti, quam Auctoris nostri five hallucinatio, five impudentia statuatur.

*Domino Hildebrando venerabili Archidiacono, Petrus peccator Monachus sincerissima devotionis affectum.*

**P**RIVILEGIUM Romanæ Ecclesiæ quantas habeat vires ad servandam canonicæ æquitatis, & justitiæ regulam, quantumque vigorem ad disponendam Ecclesiastici status contineat disciplinam, solus ille dilucidè comprehendit, qui Ecclesiasticis consuevit insudare negotiis. Quod utique Privilegium, qui inespertus est parvipendit, exercitatus amplectitur. Quia sicut arma non curat, qui certamen ignorat; sic è diverso telis inhiante accingitur, qui ad reportandos ex more victoriarum titulos animatur. Armis autem Privilegium Romanæ Ecclesiæ non incongruè comparaverim, quia dum hæc una per Cathedram B. Petri totius Christianæ religionis caput effecta, cunctis in orbe terrarum principetur Ecclesiis, velut dux ante aciem fidelium cuneis fulta, ac specialis prærogativæ auctoritate munita, & evangelico mucrone veritati resistentium cervices obtruncat, & ad invictissimè dimicandum totam Christi militiam in unius charitatis, ac fidei unanimitate conspirat. Hoc tu subtiliter, ut & alia multa perpendens, frequenter à me charitate, quæ

*Tom. IV.*

B suppetat omnia, postulasti, ut Romanorum Pontificum decreta, vel gesta percurrens, quidquid Apostolicæ Sedis auctoritati specialiter competere videretur, hinc inde curiosus exciperem, atque in parvi voluminis unionem novæ compilationis arte conflarem. Hanc itaque tuæ petitionis instantiam cum ego negligens flocci penderem, magisque superstitioni, quam necessitati obnoxiam judicarem, divinitus, ut reor, actum est, ut Mediolanensem urbem, Beatissimi Nicolai Papæ Legatione functus, adirem.

C Erat enim inter clerum, & populum propter duas hæreses; Simoniacam videlicet, & Nicolaitarum, satis turbulenta seditio. Nicolaitæ autem dicuntur clerici, qui contra castitatis Ecclesiasticæ regulam fœminis admittuntur. Qui planè tunc fornicatores sunt, cum fœdi commercii copulas ineunt; tunc Nicolaitæ jure vocantur, cum hanc lethiferam pestem velut ex auctoritate defendunt. Vitium quippe in hæresim vertitur, cum perversi dogmatis assertionem firmatur. Quid plura? nobis digna Sedis Apostolicæ veneratione receptis, ac negotiis, quæ nos attraxerant, intimatis post diem alterum, factione clericorum repente in populo murmur exoritur, non debere Ambrosianam Ecclesiam Romanis legibus subjacere, nullumque judicandi, vel disponendi jus Romano Pontifici in illa Sede competere. Nimis indignum, inquit, ut quæ sub progenitoribus nostris semper extitit libera, ad nostræ confusionis opprobrium nunc alteri, quod absit, Ecclesiæ sit subjecta. Postremò tumultuantium clamor attollitur, ex diversis partibus ad Episcopale palatium convenitur: dein tintinnabula perirepunt prægrandis æræ tubæ, quæ illic est, tota civitas clangoribus intonatur. Intentabant mihi, ut ita loquar, omnia mortem, & ut ab amicis meis mihi sæpe suggestum est, nonnulli meum sanguinem sitiebant. Augebat autem hujus ignis incendium hoc permaximè, quia congregatis quasi ad Synodum totius Ambrosianæ Parochiæ clericis, ego in medio residens, five potius præsidens, reverentissimum Mediolanensem Archiepiscopum ad sinistram, prudentia quoque, ac sanctitate conspicuum Anselmum Lucensem Episcopum posuisse mihi accusabar ad dexteram. Hinc porro quanta à frementi populo dici poterint, non necesse est apicibus tradi, quod nimirum per se valet intelligi. Et revera ipse Dominus Archiepiscopus, mox ut nostræ est præfessionis admonitus, impiger obtulit, ultro etiam, ut si ego præciperem, in scabello, quod nostris suberat pedibus, sine controversia resideret. Dicant id non simplici factum intentione qui volunt. Nos autem non hoc irritationi populi zelantis, ut fertur adscribimus, sed Apostolicæ Sedis reverentiæ deputamus. Ut autem ad compendium veniam, ascendi pulpitem; ac sedato vix populo hujusmodi sum verbis exorsus.

D Noverit charitas vestra, dilectissimi, non me pro Romanæ Ecclesiæ huc honore venisse, sed vestram gloriam querere, vobis salutem, & gratiam, quæ in Christo est, cum eis auxilio, si permittitis, providere. Quo enim pacto honore indiget parvuli hominis, quæ laudes, atque præconia ex ipsius ore sortita est Salvatoris? Quæ autem provincia per omnia

D

nia

nia regna terrarum ab ejus ditione extranea reperitur, cujus arbitrio ipsum quoque cœlum & ligatur, & solvitur? Omnes autem, sive Patriarchi cujuslibet apicem, sive Metropoleon primatus, aut Episcopatum Cathedralas, vel Ecclesiarum cujuscunque ordinis dignitatem, sive Rex, sive Imperator, sive cujuslibet conditionis homo purus instituit, & prout voluntas, aut facultas erat, specialium sibi prerogativarum jura præfixit. Romanam autem Ecclesiam solus ipse fundavit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato vitæ æternæ Clavigero terreni simul & cœlestis imperii jura concessit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud Verbum, quo constructum est cœlum, & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit Ecclesiam. Illius certè privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium quia quisquis cuilibet Ecclesiæ jus suum detrahit, injustitiam facit: qui autem Romanæ Ecclesiæ privilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur; hic procul dubio in hæresim labitur: & cum ille notetur injustus, hic est dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui adversus illam agit, quæ mater est fidei; & illi contumax invenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur.

Ut autem, omittis aliis, ad id, quod nunc agitur, veniamus: non debet ignorare sanctæ vestra devotio, quia Beati Apostolorum Principes Petrus, & Paulus, sicut per suum sanguinem Romanam Ecclesiam consecrarunt; ita mox inter ipsa nascentis fidei rudimenta hanc Mediolanensem Ecclesiam per suos Discipulos lucrati sunt Christo. Nazarius quippe Martyr insignis, sicut scripturæ testantur, Petri auctoritate, Baptisma à Lino ejus successore suscepit: qui postmodum cum Beato Celso in hac sancta urbe martyrio coronatus est. Sancti verò Martyres Protasius, atque Gervasius Beatum Paulum Apostolum magistrum, ac præceptorem habuisse noscuntur; sicut B. Ambrosius & ipse testatur: *isti sunt, inquit, qui monita mea secuti, respicientes prædia, & divitias, secuti sunt Domini nostri vestigia*. Sicut ergo Salvator noster binos ante faciem suam discipulos misit; ita quodammodo uterque Sanctus Apostolus ex magisterio suo in hanc urbem prædicatores sanctæ fidei geminos destinavit. Cum ergo vestra salutis auctores ex Romanæ Ecclesiæ prodierint disciplina, consequens est, juxta æquitatis ordinem, ut Ecclesia Romana mater, Ambrosiana sit filia. Ut autem hic ordo inter utramque, Ambrosianam videlicet, & Apostolicam Sedem, non noviter oriri, sed antiquitus tenuisse non dubitetur: B. Ambrosius cum hanc Nicolaitarum fordem ad multorum fætere perniciem in hac urbe doleret, eamque per se solus coercere non posset, Sedis Apostolicæ mox quasivit auxilium: cui videlicet is, qui tunc præerat, Papa Siricius tres personas, Præbiterum, Diaconum, & Subdiaconum ad correctionem ulciscendi hujus sceleris destinavit. Cum his itaque beatissimus Pontifex, quos corrigere non potuit, velut scatentem vermibus sentinam ex urbis hujus sagena projecit; unde & ipse Sanctus Ambrosius in omnibus sequi se magistrum Sanctam Romanam profiteretur Ecclesiam. Scrutamini itaque scripturas vestras, & per quod vultis diligenter inquirete, & si non potestis apud vosmetipsos invenire, quod loquimur, mendacii arguite: si autem potestis, nolite veritati resistere, nolite matrem vestram crudeliter impugnare; sed ex cujus uberibus lac suxistis Apostolicæ Fidei, ejus semper gaudete solidis doctrinæ cœlestis dapibus recreari.

*Quantum profuerit ratio reddita.*

His itaque rationibus de prerogativa, & principatu Sedis Apostolicæ redditus, populus omnino benevolus redditur, & executurum se, quid quid injungerem, unanimiter pollicetur. Tunc nimirum liquidò persensit, in Ecclesiasticis causis quantum Romanæ Ecclesiæ posse privilegium valeat; quamque hoc Sancta tua

prudencia non otiosè deponat. Quod utique, Deo annuente, implere studebimus, si tamen hujus rei gestæ prius ordinem digeramus. Quid multis moror? Adest clericorum per plurimum ille conventus communiter, & singillatim quisque perquiritur, vix è tanto numero quisquam promotus ad ordinem sine pretio reperitur. Erat enim genuinus, immo inordinatus ordo, & inevasibilis regula illius Ecclesiæ, ut quicumque ad quemlibet ordinem, vel etiam ad Episcopatum consecrandus accederet, præfixum prius absque ulla controversia Canonem daret. Hic planè quot curis afflictus, quot sim cogitationum stimulis tædiatus, quot denique suspiria ex imis visceribus traxerim, facunda etiam lingua non explicat. Tam late siquidem Diœcesis, tam nobilis urbis, omnes Ecclesias sacris mysteriis profanare, quodammodo Christianæ religionis videbatur everio. Sed & litigiosum erat indulgere paucis; nec legitimum videbatur diversâ in eos prodire sententiâ, cum esset una omnibus causa. Hoc etiam nostras augmentabat angustias, quia nisi qualemcumque decisionis calculum causa ista susciperet, nisi cum magna hominum strage furentis populi se jurgia non sedarent.

*De reconciliandis hæreticis.*

Tunc inter multas disceptationes processit in medium illa Innocentii Papæ sententia ab antiquioribus inventa: *quod à multis peccatur inultum est*. Illa quoque discretio ad memoriam rediit, quam SS. Pontifices, & authentici canonum conditores de Donatistis, & Novatianis, ac reliquis, qui apud diversas hæreses ordinati sunt, invenerunt. Id etiam nos non preterit, quod nostræ memoriæ nonus Leo Papa plerisque Simoniacos, & male promotos, tanquam noviter ordinavit. Hæc, & alia plura meditantibus, & invicem conferentibus illud etiam devénit in manus, quod insignis Papa Leo I. Januario scripsit Episcopo: (Epist. III.) *Letis, ait, fraternitatis tue literis, vigorem fidei tue, quem olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregis Christi pastoralem curam vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ovium subintraverunt, bestiali sevitia simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam que sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his, qui à nobis in hæreticorum, atque Schismaticorum sectam delapsus, & se utcumque hæretica communionis contagione macularit, respiciens, in communionem catholicam, sine professione legitima satisfactionis babeatur. Saluberrimum enim, & spiritualis medicina utilitate plenissimum est, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, aut cujuslibet ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad Catholicam Fidem, quam jam pridem amiserant, rursus reverti ambiunt, prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnatos sine ambiguitate fateantur; ut sensibus pravus etiam peremptis, nulla sperandi superstit occasio, ne ullum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cæperit obviare. Circa quos etiam illam Canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno babeant beneficio, si adempta sibi omni promotionis spe, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non hoc levem apud Dominum noxam incurrit qui de talibus ad sacros promovendis ordines judicavit. Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Idem quoque Leo in hæreticorum receptione Anatolio Constantinopolitano Episcopo sic mandavit (Epistola 38.) *Qui plenis satisfactionibus malè gesta condemnant, & accusare magis se eligunt, quam tueri, pacis & communionis nostræ unitate latentur, ita ut digno prius anathemate, qua contra Fidem Catholicam sunt recepta, damnentur.**

Ali-

*Aliter enim in Ecclesia Dei, qua corpus est Christi nec rata sunt sacerdotia, nec vera sunt sacrificia, nisi in nostra proprietate natura verus nos Pontifex reconciliet, verus immaculati Agni sanguis emundet. Nec asperè igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temerè est largienda. Idem verò Aquilienti Episcopo scribens ait (Epist. 84. ad Nicetam). Damnent apertis promissionibus sui superbi erroris auctores, & quod in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit, detestentur. Omnia decreta Synodalia, quæ ad excisionem simoniacæ hæreseos Apostolica Sedis confirmavit auctoritas amplecti se, & in omnibus approbare plenis, & apertis, ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur. Illud etiam nos non aufugit, ubi Fulbertus Carnotensis Episcopus Primate suo super Presbytero per pecuniam ordinato ex auctoritate Toletani Concilii tale reperitur dedisse consilium. (Epist. 25. Leutherico Archiep. Senon.) (Aliis quippe præmissis hoc intulit) „ Propterea, inquit, depositum non reordinabitis, sed reddetis ei suos gradus per instrumenta, & per vestimenta, quæ ad ipsos gradus pertinent, ita dicendo: *reddo tibi gradum Osiarii, & te in illum gradum restituo &c. in nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Novissimè autem benedictione lætificabitur eum, sic concludendo: *benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti super te descendat, ut sis restitutus in ordine Sacerdotali, & offeras placabiles hostias Deo Laudis pro peccatis, atque offensionibus populi omnipotenti Deo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum.* Hoc etiam nostram memoriam non pertransiit, quod Beatus Papa Gregorius Neophytis Anglis dispensativè ad tempus conjugia Canonibus interdicta, permisit (Epist. 31. lib. ult.) Apostolica etiam illa discretio nobis ad memoriam est reducta, quæ Gentilibus nuper conversis ad fidem nihil aliud oneris imposuerunt, nisi ut ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione se tantummodo custodirent. In arcto itaque positi, quia non poteramus mala illius Ecclesiæ mera Canonum auctoritate corrigere, studuimus saltem perverfis ejus usibus finem imponere, ac gratuita promotionis ordinem futuris temporibus providere. Exegimus igitur ex tunc, & deinceps gratuita promotionis inviolabilem sponsonem, prius per monumenta literarum, deinde per manum, postremò per Evangelicum Sacramentum. Et quidem sponso stylo digesta, ut apud nos habetur, hic simpliciter transcribatur.*

*Sponso Archiepiscopi Mediolanensis.*

Vvido divinâ gratiâ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, omnibus Christi-fidelibus, ejusdem Ecclesiæ Clero, & populo æternam salutem in Domino.

Non ignorat sancta devotio vestra, dilectissimi fratres & filii, quàm reproba, quàm detestabilis, Deo odibilis, ignominiosa, atque perversa, omniumque Sanctorum Canonum auctoritate damnata consuetudo in hac Sancta Ecclesia, cui, Deo auctore, deservio, antiquitus inoleverit, quàmque lethalis, atque pestiferæ lepræ animas innocentum contaminatione perfuderit, Simoniacæ videlicet hæreseos damnata, semperque damnanda venalitas, & perniciofa negotiatio hujusmodi, quæ in hac Sancta Ecclesia consuetudinaliter obtinebat, ut quisquis ad clericales ordines provehendus accederet, de Subdiaconatu quidem duodecim nummos, de Diaconatu verò decem & octo, postremò de Presbyteratu suscipiendo vigintiquatuor, quasi per præfixam conditionis regulam daret. Hoc itaque modo Simon Magus, heu proh dolor! hanc Sanctam Ambrosianam Ecclesiam perverfitatis suæ velut officinam fecerat. Follem, malleos, & incudem, trapezita ac monetarius iniquitatis habebat; nihilque aliud, nisi animarum omnium commune periculum fabricabat. Nostris verò temporibus, quia Salvator noster pius ac misericors plebem suam, quam pio cruo-

Tom. IV.

re redemerat, sub hæc mortiferi languoris atrociam perire condoluit, velut ad obvian-dum, ac viriliter obstitendum voraci, ac virulento draconi vestros animos, visitante Spiritus Sancti gratia, concorditer incitavit: itaut quibusdam ex nostris Sedem Apostolicam adeuntibus, tantum hujus terræ periculum Sanctus ac Deo dignus Nicolaus Papa cognosceret, atque ad compescendum, & funditus extirpandum hoc facinus Dominum Ostiensem Petrum Episcopum destinaret. Quapropter, dilectissimi fratres, in conspectu Dei Omnipotentis, & Filii ejus Christi Jesu, qui judicaturus est vivos, & mortuos, & Spiritus Sancti, qui hanc pestem specialiter damnat, ac destruit, sub testimonio omnium Angelorum, cunctorumque Sanctorum Dei, præsentem jam dicto Domino Petro Episcopo, & etiam venerando Domino Anselmo Lucensi Episcopo, & omnibus vobis, damno, detestor, ac reprobam judico hanc perversam, quæ hæctenus viguit in hac Ecclesia, negotiandi consuetudinem, omnemque Simoniacam hæresim. Insuper obligo non solum me, sed & omnes Clericos meos, qui nunc sunt, omnesque successores nostros, & inviolabili nodo firmissimæ promissionis attingo, ut nec ego, nec quisquam successor meus, nec Inquisitor, necque Rodolarius, nec aliquis hujusmodi de promovendis ad Ecclesiasticos ordines aliquid tollat. Quod si, suadente diabolo, sive aliquis nostrum, qui nunc sumus, sive successorum nostrorum, qui post nos futuri sunt, hujus saluberrimæ promissionis violator extiterit, & aliquid in conferendis ordinibus tollere pestifera negotiatione præsumperit: dator simul, & acceptor cum ipso hæreseos hujus auctore Simone perpetuo anathematis vinculo constringatur, & a Dei Omnipotentis, omniumque Sanctorum consortio separatus, cum Juda, & Caipha, cum Dathan, & Abiron sub æternæ damnationis atrocitate damnetur. Nicolaitarum quoque hæresim nihilominus condemnamus, & non modò Presbyteros, sed & Diaconos, & Subdiaconos ab uxorum, & concubinarum fædo consortio nostris studiis, in quantum nobis possibilitas fuerit, sub eodem, quo supra, testimonio arcendos esse promittimus. Quod ut veriùs credatur, nos cum nostris Clericis propria manu subscribendo firmamus, sigilli quoque nostri formam imprimi jubemus. Insuper hoc addentes, ac sub ejusdem sponsonis vinculo inviolabiliter promittentes, ut neque de Abbatibus ordinandis, neque de Capellis, vel quibuslibet Ecclesiis investendis, vel ordinandis, sive tradendis, neque de Episcopis promovendis, neque Sacrosancto Chrismate, neque de consecratione Ecclesiarum, vel nos, vel nostri familiares aliquid omnino tollamus. Spiritus Sanctus, qui Sanctorum Charismatum auctor est, nos, nostrosque successores ab omni vinculo præfatæ maledictionis eripiat: ita tamen, ut hanc saluberrimam constitutionem perseveranter implere concedat, qui cum Patre, & Filio vivit in sæcula sæculorum. Amen.

Ego Dei gratia Vvido Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus hanc sponsonem à me factam firmavi, roboravi, atque subscripsi.

Odaldericus Vicedominus, & Presbyter subscripsi.

Griberius Presbyter subscripsi.

Arderatus Presbyter subscripsi.

Atto Presbyter subscripsi.

Ariprandus indignè Diaconus subscripsi.

Ardericus Diaconus subscripsi.

Ambrosius Diaconus subscripsi.

Acto Diaconus subscripsi.

Adam Subdiaconus subscripsi.

Liprandus Subdiaconus subscripsi.

Landolphus Subdiaconus subscripsi.

Acto Subdiaconus subscripsi,

& alii subscripsere.

*Jurjurandum Archiepiscopi.*

Postmodum accedens idem Archiepiscopus ante Sanctum Altare, præsentem Domino Lucense, juravit in manum meam, dicens: „ Si hæc, inquit,

inquit, de Simoniata, & Nicolaitarum hæresis delenda, & funditus destruenda fideliter non observavero, ab omnipotenti Deo, & omnibus Sanctis sim excommunicatus, & anathematizatus, & ab omni Christianorum consortio inveniar alienus. Similiter & Vicedominus, & Cancellarius ejus, & omnes alii, qui aderant, Clerici, manus suas in manum meam dederunt, & hæc eadem excommunicationis, & anathematis verba dixerunt. Deinde accessit Arnulphus nepos Archiepiscopi, honestus videlicet, & prudens clericus, cujus unam manum Archiepiscopus tenuit, alteram ipse super Sanctum Evangelium posuit, & juravit, dicens. Dominus meus VVido Archiepiscopus, qui hic est, ab hodie in antea, & quod promisit de castitate Clericorum fideliter observabit: & insuper numquam consecrabit alicujus Ordinis Clericum suæ diocesis, præter Monachos, quam ante promotionem non faciet jurare quod in hoc Breviculo scriptum est. Sic me Deus adjuvet, & ista Sancta Evangelia.

*Indiculus Sacramenti eorum, qui promoventur.*

Pro suscipiendis Ecclesiasticis, sive per me, sive per submissam personam, seu per quodlibet ingenium, neque dedi neque promisi, neque per promissiones daturus sum aliquid. Sic me Deus adjuvet, & ista Sancta Evangelia.

*Pœnitentia Archiepiscopi.*

Hoc factò Dominus Archiepiscopus illico in pavementum cum omni humilitate prosternitur, & injungi sibi pœnitentiam pro venalitate hujus nefando commercio deprecatur: cujus videlicet sceleris, licet in illa Ecclesia non ipse primus extirpator, non tamen, ut debuit, fuerat extirpator. Centum itaque annorum sibi pœnitentiam indidit, redemptionemque ejus taxatam per unumquemque annum pecuniæ quantitate præfixi.

*Jusjurandum Archiepiscopi, & populi non diversum.*

Mox majorem Ecclesiam simul ingressi, pulpitu ascendimus. Tunc coram copioso populo civitatis, & Clero, Clericum suum tactis Sacrosanctis Evangeliiis, jurare fecit quod ipse Archiepiscopus, donec adviveret, in quantum posset (excepta suorum bonorum datione, si nollet) istas duas, Nicolaitarum videlicet ac simoniacam hæreses, omni studio, totisque viribus sincere, ac fideliter extirpare contenderet: ita ut neque Presbytero, neque Diacono, neque Subdiacono tæminam cum gradu simul habere permetteret: à conferendis etiam Ecclesiasticis Sacramentis venalitate omne commercium funditus prohiberet. Id ipsum jusjurandum contra simoniacos, & Nicolaitas permaxima pars populi, non modò civilis, sed & suburbani jam dederat, quorum videlicet multitudo millenarium, ut fertur numerum, excedebat.

His ita gestis, consideratisque Sanctorum Patrum sententiis, quos superius memoravimus, aliorumque, quos studio brevitatis omisimus, visum est nobis, ut omnes illi Clerici, acceptâ pœnitentiâ, inter missarum sollempnia reconciliarentur, ornamenta de manu Episcopi recipientes, sicut Fulbertum Episcopum, supra narravimus, dedisse consilium: hoc tamen prius, quod infra scriptum est, ante sanctum altare legentes.

*Jusjurandum Clericorum.*

Ego Arialdus dictus Diaconus de Capella Mediolanensis Archiepiscopi, hac scriptura, quam manu mea scripsi profiteor me eam fidem tenere, quam sacrosancta septem Concilia Evangelica, & Apostolica auctoritate firmanunt, & quam beatissimi Pontifices Romani ad diversos data prædicatione lucidissimæ ve-

ritatis exposuerunt. Anathematizo quoque generaliter omnes hæreses, extollentes se adversus Sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam, specialiter verò, atque nominatim simoniacam hæresim, quæ in ipsam Ecclesiam conatur introducere sacrorum Ordinum, sive officiorum maledictam venalitatem: deinde Nicolaitarum æquè abominabilem hæresim, quæ impudenter latrat sacri altaris ministros debere, vel posse licenter uti conjugibus, quomodo & laicos: unde quæ his diebus hæc duæ hæreses, scilicet Simoniacorum, & Nicolaitarum gravius Ecclesiam Dei vexant, & impugnant, Simoniacos omnes, & Nicolaitas cum dogmatibus, auctoribus, sectatoribusque suis æterno anathemate dignos esse pronuntio, jurans per Sanctam Omouision Trinitatem.

*Pœnitentia Clericorum.*

Pœnitentia autem Clericorum talis est. Ii nimirum, qui solùm constitutæ à Diabolo regulæ Canonem dederunt, itaut nonnulli eorum vix peccatum hoc esse cognoscerent, quinque annorum pœnitentiam acceperunt, hoc modo, ut omni tempore, æstate, simul & hyeme duos dies, duabus autem anni quadragesimis, Natalem videlicet, & Sanctum Patris præcedentibus, tres dies per hebdomadam jejunarent in pane, & aqua. Eorum autem qui plus dederunt, septem annorum est pœnitentia, sub eadem scilicet jejunii quantitate distincta: post quod septennium, quamdiu vixerint, sextam feriam jejunabunt: qui autem jejunare facillè non potest, unum ex his diebus per omnem hebdomadam redimere licentiam habet, itaut unum Psalterium Meditetur, aut medium cum quinquaginta Metanæis, aut unum pauperem paucat, & lotis pedibus nummum porrigat. Hoc insuper Domno Archiepiscopo promittente, quod omnes orationis causâ procul ipse dirigeret, sive videlicet Romam, sive Turonum: ipse autem Archiepiscopus profecturum se ad B. Jacobi venerabilem tumulum, qui est in Hispania disponebat. His itaque tali modo reconciliatis, decretum est, ut non mox passim omnibus redderetur officium, sed his dumtaxat, qui & literis eruditi, & casti, & morum gravitate viderentur honesti: cæteris autem sufficeret, quod Sanctæ Ecclesiæ per divinam gratiam essent rursus inserti, à quæatenus fuerant divinæ sententiæ falce præcisi. Illi etiam ipsi, quibus ministrandi licentia redditur, non ex malè mercata veteri ordinatione admissum reparantur officium; sed ex illa potius Beati Apostolorum Principis efficacissima auctoritate, qua in Beatum Apollinarem repente usus est, dicens: surge, inquit, accipe Spiritum Sanctum, simulque Pontificatum.

Ecce omnem discretionis illius ordinem apud Mediolanensem urbem habitum, breviter exposuimus: adhuc tamen utrum Sedis Apostolicæ judicio placeat ignoramus. Nos enim si quid erravimus, ad Petri magisterium corrigendi libenter accedimus, & retractationis opprobrium non veremur. Hæc est enim illa, ut ita loquar, officina fabrilis, cui nimirum is qui fabri dicebatur filius præsidet: ad cujus regulam omnis meritò moneta reducitur: ad cujus reatitudinis lineam quidquid uspiam depravatum fuerit, reformatur. Utrum autem ego in reconciliatione illorum erraverim, nescio, unum autem per Omnipotentis Dei clementiam spero, quia post tot jurationum genera, quibus Archiepiscopus hæc promissa firmavit post sacramenta tam multiplicis populi per Evangelium data, post juramenta certè omnium clericorum ante sanctum altare literis, & proprio ore prolata, utraq; istæ hæreses sic in illa Ecclesia sunt per argumenta providæ coercionis atritæ, ut auctore Deo, nostris temporibus non sint ad redi-viva certamina reparandæ. Apostolica tamen Sedes hæc apud se retractanda discutiat: & utrum puncto, an lima digna sint, ex auctoritatis suæ censura decernat.



tem Apostolum: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem* (50), profectò sibi, & Clero opportunè confulerent. Verumtamen Ostiensis ille Petrus, congregata tunc Mediolani Ambrosiana Synodo, ut vidit Clericorum nobilium Ordinem, personarum statum, cultumque vestium, perpendit etiam morum, probitates, ac dispersita singulis competenter Officia, testatus est ad verum, nusquam se talem vidisse Clerum. Tamen in præsentì cœtu, quia Romanus erat, Archiepiscopo præsidere contendit. Unde subito factus est popularis in urbe tumultus, ut nisi cessisset illius humilitas (51), quod suum erat, fecisset impetum, non quidem gratiâ Widonis, sed Ambrosiani causâ honoris. Præterea quum perciperet quorundam ex Clero reatus, servata sibi super omnibus potestate, prout sibi complacuit, culpas dijudicavit. Ut enim caveatur mendacium, non ex toto fuerant omnes ab objectis immunes (52). Deinde rude Constitutum, abolito veteri, Mediolanensi Ecclesiæ à se factis indidit literis. Cui Archiepiscopus cum Ordinariis, cogente ac vociferante Populo, subscripsit invitus.

CAP. XIII.

Exclamatio Scriptoris, & de Romana Synodo.

O Insensati Mediolanenses, quis vos fascinavit? Heri clamastis unius sellæ primatum. Hodie confunditis totius Ecclesiæ statum, verè culicem liquantes, & camelum glutientes. Nonne fatiùs vester hoc procuraret Episcopus? Fortè dicetis: Veneranda est Roma in Apostolo. Est utique; sed nec sper-

- (50) *Ad Galat. 1.*
- (51) Cui vertenda sit laus ista, satis ex relatis in Petri Damiani superiùs producta epistola patet.
- (52) Vides, non eo impudentiæ devenisse Auctorem nostram, ut immunem ab omni labe profiteatur causam, pro qua stabat.
- (53) Neque Ambrosius, neque alius quispiam ejus successor vesanam hanc tulit opinionem, Mediolanensem videlicet Ecclesiam Romanæ Sedi minime esse subjectam. Sat erit norasse Arnulphum ipsum talia scribentem, quidquid à VVidone Archiepiscopo pro se suisque fuit juramento firmatum, eidem pari jurejurando se obstrinxisse, prout ex epistola Petri Damiani apparet.
- (54) Nil mirum. VVido enim Sedi Apostolicæ reconciliatus, prout supra vidimus, cur non debuerat ad Synodum vocari, eique interesse? Synodus autem ista Romæ à Nicolao II. Stephani successore coacta ea est, in qua non modo Berengarii hæresis, sed Simoniacorum, & Nicolaitarum flagitia denuo iusto anathemate fuere percussa, prout videre est apud Baronium anno 1059. Harduinum, & alios.
- (55) VVidonem Summo Pontifici adstitisse in hac Synodo quotquot evolverim scriptores, nullum qui testetur inveni. Imoverò neque VVidonis subscriptio extat apud Harduinum, qui è Vaticano Codice cum Præfulum subscriptionibus, qui ei adfuerant, Canones desumpsit. Ulteriùs an oscitantia, an verò nequitia Arnulphi tribuendum sit nescio, quòd Petri Damiani, ac Anselmi Lucensis Episcopi Legationem ad Mediolanenses ante Concilium hoc Romanum enarrat, quando apud Pagium in Breviario tom. II. pag. 376. alioque, post ejusdem celebrationem demum, constitutam fuisse videatur. Cùm verò Pagius alter in Critic. Baron. de alia sub eodem Nicolao Pontifice Romana Synodo multa afferat, quæ ibi videre est, suspicio oriri pos-

nendum Mediolanum in Ambrosio. Certè certè non absque re scripta sunt hæc in Romanis Annalibus. Dicitur enim in posterum subjectum Romæ Mediolanum (53). Ecce Metropolitanus vester præ solito Romanam vocatur ad Synodum (54). Abiit, sed contra vestros affectus prosper fit illi ad cuncta successus. Decibiliter equidem tractatur ab Apostolico tunc Nicolao, cujus dextro positus est in præsentì Synodo latere (55). Ad quem accusandum quum Arialdus ille delator assurgeret, protinus ex adverso stantes Astensis, Novariensis, & Taurinensis, ac reliqui Suffraganei Præfules, coram omni cœtu falsidicum illum Scripturarum auctoritate refellunt. Sicque confutatus ab omnibus resedit in terra confusus. Proinde Archiepiscopus quum promitteret Domno Papæ (56) deinceps obedientiam, accepto ab eo annulo Apostolicæ gratiæ, ac totius potestatis Ecclesiasticæ, rediit gloriosus in omnibus. Interim dum hæc fierent, Landulphus Romam adire proponens, à Placentinis graviter cæsus, & vulneratus revertitur, ultra properare non valens. Post hæc non cessat persequi graviùs solito cum Clero Pontificem (57).

CAP. XIV.

De morte Landulphi, & quòd Arlembaldus ad vicem ejus successit.

Quum verò placuit Altissimo, qui renes scrutatur & corda, ille, qui alienam diu meditatus fuerat lassitudinem, inopinam subito doluit suam ipsius ægritudinem. Quumque langueret biennio pulmonis vitio, vocis privatur officio, ut in quo multos affe-

- set, num de ista dicenda forent, quæ superiori attribuimus. Verumtamen hæc in medio relinquimus.
- (56) Quidquid sit de asserta Arialdi confusione, duo hic notanda veniunt; unum scilicet, quòd inter Præfulum ibi convenientium subscriptiones apud Harduinum tom. VI. p. 1. Conc. pag. 1066. Astensis, & Taurinensis Episcoporum non referantur, sed tantummodo Novariensis, quatenus illa *Atto Episcopus Novariensis* pro *Novariensis* possit intelligi: alterum quòd tandem major certè confusio iisdem Episcopis inflata sit, cùm nulla usquam severiora contra Simoniacos, & Nicolaitas incussa fuerint anathemata iis, quæ ab hac Synodo fuere prolata, præcipuè si vera sunt quæ à Sigonio referuntur, nempe *Nicolaus verò Concilio habito obstinatos Lombardis Antistites, Mediolanensem, Taurinatem, Astensem, Vercellensem, Novariensem, Brixianum, & Laudensem, Diaconos, & Presbyteros concubinas habentes ab altari remove-re, Simoniacos honoribus spoliare coegit.* Ne verò de prædicta Arialdi confusione ultro gloriatur Arnulphus, appositè hic regerimus quæ à B. Andrea in ejus vita referuntur apud Puricel. pag. 81. *Qui (Arialdus) coram Summo Pont. se offerens cum causam jam cæptam ei retulisset, post multam honorificentiam, quam ipsi isdem impendit, jussit, à quibus Sacerdotibus divina mysteria debinc sumeret, & sub inevitabili jussu ei præcepit ad opus cæptum regredi, & tamdiu in eo vehementer insistere, donec nefanda opera, quæ tunc inervant in Ecclesiastica familia, aut penitus deleteret, aut sanguinem pro Christo proprium inimicis fundendum praberet.*
- (57) Hoc est enixiùs mandatis a Summo Pontifice Arialdo implendis obsequi; quandoquidem & Clerus, & Episcopus ipse ab antiquis flagitiis minimè cessabant.

cerat, in eo quoque deficeret, dicente Scriptura: *Per quæ quisque peccat, per hæc & torquetur* (58). Sed ne mortuos accusare videamur, de illo penitus taceamus, cujus vitæ mortisque ratio divino est relinquenda iudicio. (59) Arialdus itaque tali destitutus collega, instigat Arlembaldum (60) assidue defuncti fratris vicem suscipere. Qui quum esset Laicus, quasi (61) fraternæ gratiæ pietatis, opus sibi præsumsit indebitum, Arialdi verbis adeo credulus, ut quos frater flagellis ceciderat, ipse percutiat scorpionibus, & *residuum locustæ comedat bruchus* (62), ad placitum, si quæ sunt, Clericorum peccata dijudicans. Dum ergo Laicus iudicat, Clericus tantum vapulat (63).

## CAP. XV.

*Item de operibus ejus, & Arialdi.*

Interea Arialdus inter plures alias, quas induxerat in Ecclesiam novitates, Letanias illas, quas Ambrosiani post Ascensionem Dominicam antiquitus devotissime celebrabant, suis prædicabat auditoribus execrandas (64). Unde ipso instante triduo, dissidentibus inter se turbis, factus est in urbe conflictus. In quo Deo est operante fugatus, & victus, cæsis suis & interfectis aliquibus (65). Cujus tamen consulto Arlembaldus præter innumeras, quas inrogaverat Clero injurias, quum Archiepiscopus defuncto Abbate Sancti Celsi alterum ex more (66) provideret ordinandum, penitus interdicit, & spreto illo alterum jam consecratum omnino contemnit, armans contra illum Monachorum cum famulis conspirationem. Alium verò à Cœnobio Sancti Vin-

(58) *Sapient. 11.*

(59) Ea semper fuit religionum hominum conditio, ut à veræ Religionis hostibus in derisum, &amp; in similitudinem improprietatis, finisque eorum sine honore haberetur. Quidquid Arnulphus oblatret, quidquid Tritanus Calchus certè hallucinatus lib. VI. hist. Patriæ sentiat cum Arnulpho, Landulphus neque voce privatus, neque è vivis ereptus est antequam Romam rediisset Herlembaldus frater, ut ex Landulpho juniore à nobis infra edendo colligit Puricellus in Vita S. Herlembaldi pag. 225.

(60) *M. Erlembaldum*, & ita semper.(61) *ut quasi* deest in C. Metrop.(62) *Joel. 1.*

(63) De Herlembaldo ejusque gestis, postquam defuncti fratris vices cum Arialdo suscepit, rectius præfatus Puricellus in ejus Vita.

(64) Iterum furo pietatis oblitus Arnulphus zelum, tortè duriorem, minimè verò injustum Arialdi exprobrat. Quo sensu, quibusque rationibus Letanias, &amp; jejunium abrogare contenderit, diffusè narrat B. Andreas in Vita S. Arialdi apud Puricel. pag. 96. &amp; seq. Crediderim præterea, Arialdum eò tandem devenisse, ut quæ per consuetudinem minimè pravam fuerant introducta, è medio tolleret, quo facilius ea destrueret, quæ temporum, aut morum corruptela invexerat. De his Litaniis, &amp; earum antiquitate in Ambrosiana Ecclesia fusè differit Puricellus in dissert. Nazariana cap. 64.

(65) Silentio præterit Arnulphus, quæ post relatum tumultum evenere: quòd scilicet turbas, quæ Ecclesiam, quòd se cum suis receperat, domumque suam diripuerant, collectis viribus suppressit, ut narrat idem B. Andreas apud Puricel. pag. 98.

(66) *M. ex more Prædecessorum.*

(67) Abbatem S. Celsi nomine Lanfrancum à consecratione repulsum per Arialdum refert B. Andreas apud Puricel. pag. 93. &amp; Landul-

phus à S. Paulo in Vita S. Arialdi à nobis edendus, & Sigonius de Regno Italiæ ad an. 1060. Abbatis verò S. Vincentii meminit etiam dictus Landulphus, Puricellus autem in Monum. Basilicæ Ambros. factum consimile narrat de Abbate quodam Aripando S. Ambrosii propter simoniæ labem. Vide eundem pag. 453.

(68) Innuit Auctor Herlembaldum Archiepiscopi Mediol. vassallum, emphiteutam, vel alio quocumque titulo subditum fuisse: eidem verò semper iniquus Arnulphus vertit ingrati animi vitio, quòd vel hoc nomine à turbis contra VVidonem excitandis non destiterit. Memor potius esse debuerat eorum, quæ superius ex Paulo perperam excerpterat. *Si hominibus placeam servus Christi non essem &c.*

(69) *M. Quod Anselmi, qui jam Alexand. II. favet assensus.*

(70) *M. Papalibus.*

(71) Modò retineantur superius prænotata de actis in Conc. Rom. ubi demandata fuit Arialdo Canonum exequutio contra Mediolanenses Simoniacos, & Nicolaitas, nemini mirum videbitur, Catholicum hominem Herlembaldum Arialdi fratrem, & in eadem causa focium S. Pontifici obtemperasse, ab eoque laudem, & assensum promeruisse.

(72) *M. Apostolico Alexandro.*

(73) Vide quæ notavit Pagius junior de vexillo S. Petri ex Pagio seniore ad an. 740. 744. & 796. ubi de usu mittendi vexilli à Romano Pontifice ad fidei defensores contra hæreticos, & infideles multa. Item in Alex. II. ex Syro Presbyt. in Vita S. Arialdi Martyris.

(74) *Mattthæi 16.*

(75) *ad Galat. 1.*

(76) Vide quæ in Arnulphum regerit Puricel. in Vita S. Herlembaldi pag. 230. ubi eidem iniquè scribenti opponit ejusdem Arnulphi tandem pœnitentis ingenuam confessionem, quam infra dabimus libro quarto.

## CAP.

phus à S. Paulo in Vita S. Arialdi à nobis edendus, & Sigonius de Regno Italiæ ad an. 1060. Abbatis verò S. Vincentii meminit etiam dictus Landulphus, Puricellus autem in Monum. Basilicæ Ambros. factum consimile narrat de Abbate quodam Aripando S. Ambrosii propter simoniæ labem. Vide eundem pag. 453.

(68) Innuit Auctor Herlembaldum Archiepiscopi Mediol. vassallum, emphiteutam, vel alio quocumque titulo subditum fuisse: eidem verò semper iniquus Arnulphus vertit ingrati animi vitio, quòd vel hoc nomine à turbis contra VVidonem excitandis non destiterit. Memor potius esse debuerat eorum, quæ superius ex Paulo perperam excerpterat. *Si hominibus placeam servus Christi non essem &c.*

(69) *M. Quod Anselmi, qui jam Alexand. II. favet assensus.*

(70) *M. Papalibus.*

(71) Modò retineantur superius prænotata de actis in Conc. Rom. ubi demandata fuit Arialdo Canonum exequutio contra Mediolanenses Simoniacos, & Nicolaitas, nemini mirum videbitur, Catholicum hominem Herlembaldum Arialdi fratrem, & in eadem causa focium S. Pontifici obtemperasse, ab eoque laudem, & assensum promeruisse.

(72) *M. Apostolico Alexandro.*

(73) Vide quæ notavit Pagius junior de vexillo S. Petri ex Pagio seniore ad an. 740. 744. & 796. ubi de usu mittendi vexilli à Romano Pontifice ad fidei defensores contra hæreticos, & infideles multa. Item in Alex. II. ex Syro Presbyt. in Vita S. Arialdi Martyris.

(74) *Mattthæi 16.*

(75) *ad Galat. 1.*

(76) Vide quæ in Arnulphum regerit Puricel. in Vita S. Herlembaldi pag. 230. ubi eidem iniquè scribenti opponit ejusdem Arnulphi tandem pœnitentis ingenuam confessionem, quam infra dabimus libro quarto.



CAP. XVI.

*De Stella cometa, & terræmotu in Pascha.*

**H**is diebus, declinante jam vere, mensis unius spatium dirum sparsere jubar ardente in Cælo Cometæ; frequentes quoque terræmotus mundo fuere, adeo ut die ipso Resurrectionis Dominicæ bis fieret, manè scilicet, & vespere (77).

CAP. XVII.

*De Papa Alexandro, & Parmensi Episcopo.*

**P**ræerat tunc temporis Romæ Alexander Apostolicus ex Mediolanensi Clero Ecclesiæ Lucensis primò factus Episcopus (78). Quumque satis foret idoneus, Apostolicam deinde promeruit Dignitatem, Alexander de Anselmo vocatus. Huic statim surrexit adversarius Cadalous Parmensis Episcopus institutione Regis, ac matris Augustæ Papa nuncupatus. Qui hostiliter Romam adiit post multam interfectorum stragem, usque ad muros Urbis Alexandri profectus exercitum. Tempore post alio quorundam ex Urbe ope, & consilio Romam, quam novam perhibent, (79) ingressus, conscendit arcem Crescentii. Factis igitur in Urbe partibus, quotidie bellis bella succedunt. Ad ultimum post diuturnos varioque confictus recessit mœrens, confusus, & victus, concessit Alexandro victoriâ (80). Ad quem de præsentis negotio consulendum Romam profectus est Arlembaldus, Arialdo interim furente in Præfulem, concitando turbam civilem, & agrestem.

CAP. XVIII.

*De errore urbis, & nece Arialdi, & persecutione Arlembaldi.*

**D**efinito tandem consilio (81) rediens excommunicationis literas detulit Archiepiscopo. Quod pluribus grande visum est Civitatis opprobrium. Unde factum est, ut in die Sancto Pentecosten procedens Antistes ad publicum conscenderet Ecclesiæ pulpitem, questurus quod acciderat incommodum. Quumque staret ex adverso Arlembaldus cum Arialdo responsurus auditis, fit vehemens in plebe

(77) Sethus Calvisius de terræmotu in Germania excitato in die ipso Paschatis loquitur sub anno MLXV., Cometæ verò apparitionem ineunte Majo ponit sub anno sequenti, an verò hæc simul contigerint eodem anno in nostra urbe fides sit penes Auctorem.  
 (78) Idem ille nempe Anselmus de Badagio, qui nuper cum Petro Damiani à Stephano IX. Summo Pontifice Mediolanum legatus fuerat. Extrat ejusdem Epistola ad Mediolanenses data post suam electionem in Collect. Conc. Harduini tom. 6. parte 1. pag. 1068.  
 (79) Partem scilicet Cistyberinam urbis, quam hodie Leoninam vocant.  
 (80) De bello inter Cadaloum, sive Honorium II. Pseudopontificem & Alexandrum vide Leonem Ostiensem Lib. 3. Cap. 20. Card. de Aragonia in nostra Collect. tom. 3. Ottonem Frisingensem Lib. 6. Cap. 34. & Carol. Sigonium ad An. 1061. & seqq.  
 (81) Consilium pro Concilio usurpasse videtur Auctor noster; quandoquidem de Synodo Romana

**A** tumultus, diversis diversa clamantibus. Ad ultimum facto in medio Ecclesiæ (82) clamore impetu, vicissim in sese consurgunt, quumque per diversa configerent, remansit pænè solus Antistes. Quem pars aggrediens inimica fustibus, crudeliter cæsum & quasi semivivum reliquit. Deinde ipsam invadens Episcopi aulam, pretiosa quæque decerpit. In crastinum visa tanta crudelitate Cives horrescunt mente confusi. Communiter igitur statuunt, aut tantum punire facinus, aut vivere nolle amplius. Unde factum est, ut fugiens Arialdu ab urbe diebus lateret aliquot. Quumque diversas erraret per latebras, solis gradiens noctibus, proditus à comeantibus incidit in manus quærentium animam ejus. Quem tenentes, & nocte tota illa secum ducentes, facto manè, præcisit auribus, & in gutture lingua cum naribus, geminoque suffosso lumine penitus interficiunt (83). Quo perempto dissimulat Arlembaldus modicum, reservans iram in posterum. Favebat enim tunc Pontifici pænè Civitas universa. Sed more suo Populus non diu statu permansit eodem. Mox enim ut Præful ab urbe discedit, ad insequendum illum resumtis viribus impatienter Arlembaldus accedit, fautorem afferens perpetrati flagitii. Iterum ergo ad juramenta convertitur, invitit tamen Civibus; & si quos habebat suspectos, acrius jurare compellit. Agrestes turbas & civiles cogit assidue turmas ad Widonem persequendum Antistitem, omnemque suam delendam progeniem. Et fecisset utique, nisi generosa suorum Fidelium restitisset audacia. Sæpe etenim convenerunt parati subire pro Seniore certamen. Nulla interim requies erat prædonum in diripiendis substantiis Clericorum.

CAP. XIX.

*De adventu Munardi Episcopi, & consilio Romanorum.*

**A**d quod sedandum litigium contigit tunc temporis Maginardum (84) Episcopum Sylvæ candidæ, & Minutum Cardinalem Presbyterum, Romanos Legatos venisse Mediolanum. Qui dum Apostolico præcepto pacem evangelizarent omnibus, consultè satis provident de nece Arialdi fœdus componere: Deinde inter Clerum judicantes, & Populum, eleganti scripto constituunt, quid fieri debeat in posterum (85). Nec tamen his contentus Ar-

anni 1063. meminere cum Baronio Puricellus alique, cujus acta videre est apud Harduinum in sua Collectione tom. 6. p. 1. pag. 1138. atque in ea post simoniacos damnatos, merito datæ sunt literæ anathematis in Widonem.  
 (82) M. ad ultimum factis in medio Ecclesia partibus &c.  
 (83) Multa confundit, multa fucò oblinat, præcipua silentio prætermittit Arnulphus. Omnia clarius & perspicuè referunt tam de seditione Mediolanensi contra Widonem, & contra Arialdu, quàm de Arialdi nece, anno 1066. sequuta IV. Kal. Julii B. Andreas, & Landolphus junior suo loco in hac collectione in lucem proferendus, quos vide; referunt enim quæ inventionem sacri corporis sunt subsequuta, & decretum Alexandri II. quo Arialdu in Sanctorum album est relatus.  
 (84) M. Mainardum.  
 (85) Juvat hic ad plenioris historiæ copiam, constitutionem eandem ex Harduini Collectione recudere. Ea sic legitur:  
 CON-

## CONSTITUTIONES.

*Quas Legati Sedis Apostolica Mediolanensibus observandas præscripserunt.*

**I**N nomine Sanctæ & individue Trinitatis, Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXVII. Pontificatus vero Domini Alexandri II. Papæ Sexto, indictione quinta, die primo mensis Augusti, actum feliciter Mediolani.

Cum constet, fratres carissimi, omne genus hominum sub primi parentis prævaricatione ortum, ex radice carnis peccati trahere contagia culpæ, eamque propter hoc penam sustinere vindictæ, ut miseris multis repletum, sibi que ipsi grave & ingratum, numquam in eodem valeat permanere statu: ut quia factori suo noluit obedire, ex pœna peccati cogatur mutabilitatis suæ miseras tolerare, ita ut nec animo virtutis stabilitatem, nec corpore status tenens qualitatem, in diversa vitiorum monstra erumpat, & præceptis ad æternæ mortis interitum currat: immensa Dei bonitas humanam naturam sic vitiatam, & à se per mandatorum ejus transgressionem multifariam elongatam non deseruit; sed labentem quotidie erigit, fugientem revocat, nexibus amoris multiplicium beneficiorum sibi ligat. Sed nec sic in voluntate ipsius permanenti, vel mandatis ejus adhærenti leges edixit, canonesque Spiritu Sancto dictavit; modos constituit, quibus debeat anima compefci, & in bonis enutrirî. Quorum omnium caput summumque apicem, Romanam, cui per Beatum Petrum non solum terram, sed ipsos cœlos ligandos ac solvendos dedit, constituit ecclesiam: ut quicquid ubique Ecclesiarum pravitas reperitur, dum ibi non poterit, quasi ab origine & magistra omnium corrigatur.

Quapropter dilectionem vestram horror, & per Christum rogans obtestor, ne erubescat quisquam malum emendare, quod non erubuit ante Dei oculos perpetrare. Quia igitur in hac Sancta Mediolanensi Ecclesia, quorumdam pravorum clericorum, ac laicorum statu, vel neglectu, in multis divinæ legis defuevit regula: unde in hac præclara urbe perniciofa inter justitiæ, ut videbatur, fautores, & malitiæ defensores orta seditio, ac mortifera in omnem intus, & extra populum disseminata discordia, ad animarum interitum: qualiter per boni Jesu amatoris hominum misericordiam, & per nos qualescumque Apostolicæ Sedis legatos, nostramque pervigilem operam, seditio in quietem, discordia in pacem, perversitas reducta sit in reftitudinem, scripturæ titulis annotamus: ut, jurante Domino, pacem firmam, & canonicæ reftitudinis normam, in hac Sancta Ecclesia in perpetuum stabiliamus. Quia itaque per contraftrem nostrum Dominum Petrum Ostiensem Episcopum, reverendæ sanctitatis virum, quædam sunt olim in hac urbe correctæ: non opus est ea, vel præteritas Lites omnibus notas replicare: sed quæ nunc sunt canonicæ disciplinæ à nobis statuta, ad futurorum memoriam literis exarare.

Apostolica igitur auctoritate fulti, ex parte omnipotentis Dei, & Apostolorum Principis Petri, gloriosique confessoris Christi Ambrosii, statuentes præcipimus, ac per virtutem Spiritus Sancti, qui est peccatorum remissio, interdiciamus, non nova præcipientes, sed antiqua reformantes, ut nullus in universa hujus Ecclesiæ Parochia Monachus Abbas per pretium quocumque modo conventum accipiat; Canonicus etiam, nec nisi gratis, nec ullo alio modo ordinetur. Ex nulla quoque Ecclesiastici ordinis benedictione, vel ex Ecclesiarum consecrationibus, vel chrismatis datione, quidquam muneris à quoquam per aliquam conventionem detur, aut accipiat.

Presbyter etiam Diaconus, ac Subdiaconus feminam ad fornicandum palam retinens, donec in culpa manserit, nec officium faciat, nec Ecclesiæ beneficium habeat. Qui vero non retinet, & eventu ex humana conditione ce-

derit: postquam manifestum veraciter fuerit, suspendatur ab officio tantum, donec per penitentiam satisfecerit.

Statuimus insuper neminem prædictorum graduum clericum ex suspitione damnari: ita ut nec officio careat, nec beneficio, nisi ipse forte confessus, vel per idoneos testes veraciter sit convictus. Ne autem lædendi eos aliqua occasio pro relictis foeminis eorum fiat; statuimus, ut cum illis in una domo non maneant, nec manducent, nec bibant, nec sine tribus vel duobus idoneis testibus simul loquantur: & hæc servantes, nullam pro eis calumniam patiantur: ipsi vero juxta Ecclesias, si fieri potest, habitare cogantur. Qualiter vero quisque eorum pro ordinum inæqualitate, vel culpæ varietate, officium, ac beneficium perdat; ideo scribimus, quia cuncta ecclesiastica officia in status sui dignitate consistere volumus, & nullum clericorum pro cujusquam peccati culpa, vel officii sui aliqua in Deum offensa, in iudicio laicorum amodo esse permissimus, sed modis omnibus in perpetuum prohibemus.

Si quis autem laicus cujusque ordinis, præscriptorum graduum clericos in potestate sua habet, cum primum sciverit in veritate, aliquem ex eis vel foeminam, sicut dictum est, retinere, vel in fornicationis crimen casu cecidisse: statim per se, vel per suum nuncium hoc studeat indicare Archiepiscopo, & hujus Ecclesiæ Ordinariis, quibus cura ista commissa fuerit. Si ipse, aut ipsi, illi admodum scilicet in culpa obdurato, vel accidentaliter lapsa interdixerint, ut dignum est, officium: ipse laicus postmodum interdicitur obdurato tantum officium. Si vero Archiepiscopus, vel sui Ordinarii, postquam audierint, hoc neglexerint: ipse laicus, quicumque sit, ex tunc in sua potestate, nec officium facere, nec beneficium alicui ex illis permittat tenere, donec culpam deserat, & dignè Domino per penitentiam satisfaciat. Præcipimus ut illud beneficium, quod cuiquam clericorum auferatur, nullus laicus in suum usum, vel lucrum accipiat, nec alicui suorum tribuat: sed ad ipsius Ecclesiæ, vel ministrantium illi opus & utilitatem servetur, aut expendatur; donec vel ipse, si dignus fuerit, reconcilietur, vel alter loco ejus constituatur.

Hoc etiam constituimus, & firmiter contradicimus, ut nullus laicus alicui ex illis, qui forte lapsi fuerint, ullam in prædiolis, si habet, aut in aliquibus bonis suis, vel sæculari, si forsitan fuerit, beneficio, violentiam inferat, nihilque de suis, nisi Ecclesiasticum beneficium, prædicto modo tollat.

Similiter quoque, ut nullus laicus à cujusquam ordinis clerico in gradu aliquo ecclesiastico benedicendo quidquam muneris exigat, vel accipiat, ne cum Simone Mago particeps fiat.

Illud autem, quod speciali devotione est dignum, inviolabili constitutione iudicamus fore in perpetuum firmum: ut hujus gloriosæ Sedis Antistes, qui nunc est, vel quicumque deinceps fuerit, semel, aut bis, si postea fuerit sibi, per omnes plebes, quicumque eas teneat, ad consignandum, & Christianitatem secundum canones perquirendum vadat: nullusque laicus, aut clericus in hoc ei resistat, sed devotè ei in his quæ Domini sunt obediat, & ministret. Integram quoque habeat in omnem suum clerum canonicè iudicandi, ac distringendi potestatem tam in civitate, quam extra, per omnes plebes, & capellas: ut dum clerici fuerint à sæcularis iudicii infestatione securi, in divina servitute, & canonum auctoritate consistant quieti, & Archiepiscopo suo obediant devoti.

Illos autem omnes clericos, & laicos, qui contra Simoniacos, & incontinentes clericos, ut per rectam fidem, ne hæc mala fierent, operam darent, juraverunt; & per hoc incendia, deprædationes, sanguinum effusiones, multasque injustas violentias fecerunt, omnimodo prohibemus, ne hæc ulterius faciant: sed semetipsos custodiendo, & pro his, qui ea non servant, Archiepiscopo suo, & Ordinariis hujus Ecclesiæ, suffraganeisque Episcopis, quod canonicum est suggerendo, & cum

Arlembaldus Romam pergens iterum novum iniit cum Romanis consilium. Vetus quippe fuit Italici Regni conditio perseverans usque in hodiernum, ut defunctis Ecclesiarum Præfulibus Rex (86) provideat successores Italicus, à Clero, & Populo decibilibus invitatus. Hoc Romani Canonicum esse negant, sed instantius Archidiaconus ille Hildeprandus, qui quum, abolito veteri, novum tentaret inducere Constitutum, palam fatebatur, haud secus sedari posse Mediolanense dissidium, quam Canonicum habendo Pastorem, ad quem eligendum necessarium dicebat Romanum fore consensum (87). His instructus assertionibus Arlembaldus Mediolanum rediens, quod audierat festinanter exequitur. Prius ergo secretò paucos convenit ex amicis, à quibus, quum exigeret sponsonem celandi creditam, cautè subintulit juramento causam futuri eligendi Pastoris post discessum præsentis. Deinde die noctuque laborans Laicos quosque (88) & Clericos eidem juramento reddit obnoxios. Interim tamen à persequendo Præfulem non desisteat Widonem, omnisque suæ consanguinitatis affines.

C A P. XX.

*Wido concessit Præfulatum Gotefredo, qui reprobatur à Populo.*

**A**rchiepiscopus autem quum tot nequiret imminentes tolerare pressuras, ævo jam maturus, & diuturno languore membris omnibus dissolutus, arbitratus est fore conveniens, ut quod ille faciendum præviderat, ipse quo-

cum bono animo supplicando, in his operam tribuant, hoc est, studium habeant. Et nulla alicujus damni vel dedecoris, quod pro hujus placiti causa alicui illatum est, ex aliqua parte amodo repetitio fiat, aut odium maneat: sed pax Christi, quæ superat omnem sensum, corda vestra possideat.

**A**d hæc igitur omnia conservanda, & perenniter stabilienda, quia aliquando nonnullis magis mundana, quam æterna pœna à malo retrahit, & ad bonum compellit: si quis ex his omnibus, qui pro officio, & potestate ecclesiastica, vel mundana hæc agere debet, & potest ea studiosè, & fideliter perficere, sicut præmissum est, neglexerit, aut noluerit: Archiepiscopus quidem, de suo centum libras denariorum persolvat; & si contempserit, donec emendet, proprio officio abstinat: clericus autem, vel laicus, pro ordinis ac dignitatis suæ qualitate, ac potestate, tali mulctetur damno, ut si quidem de ordine capitaneorum fuerit, viginti denariorum libras; vassorum autem decem, negotiatorum quinque, reliquorum verò pro qualitate, & possibilitate componat ad utilitatem hujus sanctæ matris Ecclesiæ: & sicut pro treuga Dei fracta per decem tot civitates riscatum faciat.

**S**i quis itaque (quod non optamus, & Dominus avertat) hæc non observaverit, & transgressor factus, sicut statutum est, emendare contempserit: excurrat æternæ maledictionis, & anathematis vinculum; & cum Dathan & Abiron præfens, atque cum Juda traditore, Pilato, & Caipha, æternum subeat interitum, nisi resipiscat, & dignè satisfaciat. Omnipotens Deus, dulcissimi fratres & filii, precibus Beatissimi Apostolorum Principis Petri, & gloriosissimi consortis sui Ambrosii, ab his omnibus malis vos custodiat: & in bonorum observantia corda vestra, & corpora ita dirigat, ut ad promissam vobis æternæ beatitudinis hæreditatem pervenire concedat. Amen.

Ego Mainardus Dei gratiâ Silvæcandidæ dictæ  
Tom. IV.

**A** que destruendo præveniret; scilicet ut dignitatem propriam alteri se vivente concederet. Per idem tempus fuerat quidam ex Ordinariis Ecclesiæ Subdiaconus nomine Gotefredus, illius à secretis, præ omnibus unicus, qui ex quo domini sui penetraverat mentem, in se transferendum omnimodis satagebat honorem. Secreta igitur facta conventionem cum eo Præful, datis communis pacti ex alterutro sacramentis, dignitatem deponit ad præfens, virgâ cum annulo Cæsari per Legatos directâ. Gotefredus autem, quum jam pridem labore multo sibi Regis conciliaffet affectum, recenti tamen pacto ab eodem Augusto gaudens adeptus est Præfulatum (89). Verumtamen juxta Scripturæ veritatem mixtus est dolore risus, & extrema gaudii occupavit luctus. Reprobatus enim à Civibus, nullis in locis Episcopi vel ad hospitandum recipitur, ipsis etiam factus invisus agricolis. Hunc Romani Domno cum Apostolico jure statim condemnant Canonico, judicii sui literas Mediolanensibus super illo mittentes (90). Qua elatus Arlembaldus fiducia acris insurgit, non solum in illum, verumetiam fautores in omnes, universa flammis, ac ferro demoliens. Contra quem etiam per vicos, & castella multorum exaggerat sacramenta. Unde fit, ut si quando de facultatibus Ecclesiæ aliquid præsumere nititur, ab omnibus penitus interdicatur (91). Ubi verò Sanctæ Mariæ conscendit montem (92), circumveniente ab urbe exercitu, nocte vix fuga lapsus evasit. Interea Wido fatebatur, se Gotefredi delusum insidiis, communis pacti transgressorem illum appellans (93). Qui quum amissum resumere vel-

Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus huic constitutionis paginæ à me factæ subscripsi. Ego Joannes Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Presbyter, atque ejusdem Legatus, huic constitutioni subscripsi.

(86) in M. Imperator.

(87) Satis hæc omnia expenduntur, & perstringuntur à Puricello in Vita S. Herlembaldi cap. XXVIII. quem vide.

**D** (88) Prænarratæ turbæ, quibus toties Catholicorum pars oppressa fuit, hos tandem ed adegit, ut, arrepta occasione, hostes quo possent modo comprimerent, ne ut paulò ante Arialduo oppressus fuerat, & ipsi opprimerentur.

(89) Quibus artibus Mediolanensem Sedem occupaverit Gotefredus, narrant Sigonius ad annum 1067. & Puricel. loc. cit. qui cum insigni pecuniarum copia ad Henricum se contulisse scribunt.

(90) Nulla harum literarum apud Scriptores mentio extat, quas nihilominus facile admodum eo tempore scriptas fuisse crediderim, cum vel maximè vigeret Romæ controversia de non admittenda, sive in Romani, sive in Pontificum electione Italici, seu Germanici Regis auctoritate. Constat tamen Gotefredum inde anathemate percussum ex literis Gregorii VII. de quibus infra.

**E** (91) M. sequitur: quemadmodum factum est in aliis quibus, de quibus narrare per singula longum est, immo superfluum est judicare. Interea &c.

(92) Varisium se recepisse Gotefredum scribit Sigonius, & sanè propè illud oppidum extat Mons S. Mariæ etiam in præfens religiosa peregrinatione notissimus.

(93) Probabile admodum videtur, pactum illud, de cuius inobservantia conquestus est Wido, tale fuisse, ut Gotefredus de Ecclesiæ reditibus pensum ei annum qualecumque tribueret. Cum verò Herlembaldi affectu non modò à sede, sed à bonorum possessione omnimode illum arcerent, ut paulò ante Auctor innuit, hinc de conventionem inita & minimè servata Widonis querela efferebatur.

vellet honorem, cum Arlembaldo pacis fœdera sociavit. O mens cœca mortalium! Veniens enim, illo duce, Mediolanum non ad urbem, ut voluit, sed ad Sancti Celsi ducitur Monasterium, de privato factus privator. Ibi commendatus custodibus diebus multis resedit inglorius, hac etiam vice delusus (94).

## C A P. XXI.

*Gotefredus obsessus est in Castellione.*

**G**otefredus autem pluribus jam coarctatus obstaculis, cum parte suorum aliqua suo se collegit in oppido, quod vulgò Castellio dicebatur (95), inexpugnabile revera præsidium mœnibus ac loci natura munitum. Ex eo sæpius erumpentes, quum supra modum prædis inhiarent, ac cædibus, indignati Mediolanenses proponunt arcem illam protinus expugnare turritam. Nec mora: Instructo exercitu, & his, quæ ad usum militiæ fuerant necessaria, paratis, procedunt omnes castrametati ad radicem montis; aberat enim ab urbe vigesimo paulò plus milliario. Mox undique circumvallantes incessanter oppugnant. Ad hoc etiam cunctos regionis illius instant aggregare ruricolos, diuturnam jurantes obsidionem. Construunt ergo petrarias, & omnis generis bellici machinas, fundas quoque, & balistas, milleque mortis parant insidias. Obsessis verò ad posse repugnantibus, multa quotidie fiebat cruoris effusio, adeò ut in ipsa Quadragesimæ venerabilis observantia nulla fuerit humanæ cædis abstinentia.

## C A P. XXII.

*De incendio urbis, & obsidionis solutione.*

**H**ac itaque tempestate quum rarus in urbe Populus sua frueretur securitate, repentina calamitas improvidam invasit urbem. Horresco referens: primo namque Quadragesimæ Sabbato magno civitas conflagravit incendio (96). Quumque tunc vehemens flaret turbo ventorum, arreptis ignium globis, longè latèque multas combussit ædes, eò usque, ut ligna, & lapides vorax flamma consumeret. Aurum quoque & argentum, ac metalla cætera calore nimio liquefacta sunt univèrsa. O quæ, & qualia domorum ædificia, quàmque decora combusta sunt mœnia, de quibus omnibus vix superfuit præter parietinas quaslibet, vel titio minimus! Sed quod est omni damno deterius, plures Sancto-

(94) De hac voluntaria sive coacta VVidonis migratione in Celsianum Monasterium vide Puricel. loco cit. cap. XXX.

(95) In margine Cod. M. leg. Omnino ita credendum esse censerem hunc Castellionem fuisse, tum maximè, cum nomen Gothefredi sit patrium Castellionæis, quo quidem nominatus etiam postea fuit Cœlestinus IV. Pon.

(96) De an. MLXXI. quo contigisse dicitur, cōveniunt Scriptores omnes, non verò de die. Sigonius enim, & Trifanum Calchus extremis Quadragesimæ feriis illud adscribunt contra Auctoris nostri fidem. Huic verò adstipulatur Puricellus in Vita S. Herlembaldi cap. II. aliis etiam documentis alteram incendii calamitatem cum nostro distinguens, de qua infra.

(97) M. *intrinsecus*.

(98) *Prope Alexandriam*. Murat.

Obiisse VVidonem post urbis incendium, satis constat ex iis, quæ statim in Auctore nostro subsequuntur, Ad annum verò quod spectat,

**A**rum sunt crematæ Basilicæ in urbe, & extra. Sanctus ipse Laurentius vivæ carnis olim cruciatus incendio, iterum se flammis permisit exuri, cujus speciosissima omnium adeò fuit Ecclesia, ut relatu difficile videatur, quæ fuerint lignorum lapidumque sculpturæ, eorumque altrinsecus (97) compaginatæ juncturæ; quæ suis columnæ cum basibus, tribunalia quoque per gyrum, ac desuper tegens univèrsa mivivum. O Templum, cui nullum in mundo simile! Et o civitas, cujus comparatione villæ fuerant reliquæ! Heu heu. Trenes illæ Propheticæ in te ferè translata videntur. Ubi autem rumor tam dirus castris insonuit, quamplures illico, relicta obsidione, eunt tenues ab igne reliquias, & miseram, visitare familiam. Arlembaldus verò cum aliis retenta parte castrorum perseverat obnixius, quotidie belligerare non desinens. Gotefredus autem tribus jam obsessus mensibus, ut vidit tenuem castrorum exercitum, clam vocare suos, & cautè satis procurat amicos. Quumque Paschales instarent Feriæ, convenientes in unum, instructa acie protinus in castra confluent imperu, ac clamore non modico. Nec minus obsessi, ruptis claustris, omni ex parte profiliunt. Arlembaldus autem tanto positus in discrimine, arreptis armis audet cum suis paucis juxta vires obsistere, signifer ipse factus. Et nisi sua, suorumque pugnas audacia, dies illa sibi fuisset extrema. Videntes autem multi paucorum constantiam, ultro recedunt, educentes secum ab oppido Gotefredum. Hos longè persecuti sunt Mediolanenses conglobati repentè simul, & qui in castris fuerunt, & qui in urbe remanserant. Nec à persequendo diebus aliquot cessarunt, ac noctibus, donec in summa constrictos necessitate coegerunt illos iterum Castellionem intrare.

## C A P. XXIII.

*Juramentum Civium, & quomodo Atto electus est, & postea dejectus.*

**P**ost hæc redeuntes ad urbem jurejurando definiunt, Gotefredum numquam recipiendum, immo alterum de catalogo Majoris Ecclesiæ sic communiter eligendum. Jam enim migraverat à sæculo Archiepiscopus ille Wido sepultus in loco, qui nominatur vulgò Burguli (98), ubi post urbis incendium in amaritudine animæ diem clausit extremum (99). Ab illo etenim die Arlembaldus omni instat conamine, modò cum Clero, modò cum

Po-

videtur non ultra excessisse septuagesimum primum, vel initium septuagesimi secundi supra millesimum. Burguli autem vicus (sive Bergolii, ut habent tabulæ Metropolit.) quò, devastata urbe, se VVido receperat, unus fuit ex iis, quibus anno 1168. Alexandria Stathelorum coaluit, ut Puricel. demonstrat loc. cit. cap. 32. & Papebroch. in exeg. Episc. Mediolan.

(99) Annis XXVI. sedisse VVidonem nemo ambigit. An fuerint completi, disputat Papebroch. in exegefi Episc. Mediol. ubi ex instrumento quodam ab Ughello relato contendit obiisse XIII. Augusti anni MLXXI. eodem scilicet anno, quo XVI. Februarii prænarato incendio urbs conflagravit. Neque hic attendendus videtur Pagius in Breviario pag. 408. & 409., qui ad annum circiter LXX. supra millesimum, hoc est ante incendium urbis, VVidonis mortem revocat.

Populo, de eligendo agens Episcopo, novâ à Romanis acceptâ licentiâ (100), spreta verò Regum veteri providentia. Verumtamen major Civitatis portio ex Clero, ac sapienti Populo priscae consuetudini, & regio intendebat honori. Ipse autem, neglectis omnibus, & juramento communi, solum Romani illius Hildeprandi (101) auscultabat consultum. Jamque dies illa propinquabat, quam ad hoc agendum ipse providerat, sancta scilicet Theophaniæ solemnitas. Studet ergo sollicitare præsentibus, vocare absentes Clericos, & Laicos, Abbates, & Monachos, amicam sibi non omittens turbam agrestium. Quumque dies instaret festus, factus est multorum in Ecclesia Hyemali conventus, illis tamen absentibus, cum quibus istam se facturum juraverat electionem. Celebratis itaque Missarum solemnibus, primò concionatus ad libitum, ac multa de justo Pastore commemorans; affante quodam Bernardo (102) Legato Romano, eligit Attonem, adhuc tantummodo Clericum, ac tenera ætate juveniculum (103), invito Clero, & multis ex Populo, adeò ut

A stomachati recederent ab Ecclesia. Proh dolor! Altare sacrosanctum Ecclesiæ visum est concuti tunc, & suo moveri de loco, dum nimia plebis undique comprimeretur instantiâ. Quumque cum suis Atto ad convivandum Pontificalem conscenderet aulam, fuerant enim jam in mensis ampla parata convivia, inflammati Cives invadunt repente domum, interiora, & exteriora scrutantes. Ipse autem electus noviter, cum cameræ unius lateret in angulo, inventus capitur, (104) & misere laniatur. Demum per furas, & brachia à summis ad ima protrahitur. Qui quum staret in Ecclesia meru mortis altari prostratus; clamante Populo, ascendit in pulpitem, ibique facto sacramento in auribus omnium, abrenunciavit Sedi Ambrosianæ in præsens, & in perpetuum. Interea fautores quique sui diversas fugere per latebras. Ipse etiam Romanus Legatus vix, discerpitis vestibus, laceratus evasit. Cæterum Gotefredus, & Atto diebus postea multis remanserunt privati pariter ambo, propriis tantum contenti laribus, atque substantiis (105).

(100) Arlembaldus Arialdi successor, ideoque S. R. E. non à Summo Pontifice tantum, sed non semel ab ipsa Rom. Synodo ejusdem vexilliferi, & fidei defensoris munere apud Mediolanenses insignitus, muneri huic certè defuisset, si cum ageretur de novo eligendo Pontifice, id omne minimè intentasset, quod in re omnium maxima viri prudentis, & sancti prorsus intererat. Quemadmodum Arnulphi fuit, gesta per Herlembaldum hac occasione omni, quo potuit, colore denigrare, ut partes quisque suas optimè tueretur.

(101) Romanum appellat Hildeprandum, non ob patriam, quæ illi fuit Soana in Thuscia, verum ob dignitatem: Ecclesiæ scilicet Romanæ Cardinalis Archidiaconus tunc erat, indeque ad Summum Pontificatum sub nomine Gregorii VII. evectus, idem ille, qui apud nostrates functus fuerat legatione, ut refert etiam noster cap. XII.

(102) Tanti videbatur Summo Pontifici negotium electionis novi Episcopi Mediolanensis eligendi, ut non Herlembaldo uni, sed Legato adstanti illud committendum fore censuerit. Quis porro Bernardus iste fuerit? Non alius certè cum Puricello credendus est fuisse, quam Bernardus S. R. E. Cardinalis na-

tionis Gallus, Abbas S. Victoris Massiliæ, à Ciacconio relatus, qui & alias legationes in Germaniam subiit.

(103) Nullatenus juveniculum fuisse Attonem, cum in Mediolanensi Sede collocaretur, pluribus contendit, probatque Puricellus in Vita S. Herlembaldi cap. 32. quod vide. Quomodo cumque hæc sint, Attonem ætate juvenili minimè fuisse, neminem credo ausurum asserere. Cum autem eundem constet non semel à Gregorio VII. consultissimo Pontifice in sua Sede confirmatum, tunc quoque competentum fuit, ætatem minimè obstitisse quominus in Pontificem eligeretur, quandoquidem non semel Ecclesiæ Mediolanensi Antistites præfuere, qui sanctitate, & prudentia juvenili admodum ætate tempora multa implere.

(104) M. addunt *discerpitur*.

(105) Codices Metropolitanani hic finem habent, & scriptum legitur rubris characteribus *Deo gratias amen*. In altero Codice, quem adhibuimus hæc leguntur: *Hactenus è Codice Reverend. Capituli Metropolitanani, qui heic finem facit Arnulphi Historia. Sequentia ex Archibiteo Codice MS, petita.*



## LIBER QUARTUS.

*Quartus describit, quod tertius ordo reliquit.*

## CAP. I.

*Quòd Scriptor tacere proposuit, & quare postea scripserit.*

**F**ixum manebat in corde propositum in gestis presentibus amodò servare silentium, quoniam nullis audita hæc retro temporibus multorum offendunt graviter animum, sed & dilata diutius modum videntur excedere, quum Dei Sapientia Patris juxta Scripturæ veritatem in numero, pondere, & mensura universa disponat. Verumtamen in me conversus denuo ad liquidum cœpta describere commodius judicavi, ut, factorum agnita qualitate, certius fieret inde iudicium. Omnium enim laus, atque blasphemia termino cuiuscumque deputatur negotii, quum tamen incertum sit, utrum dies nostros qui omnipotens est finem dilaret ad illum. Sed fiat voluntas tua sicuti in cœlo, & in terra, Pater altissime.

## CAP. II.

*Quomodo Hildebrandus favebat Attoni.*

**I**gitur auditis his, quæ Attoni contigerant, præfatus ille Archidiaconus Hildebrandus sua, quum Cardinalis esset, auctoritate illico iuramentum (1) illud violentiæ omnimodis iudicavit habendum invalidum (2). Hunc Romanus adeò verebatur Antistes, ut eo inconsulto nihil omnino præsumeret, quum patenter Sanctum prædicet Evangelium, super Magistrum non esse Discipulum (3). Unde factum est, ut collecto Romæ cœtu Pontificum (4), instante ipso, Attonem iuste prædicaret electum, prostrato anathemate Gotefredo. Quæ omnia Hildebrandus suis literis

- (1) Quo scilicet anno abrenunciaverat Sedi Ambrosianæ, ut dicitur supra Lib. III. Cap. XXIII. *Leibnitius*.
- (2) Iusjurandum scilicet, quo se in perpetuum Atto à Pontificatu Mediolanensi metu mortis abdicaverat.
- (3) Quam malè abutantur scripturis veræ Religionis hostes, hinc videas, cum timori Alexandri Pontificis prudentiam tribuat, qua nihil sine summi viri Hildebrandi Cardinalis consilio decerneret; & sanè non Alexander solum, sed & ipse antea Leo IX. vir Sanctus Hildebrandi nondum adhuc Cardinalis consilia libenter audiebat, & exequabatur, ut clare deducitur exactis Vatic. de rebus Greg. VII. apud Baron. an. 1073. n. 20.
- (4) Synodus hæc V. fuit ex iis, quas Summus Pontifex Alex. II. Romæ congregavit, in eaque Gotefredum Ecclesiæ Mediolanensis invasorem anathemate percussit. Hinc brevi admodum tempore elapso, evectoque ad Pontificatum Romanum eodem Hildebrando sub nomine Gregorii VII., missæ fuere ab eodem literæ Apostolicæ ad omnes Christifideles in Longobardiam, ad Comitissam Mathildem, ut à communione illorum abstineret Episcoporum, à quibus Gotefredus consecratus fuerat, & ad Guilielmum Episcopum Papiensem, quibus eandem causam contra Gotefredum, ejusque fautores commendavit, quas vide.

**A** sæpè jam dicto retulit Arlembaldo. Cui etiam ex suo, quod opulentissimum habebat, ærario copiosam auri atque argenti fertur misisse pecuniam, ut distributo quibuscumque indifferenter pretio, fautores aggregaret quamplurimos (5). Non enim latebat illum Prophetice dicta sententia: *A majore usque ad minorem omnes avaritiæ student* (6).

## CAP. III.

*Episcopi consecrant Gotefredum Novariæ.*

**I**nterea suffraganei Sedis Ambrosianæ Pontifices, accepto à Rege mandato, apud urbem convenientes Novariam, Gotefredo manum consecrationis imponunt, illum, prout quiverant, roborantes, licet præceptio Regia multis dicatur impetrata muneribus (7). Constat tamen Regem postea pœnituisse, atque interventorem penitus odisse legatum. (8) Exinde Gotefredus aliqua Ecclesiæ studet occupare castella, uni eorum præsidens, quod nominatur Brebia (9). Qui quum paulò ante Leucum (10) invaderet, irruentibus ab urbe militibus violenter ejicitur, amisso Marchione illo strenuissimo Milite (11), quem loci incolæ, rupe præcipitantes ab alta, crudeliter trucidant. Dum hæc taliter agerentur, defungitur Apostolicus (12).

## CAP. IV.

*Hildebrandus factus Papa laudavit Attonem in Synodo.*

**C**ui parvo dierum intervallo succedit Hildebrandus, mutato nomine dictus Gregorius, in quo revixit Attonis illico spiritus, adeò ut Romam pergens, illius sese subderet contubernio. Ipse autem quum priori radicitus

- (5) Parcendum videtur Simoniacorum fautori, si alios eo tingat colore, quo ipse perfusus est.
- (6) *Hierem. 6.*
- (7) Hoc sanè debuit altè nimium obstrepuisse, quandoquidem ab Auctore nostro non potuit reticeri, quod tamen Tristanus Calchus, & Ripamontius omnia ab Arnulpho defumentes omiserunt, ut notat Puricellus in Vita S. Herlemb. Cap. XXXV.
- (8) Gotefredum ad Henricum Regem legatum misisse pro sui electione tuenda innuit Auctor. Eundem verò à Rege postea despectum suo loco videbimus.
- (9) Aliis Plebia. Hujus nominis castellum videre est non longè à Varisio, quod olim ad Ecclesiam Mediolanensem pertinuisse ex Auctore nostro colligitur.
- (10) Castrum & oppidum munitionis fama, & Fori celebritate frequentatum, ut ait *Jovius* in descriptione Larii Lacus.
- (11) Quis Marchio iste strenuissimus ab accolis de rupe in præceps dimissus, fuerit, à nullo rerum nostrarum scriptore innuitur.
- (12) Alexander nempe II. quem cum sedisset an. XI. mens. VI. & dies XXII. obiisse XI. Kal. Maji anni 1073. refert Pagius in Breviario pag. 411. Ex Mariano Scoto & aliis habemus electum Gregorium VII. in Lateranensi Basilica die XXII. mensis Aprilis, qua prædecessor Alexander in eadem Ecclesia tumulatus est.

tus inhærent propofito, indicta Romæ generaliter Synodo (13), cum fuis damnavit facratoribus Gotefredum (14). Quumque ad libitum confueviffet multa difponere, coram omni cœtu præfentem laudavit Attonem abfque nutu Regio, abfente quoque Ambrofiano Clero ac Populo. Unde inter ipfum, & Cæfarem videtur ortum, hac lite manente, diffidium, non illius quidem damnatione, fed nova hujus, & abfque dato Regis concepta electione (15).

CAP. V.

*Arlembaldus Attoni favet, Gotefredum insequitur.*

**P**ræterea dum Gotefredus Brebiæ folius immoraretur præfidio, Atto, propria neglecta domo, ac patriâ, Romæ degebat, tantummodo affiduis Papæ mancipatus obfequiis. Cui Arlembaldus apud Mediolanum totis favebat viribus, die noctuque laborans, datis etiam ac promiffis muneribus. Infuper omne Gotefredi collegium flammis ac ferro perfequebatur interdum, nihil intentatum juxta poffe relinquens; præfertim quum nec Regiæ potestati, nec fuorum parium, aliorumque multorum cederet ullo modo voluntati, Romana tantum fretus, atque contentus fiducia; ad hoc etiam prorumpens, ut Ambrofianæ consecrationis Epifcopos blafphemaret, afferens Apoftolicè excommunicatos, quorum

(13) Prima hæc Synodus habita est Romæ sub Gregorio VII. eaque generalis, idest nationalis, cum ad eam vocari fuerint omnes Italiæ Epifcopi, ut notavit Baronius, & Puricellus, apud quem literæ convocationis extant. Celebrata fuit in Quadragesima anni 1074. Pagius in Critic. Baron. ex ejuſdem Gregorii Epifto-la ad Ottonem Conſtantiensem Epifcopum, refert illius acta contra ſimoniacos & concubinariorum Clericos, inter quos excogitare meritò poſſimus Gotefredum anathemate percuffum. Ex iis autem, quæ ibi refert Puricellus, lux non modica affertur iis, quæ Auctor noſter leviter tantum attigiſſe videtur ſuperius, ubi innuit Henricum Regem protectionis erga Gotefredum poſtea poenitiffe. Conſtat enim ex epifto-la Henrici ad Gregorium data apud Puricel. Cap. XXXXI. Lib. IV. hæc ſcripſiſſe. *Et nunc in primis pro Eccleſia Mediolanenſi, quæ noſtrâ culpâ eſt in errore, rogamus, ut veſtra Apoſtolica diſtinctione canonicè corrigatur, & exinde ad cæteras corrigendas auctoritatis veſtra ſententia progrediatur.* Ex iis verò, quæ idem Gregorius ad Herlembaldum, ac Henricum reſcripſit, fatiſ patet, res tunc eò deveniſſe, ut Pontifex in ea fuerit opinione, quòd ob Henrici reſiſcentiam, atque Herlembaldi opem, negotium hoc penè firmatum, & ad leges Canonicas tandem crederet definitum. Ad Herlembaldum enim hæc illius ſunt verba: *Quidam etiam ex majoribus fidelibus ſuis promittunt nobis ex parte ſui eum, (nempe Henricum) de cauſa Mediolanenſis Eccleſiæ ſine dubio conſilio noſtro obedire.* Ipsi verò Henrico hæc ſcribit: *Quamquam, Fili cariffimo, cauſam Mediolanenſis Eccleſiæ non ita compoſueris, quemadmodum literarum ad nos miſſarum ſeries pollicitatioque continebat, tamen quia Legatis noſtris te benevolam tractabilemque præbuiſti, eorumque interventu quaſdam res Eccleſiaſticas laudabiliter correxiſti, nobis quoque per eos congrue ſalutationis, & devota ſervitutis exhibitionem tranſmiſiſti; gratanter accepimus. Sed & illud, quod pia memoria Agnes mater tua Imp. Aug. apud nos conſtanter teſtificata eſt, iidemque Legati Epifcopi atteſtati ſunt, Simoniacam ſcilicet hæreſim funditus de Regno tuo extirpare, & inveteratum morbum ſervicationis Clericorum toto aduixu corrigere*

omne reprobabat officium. Unde fuit, quòd ſancto Pentecoſtes Sabbato fieri prohibuit in urbe Baptiſma.

CAP. VI.

*De Chriſmate & Baptiſmate in Albiſ.*

**P**oſtea verò Chriſma ſacrum, quod unus illorum Dominicæ Cœnæ myſterio Metropolitanæ direxit Eccleſiæ, ſicut mos eſt, deficiente Pontifice, profuſum humi coram omni Populo calcibus proculcavit, ſuum producens in medium, à quo conſectum, vel unde venerit, incognitum (16). Ac ſic, poſt poſitâ Sabbati illius authentici à Patribus traditâ prerogativâ, ſextâ in Albiſ Feriâ ſuum fecit celebrari Baptiſma, quum Scriptura prohibeat tranſgrediendos, quos poſuere Patres, terminos. Unde contigit, ut Paſchale gaudium ſuum nesciret lavacrum, ac multo poſt tempore plures Cathœcumeni Baptiſmi carerent gratia. Quo errore plurima involvitur populi multitudo, partim ſimplici oculo, partim ſeducta pretio, partim impunitate, quæ patraverat, ſclerum. Ab ipſo enim exordio quicumque ſceleſtus illius adhærebat conſortio, carus & inſons habebatur ab illo. Quamobrem Patarinorum in tantum excrevit numerus, atque virtus in pagis, & oppidis, ac quibuſdam, duce ipſo, in urbibus, ut fuorum omnium videretur dominari concivium (17).

CAP.

*velle, vebementer nos bilavavit. Quæ fuſius, ſi lubet, videſis apud laud. Puricel. lib. IV. cap. XLIX.*

(14) Quamquam ex actis Synodi hujus nil peculiare conſtet de excommunicatione Gotefredi & Epifcoporum, à quibus conſecratus fuerat, idipſum tamen ultro evincitur ab Epifto-la Gregorii ad Herlembaldum data, cujus hæc ſunt verba: *De ſociis itaque illius excommunicati, qui acceptâ pecuniâ ad vos redire volunt, & de filiis, quorum patres, aut de patribus, quorum filii ipſi Gotefredo anathematizato adherent, atque de iis, quorum correctionem ſine pecunia attributione fieri non vultis (erga quos tamen clementes vos exiſtere monemus, ſi qui veſtra parti ſe applicare cupiunt) veſtra prudentia, ut melius ſciatis, & valeatis, diſponendum committimus, & infra.*

*Epifcopos præterea inimicum veſtrum (ſcilicet Gotefredum) fulcire conantes, non multum metuatis &c.*

(15) Hinc ruruſ patet, Henricum à Gregorio quidem diſſenſiſſe ob confirmationem Attonis, qui ſine Regiæ auctoritatis interventu fuerat electus, minimè verò ob Gotefredi à ſede Mediolanenſi remotionem.

(16) Hæc omnia à Puricello latiùs expenduntur, ac vindicantur, quàm par ſit huc referre. Quoad verò Chriſmatis conculcationem, hoc unum contra Auctorem noſtrum omitti nequaquam poſſe videtur, quòd ſcilicet forſan Herlembaldo perperam tribuerit id, quod in tanto plebis tumultu ab aliquo ejus aſſecta perpetratum fuit, quemadmodum non raro primario duci adſcribitur, quod non ipſemet, ſed ut plurimum milites aut ſatellites commiſerunt. Sat erit interim retinuiſſe quæ à Romana Synodo ſuperius relata fuere decreta contra Gotefredum & Præſules, Clericosque ejus aſſectas, quinimmo omnes ejuſdem farinae homines.

(17) Jam clariùs qui pro Romana Eccleſia ſtabant Patarini nominantur ab Arnulpho. Hujus nominis rationem cap. XI. ſubſequentis Libri expendemus. Interim ſat erit notaſſe, quòd ſi Herlembaldus alio fuiſſet humano ſtimulo adactus, quàm veræ Religionis zelo, in tanta proprii nominis fama, populorumque applauſu, multa fanè potuiſſet pertentare, quibus Principatum vel tyrannidem aſſeſſet.

## CAP. VII.

*De lite inter Papam, & Heinricum Regem.*

**P**Ræterea Cæsar Heinricus adolescens jam factus, ut vidit suæ florem potentia hoc modo paulatim arescere, inito cum suis consilio, studet hujus, ac Romani Præfulis obstare conatibus. Dominabatur tunc temporis Apuliæ Princeps Magnus Robertus ille Normannus. Inter hunc, & Regem dum super hac re discurrerent Nuntii, præfatus Papa, habita Romæ Synodo, palàm interdicit Regi jus deinde habere aliquod in dandis Episcopatibus, omnesque Laicas ab investituris Ecclesiarum summovert personas. Insuper facto anathemate cunctos Regis clamat Consiliarios, id ipsum Regi comminatus, nisi in proximo huic obediat Constituto (18). His diebus quàm lugubre excidium civitas sit passa Mediolanum, mœrens dico, dicens ingemisco, factus mihimet ipsi gravis, adeò ut recedat ab animo sensus.

## CAP. VIII.

*De secundo urbis incendio.*

**A**Nno humanitatis Dominicæ millesimo septuagesimo quinto, Indictione tertia decima, transactis quatuor à memorato superius incendio annis, propinquante sanctissimo Paschæ festo, secundâ videlicet Hebdomadis authenticæ feriâ, miseranda iterum civitas divinam persensit iracundiam, experta quàm sit horrendum incidere in manus Dei viventis. Celebratis itaque Missarum solemnibus, urgente jam Sole, in urbis apparuit medio densæ fumus caliginis, flante ventorum violentia nimia, per aërem volitans, quem sequebatur vapor flammivomus inter cœlum, & terram universa consumens. Siquidem plures, velut fulminæ faces ab illo maximo & inextinguibili erumpentes igneo globo, totam subito micuerunt per urbem, ut quod civitatis residuum jam dictum illud evaserat incendium, totum penè flammis adureretur præsentibus solo tenus conquassatum. Nec tamen ex toto illis ardor iste pepercit ædibus, quæ prius incensæ multis jam fuerant

(18) De fœdere Henrici & Roberti Apuliæ Ducis contra Gregorium, etiam ex verbis Auctoris nostri, & ab alio nemine, quem viderimus præcisè constet; facillè tamen firmatum fuisse vehemens oritur suspicio, quandoquidem non modò Henricus Episcopos eligendi jus sibi vindicabat, verùm Robertus Marchiam Firmanam ab Ecclesiâ Rom. possessione usurpaverat. Quemadmodum autem, ut refert Sigonius ad ann. MLXXIV. in prima Synodo Romana sub Gregorio VII. sancitum fuit, *ut qui à Laico Ecclesiâ investituram acceperat, & qui daret, & qui acciperet, anathemate plecteretur*, ita & Robertus eodem telo percussus fuit. Hæc verò Synodus II. est inter celebratas à Gregorio, in qua actum iterum fuit de investituris, itemque confirmata fuere quæ sancita fuerant contra simoniacos, & concubinariorum Clericos, prout fusè narrat Pagius junior in Breviar. pag. 425. & seqq.

(19) De incendio hoc verè horrifico auctores nostri verba faciunt; Puricellus autem expressius meminit, afferens vetus carmen præ foribus Laurentianæ Basilicæ olim exculprum.  
*Flamma vorax præsci consumpsit culmina Templi,  
Quod specie formæ nulli cedebat in Orbe,*

**A** reparatæ sudoribus. Quid enim dici valet ulterius, quàm quòd ignis hic instar fuit per omnia suprataxati alterius? hoc tamen crudelior, quòd multò plures ac majores combussit Ecclesias; illam scilicet æstivam, ac mirabile Sanctæ Virginis Teclæ, Beati quoque Nazarii, necnon Protomartyris Stephani, cæterasque plures, quarum parietinæ annis apparebunt, ut reor, plus mille. Inter quas aliarum mater Sanctæ Dei Genetricis Hyemalis Basilica (ô dolor iterum, iterumque dolor!) exuri permittitur collapsis funditus parietibus. Cujus sacrosanctum altare non apparet, quantum fuerit, aut quale, laminæ verò aureæ liquefactæ sunt nimio præcaumate. Sed mille talenti auri librarum damno nequeunt comparari. Hanc quidem peccata nostra merentur ærumnam, quoniam Sancti Spiritus offendimus in nostro felle columbam; contra divinum namque mandatum sanctum est canibus in nostro tempore datum, & spiritalis margarita porcorum jacet pedibus indecenter attrita. Reliquorum non est numerus delictorum (19).

## CAP. IX.

*De Baptismate iterum usurpato.*

**I**gitur inter tot angustias, tantosque dolores quum tota foret in urbe luctus, omnis ordinis, atque ætatis utriusque sexus, solius Arlembaldi intrepidus perseverabat, & inflexibilis animus. Siquidem instantibus Paschalibus Albis, Baptismi satagebat, sicut præterito fecerat anno, ignoto Chrismate inchoare mysterium. Quumque Cardinales (20) Ecclesiæ, quorum intererat sacrare fontes, nolent contra solitum agere, adstat illico Liutprandus quidam Presbyter nuncupatus, à progenitoribus, Ecclesiæ vernula, qui jussu, & virtute illius Ordinariorum usurpavit officium, venientes inconsultè baptizans (21). Et hæc quidem violentia recentijuncta civitatis incensæ memoriæ quamplurimos graviter offendit Cives, præcipuè Milites (22) præ oculis habentes, quod quidam Romanus ait Tyronibus: *Servi emti are dura ferre non possunt Dominorum imperia, nedum vos Quirites.*

## CAP.

*Temporibus multis fuerat decus istius urbis. Omne manufactum recipit post tempora casum. Corruit omnino, collapsum surgit ab imo, Sed primi cultum nequit equiparare secundum. Plebs spectando time, peccatum causa ruina: Te prius ædifices, tunc materiale reformes. Sis templum Domini, placet illi fabrica templi. Anno Dominica Incarnationis millesimo septuagesimo quinto indictione XIII. tertio Kal. Aprilis feria secunda.*

**E** Ita habet in Vita S. Herlembaldi Lib. IV. Cap. LI. Antea verò in Monumentis Basil. Ambros. pag. 462. relato eodem Carmine Chronologicis characteres apposuerat Indictione XIII. septimo Kal. Aprilis. Pagius in Critica Baron. ad annum 1075. optimè notavit feriam II. Majoris hebdomadæ in diem XXX. Martii eo anno incidisse, apprimèque Epigramma cum Auctore nostro convenisse.

(20) Hoc est Canonici ordinarii.

(21) Non erat cur Herlembaldus hoc anno ea omitteret, quæ superiori rectè peracta fore judicaverat. Quomodo verò hæc vindicaverit Puricell. vide apud eundem loco cit.

(22) Hoc est Ecclesiæ Mediol. minores vassallos prout supra &c.



C A P. X.

De juramento Militum, & Plebis,  
& interfectione Arlembaldi.

Unde factum est, ut simul diebus aliquot extra urbem coeuntes suam sibi jurarent magna plebis cum parte justitiam, & Sancti Ambrosii honorem, ac dono Regis accepturos sese Pastorem. Quumque ingrederentur communiter urbem, Arlembaldus, ut semper consortis impatiens, astantibus sibi concionabatur more suo. Ut verò cohibere furorem ultra non valuit, facto cum suis impetu, & clamore, festinanter arripit arma, Vexillum, quod Sancti Petri dicebat, dexteram gerens, & contra Cives, dum parte surgunt ab omni, armatus prorupit in medium. Quem in momento, ac prima fronte belli tanta adversariorum oppressit incurfio, ut nihil memorabile posset ab illo fieri. Ubi verò circumventus est undique, illico crebris configitur ictibus, dictoque citius moriens corruit, comitatu ejus exiguo circumquaque disperso. Cujus cadaver exanime prostratum humi discerptis prorsus exiit indumentis, nudatumque fustibus undique tunditur, atque petris, ut qui vivens multis terrori fuerat, multorum subjaceret lusibus moriens. Et quum gestaretur humandus, nulla illum exe-

(23) Herlembaldi necem decennio post illam Arialdi sequutam refert B. Andreas, cui subscribit Puricellus, eandem statuens anno 1076. verum perpenfa facti hujus ab Auctore nostro conscripta relatione, ea videtur non posse ultra annum MLXXV. firmari; certum enim est juxta ipsius historiam, primam Baptismi & sacri Chrismatism ab Herlembaldo objectam interdictionem ante secundum urbis incendium evenisse, hoc est anno 1074. Cum autem altera eorumdem sacrorum interdictione sequuta sit agente Herlembaldo sicut praterito fecerat anno, videtur hoc evenisse eodem anno incendii 1075. quandoquidem incensa urbe feria II. majoris Hebdomadae inter tot angustias tantisque dolores cum tota foret in Urbe luctus, omnis ordinis atque aetatis utriusque sexus, solius Herlembaldi intrepidus perseverabat & inflexibilis animus; siquidem infantibus Paschalibus albis &c. Ex quo patet non multum post temporis spatium Herlembaldum necatum fuisse, cum exinde furorem conceperit plebs congregata, praecipue cum verba Auctoris nostri mox relata tumultum, & impetum in Herlembaldum ab ea res defumant; Unde factum est ut simul diebus aliquot &c. Ad B. Andreas verò testimonium cum Auctore nostro conciliandum, videtur fat esse, dummodo Herlembaldi necem ad unum vel alterum diem post Junium mensem referamus, quo fieret ut annus decimus à morte Arialdi jam esset inchoatus. Quoad verò exequias devotionemque erga Herlembaldum notanda sunt quae Puricellus ex Bertoldo Continuatore Chronici Hermanni Contracti refert his verbis: Praefectus Romanae Urbis (hoc est S. Petri in Mediol. urbe vexillifer) indefessus miles S. Petri contra Schismaticos à quodam fautore Henrici crudeliter occiditur. Ad cujus corpus in parvo tempore plusquam viginti miracula contigerunt, ut fidelium virorum relatione didicimus.

(24) Liprandum Landulphi à S. Paulo fuisse matris fratrem probat Puricel. meminique eundem Presbiterum S. Pauli Sigonio appellatum. Mutilationem verò ejusdem Liprandi habitam fuisse pro vero martyrio evincitur ab epistola consolatoria à Gregorio VII. ad ipsum exarata, quam vide in Landulpho à S. Paulo lib. I. c. 6. Hic etiam novam Liprando injuriam memorat inflictam fuisse multos post

A quiarum est profecuta devotio (23). Post hæc Liutprandus ille jam dictus Presbyter, dum fugeret, inventus auribus truncatur, & naso, ut qui alienum praesumpsit officium, quod habere videbatur, amitteret (24). Apparet ergo liquidò vera fore dicentis assertio: *Difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principia.* Eadem horâ post hoc insigne trophaeum Cives omnes triumphales perionant hymnos Deo, ac Patrono suo Ambrosio, armati adeuntes ipsius Ecclesiam. In crastinum simul cum Clero Laici in Letaniis, & Laudibus, ad Sanctum denuo procedentes Ambrosium, reatus praeteritos confitentur alterutrum; absolute verò à Sacerdotibus, qui praesto aderant, celebrata, reversus est in pace Populus universus ad propria.

C A P. XI.

Interpretatio Patarini nominis.

Hic jam apparet schismatis hujusce terminus, decem novemque per annos, semper ab ipsa radice pullulando, protensi. (25) Unde Patarinum processit primò vocabulum, non quidem industria, sed casu prolatum (26). Cujus idioma nominis, dum in quodam Etymologiarum tomo nuper plura revolverem, ita scriptum reperio. *Pathos* Græcè latinè dicitur *perturbatio*. Unde juxta meæ

annos occasione sui ad Romam itineris, & colloquii cum Conrado Rege habiti. Male ergo asseritur à Sigonio ad annum MLXXV. Liprandus cum Herlembaldo necatus.

(25) Non satis sibi met constare videtur Auctor noster, finem schismatis ad mortem Herlembaldi statuendo, cum certum sit etiam juxta ea, quæ mox tradit, tunc demum Mediolanensem Ecclesiam Romanæ fuisse reconciliatam, quando à Pontifice Gregorio VII. Legati Apostolici missi fuere. Quæstionem verò hanc de Schismatis Mediolanensis duratione saniori iudicio, calamoque purgatori dirimendam relinquimus.

D (26) *Patarea* apud Mediolanum exorta est, verba sunt Bonizonis Sutri Episcopi, qui eodem tempore floruit apud Lambecium, Muratorius.

Nomen hoc Patarini juxta Auctorem nostrum primò ortum habuit occasione seditionis, quam retulit supra lib. III c. XI. post Synodum Fontanetanam, ubi Arialdus & Herlembaldus fuerant anathemate damnati. Et quidem juxta eundem Sacerdotes & Clerici, qui fornicarios, & simoniacos, à sui communionem repellant, tali fuerunt nomine appellati, eo quòd in locum urbis qui Patarea, seu Pataria vocabatur, ad celebranda divina mysteria seorsim congregarentur. Quidni idem esset locus seu via, quæ adhuc Pattaria, seu *contrada de Pattari* vulgo vocatur? Contrarium verò sentit Sigonius Schismaticis Patarinorum nomen imponens Libro IX. ad an. 1058. referens quòd *res usque eò infamia mutuis altercationibus jurgisq; deducta fuit, ut Sacerdotes, qui uxores haberent, pro pudore separatim à ceteris rem divinam facere cogentur in loco, qui Pataria dicitur; unde vulgo à pueris Patarini ad contumeliam dicebantur.* Verum tali pacto appellatos fuisse eos, qui pro Romano Pontifice stabant, non modo Arnulphus noster sæpius denotat, sed ex aliis quoque scriptoribus constat, quemadmodum videre est apud Pag. Critic. Baron. an. 1058. ubi de origine Patarinorum sic statuit, ut nomen, quod prius Arialdistis, hoc est Catholicis inditum fuerat, postea Gregorii VII. persecutoribus tribueretur, iis forsitan de caulis, quæ ab Auctore nostro vocabuli hujus statim etymologiam quaerente perhibentur.

meæ parvitatæ ingeniolum statim conjicio, quòd Patarini possunt perturbatores ritè nuncupari, quod planè rerum probat effectus. Verumtamen si quando quis probatori fuerit interpretatus sententia, concedo equidem tota mentis tranquillæ convenientia, dummodo nomen concordet operi, opus verò respondeat nomini. Quoniam à primo hujus sono vocabuli error populorum, impetusque bellorum, turbo quoque ventorum, ac vehementius solito turbavit mundum frequentia combustionum. Quod multarum calamitatum experimento, omniumque malorum probatur omnimodis incremento.

## CAP. XII.

*Laudat Auctor aliorum facta,  
si justè fiant.*

PRæterea quoquo modo se habeat etymologia vocabuli, quæcumque tamen sunt à nobis re super hac in præteritis recitata, nemo sanæ mentis arbitretur, impugnando veritatem, aut repugnando justitiæ, fore prolata, quum neutrum liceat. Si quæ enim sunt aliorum bene dicta, vel acta, non improbamus, nec ullo modo dissentimus (27) ab illis omnibus, qui venales reprobant Consecrationes, & sacrorum incontinentiam Ordinum, ea tamen ratione, ut à Paulo non discrepemus auctore; Ait enim: *Omnia honestè, & secundum ordinem fiant* (28). Cui etiam consonat lex illa Mosayca: *Justè, quod justum est, prosequèris* (29). Quod nequit aliter omnino compleri, nisi sua singulis quibusque servantur jura Ordinibus, ac personis. Dispertita enim sunt Clericorum, & Laicorum, eorumque inter semetipfos officia. *Quemadmodum in uno corpore multa quidem sunt membra, non autem eundem actum possident omnia* (30), quæ si impediuntur alterutro, corrumpitur omne corpus. In Sancta igitur Ecclesia, hoc est in Christi corpore, necesse est, ut justo pensentur omnia moderamine. Clerus, atque Populus suo quisque fungatur officio, præfixo sibi contentus limite, dicente Domino: *Circumdedit mare terminis, & dixi: Hucusque venies, & ultra non procedes* (31). Cor humanum est

(27) En ut Arnulphus sensim redit ad cor, confessus, nil nisi honestum & rectum expetiisse Romanos Pontifices à Clero Mediolanensi. Quòd si non sine turbis impetrari emendatio non potuit: cui culpa tribuenda? *Muratorius*.

(28) *ad Corinth. 1.*

(29) *Deuteron. 1.*

(30) *Ad Rom. 4.*

(31) *Job. 38.*

(32) *ad Rom. 12.*

(33) *Matthæi 26.*

mare. Ipsi verò Episcopi suis planè vacent negotiis *providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus* (32), ne dicatur de illis: *Ruina Populi Sacerdotes mali*. Quòd si negligentes extiterint, scandalizabitur Populus. *Væ autem illi, per quem scandalum venit* (33). Certissimè enim væ erit illis, væ omni crudelius, si eorum culpa Plebs in Clerum zelans insurget ulterius.

## CAP. XIII.

*Item de eadem re.*

HÆc talia persequendo paulatim velut quædam per rimulas, aliter quàm usque modò viderim, à longè prospicio, quumque præteritis præsentia, scriptis scribenda, confero, rubore perfusus fideliter erubesco, nec barbarissimos in verbis egisse, sed aliorum quælibet dicta, vel facta temerè judicasse confundor, quum soli Deo cordium revelentur occulta (34). Beatus tamen trepidanti mihi Paulus occurrit, qui primò blasphemus, ac persecutor fidelium plus cæteris postea laboravit Apostolis, cæcatus, ut videret. Petrus verò negavit, ut crederet. Thomas dubitavit, ut certior fieret. Victorinus quoque Romanus Rhetor, & ætatis provectæ, Simpliciano est conversus auctore. Augustinus autem Philosophus Ambrosio Doctore salvatur; pluresque alios de malo in bonum, de bono in melius, nunc citò, nunc serò novimus esse mutatos. *Hæc est enim mutatio dexteræ Excelsi* (35). *Spiritus Domini ubi vult spirat* (36), *& cui vult miseretur, & quem vult indurat Altissimus* (37). Quoniam *neque volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei* (38). *Tibi, igitur Christe, delictum meum cognitum feci, & injustitias meas non abscondi* (39). *Dixi: Eloquar adversum me injustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem cordis mei* (40). De cætero cogitationes, locutiones, actiones nostras, quæsumus Domine, & aspirando præveni, & adjuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio, & à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Cui sit honor, & gloria nunc, & semper, & per omnia sæculorum sæcula.

(34) Habes hic Christiano scriptore dignam retractionem. Igitur si Arnulpho erranti es indignatus, plaude nunc recta docenti, ac pœnitenti. *Muratorius*.

(35) *Psal. 76.*

(36) *Joban. 3.*

(37) *Ad Rom. 9.*

(38) *Ibidem.*

(39) *Psal. 31.*

(40) *Ibidem.*

# LIBER QUINTUS.

41

Quod autem promissum est à te, observabis & facies.

## C A P. I.

### Promissum Scriptoris.

**Q**Uoniam in prima fronte præsentis Opusculi nostri temporis gesta sum narrare pollicitus, absque mendacii nota, filere non valeo, præsertim quum sciam lege cautum esse Mosaica: *Si volueris polliceri, absque peccato eris* (1). Ut autem recto narrationis incedam tramite, necesse est res gestas, prout sunt, ordinatè describere.

## C A P. II.

### De Legatis Mediolani.

**P**Rædictis igitur rebus non planè compositis, sed involutis utcumque, sæpè jam dicti Mediolanenses pro petendo Episcopo ultra montes Henrico Regi legationem dirigunt, mandantes Arlembaldicæ interfectionis triumphum. Quo cognito lætatus est Rex ille supra modum, quemcumque vellent, se daturum Episcopum promittens (2).

## C A P. III.

### De lite Saxonum.

**E**Rat tunc temporis inter Regem, & Saxonones lis acerrima valdè, cujus ratio non est nostro discutienda iudicio, Verumtamen gens illa admodum ferocissima in rebel-

(1) Deuterom. 23.

(2) Notanda admodum sunt verba ab Auctore nostro hoc Capite prolata, ut evincatur contra Puricel. & Pag. necem Herlembaldi præcessisse legationem Mediolanensium ad Henricum Regem. Hi siquidem duplicem legationem ad eundem Henricum statuere videntur, damnantque oscitationis Auctorem nostrum, quasi secundam hanc post electionem Thedaldi pro priori assumeret. Verumtamen attendenda sunt quæ superius lib. IV. cap. III. retulit Arnulphus, ubi de consecratione Godefredi, & de Regis assensu pro eadem verba faciens subdit: *constat tamen Regem postea pœnituisse, atque interventorem pœnitens odisse legatum.* Ex quibus colligitur, quodd, si quæ fuit ante Herlembaldi necem legatio ad Henricum Mediolano missa, ejus minimè oblitus sit Arnulphus. Ulterius patet, eadem legatione, qua Mediolanenses à Regenorum Episcopum perebant, nuntium eidem de morte Herlembaldi attulisse, itaut Tedaldus non ante, sed post prædictum obitum Herlembaldi ad sedem Mediolanensem fuerit evectus, cum rebus non planè compositis, scilicet post necem Herlembaldi, legatio illa institueretur.

(3) De bello Saxonico inter Henricum & Ottonem lege Marianum Scotum, Sigismundum Gemblacensem, Bertoldum Constantiensem, & alios. Hoc demum notare interest bellum hoc anno 1075. peractum satis indicare Herlembaldi mortem eodem anno evenisse; quandoquidem Mediolanensis legatio eodem tempore demandata est.

(4) Godefredus Gibbosus dictus, Godefredi, aliis Gozelonis Lotharingæ Ducis filius, Antuerpiæ occisus anno 1076. ut testatur etiam Lambertus Schaffna. apud Baronium dicto anno num. 38.

Tom. IV.

**A** lionem prorumpit apertam sub Ottone duce, adè ut, facta congressione partis utriusque, plus quam XX. millia hominum referantur occisa. Arrisit tamen Henrico victoria (3).

## C A P. IV.

### De nece Ducis.

**P**ost dies hos ad secessum residens Dux Godefredus Godefredi filius gladio confossus interiit, conjugè relicta Matilda Bonifacii, ac Beatricis admodum clarissima filia (4).

## C A P. V.

### De Episcopatu Tedaldi.

**I**nterea Legatis Mediolanensium ex Clero, & Populo re præfata Regem adeuntibus, Tedaldus quidam Mediolanensis Ecclesiæ Subdiaconus Capella militabat in Regia. Cui Rex multa volvens, & revolvens consilia, proprio tandem indulgens arbitrio, Ambrosianum tradidit Præsulatum, posthabita Godefredi illius adhuc viventis investituræ, & unctione, Attonis quoque Romæ degentis electione: Quid plura? Susceptus est Præsul ille à Clero, & Populo, utpotè noyarum rerum usualiter avido. Cui etiam suffraganei iidem ipsi, qui Godefredum consecraverant, manum benedictionis imponunt. Res quidem mira, & cunctis retro temporibus inaudita, ut urbis unius uno electo Antistite, sacratio altero, uno eodemque tempore tertius erumpat (5).

## C A P.

(5) Relata in hoc Capite rursus referuntur ad An. MLXXV. constat enim Tedaldum, sive Tebaldum, aut etiam Theobaldum, ut habet Sigonius, qui eum Castillionem nominat, supradicto anno Mediolanensi Eccles. fuisse præfectum ex literis, quas tum ipsi Tedaldo, tum Episcopis Mediolanensis provinciæ, & Ecclesiæ suffraganeis exaravit Gregorius VII. datis ad Thedaldum quidem VII. Idus Septembris Indictione XIV., ad Episcopos verò VI. Idus Octobris Indictione supradicta. Porro literarum Apostolicarum occasio fuit, quodd, electo à Rege Tedaldo, is quantum sui juris interesset, si Romani Pontificis auctoritas accederet, optimè noscens, omni quo potuit modo ad conciliandam sibi Romanæ Sedis gratiam se convertit. Gregorius autem ei epistolam conscripsit, quam infra exhibere operæ pretium duximus. Verumtamen ne Tedaldus ob promissam sibi Apostolicæ Sedis gratiam intumesceret, & res de ejusdem electione integra ad illius iudicium traheretur, datis ad Episcopos suffraganeos literis, ne ab electione ad consecrationem Tedaldi devenirent, donec de iudicio Rom. Pontificis fierent certiores, interdixit. Epistola autem Gregorii ad Tedaldum hæc est: (ex Harduini Concl. T. VI. p. II.)

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei Tedaldo Mediolanensi Clerico, salutem, & Apostolicam benedictionem, si obedierit.*

**N**untiatum nobis est à quibusdam nostris fidelibus, & tuis amicis, te amicitiam nostram cupere & expetere, quam nos quidem etiam non quæsitam gratis offerimus; quæsitam verò promptissimè damus, si in his, quæ Dei sunt, nostris monitis, imò divinis

F

vo-

## CAP. VI.

## De captione Papæ.

**E**Rat tunc temporis Romæ vir quidam nomine Cencius, qui propter injuste posses-

voluntati ad justitiam te acquiescere velle cognoverimus. In causâ etenim, quam suscepisse videris, & nostræ sollicitudini necessitatem gravioris sarcinæ superaddidisti, & te ipsum, quibus non oportuit, implicuisti: in qua nimirum causa, sicut periculosum nobis esset aliquid ultra limitem æquitatis prosequi, ita etiam justitiæ regulas declinare, & sub silentio dissimulare putamus. Non autem prudentiam tuam ignorare credimus, quod ad Episcopalem cathedram, in qua positus es, ante te alia, quæ adhuc superstes est, fuerit assignata persona; quæ, nisi justis rationibus prius excepta fuerit, legitimum in ea tibi, aut cuiquam patere locum, nec canonicâ, nec Apostolicâ censurâ permittit. Nam de illo quid dicendum nobis est, qui dum honorem ejusdem sedis nefandis affectaret desideriis, quod justitia sibi denegavit, sacrilega vi, & armis invadere ac diripere non pepercit, quem ambitionis culpa, quam deserere noluit, usque ad justam damnationis suæ perniciem traxit? De eo nobis est sermo, qui nobiscum est, quem electum in eadem Ecclesia certè cognovimus; sed cur reprobari debeat, nulla adhuc deprehendere potuimus ratione. Quapropter, teste conscientia nostra, sincero caritatis affectu te admonemus, ut si Ecclesiam diligis, & te pariter, atque illam à periculo confusionis eripere cupis, ad proximam Synodum, quam in prima hebdomada venturæ Quadragesimæ, Deo annuente, celebrare disposuimus, vel, si malles, ante Synodum, Apostolica limina, & nostram requiras præsentiam; quatenus de introitu tuo, priusquam te gravius præcipites, æqua, opitulante Deo, examinatione peracta, quod tu ipse tutum tibi fore cognoveris, abique impedimento, ac periculo animæ tuæ sequi ac tenere possis. Nec dubitandum tibi credas, si huic, qui nobiscum est, dictante justitia, cessandum esse perspexerimus, quin in promotione, tua benevola concessione, ad honorem omnipotentis Dei, & Beati Ambrosii, assensum pariter præbeamus, & studium. Ad tollendam verò totius periculi suspensionem, securitatem tibi per manus filiarum nostrarum Beatricis, & ejus filia Mathildis promittimus, & indubitanter damus, ut nihil tibi, vel his, qui in tuo comitatu fuerint, contrarietatis à nobis, vel nostris inferatur: sed in rebus, & personis vestris, tam in veniendo, quam redeundo, tuti penitus & illæsi, Deo custodiante, maneat, ostensâ solummodo & confirmatâ eâ, quæ in causâ tua fuerit tenenda, sententiâ. Interim quoque ex parte Dei omnipotentis, & Apostolica Beati Petri auctoritate, tibi præcipimus, ut nullum de sacris ordinibus gradum recipere præsumas, sciens, quoniam, si non obediens nobis modò non credideris, poenitebit te quandoque, cum tuamet præcipitatione te eò mersum videbis, unde, cum volueris, salvum te eripere non possis. Si qui igitur non percipientes ea, quæ Dei sunt, aliter tibi suggerere & persuadere incipians, ostentantes quanta tibi sint in Rege præsidia, quanta in tua nobilitate potentia, quanta etiam in civibus tuis adjutoria, tutum tibi illis credere non existimes, considerans quid Scriptura dicat: (Jerem. 17.) *Maledictus homo, qui spem suam ponit in homine*. Atque hoc in animo gerens, quod Regum, & Imperatorum virtus, & universa mortalium conamina, contra Apostolica jura, & omnipotentiam summi Dei, quasi favilla computentur & palea, nullius umquam instinctu vel fiducia adversus Divinam & Apostolicam auctoritatem obstinata temeritate te rebellem, & pertinacem fieri libeat. Data Romæ VII. Idus Septembris (var. *Idus Decembris*) Indictione decimaquarta.

**A**fas Ecclesiæ facultates Papæ Gregorio fuerat semper infestus. Hic autem pravo usus consilio, nocte ipsa Nativitatis Dominicæ, quum in Basilica Sanctæ Theotocos Pater ille Sanctus, Matutino juxta morem peracto, nocturnæ Missæ celebraret Officium, cum gladiis, & fustibus, & conjuratione magna suorum, ense

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei fratribus, & Episcopis, Coepiscopis, Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Assensi, Ogerio Eporediensi, Opinoni Laudensi, & ceteris suffraganeis Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ obediens Apollolica Sedi, salutem, & Apollolicam benedictionem.*

**B**Notum vobis esse volumus de Tedaldo Mediolanensi clerico, quem Rex, præterquam nobis literis, ac Legatorum verbis promiserat, in Mediolanensem Ecclesiam posuit, quod Episcopalem Sedem, ad quam alia prius quæ superstes est, fuerit assignata persona, non satis ordinatè suscepisse videtur. Quod cum per quosdam fideles nostros nostram requireret amicitiam, scripsimus ei hoc nos multum velle, & cupere, atque eo pacto facilimum convenire posse, si requisitis Apostolorum liminibus, & nostra præsentia, causam promotionis suæ puram atque probabilem ostendere vellet & posset. Ad quod exequendum amicabiliter cum vocavimus, & præfixo sibi termino ad proximam Synodum venturæ Quadragesimæ, aut, si malit, ante Synodum firmam securitatem veniendi ad nos, & redeundi ex nostra parte promisimus, & dare parati sumus. Insuper etiam, ne interim aliquem de sacris ordinibus gradum recipiat Apostolica ei auctoritate interdiximus. Quod item & vobis per eam, quam Beato Petro Apostolorum Principi debetis obedientiam, & ex nostra, quam per illum licet indigni suscepimus, Apostolica auctoritate interdiximus, ut nullus vestrum ad promotionem alicujus ordinis manum ei præsumat imponere, donec, oblatâ nobis suâ præsentia, quid de introitu ejus judicandum sit, sincera, Deo adjuvante, possimus examinatione discernere. Quod quidem cum communi consilio, & conjuncta omnium vestrorum discretionem, ac judicio fieri permiximè cupimus, si vel illius Ecclesiæ cura, vel respectus Apostolicæ reverentiæ, aut nostra caritas vos ad hoc negotium convocare poterit. Videte igitur ne quis vestrum, contempto hoc interdicto, ad illius pariter, & sui periculum manum extendat: quoniam, si quis, quod non credimus, in ea præsumptione se occupare protulerit, continuo se à gratia Beati Petri, & nostra dilectione, necnon à communione Sacri Corporis, & Sanguinis Domini sequestratum esse cognoscat. Verum id agite, id, si Dominum diligitis, efficere procurate, ut frater ille dum potest, dum locum habet, sibi, & Ecclesiæ consulat, paci vestræ, & salutis tantæ multitudinis hominum pæne periclitantium provideat, nec suamet præcipitatione casum petens, multos secum ad commune periculum trahat. In quo nunc apparebit quis sit pastor in vobis iniquitati aperte resistens, quis sit fur simulationem faciens, quis latro manifestæ justitiæ contradicens. Considerate ergo quomodo cautè ambuletis: quia sicut durum est contra stimulum calcitrare, sic asperum est S. Romanæ Ecclesiæ contraire, cui vos tamquam matri semper oportet obedire. Data Romæ sexto Idus Octobris, Indictione decimaquarta.

**E**Obiter hic notandum, quàm perperam Binius in Concil. Collect. corrigat Datum litterarum Gregorii ad Tedaldum, ponens loco *Septembris* mensem *Decembris*: Quomodo enim potuisset Episcopos admonere mente Octobri de sua ad Tedaldum Epistola, si ea foret mensis demum Decembri conscripta? Nihil verò obstitit Pontificia jussio, quo minus consecratio Tedaldi ab ipsismet Episcopis suffraganeis, iisdemque, qui Gotefredum sacraverant, perficeretur.

ense nudo ad capiendum Papam violenter irrupit Ecclesiam, instar Judæ Dominum nocte tradentis. Quumque per diversa quæssisset, invenit juxta Altare Domini Sacerdotem mysteriis salutaribus intentum. In quem violenter irruens distraxit, ac dilaniavit quamplurimum, impositumque equo suam usque perduxit ad Turrim, clausum custodiens. Facto autem diluculo, quum tam detestabile displiceret omnibus facinus, confurgunt omnes in arma Romani gyrantes Turrim, nec à bello desistunt, donec agnum lupi faucibus eripiunt, turre dirupta, & omni facultate direpta. Verumtamen humanæ divina successit ultio. Si quidem anno illo mortuus est Cencius faucium ulcere suffocatus, quemadmodum Judas proditor nexu laquei strangulatus (6).

C A P. VII.

De lite Regis & Papæ.

PER idem tempus quorundam fuorum hortatu contra Papam Rex erexit se Gregorium, adeò ut nullam sibi deferret obedientiam, Præsul verò Romanus sæpenumero paratus ignoscere, clementer universa tractabat, Regiam diu præstolando, ac multis monitis invitando conversionem. Quumque nihil omnino proficeret, illum cum suis fautoribus à Sanctæ Matris Ecclesiæ segregavit communicando (7) luminibus, tenore tamen futuræ dignæque conversionis proposito. O infelicia tempora, in quibus, nostris exigentibus culpis, contra se ipsam pugnare Sancta videtur Ecclesia, quam veritas sic ipsam laudando commendat! *Una est columba mea, amica mea* (8). Quæ si una est, & amica, quomodo scindi, ac sibimet debeat inimicari, non invenio. Jesus Christus duo sunt unius personæ vocabula, unde liquidò comprobatur, Reges, ac Sacerdotes, Christos scilicet, Christi

(6) De hoc Cencii scelere tam multi scripsere, ut supervacaneum sit ea hic repetere, quæ Auctori nostro lucem afferre posse viderentur. Vide Sigonium ad Annum MLXXV. præter Auctores, quos in Vita Greg. VII. retulimus Tomo Superiori nostræ collectionis. Quoad verò mortem nequissimi Cencii, etiam si illa intra annum evenerit, prout Arnulphus asserit, certum tamen est, eum patrati sceleris non modò pœnituisse, sed à summo, mitissimoque Pontifice absolutum fuisse juxta Paulū Benricdensem in dicto Tomo nostro relatū.

(7) Error in textum subrepsit; nam pro *communicando* legendum omninò *excommunicando*; illud autem videtur indicasse, quod fusiùs apud historiarum illius sæculi Scriptores, & in Tomo nostro III. loco cit. perhibetur: Henrico scilicet pro Simoniacis & Clericis concubinariis pertinaciter stanti excommunicatio à Synodo Rom. III. comminata fuerat, nisi Romæ intra datum tempus rationem de flagitiis contra Ecclesiam perpetratis se susteret redditurus.

(8) *Cantic. 2.*

(9) *Luc. 22.*

(10) Palinodiam, quam libri IV. cap. ultimo canere inchoavit Arnulphus, ab illis verbis *hec talia prosequendo &c.* hic clariùs prosequi videtur.

(11) Innuit Auctori Pseudo-Synodum Placentiæ habitam ab Episcopis, aliisque Henrici Regis fautoribus, dum alia Vormatiæ ab eodem Rege coacta erat, ubi de deponendo à Summo Pontificatu Gregorio agebatur anno 1076. Vide Marianum Scotum, Sigeb. Gembl. Albertum Stradensium, & alios.

(12) Alterius Pseudo-Synodi meminit Auctori noster, ubi Episcopi contra Gregorium, Henrico adherentes, illum tamquam Romanæ Sc-

A uniri uno debere consensu. Quid ergo? Numquid errat uterque? Absit. Romana certè numquam errasse perhibetur Ecclesia, ex quo divina voce dictum est Petro: *Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat Fides tua* (9). A Romana ergo Ecclesia quicumque dissentit, non est revera Catholicus (10), quemadmodum Beatus ait Ambrosius. Nonne ipsi hæc ista legerunt Episcopi? Et si legerunt, cur contra Romanum Præsullem adunati Placentiæ, de ore proprio conjuraverunt (11)? Cur postea Papiæ convenientes (12) injultum anathema, imò invalidum sibi conclamaverunt, juxta Prophetiam: non justitiam, sed clamores facientes? unde justissimè Apollolico sunt mucrone perfolli (13). Respondeant, ut solent, Regio se obedisse mandato. Sed quid dicit Scriptura? *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus* (14). Item: *Reddite, quæ Cesaris sunt Cesari, & quæ sunt Dei Deo* (15). Et alibi: *Deum time, Regem honorificate* (16). Non ergo debetur honor Regi, nisi præcedente julto timore Dei.

C A P. VIII.

De Saxonibus, & pace Regis, & Papæ.

Eodem tempore gens Teutonum illa barbara, præcipuè Duces Bertaldus, Rodolphus, & Welfo cum Comitibus, & Episcopis, cognita excommunicatione Romana, à Regio prorsus se subtraxere consortio, in nullo communicantes (17). Insuper in multis accusantes eum criminibus infamia denotabant (18). Interim consilio Sanctissimi Cluniacensis Abbatis (19), Agnetis quoque Regiæ Matris, nec non sapientissimæ jam dictæ Matildæ statuitur generale Colloquium inter ipsos Regem, & Apollolicum, pacis ac justitiæ causâ (20). Quumque

dis usurpatorem excommunicare, & à Pontificatu remove tentarunt. De qua vide Guillelmum Bibliothecarium in Vita Greg. VII. apud Baron. ad ann. 1076. n. 34.

(13) Omnes quippe justissimè excommunicati; & à Præsulatu dejecti, tamquam hæretici & Schismatici exinde fuerunt.

(14) *Act. 5.*

(15) *Matth. 22.*

(16) *1. Petri 2.*

(17) Non adeò barbara gens illa Teutonum certè erat, quin multos aleret, qui justitiam, veramque fortitudinem zelo religionis componerent; non enim Bertoldus tantum dux Carantanorum, Rodolphus dux Suevorum, & Welfus dux Bajoariorum, sed & Adalbero Episcopus Vvirtzeburgensis, Hermannus Episcopus Metensis, & alii Principes convenere, ut simul Henrico totis viribus obstitent, & sancita per Gregorium executioni mandarentur; & hi iidem sunt, opinor, qui postea juxta Sigonium conventum in ForKheim, indixerunt ad deponendum Henricum Regem, ut mox dicemus.

(18) Jam enim contra Henricum, ejusque turpissimos mores Catholici omnes, sin minus tota Germania conclamabat.

(19) Hugonis Cluniacensis Abbatis. Vide Tom. I. Scriptorum Brunsvicensia illustrantium pag. 660. *Leibnitius.*

(20) Henrico excommunicato ob scelera, nefariæque patrata, contra sæpe datam Pontifici, & Ecclesiæ fidem, labenteque termino anni unius, quo tenebatur, vel coronam amittere, vel conventa cum Gregorio exequi, Principes, qui pro Religione stabant, Ulmæ se receperunt, dum ipse Henricus in Oppenheim notissimo Germaniæ loco degeret, Principibus



que exiret ab Urbe Papa profecturus Alamanniam (21), Matildæ fretus juvamine, venit Italiam (22). Quumque moraretur ibidem, multis ab ea cumulatur honoribus, & hominibus. Cui festinanter occurrit Henricus, declinans statutum in patria sua colloquium (23). Fuerat Comitissæ Oppidum Canossa nomine multis mœnibus, ac loci naturâ circumquaque munitum, inexpugnabile revera præsidium (24). Ubi, prævidente Apostolico, Rex nudis incedens pedibus, humi prostratus, post multas lacrymas promeruit veniam, suorum juramenta fidelium pacta confirmans, sub conditione justitiæ faciendæ (25). Sic Matildæ magnâ prudentiâ consolidata sunt

bus vitis, & Præsulibus sibi devinctis stipatus. Hincinde per transmissos Nuntios conventum fuit, ut antequam de novo eligendo Rege statueretur, Augustæ Vindellicorum conventus Principum, Præsulumque totius Imperii cogeretur, ubi præsentem ipso Pontifice Gregorio, de causa Henrici esset definiendum. Hæc verò ita Henricum animo dejecerunt, ut statim de pace cum Gregorio & Ecclesiâ componenda quoquomodo secum statueret, cumque propterea Mathildæ Comitissæ, de Ecclesiâ, & Pontifice semper optimè meritæ, seribere se commendasset, eò tandem res deducta fuit, ut loco Augustani conventus conferret se Rex, præcipiti & laborioso itinere, in Italiam, atque hic per Hugonem Abbatem Cluniacensem Rex ipse cum Pontifice, & Principum Legatis in Castro Canossæ conveniret, ut mox videbimus. Lege Lambertum Schaffnab., Sigonium, & alios ad an. 1077.

(21) Hoc est Augustam Vindellicorum, ut supra diximus.

(22) Langobardiam assumit pro Italia propriè dicta Auctor noster, quemadmodum diviso Romani inter, & Constantinopolim Imperio Vicarii duo ab Imperatoribus constituti fuere in tota Italia, unus scilicet qui Romæ degens Urbicus vocabatur, & ad Galliam usque Cispadanam jus dicebat: alter verò, qui Galliam, Cis, & Transpadanam administrans, Vicarius Italiæ nuncupabatur. Confirmatur hic usus, seu scribendi formula ab allatis per Camillum Peregrinum libro II. historiæ Principum Langobardorum, qui pag. 15. partis II. ejusdem Libri tradit *Januarium Episcopum Beneventanum in Concilio Sardicensi Anni CCCXLVII. unâ cum aliis Episcopis tali pacto subscripsisse: Januarius à Campania de Benevento. Maximus à Tuscia de Luca. Lucius ab Italia de Verona. Fortunatus ab Italia de Aquileja. Stercorius ab Apulia de Canusio. Severus ab Italia de Ravenna. Ursatus ab Italia de Brixia. Protasius ab Italia de Mediolano &c.* mox subdit. *Quibus in subscriptionibus, ut hoc obiter notem, Italiæ adpellatione non omnis demonstratur Italia, Supero, Inferoque mari, & Alpibus circumclusa, ut est manifestum; sed ejus quidem Provinciæ, quæ Magistratui parebant Vicario Italiæ nuncupato; qua speciali acceptione id vocabulum extat etiam apud Erchempertum initio num. 2. atque apud Anastasium Bibliothec. in Zacharia, in Stephano II. & in Stephano III. aliosque, licet non semper omnimode eadem locorum designatione.*

(23) Indictum hoc erat Augustæ, ut sæpius diximus, II. Februarii; & quidem Gregorius eò tendens jam non procul à Tridento erat, quando de Henrici adventu in Italia nuntium accepit: quapropter sive metu, sive prudentia ductus Pontifex ad Mathildem denuo remeavit.

(24) De mente Henrici incertus Pontifex ob ejus tam festinum inopinatumque iter in Italiam, Canusii se recepit, quò securius posset favore, & auxilio Mathildis se tueri, Reique publicæ commodius vacare. De Canusio autem Castro contra Hofmannum in Lexico vide infra.

(25) Henricus igitur ut solutionem ab anathemate impetraret, antequam annus ab excommunicatione elaberetur, eò devenit, ut per tri-

pacis eorum fœdera invitatis Episcopis, ac in lite manentibus (26).

### C A P. IX.

#### De absolutione facta Mediolani.

**R**ecessit à compositis, quum se sentiret Mediolanensium Populus Tedaldi Præsulis societate culpabilem, divina prohibente lege communicari excommunicato (27). Missis igitur Domino Papæ Legatis solutionem implorant. *Cui legationi ipse ego interfui, de præteritis satisfaciens, in futuro castigari promittens* (28). Papa verò sapienti usus consilio

Ve-

dum inter prima & secunda mœnia ex tribus, quibus Castrum obcingebatur, nudis pedibus perstans sævientem hyeme, atque jejunos, quarta demum die, hoc est V. Kal. Februarii ann. MLXXVII. à Pontifice exceptus à vinculo excommunicationis liberaretur. Verum inter alias pacis conditiones illa in primis fuit, ut nullius esset roboris absolutio, nisi intra datum tempus coram Pontifice atque Germaniæ Proceribus se susteret, ad accusationes de vita flagitiosissima contra eum, quaquaversum illatas responsurus. Veruntamen quibus technis, qualique verfugia se à promissis ipsoque jure jurando subtraxerit, per eum exinde gesta satis edocuerunt: vix enim Canusio reversus ad pristina rediit. Omnia fusiùs vide apud supracitatos Auctores tum apud Struvium, & Sigon. ad ann. 1077.

(26) Eos inter, quos recens Henrici Regis cum Gregorio & Ecclesiâ reconciliatio torquebat, Tedaldus Mediolanensis, & Guibertus, seu Gilbertus Ravennas Archiepiscopi inter Italiæ Proceres vel maximè insurgebant. Et sane Henricum Canusio regredientem diris ad eò excepere, ut vix com meatum pro se suisque in eorum ditionibus conquirere utcumque posset. Cumque sancitum cum Gregorio ab Henrico fuisset ne antequam ejus causa in generali conventu supradicto definiretur, neque Regia insignia, neque auctoritatem ullam usurparet, hoc tantæ turpitudini, tantoque dedecori verterunt, ut proponerent, dimisso Henrico, filium ejus impubem Romam ducendum, depulsoque Gregorio, Pontificem alium substituendum, à quo Imperiali corona ille donaretur. Qua occasione reconciliandos sibi omnimode eorum animos secum statuit Henricus, cui nihil antiquius erat, quam à promissis, & cum Gregorio ab inita pace defectio; illis itaque tam aperte adhæsit, ut brevi com meatu turmisque virorum stipatus rursus dejectos Italos undecumque ad sui partes alliceret, Regiamque auctoritatem quam latè exerceret. Vide Salomonem Bronquellium in Vita Henrici IV. apud Struvium tom. I. pag. 443. & Sigon. ad ann. 1077.

(27) Canusii absoluto Henrico, ejus sequaces eodem vinculo devinxit Gregorius, qui absolutionem appetere sunt aggressi, nulla de iis facta mentione, qui contra sancita per Pontificem Synodosque pertinaciter obstitere. Hos inter Tedaldus fuit: quapropter Mediolanenses optimè veriti, ne cum eorum Præfule eodem obstringerentur anathemate, satius duxerunt actis per Henricum & Tedaldum minimè adhærere, sibi que seribere consulentes, pacem & absolutionem per Legatos à Pontifice implorarunt, ut fusiùs narrat Puricellus lib. IV. cap. LXIII.

(28) Hic rursus constat de vera Arnulphi nostri rescipiscencia: quoad verò Mediolanensium ad Pontificem legationem, omnes de rebus illius sæculi Scriptores eam à nostro desumunt. Hoc verò notandum, quod Trifstanus Calchus hoc loco perhibet: Legatos scilicet Mediolanenses non Romam sed Vercellam ad Pontificem perrexisse propterea quòd ille, non Canusii in Apulia, sed Canusii prope Regium Lepidi in Langobardia conventus Regem inter & Gregorium constitit, quod quidem evincunt carmina Domnizonis ejusdem ævi Scri-

Venerabiles viros Lucensem, & Ostiensem Episcopos direxit Mediolanum daturus, veniam quibuscumque poscentibus (29). Ubi vero ingressi sunt urbem, lætata est Civitas universa. Qui toto illo triduo confluentibus ad eos Civibus divina prædicantes eloquia, cunctos absolvunt, benedicunt universos. Quod Tedaldus indignè satis, ac molestè tulit, adeò ut seditionem in Populo, bellumque conaretur inferre; sed minimè valuit. Interea præfati Duces Teutonici, Comites, & Episcopi illis in partibus de sua inter se ipsos concordia, ac statu Regni, novi quoque Regis electione quotidie tractare non cessant, asserentes Heinricum multis ex causis diademate indignum (30).

CAP. X.

De Regno Rodulpho dato.

AD ultimum verò convenientes Maguntia, omnium consensu Rodulpho Duci Regni jura committunt, jurejurando cuncta corroborantes (31). Quo audito Rex Henricus vehementer in semetipsum turbatur; degebat enim Papiæ, & congregans omnes, quos habere poterat, Langobardos, Veronam proficiscitur, ibique valesaciens omnibus, reversus est patriam pro tuendo Regno, usque ad mortem pugnaturus (32). Papa verò diebus aliquot moratus in Italia, Romam rediit, ingenti Romanorum susceptus lætitia (33).

Scriptoris, qui proinde in Vita illius agens de Ottonis adventu contra Berengarium in Italiam ita scripsit

*Otto videns missum lætatur sat super ipsum Fortes armatos collectos, venit ad agros Verona, pensans Berengario dare bella, Transivitque Padum cupiens reperire relatum Regem Canossæ, secumque suos simul omnes &c.* ubi vides Canossam trans Padum positam memorari, quæ non alia est, quam ea, quæ adhuc in agro Regiensi subsistit, & familiæ Marchionum de Canossa nomen indidit. Neque omittendum videtur quod ab oculato teste asseritur, nempe adhuc extare in Castro, cui nomen Biovello non longè à Canossamuram, in quo visuntur figuræ aliquot depictæ, quibus rudi & antiqua admodum manu tota hæc Gregorii & Henrici historia exprimebatur. Porro idem Auctor post relatum Henrici à Pontifice absolutionem sic pergit:

Rexque die sexto remeavit *Bibianellum &c.* Quemadmodum Canossa ita Bibianellum perstat adhuc, vernaculè *Bianello* decimo quinto aut circiter milliario à Canossa distitum: quod utique in Apulia non invenies. Ex eo denique satis compertam puto hallucinationem eorum, qui Canossam, vel Canusium, de quo agitur, in Apulia statuere, quia non poterat Mathildis Gregorium ab Henrici persecutione tueri, ubi nullaungebatur auctoritate; nullum enim erat ei dominium in Apulia, & contra multa in Regiensi ditione eidem Castellata parebant.

(29) De legatione hac meminere Baronius, Pagius, Hermannus Contractus, Bertoldus, Puricellus & alii, constatque legatos fuisse Anselmum Lucensem, & Gerardum Ostiensem Episcopos, qui ab Henrici militibus in itinere deprehensi statim custodiæ traditi fuerunt; mox Lucense dimisso, alter tamdiu in vinculis stetit, donec Rex vota sua ad Pontificem, ut sibi contra Germaniæ Principes pro novo Rege eligendo congregatos in Oppido Forcheim opem ferret, ob injustam incarcerationem repulsa intelligens, eundem dimisit.

*Hæc adduntur alio, ac recentiori caractere.*

PRIMUS Pontifex Mediolanensis Ecclesiæ (34) extitit B. Barnabas Apostolus Jesu Christi, sicut B. Hieronymus inter ea, quæ scripsit Chromatio, & Eliodoro attestatur dicens: *Barnabas, qui cum Paulo verbum ministravit, primum in Roma Christum prædicavit, & post Mediolani Episcopus factus est.* Quod etiam B. Barnabas fuerit primus Pontifex Mediolanensis Ecclesiæ, B. Dorotheus B. Dionysii Areopagitæ discipulus in Libro, quem composuit de Apostolorum actibus, asserit manifestè. In ipso namque Apostolo Mediolanensis Ecclesiæ est fundata. Legitur etiam in antiquissimis Historiis, quæ hodie habentur in Civitate Mediolanensi, quòd ipse B. Barnabas de Romana civitate ad urbem Mediolani transtulit se, & in ea verbum vitæ prædicans, Cives Mediolanenses ad cultum Christi convertit, & fide, & moribus informavit. Et Brixienfes Cives per Anathelonem suum focium ab ipso Apostolo ad eos missum similiter ad Christum convertit. Qui quidem B. Barnabas Mediolanensem Ecclesiæ Metropolitanam ordinans, sanxit ut ipsa principalis culminis Sedes, & aliarum in sua Provincia Ecclesiarum Metropolis perpetualiter haberetur. Ac primum post præfatum Anathelonem præfecit, & consecravit in Archiepiscopum Mediolanensis Ecclesiæ, & primum Episcopum Ecclesiæ Brixienfis, committens sibi curam simul utriusque Ecclesiæ.

(30) Dum hæc agerentur in Italia, Germanici Principes, indictis comitiis, in Oppido Forcheim Bambergensis Diocesis convenierant, & per literas Pontificem ut ibi conveniret deprecati sunt ad causam Henrici judicandam, ex quo novum Regem prorsus eligendum sibi statuerant. Contilium hoc de conventu in Germaniam cogendo, utpote sancitis inter Gregorium & Henricum conforme, Regi communicavit Gregorius: ab eodem verò laboriosi itineris tam brevi tempore complendi prætextu, rerumque Italiæ componendarum instantia se subtraxit, & impedito per milites suos Gregorii in Germaniam ingressu, sat diu adlaborarunt Bernardus Abbas Massiliensis, & Bernardus Cardinalis Diaconus Legati Pontificis, ut tandem ad Forcheim pervenirent, vide Sigonium Lib. IX. ad an. MLXXVII. Pagium & Baronium ad eundem annum.

(31) Maguntia quidem diademate insignitur Rodulphus Dux Sueviæ, ejus verò in Regem proclamatio in conventu Forcheimiano peracta fuit, ut tradunt Sigonius, alique passim.

(32) De rebus per Henricum gestis post Rodulphi electionem vide vitam ejusdem à Brunquellio descriptam, Lambertum Schaffnaburg., Bertholdum Constant. & alios illius ævi Scriptores.

(33) Vix sine discrimine Romam Gregorius reversus est, Scribente Sigonio: *Henrici diligentia factum, ut neque tutò in Germaniam progredi, neque Romam sine periculo regredi posset, omnibus ab eo, quò transire posset, itineribus occupatis.* Gregorium verò die Pentecostes Romæ eodem anno adfuisse colligitur ex ejusdem vita.

(34) Vix credam caput ultimum ab Arnulpho conscriptum, aut saltem eo fine, ut hic adjiceretur; nihil enim commune & consonum iis, quæ præcesserant, habet. Aliena manu potius susceptum opinor, pro ut ipsa characteris diversitas indicat. De quæstione verò an S. Barnabas verè fuerit Eccles. Mediol. fundator & primus Episcopus, neque locus, neque opportunitas suppetit examinandi: aliqua de hac re in decurtu hujus operis producentur.





# LANDULPHI

SENIORIS

MEDIOLANENSIS HISTORIÆ

Libri IV.

NUNC PRIMUM EDITI

Ex MSS. Codicibus Ecclesiæ Metropolitanæ  
Mediolanensis.

HORATIUS BLANCUS ROM.

RECENSUIT.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
LIBRARY  
540 EAST 57TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL: 773-936-3000  
WWW.CHICAGO.EDU

IN LANDULPHI SENIORIS<sup>49</sup>  
 MEDIOLANENSIS HISTORIAM  
 PROLEGOMENA  
 LUDOVICI ANTONII  
 MURATORII.

**Q**ui nunc prodit in lucem *Landulphus senior*, Mediolanensis Historicus, difficile gratiam inibit a delicatis Lectoribus, ubi ejus vitia maculasque detegant. Attamen ipsum innuere has ipsas maculas Lectoremque mature praemunire contra calumnias, ignorantiam, & dicacitatem Scriptoris, ita, ni fallor, exarmabit ejus alioqui fatuum venenum, ut neminem futurum putem, qui ab illo sibi in posterum timeat. Nempe Historicus iste, cujus Chronicon ad Annum fere MLXXXV. deductum est, vixit Gregorii VII. P. M. temporibus, & certe ante Annum MC. a Christo nato floruit. In ejus Patria, hoc est Mediolani, Clericorum mores non parum depravati tunc erant, nonnullis Simoniae crimine infectis, aliis sacram continentiam servare nolentibus. Illic propterea Presbyterorum praecipue, ceterorumque Clericorum Nuptiae in usu erant, nullaque habebatur ratio Ecclesiasticae Disciplinae, quae sane ab ipso Apostolorum aevo, in Occidentalibus saltem Ecclesiis, ad ea usque tempora obtinuerat. Neque unus tunc Mediolanensis Clerus haclabe infectus. Ut alias urbes praeteream, Romam ipsam eo successu divexabat hic morbus, ut Stephanus Papa IX. Anno 1057. *crebris Synodis Clerum Urbis Populumque convenire, maximeque Conjugiis Clericorum & Sacerdotum tollendis insistere coactus fuerit*, id testantibus Leone Ostiensi, Petro Damiani, Baronio, & aliis. Et plurimus quidem labor Summis Pontificibus, nimirum laudato Stephano IX. Nicolao II. Alexandro II. & Gregorio VII praesertim ut in Mediolanensi Ecclesia restauretur collapsa ex hac parte disciplina, ut in Libro de SS. Martyribus Arialdo & Herlembaldo fusissime olim ostendit Eruditus vir Johannes Petrus Puricellius.

Iis ergo temporibus Mediolani degebat, & hanc Historiam adornabat Landulphus noster, & ipse fortasse Sacerdos conjugatus, certe conjugati, sive concubinari Cleri patronus acerrimus. Quare nil mirum, si illius Libros occupet cum enormis maledicentia in Romanos Pontifices, tum in quoscumque probos incontinentiae infestos mira petulantia, recurrente sive opportune sive importune variis in locis pravae consuetudinis tutela, aliorumque contra sententiarum accusatione. Et quid aliud expectes ab homine his affectibus mirum in modum perturbato? Erit proinde prudentis ac eruditi Lectoris contemnere ac ridere quaecumque is liberaliter effudit in Viros sanctissimos, atque in ipsam Romanam Ecclesiam, cui honor perpetuo deferendus, & a qua secedere gravissimum in oculis Dei piaculum est.

Quid? quod & Landulphum ignorantia non levis, & impudentia non vulgaris denigrat. Lege Capitulum de *Monogamis Sacerdotibus*, ubi S. Ambrosium aut fingit, aut inepte credit addictum Matrimonii Sacerdotum, eumque illa scribentem inducit, quae profecto aut in Libris Sanctissimi Antistitis nequaquam occurrunt, aut alia sensu occurrunt: quum alioqui certum sit, agnovisse Ambrosium non uno in loco Sacerdotibus nefas esse liberis operam dare. Sunt ejus verba apertissima Lib. I. Cap. I. de *Offic. Inoffensum autem exhibendum & immaculatum Ministerium, nec ullo conjugali coitu violandum cognoscitis, qui integri corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio conjugali, sacri Ministerii gratiam recepistis*. Reliqua lege, atque ibi Notas Mabillonii. Tum in Epistol. 63. ad Vercellensem Ecclesiam Class. I. num. 62. *Haec, inquit, posui, quae cavenda acceperim. Virtutum autem magister Apostolus est, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes, qui unius uxoris virum praecipiat esse, non quo exsortem excludat conjugii (nam hoc supra legem praecepti est) sed ut conjugali castimonia servet ablu-tionis suae gratiam: neque iterum ut filios in Sacerdotio creare Apostolica invitetur auctoritate, habentem enim dixit filios, non facientem*.

Porro in aliis quoque non paucis locis vacillare videas Landulphi fidem. *Querimonia B. Benedicti Archiepiscopi Mediolanensis super Papiensis Episcopi consecratione*, quae heic habetur, jamque edita a me fuerat Tom. I. Anecdotor. Cap. V. Appendicis, Oratio est eidem Archiepiscopo afficta, ut ibidem ostendi Cap. VII. Similes Orationes aliis

Tom. IV.

G

homi-

hominibus hic Scriptor pro suo ingenio supponit, quo suas opiniones, quamquam interdum futiles, sub alieno nomine venditet, ut nihil dicam de miraculis & visionibus nimia facilitate in suorum gratiam ab ipso commemoratis, sive ut rectius loquar, confictis. Quod tamen mirere magis, non in Eruditione tantum Ecclesiastica ineptit Landulphus, sed in ipsarum etiam rerum narratione, quae non multis seculis aut annis ante ejus tempora contigerant. Omnium maxime dignum est animadversione, quod ille tradit de Lamberti Imperatoris Regno ac aetate. Si eidem credimus scribenti Lib. II. Cap. III. regnavit Lambertus in Italia Seculo Christianae Aerae Sexto; postquam enim ejus mortem narravit Landulphus, continuo ita loqui pergit: *Qua tempestate quum venissent in Italiam dirissimi Longobardi &c.* At nemo nescit, Lambertum Italiae Regem & Imperatorem ad finem usque Seculi noni vixisse, & necatum Ann. Christi 898. hoc est ne duobus quidem Seculis ante Landulphum nostrum, ut vix assequi possis, quomodo in re tam illustri coecutire potuerit aliquo modo proximus eorum temporum Scriptor. Alios id genus errores praetermitto, qui saltem oscitantiae non levis hunc Historicum arguunt, uti & ejus stilum dimitto, in quo Soloecismi, nedum Barbarismi ad satietatem abundant, quos omnes difficile unis Librariis tribuas.

Sed jam audire mihi videor percunctantem, cur ergo Scriptorem imperitum, & sublestae fidei, & injurium Romanis Pontificibus, evulgare velim, quem aequius foret in sua oblivione sepultum derelinquere? Pro me responsum dabunt, qui in Eruditionis antiquae penetralibus versati, optime norunt, quanti bonarum Literarum inter sit, has etiam qualescumque Historicae antiquitatis quisquillas in publicum efferi. Jam exploratum est, lacrymabili Scriptorum Italicorum inopia laborare media illa Secula, quibus omnem fere Scientiarum ac Artium usum, apud nos potissimum, ignorantia ac barbaries eripuerat. Hinc nostrae aetatis querelae, quod monumentis careamus eorum temporum, & ingens nox in Historia Italica nunc occurrat, ad quam depellendam si quis se conferat, vetustis Codicibus atque Archivis diligenter excussis, tum ei gratiae multae debentur ab Eruditis. Quamvis enim non raro Seculorum illorum Historici ineptiant, dum res gestas aliquantulum ab aetate sua distitas referunt, cujus vitii non injuria illos arcessit Godefridus Guilielmus Leibnitius in *Introduct. ad Collect. Histor. de Reb. Brunsvicens.* attamen illud plerumque praestant, ut res proximas, sive praesentes fideliter exprimant, & cum reliquis collati ad remotiora quoque facta aut confirmanda, aut uberius explicanda inserviant. Admixtam nimirum cum fabulis ac erroribus nonnullis multam rerum veritatem habent, quam deinde discernere est acuti prudentisque Critici. Ipsa eadem, quae de Lamberto narrat Landulphus, ut a Chronologicis calculis nimium quantum abhorreant, Theodeberti tamen Francorum Regis tempora facile designant; atque hinc tantummodo discimus, quae de Lamberti gestis ac morte in Mediolanensi urbe traditio foret post centum circiter & octoginta annos ab illius interitu. Quae autem ad Landulphi tempora accedunt, quis neget quin ad Historiam elucidandam conferre aliquid possint? Atque illud in primis animadvertat velim, quod ille habet Lib. 2. Cap. 16. ubi Ottonem Tertium Augustum ait, *a consilio conjugali, mortua Conjuge, ex qua sibi filium masculum minime genuerat, alienum*, nuptias tandem procurasse cum filia Imperatoris Constantinopolitani. Narrat Godefridus Viterbiensis ab Ottonis III. conjugem Maria sollicitatum ad turpes amplexus Comitem quemdam Mutinensem, qui a tanto facinore abhorrens, ac propterea ab impia Regina accusatus de vi illata, capite mulctatus est. Quum vero Comitis mortui innocentiam ejus uxor apud Ottonem judicio ignis facto sustinisset, Regnam conjugem Otto publico supplicio sustulit. Rem tantam a nullo coaevo Scriptorum narratam sunt qui falsi arguant, atque inter alios Clariss. Pagius in *Critic. Baron. ad Annum 998. n. 17.* in hanc sententiam descendit, scribens: *Otto III. nunquam uxorem duxit.* At Landulphus noster ab Ottonis III. temporibus non multum remotus, Augusto huic conjugem vere fuisse testatur. Quidni hac in re eidem fides adjungatur? Certe his auditis, non continuo ad fabulas Godefridi narrationem amandare ausis.

Quod est ad Landulphi animum contra ipsos Pontifices Maximos exasperatum & iniquum, tanta non videtur poena damnandus, ut in deplorabili Scriptorum ejus aetatis penuria fraudanda sit hoc foetu Literaria Respublica. Quid enim, rogo, Cathedra Petri, aut Ecclesia Catholica ab hujusmodi inepto Scriptorum sibi metuat, quum potius in laudem Pastorum, quorum zelus Mediolanensem Ecclesiam pristino olim decori restituit, Landulphi maledicentia vergat? Ea demum veritatis, bonaeque causae fiducia esse debet atque securitas, ut male, quantum puto, de Ecclesia Romana mereretur, quicumque aspero solum supercilio ejus inimicos proscribere vellet, & nihil vel tantillum a nostris opinionibus diversum ex antiquitate evulgari pateretur. Sibi paveat, lucemque evitet, qui reum se esse sentit. Et propterea moleste non tulerunt Ecclesiasticae Reipublicae proceres, quod ipsorum veterum Haereticorum Opuscula nonnulla

nulla in lucem prodirent, dum una cum veneno remedia quoque conjungerentur. Historicos alios, & quidem non paucos, habemus Landulpho similes, atque iis liber est cursus per Eruditorum manus. Nostros etiam temporibus, non dissentiente Roma, luci reddita est ex Bibliotheca Estensi, & haec etiam Tom. II. recusa, Ravennatum Episcoporum Historia, olim ab Andrea Agnello concinnata, & a Cl. V. Benedicto Bacchinio illustrata, quamquam non dissimilia a Landulpho nostro exhibeat. Nempe haec omnia eo titulo toleranda, quod ad Historiam accuratius & verius pertexendam conducant.

Nunc restat, ut de Historia ipsa, illiusque Auctore alia quaedam tradamus, Eruditis fortasse gratiora. Exemplar MStum, unde ego olim descripsi, in Ambrosiana Bibliotheca adservatur, manu recentiori exaratum. Illud vero efformatum ex altero e duobus MSS. Codicibus, qui in Bibliotheca Capituli Metropolitanis Mediolanensis exstant. Duo, inquam, illic Codices MSti occurrunt, ambo multis ante Saeculis exarati. Unus ex iis complectitur praeter Landulphi Historiam, quam nunc edimus, Arnulphi quoque Chronicon, quod itidem protulimus, & Catalogum Mediolanensium Antistitum ad Galdinum usque deductum, qui Anno Christi 1176. e vivis abiit. Iisdem characteribus cuncta ibi scripta; quare Codicis aetatem facile intelligas. In altero Codice MSto leguntur eadem Landulphi & Arnulphi Historiae, characterum forma non dissimili a scriptura Codicis primi, quibus addita est Historia Landulphi a Sancto Paulo in Collectione nostra itidem evulganda. At in fronte secundi hujus Codicis hic titulus occurrit, manu tamen recentiori scriptus: *Chronica Datii Archiepiscopi Mediolani nuncupata*. Nunc ergo animadvertendum, celebrem inter Eruditos controversiam versari, num videlicet Auctores Hymni *Te Deum laudamus*, fuerint Sancti Episcopi Ambrosius & Augustinus. Qui hanc tuentur sententiam, testimonio potissimum utuntur Sancti Datii Archiepiscopi Mediolanensis, qui sub Justiniano Imperatore floruit, ejusque rei fidem facit. Sanctum vero Datium cujusdam Chronici Auctorem fuisse tradunt Gualvaneus Flamma, Corius, Alciatus, aliique cum veteres tum recentiores rerum Mediolanensium Scriptores, imo ex eodem Chronico ii se multa defumisse testantur. Atque his praecipue documentis sententiam suam de Auctoribus laudati Hymni tuebatur olim P. Eustachius a S. Ubaldo, Disquisitione in hocce argumentum edita. Neque porro juvat aliorum inire numerum, qui de Datio, ejusque Chronico mentionem fecere. Sed non praetereundus Cl. Vir Johannes Mabillonius, qui quum sibi innovisset reperiri in Metropolitana Bibliotheca hujus Chronici MStum exemplar, ea de re interrogavit per literas Antonium Mariam Pufferlam, cujus etiam responsa edita ab ipso Mabillonio tuere in Analect. Vet. Tom. I. pag. 3.

Ego vero hanc eandem quaestionem agitandam suscepi Tom. I. Anecdotor. pag. 221. ibique *Propempticon* inscribens memorato P. Eustachio a S. Ubaldo *de antiquo Jure Metropolitanae Mediolanensis in Episcopum Ticinensem* Cap. VI. contendebam, *Chronicon Datii* Mediolanensis Archiepiscopi, ab Historiographis non paucis laudatum, nihil aliud esse, quam hoc ipsum *Landulphi Chronicon*, nunc a me publici juris faciendum; nulla autem satis firma ratione probari, *Chronicon* aliquod a vetustissimo illo Archiepiscopo Datio conscriptum; quare excidere aut nutare argumentum ex ejusdem Sancti Datii auctoritate & antiquitate petitum pro Auctoribus Hymni *Te Deum*. Ceterum constare, ad Sanctum Datium referri non posse Historiam sub nomine *Datii* a Flamma, Corio, Alciato aliisque commemoratam, quando haec nimium multa, imo pleraque habentur, quae longe post tempora Datii contigere, & ad aevum usque descendunt, quo Landulphus noster floruit. Male habuit P. Eustachium hujusmodi opinio mea; quare inscripta mihi *Praefatione* Dissertationis *de Metropoli Mediolanensi* editae Mediolani An. 1699. persuadere mihi aliisque conabatur, parum felide a me negari, quodpiam *Chronicon* a S. Datio scriptum; neque enim quia in Landulphi Historia leguntur, quae a Datii Chronico se exscripsisse fatentur nonnulli, continuo inferendum, eundem cum Datii foetu esse Landulphi Librum. Non exstare quidem fatebatur ille Historiam a S. Datio conscriptam; at exstitisse, aut exsistere olim potuisse, quam in suum opus derivavit Landulphus. Puricellium censere, alium a Landulpho fuisse Datium, & hunc post medium Saeculum a Christo nato Undecimum scripsisse; Landulphum vero ejus aequalem eodem tempore similia literis mandasse. Porro diversam a postremi hujus Datii Chronico esse Landulphi Historiam, inde apparere, quod Gualvaneus Flamma, Corius, & Alciatus quaedam e Chronico Datii se hausisse dicant, quae tamen a Landulphi Libris absunt, aut in aliis aliter referuntur.

Haec ille. Verum P. Eustachii, quamquam subirati, argumenta ad respondendum pertrahere non potuerunt me tunc aliis occupationibus studiisque impeditum. Et fortasse contigisset mihi aut litem hujusmodi luculentius dirimere, aut ipsam a nonnullis liberare, quae vel falsa vel dubia puto, dum olim ad Ambrosianam Bibliothecam advocatus Mediolani degebam. Nunc mihi a carissima illa & splendidissima urbe remo-

to non aequae facile de his disputare. Attamen aliqua in hoc argumentum Lectores a me accipiant, quae prorsus inutilia, si ominari licet, non videbuntur. Primo igitur stat mihi, evinci non posse, Sanctum Datium Mediolanensem Archiepiscopum alicujus Chronici auctorem fuisse. Paulus Diaconus, & Anastasius Bibliothecarius hoc unum scribunt, Datium Mediolanensem Antistitem retulisse (fortasse per Epistolam) ab ipsis matribus vorata filiorum membra, ut fami confuleretur, quae ea tempestate Insubres crudelissime divexabat. Quicumque autem e recentioribus *Chronicon Datii* laudarunt, non laudant a S. Datio Archiepiscopo elucubratam Historiam quampiam, sed quidem quae aut ab altero Datio concinnata fuerat post Medium Seculum a Christo nato Undecimum, aut sub ejus nomine circumferebatur. Et id profecto exploratum, quum pleraque desumpta e *Datii Chronico*, in tempora congruant Archiepiscopi *Datii* mortem plane subsequuta. Quae autem Landulphus e *Datio Episcopo* refert, ab Auctore in aliis infido procedunt, ut acquiescere eidem tuto nequeamus. Ac praeterea opinatur Puricellius, *Episcopi* nomen ab Amanuensi temere praeter Landulphi mentem iis Capitibus additum fuisse. Certe ne ipse quidem Landulphus, quum Datium Archiepiscopum memorat, aliquam eidem tribuit Historiam.

Succedit Puricellii sententia putantis eodem Seculo XI. vixisse, & Historias contexuisse Datium & Landulphum, duos diversos homines; illius vero *Chronicon* a posterioribus laudatum non amplius inveniri, alterius vero exstare. Nimirum animadvertit Eruditus Vir, quaedam a Gualvano scribi tamquam decerpta e *Chronico Datii*, quae tamen aliter se habent in *Landulphi Historia*. At ego in ea opinione sum adhuc sub *Datii* nomine a Gualvano ceterisque significatam fuisse unam *Landulphi* Historiam; atque ab ea opinione me nondum avocarunt Puricellii, & P. Eustachii argumenta. Primo, quia saltem pleraque e *Datii Chronico* per Gualvanum aliosque allata, occurrunt iisdem verbis in *Historia Landulphi*. Vix autem intelligas, Landulphum adeo exordem fuisse, ut quum Historiam sibi scribendam susciperet, tam aperte, ac tam saepe unum Datium expilaret, & ex ejus Libris totam ferme Historiam suam concinnaret, ne verbis quidem mutatis, & potissimum quum excogitatus ille Datus, ut Puricellius affirmare cogitur, *ad Annum Christi saltem septuagesimum quartum supra millesimum*, suas perduxerit Historias, imo, ut ille ipse affirmat Cap. 39. *Dissert. Nazar.* usque ad liberatum a Roberto Guiscardo Gregorium VII. hoc est ad Annum 1084 quo eodem tempore Landulphus & vivebat, & scribebat. Secundo, mirum videri potest, cur Gualvanus, & alii, qui praecedentes suae urbis Historias solite conquirebant, & multas etiam ex iis memorant, quas nunc periisse dolemus, unius *Datii* mentionem tam saepe fecerint, nullam vero umquam *Landulphi*; quum tamen hujus *Chronicon* eorum aevo certissime exstaret, quippe ad nostra usque tempora in eadem urbe servatum in duobus saltem Exemplaribus, iisque vetustis. Contra vero quum Gualvanus affirmat, Mediolani aevo suo non unum extitisse *Chronici Datiani* exemplar, & Corii, & Alciati quoque aetate eadem exemplaria superessent: necesse est in Puricellii sententia, omnia illa brevi temporis spatio excidisse, superstite interim Landulpho, cujus nullam rationem, ut ipse fateri cogitur, antiqui habuerant. Utique mecum fatebitur quisque verisimilius esse, nulla *Datiani Chronici* exemplaria periisse, quia nulla umquam fuerunt; servata vero *Landulphi* exemplaria, quia haec semper exstiterent, eaque sub *Datii* tantum nomine olim laudabantur.

Tertio, in priori pagina Codicis vetustioris Metropolitanae Bibliothecae, ubi Landulphi & Arnulphi Historiae habentur, hic titulus inscriptus legitur: *Chronica Datii Archiepiscopi Mediolani mei Francisci Castellii S. Mediolan. Eccl. Ordinarii MDLXXV.* Viden, ut in eo titulo apponendo (quemadmodum & monui Cap. VI. *Disquisit. de antiquo Jure Metropol. Mediol.* Tom. I. *Anecd.*) errarit Franciscus Castellus, vir alioquin eruditus: nam ad Datium quidem quempiam referri potuit *Chronicon* illud, at numquam profecto ad Datium Antistitem Mediolanensem, qui tot seculis post mortem suam acta, nisi Propheta fuerit, literis consignare nequivit. Atque hinc discere possumus, censuisse Castellum (eodem seculo, quo Corius & Alciatus, viventem, quamquam juniorem) non aliud esse *Datii Chronicon*, quam *Landulphi Historiam*. Nam quamquam vetustissimis characteribus (quod in primis animadvertendum est) in calce Codicis Metropolitanii scriptum sit: *Explicit Liber Historiarum Landulphi Historiographi*, nihilominus haec nil obstitere, quominus Datio eam Historiam Castellus inscriberet, quippe qui probe nosset, quum veteres *Chronici Datiani* mentionem faciunt, non de alia quam de *Landulphina Historia* agere. Accedit, quod in ipsa Praefatione Auctor *Chronici* se prodit scribens: *L. omnium minimus*; hoc est, *Landulphum* se discrete inscribit *Chronici* hujus Auctorem, quod postea apud Mediolanenses appellatum est *Chronicon Datii*.

Quarto, quod me in opinione mea eo plus firmavit, ac firmat, illud est. Gualvanus Flamma in enumerandis Libris, unde suam contexuit Historiam, inter alios refert

fert Chronicon Datii his verbis : *Chronica Datii & Arnulphi*. In duobus autem Metropolitanæ Bibliothecæ vetustis Codicibus vidimus conjunctas simul haberi cum Landulphi, tum Arnulphi Historias; nimirum apud veteres subsequi solebat Arnulphus. Quei ergo hinc non intelligamus, idem Gualvaneo fuisse *Chronicon Datii*, ac nobis *Chronicon Landulphi*? Cur vero Landulphi Historia sub Datii nomine laudata fuerit, assequi certis documentis nequimus. Neque heic insudandum, quum reliqua omnia ad id statuendum confluant, nempe Historiam hanc Landulphi, antiquis cognitam memoratamque fuisse sub Datii nomine, neque necessarium esse alium a Landulpho excogitare Darium ei Synchronum, quo tandem, relicta priori sententia, se recipere coactus est P. Eustachius.

At, inquit Puricellius, & idem P. Eustachius: Gualvaneo, Corio, & Alciato nonnulla producuntur e Datii Chronico, quæ nunc in Historia Landulphi aut frustra quaeruntur, aut aliter exhibentur. Ergo inferunt, aliam a Landulphina fuisse Datianam Historiam. Prima fronte non injuria sane. Sed animadvertendum primo, pauca loca illa, quæ P. Eustachius adfert, ut hanc diversitatem ostendat, non omnia se recte habere.

Deinde Gualvaneo hanc diversitatem esse tribuendam, qui aut amplificat ex aliis Historiis, aut de ingenio & eruditione sua explicat Landulphi sensa. Denique fuisse olim, & adhuc esse Landulphi unius Codices inter se discordes, quod forte idem Scriptor, aut alius quispiam addiderit, sive minuerit, atque immutarit priora. Mediolani hæc omnia fulius confirmare liceret. Nihilominus hæc olim adnotata habeo. Gualvaneus Flamma in *Politia* Cap. 124. sic habet: *Dicit Chronica Datii, quod Romani Principes &c. super sex Portas Civitatis sex altissima domicilia &c. fabricaverunt*. Heic P. Eustachius: *Sex e Datio Mediolani Portas, & super iis sex domicilia refert Flamma. De Portarum, domiciliorumque numero non loquitur Landulphus*. Profecto vox illa *Sex* in uno e Landulphinis Codicibus, nempe in Ambrosianæ Bibliothecæ exemplari, deest; at in altero Metropolitanæ Bibliothecæ *Sex Portæ* enumerantur. Legatur Cap. I. Lib. II. Addit P. Eustachius, hæc alia a Gualvaneo subdi petita e Datio: *Arcum triumphalem erexerunt (Romani) extra Portam Romanam longum per duo milliaria*. Addit P. Eustachius, in Landulpho pauca de isto Arcu haberi, & nihil de ejus longitudine affirmari. Ad eum locum legi ego MS. Codicem Gualvanei in Ambrosiana adservatum, neque Darium vidi testem illic adhiberi, sed quidem *Chronicon Campanum*. Sunt Gualvanei verba: *Et dicit Chronica Campana, quod iste Arcus fuit longus per duo milliaria*. Rursus Cap. 690. Chronici Majoris Gualvaneus e Datio narrat, si P. Eustachium audimus, *Walpertum Archiepiscopum Mediolanensem, & Gualdum Episcopum Cumanum ad Ottonem I. Germaniæ Regem missos, ut contra Berengarium hostem Ecclesiæ intraret Italiam*. In Chronico autem Landulphi nulla, ut P. Eustachius animadvertit, Gualdi Episcopi Cumani fit mentio, & res aliter narratur. Verum animadvertendum etiam erat Patri Eustachio, Gualvaneum illa non e solo Datii Chronico hausisse, sed etiam e *Pantheo*, quum ipse narrationem suam his verbis concludat: *Haec Pantheon, & Chronica Datii*. Certum vero est, Gotfridum Viterbientem parte XVII. Panthei rem retulisse, ut Gualvaneus habet, & Darium ideo simul a Gualvaneo ibi testem adferri, quia & is rem ipsam narrat, quamquam aliis verbis, diversisque rerum monumentis. Ibi vero *Albertus* idem est ac *Adeibertus*, qui cum Berengario parente in Italia regnabat. Parco ceteris exemplis a P. Eustachio productis, in quibus palam fieri posset, Gualvaneum ex diversis Historiis congestisse interdum sententias suas, & ubi post multam narrationem Darium testem appellat, non omnia semper eidem Datio esse tribuenda. Ceterum nihil est e Chronico Datii a Gualvaneo desumptum, quod etiam in Landulphi Chronico, interdum quidem paucis additis, plerumque vero ipsissimis verbis, non occurrat: quæ omnia nos tandem eo trahunt, ut sine dubitatione credamus, eandem fuisse *Datii* atque *Landulphi* Historiam. Hoc autem legentibus ipsius Gualvanei *Chronicon majus* apertius patebit, ubi tam sæpe Datiana Historia laudatur, & inde etiam Capita integra descripta referuntur, quæ postea in Landulphi Codicibus reperias.

Quod si Corius *Histor. Mediolan. Lib. I. tres versus e Datio* habet, qui apud Landulphum non leguntur; hoc tribui potest, ut alia mittam, diversitati Codicum Landulphinae Historiæ. Puricellius in *Libr. de SS. Arialdo, & Herlembaldo Cap. XCII.* nescio quo Codice usus, hæc Landulphi verba exhibet e *Lib. I. Cap. XI. inscripto de Monogamis Sacerdotibus secundum Doctrinam B. Ambrosii. Sedente B. Ambrosio gravissima dissensio orta est coram Apostolico in Synodo inter Sacerdotes Monogamos, & alios sub virginitate aut castitate degentes. Quod factum, Apostolico imperante, & aliis Episcopis consentientibus, datum est in judicio B. Ambrosii, ut quidquid ipse diceret, sanctum & firmum teneretur. At B. Ambrosius cognoscens sensus humanos pronos ad peccandum, maxime propter incontinentiam; sciens, aliquem nec virginitatem &c. Sicque dicens, omnem dissensionem*  
com-



compefcuit . Itaque Graeci Sacerdotes &c. Et fi contigerit , quod uxor fua moriatur , aut ca-  
fte vivunt , tenentes Sacerdotium , aut Sacerdotium amittunt , fi amplius aliquam mulierem  
carnaliter cognoverint &c. Tu confer pauca ifta , ut alia praeteream , cum Codice , unde  
Landulphi Hiftoriam nos descripfimus Cap. XI. Lib. I. atque intelliges , Landulphinae  
Hiftoriae Codices MSS. non omnes in iisdem confentire , multaque aut addita , aut  
demta fuiffe .

Infuper , animadvertente P. Eufachio , Andreas Alciatus in Lib. de Reb. Patr.  
pag. 150. auctor eft , Sanctum Monam Epifcopum Mediolanenfem VIII. Kal. April.  
ultimum diem claufiffe . Tum fubdit : *Datius Calendis ipsis Aprilibus mavult* . Item  
narrata Sancti Protasii Epifcopi morte post exactos in Epifcopatu duos & viginti an-  
nos , Alciatus fubnectit . *Tres illi (annos) addit Datius* . At haec in Landulphi Hifto-  
ria non legi P. Eufachius nos docet . Porro noverint Lectores , in membranaceo illo  
Codice MSto Metropolitanae Bibliothecae , ubi conjunctae habentur Hiftoriae Lan-  
dulphi noftri & Arnulphi , Catalogum quoque Mediolanenfium Epifcoporum haberi ,  
qui , ut fupra innuimus , ad Galdinum ufque deducitur . Ex illo autem Catalogo fua  
haec depromfit Alciatus , ideoque Datium huc teftem advocavit , quod eundem Co-  
dicem fub Datii nomine commemorare folerent Mediolanenfium rerum Scriptores .  
Quare & hinc intelligas , immerito Datianam Hiftoriam a Landulphina diftingui , ne-  
que oportuiffe alium a Landulpho Datium recentiore excogitare . Accedit , quod  
Poffevinus , Gavantus , Petrus Maturus in Adnot. ad S. Antonini Chronic. Jacobus  
Perez de Valentia , Bellarminus & alii , ubi ex auctoritate Datii fcribunt , Sanctos  
Ambrofium & Auguftinum Auctores fuiffe Hymni *Te Deum* , teftem adducunt Datii  
Chronicon Lib. I. Cap. 10. quae conveniunt in Landulphi noftri Hiftoriam , fi Prolo-  
gum Lib. I. cum fequentibus Capitibus enumeres . Atque haec in praefentia habui ,  
quae de hujufmodi quaefione ego differerem , uberiora daturus , fi mihi in arena po-  
fito confulere nunc atque conferre licuiffet ( quod olim nullo negotio poteram ) omnes  
Landulphi Codices , & Gualvanei , aliorumque Opera MSta , quae in Ambrofiana Bi-  
bliotheca adfervantur . Sed pluribus opus non eft in re , quae , ut ita dicam , meridia-  
no Sole clarior mihi ex haftenus allatis videtur .

Postremo loco Lectorem monendum duxi , mihi in animo olim obverfatum , non  
omnia edere , quae Landulphus literis tradidit , fed duos tantum priores Libros , e qui-  
bus Eruditio Hiftorica , quamquam non paucis fabellis interfperfa atque foedata , ali-  
quid lucis ac praefidii fperare poffit . Quae enim in Hiftoria Landulphi fequuntur ,  
& Librum Tertium & Quartum conftituunt , peculiare tantummodo lites in Medio-  
lanenfi Ecclefia occasione Cleri continentiam perofa exortas ita perfequuntur , ut inful-  
fis Orationibus , iisque fere omnibus confictis , abundant , quae aut nihil gratiae , aut  
aliquid etiam ingrati coloris habere videantur , quippe in patrocinium erroris , vitio-  
rumque tutelam excogitatae . Verum ea denique fententia vicit , nihil Landulphini  
furfuris occultandum , tum ne quis ex averfis a Catholica Ecclefia fomniet , nos prae  
metu aut ex malae caufae confcientia haec omiffiffe , ratus meliora , quae celarentur ,  
quam quae in lucem prodirent , tum etiam quod haec tam male confuta funt , ut fe-  
mel expofuiffe , confutaffe fit . Pleraque praeterea ex his jam evulgavit , fimulque ina-  
nia ac ridenda Puricellius oftendit in Vita SS. Arialdi & Herlembaldi . Nihil denique  
efficacius commendat praefentem Mediolanenfis , imo & univerfae Catholicae Eccle-  
fiae ftatum , & ex Dei O. M. munere fanctioribus confiliis Clerum constantiffime ad-  
dictum exhibeat , quam Seculi XI. corruptos mores intueri , eosque Romanorum Pon-  
tificum ftudio expurgatos . Eadem ratione veterum Haereticorum deliramenta & fla-  
gitia proidenti non eft irascendum , fed noftris temporibus potius gratulandum , quae  
recta fapiunt , & meliorem morum rationem Chrifto duce in Catholica Ecclefia fe-  
quuntur . Sed jam Landulphum ipfum loquentem audiamus .



THE  
MUSEUM  
OF  
COMPARATIVE ZOOLOGY  
AND  
ANATOMY  
OF  
MICHIGAN  
STATE UNIVERSITY  
LANSING, MICHIGAN

SPECIMEN CHARACTERUM

LANDULPHI SENIORIS

ex Codice MS. pergameno Bibli. Metrop. Mediol. Sig. lit. E. n. 24

Chronica Datij archiepi ml̄i nūcupata

**E**pla ystoriarū ad archiep̄m missa  
 vna trax̄ virtutū do  
 ctumētis imbuto ml̄  
 tateq̄ s̄ta q̄ p̄na fu  
 ito d̄mnoq̄ magist̄  
 io religiose edocto r  
 l̄ sancto q̄ d̄m̄ eccl̄ie i regnū ar  
 hip̄b̄at̄ assumpto necnō deo et h̄ōib̄  
 cazo .i. om̄z m̄m̄us tuoz s̄ h̄m̄y  
 vite felicitate bonoz et et̄ni regn̄  
 q̄s̄no p̄s̄a ui angeloz caritatis ac  
 diligentie tue amozē sc̄dule rei  
 niscens quē sup̄ eccl̄iaz ab̄rosiana  
 et ei⁹ clezū ut filiū h̄uisti et semp̄  
 deo auente h̄ebis sollicitēq̄ pat̄  
 nitatis uze zelentia auiose p̄p̄i  
 tiens corporis mei aiis multis  
 quassatus tribulatioibz e q̄bz tota  
 seze italia seuis pseudo p̄phens  
 p̄ dete stabile yporisiz azcuczen  
 t̄bz maculata ē. cl̄i ignis caloze  
 acensūs quali ḡm̄ sopno excitat̄  
 sū. p̄p̄ea cogitās si opibz sc̄laribz  
 aut cultibz diuinis studiose ua  
 c̄q̄z aut forua facta r maḡfica  
 que n̄is p̄zibz acia sūt enazze  
 aut int̄ certa tribulatiois q̄s̄ cl̄euz  
 ab̄rosian⁹ ap̄fidis auibz et malis  
 sacerdotibz ip̄os ab̄horatibz pass⁹ ē  
 nazze cogitau. Itaq̄ meditat⁹ i  
 q̄bz ai mei īgenū ext̄cē ualeazt  
 h̄ac uitā m̄sa p̄ silēnū t̄n̄scuzē  
 nolēs azbzis ac maḡs ystoris un  
 diq̄ comiolatibz ductus patrie atq̄  
 ciuitaty mee amozē n̄nō r clezi  
 eiusdē diligēnaz ut̄ oēs ystorias  
 gesta azchiep̄oz q̄ sup̄ impatoēs  
 ap̄ d̄m̄ et hoies detestabiles acm̄

sūt r tribulatioes atq̄ corud. r...  
 sessiones q̄ p̄ pseudos p̄phas nō l̄m̄  
 v̄bis n̄a ios pacta sūt stillo h̄m̄uli  
 p̄f̄be del. bezau.

Factū ē aut̄  
 i alio die m̄ meridiez iudēn bz  
 m̄p̄s ac stupefactis q̄i ab ouq̄  
 stis libanis clam̄ as penitentiā  
 sp̄u restaurato s̄bi se se uelocit̄  
 sine ex̄xit. et m̄m̄a torm̄to m̄  
 acdulis ac usuzariis īcredulita  
 et honores a gl̄iaz que sup̄ sc̄bz  
 uidit uzos put̄ potuit āgelo  
 h̄ec oīa ostēd̄te. qui sp̄m̄ ois  
 p̄ d̄m̄a p̄oz raur. lacrimis multis  
 p̄a r̄fecit.

Expliat lib̄ storiarū landulfi v̄m̄oz

## M O N I T U M .

**J**oannes Petrus Puricellus vir de literis, patriaque sua historia optimè meritis, cum veterum monumenta evolvens omnem ferme lapidem apud Insubres movisset, MSS. etiam codices Landulphi nostri, qui cum aliis pluribus Hebraicis, Græcis, & Latinis in ornatissima Bibliotheca Ecclesiæ hujus Metropolitanæ servantur, ad manus habuit, & non semel, vel incuria hominis, vel dicacitate offensus, breves ad marginem alterius codicis addidit castigationes, quæ sibi fortasse commentarii loco erant ad exornandam editionem, quam paraverat; sed ad Superos vocatus id implere non potuit. Ego verò cum operam hanc Palatinis Sociis pro eximia eorum in me beneficentia negare non auferim, laudatissimi viri breves utcumque notas imprimendas curavi, measque nonnullis in locis subtexui, ut adversus Schismatici hominis errores præsens esset salubre monitum; etsi enim Clariss. Muratorius in sua doctissima præfatione Auctorem nostrum exarmaverit, non satis Palatini Socii cautum lectoribus putabant, ni singulis erroribus indicatis, utilem cæteroque Landulphi historiam expurgassent. Is enim ab Arnulpho, quem subsequitur, tempore, stylo, atque factione non longè diffitus, immo deterioris fortunæ, quòd errores, ut ille fecerat, numquam detestasse noverimus, in Sanctissimos viros Arialdum, Herlembaldum, & socios ea blaterat, quæ sine castigatione in vulgus, etsi ridenda, emittere, nobis omnibus religio fuit. Cæterum inter Auctoris nostri quisquiliis habes quamplura, quæ colligas, pretiosissima, de ritu præsertim Ambrosiano ob auctoris præstantiam, longumque usum in Ecclesia celebratissimum, quæ alibi frustra quæsieris. De codicibus tandem, quos ad parandam hanc editionem unà cum Ambrosiano altero posterioris ætatis adhibui, hoc etiam te monitum volo: vetustiore illum, qui Landulphum Seniore, Arnulphum, & Landulphum alterum à S. Paulo continet, hanc in primæ pagellæ facie inscriptionem præferre A. D. Archipresbytero Mediol. Octaviano Forerio, cujus fortasse munere præstanti eo codice aucta fuerat Bibliotheca. In isto initiales omnes literæ, & summæ capitum inscriptæ minio, signaturque locus E. num. 21. 4. Recentior alter, quem descripsit Clariss. Muratorius E. num. 24. 4. Varias præterea lectiones ex collatione codicum istorum, quos de more Metropolitanos vocamus, addidi, ac specimen characteris in subsequenti pagina exhibeo. Vale.



57

# EPISTOLA HISTORIOGRAPHI AD ARCHIPRESBYTERUM MISSA.

**C**unctarum virtutum documentis imbuto, multarumque scientiarum peritia fulto, divinoque magisterio religiosè edocto, L. Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ in regimen Archipresbyteratus assumpto, nec non Deo, & hominibus charo L. omnium minimus tuorum hujus vitæ felicitate bonorum, & æterni regni consortio perfrui Angelorum. Charitatis, atque diligentia tuæ amorem sedulè reminiscens, quem super Ecclesiam Ambrosianam, & ejus Clerum ut filium habuisti, & semper Deo annuente habebis, sollicitæque paternitatis vestræ reverentiam curiosè prospiciens corporis mei animus multis quassatus tribulationibus, è quibus tota ferè Italia, Pseudopropheta per detestabilem hypocrisim circumcurrentibus, maculata est, Dei ignis calore accensus quasi gravi è somno excitatus sum. Propterea cogitans si operibus sæcularibus, aut cultibus divinis studiosè vacarem, aut fortia, aut magnifica facta, quæ nostris temporibus acta sunt, enarrarem, aut inter cætera, tribulationes, quas Clerus Ambrosianus à perfidis Civibus, & malis Sacerdotibus ipsos adhortantibus passus est, narrare cogitavi. Itaque meditatus, in quibus animi mei ingenium exercere valeam, hanc vitam, & miseram per silentium transcurrere nolens, crebris, ac magnis historiis undique circumvolantibus, ductus patriæ, atque Civitatis meæ amore, nec non & Cleri ejusdem diligentia, ultra omnes historias, gesta Archiepiscoporum, quæ super Imperatores apud Deum & homines detestabiles acta sunt, & tribulationes, atque earundem dissensiones, quæ per Pseudopphetas non hujus urbis natos peracta sunt, stilo humili perscribere deliberavi. Igitur quamplurimi, qui Ordinis Ecclesiastici falsis prædicationibus esse videbantur, actibus verò miserè hypocrisim sedulè insistentes, ut lupi rapaces se se sub ovina pelle tegentes, dimissis plebibus, ac ruptis Canonibus, & alii multi mysterio Romano edocti, honoris Sanctæ Ambrosianæ Ecclesiæ lividi, quasi tyrampni nullam Ordini Ambrosiano reverentiam impendentes, urbem Mediolanensem, falcinatis laicis, ac zizaniis superfeminatis, Antichristi facetiis imbuerunt; quorum namque vitio, Ecclesia Ambrosiana multorum Sacerdotum, ac Levitarum, plurimorumque Sacerdotum sapientum ordinis utriusque quondam exaltata, & ornata eloquentiis, ad nihilum tam ministerio, quàm in personis funditè attrita, & conculcata est. Enim quod olim Romani Pontifices, & Cardinales huic sancto mysterio æmuli multo sudore patrare non potuerunt, falsis Catharis (1) ordinem ipsum conturbantibus, in tantum attriverunt, ut ultra nec esset spes mysterii, nec ordinis restaurandi, multo pejus (2) quàm in sermone Sancti Eusebii olim dicens, apparuit: *perit hæc civitas, collapsa est Ecclesia. Vnde cum Propheta dicens plangam, quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum plangens peccata populi mei. Vterini mei facti sunt inimici mei, injustè spoliaverunt me, ac gladiis inimicorum meorum animam meam inquirentibus im-*

(1) In ipso historiæ suo prologo venenum expuit Landulphus in Catholicos omnes, Romanumque Pontificem, iis infensus, quòd in Simoniacos & uxoratos Clericos, ut par erat, infurget. Mendacem, atque insanientem livida rabie hominem rideas: hypocritas, & pseudo-prophetas vocat, ac turpi etiam Catharorum appellatione laceffit alios, damnandus ipse. *Cathari* sive *puri*, immo impurissimi, notissimum genus hæreticorum, qui sese impudenter sine peccato profitebantur, longa ætate vexarunt Ecclesiam, eosque in veteres, ac novos optimè distinguit Puricellus in monum. Basil. Ambr. num. 545.

(2) Recentior Codex Metrop. *potius*.  
Tom. IV.

*miseri corditer me dederunt*. Exinde lacrymis meis superabundantibus cum sapiente quodam plangendo dicam

*Carmina qui quondam studio florente peregi*

*Flebilis heu mæstos cogor inire modos.*

*Ecce mihi lacera dictant scribenda Camena,*

*Et veris elegi fletibus ora rigant.*

Quamobrem, Pater venerande, quamvis per multa tempora multis, ac variis sim quassatus doloribus, nostræ Ecclesiæ injustum (3) videns detrimentum, recordatus quod olim malis regibus; detestandisque Sacerdotibus passa sustinuit, qui dulcedinis ordinis Sanctæ Ambrosianæ Ecclesiæ ab ipsis fuerant cunabulis nutriti, quibus foret gloriosum pro suæ Ecclesiæ utilitatibus mortem sustinere, pauca, quæ libris variis, ac cartulis, plateis conculcatis repperi, & à viris verissimis, & catholicis didici, & urbes Italiæ perscrutando cognovi, aperire, & enarrare posterorum utilitatibus fideliter curabo. Tum insuper quid honoris, quidve reverentiæ, quidve magnitudinis per multa tempora antecedentia Clerus fuit Ambrosianus, & à multis, ac magnis viris honoratus, & quid postea civitate plena fæce mundi sustinuit, ut oculis vidi, & auribus audivi, cordeque intellexi ad posterorum tutelam, & animarum salutem studiosè scribere statui. At priusquam ea, quæ dicere decrevi, enarrem, ignis scintillam, quam ego Dei misericordia adjutus memoriæ commendavi in quodam scrinio optimis margaritis imbuto, foris pauper, intus divitiis affluens repperi ad Dei honorem, & Beati Ambrosii laudem, debita ductus reverentia edicam. Quæ omnia utinam Ambrosianæ Ecclesiæ usque in fine confidentibus sic essent chara, ut sunt acceptabilia, sic dulcia, ut sunt salutifera, sic amabilia, ut sunt ex corde fraterno manantia. Vale, Pater. Cum omnibus Sanctis Ambrosianæ Ecclesiæ dilectoribus gaudiis sempiternis perfrui feliciter valeas.

(3) Recentior Codex virtutum.



Flavio Pomilio inu. et del.

Gio. Batt. Sintes sculp. Rom.

# LANDULPHI SENIORIS MEDIOLANENSIS HISTORIÆ. (1) INCIPIT LIBER PRIMUS.

## CAPUT PRIMUM.



Uandoquidem sapientes, eximique viri multa peritia imbuti acta temporū, mutationes rerum, gesta Ducum, prælia Regum, seditiones urbium, commotiones populorum politè ad tutelam juvenum, & custodiam senum tractantes reliquere, & in posteris tutamen, & multarum rerum solamen, decet nunc multò magis viros religiosos spiritu divino repletos suis sequacibus, imò suis fratribus ad cautelam animarum, simulque corporum, quidquid augmenti, vel detrimenti prospexerint, benignè intinere, ac præclarissimè dilucidare; quatenus suorum sequaces lacum serpentum, & antrum aspidum, caveamque draconum, sylvasque leonum prævidentes, benignè edocti, cautèque muniti, & ab illis se valeant eripere, & alios monendo à morte liberare, memores Salomonis sapientiæ dicens, *propterea habeo per hanc immorta-*

(1) Vetusior alter Codex ita inscribitur in averfa prima pagella Joannis Petri Puricelli manu qui hæc etiam addidit: *ab anno Domini 380. ad 1083. quæ ab aliquibus dicuntur Chronica Datii, quia iste Landulphus Ordinationes mysteriorum Ambrosiana Ecclesia primo loco inseruit secundum expositionem Datii olim Mediolanensis Archiepiscopi, non quod à Datio Tom. IV.*

A *litatem, & memoriam æternam ab his, qui post me venturi sunt. Ob hanc causam Ecclesia Sancti, Gloriosissimi que Confessoris Ambrosii, quàm clarè, lucidè, atque hymnis, organis, symphoniis, melodiis per totum orbem terrarum emicuit, inquantum scientiola mea exprimere valuerit, prout comperi, & in veritate didici enucleare studebo. Igitur Ambrosius Doctor, ut egregius Pastor infulis præfulgens Episcopalis. Dei Ecclesiam mirificè decoravit, & ut nobilis Athleta lorica spiritualium virtutum adornavit, sibi que desponsatam sociavit, qui nutu divino huc à clementissimo Imperatore totius orbis Valentiniano directus, meruit audire, *Vade, age non ut iudex, sed ut Episcopus.* (\*) Tanta enim gratia, & tanta sua misericordia eum Dominus decoravit, ut inimicos patientissimè converteret, & suis ovibus, imò suis filiis rudimenta Catholicæ fidei, ut verus magister, & doctor Ecclesiæ charitativè administraret. Qui primus, idest maximus metropolitanam regens Cathedram, ordinationes Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Clericorum, laicorum, senum, juvenum, militum, populorum, virginum, sacrarum, & innuptè manentium, maritorum, viduarum, orphanorum, peregrinorum, & hospitem lucidissimè præordinavit, & ordinando curiosè, quod sui ordinis religiositas exposcebat, facere curabat, ac faciendo alios mi-*

C *compositæ sint, quia Historia hujus libri se extendit ad annum 1087. (recentiori manu superscriptum est 1110.) & Datus obiit anno 561. Ni velis dicere continuas à Landulpho Datii narrationes. Puricellus. Annum quo finem facit Landulphi historia loco suo diligentius inquiremus.*  
(\*) Verba Probi Præfecti quæ refert Paulinus in vita S. Ambrosii. H 2



mitissimè edocebat, memor illius Evangelii dicentis prius cepit *Iesus facere, quàm docere*. Erat enim sapientissimus in prædicatione, disertus in iudicio, cunctis fidelibus mitissimus, omnibusque infidelibus mitis, placidus, humilis, atque serenus, providens dispensator, dans pabula fortibus, cibaria juvenibus, alimenta senibus, nutrimenta adolescentibus, memor Apostoli dicentis, *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem*. Enim providerat Dominus ab ipsis cunabulis sibi pastorem, & Ecclesie suæ Beatum Ambrosium per favum mellis circa labia ejus distillantantis, atque per Spiritum Sanctum de se, quasi de eo noverat dictum: *De ore prudentis procedit mel, & lac favus distillans labia ejus, dulcedo mellis est lingua ejus*. Qui Spiritu Divino administrante pro captu cujusquam, & scientia, atque ætate docere studebat, sciens, quod Apostolus (2) dicit, *Pascite gregem Dei providentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratiam sectantes, sed voluntariè, neque ut dominantes in Cleris, sed formæ sancti (3) gregis ex animo, ut cum apparuerit princeps pastorum percipiatis immarcescibilem coronam*. Et item Apostoli Petri (4) ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. In via Dei firmus, catholica fide firmior, boni propositi infaticabilis, unde sapientissimus Salomon ait, *Esto firmus fili in via Dei, & in virtute sensus tui, & scientia, & prosequatur te verbum pacis, & justitiæ*. In tantum religionis honestissimæ, & honores Ecclesie Dei super omnes Italiae civitates ordinando Episcopos, ramos extendebat, ut Sapientia Salomonis sub alterna specie de illo fermocinaretur dicens, *Ego quasi thebintus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gloriæ*: Et item ejusdem ad corroborandos, & collaudandos fideles in persona Domini, & Ecclesie insonuit hortando, dicens: *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego pulchræ dilectionis mater, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei*. Sed cum Dominus noster, ac totius humani generis Redemptor, Rex, & Salvator noster Christus omni humanæ creaturæ Evangelium salutis mitissimè per Apostolos, atque Doctores Spiritu Sancto administrante denudasset, placuit sibi præclarissimum virum, atque doctissimum Ambrosium divina scientia fultum Doctoribus illis, in tempore qui aderant, in ordinatione Ecclesie suæ, & mysteriis ejusdem, symphoniis, melodiis, hymnis, canticis spiritualibus sublimare. Unde nutu divino est factum, ut sicut Johannes Apostolus, & Evangelistarum eximius inter cæteros discipulos privilegium tenens, divino admonitus spiraculo meruit dicere: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud eum, sic Beatus Ma-*

A gister, & doctor Ambrosius inter cæteros Doctores eximius Ecclesiam Dei, prout Deus per clementiam suam, atque Sanctum Spiritum ipsam sibi concessit, & permisit, omnibus modis, atque omni conamine, die ac nocte, meditando, scribendo, legendo, prædicando exaltavit, & mirificè decoratam ornavit. Mitigatâ Arrianorum perfidiâ, atque schismaticorum devictâ nequitia, quadam die ante natalem Domini cum solus dictaret, sed non erat solus, cum quo erat Deus, ut bonus pastor ovile Dominicum ad Domini laudem animare, & corroborare desiderans, cogitare cepit, quomodo, vel qualiter sacerdotes, diacones, cæterosque ordines, cantus, missas, vespers, psalmos, & cætera divino cultu congrua, atque convenientia præordinaret, sive primus cantus denotaret, seu ante ordines, & clericos ad officii gradus ordinaret, visum est sibi, & placuit Ecclesiasticos viros Catholica fide imbutos Deo devotè ordinare, & assiduè secum habere, ac illorum consilio Domini ministrante gratia cuncta disponere. Qui cunctas sacras, ac Sanctas Scripturas, & descriptiones Patriarcharum, Prophetarum supervidens, in quibus Deum, & Salvatorem nostrum posteris omnibus ad salutem suam, & proficuum aliorum in Christo credentibus prophetarum, præ cæteris visum est sibi Patriarcham David de Incarnatione Domini per partum Virginis, & de passione per Judam proditorem, & de resurrectione, & de apparitione post resurrectionem, & quomodo scanderet coelos nubibus suscipientibus, eum videntibus discipulis præclarè, & lucidissimè super cunctos prophetasse. Qui cum prævideret per Spiritum Sanctum sibi collatam Ecclesiam Dei ornatam fidelibus, & Deo devotam in Christo, humiliter, summaque cum devotione credituram, prophetando in multis argumentis confirmavit, & confirmando multis exemplis per sapientes, & cantores, musicos, atque doctores quasi sponsam omnibus virtutibus adornatam Deo obtulit. Unde beatus, sanctusque doctor, & magister Ambrosius velut strenuus miles ad vexilla præcedentium ducum, ac ad bella imminentiâ unanimiter anelantium prospiciens imitari David eximium Prophetarum magistrum studuit, & ad ejus exemplar & imitationem psalmos, cantus, symphonias, melodias, clericos, & omnia Ecclesiastica officia Deo opitulante, & Spiritu Sancto administrante componere, & præordinare studuit (5). Cum enim Dominus Omnipotens, & Salvator noster Ecclesie suæ Catholicæ murum pararet adversus inimicos suos, & turrem erigeret David pro domo Ecclesie suæ, atque murum Israël, ut ejus sponsam ab infidelibus defenderet, & gregem illi commissum à lupis rapacibus liberaret, qui quamdiu vixit, prout Deus per clementiam suam concessit, Ecclesie Dei, ac populi sui, & multarum civitatum curam gerens de quacumque sibi per Legatum intimabatur, prout nos in sacra ejus historia de eo scripta invenimus, ut bonus pastor sedulè vigilabat, curiosè circuens gentes diversas,

at-

(2) 1. Petri cap. 5.

(3) Sed forma facti gregis &amp;c.

(4) 2. Petri cap. 1.

(5) Instituta à D. Ambrosio psalmodiæ occasionem longè melius cognoscimus ex D. Augustino lib. 9. Confessionum, ubi hæc narrat:

Cum *Justina Valentiniæ Regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur bæresis suæ causâ, qua fuerat seducta ab Ar-**rianis: excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum Episcopo suo servo tuo . . . . Tunc hymni, & psalmi ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mæroris tædio tabesceret, institutum est, & ex illo in bodiænum retentum, multis jam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cætera orbis imitantibus.*

atque civitates, tyrannos, reges, duces, omnes in Christo convertibat, & unicuique civitati, & cunctis fidelibus petentibus, similiterque religiosè quærentibus Episcopum ordinabat, & ordinatum summa cum letitia consecrabat, in tantum enim Ecclesia Dei in manibus ejus pullulabat, ut omnes infideles in unum adunarentur, & tacitè supponentes digitum ori suo dicebant, *Verè digitus Dei facit hoc, & operatur in eo.* Enim quamdiù vita ei comes fuit laborans super multos fideles ab aliquo gladium evaginante nusquam calupniatus est, unde dolens, quod volebat, esse nequivit, dicens in hymno, *nequimus esse martyres, sed repperimus martyres,* & ut in lib. Paralipomen. legimus per David Prophetam, *Non dimisit Deus quemquam calupniari eos, sed increpuit pro eis Reges, dicens, Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari:* Et iterum in præcordiis suis mutuo & tacitè admirantes, Deum glorificabant in tantum, ut in illo quod scriptum est per sapientissimum Salomonem impleretur, dicens, *Narrate in gentibus gloriam ejus, & in cunctis populis mirabilia ejus, quia magnus Dominus, & laudabilis nimis & horribilis super omnes Deos.* Tunc impletum est quod per eundem dicitur, *Tonet mare, plenitudo ejus, exultent agri, & omnia quæ in eis sunt. Tunc laudabunt ligna saltus coram Domino, quia venit judicare terram.* Et quandoquidem Dominus, ac noster Salvator per clementiam, & misericordiam suam in tantum magnificavit, & exaltavit, & decoravit acta, & mirabilia doctissimi, & Religiosissimi Doctoris, & Confessoris Ambrosii, quantum multi codices eximii capere non possunt, & quantum multi strenui, & sapientissimi viri, atque scholarum magistri enarrare & enucleare multo sudore, multoque labore posteris minimè quiverint; Unde non decet me virum parva scientiola plenum in singulis ejus actibus immorari, cum mihi melius videtur de tantis patroni miraculis, & de tantis strenuissimis actibus omnino tacere, quam parum dicere. At ut ad ea veniam, ad quæ mea intentio, summoque studio anhelat, ipsam Sanctam Trinitatem, & omnes Sanctos corde, & ore invocare non cesso, ut mihi, quæ scribenda sunt scribam, & quæ tacenda sunt reticeam, per Spiritum Sanctum suum concedat.

C A P. II.

*Expositio Ordinum Sancti Ambrosii edita à sanctæ memoriæ Datio Episcopo Mediolanensi. (6)*

**I**gitur Sanctus Ambrosius scientia divina imbutus, Spiritu Sancto repletus, omni Clero, omnibusque Catholicis fidelibus laicis indicto jejunio, ut Dominus ad honorem Ecclesiæ suæ, & ad laudem divini cultus corda suorum aperire dignaretur, in quarto die, quasi per quatuor Evangelia per clementiam Dei, & per revelationem Spiritus Sancti septuaginta & duos Sacerdotes, qui in primitiva Ecclesia Episcopi vocabantur, ut B. Hieronymus Doctor in quodam suo lib. asserit (7), ordinavit imitans verum magistrum,

(6) Hic Auctor varios ritus, varia Clericorum genera Ecclesiæ Mediolanensis S. Ambrosio omnia attribuit. Parcat Lector homini non satis erudito, & eorum antiquitatem omnino

**A** & Salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum, sicut enim Dominus, & Redemptor noster post incarnationem, baptismumque quod in Jordane ter converso per Spiritum Sanctum à Joanne Præcurfore, atque Baptista, qui plusquam Propheta asseritur, accepit, elegit septuaginta & duos Discipulos ad evangelizandum Evangelium divinum, ut in Evangelio Lucæ Evangelistæ legitur, & approbatum indubitanter tenetur. Unde bonus discipulus sapientem sequens magistrum, suos sacerdotes, imò suos filios, & ut dixi suos Episcopos in opus misterii sacerdotalis elegit, eos confirmans, & collaudans hortatur, dicens, *Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* In tantum enim illos actu, & moribus & humilitate, scientia, & patientia, obedientia, & in cultu vestium, & omnibus modis admonuit, ut si quis eos fortuito in Clero videret, non diceret filios esse virorum, sed affirmaret socios Angelorum. Est & alia causa, cur tot & tantos Sacerdotes lucidissimè ordinavit, quæ me insequitur, & quasi impatiens ad differendum hortatur. Cum enim humanum genus sermone uno prius unitum per superbiam postmodum diffusum, & dispersum esse legitur, quasi per septuaginta & duas varietates linguarum, sicut in libris Genesis invenitur, dicente Moyse, cum quo Deus loquebatur, sicut loqui solet amicus ad amicum. *Erant enim terra labii unius, & sermo eorumdem.* Cumque venisset in terra Snaar, dixit alter ad alterum, *venite faciamus nobis nomen, & civitatem, & turrin excelsam, cujus culmen pertingat ad cælum, & celebremus nobis nomen, antequam moriamur.* Descendit autem Dominus, ut videret civitatem, & turrin, quam edificabant filii Alam, & dixit: *Ecce unus est populus, & unum labium omnibus, venite igitur, & descendamus, & confundamus linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui, atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt edificare civitatem, & turrin præ nimia laborum confusione; Et ideo vocatum est nomen ejus Babel, idest confusio, quia ibi confusum est labium universæ terræ.* Unde propalatum est, ut quantum illorum intentio fuit prava, & perversa apud Deum, & Angelos ejus, in tantum omni genti, omnique populo innotesceret, relinquens in posteris exemplum, tanquam diceret: vos quibus scientia animi cum virtute corporis, & ingenium operationis magis ab excelso Deo per bonitatem suam, quasi imber super granum distillatum est, cautè & sollicitè providete vobis metipsis, ne quod vobis (8) per superbiam, & dementiam meritò accidit, vobis in testimonium contingat, ut quod vobis malè dulcoratis non creditis vobismetipsis, multis suspiriis fatigati quandoque credatis. Etenim, cum Adam à Deo in Paradiso formatus, ad imaginem Dei figuratus, sicut novimus, Domino per Moysen dicente, *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis, & omnibus, quæ in Paradiso Dei erant, sibi concessis, præter lignum scientiæ boni, & mali, de quo præceperat ei Dominus, ne comederet, dicens, In quacunque die comederitis, morte moriemini.*

Qui

cognoscat supra Ambrosii ætatem. Puticellus.

(7) Epist. LXXXII. ad Oceanum.

(8) Legendum fortasse illis.

Qui si cautè , studiosèque admonitionem , & præceptum Dei , atque benignè admonentis tenuisset , ipse immortalis esset , & nos quasi Dei similes essemus . Unde vos studiosè precor , & quòd Adam per inobedientiam criminose deliquit , & nos per nimiam superbiam confusi sumus , & per omnium terrarum spatia dispersi , mutuo nos , & meritò , minimè ob linguarum varietatem intelligentes , quòd Deus ex summa dilectione humanatus , mortuus , suscitatus , vobis ad resuscitandum quod Angeli in Cœlis per superbiam amiserunt , benignè concessit , si solerter , studiosèque in fide permanentes , Domino opitulante , steteritis , unde concessa custodiatis , & sanctam fidem custodientes bona opera faciatis , ut ad perfectum finem venientes quandoque in extremo examine iudicii à dextera Dei positi cum gaudio audire mereatis , quod Dominus clementer dicit : *Venite benedicti Patris mei percipite Regnum , quod vobis paratum est à constitutione mundi* . Ob quam enim causam S. Ambrosius septuaginta & duos discipulos Sacerdotes ordinare voluit , ut quot fuerunt varietates gentium per dispersionem linguarum , tot essent Sacerdotes ad salutem animarum nostrarum . At cum humanum genus quondam per orbem terrarum diffusum , & dispersum pecudum more oberrans sese invicem sine jure , & sine fœdere conlidens , & lanians rege retur , & ut ab hostium incursione muniretur per septuaginta & duos Reges à Deo permiffum , & præordinatum est . Quos cum S. Ambrosius per industriam summi Romani Imperii orbem terrarum regere vidisset , placuit sibi ad illorum salutem , & omnium populorum septuaginta & duos Sacerdotes Deo confirmante ordinare . Quatenus singulum Regem per singulum Sacerdotem regalem intimè percuteret , & docendo fidem Christi in Deo confirmaret , & confirmando in cunctis bonis virtutibus corroboraret , ut ad bravium pervenientes , quandoq; Deo permittente , cum Christo in Cœlis regnarent .

## C A P. III.

## De Primicerio .

Quibus bene compositis , salubriterque ordinatis quendam Sacerdotem religiosum virum , qui Primicerius vocaretur , proposuit (9) , qui quasi Coepiscopus circa omnes in crimine laborantes potestatem à S. Ambrosio Magistro accepit , ut quod Episcopus implere per se non posset , Coepiscopus , qui Primicerius vocabatur circa illos implere curiosè studeret . Qui etiam locum , in quo omnes convenirent , insignivit , quod Præ sbyterium usque modo à cunctis vocitatur , ubi omnes Sacerdotes urbani in sexta feria , vel Kal. convenientes curiosè in divinis ministeriis singulos perscrutabatur . Itaque religiosè circa divina ministeria , & indefinenter sese exercebant . Quo in loco universis confedentibus , quod Deus Episcopo inspirabat , docebat . Demum Subepiscopus usque modò , & Primicerius vocatur , secundum quod Deus administrabat , illos admonebat , dicens : contra stultitiam ministrare sapientiam , contra lasciviam castitatem , contra hebetudinem intellectum , contra præcipationem consilium ,

(9) Primicerii in Clerum hinc magnam apparet

contra timorem fortitudinem , contra ignorantiam scientiam , contra duritiam pietatem , contra superbiam humilitatem ; de qua sapiens quidam dicit , *qui sine humilitate virtutes congregat , quasi ventum in pulverem portat* : Et ut est illud , *Humilitas omnia vincit , & ipsa à nemine superatur* . Præter ista instruebat illos habere dilectionem Dei , & proximi . Quibus completis quod unicuique de propria causa expediebat , salubriter tractabat , ita tamen omnia fiebant . Inter illos pacificè , & honestè tractabantur , & sine dolo , & sine invidia , ut quod in Actibus Apostolorum legitur , in illos implebatur , dicens : *Erat illis cor unum , & anima una & quamvis facies illorum essent diversa unum cor , & anima erat una* . Quibus egregiè viventibus , & religiosè degentibus omnia cooperabantur in bonum , ut Apostolus testatur dicens , *Fratres scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum his , qui secundum propositum vocati sunt Sancti* , attendentes illud chirographi , *Beati qui scrutantur testimonia ejus , in toto corde exquirunt eum* , atque fuerunt erga ministerium , & ordinem suum solliciti , nemo enim , qui illo tempore fuerit , narrare quiverit , pertinentes illud , quod dicit , *maledictus homo , qui opus Dei negligenter fecerit* . Unde accidit , ut dum quidam Dux Gothorum extraneæ gentis nomine Ruilus illos in festivitate SS. Nazarii , & Celsi , & ad silentium politè ornatos , & cum Episcopo gradientes inopinatè supervidisset , non illos tantum Sacerdotes , sed Episcopos credidit , & affirmavit , dicens : certè cum ego ferè totum orbem terrarum jussu Valentianiani Imperatoris circumdedi , & vidi , inquirens usum , & mores ipsorum maximè , & religiosorum Episcoporum , numquam tanto stupore , & tam ineffabili admiratione obrigui . Qui videns , & admirans hæc parum subsistit , tandem abiit , secum mirans quæ viderat . Quibus odor sic facientibus misericordiæ , pietatis , & charitatis , castitatis , humilitatis , fraternitatis , scientiæ , & omnium virtutum quasi odor suavissimus circa omnes gentes maximè ad vicinas urbes refloruit : De quo Dominus ad Moysen dixit : *Sume tibi aromata , stracten , & onycha galbani boni odoris , & thus lucidissimum , faciesque thimiama compositum ope urguentarii mixtum diligenter , & purum* . Quos Magister Beatus , & Doctor Ambrosius quotidie admonebat cantando , dicens : *diligamue nos invicem , quia charitas Deus est , & qui diligit fratrem suum ex Deo natus est , & videt Deum , & in hoc charitas Dei perfecta est , & qui facit voluntatem Dei manet in æternum* .

## C A P. IV.

## E De Cardinalibus Mediolanensis Ecclesie secundum Datum .

AT cum Beatus Ambrosius supradictos Sacerdotes Deo disponente ordinaverit , visum est sibi cæteris cum fratribus viginti quatuor Sacerdotes , qui quasi Cardinales essent debere constitui ; quos Dominus , & Salvator noster per revelationem Spiritus Sancti in Apocalypsi dicente Joanne confirmat : *Vidi , & ecce viginti quatuor seniores , qui procident* ( L. procidebant ) *ante sedentem in throno , & ado-*

fuisse auctoritatem . Puricellus .

adorabant viventem in secula seculorum, & mittent (L. mittebant) coronas suas ante thronum, dicentes, Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt, & ceciderunt coram agna habentes singuli cytharas, & fialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum, & cantant novum canticum dicentes, Dignus es accipere gloriam, & honorem, & aperire librum, & signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Domine in sanguine tuo ex omni Tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabunt super terram. Est enim alia causa quare viginti & quatuor Cardinales Sacerdotes ordinavit, videlicet sicut naturalis dies viginti quatuor horis solidatur, sic mysterium Ecclesiæ Ambrosianæ per viginti quatuor Cardinales aperiretur, & regeretur; de quo die S. Ambrosius in Exameron ait, *Legem statuit ut viginti quatuor horæ diurnæ atque nocturnæ diei tantum nomine definiamus, ut si diceret viginti quatuor horarum mensuram unius diei tempus est.* Quibus ordinatis Archipresbiterum, à quo, si quando in aliquo officio deviant, placidè emendati, suaviterque correcti bono animo, bonaque voluntate degerent, proposuit, cujus nomen *Princeps Presbyterorum* latinè resonat, Archos enim Grecè, Princeps latinè dicitur.

C A P. V.

De septem Diaconis.

PER idem tempus B. Ambrosius septem Diaconos, & quasi per septiformem gratiam Spiritus Sancti eis per Spiritum Sanctum manus imponens benedixit, & ordinavit, imitatus Apostolos Domini, qui post gratiam Spiritus Sancti, quam in Hierusalem, quæ *visio pacis* dicitur, benignè acceperunt, in unum convenientes septem Diacones per Spiritum Sanctum ordinarunt. Septem ideò consecravit, quia 7. sunt dona Spiritus Sancti à Deo super fideles Catholicos collata: velut quotidie ante thronum Dei, quasi 7. lampades bonæ vitæ, optimisque moribus, atque doctrinâ quotidie alios accendentes præclarissimè splenderent. Unde S. Joannes in Apocalypsi. *Septem lampades ardentes procedunt ante thronum, quæ sunt Spiritus Dei*, quos prævidens S. Doctor Ambrosius religiosè 24. Subdiaconos ad honorem Dei, & Ecclesiæ suæ ordinando benedixit. Quibus Catholicè ordinatis omnibus Magistris instituit, quorum unus Archidiaconus, alius Archisubdiaconus vocaretur.

(10) Cod. recentior per legationem.

(11) Inter vana colligenda quæ vera sunt *Puricellus*. Et sanè is in sua dissertatione Nazariana cap. XXXVII. nu. 8. Landulphi auctoritatem aliis etiam veteribus monumentis firmavit: tabulis nempe in ipsa Nazariana Basilica publicè expositis, & memoria quæ in Archivo servatur, & ab eodem Puricello publici juris facta est, ubi de festo translationis reliquiarum beatissim. Apostolorum, quod celebrant adhuc ejusdem Ecclesiæ Canonici die VIII. mensis Maji. Situm etiam arcus Romani studio pariarum rerum curiosè investigavit, asseruitque pluribus argumentis Apostolorum hanc Basilicam, quæ inde à translato S. Nazarii corpore, Nazariana etiam appellata fuit, ante Ambrosianam celebratissimam à S. Archiepiscopo ædificatam fuisse, anno circiter 382.

C A P. VI.

De Sancto Simpliciano.

Idem per tempus S. nomine Simplicianus Archidiaconus vir totius bonitatis, totiusque religionis, ac totius sanctitatis, & totius charitatis, totiusque pietatis; totiusque castitatis, gratiaque divina repletus, qui Romam tendens jussu (10) B. Ambrosii, & ejus admonitus scientia Ecclesiam Dei, & B. Petri Apostoli multis hæresibus scissam, dispersam, atque divisam ad unitatem Catholicæ fidei revocavit: de qua Dominus dixerat ad Petrum, *Ego pro te rogabo, Petre, ne deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos*: Qui Dei Evangelium per omnes regiones Urbis Romæ disseminans velut bonus, & strenuus agricola colligens fructum centesimum, tricesimum, & sexagesimum multos ad Christum convertebat. Inter quos quidam Philosophus vir sapientissimus nomine Victorinus divitiarum magnarum credidit, quem Quirites Romani, ut dignus erat, pro patre, & domino diligebant, atque timebant. Quin etiam revelante Dei gratia reliquias BB. Apostolorum Petri, & Pauli cum viris Religiosis, qui Cardinales vocabantur, & cum omnibus Romanis, quos Catholica fides devotos habebat mirificè, summaque cum devotione condidit, & ornavit. Revertens B. Simplicianus ab Urbe Roma ad B. magistrum, & reverendissimum Ambrosium reliquias particulæ Apostolorum Petri, & Pauli curiosè, summaque devotione ei obrulit. Quo factò B. Ambrosius summo gaudio summaque letitia omnium aliorum Apostolorum studiosè acquisivit (11). Quibus adquisitis honestissimam Basilicam ad modum Crucis in Romana parte inter Portam, quam Romanam vocant, & Arcum, qui Romanus Triumphalis dicitur, honorificè condidit, in qua omnium Apostolorum reliquias summa cum diligentia, summoque studio, magnoque cursu Episcoporum, Clericorum, laicorum, mulierum, juvenum, senum virbium vicinarum apposuit, unde usque hodie Basilica Apostolorum vocatur; At quid idem S. Ambrosius super hanc Ecclesiam dictaverit, & S. Nazarii honorem verificavit ore proprio audiendo cognosco:

*Condidit Ambrosius templum, Dominoq; sacravit  
Nomine Apostolico, munere, reliquiis.*

*Forma crucis templi est, templi victoria Christi  
Sacra triumphalis signat imago locum.*

*In capite est vitæ templi Nazarius alma.*

*Et sublime solum martyris exuviis.*

*Crux ubi sacratum caput extulit orbe reflexo*

*Hoc caput est templum, Nazarioque domus.*

*Qui fovet æternam victor pietate quietem,*

*Crux cui palma fuit, crux etiam sinus est.*

*Tertia sed media mors impedit edita cuncta (12).*

CAP.

(12) Hæc de Ambrosiano epigrammate laudatus Puricellus. Caterùm postremus ille versiculus ab ipsomet Landulpho, & parum aptè superadditus fuit. Quocirca etiam prætermisum ab aliis omnibus ego adhuc vidi, quotquot adhuc viderim epigramma illud recitantes. E. Jani Gruteri monumentis Christianis id ipsum, tamquam Ambrosii Auctoris, recitatur etiam ab eruditissimo Jacobo Sirmundo in suis ad Ennodium Ticinensem notis. Fontana in suis additamentis ad nostrorum Archiepiscoporum catalogum, qui penes Aloysium Ecclesiam meritissimum nostræ urbis Secretarium erat, hoc idem recitaturus sic præfabatur ex Andree Alciati antiquario. Fragmentum est in fornice ædiculæ Crassorum literis majusculis, quod à D. Ambrosio Nazario Martyri positum Alciatus memorat. Ad ejus verò finem legit etiam Aurelius Ambrosius Episcopus, & demum addit: Sic etiam vetus codex &c.

## CAP. VII.

*De Notariis, Lectoribus, & X. Ferulis.*

**Q**uo in tempore Notarios ordinavit, qui Acolythi usque hodiè vocantur, quibus magistrum imposuit. Et Lectores, ut invenit, & confirmavit multum laudans, & eos magnificans. Et quandoquidem per multa tempora per multos Episcopos noverat cum Primicerio suo ordinatos, timuit aliquid dicere, & confortans eos in omnibus gratias agens benedixit. Ut autem omnia essent perfecta decem Religiosos viros quasi per Decalogum legis super decem homines proposuit: in primis Primicerium Presbyterorum, in secundo Archipresbyterum, in tertio Archidiaconem, in quarto Archisubdiaconem, in quinto Notariorum Magistrum, in sexto collaudavit, & confirmavit Primicerium Lectorum: in septimo puerorum magistrum, qui magister scholarum dicitur: in octavo Ostiariorum, qui custodes vocantur: in nono verò virorum, & mulierum Deo devotarum, quæ quotidie offerunt panem, & vinum, novum, & vetus Testamentum significantes, ii & ne populus vacuus videatur quotidie panem, & vinum Deo offerunt: in decimo scholarium virorum: ii omnes debitè suos ordines observabant, & obedientiam prioribus, & charitatem fratribus secundum doctrinam Apostoli custodiebant: *obedite Præpositis vestris in Domino, & illis subiacete, & per charitatem servite invicem.* In quorum specie Dominus discipulos suos admonet, dicens, *In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si &c.* Itaque dilectio, sicut dicit Apostolus, erat illi sine simulatione, odientes malum, adhærentes bono, charitatem fraternitatis invicem diligentes, honorem invicem prævenientes, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus Sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes, habentes, aut donantes secundum gratiam, quæ data est illis, differentes secundum gratiam prophetiæ, secundum rationem fidei, sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina, qui excedit in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

## CAP. VIII.

*De Sacerdotibus Decumanis, & baculo cum corio.*

**V**idens postea Beatus Simplicianus septem prædictorum ordinum labores augeri ex augmento Ecclesiæ Dei in manibus ejus; tres viros cantu peritos adjunxit, necnon XXVIII. Sacerdotes, qui cum aliis LXXII. conjuncti faciunt centum, quapropter decies deni vocantur, inde est quòd Decumani vocantur: seu, quia cum XXIV. Cardinalibus hujus urbis officia implentes, postmodum ab omnibus decimas cunctorum suscipiebant; inde Decumani quasi Decimani à decimis dicuntur, vel quia totius Metropolitanæ Ecclesiæ regimen in officiis Ordinarios coadju-

(13) Ab utroque codice lectionem præcedentium duorum capitum ita restitui, quæ Amanuen-

**A** vabant, ideo Decumani quasi decus majorum, idest Ordinariorum, seu Cardinalium sunt vocati.

Omnibus sic ordinatis, politè induti, ferulas superiùs & inferiùs ornatas corio ad ostendendum officia, aut dignitatem in manibus quotidie deportabant, ut unusquisque subditos suos in virga & baculo corrigeret, & emendaret secundum Prophetam: *virga tua & baculus tuus ipsa me Domine consolata sunt.* Ideoque Primicerius Presbyterorum monebat subditos per virgam Dei dicentis ad Moysen: *non habebis Deos alienos coram me.* Archipresbyter suos, dicens: *non faciatis sculptile, nec similitudinem aliquam idolorum.* Archidiaconus suos: *non assumetis nomen meum in vanum.* Cætera autem, prout unicuique ordini conveniebat, disposuit; ut quot fuerunt plagæ contra Pharaonem in Ægypto ad mortem, tot essent remedia salutis ad vitam in veteri, & novo testamento; unde si quis semel peccabat, decies emendabat. Quibus religiosi. Simè ordinatis, antiphonas, responsoria, psalmos, & cætera, quæ Divino cultu apta erant cum viris musica arte imbutis psallere sataguit secundum illud Davidicum: *Deus canticum novum cantabo tibi: in psalterio decem cordarum psallam tibi.* Itaque Ecclesia Dei per ipsum reffloruit, ut lilium inter spinas, & per omnes gentes odoris suavitatem dedit; utque lucidissimè cuncta ordinaverit non est mei arbitrii edisserere, sed Dei, qui ab æterno sole clariùs cuncta cognovit (13).

## CAP. IX.

*De Sancto Augustino.*

**E**odem tempore contigit, ut quidam sapiens, tamen errore Manicheorum seductus nomine Augustinus argumentis Dialecticæ armatus, & postea Dei fidelis, & catholicus vivens Episcopus, eum in Ecclesia Hymali non orationis curiositate, neque secundum causam utilem videndi, & audiendi Domini mysterii, sed repræhendendi gratiâ B. Ambrosium de Incarnatione Domini ad populum invenisse tractantem, & prædicantem, oblitus sui, & suorum omnium cogitationum, pallens, & tremens omnibus, qui erant, videntibus obrigit. Quinetiam finita admonitione, quam ad populum B. Ambrosius ministrabat, privatim ad eum Augustinus pervenit. At B. Ambrosius cogitans ejus scientiam, patefactâque ejus disciplinâ, quid in arte valeret, qualiterque in fide Catholica dissentiret, & per Spiritum Sanctum cognoscens, qualiterque fidelis, & catholicus futurus esset, placidissimè, & multum charitative eum suscepit. Itaque lætabatur B. Ambrosius super eum, sicut in Evangelio de quodam patre legitur, qui cadens super collum filii sui, quem perdiderat, & imponens anulum suum in digito ejus, plorans deosculabatur eum, & improperans alium fratrem zelo nimix insidiæ ductum dixit; Hic frater mortuus fuerat, & revixit, perierat, & inventus est. Et item sicut in alio Evangelio de Pastore bono legitur, *qui relictis nonaginta novem in deserto quærens invenit ovem quam perdiderat, & imposta in humero suo, gaudet, & veniens convocat amicos, & vicinos suos dicens,*

sum vitio in uno manca est, in altera extraordinem.



*eens, congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quam perdideram. Unde Dominus dicit: Amen, Amen dico vobis, quia majus gaudium in celo super uno peccatore penitentiam agentem, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent penitentia, & ut in alio loco legitur de muliere illa, quæ lætata est super drachmam, quam perdiderat: & convocat amicas, & vicinas suas dicens: congratulamini mihi quia inveni drachmam, quam perdideram. Tandem nutu divino, non post multos dies, sicut multis videntibus, & sibi consentientibus, palam obseraverant, sic in fontibus, qui B. Joannis adscribuntur (14) Deo opitulante, à B. Ambrosio, cunctis fidelibus hujus urbis adstantibus, & videntibus, in nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis baptizatus, & confirmatus est. In quibus fontibus, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis, Te Deum laudamus, decantantes, cunctis, qui aderant, audientibus, & videntibus, simulque mirantibus, in posteris ediderunt, quod ab universa Ecclesia Catholica usque hodie tenetur, & religiosè decantatur. Et quasi ditati multis divitiis, & inestimabilibus margaritis, mutuò in Deum lætantes, & cum gratiarum actione cibum fumentes, lætati sunt, & gaudio magno gavisi in Deo confortati sunt (15).*

C A P . X .

*De observandis IV. Conciliis.*

**I**nterea præter illa, in quibus quotidie Clerum suum informabat, quædam omnimode, & inviolabiliter conservanda, atque tenenda, & super omnia custodienda sacerdotibus tradidit; scilicet, ut quatuor principalia Concilia, in quibus Græci, & Latini, & Catholici fideliter concordant, tenerent, in quibus Catholica fides integra, & inviolata permanet. Quin etiam ab Apostolis & aliis Sanctis Episcopis illa quatuor Concilia dicebat, ita esse sancta, & confirmata, ut, si quis in illis aliquid auget, vel diminueret, anathematizatus, & excommunicatus permaneret. Itaque sicut quatuor Evangelia sunt observanda, & tenenda, & credenda, sic ista quatuor in omnibus Concilia. Quæ Concilia quantum timori, & quantum amori, quantumque reverentiæ B. Ambrosio fuere, ipse super Nicænum Concilium in Epistola ad Clementissimum Valentinianum Aug. directa ostendit, dicens: *meritoque Concilium istud exhorreo sequens tractatum Concilii Nicæni, à quo nec mors, nec gladius poterit separare. Quam fidem & parens Clementiæ tuæ Theodosius Beatissimus Imperator & sequitur, & probavit.*

(14) Hoc loco ita in margine scriptum antiquo caractere. Fuit ergo B. Augustinus baptizatus in Ecclesia S. Joannis ad fontes, quæ erat inter Ecclesiam majorem, & S. Thecla funditus eversa. Locum hujus Ecclesiæ, in qua olim erat Baptistrium masculorum, mihi frustra inquirenti designavit Clariss. Saxius noster ex veteri tabella topographica in Archivo RR. Beneficiorum Basilicæ Metropolit. aservata, quam vidisse testatur etiam Puricellus Dissert. Nazariana cap. 98. num. 13. & in vita S. Laurentii Littæ cap. 32. num. 12. & 13. Signatur ibi in anteriore angulo majoris Ecclesiæ versùs meridiem, in eo ferme loco, ubi nunc regium palatium inter majorem Ecclesiam, & S. Gottardi. Et sanè census adhuc annuus Rev. Fabricæ in eam causam solvitur. Non me later alios alibi sacro fonte ablutum D. Augustinum scripsisse, nec Tom. IV.

**A** Hanc fidem Gallia tenent, hanc Hispania cum pia Divini Spiritus confessione custodiunt; est enim in illis ut nemo per aliquam occasionem turpis vitii incurrat incontinentem se videns fratrem suum, nisi circumveniat in negotio. Ob quam causam molitum in Ecclesia universali, ut sacerdotes, aut virgines erant, aut castè cum uxoribus manebant: quatenus si Deus præordinasset, ut si aliquis ad Episcopatum annuente Deo veniret, vel virgo, vel unius uxoris vir inveniretur. Unde dicit Apostolus: *oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, pudicum, ornatum, hospitalem.*

C A P . X I .

*De Monogamis Sacerdotibus.*

**T**ransactis annorum multis curriculis, vivente tamen B. Ambrosio, gravissima dissensio inter Sacerdotes Monogamos, & alios sub virginitate, aut castitate degentes in Synodo coram Apostolico orta est. Quamobrem orta dissensio inter Sacerdotes Monogamos, & alios castè simulantes se vivere, fere usque ad mortem, & ruinam suorum, & aliorum devenerunt. Quod factum est Apostolico imperante, & multis Catholicis Episcopis exhortantibus, in judicio B. Patroni nostri Ambrosii à partibus ambabus datum est, affirmantes quidquid ipse diceret, tenerent, & firmum, atque sanctum haberent. At B. Ambrosius videns, atque cognoscens sensus humanos, & sancta consilia, & omnes pronos ad peccandum, maximè propter incontinentiam, sciens aliquem neque virginitatem, neque castitatem, nisi à Deo posse habere (16), os suum aperiens, quod in lib. jam dictaverat de officiis, ait: *de Monogamia Sacerdotum quid loquar? Quin una tantum permittitur copula, & non repetita, & hæc lex est non iterare conjugium &c.* (17) sic dicens statim illos, qui peracta castitate esse videbantur, condensationem, & charitatem circa fratres suos minimè habentes compescuit: de qua dicit Apostolus: *si habuero tantam fidem, ut montes transferam, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil sum.* Sed sese non videntes, & illud, quod dicit Apostolus minimè intelligentes, dicens: *Tu quis es qui judicas alienum servum, suo Domino stat, aut cadit, stabit autem.* Sed revocans ad amorem fraternitatis verbum Apostolicum, introducens dixit: *Deus non vult coacta servitia; Et ita noli fratrem tuum contristari, neque prodire, pro quo Christus mortuus est.* Itaque Græci Sacerdotes Ambrosianam tenentes sententiam, usque hodie sanc-

**E** ipse certi aliquid temerè ausim affirmare. (15) Satis in hunc locum animadvertit Clariss. Muratorius in sua Præfatione. (16) Quo sensu hæc omnia sint accipienda, vide in subsequenti Puricelli dissertatione. (17) *Locus malè relatus & intellectus, unde maxima corruptela Ecclesiæ Ambrosianæ, & perniciosi tumultus toto hoc libro expressi. Sanctus Ambrosius autem lib. 1. cap. 50. & ultimo sic habet: De castimonia autem quid loquar, quando una tantum, nec repetita permittitur copula? In ipso ergo conjugio lex est non iterare conjugium &c.* Hæc adnotata sunt in margine caractere à Puricelliano diverso, & ipse quoque legerat, ut testatur in sua dissertat. quam in calce Landulphi recudimus num. X. & XI. ibi genuinus sensus S. Doctoris explicatur, quem hic & lib. III. cap. XXIII. Landulphus detorserat.

citum, & pro lege sacra habent, ut quando in Sacerdotio ungentur, aut virginitatem exinde promittunt, aut uxores in testimonio virorum bonorum sibi sociantur, & si contingit, quod uxor sua moriatur, aut castè vivunt tenentes Sacerdotium, aut Sacerdotium amittunt, si se amplius alicui foeminae sociantur. Quorum Ecclesiam in quamplurimis officii B. Ambrosius venerabiliter imitatus est. Quin etiam Sacrificium eorum, scilicet fermentatum, cum nostro, scilicet azymorum, in celeberrimis festivitatibus, maximè in Resurrectione Domini ad collaudandum, & confirmandum, atque roborandum, ministrantibus Angelis, & sanctificantibus, benediceret, confirmaret, & consecraret. (\*) Unde idem ait S. Ambrosius: *stant Angeli ad latus Altaris, & sacrificant Sacerdotes Corpus, & Sanguinem Christi psallentes, & dicentes, Gloria in excelsis Deo.* Sed Deus, & Dominus noster volens tantum, & tam magnificum Episcopum, velut emeritum militem multum in militia Domini sui triumphantem, & desudantem, multis præmiis, multisque honoribus, ineffabilique remuneratione honorificare, & glorificare, de ergastulo carnis ad æternam gloriam Angelicis Choris stipatum exire præcepit. Ude dicit Apostolus; *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Qui Clerum sibi commissum, & oves à Deo sibi creditas precibus, & vocibus, atque lamentis, moriens, Deo, in quo sunt omnes thesauri scientiæ absconditi, instanter commendabat. Insuper per Spiritum Sanctum intelligens multos Pseudo-Christos, & Pseudo-prophetas in vestimentis ovium venturos, Ecclesiam Dei, & populos ejus per falsam doctrinam subversuros, de quibus Dominus per Evangelium dicit: *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hoc prævidens Sanctus, & Reverendiss. Ambrosius Clerum, ac populum, Deum orans quotidie armabat, dicens: *Libera nos ab Hæreticis, ab Arrianis, à Schismaticis, à Barbaris, quia tu solus Dominus, tu solus Altissimus Christe.* Quo exiente de corpore quantus dolor nobilium, & quantus gemitus Clericorum, & quantus planctus orphanorum, & quanta crebra Monachorum suspiria interfuere, mea lingua narrare, & meus calamus scribere non valet, & obsequium quantis ejus miraculis coruscavit, mihi enarrare non vacat. Sed ordinato Beatissimo Simpliciano in Episcopatu, quod minus esse videbatur, Deo adjuvante, implevit, & quod ordinatum invenit, inviolabiliter tenuit, & firmavit, ita ut nullus Episcopus amplius augeter aliquid, aut dimineret.

## CAP. XII.

*De Chrismon S. Ambrosii secundum Datium Episcopum Mediolanensem.*

**D**eterminatis, ac definitis Sanctæ Ambrosianæ Ecclesiæ Ordinibus, datisque figuris rationabilibus, in quibus Deus per clementiam suam S. Ambrosii suffragiis non immeritò aperire posteris benignè concessit, nunc qualiter ipso adjuvante Cathœcumeni Ecclesiam Hyemalem ingrediantur, secundum ordinem, quem vidi, cordeque cognovi, & à fidelibus comperi, fideliter edicam, quæve


(\*) Vide Joannem Mabillonium in sua Dissertatione de pane azymo & fermentato, ubi de


**A** causa regias Ecclesiæ ejusdem occidentales non introeant, ac super Sanctum Chrismon à subdiacono, & Hostiariis, ut doceantur, introducantur, charitative intimabo. Igitur Cathœcumeni, quibus jam Deus per suam summam misericordiam, sale degustato sapientiæ, & naribus, & auriculis sputo Sacerdotis delinitis, nec non sæculo, & pompis ejus abrenunciatis, manumque sacerdotis Ecclesiam intrandi licentia quodammodo concessa est, Subdiacono, & Hostiariis eos introducentibus, intrant Ecclesiam a parte Orientis. Unde ab Oriente? Quoniam summa Dei Sapientia oriens ex alto illuminavit eos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedebant, prophetâ attestante, qui ait: *Sedentibus in tenebris, & umbra mortis lux orta est eis.* Et item Prophetarum eximius David; *Exortum est in tenebris lumen rectis corde.* His omnibus ingredientibus, Sacerdos, & Diaconus clauso cum Evangelio, ut cognoscant Sancti Evangelii secreta indigni esse videre, & ne illi videant, qui videre non debent, & audiant, qui servare non possunt, & Subdiaconus cum thuribulo incensi, ut in conspectu Dei per boni odoris operam, quandoque appareant, seu Diabolus per sanctæ fidei devotionem, qui eos per multa invaserat tempora, inremeabiliter ipsos deferens fugiat, & cereo ardente, Spiritus Sancti præsentiam significante obviantur. Quo facto, cum ad Sanctum Chrismon ducti sunt, studiosè, ac religiosè super eodem, quid significat, docentur: vos, quos Deus ad imaginem, & similitudinem suam ab initio omnia prævidens benignè creavit, hoc signum Alpha, & Omega continens, quid significat corde, & auribus animi cognoscentes percipite. Itaque quod A, Ω, primum, & novissimum Cœli, & terræ Creatorem, & omnium creaturarum auctorem credite, de quo quod Esaias Propheta Spiritu Sancto repletus dicat, audientes cognoscite: *ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Ego sum; ego sum Dominus, & non est absque me Salvator. Delevi ut nubes iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Dei Omnipotentis designatâ notitiâ, qualiter ante sæcula, & in sæcula, & post sæcula fuit, & est, & erit: quaque pietate verbum: cum quo ab initio, & ante sæcula omnia componens, Cœlos paravit, incarnari Spiritu Sancto concipiente permiserit, & quomodo homo natus est ex virgine, suo sanguine pretioso humanum genus redemit, ac vulneratus, & sicut ovis ad occisionem ductus sit cognoscite. Cinis, cujus pulvere Chrismon est totus signatus, Christus est Dominus, qui carnem de virgine suscipiens, cinis ut homo mortalis, Deus de Deo, lumen de lumine, Spiritu Sancto concipiente, filius est. Crucem autem, quam in Cruce conspicitis, Christus est Deus Dominus, ac noster Redemptor, qui nos Crucis patibulo suo sanguine pretioso, quasi ovis ductus ad immolandum, immeritos redemit. Unde Esaias Propheta dicit: *sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum in humilitate.* Item vulneratus est propter iniquitates nostras, afflictus est propter scelera nostra: passus autem pro nobis mortem, ac multas injurias, admonet

nos

Landulphi nostri testimonio.







nos, dicens quotidie: *revertere ad me quoniam redemi te: Laudate Cæli, quoniam fecit Dominus misericordiam.* Cilicium præterea, quod his figuris subesse conspiciatis, peccatores vos esse conspiciatis, & æterni regni gloriam primi parentis prævaricatione amisisse. Unde ad Deum vestra peccata plangentes corpore, & animo convertimini; de quibus Dominus per Prophetam: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu, quia nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat.* Itaque, fratres charissimi, imitemur habitu in cinere, & cilicio, cum Propheta jejunemus, & ploremus ante Deum, quia multum misericors est, dimittens peccata nostra. Cum autem ad sacri Baptismatis Sacramentum, Deo annuente, in proximo veneritis, Catholicæ fidei documentis imbuti, gaudentes, per bonorum operum perseverantiam beatitudinem æternæ gloriæ credite acquisivisse, quam olim prothoplausti Dei mandatum prævaricantes inconsultè amiserunt; Præterea quòd omnia signa hæc è cinere facta conspiciatis, vos esse mortales cognoscentes, sperate in eum, qui vos redimere suo sanguine pretioso dignatus est. Quòd autem octo virgulas protendentes ad spheram videtis, octo beatitudines fidelibus fore promissas à Deo in æternum cum Christo semper mansuras, sive quia octo sunt hujus sæculi, & futuri, quasi in sphaera diu, noctuque currentes ætates, de quibus quidam sapiens: *sex etenim sunt hujus sæculi ætates notissimis temporum distinctæ articulis, in quibus pro Deo laboribus insistere pro adipiscenda requie sempiterna ad tempus operari necesse est.* Septima est ætas, non in hac, sed in altera vita quiescentium usque ad tempus resurrectionis animarum. Octava autem ætas ipsa est dies resurrectionis, sine ullo temporis fine beata. Sed ubi sunt istæ beatitudines nisi in sphaera, hoc est in Deo, qui non clauditur sine, nec iniitiis augmentatur? Quin etiam spheram illam rotundam, sine, & initio carentem, quam hæc omnia continentem videtis, est ipse, quia in Apocalypsi loquitur, dicens: *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis* (18).

C A P. XIII.

De Crucis Antiphona, à Datio.

**C**Rucis antiphona, qua mysterium Dei, & Sanctæ Ambrosianæ Ecclesiæ prærogativa quotidie adornatur, allegoriam reverentissimam compræhendere, & continere approbatur; Dum enim canticum, quod Zacharias Joannis Propheta ad Dei honorem prophetauit, cantatur, ac lectionibus perlectis Lectores suo cum Magistro, & Hostiarii, choro ordinibus majoribus dimisso, tollunt de sacrario tres cruces argenteas, & summa cum reverentia foris Ecclesia deportantes, tribus cereis unicuique superardentibus, Sancti Spiritus præsentiam, significantibus, Ecclesiæ regias ordinate intrant. Bene de Secretario cruces tolluntur, quia de secretis Dei nobis apparuit Christus, cujus cruce muniti ab omni potestate aërea, ipso protegente, liberamur. Cruces de secreto

(18) Extat adhuc in Metropolitana Ecclesia vetus lapis muro impactus prope Sacrarium à latere meridionali, qui Christum (latine oraculum dicimus,) monogramma sacri nominis Christi exhibet, novis ornamentis, & epigraphæ Tom. IV.

**A** tolluntur, quia de secretis terrore Gentilium populi crucem Christi bajulantes, Dei Ecclesiæ limina, ut Christum sequantur, devotè intrant. Unde Dominus per Evangelium intonat dicens: *Qui Crucem Christi bajulaverit, salvus erit.* Tres ideo sunt cruces, ut omnes tres mundi partes, videlicet Asia, & Europa, & Africa cœli & terræ Creatorem cognoscentes, verbum quoque Sanctum de Virgine natum, ac Spiritu Sancto conceptum credentes, Unitatem in Trinitate, & Trinitatem in Unitate actualiter confiterentur. Quæ omnia fidelissimi Catholici, Catholica fide à Deo imbuti Patres nostri in Concilio Niceno confitentes dixerunt: *Fides autem Catholica hæc est, ut unus Deus in Trinitate, & Trinitas in Unitate veneretur.* Intrantes autem Lectores, & Hostiarii cum signis inveniunt Archiepiscopum extra chorum Archidiacono dextram, & Archipresbytero lævam regentibus (19), nec non ipsum ut Moysen verò sustentantes; quatenus gratia Sancti Evangelii novi, ac veteris Testamenti sententiis, ac figuris confirmaretur, sive dilectionis Dei, & proximi, Sanctæ Ecclesiæ quasi columnis sustentaretur, & aleretur humanis, ut ad Cœlorum gaudia Deo annuente ascendere & volare mereretur. Unde S. Prosper ait: *qui caret istis geminis, alas virtutum non habet, unde volet ad regna cœlorum.* Quibus introgressis, ac secundum ordinem ordinatis, cum Propheta Deum laudante cantant in excelsis, secundum quod dicit, *Laudate Dominum de Cælis, laudate eum in excelsis.* Ipse enim dixit, & facta sunt, mandavit, & universa creata sunt; Exinde Cardinales XXIV., & Notarios multos à parte Orientis inveniunt, nec non ab altera parte Occidentis Diaconos VII. & Subdiaconos XXIV. vultibus eorum ad Orientem versis, secundum quod dictum est; *ab Occidente & Oriente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob.* Interea signis elevatis, sicut Ordinis Religio exposcit, antiphona sexies extra Chorum in corpore Ecclesiæ magno clangore decantatur. Unde Esaias Propheta loquitur dicens: *Omnes habitatores urbis, qui moramini in terra, cum elevatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangorem tubæ audietis.* Antiphonâ autem sexies decantatâ, ventum est ad Chorum, ubi omnes ordines in communi semel ipsam vocibus altis, atque sonoris cantant. Sic enim septies, universis in suum locum astantibus, ad Dei honorem, & gloriam decantatâ, septem dona Sancti Spiritus clementer fidelibus esse donata ostendunt. At ut ea, quæ dixi, & dico vera appareant, sententiis Sanctorum, & gloriosissimi Confessoris nostri Ambrosii confirmare, & approbare satagui. Qui quibus modis, quibus de causis hymnos, & cantus cantavit, audi non me, sed ipsum in *Beati Immaculati* tractatu. *Quæ enim bene tenemus cantare confuevimus hymni: nobis canticum, nobis psalmi, nobis justificationis sunt, psallamus spiritu psallamus & mente.* Ut expelleret & eliminaret obliviam à domo sancta sua, cantores sibi fecit verus Salomon, qui toto spiritu conquiendæ cognitioni divinitatis intenderent, nec psallentes deessent Ecclesiæ suæ, quorum cantu nequam spiritus fugaretur, Prophetæ quoque

ut decoratus. Ejus forma, quam hic representatam volui; Landulphi locum illustrat. (19) Archidiaconus ergo erat major Archipresbytero. Puricellus.

ut prophetarent, psallendi peritos videbant psallere, quòd suavi invitata dulcedine spiritualiter gratia infunderetur. In Evangelio legimus, in domo patris illius filium recuperantis percipuisse symphoniam, qua epulantes delectabantur fideles, perfidus autem impatienter audiebat. Dulcis igitur cantilena, quæ non corpus effœminat, sed mentem, animumque confirmat. Ideoque canticum dicitur dum Testamentum, quia remissionem peccatorum; denique *justitias* in scripturis Evangelicis suavi mentis exultatione concinunt. Ipse quoque Dominus non dedignatus est dicere: *Cantavimus vobis, & non saltastis*. Et Propheta: *cantabiles mihi erant justificationes tuæ*. Et item: *psallam tibi Deus in cythara Sanctus Israel. Gaudebunt labia mea cum cantavero tibi, & anima mea, quam redemisti*. Cantabat hæc lætus tanquam his melioribus epulis pasceretur. Denique cantavit Moyses, qui legem accepit. Cantavit autem Maria soror Aaron in tympanis, & choris. Et, ut populi intra se, velut mare procellosis tempestatibus dissidentis, animos mulceret, ait in libro Exameron: *plerumque mari comparatur Ecclesia, quæ primo ingredientis populi agmine totis vestibulis undas vomit. Deinde in oratione totius plebis tanquam undis resluentibus stridet cum responsoriis psalmorum, canticis virorum, mulierum, virginum, parvulorum consonus undarum fragor resultat*.

*Oratio Historiographi ad Deum, & Trinitatem ejus, in qua quicumque legerit hujus libri intentionem, & Cleri totius Ambrosiani divortium comperiet, quo multi miserè tractati sunt.*

**J**esu Christe splendor Patris, via, veritas, & vita,  
Omnium Redemptor piè cunctorum æquitas  
Universos qui te quærunt tua replet charitas.

Deus Pater, Verbum Patris, Spiritus paraclitus  
Tres personæ, unus Deus, semper individuus,  
Cuncta regens, & coercens, sedens ut altissimus.

Qui quos vis benigno replet Spiritu scientiæ,  
Et elingues facis esse magnæ eloquentiæ,  
Tui guttam vivi fontis mihi quæso porrige.

Benedictus, & laudandus in Sanctorum gloria,  
Quorum corpora truncata redolent ut lilia,

(20) Legendum permiscet.  
Iterum in S. Arialdum, & socios insurgit ver-

**A** Cui debent summam laudem Angelorum agmina.

Cum tu sis, Salvator noster, unica defensio,  
Jubilum quæ præstitisti Populo Judaico,  
Adsit mihi tua virtus nutrix in perpetuo.

De tantorum peccatorum venia te flagito:  
Quidquid juvenis peccando egi in hoc sæculo,  
Ut cum veneris tu Judex in tuo judicio.

Heu mihi, qui tot annis vixi in hoc sæculo,  
Numquam bona perpetravi conscius in animo,  
Flagrans intus, ardens foris, ullo sine termino.

**B** Omnes juvenes & Clerici vobis dico maximè,  
Quibus ætas, atque visus candet isto tempore  
Verbis vanis, atque jocos multa quæso parcite.

Ætas quondam deaureata venit in argentea,  
Nuncque ærea infelix nostris misit ferream,  
Atque modò malo nostro nos invenit lutea.

Hoc testatur, hoc cognoscit Plebs antichristiola

Longa peste jam seducta valdè per hypocritam  
Qui permittit (20) vera falsis Arte diabolica.

**C** Sedem nam Ambrosianam, atque ejus Clericos  
Comites duos majores, atque ejus populos  
Oberrantes nunc videmus per quosdam Schismaticos.

Quos prævidens almus doctor nobilis Ambrosius  
Deum rogat, & precatur Clericorum vocibus  
Ut Schismatici discedant cum suorum artibus.

Qui redundant, & abundant plusquam non est numerus,  
Castitatem simulantes cunctis cum virtutibus  
Rodunt Clerum Sacerdotes ultra quàm commodius,

**D** Et lymphatici ut canes optant præcipitia,  
Cuncta justa, & injusta habentes promiscua  
Ira, odio imbuti, quæ est mala bestia.

Rogo Deum, qui huc misit Barnabam  
Apostolum, Postea & qui direxit inclytum  
Ambrosium  
Det mihi suave loqui Nostrorum dissidium.

ficulis felle, ac livida rabie inspersis.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCI-

# INCIPIIT LIBER SECUNDUS. <sup>69</sup>

## CAPUT PRIMUM.

**I**Nter multa anhelosa, & procellosa, malis hominibus perturbantibus, tempora, in quibus omnes corporis mei sensus ob multarum sectarum varietates conturbantur, & per diversa trahuntur, multum estuando in animo meo consiliatus sum dissidium, quod Ecclesia Ambrosiana à falsis & Pseudoprophetis perpessa est, de quibus Dominus in Evangelio dicit: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*, prout ingeniolium meum narrare valet, & edisserere, memor, quòd Ecclesiarum magister Ambrosius reverendissimus Pastor dixit: *Omnia cum consiliis facito, ne te peniteat operis tui*, qualesque dissensiones, & quales perturbationes præ ficta rudimenta à filiis suis sustinuit, quosque defectus habuerit, non altis verbis philosophorum, sed plano stylo, compositoque sermone labiorum, prout Deus per gloriosi Confessoris, atque Patroni mei Ambrosii concesserit, curiosè narrare studebo, non regum bella describere, non populorum commotiones, aut urbium seditiones pandere, non verborum succis laborem impendere, non otiosis verbis vacare satagui, sciens quòd Dominus per Evangelium intonat, dicens: *An nescitis, quòd de omni verbo otioso reddituri estis rationem in die iudicii?* Propterea timore Domini præventus, & orationibus B. Antistitis Ambrosii fretus, quæ tacenda sunt, tacebo, & quæ in corde scribere deliberavi, ad tutelam animarum, & corporum munitionem in posteris fideliter, Deo opitulante, edisseram, non quærens humanam gloriam hominum, non terrenarum divitiarum rerum, non pompas, aut ornamenta vestium, non domos, non fervos, non ancillas, quæ omnia Imperatores, & Magistratus, Consulesque Romani olim præ cæteris dare consueverunt, sed tantum ad salutem posterorum, corporum, & animarum illorum, visis tantis signis, tantisque virtutibus, & auditis tantis cladibus, tantisque perturbationibus sibi provideant, se seque custodiant, & mei divinis supplicationibus memores sint.

## CAP. II.

### *De Obsidione Regis Lamberti super Mediolanum.*

**S**ANCTI Honorati tempore Archiepiscopi Mediolanensis, ac infelicissimo Rege Lamberto, Italiae, usurpato imperio, imperante, clandestina pestis immensa super urbem Mediolanensem durissimè adorta est. Hæc & ejus civitas à magnificis Imperatoribus orbem universum suo Imperio, ac legibus suis sibi vindicantibus, honorata decenter, & exaltata competentè floruit, atque super ipsam Romam loci amœnitate, ac aëris salubritate ipsam diligenter, ultra omnes Italiae civitates eo tempore sublimantes, multis cum ornatibus Imperialibus auxerunt; At ut verè, & indubitanter quod dico credas, audi quod in verissimis Annalibus, & in descriptione situs Mediolani repperi, qualiter Augustales Imperatores olim magisterio regali ipsam ornaverint, locantes in ea more patrio eximium Augusto-

(\*) Hæc de urbis Mediolanensis descriptione ferè ad

**A**rum dignitati Imperiale Palatium, Theatrum decentissimum, Aumatium, Thermas, quæ sunt calida balnea, ubi Reginae Imperatorum uxores urbem pro tempore incolentes semotim à masculis nitidè mundabantur, & universæ civitatis multitudo, cum tempus, & utilitas exigebat, ad lavandum viris à mulieribus sequestratis sedulè concurrebant. Deinde Viridarium quasi Paradisus Dei diversis insitum arboribus amœnum, nec non Arenam lapidibus & magisteriis diversis ornatam, in qua totius Italiae milites confedere, & ab uno Oratore audire, & competentè intelligere possent. Quin etiam ipsam amplificantes Civitatem, ultra quàm Senones Galli ædificaverant, qui & ipsi Romam præter Capitolium, quot dies in anno, tot turrens densissimas opere grandi ædificarunt, & compleverunt. Præterea super sex Civitatis portas domicilia altissima, & rotunda, ac anteportale altissimum, & triangulare opere decentissimo ædificantes, quæ hostibus barbaricis quasi naturam munita introitum contenderent, agere fataguerunt. Ob quas causas sæpissimè ab ejusdem postmodum Augustis frequentari, & incoli, & honorari cœpit, maximè quòd esset ibi saluberrimi aëris aptissima temperies, locusque ad usus domesticos irrefragabiliter paratissimus. (\*) Hanc itaque Civitatem perosissimam habens impiissimus Lambertus Rex nefandissimus, maximè quia Dux Ilduinus ipsam regens Civitatem sibi minime favebat, regibus cum tribus, ac ducibus multis Franciæ, Saxoniarum, Normandiæ, ac Theutonicæ, ac Barbarorum multitudine innumerabili per X. annos multis ex suis Ducibus, & militibus, & peditibus, sagittis, ac variis tormentis emortuis frustra obsedit. Sed cum jam per multum temporis, cum suis incassum laborasset, & ab omni spe esset frustratus, ac regni opes incassum videns esse expensas, tristitia repletus immensa, iter quo abiret, miser arripuit. Interea quidam rusticus nequissimus, cum jam per tres dies iter cum suo exercitu abiisset, dolens, ac regnum superatum, & conculcatum acclamans, scissis vestibus, quasi verus furiosus pervenit ad Regem: qui cum ad Regem venisset, dedit consilium, quatenus Rex cum suis omnibus obsidionem destitutam validissimis assertionibus iteraret. Ac interea pauci fidelissimi pactum cum civibus, & Duce Ilduino, ut Rex cum suis Civitatem tantum intraret, & exiret, & omnibus civibus illæsis, triginta ex suis Ducibus Sanctis Evangeliiis affirmantibus fatageret. Exinde Civitatem introgressus, ut Dominus Civitatis, & incolentium appareat, & ut meriti sunt, ruptis fœderibus, suos exercere studeat, ac se numquam urbis portas intraturum jurejurando sancivit. Igitur detestabili inito consilio omnia, quæ diabolus per os rustici nequissimi locutus est, ordine Lambertus complevit. Ea tempestate cum cives obsidionem durissimam reintegrari vidissent, & angustiis diversis repleti, consilium Regis, quadraginta Ducibus validissimis sacramentis civitatis integritatem, & civium univerforum incolunitatem jurantibus, audissent, & pavidè suscepissent, cordibus illorum rei veritatem augurantibus, & pravitatem cordis ejusdem Lamberti

verbum supra recitavit cap. XV.

berti non intellexissent, pace, & quiete avidi, Regem Saraceno deteriolem cum suis, ut citò intraret, & exiret, ut ipse sacris Evangeliiis juraverat, malo omine susceperunt. Denique trina nocte post egressionem urbem Mediolani ingreditur, aliquibus proditoribus mænia civitatis frangentibus, juxta Ecclesiam, quæ modò dicitur S. Andreæ ad murum ruptum, sicque, ut Rex juraverat, non per portam civitatis, sed per rupturam ingressus est, ut jusjurandum observare videretur. Quo factò Lambertus crudelissimus, fide, ac Deo oblitus, gladiis evaginat, civium stragem immensam, tam parvulorum, quàm senum, tam juvenum, quàm infantum, furiis plenus demoniorum inhumanè dedit. Quin etiam civitatis palatia, turres, & ejus municipia, omniaque civium munimina, quæ ob civitatis munimentum Breno Dux Gallorum, ac Nerva, ac Trajanus, ac Maximianus crudelis, & alii Imperatores construxerant, malleis, ac manganis destruebat. Eodem tempore B. & S. Ambrosius videns cives, & civitatem hostiliter devastari, atque consumi, in nocte S. Severi & ipse apprensus Lamberto dixit nefando: *ô Dei, & hominum inimice, Deum negatus, ac morte damnatoria dignus, injustè diruens civitates, & ejus munimina, quæ ego ad Dei honorem, & Christianorum incolentium utilitatem benedixi, & consecravi gentiliter, populum interemisti, quem Deus suo sanguine pretioso in cruce pendens redemit. Noscas itaque nec te, nec tuum hæredem diu tenere Imperium, ac morte turpissima, ut canis morieris. Hoc audito, relicta civitate, secum quasi in exilium filium Ilduini ducens Parmam tetendit, cujus nomen erat Azo, quem ætate juvenulum divino nutu adeò dilexit, ut sine puero nihil ageret Rex Lambertus. Qui, cum per tres annos in illis partibus moraretur, quadam die, & ipse spatiare desiderasset, venatu juxta nemora ductus, sparsis canibus, ac intromissis nemoribus, ut venatores sagaci ingenio sylvestrem feram invenire curarent, gravissimo occupatus somno in gremio filii Ilduini, ac servo ejus atlante, quievit, quod ut vidit Azo Ilduini filius, confortatus à servo, omnia mala, quæ sibi, & patri intulerat reminiscens, Regem, multis ambagibus excussis, occidere statuit, cumque gladium non inveniret ad jugulandum, secus se spinam vidit acutissimam, grandemque, qua arrepta, velut canem, ut prædixerat B. Ambrosius, ipsum tractare curavit, ac ipsum, percussâ mamillâ cordialia, protinus interemit. Cujus carnes terribiles vultures, & corvi sinistri rostris avidissimis mandentes sepelierunt, & puer Azo equum ascendens regium, Mediolanum accelerat, ubi civitatem dirutam, quàm meliùs potuit reformavit, Rege à sylvestribus laniato. Quem cum sui milites per tres dies circumquaque vagantes, carnibus abrosis, ossibus tantum apparentibus, invenerunt, & ejus omnia invenerunt vestimenta tabe, & vermibus, ac fœtore fœdidissima, tristes, ac miseri sepulturæ, non ut Regem, dederunt. Qua tempestate cum venissent in Italiam dirissimi Longobardi non-*

A parcentes juvenibus, nec senibus, qui & ipsi Gentiles ingentiliter se se habentes venerunt Mediolanum. Hos prævidens B. Archiepiscopus Honoratus, sciens civitatem devastatam, necnon à peste vermium crudelissima, & hominibus innumerabilibus emortuis, & cives bellatores à crudelissimo Lamberto fore gladio dilaceratos, omni Ecclesiæ thesauro arrepto tendens in Januam, ut à manibus Longobardorum eriperet, fideliter deportavit. Hic enim post aliquot dies capta civitate à Longobardis, quæ muro, & turribus devastata diu teneri non potuit, Dei misericordiâ, & ejus patientiâ summam amicitiam Regis, & Longobardorum adepta fuit, in tantum ut multis privilegiis, multisque ceremoniis quidquid Archiepiscopatus haberet ab omni gente, & Rege intacta, & illæsa permaneret. Unde postea Desiderius Rex Longobardorum Dei misericordiâ factus Christianus, inibi S. Vincentii Ecclesiam, & Monachorum Cœnobium pro animæ suæ remedio multis ornando prædiis, & castellis ædificavit. Cujus actus gravissimos postea habens Hadrianus, qui & ipse Pontifex Romanus Carolo Magno Pipini filio, ut suas civitates à manibus Desiderii erueret, virgas Episcopales ad investiendos Episcopos, & anulos, citrà fas, & licitum, ut clavum clavo expelleret, primus dedit. Qui mihi autem non credit, legat Pontificale Romanorum, seu gesta Longobardorum, quoniam quæ dixi fideliter tractata ibi reperiet (1). At priusquam clandestinam pestem, quæ Clerum totius Ambrosianæ Ecclesiæ velut torvus leo crudelissimè invasit, dicam, & à quo sedes B. Ambrosii per Symoniacam hæresim contaminata, & violata priùs fuit, enucleare non desinam.

## C A P. I I I.

*De Frontone Archiepiscopo Simoniacè ordinato.*

D Igitur omnibus Episcopis, qui antè admirabilem Confessorem Ambrosium religiosè, & catholicè Episcopatum tenuerunt, ipsoque cum illis Episcopis, qui post eum vice discipulorum Domini subsecuti sunt, ad Cœlorum regna cum Christo tripudiantibus, (2) Frontone, in quo omnes thesauri malitiæ, & pharetræ nequitiarum, & prava ingenia omnium rerum sunt, Cathedram Ambrosianam indignus, & immeritus ut fur, & latro invasit: Qui ortus nobilibus parentibus non in scientia Dei, nec in cultibus divinis operam dedit, sed in auro, & argento locuples, monilibus dives, servis, & ancillis valde abundans fuit: At quantum fuit omnium virtutum bonarum nudus, & pauper, subsequens lectio demonstrabit: plenus avaritia, quæ neque copia augetur, neque inopia extinguitur, de qua dicit Apostolus: *Avaritia, quæ est idolorum servitus; & Dominus in Evangelio: Cupidi & avari non intrabunt in regnum Dei.* Insuper ambitiosus ultra quàm credi potest. Quo factum est: mortuo Hon-

rato

(1) Frustra Landulphus testes vocat, cum temporum & rerum ordinem imperitissimè involverit in hoc capite, sed jam à Doctis. Muratorio in sua Præfatione castigatus.

(2) Non obscure Mediolanenses omnes Archiepiscopos ante Frontonem Sanctos vocat, itaut Vitalem non excipiat, quem Pelagio Sum. Pontif. infensum ob consecratum temerè Pau-

linum Aquilejensem Patriarcham, ex ipsius Pelagii literis ad Narsetem, suspicantur Eruditi, & potissimum Papebrochius, qui in sua exegesi de Episcopis Mediolanensibus notaverat Vitalem hunc nullibi Sancti elogio donatum, licet in tabula Synodali laudetur, & in gratiam Pelagii restitutus credatur.



rato Episcopo tantum in nomine, quantum in officio honorandus, qui octavus decimus (3) post B. Ambrosium sedit, turba nobilium, & populo immenso Catholico, religioso, & catholicè Episcopum in Deum quærentibus, & desiderantibus cum universo Clero (4): ecce subito fascinatis utrarumque partium, populi videlicet, & nobilium, immensa perturbatio orta est. Igitur electione perturbata, Fronto omnibus bonis nudatus, multisque vestitus vitiiis, spiritu maligno repletus, sciens se per catholicam electionem cleri, & populi Episcopatum minimè habere posse, cum immenso pondere auri, & argenti, cum paucis etiam nobilibus, Imperatoris curiæ detestandæ cursu rapido tetendit. Concilio autem inito, præter illa, quæ manu dedit, ut Episcopatum haberet, inestimabilia pondera auri, & argenti Ducibus, & Comitibus, & omnibus, qui imperialibus jussis quotidie deserviebant, promisit. At Imperator cognitâ ejus nequitia, & omnem Imperator Frontonis intentionem prævidens, auri avidus, non curans qualiter, aut quomodo se circa catholica officia Ecclesiastica haberet, accepto auri, & argenti immenso pondere, tantum aliquantulum timidus, quamdam execrabilem investituram Mediolanensis Episcopatus ei attribuit, & accipiens ab eo fidelitatem, quemdam comitatum dedit, sub quo se Fronto ad Symoniacam hæresim defenderet, & Imperator innocens esse hujus rei adscriberetur. Quo factò, magno tripudio exultans Fronto, stipatus multis Longobardis, qui eo tempore curiæ militabant Imperiali, quasi fur, & latro venit Mediolanum (5). Qui primus videns Episcopatum per arma justitiæ, & electionem catholicam, bona vita, & fama, & prædicatione, bonisque moribus castitate, & jejuniis obtinere non posse, nobiles, & magnam partem plebis, sparsis muneribus magnis, multisque promissionibus, omnes ad fidelitatem, non intrans per ostium impegit, de quo Dominus per Evangelium terribiliter, & voce veridica, & viva intonat dicens: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, non est pastor ovium, sed est fur, & latro.* De quo B. Ambrosius Doctor, & Magister veritatis subsequitur, dicens: *O miser, quod dedisti, aurum fuit, quod accepisti lepra est.* Unde super Luc. S. Ambrosius. *Inexplicabilis est enim venditi culpa mysterii, & gratia à lege vindicata oculis transit ad posteros.* Item super Luc. *In Ecclesia Dei, consortium eos habere non posse, qui Sancti Spiritus gratiam non dignentur: Gratis enim accepistis, & gratis date.* Denique Symoni, qui sanctificandi munus pretio in se putavit posse conferre; respondit Petrus *pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem. Quam gratiam Dei putas te pecunia consequi posse? non est tibi pars, nec sors in hac fide.* Item de Ecclesiis in eodem: *Deus noster templum suum non mercatoris vult esse diversorium, sed domicilium sanctitatis, nec vendibili religionis officio, sed obsequio gratuito usum.*

(3) Concordant tabulæ Synodales S. Honoratum. XVIII. loco à S. Ambrosio reponentes, ipso tamen non numerato, quæ fuit etiam Landulpho numerandi ratio.  
 (4) Scriptores quamplures, vivo adhuc S. Honorato, & Genus, post deditam Alboino infelicitate Mediolanum urbem, commorante, Frontonem hunc Episcopatum per summum nefas invasisse narrant, atque ob eam causam, rebus etiam Synodalibus tabulis penam de-

A *ministerii sacerdotalis informat.* Postremò Fronto per undecim vivens annos, omnia bona & mala, justa, & injusta habens promiscua, omnes hujus Sanctæ Ambrosianæ Ecclesiæ, ferè intus, & foris, thesauros, devastando, & malè expendendo consummavit. Qui quadam die cum turba suorum militum stipatus, ordinatis canibus, & venatoribus, ad nemus, quod Caminadella (6) usque hodie vocatur, ivisset, & inventam feram ad mortem curaret deducere, ecce subito ira Dei, & flagello præventus citissimo, in loco incurrens, quod dicitur Puteus Averanus, eum palus absorbit. Et quasi Datan, & Abiron iram Dei provocantibus, sic eum terræ inundatio absorbit. Igitur Frontone malè mortuo, pejusque sepulto, quod epitaphium ejus, quod ego postea transactis annorum multis curriculum, in lapide polito, pulvere corporis ejus absente, inveni, dicat, audiamus. Et quàm crudeliter, & quàm sævissimè supra calicem aureum Beati Ambrosii, quem ipse propriis manibus consecraverat, aurum cujus Theodosius Imperator S. Ambrosio dederat sese habuerit, curiosè audiamus.

*Versus Frontoni Episcopi, qui primus per malam electionem Symoniacus Sedem S. Ambrosii invasit.*

C *Usonia postquam ditio florentia fræna Longobardorum excipit Ecclesiæ, Hæc senior fama primum per mœnia multa Frontonem sedis fulcra subisse beat. Promissum crebrò premitur persolvere, cumque Nec dapibus reliquis iam quod haberet opem. Ambrosius calicem sanctum, quem fecerat olim Cæsar Catholicus Theodosius pariter; Constandum isdem perhibetur traderet igni, Proh dolor infaustus turpiter occubuit.*

C A P. IV.

*Sermo Constantii Archiepiscopi Mediolani, qualiter B. Gregorius de ordinando officio universali tentavit.*

D *Post multum verò tempus veniens post B. Agapitum urbis Romæ Pontificem Reverendissimus Pastor, & Papa Gregorius, divino spiritu admonitus, omnes latinæ linguæ Ecclesias per diversa officia multum discrepantes vidit. Qui tantum, Deo annuente, ad unitatem Romanæ Ecclesiæ propter Ambrosianum mysterium compescuit, & revocavit, dicens: O fratres, & o Venerandi Patres decens, & competens ratio nobis esse adscribitur, Paulo nostro per Spiritum Sanctum dicente, unus Deus, una fides, unum baptismum, ita fit unum mysterium totius linguæ esse debere latinæ. Quo audito omnibus religiosi viris, qui antestabant, terrefactis, quorum noverat multos sanctos viros diversarum terrarum, prout unicuique sicut Deus donaverat diversa officia, Sanctam Trinitatem ut*

Unidisse nefaria morte; vel biante terra absorptum, vel cælesti igne absumptum interiisse.  
 (5) Quis hæc sibi cum Landulpho persuaserit urbe jam à Langobardis occupata?  
 (6) Adhuc superest nomen loci extra Portam Tonsam, qui dicitur Nemus Caminadellæ. Puricellus. Scriptores alii rerum Mediolanensium non longè à Porta Romana terra absorptum scribunt.



unitatem collaudantia fideliter, & mirificè decantantes ordinasse. Tandem collaudatum, & confirmatum est, sed de Ambrosiano mysterio, videns esse factum divino magisterio, timidus subsistit.

## C A P. V.

*De Constantio, cujus probitate ministerium Ambrosianum ab invidis tutum, & defensum est.*

**Q**uo in tempore Constantius Episcopus Catholicus, catholicèque ordinatus, tertius à Frontone, Diaconus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ (7), quem B. Gregorius Dialogorum in Diaconatu consecraverat, qui ad concilium, quod B. Gregorius celebrabat, cum viris timoratis, & Episcopis suffraganeis sui, & B. Ambrosii multis, & magno exercitu strenuissimorum militum stipatus iverat. Quod factum, Spiritu Sancto administrante, & Constantio Archiepiscopo cum omnibus fidelibus clericis, & laicis, Episcopis religiosis interpellantibus, partim timore Dei, & B. Ambrosii, sciens eum in exercitio divino multis, ac magnis laboribus olim desudasse, partim propter charitatem, & amorem Constantii Episcopi dixit: Ecclesia Ambrosiana in suo statu permaneat (8).

## C A P. VI.

*De Ordine libri Ambrosiani qualiter S. Gregorius ab eo instructus suum informavit mysterium.*

**N**on post multum tempus ordinem Ambrosianum, quem Constantius Apostolico multum collaudaverat, à fidelibus suis representari sibi præcepit. Quod factum est, nutu divino Legatis ad eum revertentibus, quibus ipse imperaverat, ut ordinem Ambrosiani mysterii circa tempus statutum sibi remota omni occasione representaretur; sed cum in palatio de magnis negotiis cum Cardinalibus omnibus, qui de S. Ambrosii mysterio in Synodo sermocinati fuerant, tractantem Legati supervenissent, ecce subito non modica lux refulsit, & omnibus, præter Apostolicum, in terra nimio pavore prostratis, ignorantibus tamen quid hoc esset, Papa tamen non modicè mirabatur. Interea Legati revertentes à B. Constantio urbis Mediolanensis Episcopo, salutato Apostolico, librum ei dederunt, qui gaudio magno repletus, librum aperiens, & curiosè per omnia, qualiter B. Ambrosius libros veteris Testamenti, & novi ad legendum Ecclesiæ suæ disposuisset, & qualiter Evangelia, & Pauli epistolas, atque Prophetias, & Missarum solemnia, & cætera divino cultui apta scribendo ordinasset, supervidit. Quo cognito, quasi de amœnissimo prato multos flores lucidissime ferie illius libri attrahens, Romano cultui quasi bonam olivam, atque fructiferam in olivastro inferuit, cum quibus usque hodie Ecclesia Romana hymnis, orationibus, gloriosis canticis quasi sponsa ornata diversis ornatibus ex-

(7) Non Romanæ, sed Mediolanensis Ecclesiæ Diaconus Constantius, ut apertè testatur D. Gregorius in epist. ad Presbyteros & Cler. Mediol. lib. III. ord. nov. *comperimus omnium vestram in Constantio filio nostro Ecclesiæ vestra Diacono convenire consensum.*

**A** tat. Quæ omnia B. Gregorius, ut ostenderet quantæ excellentiæ, quantæque dignitatis essent, videns, atque cognoscens cuncta, quæ à B. Ambrosio columna Ecclesiæ ordinata erant, & ut petra super petram per Spiritum Sanctum firmata essent, in signum dicens: hymnus Ambrosianus, responsum Ambrosianum, antiphona Ambrosiana, invitatorium Ambrosianum, oratio Ambrosiana. Etenim ubicumque B. Gregorius aliquid de suis ordinibus interierens ordinabat, semper nomen Ambrosianum, quasi per quoddam sigillum administrabat, dicens, Ambrosianum. At quantum amoris, quantæque reverentiæ Ecclesia Ambrosiana Majestati Apostolicæ fuit, describendo quædam egregia, & amabilia, quæ super B. Dadium Archiepiscopum Reverentissimum Papa Gregorius in Dialogo descripsit, apparet. Et quàm paternaliter ad Clericos Ambrosianos, qui injustè à falsis fratribus, & à malis, & à pessimis Laicis propter electionem, quam catholicè, & canonicè fecerant, patiebantur, per luculentissimam epistolam eos adhortavit editam, quæ usque modò in registro ejusdem invenitur. Igitur Dadius quia Episcopus, & majoris dignitatis esse adscribitur, ut pater filios præcedat. De quo B. Gregorius inter cætera miracula, quæ cum Petro narravit, quoddam magnificum, atque mirabile descripsit dicens.

## C A P. VII.

*Quid de Datio Archiepiscopo Mediolanensis B. Gregorius in Dialogo recitat.*

**T**empore Justiniani Principis cum Dadius Mediolanensis urbis Episcopus, causa filii exagitatus, ad Constantinopolitanam urbem pergeret, Corinthii devenit, qui dum largam domum ad hospitium quæreret, quæ illius comitatum totum ferre potuisset, & vix inveniret, aspexit eminus domum congruentis magnitudinis, eamque sibi præparari ad hospitandum jussit. Cumque ejusdem loci incolæ dicerent in ea manere non posse, quia multis jam annis Diabolus hanc inhabitaret, atque ideo vacua remansisset, vir venerabilis Dadius respondit, dicens, imò ideo hospitari in domo eadem debemus, si hanc malignus Spiritus invasit, & ab ea hominum habitudinem (9) repulit: In ea sibi parari præcepit, securusque illa antiqui hostis certamina toleraturus intravit. Itaque intempeste noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis immensis vocibus, magnisque clamoribus cæpit imitari rugitus Leonum, balatus pecorum, rugitus asinorum, sibilos serpentum, porcorum stridores, & suricum; cum repente Dadius tot bestiarum vocibus excitatus surrexit vehementer iratus, & contra antiquum hostem magnis cæpit vocibus clamare, dicens: bene tibi contigit miser. Tu es ille, qui dixisti, ponam sedem meam ab Aquilone, & ero similis Altissimo. Ecce per superbiam tuam porcis, & surcibus similis factus es, & qui indignè Deum imitari voluisti, ecce, ut dignus es, imitaris bestias; ad quam vocem ejus, ut ita dicam, dejectionem suam spiritus malignus eru-

Carus utique S. Gregorio fuit, cum quo consuetudinem habuit in urbe Constantinopoli.  
(8) Constantius Mediolan. Archiep. Romanæ Synodo sub S. Gregorio revera interfuit, legiturque illius subscriptionem in collect. Labbei.  
(9) Vulgati habent *inhabitationem*.

erubuit. An non erubuit qui eandem domum ad exhibenda monstra, quæ consueverat, ulterius non intravit? Sicque postmodum fidelium habitaculum facta est, quia dum ea unus veraciter fidelis ingressus est, ab ea protinus mendax spiritus, atque infidelis abscessit (10).

C A P. VIII.

Qualiter B. Gregorius Deusdedit in Archiepiscopum consecravit.

Post aliquod tempus cum B. Gregorius urbis Romæ, totiusque mundi Pontifex, sedulo more divina eloquia dictando exponeret, mortuo Constantio Mediolanensis urbis Episcopo, quem ego, ut supra, in libro, qui in Januensi urbe inventus est, repperi, aliquantulumque commemoravi, catholicam electionem super Deusdedit à Clero Ambrosianæ Ecclesiæ factam esse audivit. Quæ non post multos dies, ut erat veritas, rei probavit eventus. Venientes autem legati à Clero Ambrosiano dilecto sibi, qualiter Constantius de hac vita migrasset curiosè panderunt; quin etiam quam catholicè, & quam canonicè Diaconem, qui Deusdedit vocatur, ad honorem Episcopatus diligenter elegissent, per omnia enarrarunt: præterea quanta incommoda Cleri, & Sacerdotes à Longobardis, & perfidis militibus, & à plebis parte injustè patiebantur, quia voluntati eorum ob electionem, quam ipsi inordinatè, & in compositè super Agiulfum fecerant, minimè consentiebant. Quo audito Apostolicus de nece Constantii quondam sui Diaconi, & nutricii fidelissimi per plurimum doluit. Tandem de Catholica electione partim lætabatur, & partim compassioni eorum evidenter condoluit. Interea Legatos, ut erant tantæ Civitatis, tantique Cleri, tantorumque ordinum, quos B. Apostolicus super omnes Civitates animo, & affectu, & amore, & reverentia B. Ambrosii diligebat, omnes benignè suscepit. Diligebat enim B. Gregorius hanc Ecclesiam, & hos ordines, videns per omnia à B. Ambrosio ordinatos, & compositos esse, ut pater filium, & ut mater unicum natum. Diligebat non perfunctoriè, neque ulla sæculari intentione, sed affectu bono, sinceroque corde, & animo puro. Quid multa? Epistola, quam per Legatos ad Clerum Ambrosianum direxit, illos in electione, quam super Deusdedit Canonicè fecerant, constanter adhortans, usque hodie ostendit. At ut certius quicumque hæc legerit credere per omnia valuerit, ipsam epistolam in registro ejusdem descriptam auribus curiosis, sollicitoque animo intendat.

C A P. IX.

Epistola B. Gregorii ad Clerum Mediolanensem.

Quantum nos de obitu fratris, & Coepiscopi nostri Constantii mæror afficiat, paginali explere locutione non possumus, sed quam

(10) Hactenus ex D. Gregorio dial. lib. III. c. 4.  
 (11) Vulgata vobis.  
 (12) Vulg. cui etiam quia de possessiunculis, quas &c.  
 (13) Vulg. vel de aliis Ecclesiæ nostræ utilitatibus.  
 (14) Vulg. vel quid aliud agere.  
 (15) Sermo iste B. Thomæ usque ad finem cap. XIV. legitur etiam in Beroldo, veteri scilicet Codice, qui in eadem Bibliotheca servatur, cu- Tom. IV.

A multa bona partes in illo homine perdidit; utinam vicinæ repentinam calamitatem non sentiant. Nam quemadmodum sollicitus in Ecclesiastica regula disciplina, vel quam fuerit vigilans intuitione Civitatis vestræ non habemus incognitum. Sed quantum, obeunte Pastore, sinè proprio vos non decet esse, constanter, omninoque gratè suscepimus, quod Deusdedit Diaconem vestrum ad Episcopatus officium vos unanimes elegisse, Deo autore, signastis. Unde quia honorum desideria nulla debet tarditas impedire, vota in eo vestra complere cum Dei gratia festinamus. Et quia prædictus vir nobis, non moribus, sed solùm specie tenus notus est, oportet, ut, si quantum in hac electione, non solùm vestram utilitatem, sed etiam causam Dei agi cognoscitis, tanto debeatis esse solliciti, & subtiliter requirentes, ut nihil sit, quod ex antea vita criminis per sacros possit Canones obviare, aut si ad reddendam disciplinam, vel exhibendum regimen idoneus reperitur, atque cunctorum in ejus, sicut scribitis, electione concordat assensus, gratia divinitatis suffragante, cum præsentium scriptorum auctoritate solemniter decrevimus ordinare. Illud autem, quod nobis (11) ab Agiulfo indicastis scriptum, dilectionem vestram non moveat. Nam nos in homine, qui non à Catholicis, & maxime à Longobardis eligitur, nulla præbimus ratione consensum, nec si alicujus præsumptionis usurpatione factus fuerit, in locum, vel ordinem illum Sacerdotem suscepimus, quia Vicarius S. Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si electus à talibus ordinatur, nec enim est quod vos ex hac causa deterreat, ut aliquam vobis necessitatem incutiat, quia unde possit alimenta S. Ambrosio servientibus Clericis ministrari nihil in hostium locis, & in Sicilia, & in aliis Republicæ partibus, Deo protegente, consistit. Ut igitur in ordinando eo, qui à vobis electus est, nulla possit mora contingere, Pantaleonem Notarium nostrum transmisimus, qui eum, ut moris est, adnitente consensus nostri auctoritate, faciat consecrari. Cui etiam possessiunculis (12), quas Magnus quidam Presbyter commissas habuerat, de aliis Ecclesiæ nostræ utilitatis (13) curam gerere, vel quod opere (14) debeat in præsentem mandavimus, vestra se ei dilectio in omnibus devota, ut decet, studeat exhibere.

C A P. X.

Sermo B. Thomæ Archiepiscopi Mediolani qualiter Officium Ambrosianum per B. Eugenium ab Hadriano Papa, & Carolo Imperatore evidentiis miraculis defensum est (15).

E Caroli Primi (15) tempore, cum idem apud Romam Imperio magnifico, inenarrabili militum exercitu stipatus, frueretur, & Papa resideret Hadrianus, Synodus immensa, multis diversarum terrarum Episcopis congregatis, celebrata est, in qua, cum de multis, atque diversis tractasset negotiis, indiscrètè erga mysterium Dei, & B. Ambrosii Doctoris, & Confessoris sese intulerunt, parum,

jus quamplurimi Scriptores meminerunt, & varias à Landulpho lectiones, cæsi levissimas notavi.  
 (16) Legitur in Beroldo secundi. Sed emendatior lectio Landulphi; Adriani quippe Rom. Pontificis tempora cum Carolo M. conveniunt.

rum, aut nihil quantæ reverentiæ, quantique amoris B. Gregorius olim Ecclesiæ Ambrosianæ per affectum contulisset, reminiscens; propterea quasi cæcati, & ementati, & absque ullo iudicio, quod inclytum, & per multa tempora firmum, atque sancitum, quodammodo decollare, & obnubilare, & plus dicam, omnino delere aggressi sunt. Edoctus itaque Carolus Imperator à quampluribus Episcopis, ut per totam linguam proficeretur latinam, & quidquid diversum in cantu, & mysterio divino inveniret à Romano, totum deleteret, & ad unitatem Romani mysterii uniret. Unde factum est, ut veniens Imperator Mediolanum, devastatâ Papiâ, quam ipse ira inextinguibili ob Imperatorem Desiderium suum æmulum oderat, quem milites Papiæ contra Caroli Imperium viriliter armis, & ingenio tutaverant, omnes libros Ambrosiano titulo sigillatos, quos vel pretio, vel dono, vel vi habere potuit, alios comburens, alios trans montes, quasi in exilio secum detulit. Sed religiosi viri, tales, & tantos libros videntes, religiosè tenuerunt. At Deus, qui omnia videt, & cuncta cognoscit, & cordium occulta investigare, & aperire prænovit, animos, & intentionem cunctorum prævidens, quod ad laudem, & honorem nominis sui per Spiritum Sanctum Sancto Ambrosio dictante Episcopo ordinatum noverat, violari, & à malis dilacerari non passus est.

## CAP. XI.

*Qualiter B. Eugenius Romam adit.*

PROficiscens autem gloriosæ memoriæ Eugenius transmontanus Episcopus, amator, & quasi pater Ambrosiani mysterii, nec non & protector patris (17) spiritualis Caroli, causâ Concilii Romani, invenit Apostolicum Hadrianum, qui primus annulos, & virgas ad investiendum Episcopatus Caroli donavit, jam per tres dies celebrasse Concilium, qui studiosè omnia, ut gesta erant, per ordinem inquirens, prout erat vir discretus, consilio, ac sapientia providus, animo placidus, vultu serenus, doctrina, & verbis affabilis, atque, ut ejus dignitas exposcebat, ultra omnes benignus, quod laude dignum esse sibi videbatur, competenter affirmabat: tandem qualiter, aut quomodo super mysterium Ambrosianum sese Synodus habuisset, quasi vi ab illis extorsit, quod ubi Eugenius audivit, plurimum expavescens condoluit, & voce lacrymabili miserum se vocans, lacrymis velut aqua ab oculis decurrentibus, inquit.

## CAP. XII.

*Planctus B. Eugenii de actis in Synodo.*

OMiser, quid agam, mundus, & ejus iudex perit: Orbis doctrina, cuncta hujus vitæ, quæ vanitates sunt, offuscans, elabitur. Decus totius Ecclesiæ, tam Latinæ, quam Græcæ, obnubilatur, bonum, justum, sanctum eliminatur. Columna Ecclesiæ, fundamentum fidei, assertor justitiæ, verbi Dei amator deprimitur. Doctor egregius omnium artium peritiam imbutus discernitur, mysterium perit mysteriorum, de quo Dominus, & Reveren-

(17) Pater Beroldo.

(18) = per se non legitur in Beroldo,

tissimus Papa Gregorius aliquid sinistrum præferre timuit, de quo quanta, & quàm magna, quasi lucidissimos flores B. Gregorius curiosè attrahens, Romanoque mysterio interferens usque hodie adjunxit. Spiritu demum, animoque resumpto, jussu Papæ, & magna nobilitate Romanorum, cum plebis insimul voluntate laudante, omnes Episcopos, Archiepiscopos, Abbates, quoscunque Religiosos, Laicos, & Clericos, quos Concilio interfuisse cognovit, quamvis per tres dies recessissent à Roma, ad Curiam Summi Pontificis revocavit. Quibus congregatis B. Eugenius Episcopus de mysterio Ambrosiano voce benigna, unde in compositè tractaverant, multum conquestus est. Quo audito, extranei Clerici cognoscentes virum valde probum, justitiæque amatorem, partim satis mirari, ac verecundari cœperunt. Quid multa? Ab Apostolico, & universis Episcopis, & à toto Clero, & ab universo Populo Romano conclamatum, & collaudatum est, ut librum Ambrosianum, & B. Gregorii librum, ambos super B. Petri altare optimè sigillatos, videlicet evidentissimè ab Apostolico sigillo signatos, viri religiosi supponerent. Quin etiam omnibus ostiis Ecclesiæ apertissimè sigillatis, indito jejuniò per tres dies, cuncti à minimo usque ad maximum devotè jejunarent, & sic, Deo propitio, quemcunque apertum, & referatum invenirent, illum summa cum devotione, & indubitanter tenerent: Et quemcunque immotum, & sigillatum reperissent, illum evidentissima dispensatione comburerent. Quod factum est, jejuniò ab Episcopis, hominibus, & universo Clero, & populo celebrato, in tertia die tertiæ feriæ illius hebdomadæ, in qua Ambrosiani, *misericiadi Domini plena est terra* usque hodie cantant, in unum universis convenientibus, ad invisum, & inauditum miraculum, Ecclesiæ januæ, astante Apostolico, referatæ & ultrò apertæ sunt. Quibus introgressis, ambos libros, ut dimiserant sigillatos, & omnino intactos invenerunt. Quo viso, cunctis mirantibus, valdeque obstupescens, nimiumque congementibus, libri ligaturas per se (18) rumpentes, sonum magnum, atque terribile audientibus universis dederunt, & sese digito Dei aperientes, ita ambo aperti sunt, ut aliquis ullam illorum foliam non inveniret plus in unam partem, quàm in alteram. Itaque ingens gaudium omnes abruptis lacrymis illico invadit. Interea libris ambobus visis, qualiter aperti apparuerunt, omnes quasi una voce proclamabant, dicentes: *Gregorianum, & Ambrosianum mysterium ab universa Ecclesia laudetur, confirmetur, simulque ex toto teneatur*. Dicebant enim: *ut hæc mysteria laudentur, firmiterque ab universis totius orbis Episcopis teneantur Dei omnipotentis, & B. Petri Apostoli cernitur esse voluntas*. At quibusdam hoc verbum videbatur fore bonum, quibusdam verò difficile, atque durissimum. Tandem Domini Papæ, & aliorum sapientum, atque discretorum virorum collaudatum est, ut Sedes Ambrosiana in quo mysterio ordinata, & à B. Ambrosio exaltata est, illa sola contenta permaneat, nec non cætera pars orbis, quæ linguæ latinæ vocibus resonare videtur (19), omnibus aliis prætermisissis, Gregorianum studiosè, & curiosè tenere studeat. His

omni-

(19) *Lingua latina vocibus, & verbis consonare. Beroldus.*

omnibus rebus factis, finitis, & terminatis, Eugenius gaudio magno tripudians, quasi ad proprios filios tendens, Mediolanum pervenit. De qua urbe, paucis antea transactis diebus, Imperator, jussu Concilii, quo Romæ interfuit, omne mysterium Ambrosianum desuper faciem terræ omnino delere desiderans, trucidatis multis Clericis minorum, & majorum ordinum, omnes Ambrosianos libros, tam in sententiis novi, quam veteris Testamenti, quam in musica arte secundum Ambrosium descriptos, abrafit. Nihil enim præter Missale remansit, quod quidam bonus, atque fidelis sacerdos absconditum in cavernis montium per sex hebdomadas fideliter reservavit. Manuale autem postea, astante Eugenio, Episcopus fidelissimus, sapientes tam Sacerdotum, quam Clericorum, qui multa memoriter tenebant, convenientes in unum, Deo opitulante, ut antea integer fuit invenientes, in posteris tradiderunt.

CAP. XIII.

*Qualiter B. Eugenius Clericos Mediolani dispersos colligens, reformavit Officium.*

**P**ER idem tempus B. Eugenius ab Urbe Roma, cum jam Carolus Ambrosianæ Ecclesiæ infideliter (20) devastatis, atque combustis reverentissimis multis libris, paululum discessisset, convocans dispersos, & laceratos Clericos, ultra modum tristes, ac miseros videns, permultum eis condolens, quantum valuit, eos cohortatus est. Qui cuncta, qualiterque omnia de mysterio Ambrosiano Romæ apud Summum Pontificem, multis Episcopis astantibus, gesta fuissent, se per plurimum operante, & Deo orationibus B. Ambrosii favente, fideliter aperuit. His omnibus auditis, quasi pater unico mortuo filio, & postea Dei clementiâ resuscitato, lætati, & secundum tristitiam, qua repleti erant, gavisi sunt. Tandem Eugenius cum abundanter illos ad Dei honorem in ministerio B. Ambrosii charitative cohortasset, & ab hac urbe discedere voluisset, per quindecim ferè dies moratus, Clerici, & majores, qui Mediolanum lacte Ambrosiano per ejus doctrinam illo in tempore nutriebantur, quamvis perpauca, fidelissime Eugenium supplicare, & exorare cœperunt, quatenus ipse, si dignitati suæ, ac bonitati placeret, cum illis maneret. Quod ubi ille audivit, ineffabiliter B. Ambrosium, & ejus ordines, atque cantus diligens, benignè, vultu placido, atque sereno respondit. Noscit charitas vestra, Fratres charissimi, amore, & reverentia B. Ambrosii, ad cujus honorem jam antea aliquantulum desudavi, vestraque fraternitate, me non tantum in hac Ecclesia vobiscum manere, vobiscum esse, vobiscum degere, sed etiam in carcerem (21), si opus, aut temporis perturbatio, crebrescentibus malis, exposceret, animo cupienti præparare. Vivens postea verò B. Eugenius Episcopus per paucos dies, omnes vita, moribus, bonisque exemplis patientissime imbuebat. Demum plenus scientia, & pietate, charitate, & castitate, cunctisque virtutibus, moriens naturæ concessit.

(20) Carlo Ambrosiana Eccl. infidelis. Berold.  
(21) Carcerem, & in mortem vobiscum, si opus &c. Tom. IV.

CAP. XIV.

*Qualiter corpus Beati Eugenii per ipsum Sanctum mulieri revelatum est.*

**M**ULTIS temporibus transactis, cum B. Eugenii Episcopi memoria sui nominis, atque sepulturæ à cordibus universæ gentis hujus urbis accolæ elapsa fuisset, placuit Deo, qui cuncta abscondita suis fidelibus revelat, & suos fideles, ac milites ad honorem sui nominis, qui quondam aut jejniis, aut orationibus, aut vigiliis, aut cæteris armis virtutis triumphavere, usque hodie pandit, per quandam matronam malis multis, atque paralyti multis dissolutam diebus, nomen Episcopi, & sepulturæ locum signis evidentissimis referare. Enimverò nutu accidit divino, cum in suo lecto more solito infirma, languida, atque omnibus membris dimissa, opibus multis, & magnis attenuatis, quas ut ab ægritudine, qua tenebatur, liberaretur, per diversos expenderat medicos, quiesceret, animo æstuantis, qualiter, aut quomodo cuncta sua ferè bona cogitans, quæ inconsultè perdidisset, illico omnem spem salutis suæ in Deo, ultra ut sua esset voluntas, infixit. Quæ cum multa animi voluntate circa Ecclesiastica per diversa, & quamplurima officia ad Dei honorem cogitare iterum, iterumque cœpisset, Dei subito ecce voluntate, vir reverentia dignus, vultu, habitu, qualitate venerandus, capillis capitis jam canescentibus, virgam manu pastorem tenens, Episcopalis vestimentis indutus, summa, & infusa (22) luce perfusus ei apparuit: salve, inquit, mater, orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, & lacrymæ tuæ, patientiaque tua ante Deum representatæ, ab eo exauditæ sunt. Surge in mane tu, & virtus cum duobus terræ fossoribus, & perge apud B. Eustorgium, ubi corpus ejus quiescit, non longe à fonte, in quo baptizati sunt Martyres Protaxius, & Gervasius, atque Secundus Dei athletæ, ubi invenies locum aliquantulum humidiorum, quo effosso, corpus meum invenies, indeque elevato, in Ecclesia B. Eustorgii collocari eum facias. Quo audito, mulier, ut erat sanitatis avida, auxilio corporis anxia, nobilique profapia orta, cupiens pedes Sancti illius deosculari, lacrymis effusis largissimis, exorare fortiter cœpit, ut saltem vel nomen suum sibi notificaret, Eugenius cui Beatus respondit, dicens: meum nomen, meumque corpus, si curiosè quæcunque dixi, egeris, in sarcophago proculdubio reperies, & ita dicens eam his omnibus informans, recessit. At mulier virum suum excitans cuncta, quæ ipsa viderat, & audiverat omnino ignorantem, omnia per ordinem ei enarrare curavit: asserens per semetipsam sanitatem reintegratam, & locum, in quo Sancti corpus quiesceret, scire, & cuncta facturam ire. Tandem maritus quasi incredulus, lætus tamen quod conjux affirmabat, summo diei crepusculo, acceptis fossoribus, in omnibus à conjuge admonitus, perrexit ad locum velociter. Interea mulier, quam maritus, ut antea consueverat, infirmam, atque ægram domum dimiserat, sciens per omnia illam nec se movere posse, fossoribus, & ipso de loco titubantibus, sana & incolumis in medio eorum veloci

(22) Berold. immensa.

loci cursu advēnit. Quibus valde mirantibus, salute pristina illi à Deo collata, per semetipsam fossorio terram scindens, & illis quodammodo injurians, viris tamen religiosis, quos ipsa advocaverat, adstantibus, psalmosque studiosè canentibus, ad corpus, Deo annuente, perventum est. Qui introspectantes juxta caput, ut Sanctus retulerat, laminam plumbeam, in qua nomen ejus, & mortis tempus descripta erant, gratulantes invenerunt, nec non corpus ejus, ac vestes, ut in die, quo missæ sunt in monumento inventæ sunt. Demum in lectica eum boni viri religiosè imponentes, juxta arcam B. Eustorgii à latere dextero, multis aromatibus, multisque orationibus, vigiliis, hymnis, psalmis, Missarum solemnibus, multisque elemosynis honoratus, in pretiosa arca marmorea mirificè conditus est. Hoc facto, mulier, quæ, Deo annuente, & B. Eugenii meritis, & orationibus, saluti pristinae reddita est, adhuc in tanti viri exaltatione anhelans, ad honorem ejus decentissimam vulturam facere deliberavit. Propterea consilio suo à viro inuito, aliquantulum illi, quia vini parum, aut frumenti ad tantum opus sibi cognosceret, contradicenti, tandem omni spe in Deo fixa, murorum convocatis magistris, eorumque servitoribus, opus diligenter aggressa est. Factum est autem, bonitate Divina præstante, opus summa cum diligentia demum perfectum est, & omnia ejus vasa tam in frumento, quam in vino, ut in operis inceptioe erant plena, sic omnibus quam strenuè magistris refocillatis, cum tota domo sua, & familia, multisque pauperibus recreatis, quasi intacta fuissent, inventa sunt. Quo peracto Matrona nobilis, parum, quod egerat, cogitans, qualiter perpetuè festum B. Eugenii hymnis, orationibus, crebrisque visitationibus Cleri, & Populi honoraretur, cœpit cogitare per plurimum. Interea vir ejus cognita ejusdem voluntate, de qua sibi jam antea intimaverat, sciens illam permultum in Dei timorata servitio, in omnibus, in quibus suam noverat voluntatem, facultatem, atque licentiam fideliter, ac devotè tribuit. Illa verò viri sui dominio imperantis accepto, convocatis Sacerdotibus humanis, videlicet humanarum legum iudicibus, & viris multis nobilissimis, prædia, è quibus B. Eugenii festum honorificè annuatim cum omnibus ordinibus celebraretur, disposuit, & firmissimè ordinavit. E quibus usque hodie, & semper, Deo annuente, & B. Eugenio, pro ea, atque universis Christo devotis interpellante, cum summa devotione celebratur.

## C A P. XV.

*Querimonia B. Benedicti Archiepiscopi Mediolani in Synodo, eo quòd Papa Constantinus ipsum Archiepiscopum privaverat consecratione Episcopi Papiensis contra antiquam consuetudinem. (23)*

**S**ummo Cœlorum conditori, terrarumque universarum factori, gentiumque cuncta-

(23) In altero Codice ita legitur: *Querimonia B. Benedicti Archiepiscopi Mediolanensis super Papiensis Episcopi consecratione, quam sui antecessores usque ad sui tempus quietè, & charitativè celebraverat, residente Cathedra Romana Constantino Pontifice. Hic autem cum omnia summa cum dispensatione Ecclesiarum tractare, & desinere negotia debuit,*

**A**rum auctori, creaturarum universarum Creatori, Cœli, terræque stabilimentum, Angelorum, & hominum, ac fidei Catholicæ, & Sedis Apostolicæ unicum monumentum, orphanorum, & viduarum, Ecclesiarumque universarum solidum stabilimentum, Patri, ac Filio, ac Sancto Spiritui gratias refero immensas, Pontificem quòd talem Sanctæ Sedi Apostolicæ virum clementer eligere, ac misericorditer ordinare, sua ineffabili pietate disposuit. Unde chorus universus Episcoporum, Sacerdotum collegium sedulè reminiscat generi humano benignè, ac misericorditer providere, cum huic sanctæ Sedi virum hujusmodi discretum, illustrem, orthodoxum, & præesse, & præordinare summa cum pietate disposuit: qui operibus bonis, admonitionibus sanctis orbem sibi commissum confortare, & errantes docere non desinit. De quo veritas ait: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Quamobrem Dei, & vestri, Pater Venerande, atque hujus Sancti Concilii coadjutus præsentia, & confortatus clementia ego Benedictus Mediolanensis Archiepiscopus causam nostræ Ecclesiæ, quæ Dei dispositionibus, & B. Barnabæ Apostoli doctrinis, ac miraculis reffloruit, nuncque gloriosissimi Confessoris Ambrosii ornata disciplinis, honoranda virtutibus perfulget, cujus reverentia, & charitate debita vestro ductus conspectui, & huic Sancto Conventui, me ex longo repræsentare disposui, voce, qua possum, longo confectus senio, pandere, & referare curabo. Igitur cum Mediolanensis Ecclesia Dei, & B. Ambrosii factis, & virtutibus exaltata, ac multis Episcopis per multa jam tempora antecedentia sublimata, nunc consecratione Ecclesiæ Papiensis injustè expoliata, vobis humiliter, ac devotè conqueritur. Quæ inter cæteros nostræ Ecclesiæ suffraganeos & B. Syri meritis, Primicerii privilegium nunc usque nostræ causæ indicium summo vigore tenuit. At nunc Romanæ sedis dignitatibus, & majorum honoribus ambitiosa, suâ, & propriâ Metropoli inlicitè derelictâ, & injustè destitutâ, ut consecrationem furtivè acciperet, Romanum adiit Pontificem, quam nostra Ecclesia per tempora jam multa, annorum longo curriculo antecedentia, à tempore B. Barnabæ Apostoli usque mei præsentiam, qui per annos quadraginta sedem resideo Mediolanensem, atque inibi Episcopum Gregorium humiliter consecravit, habuit, & charitativè, Deo opitulante, tenuit. Hunc itaque, vestra succurrente clementia, sanctisque collaudantibus Canonibus, quod injustè nostra Ecclesia amisit, adipisci valeat, fideliter, ac devotè exoramus. Profit nobis vestra sapientia, omnibus præferenda disciplinis. Qui enim omnibus præest, omnibus prodesse debita paternitate concedet, nulli nocere, neminique invidere, nulli Ecclesiæ honorem, ac dignitatis prærogativam usurpare, discretus, & iudex summæ justitiæ lance ponderat universa, inferentes injurias alicui injustè, condemnans, ac inlicitè sufferentes a malis misericordiâ, dexterâ, legisque

cæ-

*nihil ducent orbis totius perditionem dampnari, si consecratione Papiensis Ecclesia careret illicite, & sine causa veritatis, fastu in justitia sibi hunc usurpavit honorem. Et quoniam sine rationis causa adquisivit, Ecclesia illicite spoliata. Omnia Romanorum Pontificale si legeris, Lector benignè, reperies.*



ceremoniis defendendo, benignè sustentat. At iniquitatis iudex cuncta pretio subvertens negotia, quæ legis sunt obscurat, ac quæ temporaliter arrident, criminose exaltat, à quibus iustitiæ amator se quotidie, Dei protegentæ dextera, custodit. Iustitiam discamus. Itaque unde Elayas Propheta Spiritu Sancto repletus dicit: *Iustitiam discite, qui habitatis terram.* Venerande Pater, potestatem culminis Romani ratio vincat divina. Unde B. Ambrosius ait: *Decet ut ratio vincat potestatem.* Iudicium causarum querimoniæ nostræ iustum iudicate, unde Dominus per Zachariam loquitur, dicens: *Iustum iudicium, & pacificam iudicate, & nolite retinere malitiam fratris vestri in cordibus vestris.* Et David: *de vultu tuo iudicium meum prodeat, oculi mei videant æquitatem.* At, ut nostræ Ecclesiæ, nostræque querimoniæ veritatem enucleatius, ac verissimè aperiã, decem Romanorum Pontificum privilegia, quæ de consecratione Ticinensis Ecclesiæ dico, asserentia, atque sub anathematis mucrone rigidè ab universis Episcopis interdientia, solita pietate cognoscite. Quin etiam nostra civitas qualiter ab ipsis primordiis inculta, & exaltata cura diligenti majorum permansit per Romanos Imperatores, ac Consules patritios ejusdem urbis accolæ, cum orbis uno regeretur Imperio, attentè cognoscite. Quam tamen, ut in situ descriptionis ejusdem comperi, annosam postmodum Romani Reges, & Principes, expulsis Senonum populis, longè meliùs sublimantes opere mirifico auxerunt, locantes in ea more patrio eximium Augustorum dignitati palatium Imperiale, Theatrum, Aumarium, Thermas, Viridarium amœnum floribus diversis, & odoribus variis delectabile, Arenam lapidibus, & magisteriis admirandam, in qua Italiæ cives universi confedere, & ab uno oratore concionante audire possent competenter. Ob quam enim causam sæpissimè ab iisdem postmodum Augustis frequentari, & incolæ, & honorari super cunctas Italiæ civitates adorta est, maximè, quòd esset inibi saluberrimi aëris aptissima temperies, locufq; ad usus domesticos irrefragabiliter paratissimus. Exinde, Pater venerande, Sancta Christianitate orbi apparente universo, sicut audivit, illico Deo credidit, Sancto Barnaba Apostolo à Spiritu Sancto inibi destinato, & fidem orthodoxam fideliter prædicante; à quo enim nostra Ecclesia ab ipsis primordiis caput Italiæ per Sedem Metropolitanam, Dei dispensante clementia, tenuit, & Deo largiente in æternum tenebit. Quamobrem cathedra Mediolanensis ab ipso Apostolo exaltata decenter, & sublimatè competenter, Dei dexterâ, & B. Petri remigio restoruit. Quod enim verissimè reperimus in nostris annalibus, & ejus descriptione adventus, & S. Anatalon vita de discipulis Domini, unus discipulus fidelissimus fidelissimè, & certissimè dicens: *Quæ post Romanâ arcem famosissimam jam tunc habebatur civitas sæpedita Mediolanû, quippe quæ pari ditone sublimis, secunda post ipsam, ut præfatus sum, Augustales occidui Imperii insulas tenebat.* Itaque Sanctus, Dei dispensante clementiâ, sanxit Barnabas Apostolus, ut Mediolanensis, quam Imperatores noverat super cunctas Italiæ civitates sublimasse, ea, ipse, quam sanctis prædicationibus primitus fundaverat, principalis Ecclesiastici culminis sedes, aliarumque in ea provincia Ecclesiarum Metropolis perpetuali-

ter habeatur. Cui profectò urbi, ut in vita Sancti Anatalon, quem inibi consecraverat, Hierosolymis processurus, inveni, tantum privilegii munus Sanctus Anatalon à suo noverat magistro concessum, ut sicut inter reliquas Italicarum Provinciarum urbes, earum dumtaxat, quæ Occidentalem usque marginem ab Italiæ finibus protenduntur, post Romanam arcem intenti sub folio eminenti, atque populorum conventu frequentissimo principales videbantur; ita Ecclesiasticæ ditonis prærogativâ, post Romuleam Sedem, cunctas excelleret, in hunc modum & ipse præfatus Antistes nil à suo institutore discrepans Metropolitanam idem Cathedram pro futuris temporibus Christi statuit esse fidelibus, quatenus omnium populorum Antistites, hoc est Venetiæ, Liguriæ, Æmiliæ, Rhetiæ, Alpiscoriæ, quotquot fuerint in Sancta Matre Ecclesia futuri, per has sæpeditas Provincias caput quoddam, & decus insigne, post Romanum Pontificem, habere debebant Mediolanensis Sedis Præsulem Metropolitanum. Itaque Ecclesia Mediolanensis his, & aliis multis fulta, & ornata remigiis, ferè cum honoribus his omnibus usque ad mei tempus, Dei misericordia, & B. Ambrosii meritis, devotè pervenit. Sed ut ex causis multis, è quibus nostræ querimoniæ causa munitur decenter, atque tuetur competenter, quorundam Sanctorum Episcoporum Papiensium testimonium, Crispini, & Epiphani percipe. Sanctus enim Crispinus, cum se videret morti accelerare, ut in Sancti Epiphani vita habetur, duxit Sanctum Epiphanium Mediolanum, & dixit ad Episcopum Protaxium, & ordines, quos inibi invenit: *Ecce filii jam mea ætas meæ vitæ cursum complevit. Commendo Civitatem, commendo Ecclesiam, commendo hunc, cujus labori, & gratiæ debeo, quòd usque ad hoc tempus vixi grandævus, & debilis: cujus corporea felicitas, & virtus animæ imbecillitatem meam portavit sine fastidio.* Item in eadem: *ducitur B. Epiphanius Mediolanum adhuc reluctans, & magna, si dimitteretur, munera promittens, qui ut fieret, noluit spondere vel minima; Consecratus autem à B. Protaxio Sancti Ambrosii antecessore, Catholicæ Ecclesiæ propugnatore firmissimo, summa cum devotione, ac celebritate cunctorum.* Præterea testimonium, Pater venerande, cape certissimum, cui dubitare, aut refragare periculosum, & criminofum Sancti Patres decrevere. Legitur enim in vita S. Ambrosii Patroni nostri, ac Ecclesiarum universarum tutoris: *Ordinato Sacerdote Ecclesiæ Ticinensis incidit in infirmitatem. Cura est itaque, Pater venerande, sicut Sanctus Fabianus Papa suo in decreto asserit, vestræ sollicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab Apostolis, eorumque successoribus ordinata, ac Sancti Spiritus gratiâ constituta, nec dissimulatione negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare.* Sed sicut hoc, quòd Romanis exigebat utilitas, oportuit definire, itaque definitum est, non debere violari, Pater venerande, præcipuè vestræ Paternitatis reverentiam, atque hujus Sancti Concilii charitatem vicariam charitativè exoro, ac obnixè à parte Dei, & Sancti Ambrosii contendo, ut nullus Episcopus nostræ Ecclesiæ suffraganeum, maximè hunc Papiensem, de quo hujus Sancti Concilii clementiæ conqueror retinere, ac ordinare fraternitatis vestræ perturbator præsumat. Quòd si evenerit, accipientis, & ordinantis irrita, & vacua sit in

in perpetuum ordinatio. Unde Sanctus Sixtus PP. suo in decreto divinitus admonitus magisterio dicit: *Nullus Episcopus præsumat alterius Parochianum retinere, aut ordinare, vel judicare absque ejus voluntate. Quia sicut irrita erit ejus ordinatio, & ita dijudicatio. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare nullatenus poterit.* Pater venerande, unaquæque Metropolis à Sede Apostolica, quæ universis præpollet dignitatibus suos terminos Sanctis Patribus constitutos ordinativè nunc usque tenet, de quibus Papa Calistus suo in decreto dicit: *Nemo alterius terminos præsumptione illicita usurpet, unde Dominus loquitur dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* Itaque unaquæque Ecclesia, quæ Sanctis fidem majoribus servare desiderat, ac Sanctorum decreta honorare contendit, nostræ querimonie fideliter, & charitativè, ut sibi, ne similia patiat, provideat (24).

## C A P. XVI.

*Qualiter Walpertus Archiepiscopus Albertum Regem privavit Regno (25).*

**I**nter omnia grandia, eximiaque acta, in quibus Ecclesia Ambrosiana dilacerata à perfidis Regibus, & à sævissimis hostibus dirissimè perpeffa est, quoddam magnum, & laude dignissimum scribere satagebo. Quod quando, quomodocumque factum sit, aut à quo Rege, aut à quo Archiepiscopo, aut ob quam causam, investigandum fore cognovi. Igitur Regis Alberti (26) tempore, cum idem summo Imperii Romani culmine, sicut tanto decebat viro, magnificè frueretur, Francigena natus, atque ex ipsis profapie suæ originem duxisset, (27) devictis, & superatis Gothorum populis, qui in Italiæ partibus ad devastandos fines, & urbes, & gentes confluerant, nec non Ungaricis procul expulsis, longèque remotis, quos gens Italiæ ab illis valde olim attrita cognovit (28), Rex Albertus cum strenuissimorum militum agmine magno stipatus, securus per Italiæ loca proficisceretur, tandem Mediolanum iter direxit, quam per multa noverat tempora post decessum Brenonis, qui eam post omnes Italiæ urbes, quas construxerat, mirificè adornavit, & adornatam decentissimè multis honoribus superexaltavit, & quam postea, prout erat in cunctis usibus humanis salutifera, ab universis Imperatoribus Romanis exaltatam, maximèque ab Hadriano, & Nerva ejus filio, atque honorabilissimo, & decentissimo Rege Trajano, nec

(24) Ad hanc Benedicti Mediolanensis Archiepiscopi orationem, vide quæ animadvertit Clar. Muratorius tom. 1. Anecdor. Lat. ubi allatis Pauli Diaconi, Anastasii, aliisque veterum testimoniis de hac controversia coram Constantino Sum. Pontif. acta, pluribus argumentis evincit hujusce orationis auctorem, aut Landulphum ipsum, aut quempiam alium sub persona Benedicti.

(25) Hinc notoria scribit. *Puricell.*

(26) Adelbertus nominatus, non Albertus Berengarii III. filius. *Puricellus.* Adelbertus utique communiter à Scriptoribus appellatur, at Albertus etiam, ut hic à Leone Ostiense lib. 1. cap. ult.

(27) Adelbertum natione Francum hic noster aperitissimè dicit, cum quo concordat Ostiensis loco citato, Gualvaneus Flamma in Chronico majori cap. 228. Vide notas Hadriani Valesii ad carmen panegyri. Berengarii.

(28) Quæ Auctor de Gothis comminiscitur Adelberti ætate, vel ipsius imperitia, vel Amanuensium errore introducta putaverim.

**A** non Maximiano Rege crudelissimo, palatiis supra portas septem jussis Imperialibus magnificè elevatis, super cunctas Italiæ urbes quasi rosæ amoenissimæ floruisse. Qui cum Mediolanum venisset, palatium Maximiani, quod situm est infra mœnia urbis, vel Trajani juxta thermas Sancti Georgii (29) locatum, velociter præparari præcepit, ignorans, ut ipse postea simulabat, quod nullus Rex à tempore B. Ambrosii, in cujus præsidis civitas Mediolanensis super omnes Italiæ urbes ab ingressu Imperatoris libertatem adquisivit, urbem hanc introivisset. Quo audito cives aliquantulum suspecti, si aut hostium incurfione, aut civium perturbatione, aut alio pravo ingenio hoc cogitasset, tacitè rimantes perturbabantur. **B** Quid multa? Deo annuente, & B. Ambrosio interpellante, ingressus sibi omnino prohibitus est. Tandem populi videns voluntatem, & aliquantulum se lætum simulans, & quasi parum hoc paucipendisset, tenens sub pectore vulnus plusquam quisquam esset ratus, ad palatium Ambrosianum haud longè ab Ecclesia ejusdem hospitatus sedit (30). Ea tempestate Walpertus Archiepiscopus Cathedram Regens Ambrosianam, vir indolis bonæ, juvenis tamen, & ut tempus habebat, militaris, satis attentè consilio, & suorum militum armis insistens Regi deserviebat. Erat namque Regi Episcopus charus, consilio venerandus, & in cunctis negotiis Imperialibus iudex fidelissimus. Itaque cum de quacunque causa multis iudicibus astantibus sententiã proferre curabat, cuncti unanimiter illico obtemperabant. Aliquantis autem transactis annis, cum Walpertus universi negotia Regni à Rege fidelissimus probatus, curiosè, ac sedulè dispensaret, canes Palatini nimia invidia quasi ranæ turgidi, clanculo Imperatori Walpertum criminose accusarunt. Itaque Rex, falsa occasione accepta, super Walpertum, & totam Civitatem, quasi leo ardentibus oculis, mortem cruciatibus diversis interminans, insanire, ac fremere cœpit. Quamobrem Walpertus Regem virum vesanum, & furiosum cognoscens, ipsum irrationabiliter commotum, magis scientiã animi, quàm armorum viribus cæde data immensa demoliri regnum, quodam negotio simulans se pergere trans montes, Ottonem Theutonicum Theutoniæ ferè totius Ducem, ut de regno se intromitteret, Romano fretus favore, suorum Episcoporum, ac militum Mediolanensium suffragiis aggressus est. (31) Itaque ordinato consilio, Otto super omnes

(29) Fallitur Auctor de Thermis, prout in multis locis. *Puricellus.*

(30) De palatio Imperatoris, & privilegio Mediolanensibus concessio vide Gualvaneum Flammam in Chronico majori cap. 115. & cap. 228. ubi citat etiam Chronicon de Barzanono. Memini legisse Veronensibus non ab simile olim privilegium concessum; & Lucensibus ne dirutū Imperiale palatium iterum instaurarent.

(31) Vvalpertus introduxit in Italiam Ottonem, ut excluderet Italos, & Berengarios Reges, & cum Vvalperto Agapito Papa idem procurarunt, jure, an injuria, alii viderint. *Puricell.* Sigonium sequutus Puricellus Agapeto II. Pontifici tribuit, quod Joanni XII. tribuendum erat. Otto Frisingensis lib. 6. cap. 21. anno 960. cum Vvalperto & Aldonem Episcopum Cumanum legatos Apostolicæ Sedis ad Ottonem venisse scribit, atque illius expeditio incidit in annum 961. quo iterum in Italiam venit, silentio enim præterit noster primam, atque alteram Litulphi ejus filii, de qua Arnulph. lib. 1. cap. 6.



nes gentes, & thesauros Walperto, & ejus consiliis confidens, in paucis diebus, (Walperto comitante) inenarrabili militum val-latus multitudine, venit in Italiam. Dum hæc acta fuissent, Walpertus, convocatis Episcopis, Ducibus, Marchionibus, omnibusque Italiae Primatibus, de superbia Alberti, Mediolanensibus honorificè suscepti, conquestus est. Igitur spretâ Alberti, ac suæ gentis totius superbiam, qui Italiam, quasi ancillam dominabantur, Otto ab omnibus in Regnum cum triumphis Mediolanum electus, & sublimatus est. Interea Walperto mysteria divina celebrante, multis Episcopis circumstantibus, Rex omnia regalia, lanceam, in qua clavus Domini habebatur (32), & enssem regalem, bipennem, baltheum, clamydem Imperialem, omnesque Regias vestes super altare B. Ambrosii deposuit, perficientibus, atque celebrantibus Clericis, omnibusque Ambrosianis Ordinibus divinarum solemnitarum mysteriis, Walpertus magnanimus Archiepiscopus omnibus regalibus indumentis cum manipulo Subdiaconi, coronâ superimpositâ, astantibus B. Ambrosii suffraganeis universis, multisque Ducibus, atque Marchionibus, decentissimè, & mirificè Ottonem Regem collaudatum, & per omnia confirmatum induit, atque perunxit. Quo factò, Rex, paucis commoratus diebus Mediolanum, consilio Walperti edoctus, cujus probitatem, atque industriad ultra omnes, & super omnes habebat sapientes, festinanter Albertum in cunctis præoccupans negotiis, universis tamen Episcopis ex omnibus Italiae Civitatibus, nec non Ducibus, Marchionibus, Capitaneis, Valvassoribus, Ottonem Walperti timore comitantibus, cum innumerabili, atque ineffabili peditum virorum fortium multitudine, Romam, quò tenderet, iter aggressus est. Tandem Walperto per tres dies Regem Romam antecedente, ut ipsum coram omnium gentium multitudine coronaret, Deo adjuvante, pervenit. At Albertus cognitâ Regis Ottonis famâ, & magnificentiam, videns se omnino ei armis resistere non posse, & Walperti cognitâ virtutibus, serò quod eum verecundaverat, pœnitens, perosus ferè omnibus, & Cœlo, & terræ, ab universis gentibus destitutus, meritis exigentibus suis, in insula marina, quæ Corsica vocatur, tristis, miser, imbellis, iners, infelix, occultè, amplius in Regno non reversurus, & velut fur, & latro velociter aufugit. Idem autem per tempus Rex Otto devictò, & effugato Alberto, tripudiantibus universis Romæ ab Apostolico conclamantibus, & collaudantibus universarum gentium populis, Walperto tantum astante, coronatus est (33). Interea omnium Regnorum Imperio sine gentium cæde, aut ullis sine bellorum periculis adepto, Walpertum, astantibus universis, Rex Otto extollens, oppida multa regalia in Italiae partibus commorantia decentissimè, ac honorificè ei donans exaltavit, magnificavit, honorificavit, & præ omnibus, & in omnibus honorificando sublimavit (34).

(32) De lancea passionis Dominicæ clavo adornata, vide quæ scribit Abbas Urspergensis pagin. mihi 212. ubi narrat eam S. Henricum Ottonis M. patrem à Rudolpho Burgundionum Rege dono accepisse, ac filio suo cum moretur carissimum pignus reliquisse; unde Otto in bellicis expeditionibus prælatam sibi voluit.  
(33) Anno 692. vide Ditmar. Luitprandum &c.

*Cantilena super statum Regis Alberti.*

**A** Ge, age jam Alberte, ultra Decium superbe,  
Disce miser, & miselle quid fuisti, aut quides.  
Adest Otto Rex nostrorum regens sceptrum popu-  
lorum,  
Cui debent summam laudem Reges Regum sæ-  
culorum.  
Ultra Reges habens scire, supra fortes regis  
vires,  
Quos nunc habet mundus iste superpollet sa-  
tis justè  
Manu fortis, & jocundus, bellicosus, & di-  
cretus,  
Vultus habens Angelorum, & est pater or-  
phanorum;  
Te Alberte decet nemus, & Ottonem manet de-  
cus  
Pro infamia Walperti: te decet alga regni,  
Pro Regina nunc Latina utere jam nunc marina,  
Pro regali sceptro nostro, frueri jam navis ro-  
stro,  
Utere vela marina, frueri jam Salonichina,  
Ut defendas vitam istam, vestes quærens, &  
farinam.

CAP. XVII.

*De Landulpho de Carcano Archiepiscopo  
Mediolanensi, & Bonizone  
ejus genitore.*

**I**nterea dum dignitatem, atque magnifi- centiam Archiepiscoporum supradictorum recolens, & aliquam magnarum rerum partem, quas magnificè in Deum, & in sæ- culum operati sunt intuendo descripsi, saltum ex improvisò dando, Landulphum exilivi, qui iniquus velut scorpio, in extremis caudæ torvè venando percutiens, majores Ecclesia- stici ordinis, videlicet Archidiaconem, Archipresbyterum, cæterosque majores, nec non Primicerium Presbyterorum, qui Coëpi- scopus vocatur, cæterosque Archipresbyte- ros hujus urbis Ecclesiarum decentissimè per multa tempora ultra omnes hujus sæculi Cle- ricos sublimatos, quadam insania ductus, in- compensabiliter, & indiscretè, & injustè de- honestavit. Enim ut Archiepiscopatum, quem ipse duris, & malis artibus patris adquisie- rat, retineret, universos Ecclesiasticos hono- res, atque dignitates, quas ordines supradicti per multa ad honorem Ecclesiarum, & Beati Ambrosii tempora rexerant, atque tenuerant, feris, & sævissimis Laicis tradidit (35). At priusquam hujus rei gesta narrando percur- ram, in cujus regis tempore accidit, cujusque generis, & cujus potestatis, & à quo patre ortus, differere operam dabo. Igitur tempore Ottonis Imperatoris Romani primi (36), Bo- nizo, à quo Landulphus nativitatæ suæ ori- ginem duxit, virtute ab Imperatore accepta, totam hanc urbem, velut Dux castrum pro- curando tenebat. Erat enim bonorum mili- tum, & strenuissimorum civium raritas im- men-

(34) Oppida, quæ Walperts ab Ottone dono acce- perat, enumerat Gualvaneus Flamma, nempe Ducatum Bulgaria, Marchionatum Martibe- sans, & Comitatum Seprii &c.  
(35) Vide Arnulphum lib I. cap. X.  
(36) Ita legitur in utroque Codice, sed omnino re- ponendum secundi, ut ex citato Arnulphi cap. VI. additisque notis.

menſa, quos homines peſtilentia vermium in-  
viſa, & inaudita, qui ſub pulvere parviſſimi  
latitantes, ut anguis teterrimus, eoſque mor-  
dens ſerè conſumpſerat; propterea vini feſta-  
rium per civitatem denarium unum, modium  
frumenti denarios quatuor, plauſtrum unum,  
lignorum denarium unum, vervecis autem,  
aut porcos, cæteraque majora animalia, ul-  
traquam cuiquam modò credibile ſit, tempo-  
re illo vendebantur. Per idem tempus mor-  
tuo Gottofredo Archiepiſcopo, cujus nominis  
memoria per parum apud nos ſonat, Bonizo  
Carcanenſi oppido oriundus, dignitatum avi-  
diſſimus, ſuo filio Landulpho in pondere auri,  
& argenti magno, Archiepiſcopatum Medio-  
laneuſem contra omnium ordinum Clerico-  
rum voluntatem acquiſivit. Interea Landul-  
phus paucis commoratus annis, patre ejus  
malè mortuo à quodam Tazonis vernula ſuo  
in lecto, ad Ottonem Imperatorem curſu ve-  
loci fugiens tetendit. Itaque cùm ante Regis  
præſentiam veniſſet, & omnia bella, quæ pa-  
ter ejus regia ob ſui honorem Imperii ege-  
rat, quàm ejus fideliffimus miles fuiſſet, nar-  
ravit; quin etiam multis lacrymis, multisque  
promiſſis eum obteſtans, ut ipſe ad ſui hono-  
rem, & Imperii dignitatem, & Bonizonis du-  
ctus charitate, quem ipſe ſuper omnes, bonis  
actibus, optimoque ſervitio probando ama-  
verat, nec non ut ſuperbiam tantæ civitatis  
compeſcendo humiliaret, Mediolanum, ar-  
mis, atque gentium populis diverſarum mu-  
nitus, in fortitudine magna, & brachio ex-  
tento circumveniret. Quamobrem Rex Otto  
Secundus, velut leo commotus, cum Landul-  
pho ineffabili gentium barbararum, & mili-  
tum ſtrenuiſſimorum gente ſtipatus, veniens  
Mediolanum, totamque civitatem machinis,  
& diverſis tormentis circumdans, omni ta-  
men ſinè bello confedit. Nocte denique ea-  
dem viſio reverenda ſuperveniens, Landul-  
phum longo labore, duroque itinere confe-  
ctum verbis ſuaviſſimis omnia Inferni tormen-  
ta merentibus illi oſtendens, & quàm ſuavia  
loca, atque præmia ſempiterna illos, qui  
Deum timent, & operibus bonis fideliter  
uſque ad finem perfeverant, & manent, ip-  
ſum perterruit. Propterea Landulphus divi-  
nis intrinſecus verbis exaſperatus, Dei timore,  
& B. Ambroſii reverentia tactus, videns pro  
ſui tantum honore populum, quem maturè  
periturum audierat, civesque quadam perni-  
nacia ſibimetipſis hoſtes factos, & filios paulò  
antea ſibi charos, nunc nequiter in gladiis  
coadunatos diriffimis, in mortem ſæviſſimè  
paratos eſſe; cognoscens, vidensque quid il-  
lis irâ Regis, & gentium in ſpolia hoſtium,  
occiforum gaudentium poſſet evenire, omni-  
no obriguit. Itaque convocatis aliquantis ex  
urbe nobilibus, Rege tamen primo ignoran-  
te, poſtea verò duriffimè conſentiente, polli-

A cens illis omnes plebes, omneſque dignita-  
tes, atque Xenodochia, quæ omnia Majores  
Ordinarii, atque Primicerius Decumanorum,  
Archipreſbyteri, & Cimiliarchi hujus urbis  
Eccleſiarum tenebant, jurejurando aſſerens  
pactum uſque deteſtabile pactatus eſt. Quod  
factum Regem minimè latuit. Et quamvis  
multis ex cauſis in cives crudeliter minitave-  
rat, tamen amicitia civitatis redintegratâ per  
plurimum gavifus eſt. Hoc facto, Landul-  
pho civitatem introgreſſo, Rex Otto omni-  
bus ſalutatis, in partibus Liguriæ ſeceſſit.  
Quo in tempore Landulphus omnes milites  
majores, quorum virtute Archiepiſcopatum  
teneret, expoliatis injuſtè Clericis Eccleſia-  
rum per deteſtandam inveſtituram Plebes il-  
las dando ſublimavit. Quin etiam propinquis,  
quos in Carcanenſi oppido habebat, de B. Am-  
broſii Archiepiſcopatus bonis, quibus ipſe  
fruebatur indignus, quadraginta millia mo-  
dios terræ fructuum, ut illos ultra omnes di-  
taret vicinos, per feudum dedit (37).

## CAP. XVIII.

*De Arnulpho Archiepiſcopo, & ejus geſtis.*

Veniens autem Arnulphus (38) à magno  
Walperto quintus, viriliter Episcopatum  
regens, mortuo tamen Ottone, quem  
Walpertus unxit in Regem (39), Regali Cu-  
ria Ottonis Tertii Regis, filius Ottonis Se-  
cundi, decenter ſecundum tempus ſerviebat.  
Erat enim Otto Ottonis filius Secundi à conſilio  
(40) conjugali, mortua conjuge, ex qua ſibi  
filium maſculum minimè genuerat, alienus,  
qui cùm in caſtitate videns per humanam  
fragilitatem perſiſtere ſe non poſſe, graviffi-  
mum ducens fore crimen, Regem aut adulte-  
riis fordidari, aut fornicationibus coinquina-  
ri, tandem Arnulphum, cum quo ſe de conju-  
ge congruè conſiliaretur, advocari præcepit.  
(41) Itaque Arnulphus cùm ante Imperatoris  
faciem adveniſſet, Rex è folio ſurgens hono-  
rificè eum ſuſcepit, tandem conſilio accepto;  
ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, ut fi-  
liam ſuam ultra omnes virgines ſplendidiffi-  
mam ſibi conjugio ſociaret, Arnulphum inef-  
fabili theſauri, argentique pondere onuſtum,  
curialiter direxit (42). At Arnulphus omni-  
bus affluens divitiis, cùm in Curiam Conſtanti-  
nopolitanam, receptus tamen honorificè ab Im-  
peratore, admirabilique militum, ac Cleri-  
corum exercitu ſtipatus veniſſet, per aliquot  
dies moratus, & cum ſuis omnibus ex longo  
itinere, ac labore fatigatis recreatus, equum  
Imperialem, quem Otto Imperator Romanus  
ſibi ad hujus laboris ſolamen donaverat, ſub-  
ſtrato pallio admirabili, ferris aureis, & cla-  
vis argenteis pedum unguis abraſis curioſè  
aptari fecit. Igitur hujus rei fama per palatia Re-

- (37) Exitum Landulphi commendat potiùs Arnulphus ob fundatum Celfianum Monasterium, de quo loco citat.  
(38) Hujus nominis II., qui Landulpho ſucceſſit. Vide Arnulphum lib. I. cap. X.  
(39) Otto ſcilicet I. in Italiam à Vualperto Mediolanenſi Archiepiſcopo vocatus. Vide Arnulphum cap. V. & ſeqq., & ea, quæ doctiffimus Auctor notarum addidit ex aliorum Scriptorum testimoniis.  
(40) Ita reſtituit Clar. Murator., nam in utroque Codice per errorem ſcriptum eſt à filio.  
(41) Vide quæ ad hunc locum notavit Clar. Muratorius in præfatione ad hunc Auctorem.  
(42) Chronographus Magdeburgenſis ineditus apud

Pagium in Crit. Baron. an. 990. & Hildensheimenſis legatos narrant Conſtantinopolim ad petendam uxorem Ottoni III. Joannem Placentinum, qui conſilio Crescentii Rom. Pontificatum deinde invaſit, & Bernardum wirceburgenſem Episcopum. Noſtro adſtipulatur Arnulphus lib. 1. cap. XIII. unde Pagius ipſe duplicem legationem aſſerere non dubitavit. Cæterum ſi Landulpho habenda fides de nuptiis Ottonis III. cum Græca uxore, quam ducere non potuit, corrigendus eſt Dittmarus, qui lib. 7. hæc ſcribit: *Deſponſata ipſi primùm fuit Helena, uxor Græca, ſed ei fraudulenta calliditate ſubtracta.*

Regis incunctanter volante, rem milites Palatini inauditam audientes, universi coram Imperatore more solito astantes, vehementer admirati sunt. Etenim hoc Arnulphus ad honorem Romani Imperii excellentiæ, atque magnificentiæ Regis Ottonis, totiusque Italiæ fecerat. Tandem cum Arnulphus Archiepiscopus magno ducatu militum stipatus, quos pellibus martulinis, aut cibellinis, aut rhenonibus variis, & hermellinis ornaverat, quibus Imperator mirificè eum imbuerat, ab Imperatore de filia ejus esset securus, & ipse ante faciem ejus solus, astantibus multis Episcopis, & aliis summæ, magnæque dignitatis, quibus ante præsentiam Imperatoris sedere non licet, super cicertergithronum federet, multis per interpretem rebus fermocinatis, quod intus Arnulphus erat foris apparuit. Interea Imperator Arnulphum, ut secum venatum quasi ad depellendas corporum gravitudines iret, precarus est. Arnulphus autem voce benigna, primò paululum tacitus inter se cogitans ordinem Episcopalem in quibus exercere se debet, tandem dixit: Ego enim vobis si placet, qua hora meas venationes insequi solitus sum, meis armis, meisque militibus, crastino die mediante ad vos veniens præparatus ero. At Imperator de quibus armis, quibusque militibus Arnulphus dixisset minimè per interpretem, ipso balbutiente, intellexit. Veniens autem Arnulphus die statuta Episcopalis indumentis ornatus, cum stola, sine qua numquam foris, aut in civitate, ullis negotiis intervenientibus, aut perturbantibus, esse solitus fuit, & Chrisma, honorabilissimisque Clericorum ordinibus vallatus, quos secum tulerat, & tribus cum Ducibus, honorandus pervenit ad Imperatorem, quo viso Imperator per multum inter se admirans, videns tantum Virum in Dei opere religiosum, sapientem, discretum, atque benignum, aliquantulum quod de venatione dixerat, verecundatus, per omnia laudans, atque magnificans, ac græcè fermocinando ipsum extollens substitit. Quod factum Græci Episcopi, Archiepiscopi, Sacerdotes per plurimi, qui eo in tempore Curia incolebant, mirantes, erga Latinos tantam religionem minimè fore credentes, permultum B. Ambrosium benedicentes, dicebant: Decens, & competens ratio fuit, ut sicut nos B. Ambrosius usque hodie divinis alit alimentis, scientissimisque admonitionibus, ut suos filios lacte, & melle verbi Divini informat, sic Dominus Arnulphus tanti viri, tantique Patroni successor suis nos exemplis modò colaphizando informaret (43). Interea Imperator, & Arnulphus cū paucis Episcopis in unum convenientes ex secretis tractaverunt consiliis. Moratus autem Arnulphus

A per tres ferè menses apud Imperatorem, gratiâ Regis adeptâ, serpentem æneum, quem Moyses in deserto Divino imperio admonitus coram filiis Israël exaltaverat, Imperatori requisivit, & habere meruit, & veniens in Ecclesia S. Ambrosii ipsum exaltavit (44); de quo Sanctus Ambrosius in Exameron, & ipse sicut serpens exaltatus, devorat colubres Ægyptiorum. Demum multis, & magnis donis ex auro & gemmis dotatus, cum filia ejusdem, quam Romano Imperatori traderet in conjugio, lætus & hilaris ferè usque ad Portum Barianum pervenerat; ecce enim ex improvviso vox humana regia, quam Imperator cum ineffabili pondere auri, & argenti Arnulpho, & suæ filia donaverat, dicens: Ottonem Imperatorem Romanum mortuum esse, insonuit. At Arnulphus vocem hujusmodi audiens, aliquantulum expavescens, viriliter universos exhortans, voce Episcopali, omnes intruens, dixit: O fratres, vox enim hæc phantastica, ut nos terrefaceret, venit; vox est illius, qui Protoplastos decepit, qui Redemptorem nostrum olim bis, terque tentavit: De quo ipsa veritas dixit; mendax est ab initio, & pater ejus, cui aliquis Catholica imbutus fide fidem adhibere non debet. Itaque omnibus ambagibus omissis, ad portum salutis velis dimissis accelerare festinemus. Tandem cum in portu per tres dies sederet, ut res erat in veritate, compertum est (45). Propterea cunctis graviter congemiscantibus, magnis lamentis, magnisque suspiriis, Arnulphus, & Regis filia cum omnibus suis ad patriam domum remeans, separati sunt (46).

C A P. XIX.

De Morte Ottonis Imperatoris.

R Ex autem Otto Tertius, cum Romæ castrum Crescentii, quod ipse contra imperium suum erexerat, opere mirifico constructum per multos obsedisset annos (47), ad ultimum, castrum, & ipsum Crescentium ingenio, non armis, neque corporis viribus cepit (48). Quin etiam ipsum Crescentium nobili progeni ortum, oculis turpiter evulsis, ad ultimum, omnibus membris detruncatis, decapitari iussit. Post multum verò non tempus Rex Otto, cum gravi ægritudine oppressus cruciaretur, & omnibus medicis, qui ejus curia, atque præceptis sollicitè serviebant, probatis, quorum medicinæ, aut antidoti Regi nihil profecerant, ferè ab omni salutis spe privatus, tandem ei à quodam cubiculario relatum est, quòd Stephania (49) uxor Crescentii de hoc morbo ultra omnes discretè sentiret; quam cum Rex sibi advocari

E *subtraham.*  
 (47) Diu quidem Otto III. Crescentio infensus, at ejus castrum non aded longa obsidione expugnatum, ut communi ejus ævi Scriptorum testimonio evincitur.  
 (48) Hæc firmat Ostiensis lib. II. cap. 13. ubi sacramento ab Ottrone deceptum Crescentium clarè scribit, Germanis Scriptoribus ferè omnibus contra testantibus. Auctor vitæ Meinwerci Episcopi Paderbonensis apud Leibnitium, Ditmarus, Chronographus Saxo, alique vi captum Crescentium, & ad motis machinis expugnatam arcem contendunt. Arnulphus lib. I. cap. 13. & ad motas machinas, & pacto composito Crescentium in Ottonis potestatem venisse verosimilius testatur.  
 (49) Ita eam vocat Arnulph. loco cit. I.

(43) Ad hæc respicere videtur etiam Arnulphus loco cit. cum scribat Landulphum satis episcopally in urbe regia conversatum.  
 (44) De hoc æneo serpente, quem adhuc in Ambrosiana Basilica columnæ impositum cernimus, vide quæ latius disseruit Puricellus in monum. Basilicæ Ambrosianæ num. 199. & seqq., & Boscha in suo peculiari libello, ubi plura & inter se diversa scriptorum testimonia, immo vulgi rumores  
 (45) Redeunte ab urbe regia Landulpho Ottonem III. è vivis ereptum scribit etiam Arnulphus lib. I. cap. 13.  
 (46) Ditmarus in collect. Leibnitii tom. I. pag. 417. Uludomiro Rufforum Regi Helenam nupsisse scribit, non ob mortem Ottonis, ut scribit noster, sed fraudulenta calliditate. Tom. IV.

eari præcepisset, cupiens eam bonis factis, bonisque promissis à dolore sedare marito, grandia dona auri, & argenti illi repræsentari iussit. At Stephania cautè aliquantulum de ægritudine ejus sciscitans, durum habens sub pectore vulnus, medicinis Galeni, aut Hypocratis sapientissimi, quatenus Regem ab inviso morbo liberaret, intrmittere se finxit. Igitur Stephania cum per duodecim dies Regem multis unguentis, multisque experimentis fovisset, & sola, aut cum ancilla intrandi, aut exeundi facultatem haberet, videns se jam tempus ad vindicandum maritum præparatum carpisse, militibus convocatis palatinis, quasi magno cum consilio omnibus dixit: O milites, si salutem quæritis Imperatoris, & ejus vitam vobis necessariam fore videtis, corium cervinum recens, atque sanguineum cursu velocissimo mihi adducite, est enim ad salutem Regis valde necessarium; opere pretium est, ut Rex huic cervino unguentis multis peruncto curiosissimè involvatur: quod cum milites, præcepto Imperatoris urgente, nihil mali suspicantes, celeriter implentes, corium duxissent, Stephania cautè, & occultissimè eum unguentis toxico infuso illico perunxit. Itaque rebus his omnibus præparatis, Stephania studiosè hæc omnia se agere simulans, veniens ad Regem, multis militibus astantibus, ipsum omnino nudatum corio illo per multum constringens involvit: quo facto Stephania Regi silentium imponens, diætâque ordinatâ, qua Rex aleretur, ad quendam Ducem charissimum se ire medendum simulavit: Et factum est quòd medicina, quam ad Regis esse vitam putabant, ad mortem inventa est. (50) Quæ omnia cum Arnulphus vir per omnia curiosissimus seriatim, & studiosè inquireret, ut Romæ gesta erant (51), cuncta inveritate comperuit. Igitur diversarum, multarumque rerum in auro, & argento, ac palliorum diversorum mobilibus onustus, visitatis Apostolorum reliquiis, multisque Martyribus, quibus Roma usque hodie ornata, & honoranda à multis frequentatur populis, necnon Apostolico salutato, ab eademque Urbe discedens, iter, quo Mediolanum repedaret, aggressus est. Interea Arduinus nobilis & Marchio altus (52), locuples in auro, sed scientiâ parcus, armis prudens, ingenioque ignarus, paucis consentientibus Italiæ Primatibus, Ottone jam mortuo, quasi furtim in Regem surrexerat. Hoc audiens Dominus Arnulphus, paucis commoratus diebus, Sanctæ Mariæ, ac Sancti Ambrosii in auro, & argento palliis, & gemmis honoratis Ecclesiis, in Ronchalia cum omnibus Italiæ Primatibus colloquium

- (50) Ostiens. lib. II. cap. 24. scribit Ottonem III. Stephaniz Crescentii viduæ, qua libidinose abutebatur fraude sublatum, apud Paternum, non longè à civitate, quæ dicitur Castellana, cum à partibus Beneventi rediret, unde fuit error Ademario scribenti eum decessisse in partibus Beneventi. Vita Meinwerici cap. 10. cum Ostiense concordat, ita & alii plures. Annus communi testimonio exploratus 1002. dies aliquibus IX. Kal. Febr. aliis X. Arnulphus non adamatam ab Ottone Stephaniam, sed stuprandam Teutonibus traditam scribit.
- (51) Melius ut Romæ ferebantur; nam Otto in oppido Paterno mortuus est, ut notavi.
- (52) Scilicet Eporediensis, filius Dodonis, de quo etiam Arnulphus lib. I. cap. 14. Ditmarus lib. IV. Adelboldus, aliique.
- (53) Laude convocatum fuisse ab Arnulpho Episcoporum, & Primatum concilium scribit Sigonius initio lib. VIII. ad an. 1002.

A statuit (53), ubi cum diversè de regni negotiis tractassent, Arduini ipse domino, quod malis artibus usurpaverat, Henricum Primum (54) Theutonicum scientia illustrem, armis fortissimum, militumque copiis abundantem, & divitiis affluentem elegit. Itaque Henricus Primus convocatus est, veniens in Italiam fretus Domini Arnulphi adminiculis, Imperium Romanum, hostibus fugatis, viriliter rexit, & tenuit (55).

## CAP. XX.

## De Gestis Domini Heriberti Archiepiscopi Mediolan. MXVII. (56)

B Veniens autem Heribertus (57) Arnulphi successor secundi, viribus fortis, atque fortiori insitens tempore, divina pollens scientia, sæcularique ingenio astutus, ad universa restauranda, quæ Archiepiscopatus quorundam vitio ineptè amiserat, Ecclesiastica sollicitus, infulis præfulgens Episcopalibus, Cathedræ Ambrosianæ sedibus viriliter resedit. In cuius tempore fames non tantum terribilis per viginti tenens Italiam annos, populos universos invadens, graviter arripuit. At contra B. Heribertus divina intrinsecus motus misericordia, videns pauperes, egenosque tantos, orphanorum, ac viduarum copiam immensam, convocari ad se quinque pistoriæ artis magistros præcepit: quibus convocatis pauca divina eloquia, ut illos in Dei servitio animaret, aperuit, & illis mercede pactus, divina ob jura imperavit, ut die omni, ac nocte, quamdiu fames in Italiæ partibus maneret, omni alio labore intermisso, operi curialiter insisterent, quatenus mixturæ panes, & cereris octo millia per diem unamquamque summo in mane suis consignarent ministris. Quinetiam coquos repræsentari ad se domesticos faciens imperando præcepit, ut leguminibus à ministris receptis, & octo fabarum modios eleemosynariis studiosè, ac curiosè omni die in mane repræsentarent. Insuper autem omni mense circa Calendas nummos multos, ac novas vestes propriis manibus dabat. Et factum est omni suæ tempore vitæ, præter annos, in quibus aut cum Rege, aut cum Marchionibus, aut cum Ducibus, aut cum gentibus extraneis, vel cum populo diversis occupatus negotiis insistebat, summa cum devotione, assidue, Deo annuente, adimpletum est. Interea cum Dominus Heribertus Archiepiscopatum nequiter à multis, ac variè dilaceratum virtute in magna recuperando viriliter reintegrasset, omnibus sibi rebus prosperantibus, in

- (54) Alter Codex legit Conradum, & infra: Itaque Conradus, qui altero nomine Cyno convocatus &c. Sed retinenda prima lectio emendatior.
- (55) Henricus cognomento claudus, moribus Sanctus. Vide Arnulphum lib. I. cap. 15. ibique notas.
- (56) Nisi mendum irrepserit in hanc notam chronographicam vacillant fortasse ea, quæ adduxit Papebrochius in exegefi Episc. Med. de Heriberto. Sigonius, Puricellus, aliique ejus electionem tribuunt anno 1019.
- (57) Ab Arciagio dictus à Sigonio, aliisque rer. Mediol. Scriptoribus: in ejus verò testamento apud Puricel. Basil. Ambr. num. 224. ita se nominat: Ego Aribertus, Dei gratiâ, S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & fil. bon. mem. Gariardi, qui fuit de loco Antemiano, & vixit legg. Langobardorum. Antemiani locus prope Canturium.

in cunctis negotiis Episcopalibus providè ut bonus pastor oves restaurans, ac suo gregi graviter scapulis imponens, strenuè Deo vigilabat. Præterea summa Henrici (58) Primi Imperatoris ductus amicitia, quem Rex ipse supra omnes mortales in Regno, ac consiliis Regi ministrandis fide regia sublimaverat, in Ronchalia ob regni stabilimentum multis cum Ducibus, & Episcopis, tempore competentis, colloquium decenter construxit.

CAP. XXI.

*Quare Episcopus Papiensis repræhensionibus Heriberti Crucem, quam præmiserat, refutavit.*

**E**A tempestate Eusebius Papiensis Episcopus Crucem tamquam Metropolitanus anteportari faciens, copiosus, & ab ipsa Copiosa oriundus, summo superbiæ fastu elatus, Mediolanensis culmini Præfulatus cœquari anhelans, serotinus colloquio venit. Ut autem hunc Dominus Heribertus eminus vidit, tactus dolore cordis intrinsecus, diù inter se tacitè suspirans, demùm mirantibus universis, clara voce in medio inquit: Summe Deus æternæ, qui omnia tuâ disponis sapientiâ, qui Regibus, & principibus legem, ut sui essent juris contenti, sanxisti, nec non Archiepiscopis Metropolitanis, ac Episcopis subordinatis, ut suis legibus spiritualibus, à Sanctis Patribus editis, & Parochis, sedulè contenti permanerent, benignè ut medicus accuratissimus præsignasti, homines isti, qui nimio iniquitatis zelo decus, & honorem Sanctæ Ambrosianæ Metropolitanæ Ecclesiæ offuscare conantur, obliti legis paternæ, ac majorum reverentia unde procedunt? Enim qui quondam sancto, & reverentissimo Benedicto antecessori nostro de Papiensis Episcopatus consecratione in Synodo Romana conquerenti injustè causaverit, animum Ducis ingerens, non Patris affectum retinens, sine lege Pastoris, illicitè suo ad consecrandum domicilio usurpative attraxit, nec civitatem dilexit Papiam, unam & charitativam obedientiam nostris antecessoribus habentem, cujus Ecclesiam de filia sibi fecit ancillam, nec Ambrosii sedem, ut Sancti prædecessores Apostolici, patrio dilexit affectu. Unde dolores magni, & duplicati cordi inhærent meo, sanctam devotionem B. Juventii, & Crespini, nec non & Reverentissimi Epiphaniæ sedulè cognoscens, quam in nostra Ecclesia, devotè ut matrem sustentantes, impenderunt. Qui, cum nostra Ecclesia Imperatorum & Tyrannorum sævitiâ olim Pastore viduata, Dei adjutorio quandoque sustentata florisset, ipsam benignis admonitionibus, & consecrationibus refoverunt, hujus Sanctæ Ecclesiæ Primiceriarum & omnium nostrorum Episcoporum providentiæ prærogativam habentes, præsertim quanti amoris, quantæque diligentie Sancto Confessori nostro fuit Ambrosio, qui quamvis corporis molestia gravaretur, inibi Sacerdotem in Episcopum manu propria ordinare curavit. Quo audito, animis omnium circumstantium magis,

(58) Hic iterum alter Codex legit *Cononis*.  
 (59) Scilicet Salicus qui S. Henrico successerat.  
 (60) Arnulphus lib. II. cap. 12. ex composito accusatum Heribertum scribit, quoddam jam Conradi animus incensus esset populari tumultu, quem accepterant Mediolanenses, cujus origo Tom. IV.

**A** ac magis, exardescitibus, qui multa sæva, ac aspera prælia ob B. Ambrosii amorem, cæde data immensa, ac à Deo datâ victoriâ, sustinuerant, Crux, quam Eusebius sibi anteferri fastu superbiæ permittebat, ab ipso summa humilitate, ac devotione, coram omni multitudine debita, refutata est: quæ usque hodie plurimum crysalli habens, in Sanctæ Mariæ secretario in testimonio posterorum decenter custoditur.

CAP. XXII.

*Quare Heribertus Archiepiscopus ab Imperatore Papiæ capitur.*

**P**ER idem tempus cum Conradus (59) Imperator, Papiæ, circumstante exercitu, Imperialibus perfulgens dignitatibus confedisset, universis, qui Ecclesiarum beneficia invaserant, aut qui homicidia injustè commiserant, aut orphanorum, aut viduarum prædia devastando contriverant, & omnibus, qui injustè à perfidis hominibus per aliquam causam cruciabantur, ut sui imperii vigor exigebat, secundum legem facere humanam, & judicare decrevit. Itaque conspiciens multos in Italiæ partibus circumspersos, sine lege, sine fœdere, omni dimisso timore, inhumaniter invicem offendere, ut omnes à malo in bonum revocaret, quatenus qui sine lege omnia habentes promiscua, illicitè se se exercuerant, per legem districtè judicarentur, edicto per diversas Italiæ Provincias volante, hujus rei causâ diem statuit. Quo audito orphani multi, viduæque multæ, quàmplurimi Duces, multiq; Episcopi, velut aqua in sentinam, Papiam ante Imperatoris aspectum, unusquisque de propria conquerens injuria confluxere. In quo loco, prout erat offensionis causa, alii restituebatur pro facti emendatione optimi auri libra, aut argenti marcha, & alii, sicut rei causa habebat, judicabatur, secundum legis præcepta: manus truncabantur, aliis oculi funditus eruebantur, postremò verò ab alio vita, quæ est pretiosior auro, ense Regio capite abscisso, auferabatur. Interea quidam Transmontanus ante Imperatoris præsentiam, summa multitudine circumstante, de Curte Leuci (60) super Heribertum Archiepiscopum conquestus est. Hoc audito Heribertus hac indignatione turbatus, neque respondere, neque defendere sese paravit, tandem è folio confurgens, hujuscemodi verbis, ut Rex spatium per induciam daret, quæsit. Unde multis conlatrantibus, & Regem in iram provocantibus, super Heribertum nimio odio zelati sunt. Itaque ubi hoc Imperator cognovit, ira, & malorum verbis commotus, oblitus, quod cum Heriberto fœdus fœdaverat ferali ira repletus, Archiepiscopo, ut lamentanti legem faceret, imperavit; quo recusante, Rex ipse è folio confurgens regio, ut Heribertus caperetur, præcepit. At milites quantæ dignitatis, quantæque magnificentie Heribertus esset cognoscentes, timentes manus in illum mittere, paulum substiterunt. Demùm Heribertus Regem ad pristinam amicitiam, qua-

sicuti fuit electio Laudensis Episcopi sublata de potestate Mediolanensis Archiep. ita facile in suspensionem venerat Heribertus, ut auctor crederetur, quod scribit D. Antonin. p. 2. tit. 16. cap. 4. §. 1.



qualiter in regno ipse eum adjuvaverat, & strenuè fecerat viribus omnibus, altis revocans verbis, frustra laboravit. Venientes autem canes palatini, & sævissimi Theutonici, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram, & jumenta multa, Heribertum detinuerunt. Hoc facto omnis Regis, & legis jugus iudicibus, & Ducibus, omnibusque Episcopis, atque Marchionibus per diversa quadam ira commotis, ac perstreptibus, dissolutus est. Quo detento, fama ad concives, ac filios suos, Deoque adoptivos citissimè pervenit. Propterea hujus urbis nobiles sine mora per omnes Italiæ partes currentes, multos Episcopos, Duces, Civitates sollicitando, consilium mirabile inierunt. Interea omnes Mediolanensium concives, majores ætate, ac minores, Sacerdotes, Clerici, ac matronæ nobiles, & Sanctimonialia, omnibus ornamentis abjectis, cinere, & cilicio induti, corpora Sanctorum jejuniis, & orationibus, Litanis, & crebris vigiliis Deum supplicando visitabant. Et cum longa jejunia ferè usque ad noctem ducerent, coctum, quod comedere debebant, pauperibus summa cum reverentia tribuebant, quod velut filiis mortuis, omnique substantia habitantium, viribus iniquorum abrasa, tristi vultu, & animo mœrenti consistebant. At Sacerdotes, & Monachi intimis suspiriis, magnisque lamentis singulos per dies Litanias studiose celebrantes nudis pedibus, multis, & magnis mysteriis supplicantes Dominum, & B. Ambrosium, & omnes Sanctos exorantes, incessanter fatigabantur. Sed Deus, qui cuncta scrutatur occulta, cuncta ante quam fiant, aperta cognoscit, videns omnes Heriberti fideles concives, populos vicinos, atque longinquos ad liberandum, & vindicandum ipsum Heribertum usque ad mortem obstinatissimos, & ad cædem immensam super Conradum, ac suos satellites animis, & armis præparatos, antè tempus ad bellum statutum, sine bello, & gentium utriusque partis strage, Heribertum consilio Abbatissæ Sancti Sixti, quam ipse consecraverat, à manibus iniquorum liberavit. Cum enim Heribertus ab Imperatore detentus fuisset, non tamen constrictus, ut alii damnati solent, sed curialiter à Theutonicis munitus, juxta flumen, quod Trebia vocatur, non longè à Placentia Dei dispensatione, atque ducatu venisset, papillionibus, & cæteris ornamentis confedentibus, per aliquot dies moratus quievit (61). Interea Heribertus Theutonicorum gulositatem, & animos vino deditos videns, atque cognoscens, unum de fidelissimis domesticis tollens, quos secum habebat, ad Abbatissam Sancti Sixti, cujus Monasterium infra civitatem Placentiæ situm est, studiosè in omnibus, quæ volebat, edoctum direxit. Qui ubi omnia seriatim, quæ Heriberto injustè evenerant, Abbatissæ commemorasset, & consilium, quo fuerat doctus ei aperuisset, ut erat consiliatrix provida, accuratissimè & tacitè inter se rimari cœpit quo ingenio, quove consilio Heribertum à Theutonicorum manibus eripere, & liberare posset. Itaque Abbatissa videns Theutonicos vino nimio inebriari, solitos etiam post cœnam in nucleolis, & majoribus nucibus optimo vino interjocare, ut mos ferè gentis, & indiscretè & inconsultè delectari, hoc modo fallere eos desiderans, viginti onera carniarum diversarum, & decem-

(61) Vide Arnulph. lib. II. cap. 9. &amp; Vviponem.

A plaustra diversorum vinorum, cum multis frugibus, ac diversis ad Heribertum magnificè misit, & sola accipiens illum secretè fidelissimum, quem sibi Heribertus miserat, tacitè, ac sapienter admonendo instruxit, quatenus in primo sero, quo apparatus Heriberto Archiepiscopo repræsentati fuissent, omnibus viribus operam darent, ut Theutonici nimia cœna turgidi, illis studiosè nuces, atque nucleolos frangentes, in quibus delectari, ut largius bibant, soliti sunt, funditus inebriarentur. Quin etiam omnes Heriberti domestici per multum se se bibere, ac manducare simulantes, puri & à vino sinceri permanerent. Demum sic facientes, & usque ad galorum tertium, & quartum cantum eos studiosè, & cautè inebriando perducerent. At cum jam nimia vini ebrietate, temulenti Theutonici, ac deebriati huc, atque illuc vina ad semetipsos fundentes, quid agant omnino ignorantes, & tandem fatigati vino, atque labore militiæ, se se in locis solitis prosternentes quieverint, tum cum suis Clericis omnibus, dimissis mobilibus, equis, atque mulabus, Dominum Heribertum clanculo in lecto quiescentem excitare, & velit, nolit ipsum accipere, & equos à me deforis à castris præparatos, ipsum stipantes, superascendite, & navi præparata, ad Eridani portum accuratissimè, omni depulso timore, ipsum deducite.

## CAP. XXIII.

*Quare Heribertus Archiepiscopus à captivitate liberatus est.*

Hoc audito Heriberti domesticus tacito sub pectore rimans, & hujus rei eventum Dei manu commendans, ut erat edoctus, omnes alios familiares fidelissimos accuratissimè in his omnibus privatim animando edocuit. Factum est autem Dei dispensatione, & ejus misericordia opitulante, omnia illa, ut prædixerat Abbatissa, Deoque consecrata, sine cæde seriatim evenerunt. Igitur Heriberti domestici cum multis donis, multisque promissis in Theutonicorum amicitiam devenissent, & illis multos, ac diversos apparatus, & vina diversarum specierum odore & herbarum virtutibus redolentia in primo sero præparassent, ipsos in istis ultroneos delectantes, largissimè inter cætera vina diversa propinantes, ultra modum inebriati sunt, & cum jam nimia temulenti ebrietate in potatione ferè usque ad noctem mediam persisterent, & unusquisque suo compari ut magis ac magis biberet, operam daret, aureis, & argenteis scisis superjocantibus, nunc oculis torvis, voceque terribili invicem minarentur, & modò vultu lacrymabili lacrymis largissimè decurrentibus turgidi, & à vino inebriati, quod agerent omnino ignorantes, & singula membra sua non fervarent officia, huc, & illuc sese prosternerent, Heriberti domestici hæc cuncta videntes, gaudio gavisi immenso, illos singulos in stratis bene ornatis velut mortuos portantes collocaverunt. Interea soporatis, & bene faginatis Theutonicis, in quorum custodia Heribertus erat, fidelissimi ejus, cum jam tempus ad negotium statutum prosperis accelerare successibus vidissent, & Theutonici ebrietate nimia vini diversi perfusi, membris ferè mortuis, & omnino hebetati inhonestè quie-

in vita Conradi.

quiescerent, & terribiliter sterterent, sine-ri (62), & sui Domini salute anxii, secretissime Heribertum excitantes, ipsum renuentem, sine calceamentis, nemine illorum sentiente, ab illis eum abraferunt, & equos superascendentes clanculo ad portum citissime pervenerunt. Jam enim navim conscenderant: ecce Theutonici terribili garritu, vocibusque dissonantibus, nimio vini ardore bacchantes, suam non linguam frendentes cursitabant, & velut torva animalia, latratu fœvissimo huc, illucque discurrentia, nimio dolore, vel sui percussione, vel venatorum ingenio, sagittam emissam, vel catulorum amissione, quos paterno, & materno amore jam antea diligebant, pervolabant facibus multis, ac magnis accensis, ac multorum ignium, & palearum varietatibus discurrentes, ululatum terribilem Heribertum querentes dabant. Demum, Deo opitulante, sine cæde, Theutonicis frustratis, & inaniter laborantibus, ac Clericorum, & Civium precibus adjutus suorum, Heribertus summo cum gaudio, miroque honore, magna reverentia ipso die à Clero, & à Populo univerſo receptus Mediolanum repedavit, qui omnibus salutatis, animarumque feculis recreatus, Deo, & B. Ambrosio gratias agens immensas, civibus tripudiantibus universis, suis elemosynis, ut vidimus, adjutus, & liberatus, viriliter, & feliciter refedit.

C A P. XXIV.

*Quare Civitas Mediolanensis à Conrado Imperatore ob fugam Heriberti obsidione concluditur.*

**F**actum est autem cum hujus rei eventus ad Conradum Imperatorem, qualiter, aut quomodo actum fuisset, seriatim divulgaretur, virum cognoscens probum, consilio militum strenuissimorum, & peditum fortium, dominum auri, & argenti copiosissimum, corde tactus humano, omnia; quæ ei intulerat mala corde tenus reminiscens, vultu pallenti obrigit. Tandem, ut tyrannidem, quam ipse circa pectus versabat, crudeliter exercebat, tota cum Civitate Heribertum in vinculis redigi cupiens, & ejus fautores, omnibus eorum filiis, atque rerum substantiis militibus suis in præda donatis, obsidione statuta obnixè firmando decrevit. Igitur convocatis Regibus quatuor, & coadunatis Ducibus, & Marchionibus, Comitibus, nec non Episcopis omnibus, quos aut blanditiis, aut terroribus illo in tempore habere poterat, & peditum multitudine ineffabili, ad Heribertum obsidendum, totamque ejus civitatem, minansque fame, & ferro, ac igne inextinguibili circumvenire, pervenit, quod cum ad hoc peragendum negotium, à quo retrahi eum nemo poterat, circumfuso, atque circumsperso exercitu Mediolanum pervenisset juxta fluvium, quod Vitabilis (63) vocatur, quod quondam omnes ultramarinas divitias cum flumine Lambro ab urbe usque in Padum sociatum nobis ut mater quotidie representabat, ubi non longè ab urbe castris, & tentoriis infixis fatigatus confedit. Unde per aliquot dies suum inibi recreans exercitum, ordinatisque signis, atque legionum Ducibus, in tertia die, ut civitatem funditus demoli-

(62) Hoc est nullo vini potu vitari.  
(63) Hodie Vitabia vocatur. Nobis autem antiqui

**A** rerur, omnes milites, ac universorum peditum catervas ad præliandum per unamquamque portam civitatis velut feras dimisit. Quibus dimissis; alius Imperatoris amore, alius timore ejusdem, alius muneribus & donis, atque promissis, alius spe prædæ, alius civitatis opibus illectus, e quibus ipse suas animaverat gentes, alius ira, & odio civitatis imbutus, pro ut natura gentis suæ exigebat, sonitu terribili, inauditoque garritu præliantes, primò aliquantulum cives tertuerunt, & cominus lanceas, sagittas, cæteraque prælii congrua emittentes incautè ex nostris multos feriebant. At nostri, ut erant edocti, portis, & feris, & anteportis, turribus valde munitis, quod anteportale vocatur confitum ante portas, & triangulare, hostibus introitum claudens, & turribus muratis trecentum decem, quæ in circuitu urbis ita densæ erant, ut omnes, qui eas custodiebant, ut vicini superfedentes confabularentur, valde munitis, primò juxta Arcum triumphalem, quem Heribertus papillione superimposito, & viris fortibus superimpositis, mirificè armis,munitionibus, tormentis muniverat, exercitui hostium viriliter præliantes obviari sunt. Et videntes tantam gentium multitudinem, atque armorum inauditum audientes fragorem, ultra herbarum multitudinem eos extimantes, in primo ictu belli, cum hostes manu ad manum cursitarent summo impetu tela emittentes aliquantulum subititerunt. Interea nostri cum eos paulatim, qui in armis, armorumque ictibus, aut belli ingenio valerent, cognovissent, lanceis, & ensibus, jaculis, atque sagittis, cæterisque bellorum ornamentis, velut misera animalia eos ubique dispersos trucidabant. Cum autem eminus veniebant, unusquisque, pro ut diversarum terrarum, erat provinciis, voces dissonas emittendo, summo impetu in nostros tela emittendo irruerat. Ob hoc enim nostri aliquantulum subsistentes omnia telorum genera, quæ possunt emitti, ab inimicis detorta recipiebant. Itaque inimicorum telis callidè exceptis, viriliter sua arma regentes milites, ac pedites, ut à magistris belli erant edocti, certatim, ut erant ordinati suum locum custodientes, competenter, & cautè certabant, nemo sine consilio in hoste feriendo irruerat, nemo suum terminum sine gravi hostium concursione, aut vulnere deferebat, nemo hostem, etiamsi opportunum ad feriendum conspiceret, solus ex suis exiliens percutere audebat. At ubi bellum in aliquam gravescebat partem, & pondus ejusdem supereminebat, non omnes, sed legio, ad quam qui super turrim astabat signum faciebat, ordinatis signis statim subveniebat. Propterea adunati, valdeque constricti hostes, obnixè jam securè irrumpentes, alius ense, regens, alius lanceam manu tenens, Theutonicos, & cæteros hostes feraliter percutiebant, alius sagittis cæterisque tormentis ipsos percutiendo, atque minuendo perterrefaciebat, alius ferreis uncinis hostes, quos ad se trahere poterat, trucidabat. Demum sic facientes, multis inimicorum ferro trucidatis, per aliquot dies equites cum equitibus, pedites cum peditibus præliati sunt. At milites quorum virtute, atque animi scientia, & corporis ingenio bella gerebantur, clanculo militibus audacissimis, atque fortissimis centenis dimissis,

usus hoc loco memorati nullum penitus vestigium. Utinam hæc esset adhuc industria.



sis, ut hostes à quacunque parte possent invadere, modò à lævo latere, modò à dextero, modò in prima fronte, modò retro, maximè cùm bello laborabant, certantes, quamplures occidendo, spoliis omnino dimissis, cursu rapido equorum lora revertentes, Regis exercitum undique conturbabant.

## CAP. XXV.

*Quare Eriprandus Vicecomes Baiguerium  
Conradi nepotem detruncavit.*

FACTUM est autem cùm Eriprandus Vicecomes miles millenarius è Regali profapia oriundus, ingenio animi, & corporis viribus ipsi Regi præferendus, quasi gigas nostrorum exercitum multis strenuissimis militibus stipatus undique protegens, fortuito, ut militibus in bello evenire solet, cuidam superbissimo Theutonico Imperatoris nepoti, Baiguerius nomine, & ex ipsis natus, cùm supervidendum hostium catervas cum paucis adiret, obviavit, qui fidens viribus, atque nimie multitudini, se prius non gustaturum panem, neque bibiturum vinum juraverat terribilibus verbis affirmans, quàm ipsa sua lancea manūque propria civitatis fores, ac ejus feras ferreas feriret. Quibus visis, atque cognitis, & animis velut leones commotis, ardentibusque oculis, frendentibusque equis, quos ad bella decenter & milites strenuissimi instruxerant, lanceis extensis, immanem dantes fragorem, concurrerunt; sed cùm sese mutuo milites, gravissimèque percuterent, fractis lanceis, equi, & scuta, velut tonitrua persequentes sonum teterrimum dederunt, & ensibus ferire obliti, ferè invicem unusquisque per nasale cassidis alterutrum tenuerunt: sic enim equitibus in unam concurrentibus partem dominos suos deducebant. Interea Eriprandus pro patria pugnans, pro qua mori desiderabat, pro sua ac gente triumphans, ense sub mentone posito, truncatà loricà, decapitavit superbum, David similis, qui Uliam olim viriliter detruncavit. Quo mortuo pedites urbani eum sapientes truncatum, ad dedecus Imperatoris, visceribus extractis, super Arcum triumphalem ipsa viscera in propatulo expandentes miserunt. De quo quidam ex nostris primò cùm Regis exercitus innumerabilis more locustarum terram cooperiens circumveniret, scutis ambabus partibus ordinatis, incolumis quasi volando sese dejecit. At Rex Conradus ab omni spe frustratus, cùm jam multos milites strenuissimos, ac pedites innumerabiles contra votum amisisset, se frustra per quindecim dies laborasse conspiciens, dolore gravi dolori adjuncto, Dei irā

(64) Vvipponi dicitur *Corbitum*. Extat adhuc non ignobilis pagus vulgo *Corbetta*. Hæc evenisse scribit Vvipponi laudatus in Dominica S. Pentecostes ante horam tertiam &c.

(65) Henrici scilicet III. Pii, & Nigri appellati prima uxor nomine Cunichildis, Canuti Anglorum, & Danorum Regis filia, quam sibi anno 1036. apud *Noviomagum* regalibus nuptiis copulavit uxorem, ut refert Hermannus Contractus dicto anno, Guilielmus Malmesbur. de gestis Anglorum lib. 2. cap. 12. Vvipponi Chunelindes, & Annal. Hildesheimens. Cunigunda dicitur. Ipsius obitum Vvipponi quidem refert ad annum 1038., in quem incidit noster XV. Kal. Aug., at quo in loco, & quo mortis genere omnino reticuit. Hanc adulterii accusatam, & postmodum singulari certamine à *Municone* Anglo purgatam scribit

A multis grandinibus tam fursum, quàm deorsum trucidatus, Papiam tendens, graviter urbi minando aufugit. Terrore Dei, ac iræ desper percussi, atque gladiis Mediolanensium petiti, ambarum plagarum flagellis demoliti, nemine persequente, tantā angustia confusi fugiebant, quòd multi milites, multique pedites equorum pedibus attriti, morti sine hominum adjutorio incurrerent; inter quos Ugo Marchio Transpadanus, qui multis cum militibus ad destruendam urbem in adjutorio Conradi concusserat, ab equo cadens, quem ex nimia gentium densitate nemo adjuvare potuit, unguis equorum attritus, & ipse morti datus est. Factum est autem cùm Rex per aliquot Papiæ dies sedisset, idem nimia ira imbutus, nescio quo ingenio Coriopiæ (64) venisset, omnia habens promiscua, divina videlicet, & humana, in tantum, ut suorum equis Ecclesias implere permetteret. In quo loco ira divina percussus, & nurus sua (65), multis mortuis, fulmine deuncta est. Et idem, tristis, omnibus elementis perosus, nurum suam balsamo perunctam secum deferens Theutonicam tetendit: ubi paucos moratus dies gravi ægitudine detentus mortuus est (66).

## CAP. XXVI.

C *De civili discordia, qua fuit inter Capitaneos, & Valvassores ex parte una, & populum Mediolanensem ex altera (67).*

D POST multum verò non tempus Cives suorum victoria potiti inimicorum, ut genus agere solet humanum, hostibus hostes, amicis amici fidelissimi mala pro malis, & bona pro bonis reddentes, curiosè effecti sunt. Quin etiam pacem cum hominibus habentes, cùm jam inimici undique deficerent, gladios in semetipsos ferentes, hostes sibimetipsis effecti sunt. Enim hujus causa belli Duces, qui hanc urbem animi scientia, corporis virtute regere, ac tutare solebant, per quandam negligentiam amisso dominio, fuerunt quondam; qui, prout eorum dignitas, atque nobilitas exigebat, per tempora in palatiis juxta Ecclesiam Sancti Protaxii morantes, quidquid honestum erat, Civitati curiosè procurabant, & quod incautè fractum, studiosè, ac sapienter consolidabant, & quod injustè actum in aliquo, continuo per aliquam causam emendare, & satisfacere injuriantem procurabant: præsidium erant orphanis, adjutorium tribulatis, viduis subsidium, parvulis nutrimentum, lex erant injustis, justitia perfidis, timorque latronibus. Omnes enim mercatores, & rustici, aratores, & bebulci securè propria ne-

E Bromtonus, & Guilielmus Malmesb. in chron. eaque de causa maritum repudiasse, ac sacrum velum suscepisse. Si nostro habenda fides, vana hæc omnia.

(66) Nonas Junii, feria II. indictione VII. qui characteres chronologici conveniunt anno 1039. Nostro fidem adstruunt Scriptores ferè omnes de Conrado verba facientes, potissimum Otto Frising. lib. VI. cap. 31. non multo post, inquit, *reverso ab Italia Imp. Sanctamque Pentecosten in inferiori Trajecto Frisia urbe celebrante in ipsa solemnitate infirmatus XVII. regni, Imperii verò XIV. anno diem ultimum clausit.*

(67) Codex alter hoc loco habet *Explicit de Cononis obsidione, incipit de Capitaneis obsidione facta super populum libertatem parentum antiquorum vindicantem.*

negotia agentes victitabant, singula sua curantes, Ecclesiarum, & Clericorum honoribus solliciti, prosperantibus universis, in pace vivebant. Non erat dignitas, neque parentum munitio, quem aliquem adversus alterum injustè agentem emendare, aut secundùm Ducum imperium renitentem defendere, ac liberare curaret. Enim præter tempora, in quibus Regum bellis, aut inimicorum catervis longè, latèque dispersi strenuissimè, ac decenter insitebant, pacem & gaudium humiliter, ac devotè fruebantur. At postquam, nescio quibus de malis causis jam tantùm percrebrescentibus, honorificentiam, atque suarum dignitatum magnificentiam Duces novitiis Capitaneis paulatim dederunt, maximis nudati honoribus, antiquorum & suorum parentum reverentiam obliti, in honoribus cunctis annullati sunt. Itaque univèrsus populus reverentiam, & debitum, quod Ducibus impendere solebant, paucis Capitaneis, quos Duces sublimaverant, exigebant, majora tamen Civitatis Ducibus manu, & consiliis adhuc regentibus, Capitanei, Valvassores, ut securiùs nova dona tenerent, sublegerunt. Interea populus suorum malorum per diversos, ac varios dominos mala videns crevisse, durius habens dominium suorum civium, quàm Ducum quondam suorum, tentando eventus bellorum varios, ab illorum dominio sese defendere, ac liberare disposuit. Igitur Heriberto adhuc cathedram regente Ambrosianam, quem fortia, ac grandia acta superbiorum Principum, & ipsius Regis supradicti animi ingenio, & militum suorum fortitudine viriliter correpsisse cognovimus, bella gravissima in urbe, populo adversus majores pro libertate acquirenda præliante, quam olim parentes ejus ob nimiam hominum raritatem amiserant, crudelissimè adorta sunt. Propterea factum est, ut in quacumque urbis regione Capitanei, & Valvassores populum superabant, inhumaniter ipsum trucidabant. At populus, ut solet, sine misericordia iratus, magis mori diligens, quàm vivere inhonestè, ac dulcius judicans mortem videre, quàm vitam summo cum dedecore ducere longam, ubicumque ipsos armis, & jaculis diversis vincebat, velut serpentes, aut dracones crudelissimos per omnia mortificabat. Demum Capitanei, & Valvassores sese in urbe videntes populo resistere minimè posse, existimans populum fame, & ferro, multisque necessitatibus per nimiam obsidionem devincere, ac superare posse, & antiquis redigi servitiis, urbem secretè, & unanimiter exierunt. Quo factò, populus videns vitam in manibus fore, magis armis sperans salutem, quàm ullis beneficiis, studio bellorum, & ingeniis animorum curiosè diu noctuque exardescens, paupertate fortis, pro acquirenda libertate fortissimus, divitiis anxius, sed studiosior libertate, jaculis, ac tormentis variis, diversisque munitionibus, omnique ingenio, quo sese à civibus, hostes jam facti mortales, liberare possent, operam dabant curialiter. Erat enim ductor, atque illorum protector Lanzo nobilis, & Capitaneus altus, cujus consilio animi, atque corporis exercitationibus cuncta regebantur negotia: Capitanei verò circa urbem antevardis ordinatis, civitatem ab uno milliario diu noctuque curiosè vallantes, non ut cives, sed ut hostes exercebantur, quibus Marciani, & Seprienses au-

A xilia præstantes, sex oppida in circuitu civitatis construxerunt, & per tres annos omni die multis confecti bellis, innumerabiles occubuerunt. Quo in tempore, si quem, ut in bello fieri solet, capere poterant, aut ipsum hostiliter interficiebant, aut in carcere obtrusus obscuro, pœnisque attritus diversis, omne, quod habere, aut per se, aut per amicos poterant, ab illo durissimè extorquebant. Similiter & populus, si per aliquos bellorum eventus, aut aliquo animi ingenio, corporis tamen virtute cooperante, de majoribus aliquos capere posset, quali populum pœna trucidabant Capitanei, tali pœna, paulòque graviore, decentissimè illos honorificabant. Itaque his, & aliis rebus Capitanei animati, non erat dies, in quo tempore, ipsi, ut dixi, aut Valvassores urbem non invaderent, sed juxta murum ante urbis portas, quæ per se, quasi per naturam defendebant, balistas, aut diversorum generum machinam timentes, quali ipsos formidantes cives serpentibus Ethiopiæ duriores, accedere non audebant. Ea tempestate, si aliqui de populo tyrones, jam facti fortissimi, animis fervidi, ac ira ferventissimi, mori, aut occidere minimè recusantes, ipsos fortuito insequerentur, aut ut hostes gravissimè feriebant, aut semetipsos defendentes, in loca tutissima se se recipiebant. Jam enim Civitas, aliquot tranfactis temporibus, fame, quæ ferro durior est, ferè erat consumpta, in tantum, ut pane, vinoque omnino careret, nisi quantum infra civitatis ambitum aratores poterant metere, & vinitores poterant cultura diligenti laborare: caro autem, & pisces furtivi homines, verò macilentos, prælio leves, animoque fortes, belloque ardentissimi. (\*) Si intus eam videres, turribus, atque palatiis desertis, jam minantibus ruinam, Babyloniam potius diceres desertam, quàm Mediolanum, quondam Regum sedes nobilium; multis propterea è civibus clanculo fugatis, turres, & civitatis murum, portas, & anteportale, & cætera civitatis munimenta, hominum exercitu mirificè ornata, studiosè diu noctuque custodiebantur. Idem per tempus Lanzo ingenio providus, corporis virtute laudandus, negotiis militaribus curiosissimus, in angustiis pervigil, de hostium victoria sollicitus, cum jam sibi à nullo ex civibus subveniri posset, demum comperisset, ac ultra Capitaneis, & Valvassoribus non posse resistere, mori paratus, quàm civitatem, ac populum, quamvis multitudine parvulum, tamen fidei suæ creditum, hostibus tradere criminose, Dei, & B. Ambrosii fretus suffragiis, consilio tamen paucorum edoctus, cum Alberio, unus de Valvassoribus, qui socius cum ipso in passionibus semper permansit, ad Henricum Imperatorem, qui noviter, contra tamen Heriberti voluntatem, surrexerat, sperans se ejus imperiis pacem cum populo habere, auro & argento onustus curialiter tetendit. Qui cum in Regis Curia, ut nobilis, ac de magna civitate oriundus, aliquantis cum militibus venisset, multis, ac magnis muneribus viris Palatinis circumsparsis studiosè, honorabiliter susceptus est. Interea à Rege Lanzo perpauca de Heriberti prosperitatibus interrogatus, per plurimum verò de urbis negotiis sciscitatus, in his compatiens, aliquantulum confederunt. De quo enim Heribertus, quia Henricus de Conradi progenie originem duxerat, quem me-

(\*) Ita in utroque Codice, sed locus corruptus.

memorando meis detexui descriptionibus, à Regno contra quod ejus voluntatem sibi susceperat, omnino dissentiens, ut alium Roma cum Italia Regem haberet, sollicitè operam dabat. Quapropter Henricus ultra omnes ipsum ad sui Imperii dignitatem infestari pari assertione comperiens, eum cum omnibus suis militibus suspectum habebat. Et, ut ad urbis negotia redeam, quæ aliquantis passa est temporibus, transactis, atque omissis multis perturbationibus, breviter Heriberti voluntatem, qualiter nec fuit cum populo, nec voluntatem majorum juvit, edicam. Igitur Heribertus cum animos Capitaneorum ultra modum, in primis luxuria, avaritia, cæterisque malis artibus irrevocabiliter effrenes vidisset, & prædicationibus multis, ut decebat tanto viro, ipsos, ut in patriis legibus permanerent, quotidie idem exegisset, nec minis, nec blanditiis adversus populum animari potuit. Qui Dei amore vincit & B. Ambrosii lacte cum populo nutritus, à magnis tamen parentibus altus, nec militibus, qui urbem quotidie turbabant, auxiliabatur, nec civibus obfessis nocere studebat, & sic, nec uni nocebat, nec alteri subvenire curabat. At Rex Henricus, cum sibi Italiam ob patris perfidiam infestatam multis cognovisset assertionibus, nec universa ejusdem Italiae sibi adversantia, per Lanzonem, ac urbem Mediolanensium suis posse Imperiis reintegrari, per interpetrem dixit, quod si Lanzo fide, ac Evangelii mihi jurejurando firmaverit, quatenus infra civitatem Mediolanensium quatuor millia equites mei juris, sine malo, ac pravo ingenio, ad mei honorem recipiens immiserit, & illos usque ad mei adventum, in quantum potuerit, de omnibus Imperii mei adjuvaverit inimicis, & fidelitatem ab universis civibus suis mihi facere iisdem assertionibus promiserit, universa, quidquid de his negotiis poposcit, sub mei Imperii pœna, circa tempus statutum implere non desinam, & omnes civium inimicos in ejus, & suorum voluntate committens, omni excusatione remota, fideliter tradam, & vindictam quamcumque in eis exercere voluerint, à me non recufabitur, & quibus pacem exercent, per omnia pacificus ero, & adversus quos bella commovebunt, gladius meus conteret eos. Cum hoc Lanzo audisset, & plusquam sperasset in mente sua cognovisset, ut erat vir magni ingenii, magnæque astutiæ, alacri animo, promptoque corde, sperans magna, multaque facta ex his consiliis facile adipisci, fide data, atque accepta, temporibus ordinatis consensit. Demum salutationibus datis, & à Rege vale dicto, lætus, quamcitiùs potuit Mediolanum repedavit. Quo adventante, cum jam hujus rei fama ad populi aures pervenisset, lætitia immensa, & gaudium inextimabile cœpit. Cum autem Lanzo Mediolanum venisset, concives honore decentissimo, & laudibus immensis ipsum gratulanter susceperunt. Eodem die salutatione Regis populo attanti universo data, & in paucis Lanzo multa compræhendens, domo sua, quasi Regia, ab amicis, & famulis receptus est. Interea Lanzo paucis commoratus diebus, ut vir consilio discretus, animo providus, & consilio astutus, quotidianis exercitationibus accuratissimus, universa, quæ ipse egit, quanti forent periculi siæ partis adversariorum, animo æstuanti revolvens trutinavit. Itaque primò sese aliquantulum pœnitens

A antea facta fecisse, secretissimè convocatis aliquantis nobilibus, universa, quæ cum Imperatore ob populi tutelam, ac pacis stabilimentum egerit, seriatim notificando denudare fataguit; quinetiam quid augmenti, vel quid detrimenti ipsi, & uxores, & filii, ac ipsorum res à Theutonicis, gens sine consilio, sine misericordia, passuri essent, ut quàm citissimè ad pacis unitatem, cum populo omnibus antiquorum remotis negotiis venirent, ob quæ ipsi usque modò pugnando, hostiliter à populo exigebant, ostendisset, & dura, ac aspera illis interferens verbis, quasi fatigatus confedit. Cum autem hæc omnia pars illa nobilium curiosissimè universa perscrutando, B ut gesta forent, à Lanzone compèrisset, animis per plurima diu distractis, diversa tandem, ut salubrius illis Lanzo daret consilium, postularunt. Igitur Lanzo, omnibus prævisis consiliis, ac bellorum determinatis periculis, consilium dedit, ut civitatem, quam ipsi impugnaverant, pacificè introgressi, quæ pacis essent cogitarent, quæ ædificationes suorum, & Italiae totius forent, securiùs tractarent. De homicidiis verò, ac rebus perditis, quæ in talibus solent evenire dissidiis, ab utraque parte, quasi lance quadam universa trutinans, C judicavit fore tacendum. Quid multa? Multis demum probatis consiliis, cum uxoribus, & filiis, omnique substantia, referatis tamen civitatis portis, vultibus illorum nimiam verendiam in terra demissis, homicidiis, & opprobriis paulò antea invicem cum populo condonatis, urbem introierunt.

## CAP. XXVII.

*De Girardo Hæretico cum sociis de Monteforti hæreticis.*

E A tempestate cum Dominus Heribertus omnes ferè jam visitasset civitatum B. Ambrosii suffraganeos, quorum gratiâ Italiam circuiverat, illos in omnibus bonis adhortans, Taurinum bonorum agmine Clericorum, ac militum copia strenuissimorum vallatus devenit. Ubi cum per aliquot dies sedisset, cohortatus Episcopum, & Clerum Civitatis, D populum totius urbis prophetis, & Apostolicis admonitionibus, ut tanto decebat viro, quandam hæresim inauditam, quæ nuper in castello supra locum, qui Montfortis vocatur, convenerat, audivit. Quod cum Heribertus audivisset, illicò jussit ex ipso castro hominem illius hæresis, ut veriùs rem ipsam cognosceret, sibi repræsentari. Qui cum ante ejus vultum venisset, promptissimum gerens ad passionem animum, lætus si vitam suppliciiis gravissimis finiret, vultu alacri ad omnia respondere paratus astitit. At Heribertus cum ipsum tanta constantia paratum vidisset, seriatim, ac studiosè vitam, & mores, ac illorum fidem sciscitari cœpit: Igitur licentiâ datâ, ac silentio imperato, dicens Girardus adoratus est: Deo omnipotenti, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto gratias refero immensas, quòd tam studiosè me inquirere fatagitis. Et qui vos ab initio in lumbis Adæ cognovit, annuat, ut sibi vivatis, sibi que moriamini, & cum ipso per sæculorum sæcula regnantes gloriamini. Vitam meam, & meorum fratrum fidem qualicumque animo ea sciscitatis, vobis edicam: Virginitatem præ cæteris laudamus, uxores habentes. Qui virgo est, virginitatem con-

conservat: qui autem corruptus, datâ à nostro majori licentiâ, castitatem perpetuam conservare liceat. Nemo nostrum uxore carnaliter utitur, sed quasi matrem, aut sororem diligens tenet: Carnibus nunquam vescimur, jejunia continua, & orationes indefinenter fundimus: semper die ac nocte nostri majores vicissim orant; quatenus hora oratione vacua non prætereat: omnem nostram possessionem cum omnibus hominibus communem habemus. Nemo nostrum sine tormentis vitam finit, ut æterna tormenta evadere possimus. Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum credimus, & confitemur. Ab illis verò, qui potestatem habent ligandi, & solvendi, ligari, ac solvi credimus. Vetus, ac novum Testamentum, ac Sanctos Canones quotidie legentes tenemus. Cùmque hæc, & multa alia Girardus ingenio acutissimo dixisset, quibusdam magna, ac terribilia videbantur. Interea Dominus Heribertus ejus astutiam, & ingenium agnoscens pravum, de singulis verbis, quæ ipse prædixerat, qualiter, aut quomodo sentiret, ac focii ejus, evidenter aperire præcepit, & maxime qualiter de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto sentirent, & præterea de singulis præcepit aperire. Quo audito Girardus lætabundus inquit: Quod dixi Patrem, Deus est æternus, qui omnia ut ab initio, & in quo omnia consistunt. Quod dixi Filium, animus est hominis à Deo dilectus. Quod dixi Spiritum Sanctum, divinarum Scientiarum intellectus, à quo cuncta discretè reguntur. Ad hæc Heribertus respondit. Amice, de Christo Jesu Domino nostro, qui natus est de Maria Virgine, Verbum Patris, quid dicis? Respondit: Jesus Christus, quem dicis, est animus sensualiter natus ex Maria Virgine, videlicet natus est ex Sancta Scriptura, Spiritus Sanctus sanctarum scripturarum cum devotione intellectus. Heribertus. Quare conjuges accipitis, nisi ad sobolem procreandam, unde humanum genus nasceretur? Respondit, si universum genus humanum se conjugerent, ut corruptionem non sentiret, sicut apes sine coitu genus humanum gigneretur. Heribertus. Peccatorum nostrorum absolutio in quo est? In Apostolico, aut in Episcopo, aut in Sacerdote aliquo? Respondit: Pontificem habemus non illum Romanum, sed alium, qui quotidie per orbem terrarum fratres nostros visitat dispersos, & quando Deus illum nobis ministrat, tunc peccatorum nostrorum venia summa cum devotione donatur. Heribertus. Vita vestra quomodo in tormentis finit? Respondit: Si nos per tormenta à malis hominibus nobis ingesta deficiamus, gaudemus, si autem aliquando nos ad mortem natura perducit, proximus noster antequam animam damus, quoquomodo interficit nos. Cùm hæc omnia Heribertus auribus intentis audivisset, tacitè mirans, cæteris autem sua capita nutantibus, si in fidem Catholicam, quam Romana Ecclesia tenet, & Baptismum, & verè Filium Dei, qui natus est ex Maria Virgine secundum carnem crederet, & illud esse verum corpus, & verum sanguinem, quem sacerdos Catholicus, quamvis peccator, per verbum Dei sanctificat, eum scificatus est. Respondit: Præter nostrum Pontificem non esse alium Pontificem, quamvis sine confusa capitis sit, nec mysterium. Quo audito, ut fama illorum erat, rei veritas apparuit. Et mittens Heribertus quamplurimos

Tom. IV.

A milites ad illum Montemfortem, omnes, quos invenire potuit, cepit. Inter quos cùm Mediolanum duxisset, & præ cæteris Comitissam castri illius in hac hæresi sentientem, & per multos dies, & per suos Sacerdotes in fide Catholica eam reintegrare desiderans, laborasset, timens, ne gens Italiæ hujus hæresi contaminaretur per plurimum dolebat. At ipsi nephandissimi, & à qua orbis parte in Italia fuissent eventi inscii, quasi boni Sacerdotes, quotidie tamen privatim rusticis, qui in hac urbe eos videndi causâ convenerant, falsa rudimenta à scripturis divinis detorta seminabant. Quod cùm civitatis hujus majores laici comperissent, rogo mirabili accenso, Cruce Domini ab altera parte erecta, Heriberto nolente, illis omnibus eductis, lex talis est data, ut si vellent, omni perfidia abjecta, Crucem adorarent. & fidem, quam universus orbis tenet, confiterentur, salvi essent, si autem, vivi flammaram globos arfuri intrarent. Et factum est, ut aliqui ad Crucem Domini venientes, & ipsam consistentes fidem Catholicam, salvi facti sunt; & multi, manibus ante vultus missis, inter flammam exilierunt, & miserè morientes in miseros cineres redacti sunt.

C A P. XXVIII.

C De miraculo fertilitatis D. Heriberti Archiepiscopi tempore famis, quæ per annos XXV. duravit.

D TEm-pore, quo hæc agebantur supradicta, miraculum memoria dignissimum, nostrisque quod terris apparuit, adhuc Heriberto corpore, vitæque degente, & maxime quod circa hanc urbem Dei virtute nactum est, ac ejus operante misericordia veratum est, calamo competenti edicam. Transactis enim annorum curriculis XXV. in quibus famis pestilentia ferè terram universam attempando gentes notas, & ignotas invaserat, & Heribertus Archiepiscopus venerandus, prout supra dixi in veritate comperiens, ab introitu sui honoris divinam misericordiam edoctus, elemosynas quotidie largiretur immensas, ut sui cursus finem Dei clementia approbaret, omnibus fidelibus, & infidelibus diligenter ostendere curavit. Venientes autem aratores, & bebulci terrarum sulcos diligenti cura solito more superarassent, & sulculi cultoribus suis finum ad debitum recipiendum per semina aperuissent, & ut largius, & abundantius aratores semina sererent, quodammodo temporis amœnitate ipsos adhortante, magnis exercitiis, magnisque laboribus in iis operam dederunt. Itaque seminatis feminibus, fugatiffue à Cælo nubibus, cultores de die in diem fata rura manicantes circuibant, & terra tantum à ventis siccata, nec cælorum imbribus madida, nec in hyemalibus frigoribus desuper fufis pruinis astricta, sed pulverulenta, quasi Ægyptiaca, & infructuosa jacebat. Jam enim iemps transferat, & agrorum cultores digitis femina, fusoque pulvere discooperientes, ipsa sana, & integra reperiebant, ac si semper in vasis tutissimis ea servassent. Quibus visis feminibus, omninoque hebetati ineffabiliter mirabantur: Igitur Clerus & populus universus, matronæ, & pauperulæ mulieres de Dei misericordia confidentes, orationibus, vigiliis, ac jejuniis, necnon elemosynis Deum, &

M

San-



Sanctos ejus quotidie, & indefinenter supplicantes humiliter exorabant. Quibus per plurimos dies fatigatis, Deus, qui non patitur suos tentari ultra quam possunt ferre, clementiæ suæ misericordia, ac pietatis affectu, ut Pater clementissimus, mitissimè aperire, & pandere curavit. Cùm enim quadragesimale jejunium termino concurrente suo fini, palmis, ac olivis traditis fidelibus accelerasset, & Sancti Baptismi fontes secundùm Sancti Ambrosii ordinationem, quam ipse Spiritu Sancto administrante ordinaverat, sanctificati fuissent, Dei misericordiâ patenter referatâ, imbrem copiosissimum nubes primò leniter stillas subtilissimas mittentes, effuderunt. Quo viso, quove facto, summo tripudio universi lætantes, ac diem sacratissimum summa cum devotione celebrantes, Deoque gratias immensas referentes lætati sunt, gaudioque gavisi tripudiati sunt. Demum clementia Dei dedit messem quantam, ullo in tempore summæ fertilitatis collecta minimè est.

## C A P. XXIX.

*De reverentia, quam omnis Italia D. Heriberto sedulè rependebat.*

CUM Rex autem Dominus noster Cœlorum, terrarumque Creator Christus Jesus, qui omnia exaltat humilia, omnesque superbos deprimit, diu, ac tempora per multa Mediolanensium civitatem B. Ambrosii meritis super omnes Italiæ civitates, Clericis, militibus strenuissimis, multisque sapientibus, atque ædificiis Imperialibus elevasset, in morte præclarissimi Sacerdotis, atque Archiepiscopi Heriberti, cum quo omnes Ecclesiæ Ambrosianæ, & Clericorum ejusdem honores abierunt, malorum civium meritis exigentibus, ipsam compescere, & comprimere disposuit. Qui dum assiduè congruentissimis successibus, maximèque cultibus divinis religionum sacerdotum, ac sapientissimorum Ordinariorum copia in divinis perflorescente scripturis, Ecclesiam præ cæteris Ambrosianam elevasset, ac sublimasset, Ecclesiasticos ipsos ordines, quos B. Ambrosius ad Dei honorem ordinando instruxerat, meritis populi, qui tunc aderat, & futurus erat, in morte Heriberti quasi ad nihilum demolitus est. In tantum enim Dominus civitatem ipsam meritis tanti viri sublimaverat, ut si Dux, aut Marchio Italiæ totius injustè aliquid adversus alium, sive de minoribus, sive de majoribus ageret, & nimia eum superasset vi, aut virtute, virga Pastoralis ab Heriberto missa, atque in loco, sive in manso fixa fuisset, unde orta dissensio erat, ab injuriato humilibus precibus requisitâ concordia, continuò non adquiescere superbus, nec ullam vim alteri inferre, donec res ipsa legaliter discussa fuisset, minimè audebat.

## C A P. XXX.

*De quodam, quod Hierosolymis apparuit.*

CUJUS in tempore quædam lex sancta, atque mandatum novum, & bonum è Cœlo, ut Sancti Viri asseruerunt, omnibus Christianis tam fidelibus, quam infidelibus data

(68) Celebratissima equidem his temporibus Tregua Dei ad componendas privatas inimicitias in-

A est, dicens: Quatenus omnes homines securè ab hora prima Jovis, usque ad primam horam diei Lunæ, cujuscunque culpæ forent, sua negotia agentes permanerent; Et quicumque hanc legem offenderet, videlicet treguam Dei, quæ misericordiâ Domini Nostri Jesu Christi terris noviter apparuit, proculdubio in exilio damnatus per aliqua tempora pœnam patiatur corpoream. At qui eandem servaverit ab omnium peccatorum vinculis Dei misericordia absolvatur (68).

## C A P. XXXI.

*De miraculo baculorum Sancti Ambrosii.*

B CUM enim Dominus, ac noster Redemptor, atque Salvator omnium Christus Jesus per multa jam tempora antecedentia B. Ambrosii omnes Ecclesiasticas Ordinationes, quas ipse cultui Divino ad Dei honorem opere decentissimo, prout cuicumque rei competebat, ornaverat, prodigiis, atque miraculis suæ Majestatis dextrâ exaltaverat, quasi hæc omnia oblivioni jam tradita fuissent, in baculis gloriosis summi Antistitis Ambrosii per summum miraculum tamen tempore B. Heriberti Archiepiscopi declarare curavit. Hæc enim in quanta reverentia, quantaque diligentia universis fidelibus, qui modò sunt, & qui futuri sunt, Ambrosianici actus omnes forent, inaudito, & invisio miraculo humiliter propalare curavit. Evēnit itaque quòd baculi S. Ambrosii, cum quibus tamen juncta virga Pastoralis, & ipsa Pœnitentialis, quos in Ecclesia Dei trahere quamdiu in hac vita vixit solebat, furtim per latrocinium casu sublatis sunt. Quibus à sacrilegis fractis, argento, & auro, è quibus baculi erant circumdati, honore, & reverentia B. Ambrosii decoratis, sacrilegi ligna eorum nudata in quodam turpissimo fessu, ut amplius minimè invenirentur clanculo immiserunt, auri verò, & argenti lamas euidam aurificæ artis magistro, simulantes hæc à quibusdam Allobrogis emisse, ut semotim deliquarent, aurificis mercede apertata, contulerunt. Igitur fornace jam accensa, & sacrilegis superstantibus, aurifex auri laminas super-candescentes carbones manu tenens misit, quibus missis, malèque acquisitis carbonibus superimpositis, continuò imperio Dei fornace urgente, ab igne profilierunt, quas magister, ac sacrilegi colligentes in fornace eosdem super carbones curialiter misit. Demum ignis, voluntate Divina operante, ipsas gravius laminas emisit. Tandem magister commotus, primò omnino ignorans qua de causa ista insolitò advenirent, quod amplius non viderat, arrepto malleolo nimia irâ commotus, universas in unum constringens laminas ignem misit in ipsum. At Deus cùm jam Beati Ambrosii meritis furtum per sacrilegos actum pandere curaret, & ultra illorum perfidiam, non patiens super magistrum, & super sacrilegos, laminæ sonum grande ferentes, & terribiliter salientes, apertissimâ Dei irâ ipsos in vultibus miserè combusserunt. Quæ visio omnes, qui ad hæc videnda jam antea convenerant aurificis domestici, ac vicini ejusdem, ut erant laminæ venerandæ testificantes, sacrilegos ipsos dentibus stridentes voce grandi vocitabant. Itaque convocatis aliquan-

stituta, de qua plura collegit Du-Cange in suo glossar. Verbo Treva.

quantis hujus urbis nobilibus carcere obscuro, ubi damnati solebant concludi, pœnis attriti diversis, durisque vinculis colligati, redacti sunt. Quin etiam induciis usque manè illorum vitæ donatis, aut illis quò adinvenissent ratione apertissima confiterentur, aut lignis altissimis suspensi durissimè punirentur. Enim hoc sacrilegium nec à custodibus Secretarii factum esse erat compertum, nec civibus ullis referatum. Quid multa? Sacrilegi proculdubio cognoscentes se se morti subitò incursum, si quod Deus paulatim fidelibus Beati meritis Ambrosii referabat, ipsi omnino denegarent, paucis convocatis Sacerdotibus fide pro salute illorum accepta, universa qualiter ipsi egissent seriatim illis aperuerunt; quin etiam locum ipsum, in quo per semetipsum ligna eorundem baculorum immiserunt, verbis apertissimis narraverunt. Hoc audito Sacerdotes nimia reverentia commoti ferè angustiiati sunt. Interea quidam animo cupienti Clericus cursu velocissimo ad locum terribilissimum, & à sacrilegis prædictum, ut ligna videret, non ut inde ipsa traheret, cucurrit: qui intro aspiciens ligna ipsa rupta, ac pendencia vidit, ut nec à cœno sordidabantur, nec ab ulla parte tangebantur. Cùm autem hoc in veritate, quod Clericus invenerat, Sacerdotes invenissent, convocato populo universo continuò hæc omnia seriatim notificaverunt. Itaque populus, omnesque Clerici Deo, & B. Ambrosio gratias referentes immensas, cognoscentes hæc, ut erant facta per ordinem, lætati sunt. Et baculis usui pristino reintegratis, auro, argentoque circumdatis, ruptura, quam maligni fecerant, non apparente, in Deum gavisi sunt.

CAP. XXXII.

*De morte Domini Heriberti Archiepiscopi Mediolanensis MXLV.*

**R**evolvis annorum multis curriculis, in quibus Dominus Heribertus Cathedræ Ambrosianæ decentissimè, ac pro tempore in cunctis Ecclesiasticis officiis strenuus ut operator floruerat, summa pars nobilium majorum militum, quæ usque ad illud tempus Ecclesiæ, ac Clericorum tutamen fuit, ad se vocari præcepit. Qui hæc beneficia Ecclesiarum, ac B. Ambrosii Episcopatum commendans, pro quibus multoties viriliter pugnaverat, quam magnificè eos adhortabatur, & dicebat; si pro beneficiis Ecclesiarum à perfidis liberandis morti opprimerentur tantum illis valere, quantum mors Sanctorum illis valuit. Demum cùm jam sui corporis cursus tempo-

(69) Non omnes hi chronologici characteres conveniunt cum epigraphe ad Heriberti tumulum, de qua infra. Gualvaneus Flamma in manipulo florum scribit: *emisit spiritum XVII. die Februar.* Puricellus ex nota indictionis XV. bene arguit in annum 1046. juxta communem numerandi rationem incidisse, addito præsertim rogitu ejus ultimi testamenti, quod in suis monumen. Basil. Ambrosianæ vulgaverat. Minimè verò dissimulanda mihi est nota illa, quam è Landulphi eodem Codice Metropolitanano Puricellus idem ante me transcripserat: ea talis est. *Ante sepulchrum Heriberti in facie parietis in lapide tales sunt versus. Hic jaceo pulvis, cui quondam claruit orbis. Tunc Heribertus eram, nimioque decore vigebam, Officio placidi fungebam Presulis Archi: Tom. IV.*

**A** raneè fini accelerare vidisset, multis prædiis, multisque castellis, Primicerio, suisque omnibus Sacerdotibus Decumanis, cæterisque Ordinariis majoribus, & minoribus dedit, multisque Monasteriis pro univerforum Christianorum animabus, maximèque pro Ambrosianæ Ecclesiæ defensoribus, ac dilectoribus, nec non & sua ordinatis, aliquandiu tamen ægrotus quievit. Interea convocatis Sacerdotibus, ac Diaconibus, summa cum devotione omnium peccatorum pœnitentiã acceptã, atque confessione coram omnibus factã, atque absolutione à Sacerdotibus per impositionem manuum, Spiritu Sancto cooperante, donata, Sanctam Eucharistiam humiliter, ac devotè suscepit: hoc factò lætis Sacerdotibus, & Levitis, cæterisque, qui aderant, exitum beatæ animæ psalmis venerabilissimis expectantibus, ut Deo ejus animam, & Angelis commendarent, mortem temporaneam, non æternam, fretus Dei, & B. Ambrosii subsidiis expectabat. Dum hæc agebantur Ubertus, qui & Cancellarius ejusdem erat, oculis lacrymosis, crebrisque suspiriis omnia, quæ Dominus Heribertus sibi fecerat bona reminiscens, graviter tristabatur: quem cùm Heribertus, voce qua poterat, per omnia, ob quæ ploraret, inquireret, ille respondens; O Venerande Pater, Italiæ honor, Orphanorum pater, Clericorum tutamen, Sacerdotum ornamentum, viduarum, pauperum, & mercatorum protector, usque modò Ecclesiæ totius Ambrosianæ tam longè, quàm propè, tam in divinis, quàm in humanis virilis defensor, quò pergis? Cui, Pater, qui tibi cœquari poteris, dimittis nos? Ad hæc verba nisi, quo poterat, Heribertus respondens, dixit; Frater charissime, si me umquam dilexisti, noli contristari, ego enim ad pedes B. Ambrosii mei, & vestri Patris securus pergo. Migravit autem Beatus, & Dominus Heribertus ad Dominum XVII. Calendas Februarii MXLV., & sepultus est ad Sanctum Dionysium (69), cujus Monasterium, & Ecclesiam ipse ad Dei honorem, & Beati Dionysii exaltans magnificavit, & multis prædiis, multisque honoribus eam ditando, & honorando sublimavit.

CAP. XXXIII.

*Quare Monaci Heriberti sepulcrum referantes post X. menses ipsum sic splendidum invenerunt, ut eum viventem existimarent.*

**P**ost cujus obitum cùm solaris annus ferè decem menses generi humano more solito administrasset, & Dominus Heribertus cura

*Nunc tumulor servus servorum, Cbriste, tuorum. Pro meritis borum tibi dignè complacitorum, Sanguine quaso tuo mihi tu miserere redempto; Huc veniens lector, sibi, dic, ignosce Redemptor, Et vivens vita requiescat semper in ipsa. Obiit anno Dominica Incarnationis millesimo quadragesimo quinto decimasexta die mensis Januarii, Indictione decimatertia. Hoc sepulchrum Heriberti iclu fulminis eversum est die XXIII. Augusti anno MCCCCIII. & referatum. Quod videntes Monachi ejus reliquias in Altare majus transtulerunt, scque in illo sepulchro jacuit annis CCCLVIII. Postea verò Dominicã primã Septembris anni MCCCCIII. Dominus Mattheus Casbanensis Primicerius, & Ordinarius de mandato D. Petri Archiepiscopi illius ossa iteratò in illius tumulum transtulit. Vide plura apud eumdem Puricel. Basil. Ambr. num. 249.*



ra diligenti humatus fuisset, & aureus solis X. axis æstate se jam vertente calore amisso suo cursu solito recepisset, servata lege temporis, in quo omnium hominum corpora animam amissam ultra modum putrescere humani generis fragilitate solent. Monachi, quos ipse inibi ordinando consecraverat, quadam ira commoti, maxime quia bona, quæ Dominus Heribertus Ecclesie Sancti Dionyxii, & illis donaverat, à perfidis sine jure, & sine lege invadebantur, discooperientes ipsum Archiepiscopum Heribertum, ut illi quasi sese lamentarentur, summo lapide, quo claudabatur, eruderato, civium visibus ad spectandum dederunt. Erat enim Beatus Heribertus tantis reolutis diebus post obitum ejusdem vultu candido, oculis paululum apertis, qui antea omnia membra solent mortuis marcesci hominibus, manus ejus ita virgam Pastoralem, quam vivus ipse erexerat, tenebat, quasi anima ejus adhuc esset in corpore; stola verò, & omnia Episcopalia, è quibus ut tanto decebat viro indutus erat, ita sana, & nitida fulgebant, quasi in capsula tutissima permansissent. Igitur hujus rei fama per urbem volante, universi cives nimia ira commoti, quasi fulminibus multis atteri, ac grandinibus multi devastari sese viderent, cursu velocissimo ad Sancti Dionyxii Monasterium concurrentes, Monachos omnes, quos invenire potuerunt, sine ulla interrogatione, ut populus solet, sine misericordia motus, verberibus multis, ac manu dilaceratos ferè usque ad mortem trucidarunt. In altero verò die miro honore Cleri, & populi, omnibus perditis restauratis, ac invasoribus in populo universa refutantibus, quasi noviter migrasset ad Dominum, in eodem loco circa Calendas Octobris conditus est, & ferro, & plumbo à quatuor partibus ejus sarcophago colligato usque ad diem Domini in pace Deo optulante quiescet.

## C A P. XXXIV.

*Incipit de Ordinibus Sancte Mediolanensis Ecclesie tam in Deo, quam in seculo, tam in studiis divinis, quam humanis, tam in Clericis nutriendis, quam in parvulis, & Orphanis alendis, tam Sacerdotum virgulis, & anulis, quam laicorum omnium admonitionibus (70).*

Cum omnia ad suum vadunt interitum, ac dilapsa suum non intrant cursum sæculi, sine cuncta ad occasum volvente, & summis diu stare negatum fuisset, summa, & divina universa cœlestia, & humana regente præscientia, Clerus Ambrosianus ferè ipsa cum Ecclesia, quæ per multa tempora Clericorum suorum conatibus hymnis, & symphoniis curiosè ante Deum quotidie consonantibus magnificè steterat, nec non militum, & populi virtutibus inter cæteras virtutes longè latèque floruerat, in recessu B. Heriberti quasi pastore destitutus, civium malorum meritis tam Clericorum, quam Laicorum sævissimis dissidiis intervenientibus, ferè ad nihilum redactus esse perspicitur, in tantum, & in tam parvo

(70) Alter Codex: *De Ordinibus Mediol. Eccl. in studiis divinis, & humanis, in nutriendis Clericis, parvulis, orphanis alendis, ac Sacerdotibus imbuendis.*

(71) In margine Codicis, recentiori caractere, diversio tamen ab illo Puricelli emendatio le-

tempore ita annihilatus est, ut si ipse S. Ambrosius modò superveniret corpore, nec Clerum, nec Civitatem ipsam testaretur fore, in qua, cum adhuc viveret, Episcopatum rexisset. At cum reminiscor è quanta magnitudine, quantisque honoribus Clerum ipsum negligentia sui cecidisse, è quibus B. Ambrosii Ecclesia lucidissimè, ac diù perfloruit, lacrymis modò perfusus, velut filius de sua matre & mortua deplorans, cujus auxilio, cujusque sustentaculis, cæterisque nutrimentis alitus fuerat, multisque singultis pectus conquassantibus meum, quæ meis evenere temporibus non per omnia, sed per aliquas particulas posteris, ut se à talibus custodiant, eloquar.

## C A P. XXXV.

*De Ordinationibus.*

Sed priusquam ea, in quibus animus intendit, dicam, paucas ordinationes, quæ usque ad exitum D. Heriberti mirè constitutæ fuerunt, ac nitidè permanferunt, edicam; sed numquid, secundum quod præ cæteris eminens valebat, posteris fidelibus narrando, ac scribendo, quivero ostendere? minimè certè; nam ut omnia non omittam ab Ecclesiarum rectoribus, ac magistris, qui ipsos, & populum in dilectione Dei, & proximi rexerant, & qualiter in divino officio studiosè insistebant, & subditos, ut curialiter cultibus divinis die, ac nocte operam darent, admonerant, & adhortabantur, enucleatius pandere, & aperire curabo. Igitur Ecclesie B. Mariæ, quæ hujus Archiepiscopatus secundum Domini caput existit, & Deo annuente semper existet, quæ Hyemalis usque hodie vocatur, ut B. Ambrosius ordinaverat, Archiepiscopatu vita, & nomine venerandus Wibertus (71) præerat, qui cantu, ac scientia Ambrosiana funditus doctus, necnon divinarum literarum peritia præditus, quotidie ferulam superiùs, & inferiùs corio ornatam manu propria tenens, omnes cura vigilantissima custodiebat: Quem ordines omnes tam majores, quam minores Clerici, ex debito ut patrem timentes, & ut fratrem amantes venerabantur. Quotidie enim regebat, & emendabat officia Ecclesiastica, & si opus erat, puerorum ordinem, aut per se, aut per magistrum viros corripiebat. Intentus maxime circa ipsos, quos ad sacros ordines recipiebat, tam de urbanis, quam de plebibus, adjuncto tantum Primicerio, studiosè singulos sciscitantes, si cantu, lectione, ac aliis bonis moribus ornati fuissent, necnon si essent sine crimine, si unius uxoris viri, aut virgines, aut si in virginitate permanere possent, aut cum uxore degere valerent (72). Si autem in virginitate, uxorem aliquis non habens, permanere non posse fateretur, humanam, ac fragilem naturam sciens, restringi non posse, nisi Dei misericordia adjutus, continuo in testimonio bonorum virorum secundum legem humanam, licentiâ à Pontifice acceptâ, uxor tamen virgo illi desponsabatur; unde Apostolus, *qui se non continet, nubat*, & unusquisque exceptâ causâ fornicationis, suam uxorem habebat, qua accepta non minus venerabatur, & ama-

gitur, quæ pro Archiepiscopatu reponit Archidiacono natui. Et sanè quisnam iste Vibertus Archiepiscopus, qui Heribertum præcesserit?

(72) Error de quo supra. *Paricel.*

batur, quàm si sine uxore idem degeret: quoniam qui sine uxore vitam in Sacerdotio agere videbantur, viris uxoris ordinis utriusque ne ab illis inhonestè circumvenirentur, semper suspecti erant. Usus enim Ecclesiæ totius tam Latinæ, quàm Græcæ per tempora multa sic se habebat. Sacerdos, qui unius uxoris vir inveniebatur, ac suæ domui, ac familiæ bene profuisse à fidelibus compertus fuisset, ad Episcopatum summa cum devotione multis fidelibus laudantibus promovebatur: Quicumque enim ex Clero concubinariis inveniebatur, cujuscumque foret, ultra non promovebatur; judicantes gravissimum peccatum esse, de quo dicit Apostolus: *Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur*; qui autem nec ætate, nec scientia, nec bonis moribus pollebant, ut studiosè à magistris, quæ necessaria erant, discerent, benignè adhortabantur, quatenus ad hoc officium recipiendum quandoque Deo volente venirent, meliùsque informati apparerent, In Choro verò Archidiaconus, & Archipresbyter, unus ab una Chori parte, alter ab altera, Chorum ipsum regentes religiosè, ut psalmos, hymnos, cantus, cæteraque divini cultus officia ordines cæteri psallerent, curialiter die, ac nocte insistebant. At si eorum unus inhonestè aut cantaret, aut legeret, aut staret, aut mussitando in Choro alterutrum verbosaret, aut sese continuo à vitio in quo peccabant, emendabat, aut extractâ interulâ (73) in secretario virgis ab Archidiacono, vellet, nollet, emendabatur. Non erat enim homo, qui ipsum de ejus manibus eripere auderet, quamvis ille, qui scopabatur, aut de Marchionibus, aut de Comitibus, aut de Capitaneis natus fuisset. Itaque officia Ecclesiastica in omnibus timore, ac reverentia horum religiosè, ac curialiter die, ac nocte celebrabantur; Nullus enim sine candida toga Chorum intrare audebat, nullus sine caputio birri (74) capite velato intrare Chorum audebat, nullus horum inhonestè gradiens intrare audebat, nullus balbutiens linguâ de aliquo officio sese intromittebat, nullus Clericus indumentis diversis vestiebatur, nullus laicalem habitum, aut in birro, aut in vestibus, aut in calceamentis sumere audebat. Quid multa? Omnes ita vivebant in domibus propriis, quasi in alienis, circa divina officia solliciti, circa usus Ecclesiæ, & suorum accuratissimi. In tantum enim in Clericali habitu longa sæculi vetustate, ac usitatione, multis transactis temporibus, vultu, habitu, incessu erant nutriti, ut si aliquem Chori Ambrosiani totius in Burgundia, aut in Theutonica, aut in Francia literarum studiis deditum invenires, etiam si non ultra vidisses, de hujus Ecclesiæ usibus aliquantulum notus, sine mora hujus esse Ecclesiæ affirmares. In eadem denique Ecclesia ferulæ decem, unaquæque suum, & proprium ordinem erga subditos die, ac nocte custodientes à magistris studiosè regebantur: quarum duæ extra Chorum manentes à magistro B. Ambrosii scholæ, & à Vicecomite, laicus laicos & ipse regens tenebantur: Sacerdotes XXIV. ordinis majoris, Diacones VII., Sub-

A diacones totidem, Notarii multi, Lectores Ecclesiæ pondus portantes, docti cantu, lectione, psalterio XXVIII. (75) Præter horum ordines XII. Sacerdotes Decumani, videlicet ordinibus de Decumanis viri boni testimonii, bonæque famæ. Hii officium præstabant in Hyemali Ecclesia, & hæc in ætate agentes, quæ necessaria erant populo manicanti (76). Custodes XVI. boni viri, ac in omnibus Ecclesiasticis officiis curialiter eruditi. In schola S. Ambrosii decem viri, Clerici tamen, cum ipsis mulieres jam senescentes, vestibus corporis, & capitis ornamento mutatae totidem, panem, & vinum pro populo universo quotidie offerentes. Hii omnes quotidie Dei servitio, & B. Mariæ, ac urbis universæ persistentes suum officium per singulos dies Deo, & populo desideranti persolvebant. Scholæ verò, ubi cantus magistri ad docendos pueros quotidie conveniebant, in atrio antè ipsius Ecclesiæ regias, duæ erant, quæ ab Archiepiscopo, cum opus erat, mercede data nummorum, scholares à magistris commendabantur secundum quod Ezechiel Propheta dicens affirmat: *Extra portam interiorem gazophilacia cantorum*; In atrio interiori, quod erat à latere portæ respicientis ad Aquilonem Philosophorum verò scholæ diversarum artium peritiam habentium, ubi urbani, & extranei Clerici philosophiæ doctrinis studiosè imbuebantur, erant duæ, in quibus ut Clerici, qui exercitiis tradebantur, curiosè docerentur, longa temporum ordinatione Archiepiscoporum antecedentium, stipendiis à Camerariis illius Archiepiscopi, qui tunc in tempore erat, annuatim earum magistris honorificè donatis, ipse Præsul multoties adveniens sæculi sollicitudines, à quibus gravabatur, à se depellebat, ac magistris, ac scholares in studiis adhortans, in palatiis se se demum recipiebat Ambrosianicis. Præterea Xenodochia, è quibus alia suscipiebant Clericos peregrinos, alia mulieres tantum pauperes, & peregrinas, alia infantulos, qui ante Ecclesiæ januas à parentibus, qui eos nutrire, ac fovere minime valebant, nimia paupertate attenuati, mittebantur, & mercede, ac stipendiis obstetricibus ordinatis pueriliter alebantur. At Sacerdotibus universis hanc urbem incolentibus magister præerat, qui Primicerius, & Coepiscopus vocatur, cui urbis totius, ac Plebarum omnium Sacerdotes humiliter, ac devotè obediebant, quibus ipse, quamvis de populo natus, tamen Deo, & hominibus carus, pro tempore in loco, qui Presbyterium vocatur, congregatis, Divinæ Legis, ac Fidei Catholicæ mandata curiosè docendo pandebat. Qui etiam, subditorum meritis exigentibus, sæpè, prout Deus illi administrabat, Dei dilectionem, & proximi charitatem, sine qua nemo placebit Deo, cæteraque arma justitiæ, quibus armati stare possent, ac adversariis resistere valerent, aperiebant. Præter enim cætera sacerdotalia officia, quibus curialiter decem Prælati supradicti insistebant, Sacerdotes omnes urbani virgam quotidie, præter Quadragesimam, devotè in manibus deportabant, quæ

10-

(73) Sive subucula. Glos. Du Cange.

(74) Puricellus ex Baronio ad an. Chr. 261. explicat etiam quid appellatione byrri intelligatur, ut sit quoddam brevis ac exterius indumentum, quo brachia, & humeri tegerentur, Clericis commune ac Episcopis, qui pretiosiore utebantur. Dicitur autem byrrus, seu byrrum à colore rufo ita veteribus appel-

lato: seu lacernum sericum, ut auctoritate Zonaræ, & Theodoti observat Em. Baronius.

(75) In altero Cod. XVIII.

(76) Explicatur verbum manicare pro festinare, per manum tenere, vel manè surgere, ut in glossario prædicto: extremam significationem huic loco tribuerim.

rotunda, atque levigata honore decentissimo rectitudinis, & apicem irreprehensibiliter tenebat, & ab omni macula polita, inferius lamina circumdata, clavum acutum stringens, vim regiminis ipsis Sacerdotibus ostendebat, quatenus virgæ illius rotunditas, rotundam, & conglutinatam charitatem, ac perfectam mutuò Ambrosiani Sacerdotes haberent, administrabat. Quidquid enim sanum est, & rotundum scissuram non habens, perfectum est, de qua divina scriptura clamat: *Deus non habitat in scissuris montium; & charitas, quæ multitudinem peccatorum cooperit, una, & perfecta est, de qua dicit Apostolus: Charitas patiens est, benigna est, non querit quæ sua sunt, non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non ambitiosa, non cogitat malum, non irritatur, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidet; de qua dicit Gregorius; qui sine charitate virtutes congregat, quasi ventum in pulverem portat. Charitas, quam Deus erga humanum genus habuit antiqui parentis peccato emersum, ipsum hominem factum in Cruce levavit, & charitas, quæ in Cruce Deum levaverat, ipsa homicidis Judæis indulgentiam seminabat, dicens, Ignosce illis pater, quia nesciunt quid faciunt: ac eadem S. Stephanum Charitas amaverat; per hanc enim charitatem invicem serviebant, de qua dicit Apostolus: Per charitatem invicem servite. Unde veritas ipsa: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Clavum in virga deferebant acutum, ut peccatores, & sceleratos verbi Dei disciplinâ sedulè, ac devotè stimulant. Unde sapiens Salomon loquitur dicens: *Verba sapientis quasi stimuli, & sicut clavi in altum defixi.* Recta erat virga, quoniam sub Episcopum populus Dei regebatur. Recta erat, quia scripturarum rectitudinem tenere debebant. Recta erat, quia fidei Catholicæ regulam per rectitudinem bonæ operationis, ac perseverantiæ tenebant. Recta erat, quia senes sustentabantur per sustentamentum bonæ prædicationis, juvenes refovebantur per correctionem disciplinæ. Recta erat virga, quia subtus acuto ferro terram scindens, corda dura à peccatorum mole gravata ad poenitentiam revocans stimulabat, de quibus stimulis dicitur per Salomonem: *Verba sapientis quasi stimuli, & sicut clavi in altum defixi.* Recta virga erat illa, quam ad similitudinem virgæ illius nostri Sacerdotes in manibus deferebant; de qua Dominus suis discipulis ait: *Nolite ferre aurum, nec argentum, aut in zona es, nisi virgamentum.* Recta virga erat, quia typum virgæ illius gestabat, quæ olim virgas Ægyptiorum magorum, Pharaone astante Rege durissimo, devoravit: Quoniam sicut Moysis virga, digito Dei operante, magorum illorum, phantasticas virgas anichilavit, ita nostrorum Sacerdotum virga Gentilium Idola annullavit, & eas illico aurium auditu Christicolæ fidelissimos ad Deum convertendo effecit: de quibus David manus fortis in Domini persona dixit: *Populus, quem non cognovi, servivit mihi, obauditum auris obedivit mihi.* Beata, & recta virga nostrorum Sacerdotum, cujus similis in mundo, in cantu, in ornatu, cæterisque cultibus divinis minimè habetur, quæ illius virgæ typum tenebat, quæ olim po-*

A pulo Israëlítico petram Oreb percutiens aquas fluentissimas venis largissimis manantibus propinavit. Recta virga illius sequens imaginem, quæ quondam populo Hebraico, cum jam saluti suæ, Pharaone, & exercitu insequente, jamque desperasset, per Moysen spiritu Dei operante, mari ter percusso, ter aperuit, & Pharaone cum ejus exercitu, undis utrimq; clausis, mari submerso, viam salutis ignea columna antecedente aperuit. Unde & rectè Prophetarum eximius David dixit: *Virga enim tua recta est, virga regni tui: & item: virga tua, & baculus tuus ipsa me Domine consolata sunt.* Si enim eos in Sanctorum natalibus maximè ad psallentium, quod apud Romanos vocatur processio, supervenires, vestibibus nitidos, honestate ac devotione laudabiles, magis diceres Episcopos, quam Sacerdotes urbanos. Ordinarii verò Archiepiscopum antecedentes, Diacones, Subdiacones, Sacerdotes, & quamplurimi notarii diversis ita splendebant ornatibus, quasi Angelorum chori multis cum Dei virtutibus hominis formam habentes apparent. At Laici omnes unum Dominum, laicum tamen, habentes, qui baculum ferulæ unius, unus, qui decem regebat Sacerdotes, ita venerabantur, quasi Dii essent apertissimi: de quibus Propheta: *Ego dixi, Dii estis & filii excelsi omnes;* de quibus ordines universi tam Clerici, quam Laici, cum opus erat, emendabantur, & cum negotium alicujus rei exigeret aliqua gravescente molestia, velut ut juvenum, vel majorum vitia refecarentur, universi ordines Dei amore virgis, aut sacris admonitionibus devotè emendati invicem consolabantur; de quibus virgis, & baculis Propheta dicens clamat: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me Domine consolata sunt.*

## C A P. XXXVI.


## De Annulo.

D Interea omnes urbani Sacerdotes in manibus dexteris annulos quotidie deferebant, quatenus Ecclesiæ sponfos sese ostenderent, & divinarum literarum peritiam habentes sinceræ fidei signaculum, & expressio veritatis omnibus fidelibus religiosè apparerent. Unde B. Magister, & Doctor Ambrosius in tract. quem ipse super Luc. scripsit, dixit: *Annulus quid est aliud, nisi sinceræ fidei signaculum, & expressio veritatis. Qui autem annulum habet, & Patrem habet, & filium, & Spiritum Sanctum, quod significat Deum, cujus imago Christus, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris, ut sciamus annuli istius, qui in manu est datus, signaculum, quo cordis interiora, factorumque nostrorum mysteria signantur. Igitur signati sumus sicut & legimus: credentes in quod signati estis Spiritu Sancto.* Cætera verò Clericalia ornamenta, nec non & calcæamenta ab omnibus laicorum ornatibus evidentissimis argumentis erant diversa, & auream mediocritatem retinentes, vicinis chari, & civibus universis dilectissimi, in cunctis prosperabantur negotiis, & in omnibus obediabantur disciplinis. Dei enim amore, ac antiquorum parentum remediis in urbe hujus non erat, qui omni anno secundum possessum non reciperet sua in domo summa cum devotione ad reficiendum duos Sacerdotes, aut quatuor, aut duodecim, aut plures, atten-

tendentes illud Evangelicum: *Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit*. Et ut Prophetæ mercedem acciperent magna cum humilitate, & charitate ipsos recipiebant. Itaque his, & aliis misericordiarum multarum eleemosynis, si quid offensionis Laicis inhæbat, & Sacerdotibus, illos moribus bonis imbuentibus, solvebatur, Charitas, quæ multitudinem peccatorum cooperit, universos omnibus bonis affluentes ut mater tuebatur: præterea ætas sine bellorum incursionibus gentium vicinarum, aut hostium extraneorum motionibus in viris, aut mulieribus perfecta, integra, atque jucunda erat. Et quamvis per parvula tempora anteceden-

tia otio vacabant, libidini, aut variis cupiditatibus, minimè insistebant; tanta enim circa virorum, & mulierum præcordia erat constantia, ut nemo nisi suam uxorem aliam cognosceret, & prius, quod incredibile videtur, triginta annorum viri, & mulieres erant, quàm sese negotiis conjugalibus traderent, unde homines, ac fœminæ integri, fortes, atque perfecti, si invenirent hominem duorum pedum, aut trium, hunc non hominem, sed monstrum judicabant. Ætas integra, sana, ac opibus universis abundans. Tempus habile, pacificum, jucundum, amœnum, charitativum, atque salubre nobis, & omnibus gentibus, quarum in nostris finibus resonabat.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.



Lud. G. Letang. fecit Mediol. 1722.

INCI-

# INCIPIT LIBER TERTIUS.

## C A P. I.

*In quo de discordia Clericorum tractatur, quæ ex prædicationibus Arialdi, & Landulphi est exorta ad instantiam Anselmi, qui postea fuit PP. Alexander II. (1).*

**Q**uandoquidem multa mei animi desiderium per diversa trahere conantur, & multis mei animi, vel ordinis quassatus tribulationibus, quas ipse injustè à malis Christianis, si fas est dicere perpessus sum, (\*) ad ea, quæ ego jam meis tabulis carnalibus ad posterorum tutelam denotata esse recolo, cæteris prætermisissis, quæ occurrunt causis, incessanter redire curabo. Sed quoniam Ecclesiastici ordinis multos quodam fastidio nequissimæ pigritiæ tædiatos cognosco, qui in posteris multa sacrarum scripturarum rudimenta ostendendo tradere potuissent, quibus sese à Pseudofacerdotibus defendere, ac liberare potuissent, minimè operam dederunt, qui dum falsas prædicationes per simulatam castitatem, ac ficta jejunia, charitatem habere sese omnino simulantes, donis, privatis divitiis, in domibus viduarum, aut in angulis platearum prædicantes, gladios acutè subministrant acutissimos; de quibus Prophetarum eximius: *ut sagittent in obscuro rektos corde, dentes eorum arma, & sagittæ, linguæ eorum machera acuta*; de quibus Dominus: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium*. Alligant onera gravia, & importabilia, digito autem suo nolunt ea movere, solvendo ligant, ligandos solvunt, & prædicatione subtili viduarum in quadam, plurima bona diripiunt; de quibus B. Ambrosius in Sermonibus dicit: *Nihil interest apud Deum, utrum vi, an circumventionibus quis res alienas occupet, dum quoquo pacto teneat alienum*: Et item Propheta; *Veh vobis, qui decimatis mentam, & ciminum, & anetum, & percutitis pugno impiè*. Hi sunt enim veritate attestante, qui provocant iram Dei, de quibus S. Gregorius; *Deteriores sunt qui provocant iram Dei, quàm qui merentur*; à quibus Civitas Ambrosiana multa per tempora libera, modò malorum civium meritis obsessà, divinarum literarum, ac scientiarum multarum margaritis, velut porcis projectis, contaminata, & maculata est. Ecclesia enim Ambrosiana Domino annuente, sapientibus Sacerdotibus, Levitis, ac

(1) Alter Codex ita inscribitur:  
*Explicit lib. II. in rebus secundis secundus. Incipit tertius, in quo omnium malorum fundamentum iniquitatum univrsarum argumentum, regina discordia, omni dimisso amore, omnique spreto timore inter Clericos, & Ecclesiasticos, inter laicos, & laicos, Levitas, & Levitas, senes, & senes, Sacerdotes, & Sacerdotes, Episcopos, & Episcopos, Sedem Romanam duobus tenentibus Pontificibus, aperitissimè ministravit.*

(\*) Hinc collige Landulphum factioni conjugatorum Clericorum additum.

(2) Nota Landulphum plura collegisse à senum traditione, ex iis præsertim, quæ hucusque narravit. Nunc clariora, & à se visa scribere profitetur.

(\*\*) Hæc fufius narrat Gualvaneus Flamma in

**A** Subdiaconibus super cæteras Asiæ abundabat Ecclesias: Unde in proverbium dictum est: *Mediolanum in Clericis, Pavia in deliciis, Roma in ædificiis, Ravenna in Ecclesiis*; Sed multoties advenire solet, ut quantò sapientiores sunt multis, tantò suis exercitiis posteris minus providentes hanc miseram vitam quasi indocti, & imbecilles per silentium miserè transcurrunt, & qui vigilando, laborando, & scribendo aliis prodesse potuerunt, ut animabus suis quandoque sitientibus aquam præpararent, vivam minimè satagerunt; de qua charitate, & misericordiæ aqua Dominus ad Samaritanam loquitur dicens: *Qui biberit aquam, quam ego do, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*. Sed ego homo quamvis tantillus, angustis, & tribulationibus lassatus, fretus, ut credo posterorum meorum meritis, qui hæc videntes cognoscent, me ad suarum dignitatum laborasse honorem, ad incœptum festinare aggrediar. Igitur præfinitis, ac determinatis Archiepiscoporum nostrorum causis, quas ego multo sudore, multoque labore antiquos sciscitando omnes (2), veritatem tamen amantes, curiosè repperi, ac civitatum Italiæ totius librorum paginas rimando ferè scrutatus sum, & pro ut potui multa in brevi comprehendens, meis cartulis subscripsi; Nunc ad historiarum seriem redeam, quam legis peritus aliquis, prout fuit, & in veritate comperit enarraret.

## C A P. II.

### *De electione Guidonis Archiepiscopi.*

**A**liquantis diebus post præclarissimi Heriberti decessum transactis, civium univrsorum collectio adunata est. Ob quam causam Civitas coadunata sit, mihi narrare operæ pretium est. Civibus enim convenientibus in unum tam Clericis, quàm Laicis, longas solvendo orationes in populo, quatenus de acquirendo, & eligendo Archiepiscopo consulerentur. Quapropter quatuor majoris ordinis viros sapientes optimæ vitæ, bonæque famæ elegerunt, quibus electis univrsæ civitatis ordines ipsos ad Imperatorem Henricum, qui noviter surrexerat, noviterque populum ipsum à majorum manibus liberaverat, summa cum diligentia direxerunt (\*\*). Et iis Imperatori præsentatis ipse discretè provideret, consiliiis rimatis, quatenus unum de istis quatuor Archiepiscopum laudando, annulo & virga Pastoralis confirmaret, quem confirmatum cives majores,

**E** Chronico majori cap. 763. *Tunc vacante Archiepiscopatu, Hernebaldu, Dominus populi, procuravit cum Clero quòd eligerentur quatuor, & Imperator quem vellet in Archiepiscopum confirmaret, & fuerunt electi Landulphus Cotta, Sacri Palatii Notarius, frater carnalis ipsius Hernebaldi: alter dictus est Anselmus de Badagio, Ecclesia Mediol. Cardinalis; tertius dictus est Arialdus ex Capitaneis de Carimate: quartus dictus est Atbo Ecclesia Mediolanensis Cardinalis. Ex alia parte pars Nobilitum de Mediolano elegit Guidonem de Velate Imperatoris Secretarium. Facta relations ad Imp., ipse, cæteris exclusis, Guidonem de Velate investivit per baculum, & anulum de Archiepiscopatu Mediolanensi.*



jores, & minores indubitanter tenerent. Factum est autem Vido Imperatoris fretus adminiculo, qui & ipse consilium arcanum Domini Heriberti criminose Imperatori denudaverat, ipsos cum paucis subsequutus est. Cum enim in Curia Regali electi Diacones Guidonem viderent, taciti intrinsecus ob pactum, quod ipse cum Imperatore fecerat, singulo de se desperante, hujus eventus rimati sunt. Quid multa? Ventus est dies statutus, in quo Imperator Archiepiscopum suis cum omnibus Primatibus laudando confirmaret. Itaque Ordinarii, & Capitanei, ceterique per jussum Civitatis, qui cum ipsis iverant, cum ante Imperatoris presentiam astitissent, & negotiis verbis luculentissimis, ut natura dabat, multis Episcopis, & Primatibus astantibus, ornate denotassent, freti majorum suorum dignitatibus, & consiliis, tandem confederunt; quibus Imperator respondens inter cetera aliquantum dubitans, videns viros sapientes, discretos, atque affabiles, doctrinisque affluentes, inter se tacite Guidonis, & horum causam diu rimari visus est, tandem voce propria Guidonem retro post omnes ibidem astantem ante vocavit, quo vocato, universos percunctari cepit, si Archiepiscopum vellent, qui tertio dixerunt: *petimus, volumus, desideramus*. Ad hæc Imperator: si ex toto corde petitis, vultis, desideratis, Guidonem accipite. Hoc audito Clerici, ac Laici omnes minime in primis hæc audire cogitantes, vultibus pallidis, voceque submissa renuerunt. Quo audito Imperator ipsos sciscitari cepit dicens: quod festum hodie celebratis? Responderunt: Sancti Materni (3). Quis fuit ille Maternus? Responderunt: Primicerius nostrorum Lectorum. Cujus profapie fuit? Responderunt: cujuscumque profapie fuit suscepimus eum. Ita, si cujuscumque sit, suscepistis, & Maternus vester fuit Archiepiscopus, hunc Guidonem probum virum suscipite. Igitur finitis, ac præordinatis consiliis, quæ Imperator, partim private, partim publice, cum Guidone curiosè egerat, in omnibus ipsum magnificatum, ac per omnia sublimatum direxit Mediolanum. Cum autem Guido venisset Mediolanum, cujus fama negotii paulò ante urbem supervolaverat, usu antiquo, ac imperiis Imperatoris urgentibus, honorificè, ac devotè susceptus est (4): qui per viginti Ambrosianum Archiepiscopatum pacificè regens annos (5), prout tempus exigebat, omnia clericalia, ac sæcularia officia curialiter, ac devotè, ut suos antecessor custodire, ac magnificare sataguit. Qui circa sæcularia colloquia, secretisque in consiliis astutus, circa proferenda verba verò facundus, in divinis autem perparum eruditus. Interea Ordinarii omnes, quos ipse multis beneficiis, multisque honoribus à dolore animi, & à corporis indignatione, quibus antea in Curia regali famosè imbuti fuerant, sedare, ac mitigare minime potuit, ut diffidium super ipsum obnixè exerceretur, verbis inhonestis quotidie

(3) XVIII. nempe dies mensis Julii anni MLVI. qua festum S. Materni ab Ambrosianis celebratur. Vacaverat ergo Ecclesia à die 16. Januarii, quæ fuit emortalis Heriberti, ut supra notatum est.  
 (4) Vide Arnulphum lib. III. cap. I.  
 (5) Ad annum ergo MLXXVI. producendus est Archiepiscopatus Guidonis nullo turbarum strepitu agitatus. Ab eo verò tempore, quo jam S. Arialdi operâ Clerus ad meliorem frugem redibat, Simonie questio advers Tom. IV.

A tamen populi timore, secretè detrahebant. In tantum enim illorum animi ira, odio, ambitioneque detestabili erant imbuti, tabescenteque serviebant, ut quadam die cum ad celebranda divina mysteria mirificè ornati, prout gradus uniuscujusque postulabat, cum ipso Guidone ante B. Mariæ Altare feriatim venissent malo suorum omine, & posterorum, tam majorum, quàm minorum, cum suorum veniam peccaminum à Deo summis cum lacrymis exigi debebant, Dei iram provocarunt. Omnes enim relicto solum Archiepiscopo quasi Demones sanctis sparsis thimatibus fugientes, populo spectante, & mirante universo, durisque subsannationibus stridentes evanuerunt. B Quo facto pluribus perfusus lacrymis prout potuit Guido mysterii solemniam celebravit. O zelum nequissimum! O invidia crudelissima! O ira sceleratissima! An ignorabatis Luciferum ipsum, quem Deus super omnes Angelos scientia, claritate, ceterisque dignitatibus sublimaverat, nimia invidia honoris Dei irrecuperabiliter cecidisse? Saltem vel B. Ambrosii reverentia, cujus cathedram quamvis indignus ipse regebat, & Episcoporum reverentia, ac Ordinum vestrorum, & Ecclesiæ totius orbis, animique vestri intentionem propalare timuissetis. Vestris enim peccatis exigentibus, dum putastis illum vituperare, cum ipso non post multum tempus sine misericordia cadentes redarguemini. Verberastis illum verbis, & subsannationibus multis, & vos popularibus flagellis verberabimini innumerabilibus. Vos tabescente invidia voluistis ante Deum vestra confiteri peccata, at Deus ipse, qui vobis non parceret, vestra referabit flagitia. Reliquistis vestrum Archiepiscopum ad Altare Dei solum, ut apertius eum malis artibus opprimeretis, & Deus ante theatrum, populo astante crudeli, malè aptatos pessimèque tractatos, vos frustra nomen Domini invocantes relinquet.

C A P. III.

D *De altercatione Ambrosianæ Ecclesiæ, & Ravennatis in curia Romana.*

E A tempestate D. Guido Romæ apud Romanum Pontif. Leonem, ipsoque Leone consilium multis cum Episcopis regente, qui antea Papiæ Synodum clementer celebraverat, accusatus est. Qui cum magnificè multis sapientibus Clericis, ac strenuissimis militibus honoratus, accusationes quasi plumbo ipso in consilio multis, ac diversis rationibus oppugnasset, & cuncta canonibus, aliisque argumentis inimicorum callidas superasset insidias, ecce subito suis altercantibus domesticis, & Archiepiscopi Ravennatis, asserentes, quòd Ravennas Archiepiscopus à dextero latere Apostolici super Mediolanensem sedere semper deberet (6), bellum gravissimum ortum est, quo peracto, Deo annuente, Ecclesia Ambrosiana per Guido-

eum est habita; ob eamque fortasse causam ab omnibus suis destitutus est, quod & refert Arnulphus lib. III. cap. XVIII. Ubi etiam cum nostro convenit de tempore abdicacionis Guidonis ab Archiepiscopatu, quam paulò post mortem S. Arialdi narrat, isque Martyrii coronam accepit anno 1066.

(6) Vide Arnulphum lib. III. cap. XIII. ubi Guidonem sub Nicolao Pontifice in Romano Concilio omnes alios in ordine sedendi præcessisse testatur.



donem sedem ipsam viriliter devicit, & religiosè hodie, & semper tenebit. Et miles quidam Anselmus nomine dum graviter in honore Dei, & B. Ambrosii bello in illo manu in dextera vulneratus fuisset, ita ut apertè amitteret ipsam, altera die omnino incolumis B. Ambrosii meritis apparuit.

## CAP. IV.

*Quare Anselmus de Badagio ex Ordinario Ecclesie Mediolani factus Episcopus Lucanus, sollicitat Landulphum, & Arialdum, ut uxores à Sacerdotibus separandas predicarent.*

**Q**ua tempestate Anselmus de Badagio, quem Guido ipse in sacerdotio paulò ante consecraverat, omnes ordines tam majorum, quàm minorum Sacerdotum ob quandam obedientiam cunctorum ordinum cõmunis quamvis parentum & sui usurpare querebant multis malis, multisque præliis inhonestè sollicitabat (7). Itaque ut Guido his malis finem imponeret, trans montes ad Regem ducens Anselmum, ut ipse hujus causa negotii discretè judicaret, tetendit. Tandem rimatis negotiis multis, consilio sanè à Guidone accepto, ut civitas tota pacem haberet diuturnam, lite ab Anselmo jurejurando dimissa, Imperator Episcopatum Lucensem ei attribuit. Erat enim Anselmus in sermone potens, divitiis affluens, qui & ipse Sancta Dei Evangelia circa tempora convenientia politè populo referendo prædicabat. Factum est autem cùm Anselmus Lucense frueretur Episcopatu, Guido septem Diacones ad opus ministerii Dei, & prædicationis ejus per omnia sapientes, bonique testimonii consecrando elegit. Et singulo per singulam Dominicam de Adventu lucidissimè prædicante, hujus rei fama ad Lucensem Anselmum volitavit, quod ipse audiens ineffabiliter indignatus, se seque quasi leo perstringens, intusque extuans, ira, atque odio ductus est, & quasi urfa in cavea ruminans verba non intelligibilia fundebat. Propterea nimio commotus ardore secretissimè cum paucis suæ urbis Clericis in die, quo Sancti Joannis sententia: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, hoc populo, Clericisque omnibus exponenda tractabatur, in Ecclesia Hyemali, quasi sub occulto facie ad faciem ipsi prædicatori se se ostendens advēnit. Eo in die Ambrosius Biffus, quasi Biffarius; Biffarius quasi bina colloquia Græca, & Latina fando, ipsius Evangelii sententias secundum Doctores Sanctos, maximè secundum Beati Ambrosii disciplinam mirificè tractando Græca Latine exponendo, tamquam non ut homo tractabat, sed quasi Angelus nuntiabat. Hoc Anselmus vultu pallidus, irâ lividus,

- (7) Ita legitur, in utroque Codice, sed locus adeo depravatus, ut sensum Landulphi nonnisi divinando assequi possimus. Extant puriora in vita ejusdem Pontificis à nobis vulgata.
- (8) Rei veritas vel ab invito expressa est. Non ergo invidia sed zelus Catholicæ religionis Anselmum de Bagadio in schismaticos excitaverat.
- (9) In margine rubro caractere de Cottis.
- (10) Gentilitium decorem nobilitatis, quem hic noster, & Arnulphus lib. III. cap. VIII. S. Arialdo invident silentio prætereunt, hisce testatur B. Andreas in illius vita: *Igitur in Cuciaco quodam vico inter Mediolanum, Cu-*

**A** labiis tremulus, animum iterum iterumque revolvens, omnia tamen audita adnichilans, suis receptus Clericis, domum nativam omnibus hujus urbis Clericis de eo omnino ignorantibus repedavit. At Clerici, qui cum ipso venerant, ignorantes ejus voluntatem, Deum, & B. Ambrosium collaudantes super iis, quæ audierant, mirabiliter admirati sunt, & nunquam tam plenariè de Deitate, & Humanitate aliquem humanum locutum fuisse multis assertionibus testati sunt. Ad hæc verba Anselmus magnam gerens sub pectore trabem, quasi leo nimia irâ commotus, balbutiens verbo, ut natura donabat, dixit: Certè nisi fœminas haberent omnes hujus urbis Sacerdotes, & Levitæ, in prædicatione, & in aliis bonis moribus satis congruè valerent (8). Cùm Clerici sui multis rationibus, multisque exemplis resisterent, maximè ut se ipse quid fuit, aut quid fieri posset, & videndo recognosceret, annuntiarent, fatigatus irâ, ac aliis malis artibus, in jejuniis usque ad vesperas lectulo jacens, & minimè dormiens, quievit. Qua tempestate chorum Gloriosæ Virginis Mariæ Clericus quidam nomine Landulphus (9) de magna profapia oriundus curialiter die, ac nocte frequentans, unus de Notariis degebat, qui ambitionis gladio perfoffus, & maximè super Archiepiscopatum, ad quem quotidie patenter ut canis anhelabat, indefinenter Ordines universos sollicitabat, & omnes majores, & minores Clericos, quia sibi, ut animus ejus anhelanti desiderio cupiebat, minimè favebant, quotidie suspectos, atque perosos habens verbis, ac factis turpissimis indecenter insequabatur. Itaque lingua ejus modò dulcem, modò amaram aquam turpissimis verbis discurrentibus perfundens, nunc clanculo; nuncque apertè omnes detrahens, quasi adamas ipsorum corda induraverat. Præterea alium forensium Clericum, Levitam tantum, quem ipse Guido sibi consecraverat. Arialdus nomine, ortus in loco Cuzago propè Canturium (10) artis liberæ magister, ut magis, ac magis animi sui voluntatem erga ordines omnes indiscrètè exardescerent exerceret, sibi associavit. Hic enim Arialdus cujusdam superbix zelo gravatus, qui paulò ante de quodam scelere neanditimo accusatus, & convictus, ante Guidonem astantibus Sacerdotibus hujus urbis multis, & partim quia urbani Sacerdotes forentes togatos urbem intrare minimè consentiebant, & Ecclesias civiles illis habere nisi per tonsuram non permittebant, per omnia occasionem querebat, qualiter omnes Sacerdotes ab uxoribus, populi virtutem sollicitando, removeret, qui mala pro bonis reddens, non divino, sed spiritu agebat humano. Igitur cùm horum animos, ac voluntates quibusdam experimentis Anselmus vidisset, satisque cognovisset intempestæ noctis silentio secretè ad se convocari præcepit. Quibus advocatis aliquantulum illis

*munque sito milliario XX. distante à majore, V. verò à minore, ut in vulgari fertur opinione, Bezo quidam cum Beza sua uxore extitit, nobiles utriusque natione, sed nobiliores probitate. Parentes ii fuerant S. Arialdi. Item Auctor Passionis ejusdem S. Martyris: Arialdus in loco Cuzago prope Canturium Mediolanensis Diocesis ortus fuit nobilibus parentibus de Alzate. Crimen verò, quod in S. Diaconum impudenter Landulphus fingit, zelus ipse, ac martyrium ipsius resellunt, immo & laudes ab aliis Scriptoribus cumulatæ.*

lis congratulans quorundam Clericorum superbiam, ac mala acta, è quibus sese reminisci poterat, ut ipsos inflammaret, ac inflammati arderent, primò aperuit, postea verò multis infertis sermonibus animavit, quatenus omnes Sacerdotes suis iussibus, suisque consiliis ab uxoribus summo cum dedecore separarentur. Quo audito Arialdus, & Landulphus lætabundi consilio rimato, non tantum omnino à Deo donato, sed à malignantium iniquitatum fonte derivato, non Dei amore, sed invidia, & odio onerato, non misericordia, sed ira, & ambitione, & vesania detestabili suffulto, ut postea apparuit, & visum est in aperto, sub iurejurando constricti mutuo firmaverunt, quatenus Sacerdotes omnes, & Levitas à die illa, & deinceps uxorem habere non paterentur, & sollicitè, ac manifestè nec vitam, nec mortem timentes, & omnium Sacerdotum acta, quæ usque ad id tempus egerant, quanti periculi sunt, quantæque iniquitatis populo ac civibus universis oberare panderetur. Consilio autem inito Anselmus omnia suffragia, è quibus ipsos adjuvare, & sustentare posset iurejurando illis pollicitus est. Et manè factò, insalutato Archiepiscopo, quem ipse Guido in Sacerdotio consecraverat, occultè ut serpens ab urbe recessit. His ita adunatis, ac firmatis consiliis, Landulphus in urbe manens omnes scholares, quos habere poterat in iurejurando, quod ipse fecerat constringens, modò privatim, modò publicè circumveniebat. Arialdus autem suos, quos regebat, scholares in eodem iuramento constringens apud Varisium morabatur. Quæ omnia Guidonem Archiepiscopum minimè latuerunt. Vultu enim placido quotidie demensissimas calliditates illorum subridens paucipendebat. O Deus, qui cuncta vides occulta cordium, scrutaris universa staterà iustà, qui Cælum, & terram clausa manu tenes, atque metiris, & mare, & abyssum verbo disponis, cui devotè cunctæ obediunt creaturæ, viri isti vitam bonis rebus, (\*) quod initium habuerunt, quam intentionem? Si enim bona intentione, bonaque voluntate hoc Dei placitum inchoassent, qui est adiutor operis, esset protector laboris, cum Deus non vult coacta servitia à populo attestante. Cur isti obliti Dei Evangelia conjugationem detestabilem terribilibus juramentis in populo sub obtentu placiti Dei, quod postea Pataliam vocatum est, exercebant? An Deus suorum meritis à cordibus illorum abraferat Evangelicum præceptum, quod usque hodie clamat, dicens: *Qui non jurat, non perjurat; noli jurare omnino neque per cælum, neque per terram, neque per capillum capitis tui, qui nec potes facere unum album, aut nigrum?* An ignorabatis doctoris doctrinam dicentis: *Qui non loquitur, non mentitur: sed de omni verbo otioso reddituri estis rationem?* Quod si ita est, de quantis malis juramentis, ac malis verbis reddituri estis rationem! Si odio aliquo fecistis, frustra laboratis, de quo per Evangelium Dominus dicit: *tu habes trabem in oculo tuo, & vis ejicere festucam de oculo fratris tui, hypocrita, ejice primam trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.* Si ira vos operosos fecit, videte quid Dominus Pastor, & magister noster Ambrosius Sanctus in lib. de Josepho, dicat: *Ira sæpè etiam innocentes in crimen adducit, quia*

Tom. IV.

(\*) Ita in omnibus Codicibus, sed aliquid desideratur.

A *dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, & graviora peccata committimus. Ideo Apostolus ait: Non vos ipsos judicantes charissimi, sed date locum iræ, & Dominus per Evangelium: Qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio; Vnde Apostolus, Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.*

#### C A P. V.

*Quare Arialdus cepit suum propositum prædicationibus reserare.*

B **I**nterea Arialdus cum apud Varisium moraretur, quâdam die ex incorrupto, & quasi furiosum cupiens seminare granum, quod malè ventilando mundaverat, Ecclesiæ gradum ascendens per omnia Sacerdotes diffamando, ut ab uxoribus malè separarentur, plebem verbis turpissimis rusticanorum commovendo obnixè operam dabat (11). Quod ut rustici, ac Sacerdotes auribus attonitis audierunt, hæc minimè in matutinis credentes, ultra modum de his quæ ab Arialdo dicebantur mirantes obstupuerunt, maximè affirmantes, quòd nemo castitatem habere potest, nisi ei à Deo datum sit, dicente Apostolo: *Quoniam datum bonum est, & omne donum perfectum de celo sursum est, descendens à Patre.* Itaque cœtu coadunato cunctorum, ad Guidonem Archiepiscopum, ut omnia seriatim, quæ Arialdus noviter disseminaverat, nuntiarent, unanimiter Clerici, & Laici concurrerunt. Quamobrem Guido advocatis Arialdo, & Landulpho, ne usum antiquum, bonosque Ecclesiæ mores tam Ambrosianæ, quàm totius linguæ Latinæ, tam Latinæ, quàm Græcæ totius crimosè, turbam sollicitando indiscretam, conturbarent, prout potuit, privatim, & curiosè corrigendo admonuit; quin etiam multa alia mala, multasque dissensiones, ac crimina diversa ex his posse oriri, verbis illis referendo, ac notificando aperuit. Quibus inter cætera quædam verba Evangelicæ doctrinæ benignè dicens aperuit.

#### C A P. VI.

*Quare Guido Archiepiscopus Arialdum, & Landulphum convocatos ut ab incæptis prædicationibus desisterent, frustra adhortatus est.*

E **N**olite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpanit vos. Charissimi videte quid Apostolus clamat, dicens: *si invicem mordetis, ab invicem consumemini, & quod de te quod Doctor Gregorius dicat, expedit nobis multa, quæ inhonestà, & incongrua videntur pati, & multò melius ne dissidium, aut scandalum in Ecclesia Dei inconsultè oriatur.* Unde Dominus in Evangelio; *Veh illi, per quem scandalum venit, & Apostolus; Tu quis es, qui iudicas alienum servum, suo Domino stat, aut cadit, stabit autem; & item: Noli scandalizare fratrem tuum, pro quo Christus mortuus est.* Unde veritas in Evangelio: *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis; expedit, ut mola asinaria suspendatur in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Vel tangat vos Augustinus sententiis humanis dicens per se-

N 2

me-

(11) Anno MLVI. S. Arialdum prædicationem suam incœpisse bene notavit Puricel. in vita ejusdem.

metipsum : Neque ita reprehendamus quæ manifesta sunt , ut desperemus sanitatem , & vitabimus iudicium , de quo nunc dicitur : Nolite iudicare , ne iudicetur de vobis ; In quo enim iudicio iudicaveritis , iudicabitur de vobis , & in qua mensura mensi fueritis , in ea remetietur vobis : Præterea quid B. Ambrosius dicat super Lucam curialiter , ac devotè audiendo perspicite : *Nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati , ne dissensiones , contentionesque ex affectu tuo prodeant , non potes aliis ferre medicinam . Ante igitur pacem incipe , ut cum fueris ipse pacificus pacem aliis feras . Quomodo enim potes aliorum corda mundare , nisi tuum ante mundaveris ? Tu habes trabem in oculo , & vis ejicere festucam de oculo fratris sui , hypocrita , ejice primum trabem de oculo tuo , & tunc videbis festucam ejicere de oculo fratris tui .* Item Augustinus : *facile ii reprehendunt , qui magis amant vituperare , & damnare , quam emendare , atque corrigere . Quod vitium est superbiæ , vel invidiæ , & ideo pie , cautèque vigilandum est , ut cum aliquem reprehendere , vel objurgare necessitas coëgit , primo cogitemus utrum tale sit vitium , quod numquam habuimus , vel quo jam caruimus , & si numquam habuerimus , cogitemus & nos homines esse , & habere potuisse . Si verò habuimus , & modo non habemus , tangat memoriam cõmunis infirmitas , ut illam reprehensionem aut objurgationem non odium , sed misericordia præcedat . Si autem cogitantes nos metipsos inveniemus in eo esse vitio , in quo est ille , quem reprehendere parabamus , non reprehendamus , nec objurgemus , sed tantum congemiscamus , & non illum ad obtemperandum nobis , sed ad pariter conandum invitemus .* Unde : factus , Apollolus , *sum Judæis quasi Judæus , ut Judæos lucrifacerem , & item : factus sum infirmis infirmus , ut infirmos lucrifacerem , omnibus omnia factus sum , ut omnes lucrifacerem .* Vos dicitis , quia Sacerdotes impossibile est non adulterare , & sacrificare , & verum dicitis ; sed nostri Sacerdotes Deo gratias usque hodie nec sunt , nec nominati sunt adulteri ; sed curiosè observant Apostolicum præceptum , ut sint unius mulieris viri . Unde B. Ambrosius super Abraham dicit : *Nulli licet scire mulierem , præter uxorem , ideo conjugii tibi datum est jus , ne in laqueum incidas iniquitatis , & cum aliena muliere delinquas : vincetus es uxori , noli quærere solutionem :* Unde Salomon ; à Deo , inquit , *preparabitur viro uxor .* Si enim in aliquid , ut humana fragilitas habet , delinquant , præter capitalia , per veram confessionem sua confitentibus peccata , à Deo justificantur . Unde Magister noster Ambrosius in Epistola Theodosii Imperatoris clementer dixit : *Qui se accusat cum peccaverit , justus est , non ille , qui se laudaverit .* Item B. Ambrosius in Beati Immaculati tractatu : *Qui se accusat , etsi peccator est , justus esse incipit , quia nec sibi parcit , & Dei justitiam confitetur , quem putat latere nihil posse :* Ideoque scriptura ait : *Justus in exordio sermonis accusator est sui ;* præterea fratres charissimi , quanta mala , quantæque dissensiones nefandissimæ , quantaque homicidia , quantaque adulteria ex his possint verbis oriri , percipite .

(12) Qua patientia S. Arialduus acrem injuriam tolleraverit hæc ejus verba testantur ab Aucto-

## CAP. VII.

*Quare Landulphus , & Arialduus verbis Guidonis non consenserunt .*

**N**Am enim illorum animi his , & aliis verbis dulcorati , omnia , quæ illis possent evenire , prospera , & adversa animo trutinantes mollificabantur . Et ecce quidam nequissimus , cujus spiritus in naribus erat , verba turpissima adversus hos proferens , ore vesano animos , quos Guido , prout poterat , mitigaverat , nimiam iram commovit . Itaque nimia indignatione , commoti unanimiter ante ipsum Guidonem ex his nimium dolentem confurgentes , verbis terribilibus affirmaverunt , dicentes , de his numquam tacituros , donec spiritus esset in eis , & lingua faucibus teneretur , quibus prophetizantibus , inscii quid de se dicerent , insalutato Archiepiscopo , Palatium Ambrosianum cursu veloci quasi fera crudelis mortali sagitta percussa exierunt . Ea tempestate cum Beati Nazarii martyris translatio à civibus universis utriusque sexus cereis magnis , multisque ardentibus devotè celebraretur ; & omnes sexus promiscui ad id officium celebrandum humiliter , ac devotè convenissent , & Landulphus , & Arialduus , jurisjurandi , quod fecerant , memores , cum per plateas , ac urbis regiones sacerdotes ob conjugium aliquantulum diffamassent , quasi ranæ palustres turgidi , commixtissimi apud S. Celsum convenissent , verbis variissimis cum Clericis , quasi fues cum canibus , altercabantur . In qua translatione cum S. Ambrosius adviveret , quod didicimus Sancto Sacerdote Ambrosio imperante super strepentes ranas egerit , Sanctum testem Augustinum affirmantem lector intellige , *Cum plurima ranarum murmura auribus Religiosæ plebis obstrepent , Sacerdos præcepit , ut tacerent , & deserrerent orationi sacræ reverentiam , tunc subito circumfusum strepitus quievit , & usque hodie paludes silent , ita ut vix , aut umquam aliquam ranarum , maxime illo in tempore , crepitantem invenisses .*

## CAP. VIII.

*De indignatione cujusdam Sacerdotis reprehendentis Arialduum cum colapbo .*

**I**nterea quidam ecce Sacerdos , quasi sagitta ab arcu volans , dentibus stridens , oculos ut animal volvens , videns Arialduum , & Landulphum novellis malè dulcoratis , quibus civitatem ferè jam totam imbuerant , ad Arialduum ipse profiliens injicere se se manibus comminabatur . Cum autem ipsum Arialduum verbis nimia ira tremulis sciscitando interrogasset , si illa vera fuissent , quæ paulò ante , jam civitate percrebrescente , audierat , & idem ipsum tam indiscretè , & inconsultè per civitatem , ac plateas de Sacerdotibus loquutum , ac malè diffamatum esset , quasi insanus , contra vesanum sine mora caput movens respondit : quod dixi , dico , quod dico affirmo , quod affirmo ratione competenti approbare curabo . Hoc audito Sacerdos nimia indignatione commotus , manu dexterâ elevatâ ipsum graviter alapizando alloquitur (12) : *Tu solus in mundo universo per detestabilem hypocrisim audes vitam Sacerdotum diffamare . Numquid tu solus per exe-*

re passionis ejus relata : *Non solum hoc , sed etiam mortem pro veritate pati paratus sum .*

execrabilem Pathaliam, & quamplurima Sacramenta prava, ac detestabilia populi flammam, quæ impetu ut mare versatur, super nos accendis? Numquid tu melior Abraham, & Isaac, & Jacob, Salomon, Prophetarum eximiusque David? Numquid tu melior Apostolo Paulo, qui à Deo electionis vas est appellatus? An tu solus iustior es multis Patribus Sanctis & venerandis, quorum vitâ, ac moribus bonis Ecclesia primitiva resoruit, & Deo annuente semper florebit? Numquid tu solus multa Sanctorum consilia parvipendens annihilare curabis? Numquid tu solus in Ecclesia Ambrosiana dissidium per falsam castitatem, quæ olim in Palatio Ambrosiano Guidone astante probata est, criminose seminabis? Si tibi Deus operum bonorum perfectionem cœlitus administrasset, nos modò privatè, ac si opus foret, quandoque publicè: sic publicè, ut in Presbyterio nostro emendando bonis verbis, bonisque exemplis, humiliter, ac devotè corrigeres: Unde Apostolus: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te, & ipsum solum*. Potuit enim Christus Dominus mundum uno verbo, suisque imperiis subjugare, sed ut nos per patientiam, & humilitatem regnum, quod superbus amisit, consequeremur in Cœlis, charitativè dicens in terris admonuit: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*. Quin & ipsos crucifigentes, ut Dathan, & Abiron, potuit vivos submergi. Dic mihi, cujus Sanctorum viam aggredieris? Enim, ut verum dicam, numquam iustum inveni, qui per periculosa Sacramenta, ac pessimam diffamationem malos ad Deum invitos converteret, cum mali magis soleant fieri duriores, quàm mitiores, & soleant magis pœnis crudeliores fieri, quàm mitigari. Unde Apostolus: *Deus non vult coacta servitia*. Et item Paulus: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum, suo Domino stat, aut cadit, stabit autem*. His, & aliis dictis Sacerdos Anselmus quærens ipsum à tali revocare cogitatu, velut ignis fornacem, ac ira leonem, irrevocabiliter exagavit. Igitur cum hujus rei fama ad Landulphum volitasset, & ut magis, ac magis, quod in obscuro dixerunt super tectum divulgaretur, martyris veneratione relicta, cui omnes devotè convenerant, ac antiquorum veneratione ommissa, arrepto manibus Arialdo, furiosè, ac pessimè vociferando cum paucis ad Theatrum pervenit. Itaque missis per civitatis vicis, & plateas cartulis omnibus hominibus, perstreptibus tintinnabulis multis, & magnis, ac garrulantibus fœminis, quatenus omnes tam juvenes, quàm senes, tam sapientes, quàm insipientes, tam probi, quàm improvidi unanimiter convenientes, quæ ædificationis, ac animæ salutis forent, auribus audirent attentis, satagebant. Itaque civibus convocatis universis, Arialdo, quasi ardens totus, pulpitem ascendens commune, oculis ut leo flammivomis, nimiaque ira commotus, multa de Sacerdotibus exprimens detestabilia, quasi annis nimia inundatione turgidus lapides, sylvas, homines, ac pecora volvens emittebat, quasi unus, ac durus parasitus sub obtentu religionis omnem turpitudinem, quæ ab ore hominis inhonestè proferri potest, ridenti populo emittebat. De cujus ore Deus illo in tempore verba divina exire non permisit, nisi duos versiculos ab eo, ut mihi videtur, satis dissonantes dicens: *Qui*

(13) Inter hos Nazarius quidam laicus, officio monetarius, qui S. Arialdum hospitio accepit. Vide vitam B. Andreae cap. VI.

*mibi ministrat, me sequatur: me sequimini, si non vultis offendere*. Quæ verba Dominus noster Jesus Christus discipulos suos, omnesque fideles ad humilitatem servandam, charitatemque cum omnibus habendam, insinuans, & dicens aperuit: *Qui mihi ministrat, me sequitur, & ubi ego sum, illic erit & minister meus*. Hanc ipse postea cum traderetur, auriculam amputanti ostendit dicens: *An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* qua voce, quove præcepto suos armavit Apostolos, & armatos ab universorum dæmonum jaculis tutavit, & tutatos in æternum coronavit. Qua voce Laurentius Sanctus munitus, tyranni iniquissimi sæva tormenta, & ignium superavit globos, & ipsum crudelissimum tyrannum, ac femiustum, Dei iram merentem vicit. Qua voce S. Nazarius, & Celsus, Angelorum Dei freti adminiculis, procellosi maris planitiem, ut aridam terram intrepidè calcare meruerunt. Quam vocem Virgines, & Martyres, Sandique omnes devotè summam, & veram Religionem sequentes in æternum, & cum Christo remunerari meruerunt.

CAP. IX.

*Quomodo Landulphus, & Arialdus oratione fusa ad populum profecerunt.*

CUM autem Arialdus verbis turpissimis Sacerdotes in populo pessimè, ac criminose diffamando, orationi turpissimæ finem imposuisset, & eandem Landulphus stylo prout erat facundus, graviori reiterasset. In ea quæ turpissimi in populo pandere, ac divulgare verecundarentur, populum quasi leones, ac ferocissimas tygres præda, ac calido sanguine anxie, adversus Sacerdotes sollicitantes commovebant. Horum disseminatis verbis pestilenter subito multi (13), quibus alienum æs purissimè exigebatur, quotque foris, & intus dura paupertas trucidabat, quamcumque occasionem quærentes, unde miseros filios, & uxores sæpissimè verberatas recreare, ac sustentare possent, immenso plausu ipsos laudabant, alii verò simplices, & idiotæ sua pectora verberantes, quasi Petri, & Pauli eorum verba habebant. Quid multa? omnes concives fascinati, quasi maris sæva tempestas, ac æstualia fulmina, quæ multos imparatos opprimere, & mortificare solent, civitatem percurrentes, ut urfa catulis amissis, & turpissimè velut famelici canes latrantes, Sacerdotum domos primò spoliando cursitabant, postea verò summo cum dedecore mulierum divortium sine lege, sine jure, sine Episcopo, non Deum, sed pecuniam illorum amâtes, gladiis, & fustibus feriebant. Interea Sacerdotes imbelles hæc omnia declinare(\*) ignorantes, animos, & oculos in Cœlum levantes, ut pecudes lupis subjacebant. At nobiles urbis, quorum virtute Sacerdotes paulò ante tuebantur, nimia ira, & indignatione commoti, alii urbem exiebant, alii ut procellosæ calamitati finem imponerent, tempus expectabant. Interea ex populo multi, licentiâ à jam dictis acceptâ, omnibus omissis negotiis, quibus misera hujus mundi vita alitur, corpusque vestitur, filii, ac uxores foventur, magis rapinam, quàm Deum amantes, Sacerdotum domibus sine misericordia spoliatis, ut magis, ac magis his & aliis

(\*) Ita ex conjectura restitui, nam in utroque Codice legitur *in mare*.

aliis factis Dei iram mererentur, verbis, ac verberibus turpissimis ipsos, & illorum familias insequerentur. Exinde cum urbanos Sacerdotes lupi meridiani jam jamque attrivissent, & opes, quas male acquisiverant, consummascent, rabiem suam extendere cupientes urbem exierunt, qui studiosè ab Arialdo admoniti, & sub obtentu religionis quasi canes ad apros venandum illecti, villas, castella, municipia circumeuntes, simili modo, pauloque durius Sacerdotes omnes, quos invenire poterant pessimè non Deum, sed pecuniam quærentes tractabant (14).

## CAP. X.

*Quid Landulpho Romæ evenit, cum ibidem Sacerdotes diffamasset.*

**I**Taque pars Nobilium, ac de populo multi videntes Sacerdotes indiscretè lacerari, misericordia moti, præliis multis eos muniebant. Dum hæc agebantur, temporibus transactis aliquantisper, Arialdo, adjunctis sibi Landulpho, & Oldeprando, quos ante in initio hujus rei sibi sociaverat, ut magis ac magis quasi per Apostolicam licentiam in iis se & suos exerceret actibus, Romam ad Apostolicum Stephanum (15), qui tunc noviter in tempore degens surrexerat, occultè tetendit. Qui cum antè faciem Apostolici repræsentatus fuisset, & per ordinem quidquid Mediolani egisset, qualiterque summo cum dedecore Sacerdotes ab uxoribus separasset, multis astantibus Clericis, Laicis, & Cardinalibus notificare curavit, sed non sicut voluit, tunc acceptus est. Hoc audito omnes, qui aderant: universum genus Sacerdotum, tam Latinum, quam Græcum una lege videntes constringi, & castitatem neminem habere posse nisi ei datum sit desuper, vehementer ut Romani admirati sunt, quorum unus Cardinalis nomine Dionysius, qui in pueritia in Ecclesia Ambrosiana fuerat nutritus, cognoscens omnes ordines Ambrosianos qualiter devotè, ac finè perturbationibus per multa tempora vixerant, per multa Sanctorum Patrum exempla currens, coram Apostolico Arialdo, & omnes, qui cum eo venerant, redarguens dicebat.

## CAP. XI.

*Oratio Dionysii Cardinalis adversus Arialdum coram PP. Stephano.*

**C**UM hujus inauditæ Pataliæ placitum cogitasti commovere, qualiscumque intentionis esses, ab Apostolico, aut ab aliquo religioso viro prius multis cum jejuniis debuisses consiliari, quam hujusmodi negotium tam magnum, & tam periculosum cum viris inlitteratis inchoasse, & quod cum humilitate, & patientia, bonisque admonitionibus debebas docere, hoc cum lanceis, fustibus, ut asferitis, laicis super Sacerdotes currentibus administrasti. An ignorabas Dei Evangelium dicentis: *Qui vos tangit, me tangit?* & David Prophetarum eximius per Spiritum Sanctum ipsum Saulem à Deo damnatum cognoscens,

(14) Immo verò ita se habebant in SS. viros damnatæ factionis homines, qui Lippandum S. Arialdi socium prope Parmam, cum Romam iret, vulnere illato Mediolanum redire coegerunt, & plures infidias S. Arialdo tetenderunt, quas feliciter evasit.

**A** ut nos informaret, dixit: *Non licet mittere manum in Christum Deum*; enim nisi fueris Dei adjutus misericordia, dignus es lapidi alligari, & in profundum maris demergi. Quantum gloriosissimam, ac præclarissimam Dei Ecclesiam, in qua B. Ambrosius multum laborando desudavit, inconsultè scandalizati! Cujus dissidium crudeliter disseminatum, & ante noviter natum, ut video, universum mundum citissimè, Laicis adversus Sacerdotes studiosè inhiantibus, invadet. Vera Dei Ecclesia, ne dissidium, aut scandalum oriatur, multa per tempora sanctis imbuta alimoniis, quamplurimè sustinere, ac pati consuevit. Hoc dissidium est illud unde puerorum numerus infinitus sine baptisate diversis attritus mortibus crudeliter necabitur, hæc illa est occasio, ob quam multi juvenes dum naturam suam exercere non possunt, contra naturam incurrentes delinquant, & debitum, quod uxori, si haberent, dum impendere non possunt, in alterius inhiant uxorem. Saltem B. Ambrosius te tangat, qui cum es quædam mulier tangere conaretur, ore Episcopali dixit: *Et si ego tanto Sacerdotio indignus sum, non licet te mittere manum in Christum Deum*. Velint, nolint, fustibus, ac plagis diversis castificas eos, imò incestos animo, & corpore patenter reddis, cum Apostolus dicat: *Deus non vult coacta servitia*. Et si tu cum tuis justus, castus, pudicus, sanctus & bonus Dei misericordiæ esses, aspice quid veritatis magister discipulis dicat: *Et si perfecteritis omnia, dicite quod inutiles servi sitis*; tu autem Sacerdotes Dei, quos mundus totus usque modò bonos, & charos, justos, & fideles tenens eis devotè in cunctis obediebat, quamvis tanto Sacerdotio indigni, criminosis, & seditiosis omnibus, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram, criminose tradidisti. His enim verbis omnium Sacerdotum vitam, & Ecclesiarum cunctarum mores, longaque eorum consuetudines crudelissimis Christianis quasi canibus lymphaticis ad rodendum sub obtentu castæ religionis dedisti. Quod enim justè, ac devotè, summaque cum humilitate tractari, emendarique pietas divina exigebat, optimis moribus, bonisque exemplis, hoc fustibus, lanceis, ensibusque populi insensati pertractandum, imò conculcandum commisit: potuit namque Dominus noster Jesus humani generis Redemptor uno imperio suæ majestatis totius mundi incredulos Christianos facere perfectos, & omnes crucifigentes se uno in momento viros in infernum demergi; At ut nos summa cum patientia hostem antiquum, serpentem crudelissimum, humani generis inimicum superare, & prosternere possimus, veritas dicens benignè admonuit. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Scio enim, & verè scio, verba vestra bona, & rationabilia videntur, & laude digna; sed quia zelo Dei non incœpistis, ab omni munere à Deo privimini: decet namque omnes Ecclesiasticas dignitates omnes honores, quales ab aliquo reprehendi non possunt, Sacerdotes verò per omnia bonos: sed dicit Deus cuidam sese interroganti: *Quid me dicis; bone? nemo bonus, nisi solus Deus*.

## CAP.

(15) Vide Arnulphum lib. III. cap. X. Hæc omnia gesta sunt sub Pontificatu Stephani X.



CAP. XII.

*Stephanus Papa Mediolanum Legatos mittit.*

Cum autem hæc, & multa alia Arialdo, suisque fociis diceret Dionysius, & à multis Clericis verbis inhonestis subsannaretur, Apostolicus silentium manu imperavit. Interea idem Apostolicus per pauca loquens, ita in medium se habuit, quod nec Cardinalem laudavit, nec Arialdum damnavit. Quo audito Arialdus à gloria, quam Romæ habere sperabat, omnino frustratus, cognoscens animos astantium omnium Ecclesiæ Mediolanensis compatiens, tremens, & pallidus, quasi mortuus obrigit. Tandem Apostolicus multis, ac diversis consiliis rimatis, adjuncto post aliquot dies Anselmo Lucensi Episcopo, quem supra memoravi, ut tantæ cladi finem imponerent, & Sacerdotes à perfidis liberarentur omnibus, & quod ipse Arialdus inchoavit, corroboraretur, ut quodammodo Ecclesia Mediolanensis suis iussibus obtemperaret, Arialdum, Anselmum Lucensem Episcopum, & Ildeprandum jam Archidiaconem factum Ecclesiæ Romanæ uno animo consentientes Mediolanum direxit (16); Quorum unus supradictæ iræ lividus, alter nimia indignatione altitudinis Mediolanensis Ecclesiæ commotus zelo zelabant nequissimo, qui cum Mediolanum attigissent, secus omnia tractarunt, quam Apostolicus eis denotasset. Ea tempestate civium diversæ turmæ, aliæ Sacerdotum pietate, qui malè ab Arialdo, & ejus parte tractabantur, quotidie ut hostes se se necantes præliabantur. Itaque Anselmus, & Ildeprandus populi furorem timentes, clanculo vocatis civibus, quos habere poterant, quantum linguæ eorum exprimere valuerunt, sinè misericordia, sinè charitate callidè frementes ediderunt. Non attenditis Dei Evangelium dicentis: *Nolite mittere margaritas ante porcos, ne fortè conversi disrumpant vos, & conculcent eas pedibus suis.* Ad ultimum ipsum Guidonem Archiepiscopum in primo hæc omnia parvipendentem, qui ipsum Anselmum in Sacerdotio consecraverat, Symoniacum vocantes, & omnia ejus detestantes obfuscarunt. Quid multa? tantam enim ruinam, & diffidium, atque discordiam pessimam seminarent, quantam olim Nabuzadad Princeps militiæ in populo Israelitico immisit, & quantam videns Aman, qui in ligno, quod Mardocheo paraverat, damnatus pependit, & quantam Absalon David patri suo injustè commovit.

CAP. XIII.

*Quare Arialdus, & Landulphus sibi associant militem Herlembaldum.*

Transactis autem ferè jam septem annis, in quibus partibus utriusque nunc prospera, nuncque adversa duris bellorum exercitiis occurrerant, Arialdo, & Landulpho æstuantibus, animis tacitè rimari cœperunt, quem de Capitaneis, aut de Valvafforibus super

(16) Primam hanc legationem puto ex pluribus, quas memorat Arnulphus dicto lib. 3. cap. 12. Malignè Legatos Apostolicæ Sedis corripit noster, quod in rem præsentem Arialdi zelo modis omnibus opem ferrent.

(17) Ille scilicet, quem supra cap. II. notavi dignum habitum fuisse, ut in Archiepiscopalem

A hujusmodi negotia ad opus bellicum super Sacerdotes præponere possent, quatenus ejus consilio, ac gladio tuti liberè prædicarent, curialiterque docerent, implere satagerent. Cum hæc agebantur ecce Herlembaldus frater Landulphi ex magna prosapia Capitaneorum oriundus, miles ut natura dabat strenuissimus, barbam ut usus antiquus exigebat quasi purpuream gerens, tenui vultu, oculis aquilinis, pectore leonino, animo admirabili, circa orationes in populo solvendas cautus, rigidus in bello ut Cæsar, in angustiis mitis, nimisque apparens, sublimis corde, corpore subtili, & æquali membris, & cruribus decentissimis, tibiis, ac pedibus subtilissimis, pernoctare doctus ob hostes, & consilio providus, multum in quo naturæ, militiæ nihil offendeatur, noviter ab Hierosolymis perosos habens majores redierat: Ubi cum juvenili ætate floresceret, & more solito sibi uxorem desponsasset, & ipsam in veritate cum Clerico quodam jocasse certis indiciis comperisset, nuptiis omnino omissis tacitè aufugit; Hic, & Landulphus (17), & alii fratres ex illicito conjugio, ut comperi in veritate, nati sunt, quorum parentes Heribertus Archiepiscopus per multum laborans gladio verbi Dei separare non potuit. Eidem Arialdus & Landulphus frater ejusdem, cum visitandi gratiâ noctu circumvenissent, datis osculis, talibus adorsus sunt verbis: O Herlembalde in omnibus venerande pro tuo reditu nos Deum collaudantes gratias ei referimus immensas, sic enim Deus te in terra, & in mari multis quassatis procellis nobis conservare & reddere sua benignitate disposuit, vitisque modò sæculi miles fuisti, sic decens, & competens ratio est, ut exinde Dei, & Catholicæ Ecclesiæ miles efficiaris strenuissimus, & quod nos usque modò perficere non potuimus, tua dextera adjuti implere, ac perficere valeamus. Esto quasi Mathathias, vel filii ejus, qui pro templo Dei, & populi ejus libertate mortui sunt, & vitam habentes æternam in Christo sunt feliciter coronati. Liberemus Ecclesiam Dei multis temporibus obsessam, & ab uxoris Sacerdotibus detentam. Tu lege gladii, & nos Dei. Conserva præmium, quod in visitatione sepulchri Dei habere meruisti. Liberaisti sepulchrum Dei, libera igitur Ecclesiam ejus. Quibus hæc, & multa alia dicentibus Herlembaldus alta trahens suspiria, citissime prospera, citiusque adversa animo videns, quæ sibi evenire possent, quasi fatigatus conседit. Qui diù tacens, de omnibus, quæ in urbe super Sacerdotes fecerant, & qualiter populi majores, & minores duris quotidie præliis sollicitabantur, dubitans omnino talibus commiseri actionibus, respondere renebat. Tandem multis circumventionibus, ut Romam pergeret, & consilio Apostolici consentiret, impetraverunt. Quo in tempore mortuo Stephano, quem supra commemoravi, divino flagello, qui vix per novem menses Sede Apostolica potitus est, omnibusque successionibus, (\*) Anselmus Lucensis Episcopus Sedem Apostolicam, Papa jam factus, regebat. Cujus factum quoque fidem adquisivit Romanis oculis perscrutantibus. Abyssum omittam. Itaque Arialdus domi Landulpho dimisso, congruo tempore Ro-

Sedem promoveretur. Insuper Landulphus quos ob generis exploratam nobilitatem deridere non potuit, enormi calumnia deturpare nititur; At hæc venenatum animum apertius indicant.

(\*) Melius atque illius successore Nicolao II. Is enim medius fuit inter Stephanum & Alexandrum.



Romam tendens, ac secum Herlembaldum ducens Anselmo, qui altero nomine vocatus est Alexander, cum ipso sese repræsentavit. Quibus cognitis Alexander super eorum colla ruens permultum lætatus, & convocans illos in interiori camera secretè de civitatis statu, & negotiis Ecclesiasticis sciscitatus est. At Arialdu videns Apostolicum ad omnia quæcumque exigeret paratum, maximè quòd consilio ejus antea facta faciebat, inter cætera dixit.

## C A P. XIV.

*Oratio Arialdi ad Alexandrum Papam natione Mediolanensem ut Herlembaldum Vexilliferum Ecclesiæ faceret.*

**P**ater venerande, Creatori omnium gratias refero immensas, quòd te in tanto honoris culmine per suam misericordiam sublimare, & exaltare disposuit. Nunc itaque meus animus multis attenuatus angustiis cognoscit, quòd dilectio tua olim mihi amicabiliter promittebat. Ut omnia enim omittam, tuæ Paternitatis clementiam suppliciter, & obnixè exoro, ut hunc militem Herlembaldum, virum bello probum, consilioque strenuissimum, in omnibus confirmatum, & cohortatum, & à Dei parte, B. Petri, & vestri munitum mihi attribuas defensorem, & vexillum victoriæ accipiat, ut securius militans nos possit defendere, & tuos olim rebelles humiliare. Et dum per plurimas orationes incitativas eum adhortaretur, super hoc finem imposuit. Quo audito Apostolicus per plurimum hæc intra se admirans, videns quàm sit grave periculum civilia bella adhortari, circa hoc negotium per tres dies consiliandi inducias dedit. Interea Arialdu festinans ad Oldeprandum Cancellarium, & Archidiaconem ex Monacho factum cucurrit, qui residens in palatio militiam Romanam quasi Imperator regebat. Hunc aggrediens Arialdu omnia alta, & magnifica acta Mediolanensium, Archiepiscoporum, & Sacerdotum contumaciam adversus Pontificem Romanum longo ex tempore natam, quatenus ipsum magis, ac magis animaret patefecit; Hoc audito, sopitis illico omnibus aliis negotiis, quibus implicitus erat, dixit, se Apostolicum ad omnia, quæ poscebat, adhortari. Quid multa? Alexandro, & Oldeprando in uno consentientibus, vocato Herlembaldo, & Arialdo, astantibus multis, vexillum manu quoddam tenens, ac ipsum prout poterat, benedicens, sub quandam obedientiam, & inauditam ei attribuit. O Pater, ubi eras, cediti filios scorpionibus! Hoc facto Arialdu quasi leo confidens, & in omnibus congratulans, hospitio receptus est, & veniens Mediolanum omnia, quæ Romæ fecerat, suis collectis operuit. Cum autem in urbe Herlembaldus, & Arialdu venissent, paulò plus in solito Sacerdotes sub uxoria occasione in cunctis actibus, & verbis Laicorum per plurimis illis adjunctis vituperabant. Cumque illis omnia prosperabantur in manibus, magis, ac magis accendebantur. Si enim casu Sacerdotem invenirent ministerium divinum celebrantem, qui suis non obtemperasset monitis, illico quasi facti vesani à sacris multis objurgationibus retrahebant Altaribus. Interea Herlembaldus ut placiti initium habuit, secretè die, ac nocte juvenes civitatis ordinis utriusque populi, & nobilium fortissimos duci ad se fa-

**A** ciebat, quos complectens, in singulorum colla ruens ad jusjurandum, quòd antea Arialdu & Landulphus fecerant, ut Pataliæ placitum tenerent, multis donis, multisque promissis studiosè alliciens impingebat. At illos, quos nec donis, nec promissis, nec ullis adulationibus sibi adjungere poterat, aut minis, aut blanditiis illorum filios de fontibus trahens sibi adsociabat. Dum hæc agebantur, Herlembaldus, Landulphus, & Arialdu Theatrum & inopinatè proficientes turpiter de Sacerdotibus coram omni populo concionati sunt. Itaque animis universorum sciscitatis, Sacerdotes, quos uxoratos invenire poterant, juvenum freti juramentis, ac multitudine vulgi conducta, quorum voces, & facta vile pretium movebat, turpiter tractari permittebant.

## C A P. XV.

*Quare Guido Archiepiscopus, Novariæ Concilium Provinciale multis cum Suffraganeis celebravit.*

**E**A tempestate Guido Archiepiscopus, quem supra commemoravi, Mediolanensis Ecclesiæ summo cum dedecore Cathedram regebat, qui dum in primis clandestinam tempestatem Sacerdotum culmine sui honoris fretus parvipendens adjuvare eos distulit, postmodum proximo in tempore consacerdotum ommissis adminiculis, nec illis subvenire potuit, nec se adjuvare sataguit. Nam Herlembaldus, Landulphus, & Arialdu cum Sacerdotum omnia fuissent, prout vellent, negotia, verborum sagittis omnino extensis, per simoniacam Guidonem quasi Episcopi in Synodo damnabant. Quapropter Guido convocatis Suffraganeis, quos habere potuit, ut scandalum populi Herlembaldi, Landulphi, & Arialdi adorsum sibi devitaret, Novariam ex concessione Alexandri Apostolici, quem ipse Guido in Sacerdotio consecraverat, Synodum celebravit immensam, ubi cū toto Clero suo de tantis malis, tantisque dissidiis, quæ super se, & super Clerum suum inopinatè, & incompenfabilitè supervenerant, humiliter conquestus est, & qualiter iis malis finem imponerent, pertractatum est. Interea omnes Episcopi rogabant Sacerdotes Mediolanenses, ut cum ipsis summo cum honore coadjuvarent, (\*) spretis omnibus civibus Mediolanensis civitatis, magnificè viverent, qui renuerunt, mallentes domui suæ supplicium, quàm foris gaudium. Quibus ferè per quindecim dies commorantibus, ut erant mutuo consiliati, honorificè ad Arialdu, Herlembaldum, & Landulphum Legatos miserunt, quatenus ipsi si vellent, cum paucis sine impetu, sine furore, sine belli incurfione, sine altercationibus malis Synodo convenirent, & justitiam, quam præliis, sævisque contentionibus vindicare cernuntur, humiliter, ac devotè declararent, & quòd dammandum cum justitia præscriberent. Hoc audito Herlembaldus, Arialdu, & Landulphus subridentes omnino illis interesse Episcopis respondentes renuerunt. At Suffraganei omnes cognoscentes Herlembaldi, Arialdi, & Landulphi voluntatem, in ultimo die celebrato consilio, videntes ingentia mala super Metropolitanum Guidonem, ejusque Sacerdotes de die in diem ingravescere, damnantes ipsos, eorumque fautores flagello divino, quousque ad emendatio-

(\*) Fortasse quoad viverent.

tionem dignam humiliter, ac devotè venirent operam dederunt dicentes: falces Canonum, & enses Sedis Apostolicæ intortæ super subditos, rebelles, & non obediens Prælati à parte Dei, & B. Petri Apostoli, & etiam B. Ambrosii, donec ad emendationem venerint dignam, sint super eos, eorumque fautores. Quo in tempore Leo Vercellensis Episcopus vir discretus, & in cunctis sapientissimus divinis, virgam in manibus tenens pastorem, sese & coronam Episcoporum elevans, ac in facie Guidonis intuens, lacrimis ab ejus oculis crebrè manantibus dixit.

C A P. XVI.

Sermo Leonis Episcopi Vercellensis ad Synodum Provinciale.

**P**ater amande, & o Guido venerande, & o rector Ambrosianæ Ecclesiæ super quamplures venerande, & o chorus Mediolanensis super omnes choros linguæ Latinæ omnibus instructus divinis, quamvis malorum Clericorum, ac civium tuorum falsâ justitiâ modò submersus sis, qui tantis jam annis inter omnes floruisti, recordamini quod veritas per Evangelium quotidie clamat: *Beati eritis cum vos oderint homines, & cum superaverint vos, & expronaverint, & ejecerint nomen vestrum, tamquam malum propter filium hominis, gaudete, & exultate, ecce enim merces vestra multa copiosa est in Cælis, & iterum: vestri capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite timere, multis passeribus meliores estis vos.* Sicut in prosperis ordini nostro non datur gloriari, sic in adversis non expedit conturbari. Unde sapiens magister dicens ait: *Nec prospera te elevent, nec adversa conturbent.* O fratres, & o patres charissimi decet nos omnium fidelium animas, quibuscumque schismatum causis deviatæ sint, multo sudore, multoque labore ad Sanctæ Ecclesiæ revocare gremium, & revocatæ, cum ipsis in Deo gaudere. Sin autem, ipsas ullo modo revocare non possumus, & quærunt nos subtili occasione submergere, ac omnimode suffocare injustè conantur, habemus veritatis Evangelium quotidie nos admonentis, dicens: *si vos persecuti fuerint in unam civitatem, fugite in aliam.* In veritate o Patres charissimi comperimus veritatem ipsam in Evangelio dicentem: *Non est Propheta sine honore nisi in patria sua, & in cognatione sua;* multi enim civium vestrorum vitio hypocritarum detestabilium, de quibus dicit Dominus, *veh vobis hypocritæ, qui seducitis animas innocentium,* seducti quærunt, sicut Christum quondam Judæi, vos mordere, canumque more lacerare; sed cum Dominus in proximo vos igne sui Spiritus Sancti vindicabit, & emortuos quasi canes jacentes per plateas videbitis, & superstites illorum mala, quæ in vobis injustè tulerint, recordabuntur, gementes dicite illis, sicut Christus quondam filiabus Jerusalem: *Filia Sion nolite flere super me, sed super vos flete, & super filios vestros.* Cum autem acta (\*) multorum Regum, & Ducum usque ad id tempus ex animo, & ex libris antiquorum voluminum recollegi, ex quibus injustè Mediolanensem Ecclesiam lacte Ambrosiano fonte commovere, & conturbare quæsierunt, & qualiter postea Dei dextera infamati, & ad nihilum redacti sint spero Dei misericordia adjuutos vos citissimè liberari. Et si Deus nostris peccatis, nostrisque malis meritis, illis in no-

Tom. IV.

(\*) Addidi *acta* ex conjectura, quam etiam probavit Puricellus; ambo enim Codices hoc loco

**A** bis omnes detestandas intentiones implere, ac perficere permiserit, hoc ad illorum pernicem tam corporum, quam animarum procul dubio à Deo esse concessum credite: Si enim de fide Catholica, aut de Simoniaca hæresi, aut de Ecclesiasticis negotiis quietè tractare, ac inquirendo disputare vellent, huic Sancto Concilio interessent, & nos aut rationibus illorum negotiis canonicè determinatis quietè consentiremus, aut apertis sententiis per Canonum, rectitudines, quæ mentiri non possunt, ipsos nos convinceremus; sed quia vili occasione vos, & substantiam vestram, ac perniciosè invadere quærunt, ideo verbis pessimis vos, & ordines vestros modò velut canes lymphatici feraliter dilacerantes, huic nostro Concilio humiliter, ac devotè, ut decet, interesse verbis turpissimis renuerunt. Ecce, o Patres, tempus adest, unde B. Ambrosius in libro Pastoralis dolebat, cum dicit, *Dolemus contra priorum monita Patrum inolevisse vota perniciosissima posteriorum, nam quanto frequentius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius isti perpetrare vetita non quiescent:* Ecce enim Hieremias cum dicit: *Inventi sunt in populo meo impii insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros sicut decipula plena dolo. Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & in eis ruent Patres, filii simul, vicinus, & proximus peribunt.* Item Ezechiel Propheta: *Egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia, iniquitas surrexerunt in virga impietatis.* Unde sicut Esaias loquutus est super Jerusalem, sic ego super Mediolanum per eundem Esaiam dico: *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis plena iudicii, justitia habitavit in ea, nunc autem homicida, argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua.* Itaque tantis Ecclesiæ honoribus, ac dignitatibus attenuatis condolens, sicut Hieremias dicens, *plorabo, quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte. Unusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratri suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudolenter incedit.* Quorum finem David prospexit, cum dicit, *Insidiatur ut rapiat inopem, rapere pauperem dum attrahit eum in laqueo suo, humiliabit, & inclinabit se, & cum armis suis cadet in mortem.* Veniet illis laqueus, quem ignorant, & captio, quam occultaverunt, apprehendet eos, et in laqueum incident ipsum. Quibus dictis idem se revertens ad Sacerdotes, quasi primùm hæc verba inchoasset, dixit, Patres, & o fratres charissimi, quamvis per multa mala, & multis temporibus commoti, & conturbati sitis, decet tamen vos, pro ut expedit, quod veritas clamat, meminisci: *in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Et item, *Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Inter cætera B. Ambrosii omnium linguarum Confessorum consilium, quod in Vercellensi Episcopalia loquitur, audite, cordibusque percipite: *Non sint in vobis dissidia, non sit pravum ds, lingua amarior: Nolite in consilio vanitatis sedere, scriptum est enim non sedi in consilio vanitatis. Nolite audire detrahentes proximis, ne dicatur unicuique vestrum, sedens adversus fratrem tuum detrahebas.* Item idem, super Beati immaculati cogitet quis quemadmodum pedem suum dirigat, manum suam ad-

serat, viciatam habent lectionem.

serat, ne impetu indignationis impulsus, cum repellere injuriam cogitat, ipse alteri jactum notabilis cædis instigat, & si longè est à peccatoribus salus, tamen nemo desperet, quia multa misericordiæ Domini. Miserebor, inquit, cui misertus ero. Fratres charissimi, id, quod B. Ambrosius dicit, credimus quod dixit, & quod loquutus est per Spiritum Sanctum. Item in Beati immaculati: *Qui hic se aurum putat, habet plumbum, & qui putat se granum tritici, habet stipulam, quæ possit comburi.* Sed hic multi sibi aurum habere videntur: non illis invideo. At ut nos hujus sermonis finem imponamus, dicam cum B. Ambrosio quod idem de vobis dixit: *Det vobis Dominus fidei ignorare naufragia, habere pacem profundam. Et si aliquid sit, quod graves nobis sæculi hujus excitet fluctus, evigilantem pro nobis habere gubernatorem Dominum Jesum, qui verbo imperat, & tempestates mitigat, tranquillitatem maris refundat.* Jesus Christus D. N. qui vivit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per infinita sæcula sæculorum.

## CAP. XVII.

*Qualiter D. Guidonis vestes à Civibus tamquam à canibus scissæ sunt.*

CUM autem hæc acta fuissent, & Guido omnibus salutatis Episcopis urbem repedasset, ecce Herlembaldus, Arialdus, & Landulphus suis cum omnibus nimia indignatione supradicti Concilii commoti, maxime quia sub Canonibus conscriptos se se esse audierant, irrationabiliter quasi feræ inflammati sunt. Itaque quadam Dominica populi turba maxima freti, ac magna multitudine conducta, & aliquantulum parte Nobilium bello quotidiano obtusa, totiusque civitatis percrebescens tintinnabulis, cum aliquantulis Clericis, & Sacerdotibus, & Presbytero Leoprando, fomentum maximum rei, qui se illis noviter inferuerat, animum leonis, non hominis gerens, quem Guido in Sacerdotio consecraverat, furiosè theatrum oculis, & manibus minantibus intrarunt, qui diu per plurimas, & longas orationes concionantes, ut magis ac magis vulgus contra Guidonem accenderetur curialiter operam dabant. Quid multa? Guido nimiam populi violentiam, & ipse Herlembaldus inhonestè ipsum clamante Guidonem, quod ruinam super eum minabat, cujusque vulgi animi, ut folia à vento movebantur, se se periculo trahens theatrum intravit. Et factò silentio, ut Guido jussu, ac impulsione Herlembaldi, qui oculis, & manibus, ac barba ut tyrannus dura minabat, aut excommunicationem quam fecerat, dediceret, aut Archiepiscopum irremediabiliter, dimitteret, continuo multi ex populo irrationabiliter accensi quasi feræ super eum insurrexerunt, qui etiam diversis in partibus vestimenta ejus, quasi canes lymphatici scindentes nudum ferè usque ad ultimum dimiserunt. Hoc factò omnes quasi furiosi, & dementati, ut erant, Theatrum exeuntes, diversi diversa sentientes manibus, & ore immundis per civitatis plateas perstreptentes quasi sues grun-

(18) In margine minio scripta hæc leguntur: *Hic fuit Presbyter S. Pauli in Compito. Idem nempe ille, qui naso mutilatus eam vivens laudem à Sum. Pontifice retulit, quam con-*

niebant. At cum hujuscemodi negotii fama per urbem citissimè volasset, & nobilium majores hæc omnia in veritate comperissent, Curia Ambrosiana ad Guidonem mori quasi parati, ut de tanto dedecore eum vindicarent, unanimiter convenerunt. Inter quos Guido Landrianensis vir magni consilii, summæque dignitatis, ignominia Guidonis, & nobilium per plurimum compatiens, verbis luculentissimis, & lacrymæ ejus ab oculis decurrentibus, multisque lacrymantibus, universos ad bellum durissimum animavit, quatenus aut continuo Guidonem, cui fidelitatem juraverant, defenderent, & superbiam Herlembaldi, & suorum cæterorum gladiis viriliter compefcerent, aut cum filiis, & uxoribus sine moracitissimè cum ipso urbe exirent. Jam enim per parum Herlembaldo resistere majores poterant: nam aliquantis Sacerdotibus, si fas est dicere, sub quadam ficta castitate degentibus, ut quibusdam videbatur, populum quotidie incitantibus, & Herlembaldo, & Landulpho, nec non Leoprando (18) quasi ad hostes parati universi quotidie unanimiter permanebant. Interea namque vulgus accenderat actibus vanum, voluntate lubricum, actibus vesanum, obstinatione gravissimum, ut non plus in occisione contrariorum civium curarent, quam si Saraceni, aut Gentiles comprobati fuissent. At ut ego multas, & varias orationes diversas, multaque bella civilia, quæ Syllæ, aut Marii, vel Catilinæ temporibus sufficerent, cædesque quamplurimas omittam, quæ omnia scribere per longum duxi, modò perscribens in paucis multa compræhendam. Igitur Guido ad ultimum omnes cives partim ob tutelam sui, aut hostilem paucitatem in majorum expulsiōne, & Sacerdotum substantiis expellerent (\*) quotidie concurrere videns, & conjurationes non tam privatè, sed publicè die, noctuque fieri, ne civitas sui occasione multis cum homicidiis criminose opprimeretur, tacitè cum paucis dixit: Enim animæ meæ salutis expedit, ut parvo loco contentus in pace Deo annuente moriar, quam plenus divitiis, & honoribus fultus, tantis civibus insidiantibus, quandoque moriens, in infernum cum impiis demergar. Itaque solo contentus Vergulio, ut alius Archiepiscopus honoribus, & divitiis fruatur, incessanter operam dabo (19). Quo in tempore quidam erat Gottofredus de majorum ordine sapiens, ac probus Sacerdos ex nobili, & magna profapia oriundus, qui & ipse populum temporibus constitutis Divinarum scripturarum alimoniis paulò ante imbuebat. Hunc Guido ad se multis astantibus nobilibus vocari præcepit, & ignorantibus universis, Archiepiscopatum ei annulo, & virga commendavit, affirmans se se ullo modo de eo amplius non intromissurum. Quod factum Herlembaldum, & Arialdum minimè latuit. Itaque Herlembaldus nimia indignatione commorus, quia super hoc negotium, ut sibi soli Episcopatum refutaret, per multum ipse laboraverat, sub quadam occasione custodia intro mittens se de omnibus villis, castellis, munitionibus, & redditibus Archiepiscopatus, quasi Dux fugatis hostibus omnia hæc adversus Gottofredum terribilibus juramentis, ut nec unum haberent, vellent, nollent, firmaverat.

stantia sua sibi comparaverat.

(\*) Fortasse Landulp. scripserat *ut rabiem explerent.*

(19) Vide Arnulphum lib. III. cap. XXIII. ibique subjectas notas.

rat. Quin etiam ei in montibus, & vallibus resistere, & obviare gente admirabili sataguit. Dum hæc agebantur Gotofredus summo cum honore, magnaque gloria Novariæ multis cum Suffraganeis consecratus est (20).

C A P. XVIII.

*Quare PP. Alexander quosdam Clericos exaltans, ut alios deprimeret, à suis Romæ diffamatus est injustè, sicque sua permansit in Sede.*

**E**A tempestate Alexander dum Ambrosianos Sacerdotes quodam zelo iniquo diffamare, & opprimere injustè disposuit, illi, quos ipse sub quandam obedientiam super eosdem Sacerdotes multis cum capitulis animando velut porcos immiserat, illi insidias, fama turpissima pervolante, in proximo paraverunt; unde Sapiens Salomon sapientiâ sibi à Deo collatâ dicit: *Qui aliis foveam parat, ipse incidit in eam.* Venientes namque quidam suburbanis diversis, ac variis dogmatibus irretiti, & Arialdus ipse, & ipse quem animo præ omnibus diligebat, & aliquantulum cum Laicis, qui Girardi de Monteforti sententiis ferè consentiebant, quos ipse paulò ut filios complexus deosculabatur, ad numerum ferè viginti, cum viderent se se suis machinationibus, suisque latratibus aliquid Mediolani egisse, tamquam pro nihilo habentes, Romam, ut Apostolicum temptarent, omninoque deprimerent, adierunt; Qui cum in Palatio Lateranense convenissent, verbis apertissimis malè diffamare Alexandrum cœperunt, dicentes ipsum Sedem Apostolicam invasisse, & quasi fur, & latro non per ostium, sed per culmen intrasse, & quod dono Dei habere debuit, hoc per detestabilem Simoniam adquisivit; unde nullum divinum mysterium celebrare potest. Itaque nos si populus Romanus voluerit, iudicium quodcumque voluerit vel exegerit, ut apertum & manifestum, quod de eo asserimus sine mora appareat, facere paratissimi sumus. Igitur multi Romani probi, sapientes, atque discreti hæc audientes, qui cum essent in Italia, & Mediolanum ob Regni negotia convenissent, & clandestinam pestem, quam ipse per huiusmodi homines ibidem immiserat, cum multo sanguine exercitatum comperissent, agebant. Iusta enim, dignaque res est, ut ille, qui suos porcis, atque serpentibus commisit filios, ab illis versa vice diffamatus dampnetur & dum illos per huiusmodi homines opprimere disposuit, ab illis dilaceratus, atque distractus, qui una in patria secum nati, & aliti sunt, Simoniacus vocetur, & convincitur, iique suis capitulis, suisque exhortationibus imbuti dignè ipsa in caput vertant, ac Ecclesiarum Sacerdotibus, & Episcopis nullum tenentes Episcopum, ut porci, quod ve-

(20) Item hoc loco minio scripta hæc leguntur: *Hic Gotofredus per Papam Alexandrum privatur, quare intrusus; unde in catalogo Archiepiscoporum non est scriptus.*

(21) Locus mancus: fortasse legendum *verbis terribilibus juraverat.* Cæterum etsi plures adversus Alexandrum II. insurrexerint calumniatores, & Episcopi præsertim Lombardiæ quæstionem habuerint de Simoniaci ipsius electione in Synodo Mantuana, ubi se ab opposito crimine purgavit, integram hanc huius capituli narrationem inter fabulas amandandam esse non leve suadet argumentum, quod ipse Landulphus inter accusatores San-  
*Tom. IV.*

**A**ritas dicit, appareat, *conversi disrumpant universos.* Interea dum hæc fama Romæ urbis regiones supervolasset, ecce Oldeprandus Romanæ Ecclesiæ Archidiaconus, qui & ipse Alexandro æmulus insidiabatur, & omnibus negotiis ipse præter Sedis Apostolicæ dominium dominabatur, clanculo ad se vocari hos omnes præcepit, & diu per omnia illorum causam sciscitans, aliquantulum conscius facti Alexandri, illos super huiusmodi negotium incitavit. Quid multa? Ut autem venerunt ad diem, quo iudicium, absente tamen Apostolico, per ferrum calidissimum ageretur, annuente Deo, & B. Petro Apostolo, iurejurando de eo tanta Cathedra ipsi collegerunt, ut quod verum erat aperuit, & quod falsum obmutuit, & sic falsa Religio illorum opilata sub obscuro, nè diversis cruciatibus attererentur, urbem exierunt. Mihi, qui autem hæc narravit, unus fuit ex illis, qui illo tempore nimia superstitione, ac vanissima Religione ut filii Scevæ vallatus huic tanto factò, & inconsulto cum aliis Cathedris, & ipse interfuisse verbis terribilibus (21).

C A P. XIX.

*Quare Arialdus in Presbyterio se errasse lacrymando confessus est.*

**C**UM interea Mediolanum Arialdus venisset, universa Ecclesiasticorum virorum videns officia, quadam amentissima, ac dementissima crudelitate à malis jam doctus Christianis, vel à porcis cœnosis conculcari, & Arianorum argumentis sanctas depravari scripturas, & ut canes sævissimè dilacerari, & ipsum sui facti pœniteret, dolens, quid ageret secum rimari, quasi cum alio cœpit. Itaque cum Sacerdotum omnium, totiusque civitatis solitis moribus, quasi hominis unius conventum cum Primicerio eorum, dum in Presbyterio locus reverendus ex propriis, & communibus negotiis die statuto adunari comperisset, privatim uno tantum Clerico stipatus cum Domini cruce venit in medium. Cumque diu intra se cogitans tacitus moraretur, lacrymis largissimè decurrentibus, talibus tandem verbis adorsus est. O conventus, & o Patres multa pro ipsa summa reverenda solita pietate vestri Sacerdotii mihi parcite immerito, & omnibus facinoribus, quibus misera fragilitas humana offendit irretito, nunc debita sceleratoria mihi condonate misero. Ego sum qui sancta canibus virorum sanguine summa aviditate anhelantibus contra sanctum Evangelium agens, nec me, nec ordinem attendens indifcretè dedi. Quin etiam ego sum, qui contra fas, & licitum vos, & vestra diffamando nequiter odiosis viris, ac terræ bestiis inconsultè tradidi. Proinde video per visum, meis, & populi peccatis exigentibus, S. Ambrosii ordi-

etiam Arialdum recenset, quem Alexander II. auctoritate, atque omni genere auxiliorum usque ad vitæ terminum fovit, ob quam causam & ipse Alexander Auctori nostro infestus. Præterea si Arialdum se in conjugatos Clericos insurrexisse pœnituit, ut mox asserit Landulphus; qua de causa iterum ardentiori zelo suam causam egit? Non absimile mendacium est alterum, quod Oldeprandus Cardinalis eidem Pontifici tenderet insidias, uno etenim ore Scriptores omnes illius ævi, immo & ipse Landulphus, & Arnulphus Alexandrum II. ita Oldeprandi consiliis tribuisse testantur, ut nil supra.



ordinem, ac ejusdem Ecclesie culmen conculcari, & cominus demoliri. Cognosco præterea, & in veritate comperio parvulorum multorum necem sine baptismo, quod est peccatum crudelissimum, & ultra modum gravissimum, feraliter incurrentium. Quin etiam sub obtentu falsæ religionis adulteria innumerabilia, ac fornicationes sodomiticas multas, ac diversas. Inter cætera video quamplures sensibus depravatis, ac Ariano dogmate seductis, sanctam depravantes scripturam jam non qui Sacerdotem, non Episcopum, non Summum Pontificis Romanum, ad ultimum non ullam Ecclesiam confitentur. Quamobrem mihi veniam date, & pro pace Ecclesie humiliter exorate. Ego Deo annuente exinde ut Scismatici suis cum argumentis discedant, & vos in pace diuturna, & charitate solita feliciter vivatis operam omni dabo conamine. Cùmque his Arialduus verbis finem imposuisset, & universos mala præterita memorando inflammasset, omnibus contacentibus, & nihil respondentibus, quasi gravissimis verberibus fuisset attritus, minans, & æstuans, & infalutatus recessit (22). Ea tempestate cùm Anselmus Vicecomes Romam orationis causâ devotè suis cum militibus properasset, & ipse ab Apostolico Alexandro de statu urbis, ac ordinis Ecclesiastici sciscitatus esset, respondit. A tempore enim, quo Patalia nostra in civitate insonuit, universa divina, & humana, bellis intestinis, civibus inter se durissimè præliantibus, & Sacerdotibus falsis occasionibus criminose vituperatis ultra modum, ut jam ulla non sit res ordini nostræ Ecclesie promiscua, conculcata sunt: Cui Dominus Alexander matris reverentia tactus, alta, & longa trahens suspiria ait, convertit Deus eorum cor, ut odirent populum suum, & dolum facerent in servos ejus, anathema maranatha sit damnatus, qui placitum illud mihi inchoare fecit. Disto vox quædam sine persona respondit, Fiat, Fiat, Fiat.

## CAP. XX.

*De furore Herlembaldi super Sacerdotes.*

Cum hæc acta fuissent, Herlembaldo de his omnibus ignorante, quasi hostis ab urbe expulsis Capitaneis, populi parte maxima per nimium cum ipso præliante, omnem iram, omnemque furorem supra Sacerdotes, ut antea numquam est auditum, furiosè convertit. Etenim ut Dei mereretur iram, cujus ira tarda est, & citò propitiatio multa, non fanda super Sacerdotes adversus mulieres, & super mulieres adversus Sacerdotes exercuit. Cùm autem nummos, aut aurum, de quibus quotidie suos retinebat justos, non haberet, statim quasi Imperator legem super Sacerdotes per 30. mittebat viros, dicens: si Sacerdos, aut Levita cum duodecim testibus verbis Evangelicis jurare posset, quòd à diebus quibus consecrationem accepit, cum fœmina non concubuerit, liber permaneat, sin autem, ab omni substantia, quam habet, privetur. Alii verò

(22) Quæ subsequuntur in ipso Landulpho, immo alia sinceræ fidei testimonia, quæ de gestis S. Arialdui supersunt, vanam hanc fictamque ab Auctore nostro retractationem abundè probant, uti & alteram Alexandri Pontificis, quam narrare profequitur: etsi enim grave fuerit Alexandro natum in patria sua dissidium, gravesque cædes & scandala, quæ in tanto tumultu evenerant, quæ fuerit de sy-

intra urbem, & foris palatini canes, fibula dimissa, & acu, cæterisque negotiis, e quibus vita illorum redimebatur, decoloratis dentibus, necnon asinariis, quorum vita turpissimis trulis asinorum quotidie fulciebatur, quibus Patalia vitam malis artibus ministrabat, mulierum ornamenta clanculo in nocte per fenestras in domibus Sacerdotum ipsis ignorantibus immittebant. Quo factò, cum stridore, magnaue ruina ipsorum fores prorumpentes magnis latratibus insiliebant, & accipientes quæ immiserant, verbis senilissimis affirmantes mulierem condormisse, Sacerdotem nemine defendente ipsum distractum ab omnibus suis expoliatum bonis distrahebant. O Deus. Imperatores Gentilium de Deo vero omnino ignari non talem legem suis Sacerdotibus ediderunt. Sed novum placitum, nova dedit præcepta, quæ Julius Cæsar, vel Nero, aut Maximinus, si adhuc viverent, animo, & corpore numquam laudarent. Quin etiam Herlembaldus cùm domum non haberet tam amplam, ut suos recipere posset, domum Palatinam magnam cum curte, admirabilique viridario, & delectabili, quæ ante Ecclesiam S. Victoris XL. Martyrum morabatur, ut suos reciperet consentientes, ut etiam equos, & mulas foveret, criminose invasit.

## CAP. XXI.

*De disputatione utriusque partis ex testimonio Sacrarum Scripturarum.*

Interea aliquantis transactis diebus, jubente tamen ipso Herlembaldo, convenerunt in Secretario utriusque partis, ordinis tantum Ecclesiastici, naturâ, & scientiâ majores, quatenus super hoc negotium capitulis, & sententiis alterutrum rimarentur, & quæcumque pars ratione convinceretur, alteri subjacens obediret. Ab una parte Guibertus Archidiaconus utriusque linguæ magister, & Ambrosius Biffus, qui & Diaconus, & Ardericus, qui & Diaconus, cujus vox velut sonitus aquarum multarum; de Decumanis autem Andreas Sacerdos in divinis, & humanis, Græcis, & Latinis sermonibus virilis, seu decorus. Ab altera verò parte Arialduus, & Landulphus, & Aginulphus, qui de partibus diversis urbis novis pedibus convenerant. Quibus confedentibus ut rationibus, & utilitatibus quietè disputarent, majoribus fandi facultas data est. Hiis autem cùm diu per Apostoli Pauli, & Canonum altercarentur, Arialduus, & Landulphus proclamare cœperunt dicentes: vetera transierunt, & facta sunt omnia nova. Quod olim in primitiva Ecclesia à Patribus Sanctis concessum est, modò indubitanter prohibetur. Tantum B. Magister, & Doctor Ambrosius, cujus ordinem tenemus, vos damnet, aut affirmet. (\*) Tunc Guibertus Archidiaconus factò silentio inquit.

## CAP.

moniacis, & conjugatis Clericis ejus constantissima sententia usque ad obitum, posteriores ab eo gestæ res indubiè demonstrant. Sed Landulphus vera falsis miscens Lectores suos in errorem trahere viribus omnibus tentat, eoque magis cavendum.

(\*) Optimum sanè consilium S. Arialdui ad D. Ambrosii scripta provocantis Presbyterorum castimoniam centies laudantis.

CAP. XXII.

*Incipit sermo Guiberti adversus Arialdum, & Landulphum.*

**S**anctam Trinitatem, & Unitatem Dei, ac D. N. J. C. fratres charissimi, nunc corde, & animo invocantes deprecemur, ut ipso auxiliante, omnibus remotis indignationibus, ac ira, quæ justos etiam criminosos facit, ea quæ ædificationibus tam animarum, quam corporum sint, pandere cum pace, & charitate possimus, de qua Sapiens Doctor dixit. *Qui sine charitate virtutes congregat, quasi ventum in pulverem portat.* Unde Apostolus: *si distribuero facultates omnes meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens, iram enim viri dilectio Dei non operatur.* De qua B. Ambrosius in tractatu super Joseph clementer dicit; *Ira sæpe innocentes in crimen adducit, quia dum justo amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus.* Ideo Apostolus ait: *Non vosmetipsos judicantes charissimi, sed date locum ira.* Quod enim fratres charissimi omnes sententias præter Ambrosianas ab hoc negotio modò removistis, nobis placet, multumque laudamus, quoniam omnes discipuli illius tenent, ac laudant sententias magistri, quem præ cæteris sapientiorum, & valentiorum disputando, & rimando cognoverunt. Igitur ut Ambrosius Doctor, egregius, & Ecclesiarum nunc & semper magister veniens refedat, & colloquatur vobiscum, & quod in Exameron dicit, audientes intelligamus, ait enim: *spectent singuli fidelium pulchra animarum monilia, & delectentur maturitate prudentiæ, splendore fidei, confessionis decore, justitiæ pulchritudine, ubertate misericordiæ, ut dicatur tibi: Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Nolite querere alienum thorum, nolite aliena copula insidiari, grave est adulterium, natura injuria est. Duos primum Deus fecit Adam, & Evam, hoc est virum, & uxorem de viro, hoc est de costa Adæ, & iussit ambos esse in uno corpore, & in uno spiritu. Quod unum separas corpus, unum dividis spiritum.* Item super Abraham. *Nulli licet scire mulierem præter uxorem; conjugii tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas: vincit es uxori, noli querere solutionem:* Unde Salomon, à Deo viro præparabitur uxor; Forfitan cogitatis, quod de Laicis tantùm dicat, de quibus non est dubium habere conjugem? Omnes tamen Laici, & Clerici quicumque sunt filii Ecclesiæ, Sacerdotes sunt: Audite qualiter super Lucam adversus Sacerdotes Sanctus dicat Ambrosius, cum de David: *Quomodo autem ille observator legis, atque defensor panes & ipse manducavit, & dedit iis, qui erant secum, quos non licebat edere, nisi tantummodo Sacerdotibus, nisi ut per illam demonstraret figuram Sacerdotalem, cibum transire ad usus populorum, sive quia omnes vitam Sacerdotalem debemus imitari, sive quia omnes filii Ecclesiæ Sacerdotes sunt. Ungimur enim in Sacerdotium Sanctum offerentes nosmetipsos Deo hostias spirituales.* Quin etiam percipite quid in sermonibus dicat: *Nemo potest mutare naturam, nisi qui Dominus est natura.* Gravius est enim religionis

**A** adulterium, quàm corporis. Unde super Lucam: *Disce personæ vitium esse, non sexus. Sexus enim Sanctus est.* Præter ista Apostolum vas electionis, audite: *Bonum est homini mulierem non tangere; propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat.* Fratres charissimi scimus quoniam Episcopis, Sacerdotibus, & Levitis prophetizare, & Evangeliorum secreta fidelibus, & infidelibus humiliter, ac devotè nuntiare à Deo datum sit; sed vobis nescio à quo Propheta, sive à quo Evangelio instructi sitis, cum lanceis, & fustibus illos, ad quorum pedes semper stetistis, malè diffamando quasi Imperatores criminosè judicatis, de quibus Beatus Ambrosius in libro Paradisi loquitur: *Sciebat enim Deus te esse fragilem, sciebat judicare non posse: Ideo dixit quasi fragilioribus, nolite judicare, ut non judicemini.* Ergo quia sicut te infirmum esse ad judicandum sciebat, voluitque obedientem esse mandato, dicens, nolite judicare; Unde Paulus Apostolus: *Tu quis es, qui judicas alienum servum, suo domino stat, aut cadit, stabit autem.* Item quod ipse de improbè judicantibus in aliquem dicat, audi, in Beati immaculati tractatu consilium: *Erranti enim facilius datur venia, quàm improbè in alterum judicanti. Necessè est enim eam formam in te redire iudicii, quàm in alium ipse decernendam putaveris. Sed unusquisque charitatis ignem in Deo, & in proximo summa cum humilitate, & devotione ut frater ædificetur habere se studeat.* De quo charitatis igne quid & Ambrosius super Beati Immaculati tractatu dicat, audiamus, & corde intelligamus: *Qui hic habuerit charitatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit; Et item: Si nihil argenti in me inventum fuerit, heu me in ultima inferni detruas, aut ut stipula totum exuras. Sed si quid in me inventum fuerit auri, aut argenti, non per meos actus, sed per misericordiam, & gratiam Christi, per mysterium Sacerdotii dicam. fortasse ego. Etenim qui sperant in te, non confundentur. Nemo sibi adroget, nemo de meritis, nemo de potestate se jactet, sed omnes in Dominum Jesum omnes ante ejus Tribunal stabimus, de illo veniam, de illo indulgentiam postulabo. Quæ enim spes alia peccatoribus, & qui se aurum putat, habet plumbum, & qui se putat granum tritici, habet stipulam, quæ possit comburi. Sed hic multi sibi aurum videntur habere, non illis invidio. Item in eodem: Et si castus, & si sobrius sis, cave, ne sis negligens. Majorem Christo facit injuriam, qui advenientem repellit. Propterea fratres gloriosissimi Confessoris nostri Ambrosii sententiam auribus interioribus graviter percipite, cui refragari à Catholico periculosum, & ab injusto criminosum indubitanter esse adscribitur. Ait enim in libro de conflictu vitiorum: *quod in exordio generis humani masculum, & feminam Dominum procreasse profiteris, ut mutuis se amplexibus misceri debeant, omnino verissime dicis; sed nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est qui virginitatem, castimoniam, vel vidualitatem nequaquam professi sunt, quibusdam autem non tribuitur, id est qui virgines, vel continentem esse decreverunt.* Item fratres dilectissimi, quid S. Ambrosius dicat curiosè attendite, ait enim in libro de fuga sæculi: *Lex hominum os potuit obstruere, non potuit mentem mutare, & in septimo libro idem super Lucam: Ab initio autem Dei lex est, quæ est lex Dei? Relinquet homo patrem,**



trem, & matrem, & adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una, ergo qui dimittit uxorem, carnem suam scindit, dividit corpus. Noli uxorem dimittere ne Deum copulae tuae diffitearis autorem. Audi quid dixit Deus, qui dimittit uxorem, facit eam mœbari; etenim cui non licet vivente viro mutare conjugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque qui autor erroris est, etiam reus est culpæ. Quam periculosum, si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras, quam impium, si ejus destituas senectutem, cujus defloraveris juventutem: qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi Legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt. Quos Deus conjunxit, homo non separet, sed non solum hoc cœlesti præceptum, sed quoddam etiam opus Dei solvitur. At quid S. Grisantus in sua passione, ubi mentiri non potuit, dicat, percipite, ait enim: Errant qui castitatem seputant perfectam, suis nisibus obtinere, nisi enim tuo Domine imbre flammæ fuerint corporales extinctæ, non potest animus pervenire, quò pergit. Libido est bestia maligna, quæ in sylva hujus sæculi ad devorandas animas per carnem, & Diabolum incitatur. Qui ejus mortem evaserit, tibi Deo gratias refert, quia tuum est quòd evasit.

## CAP. XXIII.

Sermo Ambrosii Biffi in Latinis literis,  
& Græcis eruditi ideo Biffarius  
dictus est.

DEUS qui fons est bonitatis, perfectio castitatis, magister charitatis, amator veræ virginitatis, omniumque virtutum auctor sit nobis hoc in negotio veritatis tutor, adjutor humilitatis, adversariorum defensor, veræ virtutis augmentum, sermonum justorum minister, & sinceræ charitatis semper incrementum, quam charitatem Paulus Apostolus super omnes virtutes laudando, ut jam scitis, magnificavit, de qua S. Augustinus omnium sententiarum peritiam fultus in lib. de unico Baptismo præscripsit, dicens: Videant quàm multa, & quàm magna nihil profunt, si unum quod defuerit; & videant quod sit ipsum unum: nec me in homine audiant, sed Apostolum: si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem non habeam, nihil sum. Si igitur aliqua ingruente persecutione tradant ad flammam nobiscum corpus suum pro fide, quam pariter confitentur, tamen quia se parati hæc agunt, non sufferentes invicem, neque studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis, charitatem utique non habendo, etiam cum illis omnibus, quæ nihil eis profunt, ad æternam salutem pervenire non possunt. Idolatras enim in populo Dei gladius interemit, Schismaticos autem terræ hiatus absorbit; sed quia negotium nobis eminent nunc magnum, unde modo tractare cum summa humilitate convenit, à talibus nunc nos subtrahentes quiescamus. Igitur nunc nostris occurrat memoriis, quod Doctor Gentium, & veritatis Magister Paulus Apostolus, tuba salutaris intonat, dicens: Qui se non continet, nubat, melius enim est nubere, quàm uri. Et item, volo autem omnes homines esse sicut & me ipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò non sic, dico autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permanferint sicut & ego, quod si non continent,

nubant, melius est enim nubere, quàm uri. Item ad Romanos: Scimus autem quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum sub peccato venundatus, quid enim operor non intelligo, non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio, si autem quod nolo illud facio consentio legi, quoniam bona est. Nam fratres charissimi timens per plurimum, corde, & animo expavescō, tot & tantos scientia, & operatione præclarissimos Sacerdotes feraliter à perfidis Christianis sub quadam, & inaudita occasione trucidatos animadvertens, dolens modò tempus comperio nostris oculis accelerasse, de quo animus Apostoli spiritu, & scientia Dei perfulgens multa prælagia præfatus est dicens: In novissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem. Utinam fratres dilectissimi, hoc placitum cum charitate, & humilitate, ac discretionem initium in Deo haberet, hoc si enim fuisset, utique medium bonum, ac finem, qui est pietatis, & charitatis initium, & finis, Deus certis inditiis sine tantis plagis, ac angustiis, è quibus nunc Ordo noster Ecclesiæ totius Ambrosianæ in primis urgetur clementer approbare, de quibus B. Ambrosius in sermonibus conqueritur dicens: Tantis enim malis hæc vita misera est repleta, ut comparatione ejus mors remedium putatur, non pœna. Sed quia malitia, & malivolentia, ira, & odio, ac avaritia, quæ neque copiâ augeri, neque inopiâ minui potest, ipsam exercentes incompenfabiliter, ut apparet repleti sunt, ut bonis initiis, sic melioribus finibus carebit, de qua malignitatis iniquitate Doctor, & Beatus Ambrosius in Epistola Vercellensi, quid dicat, audiamus: Malignitas plus nocet, quàm malitia, quia malignitas nec puram simplicitatem habet, nec apertam malitiam, sed absconditam malivolentiam. At ut ad ea, quibus animus meus intendit, veniam, quibus loriceis, quibusque armis, quove scuto à talibus, quamvis frustra, munitis me defendere possim, studiosè cum omnibus Arialdis, & Landulphus non me, sed Apostolum nostrum Ambrosium Sanctum, quod in Vercellensi Epistola dicat, audiant, & intelligant: Virtutum autem Magister Apostolus est, qui cum patientia redarguendos docet, & contradicentes, qui unius uxoris virum præcipiat esse, non quòd exortem excludat conjugii, nam hoc supra legem præcepti est, sed ut conjugali castimonia fruatur absolutionis suæ gratia, nulla enim culpa conjugii, sed lex. Ideo Apostolus legem posuit, dicens: Si quis sine crimine est unius uxoris vir, ergo qui sine crimine est unius uxoris vir teneatur ad legem Sacerdotii suprascripti, qui autem intraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogativa exiit Sacerdotii. Item in eadem epistola: Bonus medicus qui & fortibus subtilitatem virtutis conservare cupiat, & infirmis salubritatem dare, aliis dat consilium, aliis demonstrat remedium dicens: qui infirmus est, olera manducet; accipiat uxorem, qui validus est; Fortiorem virtutis cibum expectant, meritòque adjunxit: Nam qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatem, potestatem autem habens

bens sua voluntatis, & hic iudicavit in corde suo servare virginitatem suam, bene facit, & qui non jungit, melius facit, & Dominus per Prophetam, Sacerdotes mei nubant semel. Item per Prophetam, Sacerdos virginem ducat uxorem; similiter & Levita. At ut jam ego his verbis finem imponam, quid Beatus Ambrosius scribens in lib. de officiis dicat, audite: De monogamia Sacerdotii quid loquar quando una tantum permittitur copula, & non repetita, in ipso ergo conjugio lex est, non iterare conjugium; nec secundam conjugii sortiri conjunctionem, quod plerisque mirum videtur. Cum etiam ante Baptismum iterata conjugia dilatione muneris, & ordinationis prerogativam impedimenta generentur, cum etiam delicta obesse non soleant, si lavacri remissa fuerint Sacramento, sed intelligere debemus, quia Baptismus culpam remittere potest; lex aboleri non potest. In conjugio non culpa, sed lex est; quod culpa est igitur in Baptismate laxatur. Quod legis est, in conjugio solvitur. Item Hieronymus, Sacerdotem querit Ecclesia, aut de virginitate Sanctum, aut de monogamia ornatum. Laudo enim fratres charissimi, quod fratres Arialdus, & Landulphus jam populis seminarant, conqueri a desiderio omnium fidelium maxime Sacerdotum, & Levitarum castitatem; sed quis esse potest continens, det nisi Deus? ut ait Augustinus in lib. contra Paulinum, & Eutrop. Charitas Dei, ut idem in eodem ait, quae multitudinem peccatorum cooperit, diffunditur in cordibus nostris non per nos ipsos, sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis, & item in eodem, Cum Rex justus sederit, in throno sua majestatis, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Tunc ergo per ejus misericordiam justis ab iis liberati plene, perfecteque mundati, fulgebunt in Regno patris sui, sicut Sol, & cum plene, atque perfecte erit Ecclesia non habens maculam, neque rugam. Multa enim percurrens in Scripturis Sanctis dixisse memini, sed hanc optionem damus vobis, quamvis injuste, quoniam non decet nisi solis Episcopis hoc facere quod facitis, ut licentiam totius civitatis, omniumque Plebium plane perscrutando habeatis; quatenus trutinatis facinoribus, homicidiis, parvulorum sine baptismo necem feraliter & innocenter incurrentibus, perjuriis ob mulierum amorem, & sui defensionem, nec non adulteriis, ac variis fornicationibus, tam juvenum, quam virginum sacrarum, ac usibus, quibus tota Christianitas per orbem universum usque modo diffusa, feliciter Deum, & hominem diligens, fruitur, in judicio vestrarum animarum, ut possumus, committimus, ut Sacerdotes, quos bigamos, aut trigamos, aut concubenarios inveneritis, aut deponantur aut dividantur. Illos autem, quos secundum usum Ecclesiae totius unius uxoris viros inveneritis, ne veniant in pejus, dimittite: tantum strenue providete, ne jugum, quod nostri majores olim ferre non potuerunt, calorem naturae humanae quam sit ad peccandum proclivis cognoscentes, ordini nostro intolerabiliter superponatis, memores Evangeliorum Domini, qui cum videret suos discipulos a Phariseis legaliter redargui dicentes; Discipuli tui faciunt, quod non licet eis facere, Sabbatis vellere spicas, & manducare: Jesus autem defendens eos, ut pastor bonus ait eis: Non legistis quid fecerit David quando esurivit, & qui cum eo

A erant, aut non legistis in lege, quod Sabbatis Sacerdotes in Templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt? Naturalitas leonum, quivis homo humiliare potest, hominis Deus, non homo mutare potest. Unde Scriptura Sacra: Nemo potest mutare naturam, nisi qui eam fecit.

C A P. XXIV.

Oratio Arialdi, & Landulphi adversus Guibertum, & Ambrosium probantium ex testimonio Sacrae Scripturae Sacerdotes non uxorandos.

B O Patres, & o Fratres, ordine, & dignitate, ac gente praeter ceteris Italiae totius Primatibus in omnibus, si vigorem ordinis nostri in quantum ratio nostra exigit custodisse curavissetis, praeferendi, nos tamquam a talibus, quae jam audivimus fastiditi, per plurimum congratulamur quod tam sapienter, atque discretè usque modo sermocinastis nobiscum. Bona est charitas, quae legis, & prophetarum est plenitudo, bona est charitas, quae protoplaustos per multa tempora suis peccatis exigentibus damnatos a faucibus inferni clementer detraxit. Beata est charitas, quae per summam Deitatis clementiam humanatam nos a poena primi hominis liberare misericorditer sataguit, & liberando secum in culpa nostri saeculi in aeternum gaudere concessit, qua discipulos suos dicens armavit: Beati misericordes, quoniam ipsi possidebunt terram, & item: In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem, de qua dixit Apostolus, dilectio sine simulatione odientes malum adherentes bono. Dico ego autem charissimi: homo, qui viderit fratrem errantem aliqua negligentia, aut naturae infirmitate per quandam conjugis conjunctionem occasione palliata non corripuerit eum, jam non secundum charitatem, imò secundum injustissimam pietatem ambulat, & merito secundum quod ait Apostolus: de pernice judicabitur, vel de negligentia condemnabitur. Qui autem in dubiis rebus consuluit, ut nos hodie videmus, decet esse vacuum ab ira, ab odio, ac misericordia; nam ira ut sapiens magister ait, saepe impedit animum, ne possit cernere verum. De odio quid aliud dicam, quam quod Evangelium dicens clamat: Qui habet trabem in oculo suo, non potest eicere festucam de oculo fratris sui; At qui misericordiam ita exercet, ut justitiam funditus obliviscatur, jam non secundum charitatem ambulat; unde Augustinus: si frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultare, dum timet secari, nonne crudeliter a te sileretur, si misericordia motus taceres, & misericorditer judicaretur? Et Apostolus, si videris fratrem tuum errantem, & non corripueris eum, de negligentia judicaberis, vel condemnaberis. Vos dicitis fratres: pauci sunt casti animo, & corpore, & paucissimi Sacerdotes virgines; sed magis volo, atque desidero, cum paucis in Christo coronari, quam cum multis in tenebris collocari. Non omnia possumus omnes, quia non aequaliter valemus, de quibus Apostolus: aliis datur sermo scientiae, aliis sermo sapientiae, aliis discretio spiritus, aliis genera linguarum, aliis interpretatio sermonum, unicuique, sicut divisit Deus mensuram fidei; sed unusquisque nostrum, gratias Deo, ita scientia

in divinis, & humanis superpollet, ut viæ veræ tramitem five devium, aut tortuosum sacris in scripturis longo exercitio exercitatus cognoscere, & se à principio liberare non valet, unde Propheta: *Parate viam Domino, rectas facite semitas ejus*. Declinate fratres à viis vestris, perspicite quod scriptura clamat, dicens: *Veh homini gradienti duabus viis; Veniat sensibus vestris, fratres, quod Prophetarum eximius clamat: Viam veritatis elegi, judicia tua Domine non sum oblitus*: Et item, *viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatares cor meum*. Demus Deo honorem, & ipsum in corpore nostro portemus, mortificatis nobis ipsis in cunctis actibus sæculi *per quem mundo*, ut ait Apostolus, *crucifixus est, & ego mundo*, qui cunctos legitime gloria & honore triumphantes inenarrabili, in perpetuo coronat, animo, & corpore eum diligamus, & primum pietate fraternitatis, & sinceræ charitatis amemus. Unde S. Augustinus in lib. quem ad Hieronymum Presbyterum facit curialiter de pietate tractans dicit: *Quid autem pietas nisi Dei cultus? & unde colitur nisi ex charitate?* Charitas igitur de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, magna, & vera virtus, quia ipsa est & finis præcepti, sicut mors, animam evellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentiis carnalibus: ubi ergo illa plena, & perfecta erit, nihil ex vitio remanebit. Testatus est, charissimi, Dominus Guibertus Apostolum dixisse: *vinctus es uxori, noli quærere solutionem*, & ita est; sed illud quod sequitur quare non dicit? videlicet, *solutus es ab uxore, noli quærere uxorem*. Protulisti sententiam Apostoli dicentis: *Unusquisque suam uxorem habeat: ego autem dico, quibus licet*. Præterea illud Apostolicum animarum, & corporum consilium audite: *Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si enim spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*. Dixisti quod de Vercelleni Epistola placuit, sed illud quod sequitur, quare non protulisti? dicens in eadem: *Nec interim ut filios in Sacerdotio creare Apostolica mutetur auctoritate; habentem enim filios, non facientem, nec conjugium iterare*. Idem Apostolus: *Nemo militans Deo, implicet se negotiis secularibus, ut ei serviat, cui se probavit*. Item ad Timotheum: *Te ipsum castum custodi*. Mirum, ac valde terribile est, ut Sacerdos, aut Levita serviens operi conjugali hostias Deo offerre possit, cum Angelus Dei Sacerdos dictus sit: *labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est*. Ita quid Sancti Canones dicant scitis, maxime cum dicit in quodam loco: *Sacerdotes, qui duxerint uxorem, deponantur*. Præterea Sacra Scriptura clamans, dicit: *Fornicatores, & adulteros judicabit Deus*. Oportet enim Sacerdotem mundum, nitidumque indefinenter semper esse. Si autem ulla mulieris, vel sui tabe coinquatus fuerit, holocausta offerre Deo non potest. Olim enim multa multis quadam injusta occasione, periculosè tamen, concessa videntur. Nunc autem agere vos omnes expedit, ut via regia gradiamur, non declinantes à dexteris, nec à sinistris. Video vos quasi armatos multis conscriptorum scientiis adstare, sed scuta vestra in cucurbitarum folia vertentur, & gladii vestri in plumbum frigidum convertentur.

## CAP. XXV.

Sermo Andreae Sacerdotis Decumani adversus Arialdum, & Landulphum.

**F**Ratres, & utinam, fratres charissimi charitatem & misericordiam, quas nunc, & multotiens vestris doctrinis inseruistis, ut ore denotastis, sic bonorum actuum exemplo confirmavissetis. Multa de charitate tui sermonis exordio habuisti, sed de quo fonte manaverint, verborum tuorum finis aperte denudavit: Si enim ex charitate inchoavisses, in charitate, quæ Deus est, finivisses. Unde in ventum tendis, cum in vento superbix graderis. Dixisti: qui misericordiam ira exercet, funditus justitiam obliviscitur, jam non secundum charitatem ambulat: verum est; sed qui hoc facit, & taliter circa peccatores se habet, fidelis non est, nec dignus Christianus vocari. Tamen respice, quod Dominus ait: *Misericordiam volo, non sacrificium, & iterum: miserebor, cui misertus ero, & clemens ero, in quo mihi complacuero*, quod nos charitate, cum humilitate, cum patientia, cum benignitate, cum discretione, quæ est mater virtutum, docere, & admonere, & suadere multa per tempora debuisti, nunc quasi damnativos, ac criminosos plagis sævissimis, simulque cum tuis cathedris lingua tamen incooperta criminosè castigas. Cujus exemplo hæc omnia in nobis, & in populo agis? Enim & nos multis cum temporibus & ordinem nostrum pacificè, ac castè degentes regebamus. Vituperando nos, grave bellum civile nunc excitasti; propterea audi Apostolum dicentem: *Deus non vult coacta servitia*. Et item: *tu quis es, qui iudicas alienum servum, suo domino stat, aut cadit, stabit autem*. Video enim quod nemo te, & ipsos, quos super nos solitis illexisti sermonibus, à talibus revocare poterit: Sed terrere te debent bella civilia, homicidia, sacramenta, ac perjuria inenarrabilia, parvulorum multitudinem multorum necem sine baptisate incurrentium, quorum membra æqualia, & quanta hoc in anno in cisterna theatri cum mundata à lutariis inventa sunt, paucis tamen condolentibus ante tuos oculos habens. Et si mihi de natura humana non credis, maxime non credis de Ordine nostro, qui dum magis constringitur, amplius illicitis accenditur, vel tibi quod olim fuisti, vel eras, esse poteris, crede. Vetando unam, & propriam uxorem centum fornicatrices, ac adulteria multa concedis, præterea vitium detestabile, ob quod quidam ex tuis simulantes se se castè vivere, uxoribus falsa religione dimissis, vitio imbuti detestabili in teatro turpiter tracti, & in fronte decocti sunt, te amice tangendo deterreat. Item intulisti D. Guiberto: *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem*, sed illud quod sequitur, quare non dixisti? imò Apostolo dicente: *Si autem acceperis uxorem, non peccasti, & si nupserit virgo, non peccavit*. Dixisti, ut ait Apostolus: *debitores sumus non carni*. Ita est; non enim ita carni servimus, ut spiritu, & corpore, tempore congruo Deo serviamus? Ob quam causam audi B. Ambrosium; ait enim in lib. de bono conjugali: *continentia non corporis, sed animi virtus est, virtus autem animi aliquando in opere manifestatur, aliquando in habitu latet, & justificata est sapientia à filiis suis, qui vident continentia*

zix virtutem in habitu animi semper esse debere. In opere autem pro rerum, ac temporum opportunitate manifestari. Diffamasti nos, & Ordinem nostrum Romæ, & civibus nostris male dulcoratis, ut tuam scientiam, vel loquacitatem ostenderes; sed unde fructum bonum habere tu credis, ibi seminarium bonorum fructuum habere non poteris, B. Ambrosio super Beati Immaculati tractatu attestante, qui ait: *Periculum est non solum dicere falsa, sed etiam vera, si quis ea insinuet quibus non oportet. Quod vitium quadripartitum est, vel adulationis, vel avaritiæ, vel jactantiæ, vel loquacitatis incauta, quia dum adulari vult aliquis ei, cui loquitur, effundit mysterium: nonnulli etiam studio lucri, mercedem perditionis sequuntur, ut tegenda silentio, vendant loquendo: alii, ut plura nosse videantur, & scientiam suam jactent, aperiunt quod celare deberent, & dum sine judicio loquuntur verbum emittunt, quod revocare non possunt, de quibus Dominus: vos estis, qui justificatis vos ipsos coram hominibus. Deus autem novit corda vestra: qui enim perdidit divina, posteritatem (\*) animæ suæ, seminariumque meritorum habere non poterit. O amice, si tibi à Deo fuerit commissum, ut omnia perficeres, veritate attestante, deberes dicere servus inutilis sum: si autem Apostolum imitaris, deberes sentire cum eo dicens: debemus nos firmiores imbecillitatem infirmorum sustinere, & non nobis placere. Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Præterea intellige, quid Sanctus dicat Gregorius; superiores invicem, maxime eos, qui nobis contenti non sunt, proximos vestros attendite, quia & quos agere aliqua prava conspicias, quæ in eis lateant, bona nescitis; magnus ergo unusquisque esse fudeat, sed tamen aliquo modo se esse nesciat, ne dum sibi magnitudinem arroganter tribuit amittat. Hinc enim de Saule superbiente per Prophetam dicitur: Cum tu te parvulum conspiceres, ego te præ cæteris magnum feci; quia verò tu te magnum conspicias, à me parvulus æstimatoris. Si enim per fragilitatem carnis, ut tibi videtur, peccamus, habemus B. Ambrosii consolationem; ait enim in lib. de sæculi fuga: Si per fragilitatem carnis, & mundi illecebras ita mentem nostram formare non possumus, reverentia paternæ prolis peccatum levemus: Charitas enim multitudinem peccatorum operit. Qui enim ad imaginem Dei esse non potuit, sit ad plenitudinem charitatis. Ait enim in lib. de pœnitentia. Regnat in nobis lex hujus carnis contraria legi mentis nostræ, & captivos nos in peccatum trahit, ut faciamus quod nolumus. Item super Lucam, Non otiose stat, ut in principio Genesis, Dei justum conjugium copulatur, nisi ut hæresis destruat. Sic enim Deus conjugium probavit, ut jungeret; in multis enim natura nostra quotidie febricitat. Unde Sanctus Ambrosius super Lucam: Febris enim nostra avaritia est, febris nostra libido est, eo quod ignitæ sunt cupiditates; unde ait Apostolus: si se non continent, nubant, melius est enim nubere, quam uri. Multi ante homines casti, & mundi esse videntur, sed ante Deum flagitiosissimis vitiis irrenti apparent. Unde idem super Luc. Non semper enim omnis, qui justus est ante homines, justus est ante Deum. Aliter vident homines, & aliter Deus. Homo videt in facie, Deus autem in corde. Ut enim nos à laqueis mortis,*

Tom. IV.

(\*) fortè potestatem.

A quibus vita ista urgetur, liberati essemus, incurrimus minima, ut majora devitarem. Multos enim laqueos, ut ait Psalmista, in via hac superbi absconderunt. Et qui sunt isti laquei? audi S. Ambrosium super Luc. *oculus enim meretricis est laqueus peccatoris, laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis.* Separasti nos ab uxoribus nostris tu, qui es Apostolo justior, sanctior Prophetis, mundior Patriarchis, non justitia, non charitate, imò lanceis, & ensibus, durissimisque injuriis, quas legaliter ab initio Christianitatis nostri antecessores sibi, & nobis vim propter vitium naturæ facientes tradiderunt. Unde si tibi, & tuis placet, audi quid S. Ambrosius super Luc. dicit: *quàm periculosum est, si fragilem adolescentulæ, vel adolescentis ætatem errori peccandi criminose offeras.* Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui leges ferunt: *quos Deus conjunxit, homo non separet: ab initio autem Dei lex æquæ est Dei: propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una; ergo qui dividit uxorem, carnem suam scindit, legem dividit, separat corpus, & facit eos mœchari. Virginitas, ut ait B. Ambrosius, suaderi potest, imperari non potest.* Quid igitur de illis respondebis, qui jam super 15., aut 20. annos conjugali thoro copulaverunt? Dixisti: *fornicatores, & adulteros judicabit Deus,* aperte verum est; sed de fratribus tuis, quos tu vides tecum credere unum Patrem habere, unam fidem Catholicam tenere, unam, & propriam uxorem venialiter uti, dicens, peccasti: stat enim S. Ambrosius in Vercellensi Epistola: *dicimus quod qui fuerit in Christo baptizatus haberi jam non debeat fornicarius.* Forsitan adhuc illa sententia implicitus es, qua olim illi de Monteforti te imbuerant, qui omnem Christianitatem mulierem non tangere, & genus humanum sine femine virili, apud more nasci dicentes falsis sententiis affirmabant? Volo autem & ego atque desidero omnem Ordinem Ecclesiasticum, mundum, nitidum, purum, & sanctum; sed dicit Apostolus: *Nemo potest esse mundus à peccato, & sanctus.* Job videns humani generis fragilitatem, dicit: *numquid fortitudo lapidum, fortitudo mea, aut caro mea, aenea est?* Præterea cum tu nos in multis diffamasti, & dicens clamasti: *Sacerdotem aliqua tabe attatum, sacrificium Deo offerre non posse, debuisses cognoscere, quod Dominus in Apocalypsi dicit: Ego sum Alpha, & Omega, primus, & novissimus: beati qui lavant stolas suas, ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & portas civitatis intrent.* Sunt enim maculæ, quæ sola confessione lavantur, quam lavationem supradicta sententia Joannis significat. Quinetiam, Domino attestante, audi quæ coinquinant hominem. Ait: *non enim quæ intrant in hominem coinquinant, sed quæ exeunt de homine.* Adulteria, homicidia, perjuria sunt, quæ coinquinant hominem; scis enim, & satis Ordo Clericalis in quo pronus sit ad peccandum propter incontinentiam. Unde S. Gregorius in moral. Apostoli sententiam affirmat, dicens: *& Paulus cum quosdam in Ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut majora devitaret, dicens: propter fornicationis causam unusquisque suam uxorem habeat.* Item in registro secundo dicens ad Sabinum Episcopum, inter multos verborum nodos,

P

quæ



quæ de sacrilegis universo Clero scribens dixit: *præter illa, quæ superius dixi, cura tua sit eosdem fratres nostros Episcopos adhortari, ut subiecti in sacris videlicet ordinibus constituti, quod ipsi servant ad similitudinem modis omnibus servare commoneant. Hoc tamen modo adjecto, ut ii, sicut canonica decrevit autoritas, uxores, quas habent, irreprehensibiliter regant. Dicis cum uxoribus Deo servire non potestis: verum est, si plus Deo illam amaremus. Unde ipsa veritas: qui amat patrem, aut matrem, aut fratres, aut uxores non est me dignus; quod enim Sancti Patres de Episcopis dicunt, tu inordinatè intorques. Non enim sumus quod debemus; sed enim tales nos Deus amat, quales futuri sumus, non quales sumus, sicut ipse Augustinus in libro de Trinitate dicit: quales enim amat Deus, in æternum conservat; Item ipse Augustinus, Et si exterius offerenda munera non habeo, intra me metipsum tamen invenio quod in ara tua laudis impono. Quia qui nostra datione non pascaris, oblatione cordis melius placaris. Nihil quippe Deo ditius voluntate bona. Item Augustinus contra Julianum in lib. 3. In suo quippe genere curandum est, quod ad melius non potest erigi. Dixisti: Sacerdos, qui duxerit uxorem deponatur. Bene dicis, & ego dico, si post acceptum Sacerdotium duxerit uxorem, sui ordinis periculo subjaceat, sin autem in Sacerdotio unius uxoris virum inveneris, quid separas quod non licet? Cur enim dividis corpus? Da mihi Ambrosium Sanctum Doctorem nostrum, qui dividat uxorem ordinis nostri à viro altero nolente, & credamus, semper teneamus. Quin etiam quid Sanctus PP. Gregorius Teostitæ Patriarchæ in Canobiis dicat, audite: Sunt quidam qui dicunt religionis causâ conjugia debere solvi; Verum sciendum est, quia & si hoc lex divina prohibuit, lex humana concessit, per se enim veritas dicit, quod Deus conjunxit, homo non separet. Quin etiam ait, viro non licet dimittere uxorem exceptâ fornicationis causâ. Quis ergo huic cœlesti Legislatori contradicat? Scimus enim, quia scriptum est, erunt duo in carne una. Si igitur vir, & uxor, una caro sunt, & religionis causâ vir dimittat uxorem, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel fortasse ad illicita migrantem, quæ est ista conversatio, in qua una, eademque caro ex parte transit in continentiam, ex parte remanet in pollutione?*

## CAP. XXVI.

*Qualiter Landulphi oratione Herlembaldus in Sacerdotes insultum facere voluit.*

**C**UM autem orantibus partis utriusque fandi terminus imponebatur, ecce quasi ex ira Dei Landulphus majorum corona furialiter confurgens, vultu pallido, ac lingua stridenti, Clerici cujusdam objurgationibus commotus, cum quo tamquam canis dentaliter rixatus fuerat, orationem fundere cupiens, omnibus nimia ejus commotione vetantibus, proflivie. Itaque indignatione nimia, ac ira magna, qua-

(23) Non hic Liprandus ille Presbyter S. Pauli in Compto, de quo supra, sed ejusdem nominis alter, qui pro uxoris Clericis erat, ut non obscure restatur Landulphus; unde collige quæ sit habenda fides integri hujus capi-

**A** si urfa raptis catulis commotus, clamans, se Clericorum cultello velle interimere, furialiter ex Secretario in Theatrum proflivie, omnibus convocatis Plebeicis, orationem incitativam per multum super ordines universos, astante tamen Herlembaldo, lacrymabiliter edidit. Quo audito, Herlembaldo adhortante, & tamquam Rex imperante in manibus populi, super Sacerdotes illico fit concursus. Quod si ipsos in Secretario, aut in Ecclesia, in quibus nullam exhibebant reverentiam, comperissent, profecto ipso die gladiis, & fustibus interemissent universos.

## CAP. XXVII.

*Miracula aliqua, quæ in persecutione Sacerdotum apparuerunt.*

**D**EI Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti regnante clementia, ejusque dexterâ virtutibus, & miraculis sedulè, & misericorditer coruscante super homines irracionabiles, & super Dei Sacerdotes ab omni humano auxilio, Dei tamen fretos auxilio, destitutos miracula invisâ, & inaudita apparuerunt. Quadam enim die cum Sacerdos Liprandus, (23) qui hominibus placiti Dei malè nominati suspiciosus erat, ante oculos quorundam apparens, ad S. Nazarii Ecclesiam orationis causâ abiret, verbis nefandissimis objurgatus, fustibusque post eum summis cum latratibus projectis, in concavo Altaris S. Nazarii supra ejus corpus nimia animi angustia fugit. Unde cum quidam nefandissimis impudentior cæteris, turpissimis verbis, gravissimisque impulsionebus ipsum alapizando, ut sui, & suorum consimilium animos mulceret, tamquam vesanos Gentiles extraheret, Dei virtute operante, in proximo omnibus membris contractis miserè exaruit. Alius cum in Ecclesia eadem Sanctam Eucharistiam à Sacerdote quodam in Nativitate Domini timore ejusdem, non Dei amore acciperet, foris in muro, secta subversus hæretica, vidente tamen quodam Fidele, ac Sacerdoti id ipsum nuntiante, immisit. Hoc audiens Dei Sacerdos summa cum reverentia Sanctum Domini corpus colligans recondidit, sed miser ille, qui Sancti Corporis indignus fuerat, usque in finem vitæ suæ ab omni cibo infatibilis, ac omnibus angustiis cruciatus moriens non meruit habere Corpus Christi. Alii verò quinque cum Sacerdotem quemdam ob mulieris occasionem turpiter distrahendo dehonestassent, ipso anno quasi canes mortui sunt. Quin etiam alius secta detestabili irretitus, cum sanctum incensum, quod Sacerdos in Domini Natale per singulas desert domos, ostio clauso, ac introitu eidem vetando refutaret, nocte eadem veniente proxima, Diabolus in scismate fidelissimus laborantibus, filium ejus è matris manibus diripiens, vagientem, ac in aëra verberans, ipsum puerum emortuum demum evanescentes cadendo dimisit.

## CAP.

tis narrationi, quam Thaumaturgus noster non aliunde hauserat, quam à vano vulgi rumore, miracula sæpius in factionum tumultu circumferente.

CAP. XXVIII.

*De Gottofredo in Archiepiscopatum intruso.*

**E**A tempestate audiens Herlembaldus Gottofredum, quem supra memoravi, de omnibus Episcopalibus negotiis tam in Clero, quàm in Populo contra jus suum, & velle intromittentem, exercitu parato immenso, & Nobilium parte circa Castilionem metando, velut Imperator composuit. Ubi cum per multos machinis, & balistis, præliisque diversis frustra laborasset dies, multis è populo miserè amissis, ac Dei ira civitate Mediolani funditus tam in domibus, quàm in Ecclesiis, tam in marmoribus, quàm in trabibus ardente, quod castris minimè latuit, ab omni spe frustratus tristis recessit (24). Dum hæc fuissent acta, parvo transacto tempore, Herlembaldus consilio Oldeprandi, qui & Gregorius VII. est vocatus, edoctus, qui hujus placiti caput, & seminarium erat, suis cum Chateris, qui omnia etiam regalia negotia, multoque tempore tranquilla conturbabant, sine virga, & annulo, ac Regis consensu, cui Gregorius omnibus exercitiis insidiabatur, Archiepiscopum habere statuit. Qui Herlembaldus producens quendam Antonem, sibi que consentientem coram omni multitudine ore suo, & incitò elegit. Hoc videns majorum, & minorum multitudo, tam suorum, quàm adversariorum, quæ noviter fidelitatem Imperatori juraverat, sumptis armis, magnoque prælio; Antonem noviter electum multis cum plagis, & sacramentis Archiepiscopatum inremeabiliter refutare fecit. Alia verò die cognoscens Herlembaldus inopinatè se, & improvidè delusum, sparsis argenteis, totam civitatem armatus obtinuit. Interea cum Herlembaldus quasi Papa ad judicandum Sacerdotes, Rex ad conterendas gentes, urbem jam jamque ferro, & auro, & juramentis multis, & diversis superasset, cui Nobilium nemo resistere poterat, Dei ira, quam jam cum suis merebat... detorta sibi velut gladius bis acutus obinata est (25). Nam Landolphus cum se jam à spe Archiepiscopatus, qua antea speraverat, frustratum comperisset, auri, & honoris ultra modum ambitiosus gravi incidit contristatus infirmitate, qui moriens linguam quasi bovinam horribilem, qua multum offenderat, quæ coopertorium non habebat, cui tormenta apertè parabantur, emisit. Demum ad sepulchrum ductus, donec ejus crura, velut olim latronum, fracta sunt, concludi minimè potuit (26).

(24) Vide Arnulphum lib. III. cap. XXI. & XXII.  
 (25) Locus in utroque Codice mancus, & vitiat; unde mihi persuaserim, vel alterum ab altero transcriptum fuisse, vel utrumque ab uno antiquiori Codice: lacunæ quippe, quæ occurrunt in uno, hiant etiam in altero.  
 (26) Ad marginem vetustioris Codicis hoc loco rubro caractere notatum *Martyr Landolphus*. Et sanè licet noster & Arnulphus lib. III. cap. XIV. in Landulphi mortem acriter elati sint, utpote hostes infensissimi, optima sunt argumenta sanctitatis ejus, quæ adduxit P. Tom. IV.

CAP. XXIX.

*Qualiter Arialdus à perfidis martyrio coronatur (27).*

**A**T Arialdus cum inter Paschalia solemnia Ecclesia Mediolanensium Letanias devotè celebraret prædicando, ac cum Clericis rixando, nullum jejunium in istis diebus, Sancto asserente Ambrosio, fieri debere, & carnem, & vinum legaliter iis tribus diebus posse comedere firmabat. Quibus per civitatem auditis, atque dictis Letaniis interruptis, prælium magnum à partibus utrisque adorsum est. His itaque præliantibus, multisque gladiis, ac lapidibus vulneratis, sex in bello viri cadentes mortui sunt. In iis itaque Lector, cujus discretionis, cujusque scientiæ, cujusque continentia fuerit, certissimè comperire, & investigare valebis. Scimus enim, & verè scimus Arialde quia in iis quinquaginta diebus nullum jejunium nescit Ecclesia imperare, Sancto Ambrosio cum multis Sanctis attestante. An ignoras quid veritas veritatis clamat? *Non possunt filii sponsi jejunare quamdiu est cum illis sponsus, sed cum ablati fuerit sponsus ab eis, tunc jejunabunt in illis diebus.* Credimus enim Apostolos post Domini ablationem, cum Cælos ascendit, usque ad Sancti Spiritus adventum in Hierusalem orantes jejunasse; sed utinam orationem, quæ in portis nostræ legitur civitatis omni coram populo à Sancto ordinatam Ambrosio, & scriptam, Ecclesiæ totius firmamentum intelligeres, & illud, quod in ejusdem vita legitur, omni tempore vitæ suæ jejunabat, præter Sabbatum, & Dominicam, & festum celebriorum Martyrum, crederes. (28) Dum hæc acta fuissent, Arialdus videns urbem immanissimè adversum se nimio mortuorum dolore, & discordiæ quotidianæ divortio commotam, omnia, quæ antea suis exercitiis facta, & commota fuerant, corde tenus reminiscens, iter, quo clanculo fugeret, paravit: qui nocte fugiens juxta locum Legnani à manibus fidelium Domini Olive Guidonis neptæ tentus, & captus est. (29) Cumque vultu ejus in Arce Aronæ representatus fuisset, eadem illico imperante, patris sui dolorem reminiscens, in Insula quadam juxta Lacum Majorem secretissimè ductus est, ibique interrogatus, si Guidonem teneret Archiepiscopum, quem Ecclesia Romana pallio, & Cardinalibus firmaverat, respondit & dixit: Donec enim linguam in ore portavero, & animus incolumis fuerit, ac mens mea serena, nec tenebo ipsum pro Archiepiscopo, nec habebō. Hoc dicto vernulæ Olive furialiter in eum proficientes, linguam ejus de submentonem trahentes, in insula semimortuum reliquerunt. Quin etiam altera die, jubente eadem Oliva, ne à suis mortuus, vel vivus inve-

ricell. in vita S. Herlembaldi cap. XIV. Bis enim Deus evidenti miraculo eum servaverat à nece, quam ipsi efferata Clericorum perfidia intenterat, ut apud eundem Puricell.  
 (27) Alter Codex: *De morte Arialdi*.  
 (28) Quæ fuerint argumenta S. Arialdi ad tollendum hunc usum noviter in Ecclesia Mediolanensi introductum, vide in ejus vita à B. Andrea scripta cap. XXI. apud Puricell.  
 (29) Traditus nempe à Presbytero quodam cujus fidei S. Herlembaldus eundem commendaverat.



inveniretur, & ab Herlembaldo durissimè ipsa obsideretur, in Arce Trevali (30) in apotheca Sancti Ambrosii cautissimè abscondentes humaverunt defunctum (31). Transactis verò aliquantibus diebus, ejus cadaveris foetor castellum omne, ita ut omnes naufragarent fugientes, occupavit. Itaque hujus sceleris conscii magno timore territi, ne ob hoc cadaver invenirent summo cum labore apothecam ipsam aqua usque ad umbelicum, coarctantes fetorem, repleverunt. Hiis itaque, idest Landulpho, & Arialdo, ut audistis, ambobus exanimatis in linguis, Deus qui omnia videt, omniaque suo dispensat judicio examinatione aperto . . . intentionis furialiter illorum verba fuerunt, apertissimè declaravit. Hoc facto, nequiterque peracto, cum jam hujus rei eventus umbratim, & non ut veritas habebat, ad Herlembaldi aures pervenit, gente illico coadunata immensa, obsidendam Olivam omnium ferè nequissimarum artium, maximèque incantationum scientia fultam, in corpus Arialdi, ut sine mora ei traderet, fataguit. Igitur Legatis ad eandem directis, ac castris in prato Rocho (32) confedentibus, nocte superveniente eadem, vox quædam phantasticæ imaginis vento supervolante tenui audientibus universis insonuit, dicens: currite, currite ad ripam Ticini, currite currentes, quoniam in loco in ripa Ticini Sanctus noster Arialdus nobis repræsentandus ecce advenit. Quo audito Angelicam vocem universi credentes, magno cum clamore castris relictis, omnes ad locum prædictum concurrerunt. Quò cum celeri cursu ivissent, corpus jamdiu truncatum mulieris causâ, ferè emarcidum, minimèque propter aquam, in qua jacuerat foetens, cui omnia membra cujuscunque sexus marcuerant, horribile nimis, ac visu teterrimum illis traditum est. Itaque multis dubitantibus, mul-

(30) Vulgò *Val di Travaglia*, ut rectè Puricellus.

(31) Hæc in margine charact. rubro: *S. & B. Arialdus Martyr, & Levita anno Domini 1066. V. Kal. Julii canonizatus per Alexandrum II. Nec mirandum si iste Historiographus, & sequens (Arnulphus nempe qui Landulphum in eo Codice subsequitur) non laudent istum Arialdum; nam ipsi erant fautores Sacerdotum uxorum, concubinariorum, & Simoniacorum à quibus B. Arialdus passus est. Quare anno Domini 1067. Alexander II. venit Mediolanum ob mortem Arialdi, dum ad Synodum pergeret, quam Mantua celebrauit, in qua omnes Mediolanenses Sacerdotes uxoratos beneficiis privavit &c. & de cæteris facere intendebat, sed morte præventus est; sed Ildebrandus ejus successor, facti Alexandri conscius id explevit.*

(32) In margine alterius Codicis: *Rbo, bodie Raude.*

(33) In margine eodem charactere: *scilicet MXC.*

(34) In margine Codicis eodem rubro charactere, quo scriptæ sunt summæ capitum hæc leguntur.

Versus super sepulchrum B. Arialdi.

*Martyr Levita jacet hac Arialdus in urna  
Truncatus moritur, sed vita dona meretur  
Hoc Mausoleo reverenter condita digno.  
His geminis causis Arialdus passus ab istis,  
Martyr in Ecclesia Levita reconditur ista.  
Transtulit Anselmus Pastor venerabile corpus.*

Isti tres sequentes versus loquuntur de Arialdo, & Herlembaldo.

*Sanctos thesauros venerare per omnia cbaros  
Hos pugiles Christi gens incluta Mediolani,  
De cujus Sancti sunt isti sanguine nati.*

Addenda etiam hoc loco est altera Inscriptio, quam Puricellus ex Alciati Antiquario ita-

tisque congaudentibus, plurimisque credentibus, tandem pallio superimposito in lectica compositus est, quo assumpto, & quasi Levita cum stola ornato, summis cum Litanis, magnisque exaltationibus, plurimisque confrequentationibus in Monasterio Sancti Celsi humatum est. His itaque peractis, Herlembaldus suis cum omnibus, magnisque cæramoniis, quasi novum Martyrem venerantes, phantastica delusi imagine, ut postea in tempore quarti Anselmi Archiepiscopi apparuit, sedulè, ac devotè colebant. Cum enim post biennium (33) suæ consecrationis Dominus Anselmus Arialdi ossa, & corpus, qualiter malè olim in veritate fuissent humata comperisset, curialiter cum paucis Clericis ad locum tendens, ossa, quæ habere potuit, colligens, in Ecclesia S. Dionysii humavit. (34) Ea tempestate cum Capitanei, quos Herlembaldus à civitate suis cum factionibus expulerat, parati mori, quàm inhonestè vivere, viribus reintegratis urbem paulatim intrantes, cives, quos habere poterant, secum stare, ac feudi retinere jurejurando affirmabant. Parvo autem tempore cum Ordinarii Sanctum Chrisma ad Sancti Paschæ fontes consecrandos devotè adduxissent, ab Herlembaldo fustibus, & terroribus constricti, atque coacti, in Sancto Sabbato ipsum in Theatro duxerunt. Quo ducto cum diu super hoc negotium adversus illos pessimè detrahens, ac nova nomina inhonesta illis imponens Herlembaldus concionaretur, furis sævissimis commotus, Sanctum Chrisma ab illorum manibus summa cum vituperatione diripiens, ac ipse suis manibus in terram effundens, pedibus, & fustibus multorum quasi lutum nullam reverentiam Divinis Sacramētis habentium conculcari fecit. (35) O gens sine Deo, & o placitum sine vero. Sacramentum hoc per-

transcripserat. Sub hoc Guidone de Velate, Valvassorio, Archiepiscopo, Arialdi ex Alciata gente sepulchrum. Cujus conciones, disputationes, necem, miracula Arnulphus Historicus noster, memoria hominum commendavit: idque adeo diligenter, ut omnem mihi de eo scribendi ansam præripuerit (quod alioquin facturus eram) utpote Gentilitiam Historiam editurus. Habeo enim Auctores, ex Alciata familia, oppido tamen Carimato, vel ut alii volunt Cucciaco oriundum esse. Relatus inter Divos est Alexandri II. Pontificis decreto, jacuitque per quingentos ferme annos in D. Dionysii Episcopi nostri subterranea adiuva, tumulo marmoreo, donec anno MDVIII. à Ludovico XII. Francorum Rege, Lutetiam Parisiorum translatus, existimante, non Arialdum, sed Dionysium se auferre. Adeo Parisiis hominibus placent Dionysii, ut undique gentium ad se etiam Pseudodionysios trahant, & Areopagitam quoque sibi præfuisse comminiscantur. Sanè Tobiasus hic pro Sacerdotum choro accipitur, ut vulgo dicimus, Clero.

*Arialdo Diacono.*

*Qui, nemo ut melius, divini mystica verbi  
Tradidit, & Populi solus in ore fuit:  
Qui lapsos mores disciplinamque cadentem,  
Et Tobiasi er ores corrigere ausus erat:  
Hic Arialdus adest. Heu noxia vita nocentum,  
Qua censorem ullum ferre scelestæ nequit.  
Clam raptum, appensumque; mola projecit in undas  
Verbani, ut rapidis piscibus esca feret;  
Deinde sed inventum, atque illaso corpore, Templis  
Est dignata novo Martyre posteritas.  
Passus est III. Kal. Julias  
MLXVI.*

Inventionem sacri corporis, & narrationem eorū, quæ præcesserant ipsius necem repetere à Beato Andrea in Sancti Arialdi vita.

(35) Vide Arnulphum lib. IV. cap. 6. & adjectas notas.

verbum Dei consecratum quid offendit? *Accedit enim, sicut B. Ambrosius dixit, verbum ad elementum, & fit Sacramentum, & quid dicat Augustinus Sanctus intellige: quamvis impudici, & immundi sint qui operantur: ipsa ejus sanctitas pollui non potest, & quod verbis Evangelicis, & per adulteros, & in adulteros sanctum est.* Quid de gente vesaniissima à Deo oblita dicam? Dei ira super civitatem apertissime multis judiciis emittente, Sancto Baptismo Sancti Paschæ criminose interrupto, ventum est ad diem majoris hebdomadæ, quo Capitanei jam non private, sed publice sui feudi, ac proprietatis retinendi curiosè fatagebant. Dum hæc agebantur Herlembaldus hæc omnia suo studio parari existimans, & animam jam esse in manibus dijudicans, quasi solus Dux, Theatrum, suos confortando, ac cohortando ad bellum, regens prælii necessaria, ordinabat. Quin etiam in primis sibi met vexillum, milites, & pedites, exinde qui scalas ad capiendas domos, & cellaria, machinasque diversas portarent, ordinabat. Præterea secreta ordinavit balistas, ac fundibularios, scalas triangulares ferratas inferius per semetipsas stantes cubitorum viginti. His itaque compositis, ac oratione facta luculenta, in qua suis magnas divitias celestes, & humanas, honoresque maximos promittebat, præcepit militibus, cæteraque multitudini, ut armati in Theatro dato signo citissime convenirent. Ac ab altera parte Capitanei cum populi parte, cui Herlembaldi intentio innotuerat, viri cognoscentes industriam, præliique calliditatem, ac bellum civile adversum sese curiosif-

A simile præparari, sibi, & filiis, ac uxoribus necem turpissimam inferri timentes, paulò citius quàm Herlembaldus ad bellum armati, & viriliter præparati sunt. Hoc audiens Herlembaldus lorica mirabilem indutus equum ascendens ferendum (36), ac ipse manu vexillum tenens cum paucis armatus, & Leoprando Sacerdote, qui & ipse crucem manu gestabat propria, non ut bellum sedaret, sed ut bellantes suos potius incitaret hostibus, & ipse hostis exiliens, ac barbâ è lorica extractâ, ut terrori magis foret, se se dedit. Cum autem hic primus, suis non expectatis armatis, & signo dato, per plurimum suis confidens viribus, maximè quia ante è civitate illos fugaverat, bellum B initians, lanceis, ac ensibus perfoffus primus, & inter primos cecidit. (37) Sed effecto bello, ac Dei misericordia paucis mortuis, ac sine multorum strage, quam quidam ex ipsis magnis firmabant assertionibus, devictis, atque fugatis omnibus, quos non Dei charitas, sed malares armaverat, solus Sacerdos è Clericis, qui diffidii totius fomentum fuerat, Leoprandus, naso, & auribus post aliquot dies mutilatus, gaudio immenso civitas tota, paceque adepta repleta est. Si enim civitatis totius meritis exigentibus victoria hostibus data fuisset, & frequentes armati aliquanto citius convenissent, ut profectò comperimus, machinis rerum diversarum inventis, quæ hujuserant ordinatæ flagitii, ut illi cives, qui angustiis arctabantur, asserabant, ipso die pars tota nobilium, quasi Sillæ, vel Marii tempore cum populo sibi favente gladiis, diversisque tormentis funditus interiisset.

(36) fortè furiosum.

(37) In marg. rub. char. *Occiditur Herlembaldus ab Arnaldo de Rbaudo, us alibi reperitur: videlicet in Landulpho à S. Paulo cap. 44. ubi hæc leguntur: quia Arnaldus bujus Arnaldi avus Herlembaldum protectorem presbyteri Liprandi occidit, ipsumque auctorem mee cause ad truncationem nasi & aurium, atque ad vincula & carceres violenter adduxit.*

Item hæc.

*Versus super sepulchro Herlembaldi in S. Dionysio, quem Sanctorum Martyrum catalogo adnotavit Urbanus II. qui cum Arnulpho Ar-*

*chiepiscopo Mediolani corpus ejus tumulavit Anno 1091. Quare ipse Herlembaldus vexillifer Ecclesia, & Tutor ab adversariis ratione Ecclesia occisus est.*

*Hic Herlembaldus miles Christi reverendus Occisus tegitur, qui caelesti sede positus: Incestus reprobatur, simonias & quare damnatur, Hunc Veneris servi perimunt, Simonisque maligni.*

*Urbanus supremus Prasul, doctusque secundus, Noster & Arnulphus pastor pius, atque benignus Hujus membra viri tumulant translata Beati.*

*Vide Arnulphum lib. IV. cap. X.*

EXPLICIT LIBER TERTIUS.

INCI-

# INCIPIIT LIBER QUARTUS.

## C A P. I.

*De Henrico Imperatore, & Rodulpho, & de actis Comitissæ Matildis, & Hildebrandi Cardinalis, qui post Alexandrum fuit PP. Gregorius VII. (1)*

**H**is autem causis, quibus hi tres cum paucis vitam finire humanam terminatis, à quo fonte hæc universa, epistolis multis intercurrentibus, manaverunt, posteris fidelibus, & hanc Ecclesiam diligentibus, ut sibi met prævideant, cætera fideliter enucleare curabo. Igitur Comitissa Matildis cum jam duobus fratribus emortuis, quos Henrici IV. Imperatoris calliditate occisos fore credebat, se solam superstitem videns, serpente, qui olim Protoplastos in Paradiso Dei decepit, callidior, ipsum querens Imperatorem à regno privare, dolis acutissimis, non armis laborans, septimo adhæsit Gregorio. Quæ cum antea virgo Gigonem virum prudentissimum Normandiæ Ducem maritum duxisset, per paucos annos morata, sese jam poenitens domini dominum habere, cum vernula conciliata fidelissima, ipsum ad cloacam super lacum sedentem per podicem interimere ense cautissime fecit. Hæc enim cum totius ferè Thuscæ, & usque Romam comitatus sui potestatem sola exerceret, pacto secretissimo cum Oldeprando, qui tunc Diaconi apicem Romanæ Ecclesiæ regebat, necnon qui plurimis Romanis ossibus Albinis, & Rufinis sparsis, quatenus sine consensu Imperatoris in Pontificatu Romano eligeretur, & consecraretur, operam dedit (2). Itaque electo Oldeprando, & idem consecrato Gregorio, parvo moratus tempore, in Synodo prima, & Dominiæ Matildis consilio, sine advocazione ulla Henricum excommunicavit Imperatorem, parvissimis datis induciis, nisi Investituras Episcopatum omniumque Abbatiarum ipse refutaret. Exinde cum hæc omnia sibi favere vidisset, & maximè quia Mediolanensis Herlembaldus cum suis omnibus Cathedralibus (3) sibi quasi Apostolico summis cum gaudiis in omnibus deserviret, multis

(1) Codex signat. 24. Incipit de heretico Imperatore & Rodulpho, & bello Saxoniam, quod instituto Comitissæ Matildis, & Oldeprandi, Nobilium & vulgi strage facta inaudita patratum est.

(2) Genealogiam illustris femine Mathildis, ejusque nuptias è tenebris revocandas multi sibi eruditissimis dissertationibus præposuerunt; sed res adhuc non bene comperta in tanto veterum Scriptorum conflictu. Florentinus præ ceteris peculiari libello de iis omnibus egit. Ego hic unice notabo, in vita ejusdem Mathildis à Florentino primùm laudata, & inde à Clar. Leibnitio in sua collect. Script. Brunsvicens. vulgata n. 41. duplex legi testimonium, alterum ex Arnulpho petiitum sub nomine Copiæ Landulphi à S. Paulo, alterum nostri sub altero Datii, quod Florentinus vel Leibnitius per errorem legerat *Darii*. Neque alia, ut mihi videtur, de causa Auctoris vite Mathildis in errorem incidit, utrumque Scriptorem sub diverso nomine laudans, quam ob inscriptionem præpositam codicibus iis, quos ad manum habuit. Hinc aliud etiam argumentum accedit ad ea, quæ Clar. Muratorius notaverat in sua Præfatione de Landulpho nostro sub nomine Datii circumlatæ, præter ea, quæ animadver-

**A** epistolarum admonitionibus admonitus, necnon Comitissæ Matildis quamplurimis adulationibus accensus, super hujusmodi negotium, sedulè insistens, Canones, & registrum, ut Clerici, qui investituras de manu Imperatoris acciperent, ab officiis deponerentur, primus sataguit. Demum Ecclesiarum universarum, ac sæculi totius pace, & concordia spreta, illecebrarum faceris, ac diligentia Matildis, cum qua & ipse ridebat (4), coronam admirabilem lapidibus pretiosis intextam Saxoniam Duci Rodulpho, quatenus se de Imperio Romano circa Henricum IV. Regem intromitteret, misit; asserens se multis excommunicationibus excommunicaturum, & ejus armis admirabilibus, ac Saxones illius gladiis viriliter pugnaturum: hic enim Rodolphus Saxoniam ipsum Ducatum, ipsius ferè totius terræ tetrarchatum, ab Imperatore Henrico fidelitate sui Imperii ac totius sui honoris acceptam usque ad hoc tempus humiliter, ac devotè tenebat. Cum hæc omnia ad Imperatoris aures seriatim pervenissent, immanissima ira, ac dolore commotus, hanc clandestinam pestem inopinatè super se insurgentem videns, adversus Rodolphum sibi, & regno ferè jam imminens, sibi que perjurium, qui etiam totam Saxoniam adversus eum armaverat, cum suis omnibus, quos habere potuit, arma suscepit. Quamobrem gente utrarumque partium inenarrabili coadunata, prælium est tale commissum, atque perfectum, quale nec literis cognovi, nec oculis vidi, nec auribus audivi, nec aliquis, nisi qui interfuit, credere potuit. Quo enim bello cum antea biduum suis cum omnibus in ingressu Saxoniam castris confedentibus universis Imperator sederet, hoc tale dedit præceptum, ut in primo die belli quidquid sive prosperi, sive adversi adveniret, nocte superveniente eadem, ignes tres accederentur, quatenus omnes qui dispersi fuerint, ac variis eventibus, ut in bello solet, divisi fuerint, convenient, ac demum ad ignem majorem ad me in unum convenient, se seque colligant, sive ad insequendos hostes, sive ad prælium restaurandum. **D** Ubi cum in primo bellorum concursu viginti millia militum electorum in petra ordinando,

**E** tit Mabillonius in suis analectis. Et sanè citatus Auctor vite Mathildis ab iis Landulphi verbis: *Igitur Comitissa Matildis usque ad alia operam dedit* integrum locum excipit una tantum variante lectione, quæ in eo talis est: *consilio habito &c. necnon cum quamplurimis religiosis à finibus Albinis & Rufinis*. Quæ quantum à nostro differant ex collatione patet; quamobrem suspicor in utroque Auctore lectionem esse vitiatam, quæ non nisi divinando explicari possit, etsi debilem aliquam conjecturam deducere possimus à seq. cap. penultimo. Cæterum Gigonis necem refert etiam cit. Arnulphus lib. V. cap. IV. eumque Gotefredum appellat: hoc verò facinus minimè tribuit uxori Mathildi, ut Landulphus, Gregorio VII. & illustri femine infensissimus. Puriora vide apud Baronium, & Pagium in Gregorio VII.

(3) Lego *Catharis* ita namque in Prologo suo Landulphus injuriosè carperat omnes eos, qui cum Arialdo, & Herlembaldo sentiebant.

(4) Calumniæ in S. Pontificem tot ac tantæ fuerunt, ut nulla major probatio eximie virtutis. Ridendus hic noster cuncta rabie, ac mendaciis deturpans.

do, ac præmittendo amiffet, & ab hostibus velut olim Jonas in mare à ceto abforti fuissent, suis cum omnibus militibus præter illos, quibus lancea, in qua Dei clavus erat inclusus Romani Imperii stabilimentum ab hostibus durissimis curabatur, citissimè occurrit, & occurendo multos liberavit virtute. Itaque cum Reges utrique velut leones ferocissimi feraliter præliantes eminus convenissent, tota die neutra parte victoriam adepta, gladiis ferocissimis invicem sævientes, ac utrarumque partium strage facta innumerabili, dies pervenit ad noctem. Igitur focus accensis tribus, ac omnibus, qui dispersi fuerant militibus congregatis, Imperator multitudinem universam, quam colligere gregatim potuit, multis cum lacrymis cohortari ad prælium, flammivomos oculos nimia ira habens, vilissimè cœnatus cœpit. Et exinde qualiter propria dextera pugnasset nervis ejusdem à capulo ensis summa virtute Saxones truncando nudis apparentibus ostendens, regaliter universam cohortans multitudinem dona vivis, & mortuorum filiis, ac filiabus regalia promisit, mallens mori, quàm à suo perjuro vinci, mallens sui, & suorum militum corpora viriliter truncari è prælio, aut campo miserè. Cum altera autem dies venisset, Imperator Henricus summo die crepusculo suorum militum univerforum viribus collectis, & animatis, & Domino Thealdo Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Notario (5) lanceam ipse custodiente, cum viginti mille militibus hoc in prælio nimia cupiditate anhelantibus, armatorum virtute, & animorum sagacitate hostes unanimiter continuò invadendo, fortiterque lanceis, & ensibus, atque sagittis feriendo in fugam convertit. Demum utrarumque partium strage per quos dies facta hominum innumerabilium, ac Rege perjuro Rodulpho emortuo à milite Imperatoris, qui & ipse in campo inter mortuos jacebat, elevans se graviter vulneratus . . . ipsius, & . . . totale Theutonico truncavit, necnon sexaginta militibus electorum nobilium virorum, qui inter tantam stragem jussu Imperatoris collecti cognosci potuerunt, acervatim combustis, Imperator per quatuor dies intrans cum furore Saxoniam, omnes, quos habere potuit, tam mares, quàm fœminas mutilando detruncavit.

C A P. II.

*De electione Thealdi Archiepiscopi, & obsidione Romane urbis per Henricum Quartum.*

Post paucos interea dies Clerici, & Laici Mediolanensium communicato ex communi concilio, eorundem civium malorum, calidorum, & simulatorum, qui provocant iram Dei, fece eliminata, sectarumque nequissimarum errore purgato, Clericorumque multorum zizaniis fugatis, tres viros Diacones, & Notarium ad Imperatorem, ut quemcumque annulo, & virga laudando consentiret, Ar-

(5) Thealdus hic Notarius Eccl. Ambros. vir præstantiss. ex Capitaneis de Cassilione. *Purcellus*.  
 (6) Annus belli hujus Saxonici, quod postremum fuit cum Rodulpho communiter notatur MLXXX. Pugnatum scribit Marianus Scotus inter Elifrum fluvium & Gronæ paludes. At hic noster memoria lapsus, est bellum etenim quod præcessit Thealdi electionem anno MLXXV.

A chiepiscopum tenerent, unanimiter direxerunt Quod ideo Romano Imperatori ab Apostolico, multisque Episcopis olim concessum est, quatenus cum unaquæque civitas unius Sacerdotis, vel Levitæ electionem canonicè facere debent, ut Romæ, multisque aliis civitatibus evenisse cognovimus, duas multo cum sanguine electiones facere satagebat. Quibus Curia regali representatis, Imperator tacitè quid isti, aut Thealdus, quem diu animi, & corporis scientia præpollentem cognoverat, valerent, recogitans, tandem Dominum Thealdum virum valentissimum, ex Regia Camera honorificè ornatum, ac annulo, & virga sublimatum, cunctorum astantium vocibus laudatum, præsentibus civibus, & absentibus universis dedit, atque ut honorificè Mediolanum reciperetur ac haberetur, amicabiliter imperavit (6). Post paucos autem annos (7) Imperator omnium suorum malorum caput, atque fomentum Romæ fore conspiciens, ut ipsam civitatem, atque Gregorium sibi adversantem, sibi que omnibus modis insidiantem obsideret, inenarrabili militum multitudine, necnon Episcoporum multorum corona vallatus venit in Italiam, ubi cum pervenisset, & de eligendo Pontifice Primates consulere Romano, & Dominum Thealdum id ipsum recusantem eligere universi disposuissent, Guibertum Ravennatensem Archiepiscopum, simulque Cardinalem elegerunt, ac electum summa cum diligentia, & cunctorum laude ipsum dementem Græcis facietis affluentem summa cum devotione consecrarunt. Hoc facto Imperator cum universa multitudine, & Pado nimio gelu rigido, ipsum, & militiam universam, tamque servientes sustinente, ac Domino Thealdo omnibus cum Suffraganeis, præter illos, quos ipse Gregorius illicitè sæva interjocante Parthalia, quam ipse incitaverat, à Beati Ambrosii Ecclesia abraferat, quàm ob mysterium Ambrosianum, quod ultra fas, & nefas oderat, & militibus mille, & electis, quos ipse summis, & ex propriis dispendiis ducendo alebat, in mense Decembris Romam castris ordinatis universis confedit; Ubi cum per menses septem Imperator frustra armis, & machinis laborasset, die quadam incompensatè accidit, dum Theutonici universi gentesque diversæ à bello laxatæ quiescerent in castris, duo viri audacissimi Domini Thealdi, & Sancti Ambrosii de familia, pistor, nomine Amizo, & camerlengus ostium cameræ diu, noctuque custodiens, Ugo nomine, prælio, & causis audacissimis assuefacti, armis, & gladiis viriliter accincti, clanculo civitatis munitiones, necnon & custodes, turrium & murorum qualitates perscrutari cupientes, mutuo animati, paulatim, ac pedetentim murum machinis ex parte eruderatam ascenderunt: Qui videntes civitatis custodes dormire, ac universa silentium tenere, gladiis illico evaginati, audacter alios truncabant dormientes, alios è turribus projiciebant inermes. Hoc facto, protinus sese è turribus ostendentes, signum scutis secretissimè, ut sibi Imperator citissimè occurreret, faciebant.

tribuendum est. Pluries certè inter Henricum & Rodulphum pugnatum fuit, quod noster minimè distinguit: paulò accuratius rem narrat Arnulphus lib. V. quem vide.  
 (7) Novem scilicet; nam anno MLXXXIV. Henricus Gregorium VII. Romæ obsedit, & Guibertum Antipapam in Pontificatum evexit XI. Kal. April. feria VI. ante diem Palmarum, ut scribit Abbas Urspergensis, alii que.

bant. Dominus hoc interea videns Thealdus pavore suorum attackus virorum, ut Imperator citissime sibi, & suis occurreret, adhortatus est. Itaque Imperator indignatis Theutonicis, gens invida Longobardis, omnibus illico armatis militibus Urbem paucis truncatis cepit; quin etiam ipsum Gregorium insequentes, in locis tutissimis, & turratis, in veteri Roma semetipsum colligentem obsiderunt. Iis ita gestis Imperator Domini Thealdi tertio Calen. Julii magnifice in auro, & argento novis honoratis militibus, quorum audacia, atque exercitiis Roma capta Imperatori subjacuit, ac cæteris Primatibus diversis exaltatis muneribus, variis fultus honoribus cunctis gratiam dedit, solos secum Theutonicos retinens in palatio sedit Cæsariano.

## C A P. III.

*De morte Oldeprandi, qui Gregorius VII. est vocatus.*

**I**nterea Gregorius se se videns à civibus, & à quampluribus Cardinalibus destitutum, omnique spe auri, & argenti amissa, è quibus Sancti Petri, regias, & cancellos, & altaria decrostando nudaverat, qua secum Romanos tenuerat bellicantes, magis diligentes aurum, quàm Apostolum Paulum, nec non locum, in quo fugerat ipse, nimia, ac diuturna, nocturnaue obsidione exire non posse, ad Robertum Ducem Apuliæ Legatos, ut sibi quancitius posset, gente coadunata immensa, & Sancti Petri regalibus illi refutatis, subveniret cautissime, & secretissime misit. Hic enim Apuliam, & Calavriam, multasque civitates marinas, exiens Nurmandiam, cujus miles pauper cum suisque sociis fuerat, noviter, & injustè cum suis multis criminibus invaserat. Igitur gente coadunata immensa, & Saracenis omnibus, quos habere potuit, in paucis diebus Romam veterem, Romanis se se, ac filios, ac uxores minimè tuentibus, Rufini, & Albini reliquiis deficientibus, armata manu Robertus intravit. Quo ingresso post aliquot dies Imperatorem Urbem exiisse invenit. Itaque gens diversa de Deo ignara,

(8) Locus vitiat; facile tamen conjectura, restituitur.

(9) Immo verò immortali gloria coronatus ad Superos migravit post innumeros exantlatos la-

A sceleribus, ac homicidiis edocta, adulteriis, variisque fornicationibus assuefacta, omnibus criminibus, quæ ferro, & igne talibus agi solet negotiis, se se furialiter immerferat; quin etiam virgines sacratas corruptentes, miserorumque Romanorum uxores incestantes, ac annulos ejus earum digitulis detruncabant (8). Quid multa? tribus civitatis partibus, multisque palatiis Regum Romanorum adustis, Gregorius demum filiis malè crismatis, filibusque pejus consecratis, cui jam spes ulla vivendi in civitate non erat, ab urbe exiliens cum Roberto Salernum profectus est. Ubi per pauca vivens tempora tamquam malorum poenam emeritus interiit (9).

## C A P. IV.

*De transitu Sacerdotis Anselmi, & quoniam incolumis sequenti die apparuit.*

**C**um hæc agebantur universa, & Clericorum schisma, Laicorumque furialia prælia principatum tenerent, quidam Sacerdos Anselmus nomine, quem Dominus Thealdus in Sacerdotio consecraverat, quadam die in Sancti Mauricii vigiliis, dum omnium Sanctorum collectam, Sanctæ Mariæ vespero finito, ante altare Sanctæ Mariæ ad Fonticulum summa cum reverentia diceret, videntibus Clericis, tamquam mortuus, vultu tamen coloratus, pulsantibusque fibris cadens occidit. Quo audito multi ex civitate utriusque sexus exeuntes visu videbant mirabile, omnibusque terribile. Cumque multorum turmæ turmatim ad hoc convenissent inauditum, alii credebant fictitium, alii pedes subula, vel acu securè quasi mortuo pungebant. Factum est autem in altero die circa meridiem, videntibus multis, & stupefactis, quasi ab angustiis liberatus, clamans poenitentiam, spiritu restaurato sibi, se se velocissime erexit: qui multa tormenta incredulis, ac usurariis incredibilia, & honores, & gloriam, quæ super Sanctos vidit viros, pro ut potuit, Angelo sibi hæc omnia ostendente, qui spiritum ejus per diversa portavit, lacrymis multis patefecit.

bores in Ecclesiastica disciplina restituenda. At noster delirat, læsoque palato quæ sana sunt respuit, & ayidè infecta deglutit.

## F I N I S.

**E**rrores, quos Landulphus in historia sua ubique sparserat inde originem habent, quòd in ea fuerit sententia: S. Ambrosium Clero suo permisisse, ut virgini nubere semel posset Græcorum more. Hinc etiam ipsius querelæ, & odium in Romanos Pontifices, qui restituendæ in Ecclesia Mediolanensi veteri disciplina cum SS. Arialdo, & Herlembaldo incubuerant. Joannes Petrus Puricellus adversus Landulphi nostri testimonium pluribus invictissimis argumentis rem adeo exegit in sua peculiari dissertatione cap. LXXXII. vitæ S. Herlembaldi, ut omnem dubitationi locum eriperit. Quamobrem ego, qui Landulphi editionem ornaveram, scandalum passus ab homine dicacissimo, verebar ne piæ Lectorum aures ipsius lectione offenderentur; ob eam rem consultò viri doctissimi laudatam dissertationem hic subtexui, ut Landulpho, & omnibus cum eo sentientibus castigatio præsens esset, & piis omnibus de malignitate, ac mendacio Schismatici hominis ornatissimus triumphus.

JOAN-



121  
JOANNIS PETRI PURICELLI

DISSERTATIO.

Utrum Sanctus Ambrosius Clero suo Mediolanensi permiserit,  
ut virgini nubere semel posset.

I. **I**nter omnes Arialdi adversarios, qui ei dum viveret, ejusque interim fautoribus in os restiterint, neminem profecto adhuc inveni, qui Cleri Mediolanensis conjugia expressè asseruerit à Sancto jam olim Antistite nostro Ambrosio permissa, vel etiam comprobata fuisse. Quocirca ne tale quidem aliquod alicujus adversarii effatum colligi potest ex universo hætenus hoc Opere nostro; quo cæteroqui alia tam multa in medium proferuntur hinc inde argumenta, quibus Clerus, tam noster quàm externus, sua ejusmodi conjugia tutari pertinaciter conabatur.

II. Non defuere tamen alii postea Historiarum Scriptores, qui talibus Cleri Matrimonii patrocinium Sapientissimi pariter, ac Sanctissimi ejus Doctoris disertè non minùs quàm indubitanter affinixerint: eorumque primus se mihi Datus offert ille Chronologus, quem multi nostrum, ac Sanctum fuisse Archiepiscopum, à Sancto Gregorio Papa Magno commendatum, existimarunt; quos ego quidem Dissertationis meæ Nazarianæ Capite 39. è numero 10. refellebam: paulòque post in idem figmentum secundus illi subscribit Landulphus ille Senior, quem Capite pariter illo 39. numero 13. tum etiam Præfatione in hujus Operis Librum Primum, & ejusdem Libri Primi Capite 2. indicavi. Ac suas quidem Historias contemporanei protraxerunt, Datus ad annum Christi saltem septuagesimumquartum, Landulphus verò ad octuagesimumquintum supra Millesimum; sicut ego pro Datio concludebam Capite illo 39. numero 14. pro Landulpho autem in hujus Operis Libro Primo, Capite 2. numero 3.

III. Datum ipsum audiamus. Licet enim tale illius Chronicum nullibi hoc tempore inveniatur; ipsissima tamen ipsius hac de re verba nihilominus habemus è Gualvaneo Flamma, qui duo ejus exemplaria suo tempore suos in usus habebat in promptu. In suo igitur Chronico Majori, secundum exemplar in Ambrosiana Bibliotheca custoditum, Capite 397. Gualvaneus hæc inde posteris exscripta reliquit, quæ pariter ego Dissertationis Nazarianæ Capite illo 39. numero XI. recitabam: *CHRONICA DATII: In Synodo Damasi Primi centumquinquaginta Episcoporum, celebrata in Constantinopoli, ubi Beatus interfuit Ambrosius, gravissima dissensio exorta est inter Sacerdotes uxoratos ex una parte, & inter Sacerdotes sine uxore viventes ex altera. Qui Sacerdotes sine uxore dicebant, Sacerdotes uxoratos salvari non posse. Summus Pontifex hanc questionem commisit Beato Ambrosio. Qui sic ait: Perfectio vitæ, non in castitate, sed in charitate consistit, secundum illud Apostoli (Primæ ad Corinthios Capite 13.) Si linguis hominum loquar & Angelorum, &c. Ideo lex concedit, Sacerdotes semel virginem uxorem ducere, sed conjugium non iterare. Si autem, mortua prima uxore, Sacerdos aliam duxerit;*  
Tom. IV.

A *Sacerdotium amittit. Ipsissima igitur hac de re verba Datii hæc erant, teste Gualvaneo Flamma, qui eis etiam temerè consensit, ut paulò post videbimus.*

IV. Datum, sicuti dicebam, concursus subsecutus est postea Landulphus ille Senior, & ejusmodi sententiam Libro 1. Capite XI. & inscripto *De Monogamis Sacerdotibus secundum Doctrinam Beati Ambrosii*, hunc in modum paulò aliter expressit: *Sedente Beato Ambrosio, gravissima dissensio orta est coram Apostolico in Synodo, inter Sacerdotes Monogamos, & alios sub virginitate, aut castitate degentes. Quod factum, Apostolico imperante, & aliis Episcopis consentientibus, datum est in judicio Beati Ambrosii; ut, quidquid ipse diceret, sanctum & firmum teneretur. At Beatus Ambrosius, cognoscens sensus humanos pronos ad peccandum maximè propter incontinentiam: sciens, aliquem nec virginitatem, nec castitatem nisi à Deo habere posse; quod in Libro de Officiis jam dictaverat, ait: De Monogamia Sacerdotum quid loquar? quando una tantum permittitur copula, & non repetita: & hæc lex est, non iterare conjugium. Sicque dicens, omnem dissensionem compescuit. Itaque Græci Sacerdotes, Ambrosianam tenentes sententiam, usque hodie sancitum, & pro lege sacra habent, ut, quando in Sacerdotio unguuntur aut virginitatem exinde promittant, aut uxores in testimonio bonorum virorum sibi sciunt. Et si contigerit, quòd uxor sua moriatur; aut castè vivunt, tenentes Sacerdotium; aut Sacerdotium amittunt, si amplius aliquam mulierem carnaliter cognoverint. Quorum Ecclesiam in plurimis officiis venerabiliter imitatus est. Quinetiam sacrificium eorum, scilicet fermentatum, cum nostro azimo in celeberrimis festivitatis, maximè in Resurrectione Domini, benedicebat. Talia Landulphus ille Senior, uxoratis per ea tempora Sacerdotibus & ipse addictissimus; ut jam sæpè dictum est.*

V. Sed quid item Gualvaneus Flamma, nonnullique post ipsum alii, qui sinè dubio cæteroqui talia Cleri conjugia damnabant, meritissimèque vetita demum esse profitebantur? En ut ille primam eorum originem jam inde ab Apostolicis temporibus perperam traxerit. Chronici enim sui, paulò ante memorati, Caput 226. sic inscripsit: *Sacerdotes & Episcopi habebant uxores: moxque sic etiam illud persecutus est, & argumentis confirmavit. Potuit Beatus Barnabas successorem instituire, & Ecclesias ordinare; & ordinati poterunt uxores habere. Unde dicit Apostolus primæ ad Timotheum 3. Oportet Episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris virum. Et idem Apostolus, de Diaconibus loquens, in eadem Epistola: Diacones sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene præsent, & domibus suis. Et idem Apostolus dicit ad Titum primo Capitulo: Constitue per singulas civitates Præbyteros, sicut & ego tibi disposui. Si quis sinè crimine est, unius uxoris vir, filios habens*  
Q



bens fideles . Et Luca primo Capitulo habetur, quod Zacharias Sacerdos genuit ex Elisabeth Joannem Baptistam . Ex hoc manifestè apparet, quod licet Episcopis & Sacerdotibus & Diaconibus uxores habere de jure, & in Novo Testamento & in Veteri . Et similè habetur de Eriberto de Arzago, Archiepiscopo Mediolanensi: quod duxit in uxorem nobilem mulierem Uferiam, quæ donavit Monasterio Sancti Dionysii Uferiam . Sed postquam Alexander Papa de Badagio, de Mediolano, statuit, quod nullus Clericus uxorem duceret, sacro approbante Concilio, de cætero nulli Clerico licuit uxorem ducere; præcipuè quia in Ordine Subdiaconatus quilibet Clericus solempniter profitetur perpetuam castitatem . Hæc ibi Gualvaneus . Idemque postea Capite 397. (aliter 396.) inscripto; *Cultus Divinus amplificatur per Beatum Ambrosium*, posteaquam è Datii Chronico varios recensuisset Sacrorum Ministrorum Ordines, in Ecclesia Mediolanensi ab ipso institutos, hæc subdit: *Quos omnes benedixit: & quod quilibet posset accipere uxorem virginem, concessit: Quæ defuncta, & ipsi vidui permanerent, De ista materia habetur supra Capitulo 227. sive illo ipso 226. quod ego supra proferebam, sicut ibi fuerat ab eodem Gualvaneo numeratum. Neque verò his contentus; præsens Caput hunc etiam in modum profequitur: Glosa. CHRONICA DATII: In Synodo Damasi Primi, centumquingenta Episcoporum, celebrata in Constantinopoli, ubi Beatus interfuit Ambrosius: & reliqua, sicut à me recitabantur numero tertio. Sed & rursus Capite 737. de Archiepiscopo nostro Heriberto scribens, sic etiam narrat: *Ejus uxor, dicta Uferia, mulier ditissima nimis, donavit Monasterio Sancti Dionysii possessionem, quæ dicitur Uferia. Talia Gualvaneus in eo Chronico. Eisdem porro Ministrorum Ordines in altero pariter Chronico suo, quod Manipulum Florum appellavit, enumeraverat ex eodem Datio, cum ad extremum Capitis 40. hæc itidem adjecit: *lis omnibus benedicens Beatissimus Ambrosius, una uxore uti posse concessit: quæ defuncta, & ipsi vidui in æternum permanerent. Quæ consuetudo duravit annis septingentis usque ad tempora Alexandri Papæ, quem Civitas Mediolani genuerat. Quocirca etiam postea Capite 152. recensere cœpit, quemadmodum hæc ipsa controversia fuerit ab eodem illo agitata Pontifice, cum Cardinalis adhuc sive Canonicus esset Ordinarius Ecclesiæ Mediolanensis.***

VI. Manuscriptum illud Chronicum, *Flos Florum*, cujus testimonio utebar superiori Libro primo, Capite 6. à me lectum jam fuerat ante annum 1645. & antequam typis ederem Ambrosianæ Mediolan. Basilicæ, ac Monasterii monumenta, in quibus frequens habetur ejusdem Chronici mentio . Cum verò postea illud domino suo, Aloysio ab Ecclesia, mihi tempus in omne grata commemoratione recolendo, reddidisset: cumque deinde anno 1653. Sancti Laurentii Littæ Archiepiscopi nostri vitam conscriberem, statimque per partes festinatam Typographo traderem intra ferias autumnales, neque tunc Codicem illum (sicuti neque Tristani Chalci autographum, de quo item dicam postea) in promptu, & ad manus habere possem; sic existimavi, ut ejus Chronici auctor, per omnia ferme solitus Gualvaneo Flammæ consentire, in eo

A etiam consensisset, quod ille de matrimoniis Sacerdotum Sancto Ambrosio adscripserat . Itaque Capite illic 20. numero 16. idipsum affirmavi . Sed in hoc tamen memoria me fefellit, ut recenter animadverti . Etenim auctor ille Chronici, Gualvaneum sectatus Flammam, in Ambrosio Episcopo longè quidem latèque describendo profequitur omnes illos Ministrorum Ordines ab ipso institutos; atqui de conjugio iisdem permisso ne verbum quidem facit, saniore nimirum, quàm Gualvaneus, consilio . Ac tantummodo postea in Heriberto Archiepiscopo inter alia multa sic inquit folio 128. pagina 2. *Hic Archiepiscopus habuit Uferiam, nobilem mulierem, uxorem: quæ donavit dotem suam Monasterio Sancti Dionysii, quæ usque hodie Uferia dicitur.* De quo tamen additamento quid item mihi videatur, hoc ipso Capite, suo loco aperiam .

B VII. Certè autem Gualvaneo Flammæ in ea etiam parte consensit Petrus ille Azarius, cujus testimonio similiter utebar superioris Libri primi Capite septimo . In Sancto enim Archiepiscopo Ambrosio, facta mentione Cleri ab ipso in Ecclesia Metropolitana instituti, hunc protinus in modum cum Gualvaneo Flamma locutus est: *lis omnibus benedicens Beatus Ambrosius, una uxore uti posse concessit; quæ defuncta, & ipsi vidui in æternum permanerent. Quæ consuetudo duravit annis septingentis usque ad tempora Alexandri Papæ, quem Civitas Mediolani genuerat.*

C VIII. Tristanus quoque Chalcus in eodem fuisse mihi videbatur errore, non quidem secundum typographicam Historiæ suæ Mediolanensis editionem, hæc in urbe anno Domini 1627. elaboratam (in qua videlicet errorem illum prætermitti revera oportuisset, sicuti contra Bernardinum Corium jam fuerat decretum, ut paulò post videbimus) sed secundum exemplar ipsius manuscriptum, immo verò autographum, in Ambrosiana Bibliotheca asservatum . Itaque in Archiepiscopi etiam nostri Laurentii Littæ vita, Capite 20. numero 16. Tristantum quoque Chalcum ex eo autographo connumerabam nonnullis aliis ejus erroris sectatoribus . Verumtamen in eo nihil tale nuper invèni, cum præsens Caput conscriberem, cumque illa denuo scrutarer ejus loca, in quibus hoc olim legisse mihi quidem videbar . Eum igitur in præsentia tacitus prætermitto; sicut etiam eundem interim hac in parte absolvo . Certè tamen hac ipsa occasione illum rursus reum denuncio erroris illius, quem ipsi adscribebam eodem hoc Libro quarto, Capite X. num. 42. Sicut enim error ille sine dubio extat in editione typographica; sic etiam extat in auctoris autographo, necnon etiam in altero exemplari pariter manuscripto, quæ in Ambrosiana Bibliotheca custodiuntur . Quocirca mihi sanè nulla videtur habenda ratio tertii cujusdam exemplaris, quod mihi nuper commodatum fuit ab amico, erga me officiosissimo, eodemque perquam erudito, & selectis pro re historica Libris, aliisque Monumentis abundè instructo, videlicet à Joanne Baptista Blanchino, justitiæ hoc anno 1656. hac in Urbe Consule meritissimo . Quo quidem in exemplari nulla prorsus illic habetur ejus Præposituræ, vel Præpositi Metropolitanæ mentio . Hanc enim de industria (ut ego interpretor) prætermisit alius quispiam ab auctore diversus, qui bene certoque nosset pri-

mam

nam ejus Præposituræ institutionem, quique Tristanum cuperet ab ejus erroris nota liberare.

IX. Venio jam tandem ad Bernardinum Corium, vel hoc ipso contra Cleri Coelibatum errore, censuraque contra ipsum ritè pronuntiata, in ore famæ celebrem. Chronici enim sui Mediolanensis Parte Prima, & secundum anni 1565. editionem Venetam pagina duodecima, singillatim persecutus sacros Ministeriorum Ordines, à Sancto Ambrosio in Ecclesia Mediolanensi seu in Basilica Metropolitana institutos, in hæc verba definit: *Constitutus anco molti Sacerdoti, Lettori, e Ostiarj: e tutti li benedi: e concesse loro, che potessero avere Moglie Vergine; la quale morendo, restassero poi vedovi: come chiaramente si legge nella prima a Timoteo. E che ciò sia vero, apertamente si vede, come Enriberto di Antimiano, Arcivescovo di Milano, del quale in processo dell' Historia ampiamente trattiamo, ebbe per moglie una nobil donna, per nome Useria: alla quale donò il Monastero di San' Dionigi (legendum tamen hic est, la quale donò al Monastero di San' Dionigi; sicut etiam Gualvanus Flamma superiore Numero quinto affirmabat) dove fino al presente è contiguo, una fruttifera vigna, la quale dal nome di quella è chiamata la vigna d'Useria. Ma poi in successo di tempo da Alessandro Terzo Pontefice (verè tamen hic Pontifex non Tertius nominis hujus fuit, sed Secundus) fù ordinato, che alcun Sacerdote à Cherico non togliesse Moglie: e questo ancora fù approvato dal Sacro Concilio, soggiugnendo, che in perpetuo osservassero Castità. Per la qual cosa poi nell' anno mille sessantadue Enribaldo Cotta, volendo perseguire i Cherici maritati, da essi fù crudelmente morto. Onde, come scrive Leone ne suoi Annali, essendo tenuto per Martire, dalla Repubblica fù con somma riverentia fatto seppellire nel Tempio dedicato a San' Dionigi in una cassa circondata di lame di ferro. Quod quidem Corii pro Cottæ sanctitate testimonium, hic tandem adiectum, ego jam supra recitavi Libro Primo, Capite Nono.*

X. Hactenus Auctores, quorum assertione Sanctus Antistes noster Ambrosius matrimonia Sacerdotibus concessit. Sequitur nunc, ut deinceps ostendamus, quàm falsa & detestabilis, quàmque Scriptore Catholico indigna sit ejusmodi assertio. Eam sanè (ut hinc exordiamur) Sacra Indicis Congregatio jamdudum in Bernardino ipsomet Corio, qui eam primus in publicam lucem typis evulgaverat, damnavit, & ex ipsius Chronico abolendam esse sancivit. Sic enim è subsequenti constat Epistola, non multò post ad Cardinalem Archiepiscopum nostrum Federicum Borromæum scripta, & inter Ambrosianæ Bibliothecæ libros custodita, & his exarata verbis:

*Illustrissimo & Reverendissimo Sig. mio  
Osservandissimo.*

*Avendo la Sacra Congregazione dell' Indice considerato, quanto sia desiderato ed utile il Libro di Bernardino Corio sopra l' Istorie di Milano, che nell' Editto delli 16. di Marzo 1621. s'ordina non permettersi, se non corretto: e che non v'erano stati notati altri errori, che nel foglio 12. juxta impressionem Venetam, ASSERIT, SANCTUM AMBROSIUM PERMISSISSE SACERDOTIBUS UXOREM DUCERE, & foglio 629. inquit, Summum Pontificem concessisse Indulgentiam Plenariam Eccl. Tom. IV.*

*clesia Mediolanensi, etiam non contritis: quali errori anche si trovano nell' impressione antica di Milano del 1503. si sono compiacciuti questi Signori Illustrissimi miei Colleghi, che avvisi à sua Signoria Illustrissima, come fò con la presente, che, corretti ò tolti via detti due lochi soli, poss' ella a ciascuno della sua Diocesi dare libera facultà e licenza di leggere e tenere detta Istoria; e che per tutto possa così corretta correre, ed anche di nuovo ristamparsi. Con che, baciando à Vosignoria Illustrissima humilmente le mani, me le offero di cuore. Di Roma li 6. di Ottobre 1621.*

*Di V. S. Illustrissima e Reverendissima  
Umilissimo ed Affezionatissimo Servidore,  
Il Cardinale Bevilacqua.*

*Al Sig. Cardinale Borromeo, Milano.*

Superioris autem Decreti, à Sacra Indicis congregatione conditi, mentio itidem habetur in Librorum Prohibitorum Elencho, per Franciscum Magdalenum Capiferreum, ejusdem Congregationis Secretarium digesto. Litera enim B in eo sic legitur: *Bernardini Corii Historia Mediolanensis non permittatur, nisi correctâ. In Decreto 16. Martii, 1621.*

XI. Quàm falsa porrò sit & adulterina ejusmodi assertio, Sanctus ipse Ambrosius per aurea scripta sua, Catholicæ per Orbem universum Ecclesiæ probatissima, commonstret: eoque in primis commonstret loco, ad quem Landulphus itidem ipse superiore Numero 4. provocabat. Locus autem ille citra dubium est Libri *De Officiis* Primi Caput quinquagesimum simul & ultimum. Quocirca etiam illud idem Caput in altero eorum Landulphi exemplarium, quæ in Capituli Metropolitanæ Bibliothecæ custodiuntur, ego vidi caractere factis recenti adnotatum in ora marginali, juxta eum Landulphi textum extante, ac simul quidem cum hac protinus censura, meo etiam judicio veracissima: *Vid. locum male relatum, & malè intellectum. Unde maxima corruptela Ecclesiæ Ambrosianæ, & perniciosi tumultus, & querela toto hoc Libro expressa.*

XII. Eo igitur loco Sanctus Ambrosius, multa præfatus de virtutibus in Levita & Altaris Ministro necessariis, hunc in modum prosequatur: *De Castimonia autem quid loquar? quando una tantum nec repetita permittitur Copula. Et in ipso ergo Conjugio lex est non iterare Conjugium, nec secundæ Conjugis sortiri Coniunctionem.* Et ecce nobis manifestum jam est, quemadmodum locus ille à Landulpho malè referretur. Inspiciamus nunc, quemadmodum malè pariter ab ipso intelligeretur. Verus enim Ambrosii hoc in loco sensus hic est, ut Evangelicum Levitam ordinari, sive ad sacrum ejusmodi Ordinem promoveri, non liceat, si conjugium jam ante iteraverit, hoc est, si post obitum primæ uxoris alteram duxerit, ac propterea Digamus sit. Illum enim debuisse tantummodò Monogamum esse; ac præterea post eam promotionem debere ab officio conjugali penitus abstinere; sic enim lege sancitum esse. Huc igitur absque dubio spectant Ambrosii verba proxime recitata, necnon etiam deinceps recitanda.

XIII. In hanc enim sententiam sic etiam progreditur Ambrosius: *Quod plerisque mirum videtur, cur etiam ante Baptismum iterato Conjugio ad electionem Muneris & Ordinationis prærogativam impedimenta generentur; cum etiam delicta obesse non soleant, si Lavacri remissa fuerint Sacramento. Sed intelligere debemus,*

hemus, quia in Baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In Conjugio non culpa, sed lex est. Quod culpa est igitur, in Baptismo relaxatur: quod legis est, in Conjugio non solvitur. Ut enim Robertus Cardinalis Bellarminus de Membris Ecclesiae Militantis Libro Primo, qui est De Clericis, Capite vigesimoquarto, §. Ad Hieronymi verò, sapienter docebat: observandum est, controversiam fuisse inter Veteres Patres, an qui unam uxorem habuit ante Baptismum, eaque mortuâ alteram duxit post Baptismum, Bigamus censendus esset, necne. Nam Sanctus Hieronymus in Epistola ad Oceanum contendit, ejusmodi hominem non esse Bigamum; propterea quod per Baptismum sit factus novus homo ex veteri; & nihil ei nocere possit eorum, quae fecit ante Baptismum. Et sanè huic sententiae multum favet Canon 17. Apostolorum, qui disertè prohibet Episcopum fieri, qui post Baptismum bis Nuptias celebravit. Contra verò Ambrosius, Innocentius, & Augustinus locis citatis contendunt, omninò habendum Bigamum, qui duas uxores habuit, sive ante Baptismum, sive post Baptismum. Nam Baptismus diluit peccata, non solvit Conjugia; & renovat hominem quantum ad vetustatem vitiorum, non quantum ad ea, quae re. se habent. Atque hæc sententia tandem prevaluit, & ab universa Ecclesia recepta est. Neque obstat Canon Apostolicus. Fortassè enim eo tempore propter hominum paucitatem dispensabant Apostoli cum illis, qui ante Baptismum uxorem unam vel plures habuerant, modò non habuissent plures post Baptismum. Neque enim est hoc præceptum Apostoli (nempe Pauli, primæ ad Timotheum Capite 3.) omninò indispensabile. Hactenus Bellarminus ibi. Sed ad ejusdem sententiæ confirmationem nobis placeat Sanctum itidem Augustinum loco per ipsum indicato audire. Libro enim 20 De Bono Conjugali, Capite 18. sic ille sentiebat: Quod acutius intellexerunt, qui nec eum qui Catechumenus vel Paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De Sacramento enim agitur, non de peccato; nam in Baptismo peccata omnia dimittuntur. Propter Sacramenti autem sanctitatem, sicut fœmina, etiam si Catechumena fuerit vitiosa, non potest post Baptismum inter Dei Virgines consecrari; ita non absurdè visum est, eum, qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam Sacramenti amisisse, non ad vitæ bonæ meritum, sed ad Ordinationis Ecclesiasticæ signaculum necessariam. Sed hinc ad Ambrosium revertamur.

XIV. Ille verò sic etiam subinde protinus interrogat: Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conjugia frequentaverit? Quod quidem argumenti genus tamen si propriè ab Ambrosio in eos dirigatur, qui à primis nuptiis ad secundas transferint, quibusque propterea promotio Sacrum ad Ordinem negabatur; non immeritò tamen à Catholicis Doctoribus secundum proportionem accommodatur iis etiam Ministris, qui post Sacram Ordinationem officio conjugali operam darent. Bellarminus nominatim Libro pariter Primo De Clericis, Capite 19. varia enumerans impedimenta, quæ conjugale officium Sacerdotibus, aliisque sacratis hominibus afferret, id etiam enumerat: Tertio impedit efficaciam prædicationis, ut Ambrosius docet Libro Primo de Officiis, Capite ultimo. Quomodo enim efficaciter exhortabitur viduas, & virgi-

A nes, qui liberis perpetuò operam dat? Similiter etiam Gregorius de Valentia in Libro De Celibatu, Capite 5. Obstat item (Matrimonii usus) officio docendi & exhortandi. Nam qui consuetudine conjugali implicatus est, non potest certè cum satis magna efficacia & auctoritate virgines & viduas, & alios de Populo, qui nondum Matrimonio juncti sunt, ad continentiam adhortari; ut Divus Ambrosius Libro Primo de Officiis, Capite ultimo adnotavit.

B XV. Quæ proximè subsequuntur ibidem Ambrosii verba, eadem sanè commonstrant, quàm rationi consentaneum, quinetiam necessarium ille censuerit, ut Sacri Ministri post Sacram Ordinationem ab usu conjugii deinceps in perpetuum abstinerent; si fortè prius nupsissent, atque suam sibi uxorem adhuc superstitem haberent. INOFFENSUM AUTEM (inquit) EXHIBENDUM ESSE ET IMMACULATUM MINISTERIUM, NEC ULLO CONJUGALI COITU VIOLANDUM, COGNOSCITIS, QUI INTEGRO CORPORE, INCORRUPTO PUDORE, ALIENI ETIAM AB IPSO CONSORTIO CONJUGALI, SACRI MINISTERII GRATIAM RECEPISTIS. Quod eo non præterii; quia in plerisque additioribus locis cum Ministerium gererent, vel etiam Sacerdotium, filios susceperunt: & id tamquam usu veteri defendunt, quando per intervalla dierum Sacrificium deferbatur, & tamen castificabatur etiam Populus per biduum, aut triduum, ut ad Sacrificium purus accederet, ut in Veteri Testamento legimus. Et lavabat vestimenta sua. Quem tamen prætextum hac Ambrosius illicò refellit ratione: Si in figura tanta observantia; quanta in veritate? Disce Sacerdos, atque Levita, quid sit lavare vestimenta tua, ut mundum corpus celebrandis exhibeas Sacramentis. Si Populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur (Exodi 19.) accedere ad Hostiam suam; tu illotus mente pariter & corpore audes pro aliis supplicare, audes pro aliis ministrare?

D XVI. Et hactenus quidem satis à nobis examinatus sit prior ille Sancti Ambrosii locus, quem sibi Landolphus pro suo errore usurpabat in testimonium. Videamus nunc, quemadmodum Sanctus idem Doctor eandem sententiam suam disertè aliis etiam in locis expresserit.

E XVII. Certè autem Libro De Dignitate Sacerdotali, Capite 4. explicans illud Apostoli Pauli ad Timotheum primæ Capite 3. Oportet Episcopum esse unius uxoris virum, sic habet: Si ad superficiem tantum literæ (sive ad sensum literalem) respiciamus; prohibet Bigamum Episcopum ordinari. Si verò ad altiorum (sive ad mysticum) sensum conscendimus; inhibet Episcopum duas usurpare Ecclesias. Et si adhuc introrsus profundiora perscruteris; monet, ne post Catholicum dogma, sensum inveniatur Episcopus habere hæreticum, sed Christianam tantum Orthodoxam & Catholicam sibi associet Fidem; ut unius tantummodo uxoris & Catholicae Ecclesiae vir Episcopus vocetur. Et aliquanto post, explicans illud item, quod ab eodem Apostolo ibidem adjectum legitur: Domui suae bene præesse, filios habentem subditos cum omni castitate, sic etiam inquit: Domui suae bene præesse potest, qui corporis sui servaverit castitatem. Domui, inquit, hoc est, corpori suo tali jure dominetur, ut non subdatur ipsius voluntati, ne in deside-

rio luxuriæ deditus in præcipitium demergatur, sed potius filios suo castitatis exemplo ad pudicitiam regulam doceat. Nam si quis Domui suæ præesse nesciat; quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit? Hoc est enim de quo superius diximus: Qui cordis sui domum excolere non valet, quomodo plurimorum adhibebit diligentiam?

XVIII. Et rursus in Epistola ad Ecclesiam Vercellensem, quæ secundum Romanam editionem, à Sixto Papa Quinto, cum Cardinalis esset, emendatam, & Pontificio postea Diplomate commendatam, vigesimaquinta est Libri Tertii Epistolarum, hæc habet: *Hæc posui, quæ cavenda acceperim. Virtutum autem Magister Apostolus est, qui cum patientia redarguendos doceat contradicentes: qui unius uxoris virum præcipiat esse: non quo extorrem excludat conjugii; nam hoc supra legem præcepti est: sed ut conjugali castimonia servet ablutionis suæ gratiam.* NEQUE ITERUM, UT FILIOS IN SACERDOTIO CREARE APOSTOLICA INVITETUR AUCTORITATE; HABENTEM ENIM DIXIT FILIOS, NON FACIENTEM: neque conjugium iterare. Quod ideo non prætermisi, quia plerique ita argumentantur: Unius uxoris virum dici post Baptismum habitæ, eo quod Baptismo vitium sit ablutum, quo afferebatur impedimentum. Et vitia quidem, atque peccata diluuntur omnia; ut si quis contaminaverit suum corpus cum plurimis, quas nulla conjugii lege sociaverit, remittantur ei omnia: sed conjugia non resolvuntur, si quis iteraverit. Culpa enim Lavacro, non lex, solvitur. Nulla enim culpa conjugii, sed lex est. Quod legis est igitur, non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo & Apostolus legem posuit, dicens: Si quis sine crimine est, unius uxoris vir. Ergo qui sine crimine est, unius uxoris vir, tenetur ad legem Sacerdotii suscipiendi; qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogativa exiit Sacerdotii. Diximus, quid legis est: dicamus etiam, quid rationis. Sed prius cognoscamus, non solum hoc Apostolum de Episcopo & Presbytero statuisse, sed etiam Patres IN CONCILII NICÆNI TRACTATU addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, servandam Marito fidem, quam ipse priori conjugio non reservaverit? Aut quid interesset inter Populum & Sacerdotem, si iisdem adstringeretur legibus? Debet præponderare vita Sacerdotis, sicut præponderat gratia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. Hactenus in ea Sanctus Ambrosius Epistola.

XIX. Ad Precationem nunc progredior illam, quam idem Ambrosius primam concinnavit, ut semetipsum reliquosque suos Sacerdotes ad celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii præpararet: quæ Precatio legitur etiam prope finem Tomi ejus Operum Quinti, hoc est, ante Hymnos ipsius. Illic enim, non procul ab initio, has item ad Deum preces fundebat: *Rex Virtutum, Castitatis & Integritatis Amator, Deus, cœlesti rore Benedictionis tuæ extingue in corpore meo totum fomitem ardentem libidinis; ut maneat in mentenor totius castitatis animæ & corporis. Martifica in me carnis stimulos, & omnes libidinis*

A commotiones: & da mihi veram & perpetuam castitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate; ut Sacrificium laudis casto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim, Domine Jesu Christe, cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis castitate & animi puritate istud divinum & cœlestè Sacrificium est celebrandum? ubi Caro tua in veritate sumitur, ubi Sanguis tuus in veritate bibitur, ubi summa imis junguntur, ubi adest præsentia Sanctorum Angelorum, ubi tu es Sacerdos & Sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus. Quis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus Omnipotens offerentem feceris dignum?

B XX. Postremum nobis nunc est, ut in ejusdem, quam contendimus, veritatis testimonium veniant etiam Commentaria in Epistolas Sancti Pauli, quæ communius Sancto Ambrosio adscribi solent, quæque in ea etiam, quam supra memorabam, editione Romana & emendatiori legitimis ejus Operibus connumerantur. In Commentario enim primæ ad Timotheum Epistolæ, ad ea Capitis tertii verba: *Oportet Episcopum esse unius uxoris virum*, ita prorsus interpretatur: *Quamvis secundam numero uxorem non sit habere prohibitum; ut tamen quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licitam debet spernere, propter sublimitatem ipsius Ordinis; quia cæteris melior debet esse, qui cupidus est sedis illius.* Et aliquanto post, ad ea verba: *Diaconi sint unius uxoris viri*, sic item progreditur: *Ea, quæ minus dixerat de Ordinatione Diaconatus, nunc subjecit. Ostendit etiam, ipsos unius uxoris viros esse debere, ut hi ad Ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi Constitutum Dei. Homini enim unam uxorem decrevit Deus, cum qua benedicatur; nemo enim cum secunda benedicatur: qui si filios benè gubernaverit, & domos suas, idest vernaculos, aut domesticos; poterunt digni fieri Sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum; ut sciant, se posse impetrare, quod postulant; JAM DE CÆTERO SE AB USU FOEMINÆ COHIBENTES.* Veteribus enim idcirco concessum est Levitis, aut Sacerdotibus uxores ad usum habere, quia multum tempus otio vacabant à Ministerio, aut Sacerdotio. Multitudo enim erat Sacerdotum, & magna copia Levitarum, & unusquisque certo tempore serviebat divinis ceremoniis secundum institutum David. Hic enim viginti & quatuor classes constituit Sacerdotum, ut per vices deservirent. Unde Abia octavam classem habuit: cujus vice Zacharias (Lucæ primo) suagebatur Sacerdotio; sicut continetur in Paralipomenon. Itaut tempore, quo non illos contingebat deservire Altari, domorum suarum agerent curam. At ubi verò tempus imminebat Ministerii, purificati aliquantis diebus accedebant ad Templum, offerre Deo. Nunc autem septem Diaconos esse oportet, & aliquantos Presbyteros, ut bini sint per Ecclesias, & unus in Civitate Episcopus: AC PER HOC OMNES A CONVENTU FOEMINÆ ABSTINERE DEBERE, QUIA NECESSE EST, EOS QUOTIDIE PRÆSTO ESSE IN ECCLESIA, NEC HABERE DILATIONEM, UT POST CONVENTUM LEGITIME PURIFICENTUR, SICUT VETERES. Omnis enim hebdomada offerendum est, etiamsi non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada; etsi non desint qui ferè quotidie bap-



baptizentur aegri. Nam veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in Templo non videbantur, sed erant privati. Si enim plebeis hominibus orationis causâ ad tempus abstinere se præcipit (Sanctus Paulus primæ ad Corinthios capite 7.) ut vacent orationi; quanto magis Levitis, aut Sacerdotibus, quos die noctuque pro Plebe sibi commissa oportet orare? Mundiores ergo esse debent cæteris, quia Actores sunt Dei.

XXI. Hæc Sanctissimus Antistes noster Ambrosius in iis Commentariis; si tamen ipse vera illorum est auctor. Robertus sanè Cardinalis Bellarminus id pro certo & indubitato supposuit Libro Primo *De Clericis* capite 19. §. *Ambrosius*, cum superiorem illorum textum innueret, & capite 20. §. *Quod autem*: secus autem profectò sensit in Libro *De Scriptoribus Ecclesiasticis*. De Sancto enim Ambrosio Mediolanensi ad annum 374. agens, sive observationem in ejus Opera contexens, ita concludebat: *In Quinto Tomo sunt Commentaria in Epistolas Sancti Pauli: quæ à multis non creduntur Ambrosii, nec sine causa*. Quæ de re consuli per me quidem possunt Alfonso Salmeron Commentariorum suorum Tomo decimotertio, qui primus est in omnes Beati Pauli, & Canonicas Epistolas: Libro scilicet primo, disputatione 19. & Cornelius à Lapide suis item in Commentariis in omnes Divi Pauli Epistolas, qua parte inter primordia Operis differit de Interpretibus Epistolarum Sancti Pauli, pagina mihi 24. & in caput septimum, ac versum undecimum Epistolæ primæ ad Corinthios. Memini verò etiam, me multis ab hinc annis legisse luculentam ejusdem argumenti Lucubratiunculam, separatim editam, & à Nicolao Rufca contextam, & à Cardinali Baronio comprobata. Quam cum ego Religioso cuidam ex Ordine Prædicatorum, & è Ruscarum cognatione commodassem (ut sæpè mihi accidit) amisi. Nicolaus autem ille Rufca erat Sacræ Theologiæ Doctor, Sondrii in Valle-Tellina Archipresbyter, & Federico Cardinali Archiepiscopoque nostro Borromæo dilectissimus, mihiq; amicissimus, necnon etiam studiosissimus Catholicæ Fidei Propugnator. Quocirca etiam iniquissimè tandem ab Hæreticis Anno Domini supra millesimum sexcentissimum decimo octavo necarus est: ejusque vita & mors à Joanne Baptista Bojacha, Jurisconsulto Comensi, latinè descripta & Comensibus typis anno sæculi ejusdem vigesimo primo evulgata circumfertur; sicut etiam ipsiusmet Nicolai liber, anno sæculi superioris nonagesimo octavo editus, quo acta disputationis Tiranensis adversus Calvinum, & Ministros Calvinii Defensores continentur. Sed hinc ad proprium præsentis Capituli institutum redeamus. Pro ea igitur sua & aliorum sententia Bellarminus multas colligit causas & rationes, & inter illas hanc quoque nominatim tertio loco; quòd inter multa, quæ talium Auctori Commentariorum exposuerit contra Sancti Ambrosii sententiam, ita planè in Commentario primæ ad Timothæum exponat illud item Capituli primi, *Regi Sæculorum, Immortali* &c. contraquam scilicet Ambrosius ipse revera exposuerit Libro secundo *De Fide*, Capite primo ac tertio, & Libro tertio, Capite secundo. Quid si verò Commentaria illa verè fuerint à Sancto Ambrosio composita, sed ab alio postea nonnullis in locis deprava-

A ta? & in iis nominatim, quos Bellarminus aliiq; opinionis ejusdem homines reprehendunt; sed non in eo, quem supra ego producebam; quippe cum ille planè consentiat cum cæteris illis Lucubrationibus, Ambrosio nostro indubitanter adjudicatis, nec ab ullo vitiatis. Quocirca si quis etiam constanter altercari velit, mordicusque contendere, Commentaria illa nullo modo adscribi posse Ambrosio nostro; ego sanè in præsentem non valde repugnabo. Ad præsentis enim quæstionis, & Capituli institutum satis etiam mihi sunt reliqua illa, superioribus illis è locis deprompta; ut summatim ostendere mox aggredior.

B XXII. Ea quippe tres habent hæc partes: videlicet expositionem litteralem illorum Sancti Pauli verborum, quibus præscribatur, ut Episcopus esset unius uxoris vir: cessationem ab usu Conjugii, postea quam susceptus fuerit Ordo Sacer: differentiam inter Veteris ac Novi Testamenti Ministros: quæ quidem partes mihi abundè ad præsentem institutum sufficiunt.

C XXIII. Secundum Ambrosii ergo expositionem Sanctus Paulus in ea Epistola præscribat, ne, qui post primæ uxoris obitum alteram duxit, ad Episcopatum, vel ad Diaconatum admitteretur. Benè autem Bellarminus Libro primo *De Clericis*, Capite 23. veram excutiens eorum Sancti Pauli verborum intelligentiam, non dubitavit affirmare: *Sententia Catholica Ecclesiæ semper verba illa Beati Pauli ita intelligenda esse docuit, ut prohibitum sit, Sacris Ordinibus initiare eos, qui quovis modo Bigami fuerint. Quam sententiam probare possumus tribus argumentis*. His ergo subinde illam optimè probat: & primo quidem Sacris ex Literis: secundo ex tempore, quo Sanctus Paulus hæc scripsit: tertio ex auctoritate Patrum, qui semper hunc locum de Monogamia ita intellexerunt, ut non liceat, Episcopum vel Diaconum creari eum, qui duas uxores, etiam diversis temporibus, habuerit. Inter hos ergo Patres, post Tertullianum ac Sanctum Epiphanium, testimonio etiam utitur Ambrosii. Ejusque verba sunt hujusmodi: *Tertullianus Libro Primo ad Uxorem: Quantum Fidei detrahant, quantum obstrepant sanctitati Nuptiæ secundæ, disciplina Ecclesiæ, & præscriptio Apostoli declarat, cum Bigamos non sinit præsidere, cum viduam allegi in Ordinationem, nisi univiram, non concedit*. Quibus Tertulliani verbis illico subdit Bellarminus: *Neque dubium est, quin per Bigamos intelligat eos, qui duas uxores habuerunt, non simul, sed unam post alteram. Nam de hac Digamia in toto Libro loquitur; hortatur enim uxorem suam, ut, se mortuo, non ineat secundas Nuptias. Similia habet in Libro de Monogamia, & in Libro de Exhortatione Castitatis*. Et paulò post: *Epiphanius Hæresi 59. Catharorum: Quæ ad Sacerdotium tradita sunt, propter eminentiam celebrationis Sacrorum, ea æqualiter ferri ad omnes putaverunt; cum audierint, quòd oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, continentem; similiter & Diaconum, & Presbyterum. Revera enim non suscipit sancta Dei prædicatio post Christi adventum eos, qui à Nuptiis, mortua ipsorum uxore, secundis Nuptiis juncti sunt, propter excellentem Sacerdotii honorem, ac dignitatem. Et hæc certò Sancta Dei Ecclesiæ cum sinceritate observat. Hæc ille. Ubi apertissimè loquitur de Digamia plu-*

plurium uxorum successiva; cum eos Digamos appellet, qui, mortua uxore, aliam ducunt, & cum Catharos reprehendat, qui ex hoc loco Pauli etiam laicis interdicebant secundas Nuptias. Hinc autem Bellarminus ad Sancti Ambrosii testimonium ita progreditur: *Ambrosius Libro 10. Epistola 82. ad Ecclesiam Vercellensem, tractans hunc locum Pauli, unius uxoris vir: Qui inquit, Conjugium iteraverit, culpam non habet coinquinati, sed prerogativa exiatur Sacerdotis. Et paulo post: Similia habet Ambrosius Libro Primo de Officiis Capite ultimo, & Libro de Dignitate Sacerdotali, Capite 4.*

XXIV. Secunda pars, ex indubitatis illis Ambrosii testimoniis à me summatim deprompta, hæc erat: Ut Monogami etiam illi, qui, viventibus etiamnum suis uxoribus, Sacros ad Ordines promoti essent, nihilominus ab usu Matrimonii deinceps abstinere in perpetuum deberent. Quocirca hinc præsertim, apertè refellitur Matrimoniorum usus, qui Arialdi tempore apud Clerum Mediolanensem pariter ac Græcum vigeat. Qualis verò apud Mediolanensem illè tunc esset: hoc jam vidimus præsentis Libri Quarti Capite 3. Num. 1. Qualis item apud Græcum tunc esset: me profectò non pœnitet hoc jamdudum è Doctissimi Bellarmini Libro Primo De Clericis didicisse, neque nunc pudet ejus hac de re verba hunc in locum afferre. Cum ergo Capite 19. ipse contenderet, Cœlibaturn jure Apostolico rectissime annexum esse Sacris Ordinibus, itaut nec ducere uxores, nec uxoribus antea ductis uti liceat post Ordinationem: positivo quidem jure, sed antiquissimo & æquissimo, & quod nullo modo expediat, ut hoc tempore relaxetur; tum verò duos sibi ad refellendum proposuit errores; unum Græcorum, alterum Lutheranorum. Ac de Græcorum errore sic inquit: *Prior error est: Oportere Clericos, antequam Ordines Sacros suscipiant, uxores ducere; quia post Sacros Ordines susceptos non licet id facere, & nimis magno periculo fornicandi se exponit, qui sine uxore vivit. Hujus erroris aliqui auctorem faciunt Nicolaum, unum ex septem primis Diaconis. Sed, quidquid de hoc sit, constat, Vigilantium hunc errorem expressè docuisse. De quo sic Beatus Hieronymus initio Libri contra Vigilantium: Proh nefas, inquit, Episcopus sui sceleris dicitur habere consortes; si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam. Dehinc verò Bellarminus ipse sic profequitur: Hunc errorem receperunt Patres Concilii Trullani circa Annum Domini Septingentesimum; ut patet ex Canone 13. ubi profana illa Synodus damnat nominatim Canones Romanæ Ecclesiæ, & contrarium statuit: nimirum, ut Clerici ante Subdiaconatum uxores ducant, & cum eis vivant postea, in Sacris Ordinibus constituti. Tempore hujus Synodi cepit mos Græcorum, qui nunc est. Auctus autem est & confirmatus tempore Leonis Noni, quando dissidium Græcorum à Latinis maxime crevit in multis aliis articulis. Unde extat Liber Humberti Cardinalis, eo tempore scriptus de hac re contra Nicetam Abbatem, qui hunc morem Græcorum tunc acerrimè defendebat. Et aliquanto post: Synodus Trullana Canone sexto prohibet, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut Subdiaconi, post Ordinationem suam, uxorem ducant, & Canone quadragesimo*

A octavo præcipit, ut Episcopus non cohabitent uxori. Sic etiam eodem Capite Bellarminus postea colligit, morem Græcorum, quem nunc habent, non fuisse primis sexcentis annis; ut patet (inquit) ex iisdem Auctoribus (quos utique multos jam produxerat) necnon ex Chrysostomo, Hieronymo, & Leone, locis citatis. Et rursus Capite 21. Ad Tertium (inquit) dico, illos Canones non esse ullius approbati Concilii. Nam vera Sexta Synodus nullos Canones edidit, ut patet ex Septima Synodo, Actione 4. & 5. sed post Sextam Synodum quidam Episcopi convenerunt Constantinopoli, & in Palatio Imperatoris Justiniani Secundi, quod Trullum dicebatur, Canones istos ediderunt nomine Sextæ Synodi. Ceterum hos Canones non solum nullus Romanus Pontifex probavit, sed etiam apertè improbavit Sergius Papa, qui tunc sedebat; ut Beda scribit in Libro de Sex Aetatibus, in Justiniano; & Paulus Diaconus Libro 8. Capite 9. De Rebus Romanis. Vocat autem Beda Erraticam Synodum Cœtum illorum Patrum, qui hos Canones ediderunt. Et pauculis interpositis, de Synodo hac Trullana sic addit: Non permittit, ut ulli Clerico, post Sacrorum Ordinum susceptionem, liceat uxorem ducere; sed solum, ut liceat uti uxore ante Ordinem ducta. Et hoc etiam non permittunt Episcopis, sed solum inferioribus Clericis; ut patet ex Canone 6. 12. & 48.

C Hactenus pro instituto nostro Bellarminus; ut apertè dignosceretur, qualis apud Græcos esset Matrimoniorum usus Arialdi nostri tempore, quàmque concursus ille tunc esset cum Cleri Mediolanensis usu. Accipe nunc, quemadmodum contra talem Matrimoniorum usum, à Clero sive Latino, sive Græco usurpatum, idem Bellarminus eodem illo Capite 19. argumentatus fuerit Ambrosii etiam nostri testimonio, posteaquam multos alios Patres tam Græcos, quàm Latinos, eidem illi usui opposuisset. *Ambrosius (his utique verbis utebatur illic Bellarminus) Libro Primo de Officiis, Capite ultimo: Inoffensum, inquit, exhibendum, & immaculatum Ministerium, n.c. ullo conjugali coitu violandum cognoscitis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio conjugali, Sacri Ministerii gratiam recepistis. Quod ideo non præterivi, quia in plerisque abditioribus locis, cum Ministerium gerent, vel etiam Sacerdotium, filios susceperunt. Idem in Epistola 82. ad Ecclesiam Vercellensem: Habentem, inquit, filios, dixit Apostolus, non facientem &c. Et in Caput primum (verius tertium) Epistola primæ ad Timotheum: Deinceps, inquit, ab usu femine cohibentur &c. Etenim talia in hanc Sancti Pauli Epistolam Commentaria Bellarminus hoc loco inter veros Ambrosii nostri fœtus computabat; ut ego quoque supra observabam.*

E XXV. Sed operæ pretium est unà cum eodem Bellarmino tertiam quoque illam in Ambrosii testimoniis examinare partem, quam ego innuebam, & ex ea simul cum ipso argumentari. Quippe Capite illo 19. pro Clericorum Cœlibatu, sibi ad probandum proposito, multa collegerat Novi Testamenti pronuntiata; cum probationem suam sic etiam confirmavit: *Præterea in Veteri Testamento continentiam ab uxoribus videmus inprimis fuisse requisitam in iis, qui Deo propinquaturi, vel rem aliquam sanctam tractaturi erant. Nam Exodus 12. præcipitur, ut comesturi Agnum Paschalem renes suos accingerent: quo signifi-*

caba-



cabatur, ut Gregorius exponit Homilia 22. super Evangelia, debere eos carnis voluptatem edomare, qui Agnum Paschalem comedunt. Exodi 19. cum Populus Legem à Deo accepturus esset; ait illis Moses: Estote parati in die tertium: & ne appropinquetis uxoribus vestris. Quo testimonio utitur Ambrosius Libro Primo de Officiis, Capite ultimo, ad probandam continentiam Clericorum. Atque hoc quidem illud est, quod propriè hoc loco nos intendimus; sed nihilominus cum eodem Bellarmino ad uberiores probationem progrediamur. Subdit ergo deinceps: Item Exodi 28. præcipit Deus, ut Aaron & filii ejus, cum ingrederentur Tabernaculum, feminalibus lineis à renibus usque ad femora tecti essent: quo exponit Beda Libro Tertio de Tabernaculo, Capite 9. significatum esse, debere Sacerdotes Novi Testamenti aut virgines esse, aut contracta cum uxoribus fœdera dissolvisse. Item Libri Primi Regum Capite 21. noluit Achimelech Sacerdos dare David Panes Propositionis comedendos, nisi prius intellexisset, eum ab uxore aliquandiu se continuisse: ex quo deducit Beatus Hieronymus in Caput Primum ad Titum., perpetuam requiri in Sacerdotibus continentiam etiam ab uxoribus, qui Corpus Christi, quod illo Pane Propositionis significabatur, conficiunt, edunt, aliisque tradunt. Denique ex Libro Primo Paralipomenon Capite 24. & Lucæ 1. colligitur, Sacerdotes Veteris Testamenti per vices suas ministrare solitos, & toto eo tempore, quo ministrabant in Tabernaculo, à domo & uxore abfuisse. Ex quo deducunt Syriacus Papa in Epistola ad Himericum, & Innocentius Primus in Epistola ad Vitricium., necnon Beda in Caput primum Lucæ, quòd si illi tempore, quo ministrabant, ab uxoribus abstinebant, omnino decere, ut Sacerdotes nostri, qui non per vices, sed semper ministrant, semper ab uxoribus se contineant. Hæc ibi Bellarminus.

XXVI. Cum igitur indubitata illa Sancti Ambrosii testimonia doctrinam ejusmodi contineant: cumque pro indubitato simul ille supponatur de Sacrorum sive Græcorum, sive nostratum Ministrorum Cœlibatu non aliter unquam judicasse, quàm suis in Libris luculenter & expressè judicaverit; consequens profectò est, ut inexcusabilis temeritatis & impudentiæ notam evadere non possit, qui eum nihilominus contendat Matrimonii favisse illis, quæ Græci, vel etiam nostrates Sacerdotes unquam usitarint. Negat enim Divinus ille Doctor, præcisèque negat, ejusmodi Matrimonia fuisse à Sancto Apostolo Paulo approbata, si contracta fuerint ab iis, qui mox ad Ordinem Sacrum promovendi essent. Negat, eorum usum esse licitum promotis ad Ordinem Sacrum, eorumque pariter usum congruere negat Ministerio, Testamenti Novi proprio, quod longè majoris est dignitatis & sanctitatis, quàm esset Testamenti Veteris Ministerium. Et hæc quidem planè jam constant ex ipsismet Ambrosii verbis jam supra recitatis; sed planius aliquantò etiam constabunt, si paulò minutiùs insuper & accuratiùs ipsamet examinemus assertiones Historicorum. quos nobis supra opponebamus.

XXVII. Datus in primis Ambrosium asserbat ejus dissensionis constitutum fuisse arbitrium ab ejus Patribus Concilii, Constantinopolitana in Urbe congregati, cui tunc etiam ipse interesset. Hoc autem Concilii nomine

A non aliud profectò intelligere potuit, quàm Constantinopolitanum OEcumenicum, quod (ut bene computat Baronius) Anno Domini Trecentesimo octuagesimo-primo celebratum fuit, & cui centum-quingenta Episcopi citra omnem controversiam ea in Urbe interfuerunt. Atqui certissimum etiam ex adverso est, neque Damasum Papam, neque Ambrosium nostrum illic interfuisse; sed solos interfuisse Orientales Episcopos; ac propterea etiam non alium, quàm ipsos, ei tandem subscripsisse. Concilium quippe illud auctoritate quidem Damasi Papæ (sive per ejus Litteras, ab Imperatore Theodosio Seniore ad Orientales Episcopos transmissas) convocatum illuc fuit; atqui non ipsemet Damasus, nec alius quispiam ex Occidentalibus Episcopis illuc perrexit. Et hæc quidem omnium etiam Ecclesiasticorum per ea tempora Historicorum consensu testatissima sunt. Quocirca etiam Bellarminus De Conciliis & Ecclesia Libro Primo Capite 5. posteaquam Constantinopolitanum hoc Concilium inter Generalia & à Pontifice Romano approbata secundo loco numerasset, ita subdit: Est verò animadvertendum, in hoc Concilio neminem adfuisse ex Provinciis Occidentalibus. Siquidem Damasus Papa Romæ coegerat Synodum Occidentalium, atque ad eum locum invitaverat Episcopos, qui Constantinopoli convenerant; ut eo modo Romæ celebraretur Concilium plenissimum. Sed quia Patres Orientales justis de causis Romam venire non potuerunt; accepit Damasus excusationem eorum; & animis, ac sententiis duæ illæ Synodi conjunctæ sunt, ac si una & eadem fuissent. Atque propter hujusmodi conjunctionem habita est Synodus Constantinopolitana una ex OEcumenicis & legitimis Synodis. Vide Theodoretum Libro Primo Historiæ Capite 9. & 10. Hactenus Bellarminus. De qua tamen Orientalium excusatione paulò aliter sensit Baronius ad Annum Christi 382. Non igitur re vera illic affuit Ambrosius; ac propterea ne Concilii quidem illius Patres dijudicationem illius dissensionis ei soli reservarunt.

D XXVIII. Sed illud etiam huc accedit, quòd nemo veterum Scriptorum asseruisse unquam legitur, talem illam dissensionem in eo fuisse Concilio excitatam. Quòd si etiam tunc ibi fuisset excitata, ibique tunc pariter Ambrosius ipse affuisset; ne credibile quidem videretur, eos Patres ei soli reservare voluisse hoc judicium, quod alioqui de re sanè gravissima esset. Sicut enim de nonnullis aliis minoris momenti rebus ipsi Decreta unanimes condiderunt; sic etiam universi pariter quæstionem illam dijudicassent. Sed hinc progrediamur ad rationem, qua permotus Ambrosius à Datio dicebatur sententiam in uxoratorum favorem Sacerdotum pronunciasse.

E XXIX. *Perfectio vitæ* (inquit) *non in castitate, sed in charitate consistit.* Orationem planè irrationabilem, atque Ambrosio indignissimam: & ut nihili prorsus ab ipso faciendam, sic etiam nihili prorsus ab ipso factam! Quidni verò cæteroqui Ambrosius similiter ob eandem rationem Virginibus, quæ Sacrum ad Velamen admitti cuperent, concessit, ut una vice Matrimonium contraherent? Etenim, secundum illud Apostoli, quemadmodum vitæ perfectio non in castitate, ita neque in virginitate consistit, sed in charitate. Quidni verò præterea ille Sacris etiam Ministris concessit, ut non solum semel nu-  
bere

bere possent, sed etiam iterum ac tertio, quin etiam toties, quoties Laicis licitum esset? Non enim solo primi ejus Matrimonii tempore, sed omni prorsus tempore perfectio vitæ, secundum illud Apostoli, consistit in charitate, non autem in castitate.

XXX. Priusquam tamen acrius Datum absurdum ejusmodi consecrariis urgeamus, per commodum profectio ac perutile erit luculenter explicasse, quemadmodum perfectio vitæ spiritualis, secundum rei veritatem, atque secundum Apostoli Pauli sententiam, consistat in charitate. Præclare autem Bellarminus *De Membris Ecclesiæ Militantis* Libro Secundo, qui est *De Monachis*, Capite secundo, sic docebat: *Sunt autem hoc loco annotanda quædam. Primum illud est, veram perfectionem in charitate consistere. Perfectio enim uniuscujusque rei in eo posita est, ut fini suo ultimo quam altissime conjungatur. Finis autem hominis Deus est: charitas vero maxime unit hominem cum Deo, juxta illud Primæ Joannis quarto, Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo: & ad Colossenses tertio, Charitas est vinculum perfectionis, id est vinculum, quod, ligans hominem cum Deo, hominem reddit perfectum vel (ut Chrysostomus exponit) vinculum, quod, ligans & continens in homine omnes virtutes, hominem reddit perfectum. Ut enim spiritus humanus ligat & continet omnes humores & partes, alioqui dilapsuras; ita Spiritus Sanctus, inhabitans corda nostra per charitatem, continet omnes virtutes, alioqui facile dilapsuras. Quod etiam idem Apostolus ostendit, cum ait Primæ ad Corinthios 13. Charitas patiens est, benigna est, & quæ sequuntur. Itaque Irenæus Libro Quinto, ante medium, exponens illud Apostoli Primæ ad Thessalonicenses ultimo, Ut integer spiritus vester & anima & corpus conservetur, dicit, hominem perfectum tribus constare, corpore, anima, & Spiritu Sancto, inhabitante per charitatem. Ut enim, si desit ei corpus vel anima, erit imperfectus in genere naturæ; ita, si desit charitas, erit imperfectus in genere moris. Quo modo locum illum Pauli intelligant etiam ferè omnes Græci, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, & cum eis Hieronymus in Epistola ad Hedibiam, Quæstione ultima. Denique, quod charitas sit Christiana perfectio, ex eo patet, quod ad eam omnia referuntur. Matthæi 22. In his duobus mandatis universa Lex &c. & Primæ ad Timotheum 1. Finis præcepti charitas.*

XXXI. Subinde verò sic etiam prosequitur: *Nota secundo, ex Beato Thoma in Opusculo De Perfectione, quatuor esse gradus charitatis, proinde etiam quatuor esse gradus perfectionis. Dicitur enim perfectum id, cui nihil deest in ordine ad aliquem finem. Quare non repugnat, aliquid esse perfectum, & imperfectum, si compararetur ad diversos gradus, seu etiam fines.*

XXXII. Hos igitur etiam gradus seu fines ille assignat. Sed quoniam primus ad ultimam creaturam, secundus autem ad præsentem hominis vitam non pertinet; eos ego propterea prætermitto, meque ad tertium & quartum recipio. *Tertius gradus est (subdit ergo Bellarminus) diligere Deum, non quantum est diligibilis, nec quantum potest creatura qualibet absolute diligere, sed quantum potest creatura mortalis, quæ à se removet omnia divini amoris impedimenta, & totam se Dei obsequio consecravit. Qui in hoc gradu versantur, imper-*

Tom. IV.

A *fecti sunt respectu Beatorum; sed perfecti respectu aliorum hominum, etiam justorum & piorum.*

XXXIII. Et rursus: *Quartus gradus est (concludit ille) diligere Deum, non quantum est diligibilis, non quantum potest creatura vel absolute vel in hac vita diligere; sed tamen ita, ut nihil æquè aut magis quam Deum diligat, id est, nihil admittat contrarium dilectioni. Et hic gradus præceptus est omnibus, & quamdam habet perfectionem, licet respectu superiorum sit imperfectus. Unde Primæ Joannis secundo dicitur: Qui servat verbum ejus, verè in hoc charitas Dei perfecta est. Et tamen Matthæi 19. Dominus ei, qui dicebat se omnia præcepta servasse, ait: Si vis perfectus esse; vade, vende omnia &c. Loquitur enim Joannes de isto quarto gradu; Dominus autem de tertio.*

XXXIV. His ergo per nos item præmonitis, si nunc quæramus, quo sensu Ambrosius opinione Datii asseruerit, perfectionem vitæ, non in castitate, sed charitate consistere secundum illud Apostoli Pauli testimonium, pro charitatis virtute, quin etiam virtutum Regina, tam luculentum & palmare; non aliud profectio respondere posset Datus, quam locutum esse Ambrosium de vitæ perfectione unicuique homini ad æternam salutem necessaria; & propterea locutum etiam esse de charitate secundum eam tantummodò perfectionem, quam Bellarminus proximè in eo quartu gradu collocabat. Certe autem ita prorsus eundem illum Apostoli locum probati etiam Interpretes communi consensu exponunt, nec aliter eum ipsemet etiam exposuit Ambrosius, tam in Commentario (si tamen ipse re vera est, ut superiore Numero 21. excipiebam) quam libro Quarto, Epistola 33. prope finem, ad Virginem Sacram scribens Demetriadem. Si ergo Ambrosius ex eo Apostoli loco, in eum, quem Datus dicebat, modum argumentatus fuisset; non aliud profectio perfectionis genus in Sacris Testamenti Novi Ministris necessarium esse supposuisset, quam quod in unoquoque Laico necessarium esset constat, ut æternam salutem assequatur. Nisi enim hoc ille supponebat; risu profectio & cachinnis dignissimum fuisset tale ipsius argumentum; quippe cui promptissime atque invincibiliter responderi poterat, altioris ordinis, quam Laicorum, esse perfectionem talium Ministrorum; eamque, non in sola quidem castitate, sed in charitate simul & castitate consistere; sicut in charitate simul & virginitate citra dubium consistit; & sicut ipsiusmet Datii confessione (non enim hoc negari ab illo potest; si modò constare sibi velit, & Ambrosium sibi ipse constantem supponere) post primæ illorum Ministrorum uxoris obitum, in charitate simul cum castitate, five cum abstinentia in posterum ab officii conjugalibus usu, consistit. Pro primo igitur illo Sacrorum Novi Testamenti Ministrorum Matrimonio ratio illa, ex eo Apostoli testimonio desumpta, nihil prorsus valet, nisi eorum perfectio interim supponatur ordinis esse non altioris, quam sit perfectio Laicis etiam omnibus ad æternam salutem necessaria. Atqui nihil tale, in interim quidem, supponitur ab Ambrosio: à quo certe supponitur oppositum; sicut jam vidimus è Numero 12. ad multos alios subsequentes. Non igitur credi par est, eum ita fuisse argumentatum, sicut ei Datus

R ad-

adscribebat ; & hac quidem in parte fatuus , & ineptus , & sibi met ipsi parum constans .

XXXV. Ecquis verò sanæ mentis præterea credat , Ambrosium eo fuisse animo , ut talem illam pro Sacerdotibus uxoris auderet pronunciare legem , quæ Sanctorum Apostolorum Sacrique Concilii Primi OEcumenici Nicæni Decretis adversaretur ? Ac Sacrorum quidem Ministrorum Cœlibatum ab ipsismet Apostolis præscriptum fuisse , testimonio nobis esse possunt Canones ipsi Apostolorum , à Clemente Primo Papa recitati . Eorum enim Vigessimus-septimus sic habet : *Innuptis autem , qui ad Clerum proventi sunt , præcipimus , ut , si voluerint , uxores accipiant ; sed Lectores Cantoresque eantummodo .* Bene autem Bellarminus Libro Primo *De Clericis* , Capite 19. posteaquam hunc Canonem recitasset , sic adjecit : *Quod autem de Lectoribus & Cantoribus dicitur , idem de aliis Minoribus Ordinibus intelligitur ; cum sit omnium eadem ratio .* Quocirca etiam viceversa secundum sanam Canonis hujus intelligentiam Ministris omnibus innuptis , & ad Sacros Ordines promotis vetitum erat uxores accipere . Atque huic quidem intelligentiæ quamoptimè congruit superior eorumdem Apostolorum Canon Sextus , quo sic præcipiebatur : *Episcopus , vel Presbyter , vel Diaconus , uxorem suam ne ejiciat religionis prætextu . Sin autem ejecerit ; segregetur : & , si perseveret , deponatur .* Hoc enim Canone agebatur de Episcopis , Presbyteris , & Diaconis , qui ante Ordinationem duxissent uxores , quique sollicitè atque religiosè cavere propterea deberent , ne illis in posterum uterentur . Ne igitur prætextu religionis hujus , sive cautelæ , cæteroqui ob legem Cœlibatus necessariæ , deponerent earum curam , nec eas interim alerent , cæteraque ad victum necessaria suppeditarent , conditus est hic ipse Canon ; ut sapienter Viri docti præcisè affirmarunt , quorum multos enumerat etiam Severinus Binius Tomo Primo Conciliorum à semetipso editorum , sive in suis ad eundem Canonem Notis . In eandem porrò sententiam nobis etiam Calixtus adstipulatur Papa Primus , qui Romanam Ecclesiam rexit ab Anno Domini supra Ducentessimum vigesimo primo , usque ad vigesimum sextum . Is enim apud Gratianum Distinctione 27. Cap. *Presbyteris* , ita inquit : *Presbyteris , Diaconis , & Subdiaconis , & Monachis , concubinas habere , seu Matrimonia contrahere , penitus interdiximus : contracta quoque Matrimonia ab hujusmodi personis , disjungi ,* JUXTA SACRORUM CANONUM DEFINITIONES , *judicamus .* Bene siquidem Gregorius de Valentia in Libro *De Cœlibatu* Capite 3. inter alios Theologos sic observat ad hunc locum : *Quo loco , cum Calixtus Canones Sacros antiquiores se ipse etiam antiquus Pontifex ad eam rem citet ; argumento idest , hanc legem Cœlibatus esse Apostolicam .* Id ipsum verò satis apertè colligitur etiam è Sacrorum Conciliorum , ac Romanorum Pontificum , & veterum Patrum testimoniis , quæ Catholici Doctores adversus Hæreticos pro eodem Cœlibatu collegerunt , ac nominatim Bellarminus Libro Primo *De Clericis* Capite 19. E quibus quidem testimoniis unicum illud in præsentem producere placet , quod est Concilii Carthaginensis , ut communis numeratur , Secundi , de quo Baronius ad Annum Christi Trecentessimum nonagesimum septimum , & Binius Tomo Primo Conciliorum pagina 541. id affir-

A mans celebratum tempore Cælestini Primi Papæ ( fuit autem ab Anno Christi supra Quadragesimum vigesimo tertio usque ad trigessimum secundum ) & à Leone Papa Quarto comprobatum Capite *De Libellis* , Distinctione vigesima . Ejus enim Concilii verba hæc erant Canone 2. *Omnibus placet , ut Episcopi , Presbyteri , Diaconi , vel qui Sacramenta contrahant , pudicitiam custodes , etiam ab uxoribus se abstineant ;* UT , QUOD APOSTOLI DOCUMENTAVUNT , ET IPSA SERVAVIT ANTIQUITAS , NOS QUOQUE CUSTODIAMUS . En igitur pro Sacrorum Cœlibatu Ministrorum videmus legem à Sanctis Apostolis sancitam , itemque antiquitus servatam .

B XXXVI. Progressu tamen temporis non defuere , qui à veteri & Apostolica illa disciplina nonnihil declinaverint , & in Ecclesia nominatim Orientali . Quamobrem nonnulla etiam ejusdem Ecclesiæ Concilia variis vicissim Decretis eandem disciplinam in usum revocare studuerunt .

C XXXVII. Concilium in primis se nobis offert Ancyranum , sive in Civitate Ancyra , in Provincia Galatiæ congregatum Anno Domini Trecentesimo decimo quarto : eique octodecim Episcopi , & per insignes ( ut bene Baronius ad eundem Annum Articulo 77. & 78. observavit ) interfuerunt ; sicut & postea eorum multi Concilio Neocæsariensi , plerique autem Nicæno , de quibus Conciliis proximè dicemus . Cum igitur Ancyranum illud Concilium varios fancivisset Canones pro recipiendis ad Catholicam Communionem jis , qui propter Maximini Tyranni persecutionem à Fide Catholica defecerant ; tum verò Canone nono ( aliter decimo ) ita decreverunt , ut Baronius ad eum ipsum Annum Artic. 88. his exprimat verbis : *Lapsis igitur ejusmodi remediis impartitis , de Ecclesiastica disciplina incorruptè servanda Patres alias regulas addiderunt ; sed illam in primis , quæ ad Sacros Ecclesiæ Ministros magnopere spectare videbatur ; nempe , ut absque uxore cœlibem vitam ducerent : quæ quidem lege ( ut aliis dictum est ) non Sacerdotes tantum ; sed & Diaconi obligati erant ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ : illisque solum Diacones ab ea eximi voluerunt , qui , cum ordinarentur invitati , fuissent pariter contestati , se non posse continentem vivere , ac proinde ducere uxorem velle .* Quis enim sic reclamasset , & nihilominus ordinatus fuisset , quisquis esset hujusmodi , post Sacrum Diaconatus Ordinem uxorem posse ducere , Patres illi consenserunt , sic statuentes ( Canone nono , vel decimo ) *Diaconi , quicumque ordinantur , si in ipsa Ordinatione protestati sunt , & dixerunt , velle se Conjugio copulari , quia sic manere non possunt : si postmodum uxores duxerint ; in Ministerio maneat , propterea quòd eis Episcopus licentiam dederit : Quicumque sanè tacuerint , & susceperint manus Impositionem , professi continentiam , & postea Nuptiis obligati sunt , à Ministerio cessare debent .* Hactenus ex eo Canone Baronius secundum Dionysii Exigui editionem . Tum verò sic etiam subdit : *Additur in secunda editione ( quam ipsemet superiore Articulo 81. dixerat incerti esse Auctoris ) Laicam tantum recipientes Communionem .* Quibus è verbis idem Baronius id observat : *Nimirum , non cum Sacris Ministris amplius , sed cum Populo extra cancellos communicantes .* Ac demum ita concludit : *Ex his videas , tum in universa Ecclesia Catholica , tum in Oriente , quam firmus atque*

sta-

*Rabilis assertusque ab omnibus esset Sacrorum Ministrorum Celibatus. Sed de his actum est Primo Annalium Tomo pluribus. Ancyrani ergo ejus Concilii Patres ( ut ego quoque pro meo sensu hic denique concludam ) certam supponebant legem, quæ Sacris in universum Ministris usum Matrimonii vetaret, quæque nihilominus ab Episcopo relaxari posset in eum, quem ipsi præscribere modum; itaut eis non aliter uti Matrimonio liceret.*

**XXXVIII.** *Post Ancyranum verò ( profectur Baronijs ad eundem annum trecentimum decimum quartum; Art. 90. ) Neocæsariense Concilium celebratum est. Quoto tamen Anno, nescimus. Sed quantum conjectura assequi licet: cum iidem prope omnes Episcopi, qui interfuerunt Concilio Ancyrano, subscripti pariter habeantur illi, quod Neocæsareæ celebratum est: & inter alios Basilius Episcopus Amasæ, quem diximus in Persecutione Licinii, quæ proximè est subsecuta, Martyrem occubuisse, recensetur; planè necesse est affirmare, haud diu post Ancyranum iterum Neocæsareæ eosdem ferme Episcopos convenisse, antequam Licinius Orientalem Ecclesiam persecutione vexare aggrederetur. Et pauculis interpositis: Neocæsareæ igitur in Ponto, cujus Episcopus tunc erat ( quod nuper dictum est ) Longinus, fama celebris, cum Patres illi Sanctissimi Conventum agerent; nihil antiquius habuerunt, quam Sacerdotum vitæ integritati prospicere. Quamobrem de eorum cælibi vita ducenda in primis hæc statuerunt ( Canone primo ) ex præscripto antiqui usus Ecclesiæ: Presbyter, si uxorem duxerit; ab Ordine deponatur: si verò fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrarit; amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Hæc ex Dionysii versione. Cujus quidem Decreti ( quoad primam nempe partem ) hanc ego interpreto fuisse causam, quod nonnulli ex iis Diaconis, quibus in Concilio Ancyrano permessa fuerat nubendi facultas, hujus facultatis executionem reservarent in illud etiam tempus, quo Sacerdotium accepissent. Hoc ergo ii Patres tanto indecorum Ordini jam suscepto judicant; ac proinde talia illorum Matrimonia vetuerunt.*

**XXXIX.** *His tamen Conciliorum Provincialium Decretis, quibus aliquid è veteri illa & Apostolica Sacrorum Ministrorum disciplina remittebatur, contenti non fuerunt trecenti decem & octo Patres illi, qui anno trecentesimo vigesimo quinto Nicæam in Bithynia convenerunt ad Sacrosanctam OEcumenicam Synodum. Quippe Ministris ejusmodi non permittentes habitationem cum uxoribus, simul etiam illis omnibus Matrimonii celebrationem usumque unanimes negarunt. Synodi profectò illius Canon tertius sic ad verbum se habet: Interdixit per omnia Magna Synodus, non Episcopo, non Presbytero, non Diacono, nec alicui omnino, qui in Clero est, licere subintroductam habere mulierem, NISI FORTE AUT MATREM, AUT SOROREM, AUT AMITAM, VEL EAS TANTUM PERSONAS, QUÆ SUSPICIONES EFFUGERUNT. Quidni verò nos item ad hæc verba simul cum Bellarmino Libro Primo De Clericis Capite 19. hunc in modum argumentemur? Nulla uxoris mentio fit: quæ tamen primo loco poni debuit, si cum ea habitare liceret. Item, cur prohibetur Clericis cohabitatio mulierum, si uxorati esse possunt? Nonne uxores ancillas habere possunt in eadem domo? Quidni rursus argumentemur unà cum*

Tom. IV.

**A** eodem postea Capite vigesimo prope finem: *Quomodo cobæret illa narratio de Paphnutio cum Canone tertio Concilii Nicæni? ubi prohibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ne ullam domi mulierem habeant, præter Matrem, Sororem, Amitam. Hæc ipsa nimirum Bellarminus hoc demum Capite opponebat argumento, quod erat hujusmodi: Argumentum quintum & ultimum Calvinii sumitur ex Historia Socratis Libro primo, Capite 8. & Sozomeni Libro primo, Capite 22., ubi dicunt, quod, cum Nicænum Concilium legem ferre vellet, ne liceret Clericis cum uxoribus suis dormire, surrexit Paphnutius Confessor; & Synodus tota in ejus sententiam ivit, & continentiam ab uxore in arbitrio cujusque reliquit.*

**B** Ut igitur Bellarminus hoc argumentum refellat, ante omnia præmittit id, quod ambo nihilominus ii Scriptores Græci ultro concedebant. Nam uterque Auctor ( verba sunt ipsius Bellarmini ) in eodem loco testantur, Paphnutium adjecisse, bonum sibi videri, ut secundum antiquos Canones prohibeatur Clericis, ne post Ordinationem ullo modo uxores ducant; sed solum permittantur uti illis, quas ante Ordinationem acceperunt. Subinde verò multis & magni momenti argumentis eosdem illos Auctores ostendit non esse fide dignos in hac narratione, quam cæteroqui, ut vidimus, contendit eodem illo tertio Nicæni Concilii Canone refelli. Talem verò illorum narrationem iidem ferme argumentis egregie confutarunt etiam Gregorius de Valentia in Libro De Celibatu Capite 6 in Responsione videlicet ad Decimumtertium Argumentum, & Baronijs Tomo Tertio Annalium, ad annum Trecentimum vigesimumquintum, Articulo 148. & sequentibus; sed hic in eo quidem præterea singularis, quod Articulo 151. suam tertii ejus Canonis Nicæni expositionem confirmavit Sancti Basilii Magni testimonio, ex ipsius Epistola 17. ad Peregorium carptim deprompto; & ita sanè ad præsens institutum per alias etiam sui partes, à Baronijs prætermittas, accommodato pariter ac opportuno, ut eam ego integram hoc recitare loco statuerim. Ea verò, secundum Parisiensem anni 1603. editionem pagina 1040. sic ad verbum se habet: *Paregorio Presbytero Basilius. Legi Literas tuas magna cum animi lenitate, admiratusque sum, quomodo coneris rebus incurabilibus longis mederi sermonibus; cum, breviter nobis & facile re ipsa satisfacere valens, in illis, de quibus accusaris, permanere constitueris. NEC PRIMI, NEC SOLI ( Paregori ) SANCIVIMUS, NON DEBERE MULIERCULAS COHABITARE VIRIS. LEGE CANONEM, A SANCTIS PATRIBUS NOSTRIS IN NICÆNA SYNODO CONSTITUTUM: QUI MANIFESTE INTERDIXIT, NE QUIS MULIERCULAM SUBINTRODUCTAM HABEAT. COELIBATUS AUTEM HONESTATEM SUAM IN EO HABET, SI QUIS A NEXU MULIERIS SECESSERIT. Itaque, si quis Celibatum nomine tenus professus, re ipsa faciat ea, quæ à conjugatis fiunt; manifestum est, quod virginitatis honestatem nuncupatione quidem illius præstet, verum interea ab inconvenienti voluptate non desistat. Tanto facilius admonitioni nostræ acquiescere poteris, quanto magis liberum esse te à corporalibus affectionibus affirmas. Neque enim credo, virum, septuaginta annos natum, cum ejusmodi affectionibus cohabitare mulier-*

R 2 cula:



*cula: neque propterea ista determinavi, quod aliquid absurdi designaveris; sed quod ab Apostolo edocti sumus, non esse fratri ponendum offendiculum, vel scandalum. Scimus autem, usjuvenire, ut, quod à nonnullis rectè geritur, aliis in occasionem peccati cedat. Ob hanc causam, CONSTITUTIONEM SANCTORUM PATRUM SEQUUTI, præcepimus, ut à muliercula separeris. Ut quid igitur Choræpiscopum accusas, & veteris inimicitia mentionem facis? Immo quid nos quoque, quasi aures habeamus delationibus admittendis proclives? Et non magis te ipsum reprehendis, quod à consuetudine mulierculæ abstinere detrectas? EJICE IGITUR ILLAM EX AEDIBUS TUIS, ET TRADE IN MONASTERIUM. SIT ILLA CUM VIRGINIBUS, ET TU INTER VIROS MINISTRA; NE NOMEN DEI PROPTER VOS BLASPHEMETUR. Donec ista feceris, etiamsi innumera per Epistolas causeris; nihil efficies; sed otiosus (idest, sine functione Presbyterii, sicut ibi est in ora marginali adnotatum) morieris; dabisque Domino otii tui rationem. Si verò sine correctione tui ipsius ausus fueris Sacerdotii retinere functionem; anathema eris omni plebi; & si qui te receperint, per omnem Ecclesiam excommunicabuntur. Hucusque Basilus ille, doctrina pariter ac sanctitate verè Magnus, & Antistitis nostri Ambrosii perquam familiaris, & anno Christi trecentesimo septuagesimo-octavo, ut bene computat Baronius, ex hac mortali ad immortalem ac beatam vitam Calendis Januarii sublatus. Quocirca nulli dubium esse jam debet, quin re vera Concilium Nicænum tertio illo Canone usum conjugii Sacris illis Ministris in omne postea tempus vetuerit, necnon etiam deinceps eadem lex communiter usu recepta sit; & id quidem convenienter ad obedientiam & fidem, tam sancto tantæque auctoritatis Concilio justissimè debitam.*

XXXX. Quàm sanctum verò, quantæque auctoritatis illud esset, vel ex eo sanè colligi potest, quod Theodoretus Libro Primo Historiæ Capite 7. narrabat, Episcopos describens illos, qui eidem Concilio interfuerunt; & his quidem verbis: *Fuit autem numerus Episcoporum congregatorum decem & octo supra trecentos. Romanus Episcopus, senio confectus, ipse non affuit; misit tamen Presbyteros duos, qui Compositioni interessent. Multi tum Apostolicis donis excelebant: multi ferebant in corpore suo, juxta Divum Paulum, inustas notas Domini Jesu. Ex horum numero constabat, Jacobum, Episcopum Antiochiæ in Mygdonia, quam vocant Syri & Assyrii Nisibin, mortuos suscitasse, & vitæ restituisse, aliaque fecisse innumera miracula: quibus in Historia, quæ Philotheos inscribitur, separatim expositis, non putavi hac in narratione locum futurum. At Paulus Episcopus Neocæsariæ (Castellum hoc est in ipsa Euphratæ) rabiem Licinii senserat; debilitatas enim gerebat manus ambas, contractas candente ferro, & correptis enectisque articularum mobilibus nervis. Aliis oculi dexteri effossi erant, aliis dextera enervata brachia: in quibus & Paphnutius Ægyptius conspiciebatur. Et, ut breui absolvam, cernere illo in Conventu erat Populum quemdam Christi Testium. Hæcenus Theodoretici verba. Paphnutius ille porro (ut cæteros tacitus præteream) non alius erat, quàm qui paulò ante à Socrate ac Sozomeno memorabatur, & cujus item mentio habetur in Sancti Abbatis Antonii Vita*

A per Sanctum Athanasium conscripta, nec non etiam in Martyrologio Romano, & in adjectis Baronii Notationibus ad undecimam Septembris diem. De quo præterea Ruffinus Aquilejensis Libro Primo Capite 4. ita scriptum reliquit: *Quem Constantinus (videlicet Imperator) in tanta veneratione & affectu habuit, ut sapius eum, intra Palatium evocatum, complecteretur, & oculum illum, qui in confessione Fidei evulsus fuerat, avidioribus osculis demulceret. Atque hinc quidem intelligamus par est, ab hoc Paphnutio (quem cum Baronio & aliis supponimus Thebaidis Superioris Episcopum fuisse) omnino diversum esse Jerosolymitanum illum Episcopum, cujus item oculum pro Catholica Fide à Persecutoribus erutum, Constantinus sæpè osculabatur; ut superiori Capite 59. Numero 2. Sanctus nobis affirmabat Gregorius Papa Septimus. Quod si fortè Nicæno Concilio hic etiam Episcopus interfuit; non alius profectò nomine fuit, quàm Macarius. Inter eos enim Provincia Palestine Episcopos, qui eidem interfuerunt Concilio, primus subscripsit *Macarius Jerosolymitanus*. Tali autem pro Macario conjecturæ non mediocriter hæc etiam suffragantur; quod Ecclesiam ille Jerosolymitanam, *Vir dignus beatitudine nominis sui, & multiplicibus bonis ornatus* (quo elogio à Theodoro commendatur Libro primo Ecclesiasticæ Historiæ Capite 3.) rexit ab Anno supra Trecentimum duodecimo usque ad trigésimum primum; quod etiam interim *ejus hortatu Loca Sancta à Constantino* (cui Crucis Signum eodem illo anno duodecimo primum è Cælo apparuerat) & *Helena expurgata, & Sacris Basilicis illustrata sunt*, ut in Martyrologio Romano habetur die Martii decima; quod præterea *semper Ario ab exordio nascentis ejus hæresis acerrimè restitit*, ut in Notationibus ad eundem diem bene probat Baronius; quodque tandem jure merito credi possit non minus iis etiam restitisse Persecutoribus, à quibus Fideles per varia illa supplicia tentati, & ad defectionem sollicitati proximè fuerant. Sed hinc ad Nicæni Concilii auctoritatem revertamur.*

XXXXI. Illud autem pro certo & indubitato supponimus fuisse Generalium Conciliorum Primum, & à Romano Pontifice approbatum; ut Bellarminus accuratè docuit Libro Primo De Conciliis, Capite 5. Quocirca simul etiam, tamquam è Fide Catholica certissimi, supponimus errare non potuisse, nec in Fide, nec in moribus; ut in universum pro omnibus ejusmodi Conciliis egregiè idem differuit Bellarminus Libro Secundo De Conciliorum Auctoritate, Capite 2. multisque aliis subsequentibus. Sed & singularia nobis non desunt pro eodem illo Concilio testimonia: & hæc quidem præ cæteris. Sanctus Athanasius in Epistola ad Epictetum (quam recitat etiam Sanctus Epiphanius Hæresi 77.) miratur, quomodo aliqui audeant quæstionem movere de rebus in eo Concilio definitis; cum non possint ejusmodi Conciliorum decreta mutari, nisi errando. *Qua igitur (inquit) audacia sit, ut post tanti Concilii auctoritatem disceptationes, aut quæstiones instituunt? Quod si ex genere Arianorum sunt; nihil mirum, si, quæ contra ipsos promulgata & scripta sunt, calumniis oppugnent &c. Sin ex eorum numero sunt, qui, cum Orthodoxorum speciem habeant, & amplecti videantur quæ à Patribus sunt edita, disputando tamen ea subvertere moliantur;*

etur; nihil aliud faciunt, quam proximum portans subversione luculenta, verborum pugnis digladiantes, non ad alicujus utilitatem, sed ad ruinam hominum simpliciorum. Idemque Athanasius in Epistola ad Episcopos Africae illud ipsum Concilium testatur anathema iis denunciasset omnibus, qui contraria suae ipsorum confessioni sentirent. Huic certe Concilio (addit ille) universus Orbis assensum praebeat: & quamquam multae habitae sunt Synodi; hujus tamen omnes sunt memores, tum per Dalmatiam, Dardaniam, aliasque Insulas, Siciliam, & Cyprum; tum per Isauriam, Pamphiliam, Lyciam, & universam Aegyptum & Lybias; & plerique in Arabia hanc agnoverunt, & admirati sunt, & subscriptione approbarunt, adeo ut, si quis restet ex Ariana radice progerminante amaritatem (loquimur autem de Ursatio, Valente, ceterisque qui idem sentiunt) per ista ipsa scripta abscissi, rejectique compeantur. Sufficiant igitur ea, quae Nicæa confessio fuerit: satisque per se virium habent, quemadmodum superius diximus, tum ad subversionem impii dogmatis, tum ad tutelam utilitatemque Ecclesiasticae Doctrinae. Et paulo post: Verbum illud Domini per OEcumenicam Nicæa Synodum in aeternum manet. Nonne verò ipsemet etiam Constantinus Imperator apud Eusebium Libro 3. de ipsius Vita, Epistolam scribens ad Ecclesias, ejusdem Concilii Decreta disertissime appellabat *Celestia Mandata*? In eandem porro sententiam Sanctus etiam Gregorius Nazianzenus Oratione in Athanasium affirmare non dubitavit, ad Concilium Generale Nicænum Episcopos & Spiritu Sancto congregatos esse. Sanctus etiam Cyrillus Libro 1. de Trinitate, Decretum ejusdem Concilii appellavit *Divinum & Sanctissimum Oraculum*. Quocirca Sanctus etiam Basilius Epistola 78. docebat, suspectis de Fide proponenda esse Nicæni Concilii Decreta; inde siquidem appariturum, Hæretici ne illi sint, an Catholici. Sin autem aliquos etiam huc addere velimus ætate Ambrosii posteriores; Sanctus profectò Pontifex Leo Primus in Epistola 78. ad Leonem Augustum præcisè asseruit, non posse in Catholicorum numero computari eos, qui Nicæno Concilio resisterent: & in Epistola 53. ad Anatholium, & 54. ad Martianum Imperatorem, Nicæni Concilii Canones per Sanctum Spiritum esse ordinatos. Sic etiam Sanctus Gregorius Magnus Libro Primo Epistola 24. eò usque processit, ut scriberet: *Quia corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; sicut Sancti Evangelii quatuor Libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor; Nicænum scilicet, in quo perversum Arii dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam Primum, in quo Nestorii impietas judicatur; Chalcedonense verò, in quo Eutychis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione complector, integerrima approbatione custodio; quia in his, velut in quadrato lapide, Sancta Fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ, atque actionis norma consistit. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse cernitur, tamen extra ædificium jacet.* Hinc itaque Bellarminus Libro Primo De Clericis, Capite 1. cum ejusdem Concilii Testimonium producturus esset; præfatus ei sic fuit: *Prodeat igitur, non ex hominibus singulis, sed ex cæteribus hominum, Concilium Pri-*

**A** mum Nicænum, OEcumenicum, vetustissimum, frequentissimum, celeberrimum, cujusque auctoritas tanta semper apud omnes veteres fuit, ut ab Eusebio Libro 1. de Baptismo, Capite 18. Orbis terræ Concilium appelletur: ab Athanasio in Epistola ad Episcopos Africae, & Leone Epistola 53. ad Anatholium cum Oraculis Spiritus Sancti: à Gregorio verò Libro Primo Epistola 24. cum ipso Evangelio conferatur. Cum igitur tantæ foret auctoritatis hoc Concilium: cumque Sacris illis Ministris usum Conjugii vetuerit; credibile profectò non est, Ambrosium illis eundem permittere usum voluisse, reque ipsa permisisse.

**B** XXXXII. Non ego tamen propterea nego defuisse interim aliquos, qui eundem nihilominus Matrimoniorum usum sibi usurpaverint: sed sicut eum sibi usurpabant contraquam Sacrosancta illa OEcumenica Synodus statuisset; sic eum nego, iterumque nego, illis, vel ejusdem generis aliis, permillum ab Ambrosio fuisse. Tales utique Ministros Ambrosius absque dubio damnabat superiore Numero 15. neque minus damnasset eos, quos Sanctus Epiphanius descripsit immò verò damnavit Hæresi 59. quæ est Catharorum. Etenim secundum Parisiensem atque Græcolatinam Anni 1622. editionem, studio & opera Dionysii Petavii emendatam, Epiphanius illic inter cætera sic inquit: *Si quis post Baptismum secundam uxorem duxerit; ab illis non amplius admittitur. Quod quidem planè stolidum est.* Et paulo post: *Siquidem, quæ Sacerdotio propter singularem functionis illius dignitatem præcipue tributa sunt, ea ad omnes communiter pertinere judicant. Illud quidem audierunt: Episcopum irreprehensibilem esse oportere, unius uxoris virum, similiter & Diaconum, & Presbyterum. Ita enim profectò se res habet, ut, post Christi in Orbem terrarum adventum, eos omnes, qui secundum priores Nuptias mortua uxore alteris se se nuptiis illigarint, sanctissima Dei disciplina rejiciat, propterea quod incredibilis est Sacerdotii honor ac dignitas. Atque istud ipsum Sacrosancta Dei Ecclesia cum omni provisione diligentiaque servat.*

**C** *Quin eum insuper, qui adhuc in Matrimonio degit, ac liberis dat operam, tametsi unius sit uxoris vir, nequaquam tamen ad Diaconi, Presbyteri, Episcopi, aut Hypodiaconi Ordinem admittit; sed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris consuetudine se se continuerit, aut ea sit orbatus.* QUOD IN DICTIS LOCIS PRÆCIPUE FIT, UBI ECCLESIASTICI CANONES ACCURATE SERVANTUR. At enim nonnullis adhuc in locis Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi liberos suscipiunt. Respondeo, NON ILLUD EX CANONIS AUCTORITATE FIERI; SED PROPTER HOMINUM IGNAVIAM, quæ certis temporibus negligenter agere ac connivere solet ob nimiam Populi multitudinem; cum scilicet, qui ad eas se functiones applicent, non facillè reperiuntur. Quod ad ipsam quidem Ecclesiam attinet; ea, utpote à Sancto Spiritu bene ordinata atque constituta, quod decentius est omnibus in rebus considerans, ei rei studere potissimum instituit, ut quæ Divino Numini ministeria præstantur, nulla re, quoad fieri potest, distrabantur, utque spiritalia omnia officia quàm optima lætissimaque conscientia gerantur. Hoc igitur dico, propter subitas functiones atque officia convenire, ut Presbyter, ac Diaconus, & Episcopus Deo penitus vacet. Nam si illis etiam qui è Populo sunt, idipsum Apostolus præcipit, ut (inquit) ad

**D**

**E** tem-



tempus vacent orationi; quanto id magis Sacerdoti præscribit? Nimirum nullis ut impedimentis avocetur, quò in spiritualibus secundum Deum negotiis, in ipso usu Sacerdotii administrationeque ferietur. Hucusque Sanctus Epiphanius: & hic quidem Sancto Ambrosio contemporaneus, ut è Baronii Annalibus intelligi datur. Ambrosius enim Ecclesiam Mediolanensem rexit ab Anno supra Trecentimum septuagesimoquarto usque ad nonagesimum septimum. Epiphanius autem ab Anno Sæculi ejusdem Septuagesimo usque ad Quadragesimum circiter secundum Ecclesiam rexit Constantiæ, sive Salaminæ, Urbis in Cypro primariæ. Quin etiam hic ipse nobis eo etiam præcipue memorandus est titulo, quòd Anno Trecentesimo octuagesimosecundo (sive posteriore, quàm celebratum fuisset Concilium illud Constantinopolitanum, in quo Ambrosius à Datio dicebatur in favorem uxorum Sacerdotum judicasse) quòd eo, inquam, Anno citra dubium interfuit Concilio Romano, sub Damaso Papa celebrato, cui pariter Ambrosius citra omnem controversiam interfuit, & cujus mentionem nobis faciebat Belarminus superiori Numero 27. Quo quidem in Concilio Romano (ut bene Baronius ad eum Annum animadvertit) prohibitum est etiam ex præscripto Nicæni Canonis, ne ante horam tertiam diebus festis Missæ canerentur; aliis verò diebus à media hora quarta usque ad nonam facere liceret. Ut hinc etiam intelligamus, quantopere alienus ab eo fuerit Ambrosius, ut pro Clericis conjugatis aliquam conderet legem Nicæno Canoni adversantem.

XXXXIII. Quòd si quis fortassè adhuc hæret hac de re dubius; Ambrosium ipsum audiat, ac dubitare jam tandem erubescat. In Proœmio quidem Libri Primi de Fide sic ille ad Gratianum Augustum scribebat: *Petis à me Fidei Libellum Sancte Imperator, profecturus ad prælium. Nosti enim, fide magis Imperatoris, quàm virtute militum, quæri solere victoriam. Nam & Abraham trecentos decem & octo duxit ad bellum (Genesis 14.) & ex innumeris trophæa hostibus reportavit. Signoque Dominice Crucis & Nominis, quinque Regum victoriumque turmarum subactò robore, & vultus est proximum, & fratris filium meruit, & triumphum.* Et paulò post, Concilium indicans Nicænum: *De Conciliis id positissimum sequar, quod trecenti decem & octo Sacerdotes, tamquàm Abrahæ electi judicio, consona Fidei virtute victores, velut trophæum toto Orbe subactis perfidis extulerunt; ut mihi videatur hoc esse Divinum, quòd eodem numero in Conciliis Fidei habeatur oraculum, quo in Historia pietatis exemplum.* Et eodem postea Libro, Capite nono: *Accepisti Sancte Imperator eos, qui talia asserunt (Ariana nempe pronunciata, qualia proximè recensuerat) jure damnatos, non humana industria, non compositione aliqua: sed recenti decem & octo, ut supra dixi, Episcopi ad Concilium convenerunt. Sed ut in numero eorum per signum sue Passionis & Nominis Dominus Jesus suo probaret se adesse Concilio, Crux in recentis, Jesu nomen in decem & octo est Sacerdotibus.* Præterea verò etiam in Libro de Incarnationis Dominicæ Mystero, Capite 7. *Non enim quòd eiusdem substantiæ est, unus, sed unum est. Nam utique Filium eiusdem cum Patre substantiæ constantes IN TRACTATU CONCILII NICÆNI, non unam personam, sed unam divinitatem in Pa-*

A *tre & Filio crediderunt.* In Enarratione partiter de Paschalis Celebritatis Ratione sic incipit: *Non mediocris esse sapientiæ, diem Celebritatis definire Paschalis, & Scriptura Divina nos instruit, & traditio Majorum: qui convenientes ad Synodum Nicænam, inter illa Fidei ut vera ita admiranda Decreta, etiam super Celebritate memorata, congregatis peritissimis calculandi, decem & novem Annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulum, ex quo exemplum in Annos reliquos gigneretur. Hunc circulum Enneadecateridam nuncuparunt &c.* Et aliquantò post: *Nec absurdum arbitror, ut inde observandi Mensis trahamus exemplum, ubi primùm Pascha celebratum est. Unde & Majores nostri IN TRACTATU CONCILII NICÆNI eundem Enneadecateridem, si quis diligenter intendat, statuendum putarunt, & ipsum Mensem Novorum rectè custodierunt, quia in Ægypto hoc primo Mense nova secantur frumenta.* Sed & Libro secundo, Epistola 13. ad Valentinianum Augustum: *Cum iis planè bene convenit Ariano, qui creaturam Christum dicit, quòd etiam Gentiles ac Judæi promptissimè confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi Synodo: meritoque Concilium illud exhorreo, SEQUENS TRACTATUM CONCILII NICÆNI, A QUO ME NEC MORS, NEC GLADIUS POTERIT SEPARARE. Quam Fidem etiam*

B *Patris Clementiæ tuæ Theodosius Beatissimus Imperator & sequitur, & probavit. Hanc Fidem Gallia tenent, hanc Hispania, & cum pia Divini Spiritus confessione custodiunt.* Talibus autem Ambrosii de Concilio Nicæno pronuntiatis illud etiam connumera, quòd à nobis recitatum jam est superiore Numero 18. ac tum planissimè constabit, quanta ille reverentia profectus fuerit, quamque fideliter & religiosè servare semper voluerit Nicæni Concilii Tractatum, sive Decreta ejus omnia, tam quæ ad Catholicam Fidem, quàm quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinerent; ad quam utique disciplinam pertinebat Canon ille, quo Sacris illis Ministris vetitum fuisse Conjugii usum abundè jam probavimus.

D XXXIV. Attende nunc, quàm idoneis & ad intelligentiam commodis Datis verbis expresserit eam legem, quam somniabat à Sancto esse Ambrosio pro Sacerdotibus uxoris pronunciatam. Ejus utique verba hæc erant: *Ideo lex concedit, Sacerdotes semel virginem uxorem ducere, sed Conjugium non iterare. Si autem, mortua prima uxore, Sacerdos aliam duxerit; Sacerdotium amittit.* Hæc igitur ut ad purum & sincerum intelligantur, hunc ego in modum differuerim. Quemadmodum aliud est filios in Sacerdotio facere, aliud habere, ut bene Ambrosius etiam nobis Numero 18. in Apostoli Pauli Epistola observabat; sic etiam sine dubio aliud est uxorem in Sacerdotio ducere, aliud habere. Hanc enim Sacerdos habere potest ductam prius, quàm Sacerdotio initiaretur; ac præterea sic habere, ut vel ea interim utatur, vel in perpetuum non utatur. Quocirca etiam Græci (ut explicatum jam est Numero 24.) secundum Trullanam Synodum permittebantur uxorem in usus etiam conjugales habere quidem, si eam, non post, sed ante Subdiaconatus Ordinem duxissent; eademquè consuetudo similiter à Clero Mediolanensi demùm servabatur Arialdi tempore, ut hoc ipso Libro Quarto jam vidimus Capite 3. Nunc igitur ego quæro, quinquam-

E

esse geuitus ac legitimus ejus legis sensus. Ex una enim parte viderur ea Sacerdotibus concessisse, ut post Sacerdotium etiam susceptum ducere possent uxorem. Sicut enim ea ipsa lege Conjugium iterare alteramque post obitum primæ ducere vetabatur Sacerdotibus, qui Sacerdotio jam fungerentur, quique propterea contrafacientes deberent amittere Sacerdotium, non utique cæteroque acquirendum postea, sed prius acquisitum; ita etiam vice versa Sacerdotibus ad Sacerdotium jam promotis concessum videbatur, ut semel uxorem ducere virginem possent. Quod si Sacerdotibus hoc ita concedebatur; quidni multo magis concedebatur Diaconis & Subdiaconis? En igitur ut Ambrosius Sacris illis Ministris facultatem concessisset longè diversam, longèque ampliorem illa, quam ipsi postea usitabant: quod tamen quis credat? Sin autem Datio potius placet, ut credamus, ea lege Sacerdotibus ab Ambrosio concessum fuisse, ut uxorem ducere solummodo possent ante Subdiaconatum, & eo prorsus ordine, quem denique novimus servatum à Græcis post Trullanam Synodum, & à nostris Mediolanensibus Arialdi tempore; negari profectò non potest, quin ea lex, talibus concepta verbis, parùm admodum congruat ad hujusmodi sensum, & hanc etiam ob causam censenda videatur doctissimo Ambrosio indigna.

XXXXV. Et hætenus quidem satis à nobis examinatum singillatim sit primarium illud Datii testimonium. Ad illud porrò Landulphi Senioris, quod secundo loco sequebatur, sive ad illius potiore partem, jam respondimus Numero XI. Nunc libenter ab ipso percunctaremur, quænam fuerit illa Synodus, quam ipse innuebat. Si enim Constantinopolitanam responderet fuisse illam, quam Datus expressè nominabat; ergo, sicut Datus, ita etiam ipse pariter in hoc jam convictus erroris tenetur. Si diversam fuisse; nonne Datum ipse in hoc errasse fateretur, ipseque nobis primus ostenderet, quàm parvi facienda sit ejus auctoritas & historica fides? Nonne pariter diversæ Synodi prætextus iisdem fermè omnibus refelleretur argumentis, quibus Constantinopolitanæ illius Synodi prætextus refellebatur?

XXXXVI. Sensus humanos ad peccandum esse pronos, & præsertim propter incontinentiam; & itemque virginitatem atque castitatem non aliunde, quàm à Deo haberi posse: absit à me ut hæc negem Ambrosio quàm optime cognita & comperta fuisse. Atqui ne hoc quidem tantum Ecclesiæ Catholicæ Doctor ignorare poterat, quod ejusdem Ecclesiæ Patres ac Sacri Theologi passim & communi consensu docent: hoc est, continentiam esse quidem peculiare Dei donum; sed eam nihilominus in hominis arbitrio & potestate positam esse; si tamen ipse remediis ad eam necessariis, ac divinitus institutis, & ad usus nostros paratis, uti velit. Quæ de re præ cæteris Aevi nostri Theologis ego suaferim ut Cardinalis consulatur Bellarminus Libro Primo *De Clericis*, Capite 21. in Responsione ad Quartum adversariorum Argumentum: & aliquantò copiosius Libro Secundo *De Monachis*, Capite 31. ubi etiam inter alia multa Patrum testimonia, quibus probatur Cœlibatum esse in potestate nostra, divinæ gratiæ auxilio innixa, videre licet Ambrosii quoque Antistitis nostri testimonium, & his verbis comprehensum: *Ambrosius Libro 3. de Virginitate, Do-*

A minus (inquit) qui sciret, prædicandam omnibus integritatem, imitandam paucis; Non omnes (inquit) capiunt verbo istud. Et Libro de *Viduis*: Sunt (inquit) spadones, qui se castraverunt propter Regnum Cælorum; sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur. Et infra: Scit Creator omnium, affectus esse varios singulorum; & ideo præmiis virtutem provocavit, non infirmitatem vinculis alligavit. Hætenus Ambrosii verba. Quibus illico Bellarminus ita subdit: *Hæc ille. Ubi vides, continentiam omnibus prædicari, ab omnibus flagitari; nimirum, si ipsi velint præmia ejus consequi.*

B XXXXVII. Cæterum in eo quoque Landolphus ille Senior errabat, quod, Græcorum explicans nubendi consuetudinem, his eam verbis descripsit: *Itaque Græci Sacerdotes, Ambrosianam tenentes sententiam, usque hodie sancitum & pro lege habent, ut, quando in Sacerdotio unguuntur, aut virginitatem exinde proumittant, aut uxores in testimonio bonorum virorum sibi sociant.* In hoc, inquam, ille citra dubium errabat; & ipsismet Trullanæ Synodi Canonibus, à Bellarmino fidelissimè propositis (ut à nobis recitatum jam est Numero 24.) apertissimè refellitur. Non enim ea tunc peragebant (sicut ne hodierna quidem peragunt die) Græci, quando in Sacerdotio ungebantur, sed antequam Subdiaconatu initiarentur.

C XXXXVIII. Sed ne in eo quidem immunis ab errore videtur Landolphus, quod omnes in universum Sacerdotes monogamos existimaverit non vivere sub castitate, sed uxores ita secum deinceps habere, ut iis etiam uterentur: quod tamen falsum est. Etenim secundum Sacros Canones, & secundum Catholicam & Sancti Ambrosii doctrinam, in superioribus explicatam, hoc illis vetabatur.

D XXXXIX. Ad Gualvanei Flammæ attestationem Numero 5. recitatam, nunc revertimur, & propria pariter ipsius errata commonstramus. In eo autem primùm erravit, quod ea Sancti Pauli ad Timotheum & ad Titum monita malè interpretatus est contra perpetuam & communem illam Ecclesiæ Catholicæ sententiam, quam nos unà cum Bellarmino indicabamus Numero 23. cum alioquæ certissima sit ea quoque Tertulliani regula, Libro de Præscriptionibus adversus Hæreticos Capite 17. consignata: *Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus.* Inde igitur Gualvaneus corruptè ac depravatè, quinetiam contra Canones illos Apostolicos, quos Numero 35. indicabamus, judicavit, jam inde ab initiis Ecclesiæ Christianæ licuisse Diaconis, Sacerdotibus, & Episcopis habere uxores; quibus utique interea uterentur. Hic enim absque dubio erat Gualvanei sensus.

E L. Quod item ille à Zacharia, Sancti Joannis Baptistæ Genitore, ac Veteris Testamenti Sacerdote, argumentabatur ad Novi Testamenti Sacerdotes; in hoc itidem absque dubio errabat; & in hoc ab ipsomet etiam Sancto Ambrosio refellitur; ut jam vidimus Numero 15. 20. & 25.

LI. Utrum verò Eribertus ille Archiepiscopus (à me solitus appellari potius Aribertus) eam revera uxorem habuerit, quam Gualvaneus dicebat: ne hoc quidem mihi verum aut verisimile videri potest. Aribertus nimirum ille ad Ecclesiæ Mediolanensis regimen eve-

evectus est Anno Domini supra Milleſimum decimonono, & in eo perfeveravit uſque ad Annum poſtea quadrageſimum-ſextum; ſicut ego in Ambroſianæ Baſilicæ ac Monafterii Monumentis commemini Numero 213. & 246. Eodem verò illius tempore vivebant etiam Rerum Mediolanenſium Scriptores, Arnulphus & Landulphus Senior, ſæpiſſimè hæc tunc à nobis in teſtimonium producti. Ejuſdem igitur Archiepiſcopi Geſta luculenter ambo & copioſè ſuis Hiſtoriis conſignarunt; neque tamen uxoris illius, quam Præſul ille tunc haberet, mentionem fecerunt ullam; quam tamen cæteroqui facere debuiffent; ut appareret, quanti etiam Præſulis exemplum ſequerentur uxorati per ea tempora Sacerdotes, quibus illi unicè favebant; ut ſæpè jam diximus. De illo autem Sancti Dionyſii Monafterio Arnulphus Libro ſecundo, Capite undecimo, hæc tantum: *Sepultus eſt autem (Aribertus) ad Sanctum Dionyſium, ubi elegans fundaverat ipſe Monafterium*, Landulphus autem Hiſtoriarum ſuarum Libro ſecundo, poſteaquam per multa Capita de Geſtis ejus Archiepiſcopi ſcripſiſſe, ſic etiam tradidit Capite 32. *Migravit enim Beatus (tanti eum hic Auctor faciebat) Heribertus ad Dominum decimoſeptimo Kalendas Februarii, Milleſimo quadrageſimoquinto, & ſepultus eſt ad Sanctum Dionyſium: cujus Monafterium & Eccleſiam ipſe ad Dei honorem & Beati Dionyſii exaltans magnificavit, & multis prædiis multiſque honoribus eam ditando & honorando ſublimavit*. Multa verò etiam ego ipſe legi, quinetiam exſcripſi, publica & autentica ejuſdem Monafterii Documenta, quibus à prima ejus institutione (quam vigefimoſexto ſupra Milleſimum Anno Chriſti adjudicabam in Ambroſianæ Baſilicæ ac Monafterii Monumentis Numero 228.) uſque ad Annum 1164. ſuis expreſſa vocabulis ſingillatim enumerantur omnia ejus bona immobilia; neque tamen iis connumeratam unquam vidi tam ſingularem illam Vineam, proprio Uferiæ nomine appellatâ, quæ Monafterio eidem contigua fuiſſe ſupponitur, quæque propterea etiam eo magis connumeranda videbatur, ſi jam tum fuiſſet in ejus poteſtate. Nondum igitur donata illi fuerat hæc Vineam; proindeque ne donata quidem illi fuit à muliere, quæ Archiepiſcopi ejus Ariberti uxor eſſet. Ejuſmodi verò Documenta mihi, de fide mea ſibi jamdudum comperta certiffimus, Anno 1642. ex ejus Abbatia Archivum commodavit Eminentiſſimi Cardinalis Antonii Barberini Abbatis Commendatarii tunc Procurator, Bernardus Bellonus, Ambroſianæ Baſilicæ Canonicus, cujus mentionem faciebam in ejuſdem Baſilicæ Ambroſianæ Monumentis Numero 280. & rursus in Diſſertatione feci Nazariana Capite 107. Numero 12. Actria quidem prima generis hujus Documenta ego ad verbum recitabo Capite ſubſequenti: reliqua verò ſunt hujusmodi. Quartum nempe eſt Oberti Archiepiſcopi noſtri Privilegium, eidem Monafterio conſeſſum Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, menſe Octubris, indictione decima. Quintum eſt Privilegium, eidem pariter Monafterio ab Eugenio Papa conſeſſum, ac datum Vercellis per manum Guidonis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, quinto nonas Martii, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ Anno Milleſimo centeſimo quadrageſimoſexto, Pontificatus verò Domni Eugenii Tertii Papæ Anno Tertio.

A Sextum eſt Adriani Papæ Privilegium, Datum Laterani per manum Alberti, Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, vicem Domni Rolandi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii, gerentis, quarto Idus Novembris, Indictione ſexta, Incarnationis Dominicæ Anno Milleſimo centeſimo quinquageſimoſeptimo, Pontificatus verò Domni Adriani Papæ Quarti Anno Tertio. Septimum eſt Friderici Imperatoris Ænobarbi Privilegium, ita denique ſubſcriptum, *Ego Fridericus, Coloniensis Archiepiſcopus, & Italici Regni Archicancellarius, recognovi, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, Indictione ſeptima, Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo, Anno Regni ejus Septimo, Imperii verò Quarto, feliciter, Amen. Datum in Runcalia decimoquinto Kalendas Decembris*. Octavum & poſtremum eſt Alexandri Papæ Privilegium, Datum Senonis per manum Hermanni, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii, ſecundo Nonas Novembris, Indictione decimatertia, Incarnationis Dominicæ Anno Milleſimo centeſimo ſexageſimoquarto, Pontificatus verò Domni Alexandri Papæ Tertii Anno Sexto. Quo cæteroqui tempore (horretque animus meminiffe) nobiliſſima Civitas hæc noſtra, miſerandum in modum ab ipſomet Imperatore Friderico Ænobarbo diruta, ſuiſque Civibus abire coactis ſpoliata, ſecundum jam Annum iacebat. In his igitur omnibus & ſingulis Privilegiis, eidem Monafterio conſeſſis, omnia ſingillatim enumerantur ejus prædia & bona immobilia: quinetiam in quarto, quinto, ſexto, & octavo nominatim exprimitur *Decima terrarum, quæ ſunt juxta ipſum Monafterium*; neque tamen unquam nominata vel aliquatenus aliter indicata conſpicitur Vineam illam, Uferiæ nomine inſignis. Quocirca ne ad illud quidem uſque tempus ea videtur in ejus poteſtate Monafterii fuiſſe; atque adeò ne donata quidem ab Uferia, quæ Ariberti eſſet Archiepiſcopi uxor. Illud etiam his accedit, quòd neque Sanctus Arialdus neque alius quiſpiam ex ejus fautoribus uſquam legitur inter innumeras de Sacerdotum Conjugiis querimonias aliquid unquam innuiſſe de Matrimonio, quo aliquis ex Archiepiſcopis noſtris aliquando illigatus fuiſſet. Attendantur verò etiam corruptelæ, quas è Mediolaneniſi Eccleſia tollere ſtuderent Legati Apoſtolicæ, huc miſſi, ac nominatim Ferrus Damiani Cardinalis, & Anſelmus Epicoſopus Lucenſis, de quibus præfertim dictum eſt præſentis Libri Quarti Capite decimo. Eæ profectò non aliæ invenientur eſſe, quam Simonia (cujus & Archiepiſcopus & Clerus erat reus) quàmque Miniſtrorum Archiepiſcopo inferiorum incontinentia. Quamobrem Archiepiſcopus etiam ipſe Guido eodem illo Capite 10. ſic etiam promittebat Numero 24. *Nicolaitarum quoque hæreſim nibilominus condemnamus: & non modo Presbyteros, ſed & Diaconos, & Subdiaconos ab uxorum vel concubinarum ſædo conſortio noſtri ſtudiis, in quantum poſſibilitas nobis fuerit, ſub eodem, quo ſupra, teſtimonio arcendos eſſe promittimus*. Denique verò dicamus etiam, de Sacris Eccleſiæ Mediolanenſis Miniſtris, qui per hæc tempora uxores haberent, non aliter ſentendum videri, quàm ſecundum eas generis hujus leges, quæ per eadem pariter tempora in uſu communiter apud Græcos eſſent; apud quos tamen ſancitum erat, & inviolabiliter ſerva-

servabatur, ut Episcopi non haberent uxores, quibus utique cohabitarent; quemadmodum apertissime testatum jam vidimus Numero 24. quibus etiam ea consentiunt, quæ videbimus infra Numero 64. Propter hæc igitur præsertim argumenta ego sanè adduci non possum, ut Gualvano (qui post ducentos quinquaginta & amplius ab Ariberti obitu Annos floruit) credam, quod sine ullo Auctore affirmabat, Archiepiscopum illum nostrum habuisse uxorem illam; qua scilicet interim uti posset, ita, quemadmodum tunc temporis factitabant inferiores hujus Ecclesiæ Ministri.

LII. Sed agamus liberaliter cum Gualvano: & illi hoc ipsum etiam credamus. Numquid ergo propterea credendus etiam erit Aribertus uxorem verè habuisse; quia Sanctus Ambrosius nubendi facultatem ipsi concesserit; & in hunc præcipuè finem suis etiam Successoribus benedixerit? Aribertus profectò per eadem tempora Simoniam quoque exercebat (ut ex iis etiam colligi potest, quæ superiore Capite 10. Num. 30. recitavimus) neque tamen ejus exercendæ facultatem à Sancto Ambrosio acceperat. Quidni ergo similiter à nobis credatur ne nubendi quidem facultatem ab ipso accepisse? sicut ne ab ipso quidem reliquus acceperat Clerus; ut nos hæcenus contendimus. In hac enim corruptela Clerum potius videtur imitatus Græcum, Constantinopolitanæ illi Synodo Erraticæ applaudentem: fortasse verò etiam majores in ipsa & liberiores progressus fecit ea fretus lege, quæ Libro septimo Capitulum Karoli Magni & Ludovici Pii Imperatorum Capitulo 353. quod est *De Regulis Clericorum*, pagina 1116. continetur, & his expressa verbis: *Clerici castimoniam quoque inviolati corporis perpetuò conservare studeant: aut certè unius Matrimonii vinculo fœderentur.* Septem verò ii Libri hunc in modum sunt inscripti: *Karoli Magni & Ludovici Pii, Christianissimorum Regum & Imperatorum, Capitula, sive Leges Ecclesiastica, & Civiles, ab Ansegiso Abbate & Benedicto Levita collecta, Libri septem.* Sic etiam iidem Codice continentur Legum Antiquarum, Francofurti edito apud Johannem, & Andream Marnios & Consortes, Anno 1613. Certè autem Imperatoris etiam Ludovici tempore (quod fuit ab Anno Christi octingentesimo decimoquarto usque ad quadragesimum; sicut & Caroli Magni fuerat ab Anno octingentesimo usque ad decimumquartum) Simoniacæ labes Ecclesiam fœdabat Mediolanensem; sicuti præsentis Libri Quarti Capite tertio jam vidimus numero quinto. Eodem verò illud etiam profectò pertinet, quod Tomo Secundo Conciliorum Antiquorum Galliarum, à Jacobo Sirmondo Parisiis Anno Domini 1629. editorum, legitur pagina 431. Ibi enim post Synodum Aquisgranensem, Anno Christi octingentesimo decimo sexto, Ludovici Pii Imperatoris Tertio, Indictione decima celebratam, recitantur Capitula subinde in ejusdem Imperatoris Palatio condita: & inter hæc decimum sextum, *De Episcopis Italiae* inscriptum, & his conceptum verbis: *De Episcopis verò in Longobardia constitutis, qui ab his, quos ordinabant, sacramenta & munera contra Divinam & Canonicam auctoritatem accipere, vel exigere soliti erant, modis omnibus inhibitum est, ne ulterius fiat; quia juxta Sacros Canones uterque à gradu proprio, talia facientes, decidere debent.*

Tom. IV.

A LIII. Ut autem ab examinandis ejusmodi Scriptorum testimoniis nos expediamus, hoc denique solum in Bernardino Corio superest observandum: quemadmodum ille scilicet nullatenus distinxisse videatur inter habere ac ducere uxorem. Quocirca primùm explicans, quid Ambrosius concesserit, his explicabat verbis: *Concessit loro, che potessero avere moglie vergine.* Subinde verò explicans, quemadmodum illis hoc ipsum postea vetitum fuerit, hunc in modum explicuit: *Fu ordinato, che alcun Sacerdote, o Chericò, non togliesse moglie.* Hinc igitur etiam ille Corii Censor, quo suggerente Sacra Indicis Congregatio decrevit, hunc ipsum Corii locum emendari oportere, non ineptè his itidem verbis usus est (qualia nos in ejusdem Congregationis Epistola recitabamus Numero 10.) *Asserit, Sanctum Ambrosium permisisse Sacerdotibus uxorem ducere.*

B LIV. Hac tamen rursus data occasione, prætereundum silentio nobis non est, quemadmodum Sacris Ministris ab Ecclesia Catholica Romana non tam uxorem ducere, quam uxorem ad officia conjugii habere, vetitum sit; ut sapienter observavit Dominicus Sotus Libro Septimo de Justitia, Quæstione 6. Articulo 2. Bellarminus Libro Primo de Clericis, Capite 18. Gregorius de Valentia Libro de Cœlibatu, Capite 2. & alii. Ejusdem Gregorii verba sunt hæc: *Ut optimè attigit Sotus (loco illo nuper indicato) oportet prohibitum esse, ne quis post Ordinationem uxorem ducat; propter ipsum actum contrahendi, & ducendi quia prohibitum est, ne quis post Ordinationem Matrimonio utatur. Non enim his, qui sunt in Sacris Ordinibus, Matrimonio interdictum uxorem (siquidem is actus sanctus & religiosus est, ac honestissimus, & constituens unumquoddam Sacramentum) sed propter usum certè ipsius Matrimonii, qui videtur minus dignitatem atque officium Hominum Sacratorum decere; sicut postea ostendemus. Et in eadem sententiam Bellarminus hæc item: *Matrimonium non pugnat cum Ordinibus ratione essentia sua, sed ratione officii seu exercitii conjugalis. Si enim Deus prohibuisset Sacerdotibus Conjugium; certè prohibuisset propter actum conjugalem, qui hominem reddit totum carnalem, & ineptum ad Divina; necnon propter sollicitudinem domus & liberorum, quæ plurimas parit distractiones; non autem propter solum Sacramentum Conjugii, vel propter contractum Matrimonii, qui celebratur solo consensu animorum, & est res brevissima & honestissima.**

C LV. Sed tempus jam est, ut ab ejusmodi criminatione, in eos Historiographos collecta, transitum faciamus lætiorem ad nonnullos alios causæ nostræ fautores: & ad Sanctos præsertim Hieronymum & Augustinum, Sancto Ambrosio contemporaneos, & in ejus Libris versatissimos, necnon etiam Ecclesiasticarum Mediolani Rerum peritos: à quibus nemo propterea prudens crediderit ignorari potuisse, Sanctuine Ambrosius legem illam sanxerit pro Græcorum vel nostratum Sacerdotum Matrimonii, & an ea sive Mediolani, sive in Græcia deinceps ab ipsis usitarentur.

D LVI. Vide autem, quàm multa nobis Hieronymus suppeditet in Epistola 50. ad Pammachium, sive in Apologia pro suis adversus Jovinianum Libris. Non procul enim ab initio hæc in primis habet: *Si sæculi homines indignantur, in minori gradu se esse, quàm Virgines; miror, Clericos & Monachos & Continentes*

S

mentes



nentes id non laudare, quod faciunt. Castrant se ab uxoribus suis, ut imitentur Virginum castitatem: & id ipsum volunt esse Maritatus, quod Virgines? Aut jungantur itaque uxoribus suis, quibus renunciauerant: aut, si se abstinerint, etiam tacentes confitebuntur, melius esse, quod Nuptiarum operi prætulerunt. Et aliquantò post: Ecce perspicuè Nuptias diximus concedi in Evangelio; sed tamen easdem, in suo officio permanentes, præmia castitatis capere non posse. Quod si indignè accipiunt Mariti, non mihi irascantur, sed Scripturis Sanctis, immò Episcopis, & Presbyteris, & Diaconis, & universo Choro Sacerdotali & Levitico; qui se noverunt hostias offerre non posse, si operi seruiant conjugali. Denique verò prope finem Epistolæ: Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentis: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post Sacerdotium in æternum pudici. Hæc in ea Epistola Hieronymus.

LVII. Ecce verò nobis etiam, quid illerursus prope initium Libri adversus Vigilantium: *Prob nefas* (exclamat ille, de Vigilantio loquens) *Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes; si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint; nulli cælibi credentes pudicitiam; immò ostendentes, quàm sanctè vivant qui malè de omnibus suspicantur; & nisi prægnantes uxores viderint Clericorum, infantisque de vulvis matrum vagientes, Christi Sacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesie? Quid Aegypti, ET SEDIS APOSTOLICÆ? Quæ aut virgines Clericos accipiunt, aut continentis: aut, si uxores habuerint, mariti esse desistunt. Quem postea locum suis illustrans Scholiis Marianus Victorius, hæc habebat: Ex hoc loco patet, Sancti Hieronymi tempore etiam in Oriente cælibes fuisse Sacros Ecclesie Ministros, & non conjugatos, ut dicitur: & Græcos post id tempus, spretis Canonibus, Nuptias sacris Ministeriis miscuisse. Quæ res etiam à Sancto Basilio asseveratur, ut in Epistola ad Gregorium (sive potius Paregorium). Hoc ipsum asserunt etiam Eusebius Libro Primo de Demonstratione Evangelica, Maximus in Responsis ad Thalassii Quæstiones, Ephrem Syrus in Epistola quadam ad Monachum, qui dicebat, melius esse nubere, quàm uri: item Epiphanius contra Catharos: & alii. Hactenus Marianus Victorius.*

LVIII. Quid autem vetat, quominus inter illas Apostolicæ Sedis Ecclesias computatam interpretemur etiam esse Mediolanensem? sive quia hæc secundum Hieronymi sententiam verè fuerit ex illis una; sive saltem quia hæc simul cum Antistite suo Ambrosio in re tam gravi, tamque solemnibus firmata decretis, nullatenus à Sedis Apostolicæ iudicio ac mandatis dissenserit. Quanti profectò Ambrosius eam Sedem fecerit, vel ex eo loco apertissimè dignoscitur, quem hoc ipso Libro Quarto innuebat Petrus Damiani Capite 10. numero 13. & Arnulphus Capite 17. numero 4. quique continetur ejusdem Ambrosii Libro Tertio de Sacramentis Capite 1. De consuetudine ibi diserebat lavandi Baptizatorum pedes, Mediolani communiter eo tempore usitata; cum inquit: *Non ignoramus, quòd Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, CUJUS TYPUM IN OMNIBUS SEQUIMUR ET FORMAM. Hanc tamen consuetudinem non habet, ut pedes lavet. Vide*

A *ergo, ne fortè propter multitudinem declinarit. Sunt tamen qui dicant, & excusare conentur; quia hoc non in Mystero faciendum est, non in Baptismate, non in Regeneratione; sed quasi hospiti pedes lavandi sunt. Aliud est humilitatis, aliud sanctificationis. Denique audi, quia mysterium est & sanctificatio. Nisi laveris tibi pedes; non habebis mecum partem. Hoc ideo dico, non quòd alios reprehendam, sed mea officia ipse commendem. IN OMNIBUS CUPIO SEQUI ECCLESIAM ROMANAM; sed tamen & nos homines sensum habemus. Ideo, quod alibi rectius servatur, & nos rectè custodimus. Hactenus Ambrosius. Quem quidem locum examinans Baronius in ejusdem Sancti Ambrosii Vita, ad Annum Christi Trecentimum octuagesimum quartum, in hæc verba differuit. Caterùm, ut aliquid obiter dicamus de eo, quod spectat ad jejuniu Sabbati, & alios aliquos ritus Ecclesiasticos, etsi diverso modo ab usu Romanæ Ecclesie eos Ambrosius observavit; id quidem non eo animo fecit, quasi, suos tantum probans, illos despiceret. Audi, quid ipse profiteatur, cum de ea re agens (Libro Tertio de Sacramentis Capite 1.) hæc ait: Non ignoramus, quòd Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat (lavandi scilicet pedes nuper baptizatis) CUJUS TYPUM IN OMNIBUS SEQUIMUR ET FORMAM. Et paulò post: IN OMNIBUS CUPIO SEQUI ECCLESIAM ROMANAM &c. Eiusmodi enim rituum varietates, modò Catholica Fidei & charitatis unitas retineatur, & Sancta Romana Ecclesia, Apostolica Sedes, ut Mater & Magistra omnium Ecclesiarum cognoscatur, nihil impediunt, quominus omnes simus in Christo.*

LIX. Certè autem, vice in contrarium versa, Sacrum Novi Testamenti Ministerium non erat ejusmodi, ut Ambrosio videri posset alibi rectius, quàm in Ecclesia Romana, servatum, utque propterea rectè ab ipso aliter, quàm in illa, custodiri posset. Alibi enim (& apud paucos sanè, ut jam vidimus) illud unà cum Matrimonii usu servabatur, sed contra Sacros Apostolorum & Nicæni Concilii Canones, contra singularem illam tanti Ministerii præstantiam & sanctitatem, contra communem Sanctorum Patrum consensum, ac denique contra ipsius Ecclesie Romanæ Sedisque Apostolicæ mandatum. A qua quidem Ecclesia & Sede quicunque dissentit, non est re vera Catholicus, quemadmodum Beatus ait Ambrosius: ut Arnulphus etiam nobis superius profitebatur Capite 17. numero 6. & Capite 17. numero 12. Quibus utique verbis Arnulphus Orationem indicabat Ambrosii de Obitu Satyri fratris sui: qua Oratione, si non ad verbum, certè tamen quoad rei veritatem axioma illud expressum est. Illic enim de Satyro, posteaquam divinitus è maritimo naufragio incolumis enataffet in litus, hæc habemus, Ambrosii ejusdem ore commendata: *Advocavit ad se Episcopum, nec ullam veram putavit nisi veræ fidei gratiam: percontatusque ex eo est, UTRUMNAM CUM EPISCOPIS CATHOLICIS, HOC EST CUM ROMANA ECCLESIA, CONVENIRET. Et fortè ad id locorum in Schismate Regionis illius Ecclesia erat. Lucifer enim se à nostra tunc temporis communionem diviserat: & quamquam pro Fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes; non putavit tamen (Satyrus, & cum eo Ambrosius) Fidem esse in Schismate.*

Nam

Nam etsi fidem erga Deum tenerent; tamen erga Dei Ecclesiam non tenebant; cujus patiebantur velut quosdam artus dividi, & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi Corpus Ecclesia sit; non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus evacuatur ejus Passio, Corpusque destrahitur. Et hæc quidem in præsentis satis sint è propositis Sanctorum Hieronymi simul & Ambrosii testimoniis.

LX. Quod proximè subsequitur Sancti Augustini, hac in urbe ab ipsomet Ambrosio baptizati, testimonium, ex ejus Secundo de Adulterinis Conjugiis Libro, Capite 20. depromptum est. Istos (inquit) qui virilem excellentiam non putant nisi peccandi licentiam, quando terremus, ne adulterinis conjugiiis hærendo pereant in æternum, solemus eis proponere etiam CONTINENTIAM CLERICORUM, qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur invitati; eamque susceptam usque ad debitum finem, Domino adjuvante, perducunt. Dicimus ergo eis: Quid, si & vos ad hoc subeundum Populorum violentia caperemini? Nonne susceptum castè custodiretis officium, repente conversi ad impetrandas vires à Domino, de quibus nunquam antea cogitastis? Sed illos, inquit, honor plurimum consolatur. Respondemus: Et vos timor amplior moderetur. Si enim hoc multi Dei Ministri, repente atque inopinanter impositum susceperunt, sperantes, se illustrius in Christi hereditate fulgere; quanto magis vos adulteria cavendo vivere continenter debetis, metuentes, non in Regno Dei minus lucere, sed in Gehennæ ignibus ardere? Hæc atque hujusmodi eis, ut possumus, dicimus, qui quoquo modo à se discedentibus, vel propter adulterium dimissis conjugibus suis, alias volunt ducere; & cum prohibentur, infirmitatem nobis carnis opponunt. En igitur, quemadmodum Augustini tempore in Ecclesia Latina Clerici communiter continentiam profiterentur: & sperantes, se illustrius in Christi hereditate fulgere. Sicut enim castè vivendo hinc in terris altiore, quam conjugati, profitebantur perfectionis gradum; sic etiam in Regno Cælorum præcellentiore beatitudinis gradum expectare jure merito poterant.

LXI. Supra Quadragesimum autem Christi Annum trigésimo Augustinus ad Superos abiit; cum alioqui Hieronymus ejusdem Sæculi vigésimo, Ambrosius autem superioris Sæculi nonagesimo septimo præcessissent.

LXII. Quo certius autem idipsum pro Ecclesia etiam constet Orientali; ecce nobis alios & idoneos per eadem tempora testes; ac Sanctum in primis Gregorium, fidei conversationis, integritatis, & sapientiæ merito fratrem Sancto Basilio dignissimum, (sicut à Vincentio Lirinensi celebratur in Libro adversus Hæreses) & è conjugato Episcopum Nyssenum, qui Synodo illi affuerat Constantinopolitanæ, quam numero 27. celebratam dicebamus Anno Trecentésimo octuagesimo primo, quique superstes etiam erat nonagesimo quarto. Hic nimirum in Libro de Virginitate, Capite ultimo, sic inquit: Quomodo Dei Sacerdotio fungeris, qui ad hoc ipsum, ut munus offerres, unctus es? Quomodo hæc ipsa Deo offeres, qui legi non obtemperas prohibenti, ne Sacra impurus faciat? Ac si Deum tibi apparere expetis; quid causæ est, cur Mosem non audias, qui Populo

Tom. IV.

A edicit, ut à nuptiis purus sit, qui Dei aspectum comprehendat?

LXIII. Sanctus etiam Joannes Chrysostomus ad Archiepiscopalem Constantinopoleos Cathedralam eodem ipso assumptus est Anno, quo Sanctus Ambrosius ad Beatam in Cælis Mansionem: atque ad Annum usque Quadragesimum septimum supervixit. Homiliâ verò secundâ de patientia Job hæc ille nobis scripta reliquit: Dixit (Apostolus Paulus) unius uxoris virum; non ea ratione, ut id nunc in Ecclesia observetur. Oportet enim prorsus castitate Sacerdotem ornatum esse.

LXIV. Ad eandem verò pro Clerici Orientalis Cœlibatu sententiam pertinet Concilium quoque illud, quod idem Chrysostomus Constantinopolitana in urbe celebravit Anno, ut bene computat Baronius, Quadragesimo: & de quo Palladius Diaconus in Dialogo de Vita ejusdem Sancti Chrysostomi abundè scripsit Capite 13. & 14. Inter alia multa sic ille: Tertiadecima Distributione (sive Indictione, ut bene fuit à Baronio etiam observatum) venerunt Constantinopolim Asiæ Episcopi, necessitatum Ecclesiasticarum gratiâ: & nobiscum (quippe Palladius etiam ipse ibi tunc aderat) remorati sunt, præsentibus & aliis Episcopis, ex Scythia quidem Theotimo, ex Thracia verò Ammone Ægyptio, & ex Galatia Arabiano, Metropolitibus omnibus, ac Senibus, qui viginti duorum Episcoporum implebant numerum. Convenientibus autem omnibus, & communicantibus, observato Eusebio quidam Valentinopolitanus Episcopus congregato Concilio, una sabbati adstitit, Libellosque tradidit Synodo, præposito ut decuit Joannis nomine, contra Antoninum Episcopum Ephesi, septem Capitula continentes. Hæc igitur Capitula Palladius ex ordine singillatim recitat, & inter illa sextum, his expressum verbis: QUOD, CUM UXORI PROPRIÆ ABRENUNCIASSET, RURSUS ILLI CONGRESSUS EST, FILIOSQUE EX EA PROCREAVIT. Cùmque deinceps alia narrasset nonnulla; sic etiam adjecit: Jubent itaque, Libellum recitari: lectaque sunt memorata Capitula. Postea dicunt Joanni Seniores Episcopi. ETSI UNUMQUODQUE CAPITULUM PER SE IMPIUM EST, ET UNDIQUE SACRIS LEGIBUS INTERDICTUM; ne tamen videamur in his, quæ suggesta sunt nobis, omne studium ponere; ab eo, quod est horribilius dictu, fiat inquisitionis initium. Si enim illud inventum fuerit verum; nulla de Capitulis reliquis erit controversia; cùm Capituli illius radix omnem præ se iniquitatis speciem ferat. Hæc ibi Palladius. E quibus itidem aptè opportunèque Baronius ad eundem Annum sic monebat: Unde & certior fias eorum, quæ superius inculcata sunt, etiam in Orientali Ecclesia conjugatos electos Episcopos, non nisi uxore dimissa ordinari solitos, nec amplius ea uti. Quæ de re separatim ego quoque differebam Numero 51. & 52.

LXV. Postremum jam tandem hoc est, ut sententiam nostram, præsentis Capite comprobata, eo etiam confirmemus Decreto Pontificio, cujus è Sancto Ennodio Ticinensi Episcopo mentionem faciebamus Capite 20. in Sancti Laurentii Littæ Archiepiscopi nostri Vita, quam typis Anno Domini 1653. edidimus. Ejusmodi Decretum auctoritate Sancti Papæ Symmachi conditum fuit Anno Quingentesimo secundo, & ab Archiepiscopo illo nostro promulgatum illico fuit Episcopis suis

S a

Pro-



Provincialibus: eoquē tam ipsi quā Presbyteri & Diaconi jubebantur habere contubernales, tamquā pudicitiae suae testes: quam utique pudicitiam Clerus etiam Mediolanensis per ea tempora profitebatur, jam inde scilicet e priscis & Sancti Ambrosii temporibus perenniter conservatam. Attentē igitur, si placet, Caput illud legatur, sicut & Cardinalis Baronii Annales ad Annum illum Christi 502. Articulo 32. & aliquot aliis subsequentibus. Nos interim ex eo Decreto hæc tantū recitamus: **Nullum ergo Sacerdotum, ANTIQVIS ET MODERNIS LEGIBUS OBSEQUENTEM, nullumque Levitarum sine bene probata voluntate in quocumque loci manere persona: vel, quem substantiæ exilitas non permiserit habere consortem, ipse concellaneus fiat alterius. Publicum sit apud Religiosos omne quod geritur: clandestina repudietur obscuritas: multos habeat actuum conscios, qui Deo debet innocentiam. Videant amuli; quia qui testes adhibet, vult probari: malè deprehensa iudicetur conversatio, quæ non optat agnosci.** Et paulò post: **Unde, mansuro cum Dei & Redemptoris Nostri ordinatione, Constituto sancimus, APOSTOLICÆ SEDIS BEATI PETRI VEL PRÆSULIS EJUS AUCTORITATE PAPÆ SUBNIXI, quæ vitia desiderat radicitus amputari, ut nullus Religiosorum de memoratis Ordinibus aliter, quā præfati sumus, audeat conversari: vel quicumque præsumpserint, cum amissione pudoris honorum damna sustineant. Quomodo grande malum est, dicatam Deo personam salutaribus monitis non parere. NULLUS SECUM EXTRANEAS HABEAT MULIERES, PRÆTER PERSONAS CANONIBUS DESIGNATAS; ne agendo taliter, etiamsi vita sit immo-**

**A** cens, damnum opinionis incurrat. Hæc ex eo Decreto. Cujus quidem postrema clausula, perspicuum est, quā benè congruat cum eo Nicæni Concilii Canone, quem Numero 39. recitabamus, quamque aptè huc etiam illud pertineat Sancti Gregorii Papæ Magni pronunciatum Libro septimo, Epistola 39. ad Romanum Defensorem, his verbis: *Pervenit ad nos, quosdam Episcoporum, sub prætextu quasi solatii, in una domo cum mulieribus conversari. Et ideo, ne per hoc aut subsannatoribus iusta obrektionis detur occasio, aut facilem antiquus humani generis Inimicus materiam deceptionis assumat, hujus tibi serie præceptionis iniungimus, ut strenuum te studeas & sollicitum exhibere. Et si quis Episcoporum, quos commisi tibi Patrimonii finis includit, cum mulieribus degunt; hoc omnino compescas, & de cætero eas illic habitare nullo modo patiaris; EXCEPTIS EIS, QUAS SACRORUM CANONUM CENSURA PERMITTIT, ID EST, MATRE, AMITA, GERMANA, ET ALIIS HUIJUSMODI, DE QUIBUS PRAVA NON POSSIT ESSE SUSPICIO. Melius tamen faciunt, si etiam à talium se cohabitatione contineant. Nam legitur, quòd Beatus Augustinus nec cum sorore sua habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo Viri cautela, magna nobis esse debet instructio. Nam incautæ præsumptionis est, quod fortis pavet, minùs validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non uti concessis.* Hæc Sanctus Gregorius ille Papa, verè Magnus, & Ecclesiæ Doctus Eximius: hisque nos etiam præfens Caput læti jam tandem concludimus.

F I N I S.

*ERat in recensiori Codice Landulphi, quem supra designavimus, Catalogus Mediolanensium Archiepiscoporum à S. Anathalone ad Galdinum usque productus, nulla ejus Auctoris mentione facta. Eum etiam vulgavi ad antiquitatis illustrationem, & ne quid ex laudatis Metropolitanæ Bibliothecæ Codicibus desiderares. Vale.*

## INCIPIIT CATALOGUS MEDIOLANENSIS, UTQUE ARCHIEPISCOPORUM.

- A**NATOLON fedit XIII. obiit VIII. Kal. Octubris.
- GAJUS Episcopus fedit annos XXII. obiit sexto Kal. Octubris, sepultus ad Concilia Sanctorum.
- CASTRICIANUS Episcopus fedit annos XLI. obiit Kal. Decembris, sepultus est ad Sanctum Johannem ad Concham.
- CALIMERUS Episcopus fedit annos LIII. obiit pridie Kal. Augusti.
- MONAS Episcopus fedit annos LXIV. obiit Kal. Aprilis, sepultus est ad S. Vitalem.
- MUDELES fedit annos XXII. obiit pridie Kal. Decembris, sepultus ad S. Victorem.
- MATERNUS Episcopus fedit annos XII. obiit XV. Kal. Augusti, sepultus ad S. Naborem.
- PROTASIUS Episcopus fedit annos XXV. obiit octavo Kal. Decembris, sepultus ad Sanctum Victorem.
- EUSTORGIUS Episcopus fedit annos XVII. obiit XIV. Kal. Octubris.
- DIONYXIUS Episcopus fedit annos XIV. obiit VIII. Kal. Junii.
- AMBROSIUS Episcopus fedit ann. XXVI. menses IV. dies V. obiit Nonas Aprilis.
- SIMPLICIANUS Episcopus fedit ann. X. obiit XVIII. Kal. Septembris.
- VENERIUS Episcopus fedit ann. VIII. obiit IV. Nonas Maji, sepultus ad Basilicam Apostolorum.
- MARROLUS Episcopus fedit ann. XV. obiit VIII. Kal. Maji, sepultus est ad Basilicam Apostolorum.
- MARCIANUS Episcopus fedit ann. XXX. obiit IV. Kal. Jan. sepultus est ad S. Stephanum ad Rotam.
- GLICERIVS Episcopus fedit ann. XVIII. obiit XVII. Kal. Octubris, sepultus ad Basilicam Apostolorum.
- LAZARUS Episcopus fedit ann. XI. obiit pridie Idus Martii, sepultus est ad Basilicam Apostolorum.
- EUXEBIUS Episcopus fedit ann. XVII. obiit VI. Id. Aug. sepultus est ad S. Laurentium.
- GERONCIUS Episcopus fedit ann. VI. obiit IV. Non. Maji, sepultus est ad S. Simplicianum.
- BENIGNUS Episcopus fedit ann. VIII. obiit V. Kal. Decembris, sepultus est ad Sanctum Simplicianum.
- SENATOR Episcopus fedit ann. III. mens. VIII. dies XV. obiit IV. Kal. Junii, sepultus est ad S. Eufemiam.
- THEODORUS Episcopus fedit ann. VIII. obiit Kal. Aprilis, sepultus est ad S. Ypolitum.
- LAURENTIUS Episcopus fedit ann. XXII. obiit VI. Kal. Augusti, sepultus est ad Sanctum Ypolitum.
- EUSTORGIUS Episcopus fedit ann. VII. obiit VIII. Idus Junii, sepultus est in supradicta Ecclesia.
- MAGNUS Episcopus fedit ann. XXX. obiit Kal. Novembris, sepultus ad S. Eustorgium.

DATIUS

- DATIUS** Episcopus fedit ann. XXIV. obiit XIX. Kal. Februarii, sepultus est ad S. Victorem.
- VITALIS** Episcopus fedit ann. IV. sepultus est ad S. Vitalem.
- AUXANUS** Episcopus fedit ann. III. obiit III. Nonas Septembris, sepultus ad Sanctum Stephanum ad Rotam.
- HONORATUS** Episcopus fedit ann. II. sepultus est in Ecclesia S. Georgii ad Nocetam.
- ARONTIUS** Episcopus fedit ann. XI.
- LAURENTIUS** Junior Episcopus fedit ann. XIX. mens. VII. obiit XII. Kal. Septembris, sepultus in Jenua ad S. Vitum Syrum, vixit annis LXXXII.
- CONSTANTIUS** Episcopus fedit annis XVIII. obiit die III. mensis Septembris, sepultus est in Jenua in Domo S. Ambrosii, vixit annis C.
- DEUSDEDIT** Episcopus fedit annis XXVIII. mens. I. diebus XIV. obiit IV. Kal. Novembris, sepultus est in Jenua ad S. Syrum vixit annis XC.
- AUSTERIUS** Episcopus fedit annis X. mens. V. diebus VII. obiit die IV. mens. Julii, sepultus est in Jenua ad S. Syrum vixit annis LXX.
- FORTIS** Episcopus fedit annis IV. sepultus est.
- JOHANNES** Episcopus fedit annis X. obiit IV. Nonas Januarii, sepultus est ad S. Michaëlem, in Domo.
- ANTONINUS** Episcopus fedit annis II. obiit pridie Kal. Novembris, sepultus est ad S. Simplicianum.
- MAURILLUS** Episcopus fedit mens. IV.
- AMPELLIUS** Episcopus fedit annis V. sepultus est ad S. Simplicianum.
- MANSUETUS** Episcopus fedit annis IX. obiit XI. Kal. Martii, sepultus est ad S. Ambrosium.
- BENEDICTUS** Episcopus fedit annis XLVII. obiit VI. Idus Martii, sepultus est ad S. Ambrosium.
- THEODORUS** Episcopus fedit annis XIV. obiit pridie Idus Majas, sepultus est in Monasterio Olonæ.
- NATALIS** Episcopus fedit mens. XIV. obiit pridie Idus Majas, sepultus est ad S. Georgium.
- ARIFREDUS** Episcopus fedit mens. IX. sepultus est ad S. Nazarium.
- STABILIS** Episcopus fedit annis II. mens. IV. obiit Idus Decembris, sepultus est ad S. Ambrosium.
- LÆTUS** Episcopus fedit annis XIII. mens. XI. obiit pridie Nonas Aprilis, sepultus est ad S. Ambrosium.
- THOMAS** Episcopus fedit annis XXVIII. dieb. V. obiit V. Kal. Octubris, sepultus est ad S. Laurentium.
- PETRUS** Episcopus fedit annis XVII. mens. IV. obiit Idus Maji, sepultus est ad S. Ambrosium.
- OLDEBERTUS** Episcopus fedit ann. IX. mens. VII. obiit V. Kal. Martii, sepultus est ad S. Ambrosium.
- ANSELMUS** Episcopus fedit annis V. obiit V. Idus Maji, sepultus est ad S. Ambrosium.
- BONUS** Episcopus fedit annis IV. obiit X. Kal. Februarii, sepultus est ad S. Ambrosium.
- ANGELBERTUS** Episcopus fedit annis XXXV. mens. V. dieb. XVII. obiit Idus Decembris, sepultus est ad S. Nazarium.
- TADO** Episcopus fedit annis VII. mens. VI. diebus XXII. obiit VII. Kal. Junii, sepultus est ad S. Ambrosium.
- ASPERTUS** Episcopus fedit annis XIII. mens. V. dieb. XIII. obiit VII. Idus Decembris, sepultus est ad S. Ambrosium.

ANSEL-

- ANSELMUS** Episcopus fedit annis XIV. mens. VII. diebus XXII. obiit V. Kal. Octubris, sepultus est ad S. Ambrosium.
- LANDULPHUS** Episcopus fedit annis III. diebus minus XXXVIII. obiit IX. Novembris, sepultus est ad S. Ambrosium.
- ANDREAS** Episcopus fedit annis VI. mens. III. obiit pridie Kal. Maji, sepultus est ad S. Ambrosium.
- AICHO** Episcopus fedit annis XII. mens. VI. obiit VI. Idus Septembris, sepultus est in Ecclesia hyemali.
- HILDUINUS** Episcopus fedit annis V. diebus XV. obiit IV. Kal. Augusti, sepultus est in Ecclesia hyemali.
- ARDERICUS** Episcopus fedit annis XII. obiit Idus Octubris, sepultus in Ecclesia Apostolorum, intra Capellam S. Lini Papæ.
- MANNASES, & ALDEMANUS** annis V. inter se dividerunt Episcopatum.
- WALPERTUS** Episcopus fedit annis XVIII. obiit VIII. Idus Novembris, sepultus est in Ecclesia hyemali.
- ARNULPHUS** Episcopus fedit annos III. mens. IV. obiit VI. Kal. Maji, sepultus in Ecclesia hyemali.
- GOTEFREDUS** Episcopus fedit annis V. mens. I. diebus XXIII. obiit XIII. Kal. Octubris, sepultus est in Ecclesia hyemali.
- LANDULPHUS** Episcopus fedit annis XVIII. mens. III. diebus XIII. obiit X. Kal. Octubris, sepultus est ad Monasterium S. Celsi, quod ipse noviter ædificavit Indictione X.
- ARNULPHUS** Episcopus fedit annis XVIII. mens. IX. diebus VI. obiit V. Kal. Maji, Indictione I. sepultus est ad S. Victorem.
- ERIBERTUS** Episcopus fedit annis XXVI. mens. IX. diebus XIX. obiit VI. die mensis Januarii, sepultus est in Ecclesia S. Dionysii Confessoris.
- GUIDO** Episcopus fedit annis XXVI. mens. I. diebus IV. obiit XII. Kal. Septembris, sepultus est ad Bergulli, cessavit Episcopatus annos III. & dimidium.
- TEDALDUS** Episcopus fedit annos IX. mens. VII. dies XXVIII. obiit VIII. Kal. Julii, sepultus est ad Monasterium Aronæ.
- ANSELMUS** Episcopus fedit annis VII. mens. V. diebus VI. obiit pridie Nonas Decembris, sepultus in Basilica Apostolorum.
- ARNULPHUS** Episcopus fedit annis III. mens. X. sepultus est in Monasterio S. Kaloceri in Clivate.
- ANSELMUS** Episcopus fedit annis IV. obiit peregrinando, & sepultus est in civitate Constantinopoli.
- GROSOLANUS** Episcopus fedit annis VII. & mens. IV. sepultus est Romæ ad S. Sabam.
- JORDANUS** fedit annis VIII. mens. IX. & diebus III. obiit IV. Nonas Octubris, sepultus est in Monasterio S. Ambrosii.
- OLRICUS** fedit annis V. mens. VI. diebus XI. obiit V. Kal. Junii, sepultus est in Ecclesia hyemali juxta pulpitum.
- ANSELMUS**, qui dicitur de Pusterla, fedit annos X. mens. I. dies XIV. obiit XIX. Kal. Septembris, & sepultus est Romæ ad S. Johannem Ycolanum Lateranum.
- ROBOALDUS** fedit annis X. sepultus est in Ecclesia hyemali sub pulpito.
- UBERTUS** fedit annis XX. hebdomad. IX. hæc sunt dies LXIV. & sepultus in civitate Beneventi ad Monasterium S. Sophiæ, obiit VII. Kal. Aprilis, anno Dominicæ Incar. MCLXVII.
- GALDINUS** fedit annos X. & sepultus est in Ecclesia S. Teglæ, obiit XIII. Kal. Maji in die Dominico XV. die post Pascha, & tunc temporis Pascha fuit XIV. die mensis Aprilis, eodem die pariter ægotavit, post mortuus est, & fuit bixestus in illo anno Dominicæ Incarnationis MC. septuaginta sex.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly illegible due to low contrast and fading.

# CHRONICA

DUO BREVIA

REGUM ITALIÆ

EX MSS. CODICIBUS

AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ

A LUDOVICO ANTONIO

MURATORIO

VULGATA.



RECEIVED

OFFICE

147

# IN CHRONICA BREVIA REGUM ITALICORUM.

## P R A E F A T I O

### LUDOVICI ANTONII MURATORII.

**P**rimus ego luce donavi duo haec Opuscula Tomo II. pag. 204. Anecdotorum meorum, illaque descripsi ex duobus MSis Codicibus Ambrosianae Bibliothecae, quorum unus Capitularia Regum Francorum, alter vero Leges Langobardorum complectebatur. Hic circiter Annum Christi MXIII. ille Anno MXXVIII. exarati fuere, & olim in Coenobio, ut ibi adnotatur, exstabant *Oscelae* (\*) sito, qui locus vulgo *Susa di Savoja* appellatur. Verum haec edidi, quum infans, ut ita dicam, forem in Historicis & Chronologicis inferiorum temporum controversiis. Nunc igitur dicam, alicui usui esse posse ejusmodi monumenta. Ibi quidem occurrunt nonnulla, quae inter se pugnare videntur, quum in uno ex iis Chronicis Hugo Rex Italiae regnasse dicatur *Annos XXI. expletos, & Menses IX.* in altero vero *Annos XX.* Pariter Lotharius post patrem heic dicitur regnasse *Annos III. expletos, & Menses VII. & dies II.* illic vero *Annos III.* ut alia omittam. Vetum antilogiae istae facile evanescent. Nam quum Hugo renunciatus fuerit Italiae Rex Anno 926. & ex Italia recesserit Anno 945. & sequenti redierit irrito conatu, Regnum ejus tunc cessasse nonnulli putarunt, alii vero Annos Regni computare perrexerunt. Atque hinc potius intelligimus Annum certum, quo ipse Hugo vivere desuit, nam in utroque Chronico ejus filius Lotharius post mortem Patris regnasse *Annos III.* dicitur; ipse autem Lotharius Anno 950. vitam cum morte mutavit. In aliis locis alter Scriptor *Annos* tantum completos, non *Menses* enumerat, alter vero *Menses & dies* addit. Negare tamen nolim, quin huc aliqua irreperint emendationem poscentia. Scribitur ibi: *Postquam ipse Secundus Otto &c. imperavit Annos XXI.* At legendum arbitror *Annos XVI.* vitio amanuensis potius, quam Auctoris; facile enim V. pro X. capitur. In Chuonradi quoque Salici die coronationis signando discrepat hic Scriptor a ceteris, atque, ut puto, fallitur. Ceterum Italici Regni exordium in Ottone III. non satis haecenus cognitum fuit: at heic videas, post Ottonis II. mortem Regnum vacasse *Annos V. & Menses IX.* Arduini quoque Regis tempora recte designata reor. Denique erit Lectoris singula. ad trutinam Criticam expendere; & fortasse aliis monumentis Chronologicis simul collatis, hinc etiam aliquid utilitatis percipiet.

---

(\*) Malè tamen ab amanuensi nomen hoc *Oscela* positum est pro *Segusio*; *Oscela* enim in Lepontiorum, confiniis apud montem Sempronium jacet.

THE  
LIBRARY  
OF THE  
MUSEUM OF  
ART AND  
ARCHITECTURE  
OF THE  
METROPOLITAN MUSEUM OF ART  
1000 MUSEUM AVENUE  
NEW YORK, N. Y. 10028

# C H R O N I C O N 149 R E G U M I T A L I Æ.

**D**ie Sabbati, quod est decimo die mensis Aprilis, & fuit in eo die secundum Paschæ Civitate Arlenda migravit ab hac die Rodolphus Rex. Regnavit annos V.

Deinde venit in Italia Dominus Ugo Rex. Ab ea die regnatum annos XXI. expletos, & menses IX., & dies III., & filius ejus Lautharius ab ea die regnatum cum ipso genitori suo annos XVI. & dies VI. Post decessum ipsius Ughoni regnavit ipse Lautharius annos III. expletos, & menses VII. & dies II. Obiit dies Veneris, qui est decimo Calendas Decembris Civitate Taurinensium. Erat tunc in die onora.

Fuit itaque tunc Regnum sine Rege eo tempore dies XXIV. & in vicesimo quarto die, qui fuit die Dominico XV. die Decembris in Basilica S. Michaëlis, quæ dicitur Major, fuerunt electi, & coronati Berengarius, & Adalbertus filius ejus in Regibus. Et regnaverunt in pace annos XII. & viscerunt se, postquam coronam acceperant, annis XX. & IV. & mensibus IV. & dies V.

Oto Imperator regnavit annis XI. & menses IV.

Item Oto filius ejus regnavit post decessum genitori suo annis X. & habebat regnatum cum ipso genitori suo annis VI.

Defuncto secundo Otone fuit tunc Regnum sine Regem annos V. & menses IX. Die Veneris, quod est decimo Kal. Februar. in finibus Romani ad locum, qui vocatur Paterne apud ipse Oto Imperator Indiction. XV.

Fuit tunc Regnum sine Rege XXIV. dies. Die, qui fuit Dominico, & fuit XV. die mensis Februar. in Civitate Papia inter Basilicam S. Michaëlis fuit coronatus Ardoinus Rex, & regnante annos duos, & menses II.

Et in die Dominico, qui fuit die Mensis Madii inter Basilicam Sancti Michaëli, quæ dicitur Majore, fuit electus Henricus, & coronatus in secundo die, qui fuit die Lunæ XII. die Mensis Madi, & coronatus Civitate Papia ab igne combusta fuit. Et regnavit Annos X. minus menses IV. Et in Festivitate Cathedræ S. Petri VIII. Kal. Mart. fuit coronatus ad Imperatorem, & imperavit Annos XII. & menses V. minus dies IV.

Et fuit tunc Regnum sine Rege annos II. & menses VII. & dies IV. Et tunc fuit coronatus Chunradus in Roma VIII. Kal. Junias. Et

A percurrit Indictio XI. & anni Incarn. Domini Millesimo vicesimo octavo. MXXVIII.

## A L I U D C H R O N I C O N.

**I**N Nomine Domini Ugo Rex, & Lautharius filius ejus regnavit infimul annos XX. Post verò ipsius Ugoni decessum ipse Lautharius filio ejus regnavit annos III.

Deinde regnaverunt Berengarius, & Adalbertus filio ejus infimul annos XI.

Deinde venit primus Otto in Italia, & privavit Regnum eorum Berengarium, & Adalbertum, & fuit translatum ad Imperatorem. Et imperavit annos XI. & menses III. & dies VI. antequam ejus filius Otto fuisset Imperator.

Postquam ipse secundus Otto fuit coronatus ad Imperatorem esse, imperavit annos XXI. mensibus III. diebus VI. Ipsi ambo infimul anni VI. Post autem ipsius primi Ottonis decessum prædictus filius secundus Otto imperavit annos X. cum patre annis VI. mensibus III. diebus VI.

Et fuit intervallum post ipsius decessum, antequam tertius Otto fuisset coronatus ad esse Imperatorem, annos XII. Imperavit ipse tertius Otto Annos V. & menses VIII.

Post ipsius decessum regnavit Ardoinus Rex annos II. & menses II. & dimidio.

Deinde venit Anricus Rex, & imperavit Regnum eidem. Ardoinus fuit coronatus ad Regem in Papia tertio die ante festivitatem Sancte Xiri, quæ fuit in medio Madio. Et habet modo regnatum IX. annos, & dies IX. XII. Kal. Junias odie. Et percurrit Indictio XI.

Pro omni tempore munnit Indictiones octavo Kal. Octubris, hoc est septimo die exiente mense Septembri anno Incarnationis Domini N. I. C. millesimo XII. Ugo intrabit Rex, & percurrit Indictio octava. Lautharius intrabit, & percurrit Indictio quarta. Berengarius quando intrabit Rex, & percurrit Indictio VI. Quando intrabit Otto Rex, percurrit Indictio VII. Otto filius item Ottonis, percurrit Indictio III. Quando intrabit Rex tertius Otto, percurrit Indictio XV. Quando intrabit Rex Ardoinus, & percurrit Indictio I. Quando intrabit Rex Anricus, percurrit Indictio XI. Quando fuit Lotharius, fuit intervallum *egotiti*. Intrabit Rex, & fuit Incarnatio Domini N. I. Ch. DCCCCLXV. Et quando Berengarius migravit, erat nogetesimo an. LXV.



# CHRONICA

SACRI MONASTERII

CASINENSIS,

AUCTORE

LEONE CARD. EPISCOPO OSTIENSI,

CONTINUATORE

PETRO DIACONO

EJUSDEM CENOBII MONACHIS,

*Ex MSS. Codicibus Casinensibus*

D. ANGELUS DE NUCE

NEAPOLITANUS,

ABBAS CASINI CENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS,

*Notis illustrata, typis Parisiensibus vulgavit.*

PRÆMITTITUR IN VITAM SANCTISSIMI PATRIARCHÆ

BENEDICTI

SPIGILEGIUM.

Nunc verò suis locis additæ sunt Dissertationes, & Notæ, quæ in præfata Editione fuerant omissæ, ac aliæ posteriores hæctenus ineditæ ex autographo Casinensi ipsius ANGELI DE NUCE.

*Suppleta etiam est, & ad præsentem statum accommodata Descriptio Sacri Montis Casini.*





153

# IN LEONIS MARSICANI EPISCOPI OSTIENSIS

CHRONICON MONASTERII CASINENSIS.

P R A E F A T I O

L U D O V I C I A N T O N I I  
M U R A T O R I I .

**P**Aucis me expediam a *Leone Marsicano* S. R. E. Cardinali, & Episcopo Ostiensi, cujus Chronicon Casinense recudo; ejus quippe nomen celebre nimis apud Baronium, Bellarminum, Possevinum, Labbeum, Vossium, Dupinium, Caveum, aliosque Scriptorum Ecclesiasticorum Vitam & Scripta recensentes, quos facile Lector consulere possit. Imo quum Clarissimus Mabillonius in Annal. Benedictin. ad Annum Christi 1087. num. XXVII. brevem ejus Vitam pertextat, ne actum agam, Mabillonii ipsius verba infra apponam. Leonem Marsicanum vitam produxisse ad Annum usque 1115. ex Bulla Paschalis II. Papae evincere videtur Ughellus Tom. I. Ital. Sacr. Alius autem ab ipso fuit Leo itidem S. Rom. E. Cardinalis, pariterque Monachus Casinensis, a Petro Diacono laudatus in Libr. de Viris illustr. Casinensibus, qui nomine Urbani Papae II. Epistolas non paucas scripsisse, earumque *Registrum* confecisse dicitur. Ex utroque unum hominem atque Scriptorem efformarat Cardinalis Baronius. Praeter Chronicon Casinense, si Johanni Baptistae Maro affirmanti acquiescendum est, reliquit Ostiensis alia Opuscula, videlicet *Sermones de Paschate, & de Nativitate, Historiam Peregrinorum, Vitam S. Januarii, & S. Memmatis Confessoris.*

Quod est ad *Chronicon Monasterii Casinensis*, cujus nunc novam editionem damus, omnium Eruditorum calculo Opus maximi faciendum est, tum quod complectitur res celeberrimi illius Coenobii ab ipsius Sancti Benedicti Fundatoris Vita, hoc est ab Anno circiter 500. Epochae Vulgaris ad Annum usque 1087., tum etiam quod Leo magnae gravitatis & auctoritatis Vir ad ipsum conscribendum simul Archivo Casinensi, aliisque antiquitatis venerandae monumentis est usus. Tres ab ipso conscriptos Libros continuavit subinde *Petrus Diaconus* quarto addito: de quo Scriptore redibit loquendi locus, ubi ejus Librum de Viris illustribus Casinensibus nova editione haec exhibebimus. Prodiit autem Marsicani Chronicon Venetiis Anno 1513., tum Parisiis Anno 1603., deinde Neapoli cum Notis Matthaei Laureti Anno 1616., & denique Parisiis Anno 1668. una cum Commentario sive Adnotationibus *Angeli de Nuce* Neapolitani Abbatis Casinensis. Postrema haec editio reliquis praecedentibus utique praestat, eamque propterea sequutus sum ad novam hanc instruendam. Imo ipsas Angeli de Nuce Notas retinere placuit, ne quis in legendo Collectionem nostram haec desideret, quod alibi expiscari cogatur, & de dono expostulet dimidiato. Ceterum si libere quod sentio proferendum est, Eruditus homo complura quidem utilia adnotavit in Leonis Chronicon, & loca non pauca illustravit; verum inutilia etiam multa commentatus est, ut qui intemperanti prurigine scribendi premeretur, & Librum vellet nobis opportune ac importune praegrandem, suoque ex penu auctum dare. Eo usque divagatum videas, ut Historiam quaerentibus veluti exquisitum ferculum porrigat Dissertationes de causis, *cur surdi a nativitate sint etiam muti, & de pareliis, & dulcedine maris*, quae lucubrationes alioqui nihil rari ad eas ipsas quaestiones adferunt. Ad haec Angelo Nuceo non erat ea reconditae, minimeque vulgaris eruditionis copia, quam Leonis Marsicani egregius Liber exposcebat, & qualem in tot aliis proxime praeteriti Seculi Scriptoribus deprehendas, qui mediae ac infimae Latinitatis Auctores illustrandos susceperunt. Attamen Lectoris honesti erit ejus bonam voluntatem benevole excipere, & qualem ipse potuit lucem afferre ab ipso mutuari.

*Johannes Mabillonius de Leone Marsicano.*

„ **F**uit Leo Marsicanus apud Marfos ortus, & forte ex ipsa Urbe Marsia, quam  
„ *Civitatem Marsicanam* non semel vocat, unde Marsicani cognomen tulit.  
Tom. IV. V „ Cu-

„ Cujus gentis fuerit, non liquet; at nobilem genere fuisse ex eo intelligitur, quod  
 „ Johannem *sanctae memoriae* Soranum Episcopum *avunculum* suum dicit. Hunc *vix*  
 „ *dum quatuor & decem annos egressum*, Desiderius Abbas in sacro Casinensi Monasterio  
 „ *suscepit, emittit, ac provexit*. Illic *in conversione* magistrum habuit Aldemarium,  
 „ *felicis memoriae*, ut ipse loquitur, *Capuanae Civitatis prudentissimum ac nobilem Cle-*  
 „ *ricum, & Richardi Principis olim Notarium*; qui in Sardiniam cum fratribus Abba-  
 „ tis nomine missus, postquam reversus ad Monasterium est, ab Alexandro II. in  
 „ extramurana S. Laurentii Ecclesia Cardinalis simul & Abbas sacratu fuisse me-  
 „ moratur. Mortuo Desiderio seu Victore III. Oderisus, ejus in regimine Casinensi  
 „ successor, Leoni praecepit, ut *sanctae memoriae Abbatis Desiderii magnifica gesta*,  
 „ aliorumque Casinatium Abbatum literis mandaret: quod ille exsequi aliquamdiu  
 „ distulit, utpote *in servitio Domini Apostolici*, scilicet Urbani II. jussu ipsius Oderisii,  
 „ & ab ipso Oderisio *in diversis negotiis occupatus*, ut Leo ipse commemorat in Pro-  
 „ logo Chronici sui, quod *Domino & Patri sanctissimo, venerabilis Coenobii Casinensis*  
 „ *Abbati Oderisio, Frater Leo, cognomine Marsicanus*, inscribit: ubi ait, hoc opus olim  
 „ Alfano Archiepiscopo Salernitano, viro sui temporis sapientissimo, a Desiderio Ab-  
 „ bate injunctum fuisse; sed eum operosioris argumenti periculo se subduxisse. Hoc  
 „ in Opere Leo usus est quodam Chronico Johannis Abbatis, qui primus in Ca-  
 „ pua-nova Monasterium Casinatibus extruxit. Opus suum Leo dividit in tres Libros,  
 „ secundum tres praecipuos Abbates, qui Casinense Monasterium instaurarunt, quatuor  
 „ totidem a S. Benedicto ejus fundatores. Hi sunt Petronax, Aligernus, & Deside-  
 „ rius, in quo Auctor desinit: attamen Desiderii acta omnia non absolvit; sed Pe-  
 „ trus Diaconus Leone longe gravitate, & auctoritate inferior, qui Librum Tertium  
 „ a Capite XXXV., ut modo dicebam, prosequutus est, & totum Quartum adjecit.  
 „ Hunc quidem Leo pollicitus erat, sed promissum non implevit, sive morte praeven-  
 „ tus, sive aliis distentus negotiis, postquam scilicet creatus est Episcopus Ostiensis a  
 „ Paschali II. Papa. Obitus ejus in Necrologio Casinensi notatur his verbis: *XI. Kal.*  
 „ *Junii obiit venerandae memoriae Dominus Leo Ostiensis Episcopus*. Angelus a Nuce eum  
 „ pervenisse putat ad Annum M CXII.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO  
**C L E M E N T I I X.**  
 PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

*BEATISSIME PATER*

**H**abet semper Virtus facilem ad optimos Principes aditum, quia ipsa optima, & ad similia, atque cognata facilis transitus: adeò ut, inter gravissimas etiam rerum curas, & excelsa consilia, non ingrata illius sit opportunitas, non importunus accessus. Mihi verò ad sacrorum pedum osculum à Sanctitate Vestra admitti cupienti, postquam propria me deficit, aliena nunc Virtus aditum aperit. Leonis nimirum Cardinalis Ostiensis Historia, quam ab innumeris præcedentium Editionum expurgatam erroribus, & ad sui prototypi fidem ad amussim conformatam, notulis etiam auctam, & meliori, ut ajunt, moneta recusam, in lucem damus, securam à tenebris sub coruscantibus S. V. radiis. Ut autem Augustissimo Nomini tuo illam nuncupare aude-rem, incitavit me primò Nomen ipsum, quod, Genio Tuo conveniens, Majestatis fulgorem temperat, & adumbrat, ne terreantur accedentes. Deinde dignitas ipsius Historiæ, quæ olim apud Ethnicos quoque res erat Pontificia: eòque congruentius Tibi, Pontifici Ma-

Tom. IV. V2 ximo,

ximo, ac Principi nostro nunc debita, qui tot Historiarum materiam daturus es Orbi. Et certè nihil ea dignius Principe, sive ad confirmandum animum constantibus exemplis, sive ad oblectandum jucundis. Quid enim jucundius, quàm per omnes terrarum tractus divagari sinè labore? Bello nunc terrestri ad Thermopylas pugnare unà cum Leonida: nunc maritimo ad Salaminam cum Themistocle, sinè vulnere? Charybdim transire, sinè naufragio? Sirenes audire, sinè vinculis? Cum Cyclope agere, miti, & hospitali? Periculis tandem interesse sinè periculo? Similia his, sed à fabulis remotiora, exhibebit Historia hæc Leonis, si non verborum castimoniâ, Fidei saltem integritate commendata. Hæc de alieno labore Tuo Nomini. Quid autem Numini de paupere meo penu proferam? Erat olim Athenis Ara, Clementiæ dicata, cui non thura, non fruges, non vitulos fas erat sacrari, sed lacrymas. Has ergo, non mœroris, sed lætitiæ indices, CLEMENTIÆ Tuæ licebit offerre. Habet enim & lætitia lacrymas suas. Quid verò Christianæ Reipublicæ potuit accidere lætius, quàm Illum omnibus Caput constitui, qui Cordi fuit singulis? Unde nil mirum, si profectum ex corde in verticem suum gaudium solutæ in hilaritatem comitentur lacrymæ: sic enim exoriente Vere, ut ait ille, *Lacrymat sua gaudia palmes.*

Accipe igitur, CLEMENS PONTIFEX  
MA-

MAXIME, serena, hoc est Tua fronte,<sup>157</sup> & librum Nomini Tuo inscriptum, in submissi obsequii significationem, & sacratas Numini lacrymas in læti animi argumentum, quibus ut addam preces, enixè Deum Optimum Maximum precor, qui Sanctitatem Vestram ad supremum istud in terris Sacrorum regnum evexit, & in ista velut Orbis specula, & Pontificia Sede conlocavit, Eidem ut dexter adsit, omnesque conatus Ejus fortunet: aureamque telam exorso præstet perficiendi facultatem, quò Christianam Rempublicam reddat felicem.

Ex Sacro Monasterio Casinensi Nonis Sextilibus MDCLXVII

**SANCTITATIS VESTRÆ**

*Humilissimus Servus*  
**ANGELUS DE NUCE.**



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1911

**M**E sanè nunquam pœnituit instituti mei, qui vitæ partem majorem studiis musarum severiorum transmiserim, easque ipsas aliis tres & viginti annos tradiderim excolendas. Quamvis enim inamœnæ illæ sint, ac Dryadum more sylvas inter, & dumis obsita nemora versentur, quis tamen ignorat è spinis rosas decerpi, & plerumque, quanto pharmaca sunt amariora, vim iis tanto majorem inesse ad morbum depellendum? Cuduntur etiam in hujusmodi officinis arma, quæ laboranti veræ Fidei præsidio sunt, & jugulant impietatem; ut nihil mirum videri debeat, quod, qui bellum orthodoxæ Religioni indixerunt, has nostras facultates pessimè oderunt, execrantur, ac omnibus diris devovent. Nemo siquidem Cœlum lætus suspicit, unde fulmina torqueantur: nec quisquam judicem laudat, ejus damnatur sententia. Eædem denique facultates aditum nobis, quoad ejus fieri potest, patefaciunt ad cognitionem divini Numinis, quam cognitionem studium Virtutis, ipsiusque Numinis cultus, & amor consequatur oportet, quod pretium est nostræ felicitatis.

Illorum tamen non unquam potui probare rationem, qui toti scholarum sunt, scientiasque pertractant illotis manibus, & incompto penitus horrore, quamquam sacrosancto. Quo enim nomine, nisi agrestis, ac penè barbari appellem illum, qui Sibyllæ ex antro, aut Dodonæo è luco nunquam profiliens, responsa quidem ac oracula fundat è tripode, cæterarum verò rerum ita sit rudis, ut in Æthiopia ne, an in America sit Mexicum ignoret: ideoque persæpe, pueris, ut Poetæ verbo utar, deridendum se propinet? An non vel Censorino Catoni risum moverit Theologus ille imperitus, & ineptissimus, qui, cùm publicè in urbe celebri, quadam velitatione literaria, argumento oppugnaretur, petito ex auctoritate Concilii Florentini de Spiritus Paracleti processione, mirabiliter sibi ad audendum, mentiendumque perfricuit frontem, ac D. Thomam eum Concilii locum, pro se ipso interpretatum fuisse pronuntiavit? perbellè scilicet, ac præclarè! Cùm D. Thomas seculo sesqui altero Concilium illud præcesserit.

Ergo cùm ipse me ad studia musarum severiorum ex usu contulisset, vicem meam deslebam tacitus, quòd minus liberum, esset mihi in studiis amœnioribus, ac præsertim in Ecclesiasticis historiis, ingenium oblectare. Non rarò tamen genio obsequebar, ut liberè in virentibus illis campis spatiarer, & excurrerem ad genus illud literarum, quod amabam. Id tamen faciebam more speculatoris, non transfugæ; nam intervallo modico ipse me ad  
mea

mea spatia , eoque retrahebam ; quò me partes meæ ac muneris ratio revocabant . Cùm verò animadvertissem , Chronicon Casinense , in lucem editum , quantum abluderet , ac discreparet à Codicibus nostræ Bibliothecæ manuscriptis , jam tunc magna me cœpit cupiditas novæ editionis illius Chronici , sed fide meliore , magisque castigati , abolitis sublatisque mendis innumeris , quæ irrepsent , nec sine accessione notarum , quæ locis in obscuris faciem præferrent : sed neque tunc mihi ad rem otium suppetebat ; neque alius quispiam id sibi tentandum , moliendumque constituit , nonnulla tamen in dies subnotabam . Constiterat jam tandem post multorum annorum decursum labor ille meus scholasticus , cùm ecce committuntur mihi habenæ regiminis , & à munere , sellaque Interpretis ad Rempublicam gerendam traducor , defunctusque labore illo literario , ac umbratili , qui poterat otio simillimus videri , pro vacatione omnium munerum , omnisque militiæ , repenti detrudor laborem ad alium , tantò illo molestiorem , quantò majoribus curis afflictor , qui aliis præficitor , quàm qui abditus est in literis . Non aliter constat ratio moderatoris Reipublicæ ; nisi , ut jugiter serviat Reipublicæ commodis ; totusque est alienus , qui in publica vigilia excubat , ac aliis præest . Mitto itinerum frequentiam , ac longitudinem , quæ Casinensi Abbati , vitæ , ne dicam temporis , dispendio sunt . Mitto valetudinis imbecillitatem , quæ me per omnes penè actus vitæ meæ velut umbra , comitata fuit : His adde ægrotudines animi , humanosque casus , qui hominum mentes percellunt , atque conturbant , nisi si quis , aut sensu communi careat , aut Zenonis è ludo prodiit , aut certè , homine major , sese totum præceptis virtutis stabilivit , Christi que Domini ad præscriptum conformavit . Hæc mihi spem præcidebant penè omnem , per me quicquam in ea re , aut certè , me vivo , per quemquam alium posse præstari . Quæ me cura angebat non leviter , moerentem , quòd descripta typis historia tam diu , cum tam flagitiosis mendis volitaret , ac oberraret per manus hominum , & expectantem , dum eam quicquam assereret liberali manu , & vindicaret à probro , vibicesque tam pudendos oblitteraret . Quam curam , & sollicitudinem cum primis censeo esse dignam eo , qui nomen dedit in Familiam Casinatam , eamque augustissimo Coenobio deberi existimo .

Anno tandem superiore , cùm mihi , supra spem omnem , otium aliquod contigisset , illud protinus eò contuli , ut in rem mea vota conferrem . Et quoniam , ne majus aliquid suspicerem , quàm , quod ætas mea , viresque præstare possent , absterrebar proverbio . *Paria esse amplecti omnia , & nihil* : memineramque Paradoxi Ascræi Vatis , *Dimidium plus toto* , ea sedulò , ac maturè selegi ,  
quæ

quæ causæ essent magis propria, & necessaria; cæteris verò, quæ minùs ad causam pertinerent, afferendis supersedi, ne iter ingressum longius, viaticum in medio spatio deficeret.

Est ergo hæc ratio instituti mei, ut velim, Chronicon sacri Monasterii Casinensis de integro typis edi, fidem in eo edendo, sequutus diligentissimè duorum Codicum, quos in pergameno habemus manuscriptos in nostra Bibliotheca, quorum alter caractere descriptus Romano, commentarios habet Leonis Cardinalis Ostiensis, qui, rem orsus à condito Monasterio, eam ad usque illud tempus perduxit, quo dedicatum, inauguratumque ab Alexandro II. Templum fuit. Alter caracteribus exaratus Langobardicis, præter Leonis historiam, continet auctarium Petri Diaconi Casinensis, qui res nostras ad annum usque MCXXXVIII. literis consignavit. Hic à nobis vocatur Codex A. ille Codex B.

Hujus Chronici, nescio quod nactus exemplum Laurentius Vincentinus Monachus, Venetiis illud edendum curavit anno quingentesimo tertio decimo supra millesimum. Cui editioni quamquam multis locis refragetur Baronius, eâ tamen persæpe utiliter, & cum laude se usum fuisse, non diffitetur. Venetam nihilo melior consecuta fuit editio Parisiensis anno servati orbis MDCII. operâ Jacobi du-Breul Monachi Sancti Germani à Pratis.

Matthæus Lauretus Abbas Sancti Salvatoris de Castellis, qui prodierat è disciplina celebris Monasterii Montisserrati in Catalonia, hospes olim sacri Coenobii Casinensis, rogatu ne Casinensium, an sua spontè, obscurum, hanc ipsam historiam Neapoli edendam curavit anno MDCXVI. sed ita, ut omnia se fidelissimè ex archetypis expressisse testaretur: illudque jactaret, vindicatam ab sese à probris, & repurgatam fuisse ad fidem originalis Venetam editionem. Est hic sanè, Lector, quod plus satis mireris. Nemo suam fidem plus venditat, quàm, qui fide sublesta est, & infirma. Qua fronte scilicet homo iste fuit, ut de suæ fide editionis tam impudenter ementiretur? quàm sæpè ab eo, quàm multarum rerum ordo perturbatus! Annorum, ac temporum quàm depravata ratio! quàm temerè infarta & inculcata, multa è suo! Quid, quod Matthæi somniis nomen prætexit, & auctoritatem Leonis, ac Petri, eaque his tribuit, quæ ipsis dicere nunquam venit in mentem? Alicubi securim, spongiam alicubi, ubique scilicet temerè ac ineptissimè adhibet. Multis narrationem periodis, multisque capitibus diminutam, ac decurtatam, & mancã exhibet, & in extremo, integram historiam proscribit. Verba innumera, quæ minùs intelligit, non putat religio-

sum esse immutare, multarumque proinde rerum, & eruditio-  
num notitiam Lectoribus invidet, subducit, ac subtrahit. Quid  
verbis opus est? vix unum sine flagitio, mendoque versum depre-  
hendas; ut non tam Leonis historiam, quàm errorum Odyssæam  
edidisse videatur, & tamen, quasi Fidei, & Veritati thura quoti-  
die adoleret, nihil magnificentius, quàm illarum lucem, ac vi-  
brantes radios loquitur. Ita planè falsitas non deciperet, nisi sub  
larva Fidei, & veracitatis delitesceret.

Ego verò in hac adornanda nova editione, quibus jam vocibus  
utar? Cùm Veritatis verba, formulasque usurpare occupaverit  
Mendacium, idemque jam fidem, jam candorem, jam sincerita-  
tem, jam religionem prolixè polliceatur? Vix superest de mea,  
quod dicam, cùm splendidè de sua editione, magnificèque dixe-  
rit ante Lauretus universa. Me tamen duo ad rem naviter geren-  
dam confirmant. Alterum, quòd Archetypus, blattis invitis, ad-  
huc incolumis est, temporumque tot periculis defunctus, Dei  
munere, servatur incorruptus. Ex eo me hanc historiam fide op-  
tima descripturum confirmo: nec vereor, quin ex utriusque col-  
latione quisque meæ sinceritatis documentum capiat quàm cer-  
tissimum.

Alterum illud est, quòd veritati impressa divinitùs nota,  
quædam est, ac veluti Cifera, ut ajunt, quam nemo, qui sanè  
non dormitet, potest intueri, quin continuò vera à falsis dijudi-  
cet. Cui enim oculus est tam hebes, ut nativam, germanamque  
formam ab adulterina discernere nequeat? Tenuis est mendacii  
larva, & transparens, si diligenter inspexeris. Propterea in spem  
magnam adducor, quemlibet, qui modò vigilet in rebus expen-  
dendis, ne consulto quidem Archetypo, dubitaturum esse, ego  
ne, an Lauretus hujus Chronici verum exemplum proferat in  
medium.

Historiam igitur exhibeo expressam ad amussim cum linia-  
mentis suis, quæcumque demum ea sint: multoque malui ni-  
miam meam religionem accusari, quàm desiderari fidem. Pro-  
pterea non ad mei duntaxat nominis, sed etiam ad rei institutæ  
existimationem magnoperè censui pertinere; ut, non modò ip-  
sius auctoris barbarismi; sed Librarii etiam oscitationes tradan-  
tur à nobis, & afferantur. Imago non illa continuò præstantissi-  
ma est, quæ pulchritudine vincat originale, sed quæ iconicè næ-  
vos quoque, cicatricesque exprimat, quantumvis putidas, ac  
deformes. An verò mendum aliquod sustulerim, planum fiet ex  
notis, quod si non sum consecutus, defuitque meo conatui even-  
tus, aliis certè, qui Musis magis propitiis literas tractant, hujus-  
modi laudem non invidi, quibus ad locos obscuros, & ancipites  
velut

velut digitum intendi, auctoris verbis ne minimum immutatis. Ufu venit hoc persæpè (sæpissimè autem ipsi Laureto) ut, nimio emendandi studio, sincerum vas incrustetur. Cùm non rarò ulcus, aut morbus, quem sanare non potuit Menecrates, sanet Hippocrates, si ab ejus cura non subducatur.

Quod attinet ad notulas meas, hæsi diu anceps, an multas præstaret missas fieri, expungique velut è manipulo, & jam centurias exauctorari, sed Casinates mei, quibus præcipuè hanc operam navo, auctores mihi fuerunt, aleam ut jacerem, eam afferentes causam, quòd, cùm non omnes Musis litaverint, & Minervæ, ea ratio consultissima est, quæ prodesse possit universis. Benigni enim ingenii est id agere, quo cæteris consulatur. Nemo quippe nostrum sibi soli natus est. An scilicet, sicubi in vocabulum incideris exoticum, semigræcum, aut semibarbarum, invero à te malam gratiam, si demam tibi curam consulendorum Lexicorum, & Onomasticorum, ac tibi ego operam navem Philologi, & Monstratoris?

Quid si quibus in locis ea dixero, quæ ab aliis dicta fuerint, ne gravatè feras: rogo, neve stomacheris, seculum nacti sumus, proculdubio, eruditissimum. Vix jam quicquam novi possumus comminisci, quin ejus inventi nobis aliis laudem præriperint. Vix idem semel dictum reperies. Bonos libros, & plures, & impensius replicavi, quàm rationes otii mei ferre viderentur. Omnes nec evolvi, nec evolvere potui. Neque tamen, quòd ea fortasse notaverim, quæ ante me alii, propterea cujusquam ego scrinia compilavi. Nunquid enim furti, ac plagii damnetur Apis, quæ hodie in prato florem delibet, quem heri altera delibaverit? *Nobis quoque communis est Mercurius*, vetus est paroemia. Quæ verò mihi aliorum diligentia subministravit, ea, bona fide, referam accepta suis auctoribus, memor illius Pliniani: *Ingenui animi esse fateri per quos profeceris*. Modo meus hic labor commodet meis alumniis, ac profit; quòd laudem gestæ rei ferant alii non detrecto. Invenies autem hîc aliqua, quæ nescio, an usquam alibi. Nam, quòd multa ex aliis in hunc locum collegerim, videor etiam mihi aliquam abs te gratiam inire debuisse. Prostant flores in campis, & pedibus proculcantur, fasciculis tamen, & manipulis eorum, suus est & honos, & gratia. Brevitate demum, si quis alius, adeò mirificè capior, eaque ita sum usus, ut nusquam tibi ex prolixitate satietas possit obrepere.

Notitiæ, quæ ad eandem rem pertinent, non sunt à me omnes in unum locum conjectæ: sed sparsim, ubi res, tempusque monuit, allatæ. Neque enim ordior, aut texo, sed acu pingo. Aliena, qui suscipit enarranda, venatorem imitetur oportet, qui non re-



clā semper, neque eādē viā, sed quō fera ducit, per varios flexus, & amfractus illam infectatur. Ivimus, ut ille ait, non quō eundem, sed quō itur: alieno enim vento navigavimus. Ideoque ea tantū à nobis notata sunt, quæ locus monebat, ne videremur, eruditiones longè petere, & affectare. Non enim Tertullianum, aut Arnobium, vel Plutarchum commentamur: sed simplicis narrationis auctores. Quid autem in hac re opus calamistro fuit: notæ sunt contentæ munditiæ, lautitiæ non exquirunt orationis. Quin ipsam quoque expoliendi styli curam abjeci; & quidvis aliud malui, quàm id agere, ut oratio mea saperet ungues demorsos. Si satis intelligor, id me consecutum esse præ me fero, cujus gratia id opus institui, ea quippe data lex interpreti, ne indigeat interprete. Me seculum tulit remotissimum ab Augusto. Quod eò dico, ne frustra lævorem à me, deliciasque, & beatas opes, atque elegantiam veteris illius, incorruptæque Romanæ linguæ expectes. Possum tibi, Lector, sanctè dejerare: Quidquid est in me facultatis, quod sentio, quàm sit exiguum, ac prope nihil, oculis, non auribus me percepisse: non enim tam fortunatus fui, ut vocalem Præceptorem haberem. Quamquam potuissem fortasse melius aliquando: sed non licuit per otium: *nec semper veniunt ad mentem verba vocata*: Ego verò properabam.

Leonis, ac Petri in sermone qui flosculos ac nitorem reposcit, hîc mihi videbitur in alieno foro litigare. Hominis nimis delicati fuerit, si quid hiulcum, si quid scabrum in ejus ætatis moribus, & sermone fuit, offendi, ac fastidire. Nam Aboriginum verba, Evandrique matris, si quis expendere velit, & exigere ad normam aurei seculi, ab eisque reposcat elegantiam Hortensii, Cæsaris, liceat dicere, puritatem, ubertatem, ac fulmina Tullii, itidem reposcat, ut *voce loquatur Psittaci Coturnix*. Alia secula, aliæ linguæ. Historia custos est antiquitatis: nulloque discrimine utitur scriptoribus omnium seculorum. Modò veras rerum notitias tradat posteris, vix interest, quo stylo, quibusve verbis tradat, pedestri sermone, an tragica grandiloquentia.

Scriptus Codex, quem evulgamus, rarissimè interpungit. In re, nullo adhuc Prætoris edicto, nullo senatusconsulto definita licuit arbitrari.

Neque diphtongos adhibent nostræ membranæ: ergo nostræ ferè erunt quotquot adhibuimus diphtongos, & interpunctiones: eo nempe consilio, ut ambages evitarem.

Titulos capitum uterque codex initio cujusque libri seriatim præferunt simul. Hoc mihi licuisse postulo, ut singulos singulis præ-

præscripserim : moderno ritu , sanè consultiori.

Vitam S. P. BENEDICTI suæ editioni præmisit Lauretus .  
Præmittimus & nos , nec sinè accessione notarum . In quibus ea  
tantùm tangemus , quæ , aut aliis intacta , aut retractare , ope-  
ræpretium esset non poenitendum .

Denique me , meaque omnia unius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
iudicio committo , cuius censura , quæcunque dixerò , censenda  
censeo , ut , si quidpiam ipsa in his fortassis improbaverit , illud  
ego censear diris primus devovisse .

# D E S C R I P T I O M O N T I S C A S I N I .

**M**ons Casinas, non tam olim inani Dæmonum cultu horrificus, spissaque superstitiosæ gentilitatis caligine nebulosus; quàm nunc D. Benedicti domicilio jucundus, ac Evangelii splendore latè per orbem diffuso, clarus: Samnii in extremis finibus, Latio æquè, ac Campaniæ confinis, duobus passuum millibus ab imo ad summum fastigiatur cacumen; situ omni ex parte præclaro ad aspectum. Quà orientem respicit; ad Apenninos montes brevis quidem tractus; sed ita opimus, ut soli fertilitate, cœli clementia, varietate fructuum, rerum omnium denique copia, feracissimis Falerno, Massico, Vesuvio montibus, si non antecellat, facilè comparandus. A Septentrione minus culta attingit juga, aspera quippe rupibus, frequentibusque dumis mira inter se densitate coeuntibus, verùm perpetua fruticum viriditate, intuentium oculis gratissima, ac multitudine pastionis alendo pecori uberrima, quibus imminet Cairus mons, celso adèò vertice, ut sudo vix, & sereno cœlo nubibus careat. Quà meridiem spectat, in uberrimos Suessæ, & Massici montis sinus longè, latèque prospectus, locorumque pulcherrima facies. Ad Montis primo radices; Latumia, ex quibus Alabastrites, variis maculis interstinctus, copiosè effoditur: vasta mox, ac læta frugibus sese offert planities, quam fluvius Rapidus à proximo Apennino erumpens, multorumque fontium scaturigine auctus, per octo millia passuum sinuosis mæandris interluit, multisque aquarum derivationibus fœcundat, donec in Lirim evolutus, variatâ sæpiùs inde formâ, modò vagus mollia prata, & amœnos colles æquabili lapsu distinguit, modò coarctatus oblongam vallem; hinc atque inde umbrosa sylvæ cùm ipsis ascendente montibus, ingenti murmure pererrat, iterumque latissimis campis tumidus diffunditur, ac tandem prope Minturnas (nunc vulgò Trajectum) celebre quondam oppidum, spatioso alveo in mare Tyrrenum, non procul Cajeta, illabitur. Nec minùs in sui admirationem rapit curiosum occidentalis plaga, exspatiantibus latè Aquinatibus, Fregellanisque campis, quorum immensitate fatigata oculorum acies, descriptione, ac varietate, veluti gratissimo quodam pabulo, mirum in modum reficitur; siquidem quòcumque fertur, nihil ad animi oblectationem desiderat; hinc procera delectant nemora, pictaque floribus prata, illinc convestiti vitibus colles, segetibusque campi nitentes, atque omni arborum genere

nerè distincti; quæ in tam varias coeunt figuras, ut artificiosa manu pingi eas vix posse crederes; nam nunc directæ in lineam, digestæ in quincuncem, transversæ in decussim pulcherrimè conflurgunt; nunc obliquæ labyrinthos, densæ lucos, quasi arte topiaria tonsiles referunt. Hæc omnia, ad delicias ne quid requiri posset, inclyti omnes, viridissimo riparum vestitu ornant, frondosi montes, murorum adinstar, undequaque sepiunt, quos depressæ convalles multoties interfecantes, velut portæ, mare detegunt, campos aperiunt, novosque montes jucunda admodum specie demonstrant. Univerſa regio, si quæ alia per Italiam, venationi, aucupio, piscatui aptissima. Sed satis jam foris spatiatum, ut eò, unde digressus, revertar, in edito Casini vertice amœna agri planities, magna ex parte, quâ natura negavit æquabilitatem, igne, & scalpris lapidinarum æquata, optimæ qualitatis vitem, olivam, ficum admittit; viridantibus semper lauro, pino, cupresso ornatur, tenera paulò inferiùs ad aquilonem, & occasum vinea protuberantibus distincta pulvinis, lætisque utrinque, quasi margine, intersepta arboribus; ab ima valle in clivum leniter affurgit; pomario cum aspectu jucundo, tum fructu grato pro coronide clauditur; in ea tamquam umbilicus, arbores miræ proceritatis, inflexis inter se, implicatisque ad cacumen ramis, tentorii formam exprimunt; in medio, è vivo, solidoque lapide, octangulatum monopodium, ambientibus totidem columnis, octo accubantium capax, ac prope dulcis aquæ puteus, ne minùs unda, quàm umbra refrigerari possint vinitores. Brevi hinc intervallo ad austrum, alia in aprica convalle, silvigeris jugis undique coronata, jacet, à S. Rachisio, ex Rege Langobardorum, Casinate Monacho olim plantata, ac nuper in ejus memoriam renovata, atque addita in honorem sacra Æde cum hac inscriptione:

RACHISII LANGOBARDORUM REGIS, ET MONACHI  
 VINEAM,  
 REGIA MANU OLIM CONSITAM, ET EXCULTAM,  
 UT REGIUM CHRISTIANÆ ABJECTIONIS EXEMPLUM  
 IN POSTERUM MEMORIA REVIRESCERET,  
 POST NONGENTOS ANNOS IN EODEM SOLO,  
 ÆDICULA ETIAM CONSTRUCTA,  
 REPASTINANDAM CURAVIT ABBAS CASINI ANGELUS  
 ANNO M. D. C. L. X.

Utrique vineæ imminet ex specula, & quodam modo minatur Sacrum Coenobium valido muro clausum; quacumque aditur,  
 oppi-

oppido, quâ verò intratur, munitissimæ arcis adsimile. Duæ in primis occurrunt portæ, altera duplici asserum ordine, altera simplici, sed solidiore tignorum confecta, ferreisque obfirmata. repagulis recta hinc via, partim sub obscuro fornice, ipsa vetustate commendabili, ubi ad sinistram hæc marmorea inscriptio ex Angelo Abbate, hujus nomini sexto, hospitem invitat.

FORNICEM SAXIS ASPERUM, AC DEPRESSUM,  
TANTÆ MOLI ADITUM ANGUSTUM  
NE MIRERIS HOSPES,  
AUGUSTUM FECIT PATRIARCHÆ SANCTITAS,  
VENERARE POTIUS, ET SOSPES  
INGREDERE.

Ad dexteram simulacrum marmoreum S. Benedicti in ædicula conspicitur, cum his versibus, in ambiente signum lapide, incisus.

*Mortuus hîc puer est, Benedicti voce revixit:  
Tacta silex cubiti subsedit pondere sacri;  
Plenâ oleo phialâ signantur saxa cadenti;  
Bis centum modii farine manè videntur.*

Partim deinde inter apertos muros sursum versûs ad portam ferream ducit, non leve contra quoscumque insultus munimentum. A primo ingressu vestibulum picturis concinnum panditur; mox amplum atrium cum cisterna in medio, capacitate, & opere conspicua, in circuitu, arcuatæ saxo pilæ spatiosam porticum efficiunt, subdialemque deambulationem sustinent (vulgò Paradisum nominant) crassiore arena, & gypso suppactam, ac lapideis utrinque clathris jucundo prospectu ornatam, ab atrio ad propylæum columnis, signisque nobile, triginta novem lapideis gradibus, latitudine atrii suam longitudinem definientibus, ascenditur; ubi cincta parastadibus maculosi marmoris porta, quadratum peristylum aperit, nobilitatum columnis marmoreis, elegantem in modum undequaque dispositis, oppositisque ad parietes grandibus heroum statuis, subscripto suo cuique nomine, & titulo, sic, ut sub uno aspectu hîc mireris, & magna cum animi voluptate recognoscas Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, pluriumque aliorum illustrium memoriam, quam ob egregia in Casinates merita, renovari jussit Angelus de Nuce Abbas, describique supra portam propylæi hæc in marmore.

HE-

HEROIBUS  
BENEMERENTIBUS  
CASINATĒS

PROPRIÆ PIETATIS ARGUMENTUM,  
MONIMENTUM ALIENÆ.

Hoc peristylum, à læva intrantium, respicit peregrinorum (qui undique Casinum confluunt) Xenodochium, & Nosocomium; A dextera Monachorum triclinium, à postica, porticum, ab antica parte, sacram Ædem; cujus æneæ valvæ, incisæ argenteis literis, totam Coenobii ditionem, distinctis oppidorum, cæterarumque possessionum nominibus, indicant, ædemque pandunt: Ab utroque latere ad sanctuarium usque, pilæ, novo architecturæ genere, quadrati lapidis à fundamento ad octo cubitorum altitudinem, lateritiæ inde ad antes structuræ, maximam templi testudinem suffulciunt, quarum singulis, ubi desinit lapis, binæ teretes appositæ columnæ arcus utrinque sustinent, quos ad extremitatem vaga pilarum epistylia separant, ornantque cæmentitiæ coronæ, à quibus elegans fenestrarum ordo ad fornicem, sculpturato albario decoratum, confurgit. Duæ templi alæ, depressiores quidem media, sed architecturæ, & artis plasticæ elegantia nihilo inferiores; in unaquaque quinque convexa hemisphæria numerantur, totidem arcibus distincta, à pilis ad sacella transversis, quorum unum, D. Bertharii nuncupatum, omni ex parte spectabile admirationem simul, ac venerationem sui ingerit hospiti; parietibus vario marmore, simulacris, & figuris, ornatis, marmoratis; inauratisque hemisphærio, & arcu; ara pretiosis lapidum crustis convestita; pavimento, cancellisque materia, & artificio splendidis; in quo tres arcæ marmoreæ, totidem sanctorum Casinatium exuvias condunt, una D. Bertharii sub ipsa ara obtutui patens, per transfennam ex ære inauratam: duæ reliquæ ad latera Victoris Tertii, & Apollinaris, supstantibus staturis, unâ habitu Pontificio, alterâ Monastico. Sunt & duo alia Sacella pari substructione, & magnificentia inchoata, sed nondum ad fastigium perducta. Tessellatum antiqui operis totum templi pavementum, à quo triplici graduum ordine sanctuarium stratum varii coloris marmore scanditur; medium scilicet octo latis ex obscuro alabastrite, extrema septem strictioribus, reliqua intervalla, secto diverso lapide peregregiè in crustas, ab imo ad crepidinem, sepiente, elatis inde modicæ altitudinis ex solido porphyrite, & pario, stylis cancellatim compactis. In medio sanctuario ara maxima, sub qua sacra D. D. Benedicti & Schola-

Tom. IV.

Y

sticæ



ſicæ quieſcunt pignora ; in pulcherrimam molem , præfertim odeum verſus, aſurgit, multiplici lævigati marmoris genere conſtructam , atque ex pretioſo lapide téſtulis ornatam , bellè adeò diſpoſitis, atque commixtis in lilia, & roſas, ut prope intuentium penè fallat aſpectum : duo marmorei Atlantes ad extremitates hinc inde collocati totam machinam omnium membrorum nixu ſufferre, premique onere, ſumma ſculptoris laude, videntur. In medio arculus depiſtis SS. Benediſti, & ſororis molliter cubantium imaginibus ſedem præbet, baſimque ſuperimpoſito lydio lapidi, qui his ex Angelo Abbate jam sæpè nominato, aureis loquitur notis.

BENEDICTUM ET SCHOLASTICAM.  
 UNO IN TERRIS PARTU EDITOS,  
 UNA IN DEUM PIETATE CŒLO REDDITOS  
 UNUS HIC EXCIPIT TUMULUS  
 MORTALIS DEPOSITI PRO ÆTERNITATE  
 CUSTOS.

Ante arculum, modicum aſarotum cum deſcendentibus gradibus, ex auricalco clathrati cancelli obſepiunt, è quibus tredecim prominentia candelabra perpetuò ardentes continent lychnos. Utrumque ſanctuarii latus claudunt ſumptuoſiſſima maſolæa. Alterum Vidi Feramoſcæ, ubi ex marmore hæc leguntur.

*Dum facio infelix æterno funera fletu,  
 Creverunt lacrymis hæc monumenta meis,  
 Queis niſi molliſſem, triſtiſſ: corda rigerem  
 Ipſa etiam heic toto corpore facta ſilex.*

VIDO FERAMOSCÆ  
 MENN. REGULO Q. C. V. FER. D. T SEPE  
 ISABELLA CASTREOTA  
 CONJUGI CARISS.

F.

V. A. LII. M. VII. D. VI. H. IX.

H. M. H. N. S.

Alte-

171

Alterum Petri Medici Leonis X. fratris hoc appposito Epitaphio:

PETRO MEDICI MAGNI LAURENTII F. LEONIS  
X. PONT. MAX. FRATRI, CLEMENTIS VII.  
PATRUELI, QUI QUUM GALLORUM CASTRA  
SEQUERETUR, EX ADVERSO PRÆLIO AD LYRIS  
OSTIUM NAUFRAGIO PERIIT ANNO ÆT.  
XXXIII. COSMUS MEDICES FLORENTIÆ DUX  
PONI CURAVIT M. D. LII.

Quatuor ingentes pilæ paribus ab invicem, & Ara intervallis totidem fulciunt arcus, quorum duo sanctuarii laterum, duo templi, & odei terminant fornices, his incumbens tholus in modum conii ad summum fastigiatus, in exiguo petaso, & plumbeo orbe definit, forinfecus laminis, & imbricibus plumbeis obductus; interius pellucidis in gyro specularibus, multoque auro renidens, abeuntem in Beatorum coetum Benedictum, miraque piorum præmia, & gaudia, egregia pictura ostentat: nec chori minor venustas, nam quod tholo lenocinio picturæ cedit, hoc auro, & siglino opere compensat; cui ornamenta sunt quoque Monachorum sedilia, vermiculato conferta emblemate; à tergo è vivis lapidibus quadrata turris, æneis campanis destinata sedes; huic subjacet ædicula Sanctæ Annæ Monachorum conditorium, sub ipso odeo aliud subterraneum (tugurium S. Benedicti vocant) totum picturis, & subselliis sculptura insignibus adornatum, tria habet facella, unum in adversa fronte sub ipso sanctuario, atque adeò Ara maxima, in honorem S. Benedicti effossum, munitumque æneo clathro, ex quo in granatorum similitudinem, lichniculi die, ac nocte collucentes loci venerationem indicant; Duo utrimque in extremis ad orientem angulis Placidi, & Mauri nominata; à quibus recta hinc inde viginti octo gradibus superius ædis lithostrotum scanditur, perfossis ad utrumque parietem, politisque encausto cuniculis, quos excipiunt duæ portæ postibus, & coronis ex laconico marmore nobiles, quarum prima amplissimum sacrarium non minus pictis tabulis, sectili pavimento, pluteis, armariisque elegantissimè sculptis conspicuum, quàm plurimorum coelitem sanctissimis exuviis, thecis argenteis inclusis venerabile: Secunda quadratum Xystum albario opere miri candoris decoratum, quo nihil hibernæ deambulationi accommodatius; nam ab interiori ambitu vitreis orbibus undequaque lumen recipit, clauditur ab uno latere grandi exedra, Bibliotheca, & aula calefactoria; ab alio duplici cænatione (vasta inter-

posita culina) modica una, sed eleganti laqueario contacta; altera excelsa, & longa pedes CL. Geometricos, cujus in vestibulo duo artificiosi utrinque fontes intrantium manibus, æneis siphunculis, inter marmoreas columnellas, è faucibus leonum protentis, aquam infundunt, rursusque excipiunt, ex solido lapide maximus labris, lytoglyphi ferramento politè excavatis; Ultimam frontem ingens occupat à Leandro Bassano depicta tabula, in qua artis potentia provocat naturam: à duobus reliquis, communi pariete jungitur hinc templo, inde dormitorium, quod ab ortu ad occasum longissimè excurrit (uti & aliud à meridie ad Septentrionem speciosa porticu terminatum) dormitorium excipit lycæum, ludo literario, literarumque professoribus destinatum; Hæc, pars Cœnobii nobiliorum hospitio detenta, spatiosis ambulacris, apertis podiis, pictis conclavibus illustris. Hinc choclide descenditur ad Patrum Valetudinarium par hospitio architectura, & cubiculorum numero; Cui octo gradibus supereminet concamerata porticus, & Aula Abbatis structura, & ornatu spectabilis, sed quæ non excedunt religiosam modestiam. A porticu longè patens ad ortum in pensili podio desinit dormitorium, à quo aliud transversum ad Aquilonem extenditur, dispositis, sicut in suprema contignatione, ad orientem, meridionalemque solem, eleganti ordine, cellis cœnobiticis, quibus subjecta in modum xyphi jugata vinea, amœnitate, & umbra summopere oblectat animum. Medium inter dormitorium, & sacram Ædem aliud peristylum, grandi cisterna, structilibus columnis, & parastatis insigne, totius machinæ centrum efficit, habetque ad opposita latera odeum, singulis anni temporibus, nocturnis canticis aptissimum, lignile, pistrinum, furnum, hypocaustum, cellam vinariam, è regione dormitorii alias cellulas fundamentis templi adjectas, ac usibus famulorum accommodatas; omnia polito cæmento, vel quadrato lapide fornicibus tecta, ab extremis angulis duplex ad superiorem xyphum ascensus, ut ad inferiorem cryptoporticum descensus, unica ad orientem transenna lumen, & auras recipientem; cui ex parte meridiana adhærent aromataria officina, sutrina, tonstrina (nam Fabri ferrarii, lignarii, lapidicidæ, ne meditationi, aut studio vacantes strepitu inquietent, ad aquilonem remotè laborant) Tonstrinam sequuntur tabularium; quo Summorum Pontificum, Imperatorum Diplomata, cæteraque Cœnobii monumenta continentur; atque variæ habitationes senibus exauthoratis magistratu tantùm concessæ, quæ hyeme retinent calorem, prohibent æstate; has terminat Turris illa, antiqua Benedicti sedes, tot cœlestium arcanorum olim conscia, tot miraculorum testis, qua hodie nihil Casini, quod magis propter pulchri-

chritudinem visendum , propter reigionem colendum putatur ,  
tribus constat conclavibus , primi pavementum constratum est  
lævibus laterculis vitro litis ; secundi quadrato lapide ex nigro,  
alboque lævoris eximii marmore; ultimi asarotum lydio, & pa-  
rio, aliis interrasis, vermiculatisque pretiosis lapidibus, dubium,  
materia mirabilius, an arte: concamerationes omnes, aut marmo-  
rato opere , aut auro decorantur ; parietes crySTALLINIS speculari-  
bus, tabellisque pulcherrimè pictis ubique nitent. Turrem à porta  
separat plana area, in qua ingentium columnarum de porphyrite,  
& thephyrite lapide fragmenta satis arguunt antiquam Cœnobii  
magnificentiam.


**S**acri Casini Montis descriptionem, quam Angelus à Nuce suæ Leonis Ostiensis editioni præposuerat ad novissimam loci faciem accommodare designaveramus; ne in postrema nostra editione hoc etiam diligentia atque ornamenti deficeret; Sed cum animadverterimus doctiss. Joannem Mabillonium operâ Reverendissimi Abbatis D. Erasmi Gattolæ usum numeris omnibus eam absolvisse in suis *Annal. Benedictinis* Tom. 2. ac ære incisas tabulas vulgasse, per quas loci aspectus sub oculis representatur, satius duximus alteram ejus descriptionem, ac ipsas tabulas recudere; quàm primam ipsius Nucei novis additionibus supplere. Et quoniam nos etiam à Reverendissimo Casinensi Abbate Brancatio, ipsoque Reverendissimo Gattola exposulavimus, ut si quid esset apud eos, quod huic editioni nostræ accedere posset communicare dignarentur, & humanissimi doctissimiq; viri posteriores ejusdem Nucei notas aliquot ineditas transmiserint, eas loco suo inseruimus, & Specimen Characterum utriusque Codicis Casinensis ære incidi curavimus, quod ante Leonis *Chronicon* exhibemus ad luculentius ornamentum. Vale.

**R**Edeo ad Casinense Monasterium, cujus notitiam etsi in superiori tomo jam præmissi hic tamen paulò accuratiorem hodierni status descriptionem hoc loco exhibere lubet. Mons Casinus in duos scinditur vertices, ceu geminos montes: unum eminentiorem ad Septemtrionem, cui Cairus vocabulum, ubi nulla ædificia; alterum paulò depressiorem, Casinum dictum, in quo Monasterium positum est. Sed quoniam hujus montis fastigium angustius erat, quàm ut omnes regulares ædes posset capere; Monasterium totum in triplici planitie, triplicique concameratione constituere visum est. Ad hunc montem ad tria fere millia per sinuosos tramites patet ascensus. Ubi ad primam portam perveneris, occurrit subobscurus fornix, ex quo quadraginta gradibus ascenditur ad primam aream, quadratis stratam lapidibus, porticibusque ornatam. Inde in Basilicæ atrium, columnis & statuis insigne, per totidem fere gradus, ac demum in ipsam Basilicam subitur. In hac quadriporticu extant statuæ Summorum Pontificum & Episcoporum, è Casinate Monasterio eductorum: tum ex una parte Ecclesiastici, ex alia Sæculares benefactores. Ad portam Ecclesiæ uterque parens Sancti Benedicti exhibetur cum columna ex lapide Serpentino, cui impositum fuisse tradunt Apollinis simulacrum, quod comminuit Beatissimus Pater. Ecclesia, ut in loco angusto, ampla & eximia; cujus bipatentes portæ majoris valvæ ex ære, in quibus universas Casinatium possessiones Desiderius Abbas, is, qui postea Victor III. dictus est, literis argenteis describi curavit. Ex utroque navis latere octo sunt omnino sacella cum suis convexis hemisphæriis. Chorus navi supereminet pone majus altare, ab Alexandro II. consecratum. Hinc Vidi Feramoscæ, inde Petri Medicei mausolea. Sub Principe ara & choro jacet crypta cum ara Sancti Benedicti, duabusque aliis, Sancto Placido, & Sancto Mauro nuncupatis. Ibi dem sella pertusa ex porphyritide visitur, forte balnearia, cujus generis sellam veteres *Solium* appellabant. Ad dextram Ecclesiæ, qua meridiem spectat, consistunt regulares ædes; capitulum cum adjuncta Bibliotheca, atrium seu claustrum, eique adhærens refectorium: dormitoria, ædes Abbatis & hospitem nobilium,

desinentes








erij Casinen-  
tus

Civitas S. Germani




1. Arc.
2. Ecclesia olim titula S. Sabinae nunc S. Germani Collegialis
3. Hospitium Monachorum
4. Seminarium puerorum diocesis Casinensis
5. Ecclesia et monasterium S. Scholasticae
6. Ecclesia et conventus P.P. Predicatorum
7. Ecclesia et conventus P.P. Conventualium
8. Porta Neapolitana
9. Villa Marci Varonis ad quam procul ille auri Romani Salutis causa interdum Romam
10. Porta Romana
11. Ecclesia et conventus P.P. Capucinatorum
12. Ecclesia S.S. Crucifixi
13. Fons emonte scaturiens
14. Amphitheatrum
15. Theatrum
16. Balnea antiqua
17. Thermæ antiquæ
18. Ascensus ad montem
19. Sacellum S. Crucis ubi Saxum cum impressione coxae et cruris Iumentum dum ei S. P. Benedictus insideret
20. Adicula S. Severi
21. Crucis lignea juxta quam Saxum cum impressione genu S. P. Benedicti
22. Ecclesia S. Agatha











stery Camensis  
clius




- 1 Scala lignea qua in hortum descenditur.
- 2 Atrium cum Cisterna, et porticus ab ingressu 2<sup>a</sup> Janua.
- 3 Vestibulum cum Cisterna ante templum.
- 4 Templum.
- 5 Sacrarium.
- 6 Conclave Sacra Suppellectilis
- 7 Turris Campanilis
- 8 Cubicula artificum subter vero Agasorum, & stabula.
- 9 Hortus Novitiorum
- 10 Hospitale pauperum peregrinorum, sub quo eiusdem.
- 11 Hospitium peregrinorum, sub quo alia cubicula pro eisdem.
- 12 Atrium & porticus ante hospitium peregrinorum
- 13 Ambulacrum sub dialo, vulgo paradisus
- 14 Atrium, et porticus ante hospitium peregrinorum
- 15 Hospitium Nobilium, sub quo Valentianarum
- 16 Lazus prima Monasterij
- 17 Triclinium magnam, sub quo Cella vinaria.
- 18 Atrium, et porticus prope Archicium
- 19 Triclinium paruum
- 20 Culina
- 21 Cubicula pro hospitibus
- 22 Gymnasium
- 23 Cubiculum, P. Lectoris S. Theologiae.
- 24 Cubicula Monachorum
- 25 Dormitorium Tyracini
- 26 Capitulum
- 27 Bibliotheca
- 28 Aula calefactoria
- 29 Atrium cum cisterna
- 30 Lapsus
- 31 Scala vel gradus





Monasterij Cameracensis  
planus



- 1 Scala lignea qua in hortum descenditur.
- 2 Atrium cum Cisterna, et porticus ab ingressu 2<sup>a</sup> Janua.
- 3 Vestibulum cum Cisterna ante templum.
- 4 Templum.
- 5 Sacrarium.
- 6 Conclauis Sacra suppellectilis
- 7 Turris Campanilis
- 8 Cubicula artificum, subtus vero Agasanum, & stabula.
- 9 Hortus Nouitiorum
- 10 Hospitale pauperum peregrinorum, sub quo eiusdem.
- 11 Hospitium peregrinorum, sub quo alia cubicula pro eisdem.
- 12 Atrium & porticus ante hospitium peregrinorum
- 13 Ambulacrum sub dialo, vulgo paradisus
- 14 Atrium, et porticus ante hospitium peregrinorum.
- 15 Hospitium Nobilium, sub quo Valetudinaria
- 16 Janua prima Monasterij
- 17 Triclinium magnam, sub quo Cella vintaria.
- 18 Atrium et porticus praepe Archidiaconum
- 19 Triclinium paruum
- 20 Culina
- 21 Cubicula pro hospitibus
- 22 Gymnasium
- 23 Cubiculum, P. Lectoris S. <sup>1<sup>ae</sup></sup> Theologiae.
- 24 Cubicula Monachorum
- 25 Dormitorium Tyrocinij
- 26 Capitulum
- 27 Bibliotheca
- 28 Aula calefactoria
- 29 Atrium cum cisterna
- 30 Locus
- 31 Scala vel gradus



tes in turrim, eam ipsam, ut creditur, quam Sanctus Benedictus inhabitavit, insigni Oratorio & picturis exquisitissimis ornatam. Ad frontem Ecclesiæ extat dormitorium novitiorum: cui adhæret Sanctæ Annæ ædicula, in qua Monachorum conditorium est. Ad sinistram Ecclesiæ partem habetur vetus Sancti Martini ædicula, in qua sepeliuntur pauperes peregrini, quorum hospitium, & noscomium ex eadem parte ad primum atrium conspiciuntur. Hæc de recentiori Monasterii statu. Ad radices montis situm est opidum Sancti Germani cum altero Monasterio & palatio Abbatiali: nec multum procul antiqua Casini civitas cum reliquiis veteris amphitheatri. Hæc omnia hoc loco exhibere juvat in æs incisa ad egregia Specimina, quæ summa diligentia, nec modico sumtu nobis procuravit admodum Reverendus Pater Dominus Erasmus à Cajeta Bibliothecarius, ac Prior Sacri Monasterii Casinensis, amicus noster cordatissimus.

INDEX

# INDEX CAPITUM VITÆ S. P. BENEDICTI, ET CHRONICI CASINENSIS.

<b>P</b> Rologus.	pag. 183.	XXXV. De mundo ante ejus octos collecto, & anima Germani Capuanæ civitatis Episcopi.	234
Caput I. De capisterio fracto & consolidato.	88.	ibid.	
II. De temptatione carnis superata.	190	XXXVI. Quod Regulam Monachorum scripserit.	234
III. De ampulla vitrea signo Crucis rupta.	191	XXXVII. De Prophetia sui exitus fratribus denunciata.	ibid.
IV. De Monacho vaga mentis, qui ad salutem rediit.	193	XXXVIII. De insana muliere per ejus specu sanata.	238
V. De aqua, quam in montis vertice ex petra produxit.	194		
VI. De ferro ex profundo aqua ad manubriam reverso.	ibid.		
VII. De ejus discipulo, qui super aquas pedibus ambulavit.	195		
VIII. De infecto per venenum pane per corvum longius projecto.	196		
IX. De ingenti saxo per ejus orationem levato.	203		
X. De phantastico coquina incendio.	ibid.		
XI. De servo Dei parvulo ruina confracto & sanato.	ibid.		
XII. De servis Dei, qui cibum contra Regulam sumpserunt.	204		
XIII. De fratre Valentiniani Monachi.	205		
XIV. De simulatione Regis Totila deprehensa.	206		
XV. De Prophetia, quæ de eodem Rege facta est.	207		
XVI. De Clerico à Dæmonio liberato.	ibid.		
XVII. De Prophetia destructionis Monasterii sui.	209		
XVIII. De flascone sublato & per spiritum cognito.	210		
XIX. De mappulis à servo Dei acceptis.	211		
XX. De superba cogitatione pueri per spiritum cognita.	212		
XXI. De ducentis farinae modis famis tempore ante Cellam inventis.	213		
XXII. De fabrica Monasterii Terracinenfis per visionem disposita.	214		
XXIII. De ancillis Dei, quæ post mortem per oblationes ejus communionem receperunt.	215		
XXIV. De puerulo Monacho, quem sepultum terra projecit.	216.		
XXV. De Monacho, qui in gradu eodem Monasterii descendens draconem contra se in itinere invenit.	221		
XXVI. De Elephantio curato.	ibid.		
XXVII. De solidis per miraculum debitori reditis.	222		
XXVIII. De ampulla vitrea in saxo projecta & non fracta.	ibid.		
XXIX. De dolio vacuo, & oleo repleto.	ibid.		
XXX. De Monacho à Dæmone liberato.	223		
XXXI. De ligato rustico, & solo ejus visu soluto.	224		
XXXII. De mortuo suscitato.	ibid.		
XXXIII. De miraculo Scholasticæ ejus sororis.	225		
XXXIV. De anima sororis ejus visa qualiter corpore sit egressa.	229		
		LIBRI PRIMII	
		Chronici Casinensis,	
		Auctore LEONE CARD. OSTIENSI	
		Prologus.	241
		Cap. I. De conversione, vita, vel obitu P. Benedicti.	247
		II. Qui Abbates illi successerint, & qualiter Monasterio destructo fratres Romam confugerint.	251
		III. De reversione Faustii à Galliis.	255
		IV. Qualiter Petronax Abbas huc venerit, & locum hunc restauraverit, & qualiter illum Papa Zacharias adjuverit.	256
		V. De adventu Gisulfi Ducis in hunc locum, & concessione totius in circuitu terræ.	262
		VI. Qualiter factum sit Monasterium S. Mariæ in Cingla.	266
		VII. Qualiter H. Carolus Rex Francorum huc venerit, & de humilitate ejus.	268
		VIII. Qualiter Rachis Rex Langobardorum ad conversionem venerit.	270
		IX. De Principe Arechis qualiter Monasterium S. Sophiæ fecerit, & Monasterio isti subdidit, vel quibus Sanctorum corporibus Ecclesiam ipsam ditaverit.	273
		X. De oblatione Leonis cujusdam nobilis Beneventani.	274
		XI. Qualiter Abbas Theodemar fecerit Ecclesiam S. Mariæ.	276
		XII. Quomodo H. Carolomannus in Italiam venerit, & quid egerit, & quibusdam concessionibus ejus in hoc loco.	ibid.
		XIII. De Anglo muto surdo sanato.	281
		XIV. De concessionibus quorundam in hoc loco.	283
		XV. Delatio de Paulo Diacono.	284
		XVI. De capitulis, quæ fecit Imperator Ludovicus, & de pacto, quod fecit B. Petro.	287
		XVII. Quomodo Gisulphus Abbas fecit Ecclesiam S. Germani.	290
		XVIII. Qualiter idem renovavit Ecclesiam hujus loci, & Ecclesiam S. Angeli in valle Luci construxit, nec non & S. Apollinaris in Albiano, & de quorundam oblationibus.	291
		XIX. De miraculo Abbatis Apollinaris, & de oblationibus quorundam in hoc loco.	294
		XX. De	



XX. De Radechis Comite Compfano, & de translatione S. Januarii in Beneventum. <i>ibid.</i>	
XXI. Quo tempore Saraceni Siciliam ingressi sunt. 295	
XXII. Quid Sico Princeps Abbati Deusdedit concesserit. Qualiter Princeps Sichardus eum occiderit. <i>ibid.</i>	
XXIII. Quid Lotharius Rex Authperto Abbati concesserit, & quomodo Francorum Rex idem dividerit, & de quorundam oblationibus. 297	
XXIV. Quo tempore corpus B. Bartholomei Beneventum venerit. De quorundam in hoc loco oblationibus. 298	
XXV. Qualiter sit Principatus contra se divisus. 299	
XXVI. Quomodo Siconolfus Princeps omnem thesaurum hujus Monasterii abstulit. <i>ibid.</i>	
XXVII. Qualiter Deus à Saracenis locum istum eripuit. 301	
XXVIII. De discurfione, ac vastatione Saracenum, & generali ac maximo terræ motu. 302	
XXIX. De pentifaria divisione Regni Francorum, & qualiter Ludoicus Saracenos devicerit, & Principatum æqua sorte dividerit. 303	
XXX. Qualiter iterum Ludoicus Italiam venit vocatus per Abbatem. <i>ibid.</i>	
XXXI. De Capua qualiter ad pontem Casulini mutata sit. <i>ibid.</i>	
XXXII. De consuetudine, quam habebat tunc temporis hoc Monasterium. 304	
XXXIII. De studio Abbatis Bertharii, & miraculo, quod contigit in constructione arcis. 309	
XXXIV. De oblationibus quorundam. 310	
XXXV. De nequitiiis Saracenum & qualiter vastatum & incensum sit Monasterium S. Vincentii. 311	
XXXVI. De tertio adventu Ludoici in Italiam, & de Bellis, quæ fecit cum Saracenis. 312	
XXXVII. De Monasterio S. Angeli in Baregio. 313	
XXXVIII. Quo tempore castellum Pontiscurvi constructum sit. 314	
XXXIX. Qualiter nobis restituit prædictus Imperator cellam S. Mariæ in Morinis, & de quorundam in hoc loco oblationibus. <i>ibid.</i>	
XL. De pacto Saracenum cum nostris. 315	
XLI. De divisione Capuanæ Ecclesiæ facta à Johanne Papa. <i>ibid.</i>	
XLII. Quomodo Princeps Guaisferius factus sit Monachus. 316	
XLIII. Qualiter Saraceni à Cajetanis ad habitandum in Gariliano recepti sunt. <i>ibid.</i>	
XLIV. Qualiter hoc Monasterium à Saracenis incensum sit, & Abbas Bertarius decollatus, & Monachi Teanum profecti. 317	
XLV. Memoratorium ejusdem Abbatis de rebus S. Benedicti. 318	
XLVI. De oblationibus quorundam sub Abbate Angelario, & quomodo idem Abbas Teanensis Episcopus factus est. 320	
XLVII. De oblatione & studio Herchemperti Monachi. 321	
XLVIII. Qualiter Monasterium Teanense crematum est. 322	
XLIX. De captione Beneventi à Græcis. 323	
L. De pugna nostrorum cum Saracenis ad Garilianum. 324	
LI. De studio Leonis Abbatis ut ipse cœpit restaurare hunc locum. <i>ibid.</i>	
LII. Qualiter Saraceni de Gariliano exterminati sunt. 325	
LIII. Qualiter Johannes Abbas ordinatus sit, & quomodo Capuam cum fratribus pergens ibi Tom. IV.	
Monasterium fecerit. 326	
LIV. Quomodo idem Abbas in hoc etiam loco studuerit. 327	
LV. Qualiter super Capuam Ungari venerint, & cuncta in circuitu devastantes, demum apud Marsos devicti sint. 328	
LVI. De oblationibus Johannis Consulis & Ducis Neapolitani & aliorum. 329	
LVII. Judicium Papæ Marini de Monasterio S. Angeli ad Formas, sive ad Arcum Dianæ. <i>ibid.</i>	
LVIII. Qualiter Balduinus Abbas Monasterium S. Sophiæ de Benevento bis recepit. 330	
LIX. Item judicium Papæ Agapiti de Monasterio Capuano, & S. Stephano de Terracina. 331	
LX. De studio Abbatis Majelpoti, & de oblationibus quorundam sub eo, & qualiter Aligernus Abbas sit ordinatus. 332	
LXI. Qualiter regnum Italia à Francis ad Theutonicos sit translatum. 333	
LIBRI SECUNDI.	
Præfatio. 336	
Cap. I. De ordinatione, & studio seu captione Aligerni Abbatis. 336	
II. De vindicatione ejus, & de renunciis terræ istius, seu præceptis sibi à Principibus factis. 337	
III. De reconciliatione terræ hujus, seu restoratione Monasterii. 340	
IV. Item de præceptis Imperatorum, tam de hoc loco, quam S. Angelo in Barregio. 341	
V. Quo tempore corpus Matthæi Apostoli Salernum venit. 342	
VI. De oblationibus quorundam in hoc loco, nec non commutationibus aliquot ab Abbate factis. 343	
VII. De pertinentiis S. Mariæ in Luco. 345	
VIII. De libellis, quos faciebat idem Abbas, qua intentione faceret, & de censu eorum. <i>ibid.</i>	
IX. Qualiter primò factus sit Capuanus Archiepiscopus. 346	
X. Qualiter Princeps Landulfus occisus sit, & qualiter vindicatus. 347	
XI. De Terræmotu mirabili, & qualiter lignum S. Crucis in hoc Monasterio delatum sit. 348	
XII. De introitu Mansionis Abbatis. <i>ibid.</i>	
XIII. De quorundam oblationibus, seu libellis. 349	
XIV. Qualiter Laidulfus Princeps eidem Abbati juraverit, & quid ei concesserit. 350	
XV. Quomodo Landulfus de S. Agathæ Princeps factus huic Abbati juraverit, & quales ei concessionem fecerit. <i>ibid.</i>	
XVI. Qualiter sit à Capuanis deceptus, atque cæcatus. 351	
XVII. De adventu S. Aldeberti ad hoc Monasterium. 352	
XVIII. Item de adventu S. Romualdi, & S. Bonifacii ad hunc locum. <i>ibid.</i>	
XIX. Qualiter huc Comes Olibanus venerit. 353	
XX. Qualiter, vel qua de re, Johannes Abbas ultro Abbatiam dimiserit, & de libellis ipsius. <i>ibid.</i>	
XXI. Qualis visio in ejus obitu visa sit. <i>ibid.</i>	
XXII. Qualiter Abbas Johannes huc venerit, & cur Jerusalem ierit, & quomodo per visionem de reditu monitus Abbatiam recepit. 354	
XXIII. De S. Maria in cellis. <i>ibid.</i>	
XXIV. Ut Otto Imperator Beneventum perrexit, & quæ in his partibus egerit, & qualiter,	



- qualiter, vel ubi decesserit. ibid.
- XXV. De operibus ipsius Abbatis Johannis. 355.
- XXVI. De Commutationibus, & oblationibus, seu libellis sub eo factis. ibid.
- XXVII. De S. Benedicto apud Sueffam. 357
- XXVIII. De secessu prædicti Abbatis ad Capuam, & de Abbate Docibili. ibid.
- XXIX. De exclusione Rotuduli, & substitutione Atenulfi. ibid.
- XXX. Qualiter sit Albaneta Monasterium factum. 358
- XXXI. De concessionibus Imperatoris Heinrichi, & de operibus Abbatis Atenulfi. 359
- XXXII. De quorundam in hoc loco oblationibus. ibid.
- XXXIII. Qualiter delata sit in hoc Monasterio pars de Linteo Salvatoris. 360
- XXXIV. De restauratione Monasterii Barregensis, & de obitu ejus, qui illud restauravit. ibid.
- XXXV. Placitum, seu Renuntium Ducum Cagenatorum de Confiniis Monasterii hujus. 362
- XXXVI. De oblatione Insulae, quæ Limata vocatur. ibid.
- XXXVII. Qualiter Normanni primum in partes has venerint, & qualiter cum Græcis, Melo Duce, conflixerint. 362
- XXXVIII. De Normannis apud Piniatarium constitutis, & quomodo captus sit Dattus. 364
- XXXIX. Quomodo Imperator Henricus super Troilam cum exercitu venerit, & qualiter Abbas eum fugiens in mare mortuus sit. ibid.
- XL. Qualiter Princeps Pandulfus sponte se Velgrimo tradiderit, & qualiter per eum idem Princeps à morte ereptus sit. 365
- XLI. Qualiter idem Imperator Capuanum Principatum Pandulpho Teanensi Comiti tradidit. ibid.
- XLII. De ordinatione Abbatis Theobaldi. 366
- XLIII. Qualiter eundem Imperatorem Beatus Benedictus sanaverit. ibid.
- XLIV. Qualiter idem Imperator juxit comburi falsa scripta translationis ejusdem Patris. 368
- XLV. Qualiter idem Imperator divina vindicta percussus fuit, ideo quod equos non timuit ponere in Capitulo cujusdam Monasterii S. Benedicti. ibid.
- XLVI. Qualiter idem Imperator construxit Ecclesiam Sancti Georgii, & uxorem suam, tanquam castè vivens, in morte Episcopis, & Abbatibus præsentibus virginem resignavit. ibid.
- XLVII. Qualiter fuit quæsitum ab Adam Monacho per Abbatem S. Pauli de urbe utrum Corpus S. Benedicti hic quiesceret? 369
- XLVIII. Qualiter idem Adam vidit Sanctos Protum, & Facinthum in habitu Monachali. 370
- XLIX. Qualiter idem Dompnus Adam construxit Cellam Sancti Benedicti de Clia, & Sancti Nizarii juxta fluvium Melphie. 371
- L. Quomodo Provincia Capitate vocatur Capitinata. ibid.
- LI. De ortu, & infantia Abbatis Theobaldi, & de renovatione Sancti Liberatoris de Majella. ibid.
- LII. Qualiter idem Abbas multa bona eidem Monasterio acquisivit. 372
- LIII. Qualiter per Abbatem Cluniacensem fuit Brachium Sancti Mauri ad istud Monasterium deportatum. ibid.
- LIV. Qualiter medietas Castri Surgii huic Monasterio fuit collocata, & alia donationes quamplurimæ. 376
- LV. Qualiter Aldermodus Saxonicus effectus Monachus fecit fieri Crucem argenteam LXX. ferme librarum. 377
- LVI. Qualiter Paulus Monachus missus ad Sanctum Benedictum de Capua sanctam vitam gessit, in cujus obitu lux magna apparuit. ibid.
- LVII. Qualiter Comes Toanensis construxit Monasterium Sancti Johannis in Capua, & de obitu Benedicti Papæ. ibid.
- LVIII. Qualiter mortuo Henrico Imperatore, & Corrado assumpto in Regem, & expulsionem Abbatis Theobaldi. 378
- LIX. Qualiter Pandulphus Princeps Capuanus istud Monasterium ad tantam paupertatem deduxit, quod non habebatur vinum pro sacrificio offerendo. 379
- LX. Qualiter Theobaldus Abbas expulsus fuit de Monasterio. 380
- LXI. Qualiter idem Princeps mandavit vasa astuli sacra de Monasterio, necnon de morte Sancti Dominici Monachi. ibid.
- LXII. Qualiter Sancta Scolastica de Gajeta fuit constructa, & de Miraculo Mallei ibi facto. 382.
- LXIII. Qualiter post mortem Abbatis Theobaldi fuit de Basilio electio celebrata. 383
- LXIV. Qualiter idem Basilius in Ordinis gubernatione malè se gerens, Principis procurationis officio fungebatur. ibid.
- LXV. Qualiter Corradus Imperator Capuam adiit revocaturus mala Monasterii illata. 384
- LXVI. De Ordinatione, & Studio Abbatis Richerii, & quomodo factæ fuerant multe donationes Monasterio. 386
- LXVII. Qualiter Corpus Sanctæ Lucie ex Sicilia in Constantinopoli fuit translatum, & de Adventu Roberti Guiscardi. 387
- LXVIII. De Discessu Corradi Imperatoris, & qualiter Castrum Atini ad Monasterium pervenit. 389
- LXIX. Qualiter Comites Aquini ceperunt Abbatem, & habuerunt Oppidum Sancti Angeli, quod Monachi renuntiaverunt. ibid.
- LXX. Qualiter Abbas Richerius muros Sancti Angeli fecit dirui. 390
- LXXI. Qualiter Normanni ceperunt Castrum Sancti Andree, & rehabuerunt ipsum virtutibus Beati Benedicti. ibid.
- LXXII. Qualiter Beatus Benedictus dixit cuidam de Cervario, quod propter ingratitude fratrū discessit à Monasterio. 392
- LXXIII. De quorundam Oblationibus, Ecclesiis, seu Libellis. ibid.
- LXXIV. De Munitionibus Castellorum, & Ponte Sancti Angeli in Theodici. 393
- LXXV. Qualiter Gajetani Adenulphum Aquini Comitem evocarunt, sibi que in Ducem præficiunt. ibid.
- LXXVI. De morte Comitis Rodulphi, qui primo die ante mortem proposuerat mala facere in terra Monasterii. 394
- LXXVII. De ammissione Rocce Bantrae, & qualiter Monasterium recuperavit eandem. ibid.
- LXXVIII. Qualiter ad petitionem Regis Ungariæ Abbas ad partes illas Monachos destinavit. ibid.
- LXXIX. Qualiter Imperator Henricus cepit tractare de bono statu Romanæ Ecclesiæ. 395
- LXXX.

LXXX. Qualiter Imperator prædictus Planetam purpuream auro, ac gemmis ornatam, cum aliis rebus huic Monasterio obtulit. 398

LXXXI. De morte Clementis Papæ, & de Sancto Leone, qui ei in Papatum successit. 399

LXXXII. Qualiter quidam nobiles Capuani conabantur Castrum Concha à Monasterii subtrahere potestate. 400

LXXXIII. De morte Pandulphi Capuani Principis. ibid.

LXXXIV. De Adventu Sancti Leonis Papæ ad hoc Monasterium. 401

LXXXV. Quomodo Guaimarius Princeps Salernitanus occisus sit, & quomodo vindicatus. ibid.

LXXXVI. De oblatione duorum Fratrum Capuanorum. ibid.

LXXXVII. Qualiter dictus Sanctus Pontifex beato sine quievit. 402

LXXXVIII. Quid Apocrisarii ejus apud Constantinopolim gesserint. 403

LXXXIX. De quibusdam oblationibus in Comitatu Teatino huic Monasterio concessis. ibid.

XC. Qualiter Castrum Sarracinisci fuit confirmatum huic monasterio. 404

XCI. Qualiter Richerius Abbas obiit. 405

XCII. De electione Abbatis Petri. ibid.

XCIII. Qualiter Monasterium Sancti Georgii fuit constructum in civitate Lucensi. ibid.

XCIV. Qualiter præfatus Apostolicus electionem nostri Abbatis indignè tulerit. 406

XCV. Qualiter Abbas Petrus Abbatiam renuntiaverit, & Fredericus electus sit. 407

XCVI. De Primordiis ejusdem Frederici. 408

XCVII. Qualiter dictus Abbas electus sit in Papam. 409

XCVIII. De oblationibus Episcopi Marsicani, & aliorum. 410

XCIX. Qualiter idem Papa mandavit, ut omnem Ecclesiæ hujus Thesaurum ad ipsum deferret. 411

C. De obitu Stephani Papæ, qui & Fredericus Abbas dictus fuit. ibid.

CI. Qualiter Petrus Damianus, & alii Cardinales coacti sunt latibula fugere. ibid.

CII. De Abbate Frederico, qui & Stephanus Papa dictus fuit, ac de muneribus ipsius in hoc Monasterio concessis. 412

LIBRI TERTII.

Prologus. 413

Cap. I. De origine, & infantia, & adolescentia Desiderii. 414

II. De susceptione Monastici habitus ejusdem. ibid.

III. De vi sibi illata propter susceptum. 415

IV. De fuga Desiderii ad Monasterium Cavæ. ibid.

V. De reditu ejusdem ad Monasterium Sanctæ Sophiæ de Benevento. ibid.

VI. De professione Desiderii ad Monasterium Tremitense, & Monasterium Magelle, & reditu ad Sanctam Sophiam. 416

VII. De Alphani, & Desiderii adventu ad hoc Monasterium. ibid.

VIII. De visione Desiderii, & Præpositura ejusdem, & Archiepiscopatu Alphani. 418

IX. De electione, & confirmatione Desiderii à Papa. ibid.

X. De susceptione Desiderii in Abbatiam. 419

XI. Qualiter incæperit renovare Monasterium, & ædificia. 420

Tom. IV.

XII. Qua de causa Castellum Novum construxerit Desiderius. ibid.

XIII. De ordinatione Papæ Nicolai, & qualiter ab eo Cardinalis & Abbas est consecratus, & qualiter idem Apostolicus apud Melphiam Apuliæ Consilium fecerit, & qualiter Sancta Maria de Catena sit Sancto Benedicto concessa. 421

XIV. De Restitutione Sancti Benedicti de Salerno, & de Concambio Sancti Laurentii, & qualiter carta Sancti Benedicti de Salerno nobis pertinentes reperta abscondita, atque incisa pro nostra invidentia fuerint. 422

XV. Qualiter à prædicto Papa Dominus Oderisus Diaconus sit ordinatus, & in Aquino Dompnus Martinus, & in Benafro Domnus Petrus, Episcopi constituti. 423

XVI. Qualiter Rycardo Principatum, & Roberto Guisquardo Ducatum idem Apostolicus confirmaverit, & qualiter uterque illorum id adquisierit. ibid.

XVII. Qualiter idem Princeps fecerit præceptum de Platea publica Monasterio nostro Capuasito. 427

XVIII. Qualiter aliquanta finitima nobis Castellula partim concesserit, partim commutaverit. ibid.

XIX. De quorundam oblatiis Ecclesiis, & aliis oblationibus. ibid.

XX. Quot, vel qualia ornamenta, Desiderius tunc vel adquisierit, vel fecerit, & de Portis Ecclesiæ brevibus. 429

XXI. De ordinatione Alexandri Papæ, & Controversia Cadaloy. 431

XXII. De flagello fulminum, & visione Abbatis super hoc. ibid.

XXIII. Qualiter per Baresonum Regis Sardinia XII. illuc Monachos direxerit, & qualiter à Pisanis disturbati fuerint. Item de oblationibus ipsius, & alterius Regis in Sardinia, & de satisfactione Pisanorum. 433

XXIV. Item de oblationibus ipsius, & alterius Regis in Sardinia, & de satisfactione Pisanorum. 434

XXV. De Adventu Ducis Roffridi ad Aquinum, & de ingressu Normannorum in Marchiam. ibid.

XXVI. Quot hujus Monasterii Fratres à prædicto Papa ad honores promoti sint, & de Privilegio nobis contra Hildeprandum Archiepiscopum facto. 435

XXVII. De Monasterio Tremiteni à prædicto Abbate recepto, & ordinato. 436

XXVIII. Qualiter ab eo vetus Ecclesia eversa sit, & nova constructa. 437

XXIX. Qualiter Constantinopoli Artificibus accersitis, musivo & lapidibus eandem Basilicam decoravit, & vitro, & picturis. 442

XXX. Quanta gloria ipsam Ecclesiam dedicaverit, & quibus eam Reliquiis adornaverit. 447

XXXI. De frequentia populorum propter absolutionem huc concurrentium. 449

XXXII. De Regina Agnete, & oblationibus ejus. 450

XXXIII. De variis Ecclesiæ ornamentis, & qualiter ad ampliandum Claustrum destructis prioribus officinis iterum eas fecerit. ibid.

XXXIV. De Renovatione Ecclesiæ Sancti Martini, & constructione Mansiunculæ Desiderii, & qualiter dedicaverit Ecclesias Sancti Bartholomæi, & Turrium Paradisi. 453

XXXV. De Alburico, & qualiter vocatus interfuerit Synodo. De Alfano; De Amato, &

- Constantino Africano. 455  
 XXXVI. De Damoniaco, & Claua quadam curatis ab Alexandro Papa, & de Cambio de Sancta Maria de Palladio, & Concessione Terracinensis Civitatis. 456  
 XXXVII. De restitutione, sive oblatione, ac constructione Monasterii S. Angeli ad Formas. ibid.  
 XXXVIII. De septem miraculis meritis Beati Benedicti patris. 457  
 XXXIX. De quibusdam Refutationibus, & oblationibus. 458  
 XL. De quibusdam miraculis Beati Benedicti meritis in Gallis, & hic patris. ibid.  
 XLI. De quorundam oblationibus. 459  
 XLII. De mota questione coram Apostolico super Ecclesiam Sanctae Sophiae, & Ecclesiam Sancti Angeli de Formas. 460  
 XLIII. De miraculis quorundam hujus Monasterii Monachorum. ibid.  
 XLIV. De quorundam oblationibus. ibid.  
 XLV. Qualiter Robertus Guiscardus Siciliam cepit, Salernum, & Ecclesiam Sancti Matthaei Apostoli construxit, Brachium sibi reservans, & quamplurima loca. 461  
 XLVI. De Pecunia violenter abstrata, & interdicto. 462  
 XLVII. De quibusdam oblationibus, & confirmationibus. 463  
 XLVIII. De quorundam Monachorum Miraculis, & renovatione Sancti Liberatoris. ibid.  
 XLIX. De causa dissensionis inter Henricum Imperatorem, & Gregorium Papam, & qualiter Robertus Guiscardus Romaniam ingressus est. 464  
 L. De Archiepiscopo Ravennate invasore Apostolicae Sedis, & qualiter Desiderius iverit ad Imperatorem, manserit, & redierit. 465  
 LI. De obitu duorum Monachorum hujus Monasterii. 467  
 LII. De Castello Saracenisco, & Suo. 468  
 LIII. Qualiter Robertus Guiscardus adduxit Apostolicum ad hunc locum. 469  
 LIV. De visione nocturna cujusdam Johannis, & cum Missam Apostolicam celebravit. ibid.  
 LV. De quadam parte salutiferae Crucis huc apportata, & Renovatione Sancti Benedicti in Capua, & pluvia postulata. ibid.  
 LVI. De quorundam oblationibus, & Aldemario hujus Cœnobii Monacho. 470  
 LVII. De obitu Roberti Guiscardi, & brachio Sancti Matthaei Apostoli. ibid.  
 LVIII. De oblationibus ejusdem Roberti in hoc Cœnobio. ibid.  
 LIX. De quibusdam oblationibus, & commutationibus. 472  
 LX. De quibusdam concessionibus à Desiderio factis, & quorundam oblationibus. ibid.  
 LXI. De quorundam oblationibus. ibid.  
 LXII. De Guaisferio Salernitano. 473  
 LXIII. De Libris, quos Desiderius fieri fecit. ibid.  
 LXIV. De Latronibus. 474  
 LXV. De obitu Gregorii Papae, & de electione tractanda. ibid.  
 LXVI. De electione de Desiderio facta. 475  
 LXVII. De Reditu electi ad Casinum. 477  
 LXVIII. De Consecratione electi Papae Victoris. De corpore S. Nicolai. ibid.  
 LXIX. De Ecclesia S. Petri, & visione ejusdem Apostoli. ibid.  
 LXX. De Guiberto Aresiarca, & persecutione Ecclesiarum. 479  
 LXXI. Qualiter Papa Victor misit exercitum in Africa contra Saracenos, & de victoria ejusdem exercitus. 480  
 LXXII. De Concilio Generali, & Constitutionibus. ibid.  
 LXXIII. De obitu Papae Victoris, & Constitutione Abbatis Oderisii. 483  
 LXXIV. Quos, & qualia ornamenta Ecclesiastica reliquit in hoc Monasterio in suo obitu Papa Victor, qui & Desiderius Abbas. 485
- 
- Incipit Prologus ad Librum Quartum. 488  
 Continuatore PETRO DIACONO.  
 LIBRI QUARTI
- Cap. I. De habitu Oderisii, & electione ejus. 491  
 II. De electione Urbani Papae. ibid.  
 III. De infirmario reconstructo. 492  
 IV. De sene à Diabolo decepto, & interfecto. 493  
 V. De Urbano Papa per Beatum Benedictum sanato. ibid.  
 VI. De oblatione Sanctae Mariae in Luco, Sancti Nicolai de Valle Sorana, & Castrum Aquae fundatae, & S. Stephani in Rivo vivo. 494  
 VII. De Castro Suiu. ibid.  
 VIII. De Dedicatione Ecclesiae Sancti Martini, & obitu Sicelgaya Ducissae. 495  
 IX. De captione Castrum Fracturum, & Resignatione, & Dedicatione Ecclesiae Sancti Andree. ibid.  
 X. De Jordano Principe, & filio ejus, & Duce Roggerio, & oblationibus ejus. 496  
 XI. De Cruce-signatis. 497  
 XII. De oblatione septem Ecclesiarum, & trium Castrorum, & aliorum multorum. 501  
 XIII. De Citro, & Arnulfo, & oblationibus eorum. ibid.  
 XIV. De Adenulfo Comite Aquinensi. ibid.  
 XV. De Paldo Comite Venafrano, & Teuto, & oblationibus eorum. 502  
 XVI. De quorundam oblationibus in hoc loco concessis, in Comitatu Thelesino. ibid.  
 XVII. Qualiter Oderisius Abbas obtinuit privilegium ab Urbano Papa de libertate hujus Monasterii. 503  
 XVIII. Qualiter idem Papa Monasterium Sancti Mauri de Glannafolio à potestate Monachorum abstulit, & sub regimine Casinensis Monasterii perpetuè subjugavit. 504  
 XIX. Qualiter concessa fuit huic Monasterio Ecclesia Sancti Nicolai de Turre Pagana in Beneventana civitate. 505  
 XX. Qualiter Roggerius Comes Syculiae, & Calabriae confirmavit huic Monasterio omnia, quae Rocca neptis sua dederat. ibid.  
 XXI. Qualiter Paschalis Papa privilegium Sancti Nicolai de Turre Pagana huic Monasterio concessit. 506  
 XXII. Qualiter quidam Nobiles Capuani huic Monasterio Turrem de Mari obtulerunt in Sueffana civitate. ibid.  
 XXIII. Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti Stephani à Benedicto Terracinensi Episcopo. 507  
 XXIV. Qualiter Guilielmus Comes Montis Gargani huic Monasterio fecit privilegium de Cœnobio Monialium posito in eadem civitate. ibid.  
 XXV. Qualiter Robertus Comes obtulit huic Monasterio Castrum Pontis-curvi. De oblatione Vitecusi, & de obitu Oderisii Abbatis. ibid.  
 XXVI. De ordinatione Abbatis Ostonis, & de obitu

- obitu Henrici Imperatoris. 508
- XXVII. Qualiter Alexius Imperator Constanti-  
nopolitanus misit B. Benedicto unum opti-  
mum pallium. ibid.
- XXVIII. Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti  
Angeli in Formis, à S. Brunone Synygnensi  
Episcopo. ibid.
- XXIX. Qualiter Monachi conabantur Abbatem  
Othonem deponere, & qualiter miraculum  
fuit in Francia meritis B. Benedicti. 509
- XXX. De obitu Othonis Abbatis hujus loci, ac  
de miraculo in hoc Monasterio viso. ibid.
- XXXI. De adventu S. Bruni ad hunc locum, &  
de bonis operibus suis. 510
- XXXII. Qualiter Comites Aquinenses Castrum  
Terami rusticorum proditione deprædati sunt.  
512
- XXXIII. De dedicatione Ecclesiæ S. Benedicti de  
Capua à Paschale Papa. ibid.
- XXXIV. De renuntiatione Pandulfi Comitum Præ-  
senzani, de Castris Mortula, Cucurutio,  
& Rocca de Bantra. ibid.
- XXXV. De adventu Henrici Imperatoris. 513
- XXXVI. Qualiter Paschalis Papa mandavit Im-  
peratori prædicto, ut exhiberet ei obedi-  
entiam. 514
- XXXVII. Qualiter idem Imperator intravit Ro-  
mam. ibid.
- XXXVIII. De captione Paschalis Papæ, Cardi-  
nalium, Clericorum, ac Laicorum. 517
- XXXIX. De Pugna Romanorum cum Teutoni-  
cis. ibid.
- XL. De Coronatione dicti Imperatoris ab eodem  
Papa recepta. 518
- XLI. De dedicatione Ecclesiæ Sancti Thomæ, sita  
extra Castrum Vallis Frigidæ, & de mi-  
raculo ibi factò. 520
- XLII. De obitu Sancti Bruni Episcopi Signensis,  
& quomodo Abbatiam dimiserit. ibid.
- XLIII. De origine, & infantia, ac de ordina-  
tione Girardi Abbatis hujus loci. 521
- XLIV. Qualiter B. Benedictus sanavit Ugonem  
de Albaspina, & postmodum effectus fuit  
Monachus. ibid.
- XLV. Qualiter Girardus Abbas post confirma-  
tionem, à Paschale Papa, obtinuit privile-  
gium de libertate hujus Monasterii. 522
- XLVI. Qualiter Alexius Imperator Constanti-  
nopolitanus delegavit prædicto Pontifici, ut  
Imperatorem Romanum eum coronaret. ibid.
- XLVII. De quibusdam oblationibus, & Ecclesiis  
in partibus Beneventana Civitatis, & in  
pertinentiis ejus. 523
- XLVIII. De Adventu Rogerii Ducis ad hunc lo-  
cum, & de libertate ab eodem concepta ha-  
minibus Castellioni, ac de concessione San-  
cti Petri in Tarento. ibid.
- XLIX. Qualiter idem Papa investivit Guiliel-  
mum Ducem Ducatus Apuliæ, & Calabriæ.  
ibid.
- L. Qualiter Azo Decanus, & socii missi in Sar-  
diniam, cum ipso capti sunt à Sarracenis,  
& per Rogerium Ducem Siciliæ liberati  
sunt. 524
- LI. Qualiter dictus Decanus defunctus fuit, &  
lampadam plenam aquæ, in morem olei sem-  
per ardentem visa sit. ibid.
- LII. Qualiter concessa fuit huic Monasterio San-  
ctæ Agathæ in Aversana civitate. 525
- LIII. De Renovatione Sanctæ Mariæ in Cingla.  
ibid.
- LIV. Qualiter Rangarda uxor Riccardi de Aquila  
subtraxit à potestate hujus Monasterii Ec-  
clesiam Sancti Benedicti de Suesa, & aliis  
possessionibus. 526
- LV. Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti Vin-  
centii de Vulturno, & de Miraculo in obitu  
Alamanni Monachi istius Monasterii factò.  
ibid.
- LVI. Qualiter homines de Sancto Germano sep-  
telles extiterunt, ac de constructione Roc-  
cæ Janulæ. ibid.
- LVII. Qualiter Comites Præsenzani renuerunt  
omne jus competens in Castro Camini huic  
Monasterio. 527
- LVIII. De quodam Milite, qui in Apulia in fo-  
veam demersus, catenisque devinctus, per  
Beatum Benedictum estitit liberatus. ibid.
- LIX. De quibusdam Renuntiationibus & oblatio-  
nibus huic Monasterio factis, ac de Ele-  
ctione, & confirmatione Abbatissæ Sancti  
Johannis in Capua. 528
- LX. Qualiter Abbas hujus Monasterii Abbas  
Abbatum vocetur. ibid.
- LXI. Qualiter Imperator Henricus Romam in-  
gressus est. 529
- LXII. De Terræmotu mirabili ferè per totam  
Italiam factò. ibid.
- LXIII. Qualiter Robertus Rex Anglorum Lega-  
tos ad hoc Monasterium direxit, & de qui-  
busdam oblationibus in Sicilia. ibid.
- LXIV. De morte Paschalis Papæ, & de Johan-  
ne hujus Monasterii Monacho, qui ei in Pa-  
patum successit, ac dedicatione Ecclesiæ San-  
cti Mauri in Francia. 530
- LXV. Qualiter idem Terræmotus meritis Beati  
Benedicti quievit. 535
- LXVI. Qualiter Petrus Diaconus receptus fuit  
in Monachum ab Abbate Girardo, & quot  
Libros, & Omelias fecit. ibid.
- LXVII. De quibusdam oblationibus, Ecclesiis,  
atque servis in Sardinia huic Monasterio  
concessis. 537
- LXVIII. Qualiter Papa Calixtus ad hoc Mona-  
sterium venit. ibid.
- LXIX. Qualiter Archiepiscopus Capuanus conaba-  
tur tres Ecclesias subtrahere hujus Monaste-  
rii à potestate, & per Summum Pontificem  
contra eum sententia lata fuit. 538
- LXX. Qualiter idem Papa restitui fecit huic Mo-  
nasterio Sancta Maria de Cingla. 539
- LXXI. Qualiter Sparanus Abbas obtulit huic  
Monasterio Ecclesiam Sancti Martini in  
Arche. 541
- LXXII. Qualiter civitas Capuana igni tradita  
est, & Monasterium Sancti Benedicti in ea-  
dem civitate mansit illæsum. ibid.
- LXXIII. Qualiter brachium S. Matthæi Apostoli  
ad hoc Monasterium fuit deportatum. ibid.
- LXXIV. De quodam Claudio per Beatum Benedi-  
ctum sanato. 542
- LXXV. Quomodo Pandulfus de Sexto renuntia-  
vit per juramentum Castrum Viticosi, & de  
adventu Pontii Abbatis Cluniacensis ad hunc  
locum. 544
- LXXVI. Quomodo idem Abbas concessit Vestia-  
rio Monachorum Ecclesiam Sanctæ Mariæ  
de Casale Plano. ibid.
- LXXVII. De obitu Girardi Abbatis hujus loci.  
ibid.
- LXXVIII. De ordinatione Abbatis Oderisii Se-  
cundi. 545
- LXXIX. Qualiter homines Castri Sancti An-  
geli in Teodici rebelles fuerunt, & idem Ab-  
bas ad fidelitatem coëgit eosdem. 546
- LXXX. Qualiter oblata fuit huic Monasterio  
Sanctæ Mariæ de Rabiata in Sclavonia.  
ibid.
- LXXXI.

- LXXXI. De Lamberto Episcopo Hostiensi, qui & Honorius Papa fuit. 547
- LXXXII. Qualiter Castrum Picani huic Monasterio datum fuit. ibid.
- LXXXIII. De obitu Calixti Papæ, & quomodo Cardinales divisi fuerunt in electione supradicti Honorii. 548
- LXXXIV. Qualiter restitutum est huic Monasterio Monasterium Sancti Manni de Fundis, & cum pertinentiis suis. ibid.
- LXXXV. Qualiter Monasterium Sancti Nycolai de Pica fuit deprædatum à Comitibus Aquinatibus. ibid.
- LXXXVI. De adventu Honorii Papæ ad hunc locum. 549
- LXXXVII. De obitu Henrici Quinti Imperatoris. ibid.
- LXXXVIII. Qualiter depositus fuit Oderisius Secundus Abbas hujus loci. ibid.
- LXXXIX. De electione, & confirmatione Abbatis Nicolai hujus loci. 550
- XC. Qualiter prædictus Abbas Robertum Principem Capuanum suum auxilium evocavit pro Castro Sugii, quod Goffridus de Aquila tenebat. Aquimilia argentea, & Crucem auream ad se deferri præcepit, dictum Castrum non recollectit. Odium Monachorum adversum se suscitavit. 551
- XCI. Qualiter idem Abbas Castrum Novum recollectit, & Castrum Picanicum Normannorum ditioni subjugavit. ibid.
- XCII. Qualiter duo fratres Hispani Philippus, & Philibertus obtulerunt B. Benedicto Ecclesiam constructam in Hispania, ac de renuntiatione Abbatis Oderisii Secundi hujus Abbatie in manu Papæ. 552
- XCIII. Qualiter Nicolaus Abbas ab Honorio Papa depositus fuit. ibid.
- XCIV. De electione Seniorecti Abbatis. ibid.
- XCV. Qualiter Honorius prædictus ad hunc locum venit, & consecravit prædictum Abbatem. 553
- XCVI. De obitu Guilielmi Ducis, & de quibusdam oblationibus huic Monasterio factis. 554
- XCVII. Qualiter Anacletus coronavit Rogerium Comitem in Regem Siciliae. ibid.
- XCVIII. Qualiter Guarinus Cancellarius prædicti Regis intendebat capere prædictum Abbatem, sed non potuit. 556
- XCIX. De miraculo in obitu Johannis, & visione ejus. 558
- C. Qualiter dictus Cancellarius morte subitanea defunctus est. ibid.
- CI. Qualiter Sanctus Benedictus apparuit cuidam Monacho, Bono nomine. 559
- CII. Qualiter quidam Monachus vidit animam Guarini dicti Cancellarii. 560
- CIII. De obitu Seniorecti Abbatis hujus loci. ibid.
- CIV. De electione Raynaldi Abbatis. ibid.
- CV. Qualiter Dux Bajoarie missus ab Imperatore Lothario intravit Regnum cum Innocentio Papa. 561
- CVI. Qualiter Lotharius restituit omnia Monasterio Sancti Liberatoris de Magella, quicquid Sancto Benedicto in partibus illis oblata fuerant. 563
- CVII. Qualiter dictus Imperator cum Richiza Imperatrice direxerunt Epistolam huic Monasterio, ut universali Ecclesie Dominus concederet pacem. ibid.
- CVIII. Qualiter prædictus Imperator jussit ad se vocari Raynaldum hujus Monasterii electum. ibid.
- CIX. Qualiter Petrus Diaconus cum quibusdam de Cardinalibus Romanae Ecclesie Causidicus fuit pro Monasterio Casinensi in Consistorio Imperatoris. 572
- CX. Qualiter dicti Cardinales petebant, & conabantur, ut Monachi sacramentum, & fidelitatem facerent Romanae Ecclesie. 574
- CXI. Qualiter Petrus Diaconus genuflexit ante Imperatorem prædictum pro juribus, & libertate hujus Monasterii. 575
- CXII. Qualiter dictus Imperator conabatur, ut Monasterium istud manuteneretur, defenderetur, & veneraretur. 576
- CXIII. Qualiter obiciebatur à Girardo Cardinali, cur sine consensu Romani Pontificis Subdiaconem in Abbatem eligerent. 577
- CXIV. Qualiter prædictus Petrus remansit in Curia pro servitiis Imperatoris. 580
- CXV. Qualiter prædictus Raynaldus exhibuit obedientiam Domino Papæ Innocentio Secundo. 581
- CXVI. Qualiter dictus Petrus disputavit cum quodam Philosopho Græco. 583
- CXVII. Qualiter per Lotharium Imperatorem restituta fuerunt multa Ecclesie huic Monasterio. 591
- CXVIII. Qualiter prædictus Raynaldus licentiam habuit redeundi ad Monasterium. 592
- CXIX. Qualiter dictus Imperator cum Imperatrice venit ad hoc Monasterium. 593
- CXX. Qualiter Raynaldus prædictus incusatus fuit Imperatori prædicto. 594
- CXXI. Qualiter Papa Innocentius misit duos Cardinales ad electionem examinandam supradicti Raynaldi electi. ibid.
- CXXII. Qualiter prædictus Raynaldus depositus fuit ab Innocentio Papa Secundo. 595
- CXXIII. Qualiter Gerardus Cardinalis conabatur devertere electionem hujus Monasterii ad manus Papæ Innocentii. ibid.
- CXXIV. Qualiter Guibaldus Abbas effectus fuit, & consecratus à Papa Innocentio Secundo. 596
- CXXV. Qualiter Lotharius Imperator præceptum fecit, & confirmavit huic Monasterio omnes possessiones ejus. 597
- CXXVI. Qualiter Rex Rogerius, audito sæpe dictum Imperatorem de Campania recessisse, Apuliam devenit, ac de obitu Imperatoris. 598
- CXXVII. Qualiter Guibaldus Abbas ex timore Rogerii Regis Siciliae perterritus recessit. 599
- CXXVIII. Qualiter Raynaldus electus fuit in Abbatem. 600
- CXXIX. Qualiter Sanctus Maurus, & Sanctus Placidus apparuerunt in visione cuidam Monacho, Alberto nomine, ac de aliis duobus miraculis. ibid.
- CXXX. De obitu Petri, qui & Anacletus dictus fuit, & quomodo fautores ejus Papæ Innocentii vestigiis advolvuntur. 602

I N D E X  
D I S S E R T A T I O N U M  
I N V I T Æ  
S S. P. B E N E D I C T I  
C O M M E N T A R I I S I N S E R T Æ.

<b>D</b> issertatio I. <i>Utrum Scholastica verè Clausuralis Religiosa fuerit: an devota.</i>	pag. 225
II. <i>An Sancta Scholastica juxta Casinum habitavit.</i>	226
III. <i>Utrum Sanctus Pater Benedictus in raptu viderit intuitivè divinam essentiam.</i>	231
IV. <i>De forma Corporis S. Patris Benedicti.</i>	236

Index Dissertationum in Notis ad Chron. Casinensis Monasterii insertarum.

<b>D</b> issertatio I. Chronologica. <i>Quo die, quoque anno S. P. Benedictus obierit.</i>	pag. 250
II. Chronologica. <i>De tempore everfionis, vastitatis, &amp; Instaurationis Monasterii Casinensis.</i>	253
III. Historica. <i>De Spiritualis Jurisdictionis Casinensis qualitate &amp; origine.</i>	259
IV. Historica. <i>De Casinensi ditione temporali.</i>	265
V. Physiologica. <i>Cur surdi à nativitate sint etiam muti.</i>	281
VI. Historica. <i>De Signaturis, &amp; Subscriptionibus.</i>	288
VII. Philologica, & Historica. <i>De Comitibus.</i>	295
VIII. Historica. <i>Num sacra Liturgia sermone vernaculo, &amp; vulgari apud Græcos, &amp; Latinos primis sæculis celebraretur, an secretiori, &amp; vulgaribus ignoto.</i>	305
IX. Historica. <i>De Latina lingua casu, &amp; interitu, &amp; Italica Ortu.</i>	306
X. Historica. <i>De anulis Signatoriis, &amp; Sigillis.</i>	338
XI. Meteorologica. <i>De pareliis, &amp; de dulcedine maris.</i>	342
XII. Historica. <i>De Missis publicis, &amp; privatis.</i>	373
XIII. Historica. <i>De Gregorio Sexto, aliisque tunc Romanis Pontificibus.</i>	396
XIV. Historica. <i>An Casinas fuerit, dicendusque sit Desiderius.</i>	417
XV. Philologica. <i>De nominibus, &amp; cognominibus, &amp;c.</i>	424
XVI. Historica. <i>Quòd Sanctissimi Patriarchæ Benedicti exuvia Casini quiescant.</i>	438
XVII. Historica. <i>Casini an Sublaci scripta, &amp; promulgata fuerit Monastica Regula?</i>	443
XVIII. Historica. <i>Utrum Sacerdotes, &amp; Episcopi Schismatici, Simoniaci, &amp; excommunicati, sint veri Sacerdotes?</i>	481
XIX. Historica. <i>De Sella Lapidea, &amp; de fistula argentea Casini extantibus.</i>	531
<i>Et De Pontificibus Benedictinis.</i>	533
XX. Historica. <i>De donariis.</i>	543
XXI. Historico-Juridica. <i>Quid de præsentibus, &amp; sequentibus narrationibus sentiendum?</i>	566
XXII. Historico-Theologica. <i>De particula Filioque in Symbolo.</i>	584
XXIII. Historico-Scholastica. <i>Doctrina Scholasticorum de Processione Spiritus Sancti à Filio, sicut à Patre.</i>	589

Index eorum, quæ in Appendice continentur.

<b>M</b> arci Poëtæ carmen in laudem S. Benedicti.	pag. 605
Capitula Aquisgrani.	607
Ritus electionis Abbatis Casinensis.	610
Qualiter Casinensis Abbas à Romano Pontifice confirmandus sit.	612
Qualiter Pontifex Abbatem Casinensem, noviter ordinatum, benedicere debeat.	616
De modo, quo à Monachis Abbas Casinensis eligebatur.	618
Officium S. P. Benedicti à mille annis Casini celebratum.	ibid.
Officium Beatæ Mariæ Virginis à mille annis Casini celebrari solitum quotidie.	619
Lotarii Imperatoris Epistolæ.	621
Guibaldi Abbatis Casinensis Epistolæ.	622
Appendix tertia. <i>Iterata responsio pro Casinatibus adversus nuperum assertorem translationis S. P. Benedicti.</i>	623
<i>Accedit in operis fronte Montis Casini descriptio.</i>	166







Placido Romoli inv. et del.

Gio: Battista Sintes sculp. Rom.

IN LIBRUM SECUNDUM  
DIALOGORUM  
MAGNI GREGORII  
PAPÆ,  
SPICILEGIUM.

**P**ost messem uberem, quam ex vita, & gestis Sanctissimi Patriarchæ Benedicti tanquam ex agro pleno, cui benedixit Dominus, collegerunt diligentissimi Cultores, reliquum tantum est, ut nos spicilegium faciamus: nam derelicta sunt occupantis: Ergo præter pauca, quæ festinantium, fortè, tot messorum falcem, & aciem effugerunt, aut ultro nobis dimissa sunt, plura ex eorum horreo depromemus, iterum eventilanda, ut magis niteant; integra ipsis mansura interim sua gratia, quòd eorum eruditione ditati sumus, quòd magna nos laboris parte levaverint.

(1) VITA, ET MIRACULA  
VENERABILIS BENEDICTI

Conditoris, vel Abbatis Monasterii, quod  
appellatur (2) Arcis, Provincia  
(3) Campania.



(4) **H**ic vir vitæ  
venerabilis,  
(5) gratiâ  
Benedictus,  
& nomine,  
(6) ab ipso  
pueritiæ suæ  
tempore cor  
gerens seni-  
le; ætatem  
quippe mo-  
ribus tran-  
siens, nulli  
animum voluptati dedit. Sed dum in hac  
terra adhuc esset, quo temporaliter liberè uti  
potuisset, despexit, jam quasi aridum, mun-

- (1) Hac præsignatur epigraphe secundus Dialogorum  
liber Divi Gregorii in Codice nostræ Bibliothecæ  
Langobardico caractere exarato, & signato  
num 85, quem ex multis selegimus. Hanc certè  
inscriptionem vetustas ipsa commendat.  
(2) Arcis appellationem prodiderat priùs Marcus  
Tom. IV.

**A**dum cum flore. (7) Qui liberiori genere ex  
(8) Provincia Nursia (9) exortus, Romæ li-  
beralibus Literarum studiis traditus à Paren-  
tibus fuerat: sed cùm in eis multos ire per  
arrupta vitiorum cerneret, eum, quem quasi  
in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem:  
nè, si quid de scientia ejus attingeret, ipse  
quoque postmodum in immane præcipitium  
totus iret. Despectis itaque Literarum stu-  
diis, (10) relicta domo, rebusque Patris, soli  
Deo placere desiderans, sanctæ conversationis  
habitum quæsit. (11) Recessit igitur scien-  
ter nescius, & sapienter indoctus. Hujus ego  
omnia gesta non didici: sed (12) pauca, quæ  
narro (13) quatuor illius discipulis referenti-  
bus, agnovi, Constantino scilicet (14) reve-  
rentissimo valdè viro, qui ei in Monasterii  
regimine successit: Valentiniano quoque, qui  
annis multis Lateranensi Monasterio præfuit:  
Simplicio, qui congregationem illius post eum  
tertius rexit: Honorato etiam, qui nunc us-  
que adhuc cellæ ejus, in qua priùs conversa-  
tus fuerat, præest.

Poëta Sancti Patris Benedicti discipulus, in suo  
carmine (cem,  
Hunc plebs stulta locum quondam vocitaverat Ar-  
Marmorisque sacrum fecerat esse Diis.  
Concinit Ostiensis chron. lib. 1. cap. 5. Cùm per  
eos dies in banc Arcem Casini, qua tunc Melle  
voca-

vocabatur, ascendisset. Mello verò, & Arx synonima sunt, ut ibi notavimus.

Stephanus nonus in suo diplomate apud Regestum Petri Diac. num. 27. *Venerabili Canobio Reverendissimi Patris, atque eximii Ducis Monasticorum agminum Benedicti, ab eodem prius constructo in ipsa Arce Montis Casini.*

Post titulum, Codex prædictus exhibet seriem omnium capitum sequentis libri. Nobis licere permisimus, singulis capitibus singulos titulos ex eodem indice præfigere. Quod Lector æqui bonique consulat.

(3) Campania Provincia sumitur à Gregorio, tum hic, tum infra cap. 21. 25. 35. & alibi pro ea Regione, quæ inter sexdecim Italiae Provincias septima numeratur à Paulo Diacono, de gestis Langobardorum cap. 20. & ab Urbe Roma usque ad Silarum, Lucaniae fluvium, extendebatur. Hinc ipse Gregorius cap. 35. Alatum oppidum ponit in Campania; & in actis Concilii Romani sub Agathone Papa, subscribit *Placentinus Episcopus Veliternus Provinciae Campaniae*: Cum alioqui Velitrum sit in antiquo Latio. Carolus etiam à S. Paulo, in Geographia sacra, omnes Episcopatus Latii attribuit Campaniae, nam Latium in Campania inclusum fuit in sexdecim Provinciarum divisione; quæ vigeat ævo Gregorii, & diù post viguit. Variæ tamen pro varietate temporum fuerunt Campaniæ acceptiones, & limites, de quibus incomparabili eruditione, ac diligentia agit in sua Campania V. C. Camillus Peregrinus, magno nuper bonarum Litterarum detrimento, magnoque eruditorum mœrore è vivis sublatus.

(4) Hinc auspicantur primum caput multa exemplaria. At laudatus Codex noster 85. & alii, narrationem, seu primum caput exordiantur ex illis verbis, *Hic itaque*. Quæ verò præcedunt, Prologi instar sunt. Neque semel tantum distinctio, & initia capitum in nostris membranibus discrepant à vulgatis, ut conferentibus palam fiet.

Titulum *Venerabilis Antonius de Yepes* excellentius censet epitheton, quam *Reverendissimi*: Apud nostros tamen promiscuè usurpantur, quod notare est frequentissimè in Regesto Petri Diaconi.

(5) Si nomina rebus imponuntur instinctu quodam naturali, ut Cratylus docuit apud Platonem; & sillis arcana quædam vis inest divini dictaminis, ut ipse Plato asserit in Philebo, vel si ad libitum quidem hominum imponuntur; sed non sine consilio, ut alii philosophantur; nullo sanè decentiori Benedictus nomine potuit nuncupari, cui benedictionem omnium gentium prædestinaverat divina gratia. Cum ergo nomen imago quædam sit, qua res noscitur, qualis futurus esset natus puer, ex ipsa nominis appellatione omen prætulit, & auspicia.

(6) Joseph à Jacob super omnes filios suos diligebatur, eo quòd in senectute genuisset eum, Genes. 37 & tamen senior erat Jacob, cum genuit Benjamin. Si ergo à senectute Patris amoris mensura sumebatur, super omnes filios diligendus erat, non Joseph, sed Benjamin. Solvit difficultatem alia lectio, quæ habet, *eo quòd filium senectutis genuisset eum*. Hebræi autem genitivo uti solent pro adjectivo. *Deus sanctitatis*, hoc est, *Deus sanctus*. *Virga directionis*, *Virga dirigens*, qua phrasi S. P. Benedictus in Regula, *Plagarum virgas*, id est, *Plagiferas*. Ergo *Filium senectutis* est *Filium senem*. Sic Benedictus puer *cor gerens senile*, seu *Puer senex*, à Patre omnium inter cæteros filios magis dilectus.

(7) De Gente, & Familia, atque Progenitoribus sanctissimi Patriarchæ, solemniter est disputatio. Anicios plerique autumant, inter Quirites facile Principes, quorum decora, & Cassiodori calamus luculenter enarrat lib. 10. var. epist. 11. & 12. & ipsa marmora eloquuntur. Indeque colligunt Benedictum Imperatori Justiniano seniori, Boërio, Tertullo, Æquitio, Mauro, & Placido proxima consanguinitate conjunctum fuisse, & Austriacos Monarchas, licet longius, in eadem tamen linea, tetigisse.

Mihi, ut fatear ingenuè, in hac Genealogia adhuc hæret aqua, nec quicquam nunc habeo, quod audacter pronunciem. Ex nobili Gente, & Familia ortum non ambigo Benedictum, ex ipsis Gregorii verbis. Ideo, quod Gregorius dixit *Liberiori*, Florus ante 800. annos vertit *Nobi-*

*liori* in suo Martyrol. *Transitus S. Benedicti Abbatis, qui, sicut Gregorius Papa dicit, nobiliori genere ex Provincia Nursia ortus, &c.* & ipse Gregorius simili phrasi infra cap. 23. de Ancillis Dei, *nobiliori genere*. *Tria nomina nobiliorum*, dixit Ausonius in Gripho, hoc est *Liberiorum*: nam proprium erat hominis liberi habere tria nomina, ergo *Liberior*, est *Nobilior*. Quin etiam interdum comparativum ponitur pro superlativo. Plinius. *Animalium fortiora, quibus sanguis crassior, nempe fortissima*. Virgil.

*Sed cunctis altior ibat Anchises.*

Bertharius Martyr in carmine: *Nursia claros habuit parentes*, ut innumeros alios prætermittam, quicquid in contrarium arguat Gallonius. Aniciis tamen illum asserere, VVioni, Yepesio, Rubeo, aliisque libentiùs relinquo, quorum argumentis, cum nil addendum succurrat, nolo unà fideià duos parietes dealbare, & ex aliorum penu ditescere, sine labore.

Quòd Abundantia, sancti pueri genitrix, filia fuerit Comitris Nursiæ, contentiois funem diu non traham. Quòd autem Nursiæ fuerit Domina ex paterna hæreditate, quam in virum transtulit, non assentio. Sanè sub Theodorico, & Gothis, Comes nondum erat titulus Domini, vel Beneficii feudalis, sed officii, Præfecturæ, & honoris. De quo confer notata in cap. 20. libri primi Chronici Casinensis: neque Oppidum, & Terrarum Domina cuiquam permittebat.

Utunque sit. Boni vini, & boni viri non est quærenda origo, ajebat Vespasianus, & ipse Seminurfinus. Siquidem & vilissima gleba generosum terre potest vinum, & virum egregium gregaria, humilisque familia. Nunquid Anacharidis gloriæ quiddam diminuit Scythica patria, aut Catoni Tusculum, Aristoteli Stagira, Plutarcho Bœotia? Non Cœlum Phœbo, sed Cœlo Phœbus lumen impartitur. Qui virtute præditi sunt, eosdem & nobiles censebat Antisthenes. Genus jactans suum, aliena laudat. Propriis usque aded Benedictus nitet splendoribus, ut à Patria, & à genere non indigeat inclarescere. Quin patrias, atque familias illustrissimas reddere solus potest. Non ergo Benedicto de Patria, de Gente, & Familia: sed Patriis, Gentibus, & Familiis de Benedicto honestiùs, quam de Homero certandum.

Hinc de insignibus, & tesseriis gentilitiis Benedicti disceptare supersedeo. Sacri Casinatis Archistherii insignia, & ea minùs verusta, Leonem invenio, atque Turrim, cujus latera Pini sepiunt (non Cupressus) & ex janua fluvius exilit. Vide Rubeum pagina 122. Antiquiora verò in sigillis, manus benedicens, allusione facili, Benedictus benedictus.

(8) Provincia, ex nominis etymo, Regio est bello procul victa, quam Populus Romanus Magistratibus suis administrandam subiciebat. Quarum Regionum aliæ erant Prætoriaræ, aliæ Consulares, quòd ab iis qui in Urbe fuerant Consules, vel Prætores regebantur; unde hi *Propratore*, & *Propratores* vocabantur, illi *Proconsule*, & *Proconsules*, licet non semper eadem Provinciæ Consulares erant, aut semper Prætoriaræ, sed ex præcedentis anni Magistratu nomen sortiebantur. Prima omnium fuit Gallia Narbonensis à Romanis victa: & idcirco Provinciæ nomen prima meruit: quod tamen retinuit etiam post alias divictas, retinetque adhuc.

Latiùs deinde nomen *Provincia* usurpari cœpit pro qualibet Regione, ut à Gregorio in præfenti, & lib. 4. cap. 22. *Hoc Langobardorum tempore juxta in hac Provincia, qua Sura nominatur*, Ostiensis lib. 1. cap. 32. *Sequenti verò die ordinabantur, & describentur, atque destinabantur in obedientias per singulas, prout opportunum erat, Provincias*, Et Anonymus noster in vita S. Castrensis Episcopi apud sanctuarium Michaëlis Monachi, par. 1. *Inde factum est, ut catervatim ab unaquaque Provincia Sanctos Dei vinculos adduci præciperent*. Provinciam dein explicat, *Idem solum; ut quos ab uno solo pro sui nominis gloria transferri dignatur, &c.*

Pelagius tamen secundus Gregorii decessor, apud Luitprandum in vitis Pontificum scribens

Orien-

**Orientalibus Episcopis.** Scitote, inquit, certam Provinciam esse, qua habet decem, vel undecim Civitates, &c. Nunc verd in Ecclesiasticis Provincia est, quæ Archiepiscopum habet. Gregorius nihilominus neque Pelagii definitionem secutus est, neque cum posterioribus est locutus: sed acceptione speciali Provinciam sumpsit pro Regione, & Civitate, cum Suram Provinciam vocat. Baronius in notis ad Martyrol. die 24. Januarii, Provinciam quam Suram dictam Gregorius tradit, ponit inter Umbros ex Plinio lib. 3. cap. 14. ubi inter Umbros recenset Suarranos. At Baronii in sua Patria distinguenda, hallucinata est acies. Tum quia à Sura Surani, non Suar-rani, unde eidem Gregorio Sanctus Abbas Suranus nomine dicitur. Tum quia Gregorius de Sora Civitate ibi loquitur, quæ non semel Sura dicta reperitur, O in U commutato, quod frequentissimum in Ostiensi, & aliis. Paul. Diac. de Gest. Langob. lib. 6. cap. 27. *Hac denique atate Gisulfus Beneventanorum Duxor, Suram Romanorum Civitatem, Hirpinos, atque Arcom pari modo oppida cepit, ubi pro Hirpinos, & Arcom, Arpinum, & Arcem legendum moneo, ex nostro manuscripto signato num. 353. de his enim sermo est Oppidis Soræ proximis, Herchemp. num. 32. Beneventi fines per Suram ingreditur.* In Necrologio etiam Casinensi codice 47. *Nono Kal. Maji Bernardus Episcopus Surranus.* Tum denique quia Gregorius ait, *Juxta in hac Provincia, quæ Sura nominatur, ubi adverbium Juxta, & pronomen Hac, proximam Romæ Soram intelligere palam indicat, non Umbrorum Suarranos Plinii longius distantes.* In Regest. Petri num. 359. *Nec non res, & familias in Civitate Sura cum cella Sancti Donati.*

(9) Perhibetur anno Christi 480. ex Baronio, Hæsteno, & aliis communiter. Leo Ostiens. ait oriundus, sed in idem recidit ex propria phrasi, quamquam aliquando oriundus accipiat pro eo, qui originarius ex parentibus, & majoribus, non pro eo qui ortus alicubi fuerit, qua acceptione S. P. Benedictum Romæ ortum, Nursiæ oriundum, quidam faciunt; cum maximè Gregorius dicat *ex Provincia Nursia, non in Provincia, verum in, & ex passim pro eodem sumuntur, ut Nursia Provincia, & Provincia Nursia.*

(10) Romanam domum in regione transyberim, specialiter hic accipiendam putant Cajetanus, & Hæstenus, quibus non subscribo. Nunquid enim Nursinam quoque domum, Nursinas res non pariter reliquisse censendus est Benedictus? Ergo non eo signanter respexisse Gregorium crediderim, sed communi usum phrasi, quamcunque domum, quæcunque paternas res intellexisse.

(11) *Non scientiam abhorrens, aut studium (inquit S. Thomas) sed secularem vitam, & societatem formidans,* cum in eis multos ire per abrupta vitiorum cerneret. Felix sapientia, multa nescire quæ noceant, nihil non nosse, quod juvet. Quamquam, nescire, interdum accipitur pro eo, quod est, non probare. *Nescio vos.*

Alioqui, & in specu, & in convictu, divinis instrui disciplinis maximè studuit, ut ipsa sanctæ suæ legis textura abundè prodit, quæ ex Sacræ Scripturæ oraculis, sanctorumque Patrum doctrinis opus est tessellatum.

(12) Multis prætermisissis, quorum aliqua & à Marco Poëta, & ab eodem Gregorio alibi, accepimus.

(13) Hoc est, Constantino, qui Benedicto successit in regimine Monasterii Casinensis, Valentiniano, qui annis multis Lateranensi Monasterio præfuit, quod Casinates se receperunt ex indulto Pelagii Papæ, cum à Langobardis Casino deturbati fugissent. Simplicio, qui congregationem, idest Casinense Monasterium, illius, post eum tertius rexit; Honorato, qui nunc cellæ ejus in qua prius conversatus fuerat (Sublacensi nimirum Cœnobio) præest, & hæc quidem apud nos planissima sunt, & authenticè probata. Scimus enim Constantinum immediatè successisse Sancto Patri, eique post fata, appositum in sepulchro, ubi hucusque jacet. Scimus Simplicium successisse Constantino.

Tom. IV.

eique pariter adjacere. Quæ aptè contestatus est Paul. Diac. de Gest. Langob. lib. 4. cap. 18. *Ceterum post Beatum Benedictum Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis, ad extremum Bonitus Congregationem ipsam rexit, sub quo hæc destructio facta est, idque universæ Casinates tabulæ contestantur.* Non dubitamus Valentinianum Casinatibus in Laterano post Bonitum præfuisse, teste Petro Diac. de ortu, & vita justorum; Honoratum verd Sublacensibus post Benedictum: At Baronius, & cum eo Gallonius cœcutiunt in his, quæ nobis perspicua sunt, & indubitata. Plura sanè domi suæ videt cæcus, quam Argus in aliena. Neque uno Gregorio fides nostra nititur, quantumvis maximo teste, & luculentissimo, ut proinde quando Gregorii locutio subobscura esset, nobis ex aliorum luce fieret meridiana: sed revera luce non indiget, imò Solis radio scribit Gregorius, ut aliquando dixit Tertullianus.

Nunc ad Cajetanum redeo, & ad Hæstenum, qui Honorato vices suas à S. P. Benedicto per omnia Sublacensia Monasteria, eorumque Abbates, demandatas asserunt, quasi verd Honoratus Abbatibus Generalis munere functus fuerit: Idque arguunt ex Chronico Sublacensi, cum ait, *secundo loco ejusdem Monasterii, & Congregationis regimen tenuit Honoratus, in quibus verbis nomen Congregationis distinguunt à Monasterio, & ad omnia illius tractus Cœnobia referunt.*

Ceterum Monasterii, & Congregationis nomina synonyma esse, priscis præfatis Auctoribus, palam fiet in Paulo Diac. nunc laudato, in Gregorio infra cap. 2. *Non longè autem Monasterium fuit, cujus Congregationis Pater defunctus est: omnisque ex illo Congregatio, &c.* Legislator etiam in Regula cap. 62. *Congregationi sociandus, cap. 62. Electio Congregationis, cap. 64. omnis concursus Congregatio, pars parva Congregationis. In ordine Congregationis. Omnis Congregatio, &c.* ubi sermo est de singulari Monasterio. Petrus Diac. referens hoc Regulæ loco epistolam Monasterii Casinensis Summo Pontifici, Summo, inquit, Pontifici, & universali Papæ Congregatio Casinensis devotissimum famulatum. Bernardus Abbas Fundanus in Epistola ad Simplicium Casinensem, loquens de Sancti Benedicti Regula. *Hanc ego servandam proposui huic Congregationi, cum super me in juum Abbatem elegerit: & infra, ex eadem Congregatione viros, &c.* & alibi sæpissimè in Leone Ost. Petro Diac. & aliis.

Congregatio ergo, & Monasterium pro eodem sumuntur ab Auctore Chron. Sublacensis, qui non aliunde id sumpsisse videtur, quam à Gregorio, hic non repugnaverim tamen fateri, Honorato, utpote Sanctissimi Patris Benedicti discipulo & successori, ac Sancto viro specialem ab omnibus eorum Monasteriorum Abbatibus reverentiam exhibitam, integra singulorum potestate in proprias domos.

Posterioribus verd sæculis nomen Congregationis ad plura Monasteria iisdem ritibus, & sub uno capite unitis translatum fuit: Quales olim Congregatio Cluniacensis, Specuentis, Sicula, & nunc Casinensis alias Sanctæ Justine.

(14) Adverbia quæ nisi positivis adjungi non solent, etiam superlativis frequenter adjunguntur apud D. Gregorium est observare, & hic, & lib. 1. indict. 9. epist. 42. *Anast. Biblioth. in Constantino valdè mitissimus, in Zacharia, nimis optima, in Leone tertio nimis mitissimus, in Gregorio quarto valdè fortissimam, in Sergio tertio valdè pretiosissimum, in Capitular. Caroli Calvi Admodum carissime. Ostiens. lib. 1. cap. 15. valdè utilissimam, & cap. 17. valdè pulcherrimum.* Hinc Gotfridus Vindocien. serm. 2. conjunxit etiam cum comparativo. *De splendida stella radius satis splendor ad tenebras processit:* Servius tamen ad lib. 8. *Æneid.* admonens superlativum quandoque poni pro positivo, hos, aliosque, quos prætereo, quamplures Auctores docuit sic loqui. Nec abludit Sospater Carisus lib. 2. exponens illud Virgilio *Præditum viribus hostem,* quod est, inquit, *valdè fortissimum.* Vide Rosveidum in notis ad epistol. 29. Paulini Nolani.

A a 2

D e

De Capisterio fracto, & consolidato.

CAPUT PRIMUM.

**H**ic itaque cum jam relictis literarum studiis petere deserta decrevisset, (1) Nutrix, quæ hunc arctius amabat, sola secuta est. Cumque ad locum venissent, qui (2) Efide dicitur, multisque honestioribus viris caritate se illic detinentibus, in Beati Petri Ecclesia demoraretur, prædicta Nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus præstari sibi (3) capisterium petiit, quod super mensam incaute derelictum, casu accidente fractum est, sicque, ut in duabus partibus inveniretur divisum. Quod mox ut rediens Nutrix illius invenit, vehementissime flere coepit, quia vas quod præstitum acceperat, fractum videbat. Benedictus autem religiosus & pius puer, cum Nutricem suam flere conspiceret, ejus dolori compassus, ablatis

(1) Cyrillam vocant. Petr. Diac. de Vir. illust. in Benedicto.

(2) Alius Codex noster *Efide*. Hæftenus legit *Enfide*, eamque existimat esse, quæ Ptolemæo, Livio, & itinerariis Romanis, *Aufidena*, sed *Aufidena* terra est in Aprutio ad fluvium Sangrum: *Efide* verò viculus in Æquicolis, à Sublacu duobus plus minus passuum millibus distans vulgò *Afile*, ut propterea ejus incolæ *Efidani* potius, quàm *Aufidenates* à Cajetano vocari debuerint, apud Hæft.

(3) Columella lib. 2. cap. 9. *Cum amplior messis provenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit.*

Georgius Merula Alexandrinus in priscarum vocum enarratione putat, rectius legi *scapisterium*, quod ait, *vas esse rusticum, nempe ad ventilandum frumentum*. Sed Vossius in etymol. nihil, inquit, impedit quominus *vulgata lectio retineatur, nam ut à sphaello Græcè est fallo Latinum, ita à scapisterio, sit capisterium: non raro enim Pb. in P. permittatur*. Typhus, Typus. Philistini, seu Philistæi iidem qui Palestini, *Porphira, Purpura*. Vel ducatur à Græco *Kapio*, quod est *Efflo*. Erit ergo capisterium quasi parva scapha, seu rotundum vas, & excavatum, quo triticum, & hujusmodi semina ventilantur, & purgantur à paleis.

Sed curiosius quispiam quæret, cur capisterio triticum purgabat Nutrix, utique ad panificium; & non potius incerniculo, vel setacio farinam excernebat? Puto, apud montanos illos rusticos, triticum domi repositum ex area; nec aquaria mola communi in farinam detritum: sed à singulis aut domestica mola trufatili, aut in mortario contusum, quoties panis efficiendi necessitas incurreret, & ideo capisterio prius purgandum; Et antiquiores quidem frumentum non molebant; sed pinsebant, unde *moletrina, pisrinum, & Pistores*, qui frumenta pinsebant, & qui panem faciebant, Martial. de Cipro Pistore, *Et panem facis, & facis farinam*. Pistores, ut scribit Plinius lib. 18. non fuerunt Romæ ad Persicum usque bellum, annis ab Urbe condita quingentis octoginta; Ipsi Quirites panem faciebant, mulierumque id ministerium erat, quæ inde *Panifica* dicebantur, talis Cyrilla Benedicti Nutrix.

(4) Quo ætatis suæ anno deserti loci secessum Benedictus petierit, communis opinio id refert ad annum decimum quartum, eo quod Gregorius *puerum* tunc fuisse describit. Baronius cum id recepisset in notis ad Martyrol. rejicit in Annalibus, & à Gregorio *Puerum* intelligi vult *Adolescentem*; neque enim verisimile putat, tam teneræ ætatis puerum ad eum arduum vitæ arripuisse institutum, à quo potius per Romanum prudentem Monachum revocandus fuisset, quàm famulari pollicito impellendus. Longam circa hoc disquisitionem necit Hæf-

**A** secum utrisque fracti capisterii partibus, sese cum lacrymis in orationem dedit: qui ab oratione surgens, ita juxta se vas sanum reperit, ut in eo fracturæ inveniri vestigia nulla potuissent, mox autem Nutricem suam blandè consolatus, ei sanum capisterium reddidit, quod fractum tulerat. Quæ res in loco eodem à cunctis est agnita, atque in tanta admiratione est habita, ut hoc ipsum capisterium ejus loci incolæ in Ecclesiæ ingressu suspenderent, quatinus & præsentis, & securi omnes agnoscerent, Benedictus puer conversionis gratiam à quanta perfectione coepisset: quod annis multis illic ante oculos omnium fuit, & usque ad hæc Langobardorum temporæ super fores Ecclesiæ pependit.

**B** Sed Benedictus plus appetens mala mundi perpeti, quàm laudes ab hominibus quærere, pro Deo laboribus fatigari, quàm vitæ hujus favoribus extolli, Nutricem suam occultè fugiens, (4) deserti loci secessum petiit, cui (5) Sublacus vocabulum est; qui à Romana Ur-

tenus, compendio nos utemur.

**C** Puer, inquit Vossius, & si propriè sit in ætate prætextata, tamen interdum etiam eo nomine vocantur Adolescentes; quomodo Cicero sæpè Octavianum vocat puerum, quem alibi adolescentem, & propè puerum appellat. Apulejus quoque in Apologia, pudentem privignum puerum vocat, qui jam curatorem haberet, non tutorem. Porro prætextata ætas ad initium anni decimi septimi pertingebat. Quo tandem pueri, prætexta deposita (toga erat alba, limbo purpureo in extremo prætextæ, unde nomen & distinguebatur à toga pura, quæ purpureo hoc limbo non ambitur) & in forum à cognatis, amicisque deducti virilem togam sumebant. Igitur pueri nomine apud Gregorium propriè accepto, Benedictus eremum petiisse intelligi potest circa annum 17 quo si voluisset mundi voluptatibus frui, utique valuisset: sed abstinuit virtute animi, quo argumento nitebatur Baronius. Neque à Romano revocandus fuisset (quæ altera est ejusdem conjectura) si enim ea ætate mundo uti valuisset, cur mundum relinquere voluisse verisimile non est?

**D** Cæterum ex Gregorio nihil definiri posse videtur. Benedictum siquidem *Puerum* vocat in miraculo capisterii. Cum verò de successu loquitur, subdit, *Vir autem Dei ad eundem locum perveniens*; Neque aditionem *Eremi* cum miraculo ita copulat, ut temporis ali-quod notabile intervallum intercessisse, omnino perperam quispiam existimaverit; sicut infra post tentationem superatam narrat Gregorius electionem Benedicti in Abbatem, quam tamen immediatam tentationi fuisse, sicut immediatè narratur, nemo prudens crediderit, tunc enim Benedictus adolescentulus adhuc erat, nec fama notus, quæ postea increbuit. Tandem cum Sanctus Puer divino spiritu ductus Eremum petierit, quis audeat Sancti Spiritus afflatum intra ætatis cancellos continere, ut non quò voluerit, & qua ætate voluerit, inspiret?

**E** (5) Apud aliquos reperio Sublaqueum, sed Sublacus, vel Sublaceus retinendum à situ, nam sub lacu positum est Castrum Sublacus: Anio enim fluvius inter Simbruinos montes in Æquicolis excurrens, obstructis à Nerone, vel à Claudio, angustis illorum montium faucibus ad mille circiter passus supra prædictum Castrum, aquas in summo stagnare coëgit, & in lacum colligi, atque extendi, quæ postea ex præruptis cataraëtis præcipites cum fragore ruebant. In eo lacu, cujus superficies facellum Sancti Placidi, quod etiamnum visitur, æquabat, Placidus à Mauro aquarum vorticibus ereptus est. Nunc verò disruptis claustrorum obicibus, residues aquæ pristinam libertatem adeptæ, inferius fluunt, factitio illo lacu cessante, cujus fossa tantum, & cavitas nunc apparet.



Urbe quadraginta ferè millibus distans, frigidas, atque perspicuas emanat aquas, quæ illic videlicet aquarum abundantia in extensum prius lacum colligitur, ad postremum verò in amnem derivatur. Quò dum fugiens pergeret, Monachus quidam (6) Romanus nomine, hunc euntem repperit, quò tenderet requisivit. Cujus cum desiderium cognovisset, & secretum tenuit, & adjutorium impendit, (7) eique sanctæ conversationis habitum tradidit, & in quantum licuit, ministravit.

Vir autem Dei ad eundem locum perveniens in arctissimo specu se tradidit, tribusque annis, excepto Romano Monacho, hominibus incognitus mansit, (8) qui videlicet Romanus, non longè in Monasterio sub Adeodati Patris Regula degebat, sed piè ejusdem

(6) Sancti hujus viri memoria colitur in Breviario Monastico die 22. Maji, ejus vitam legimus in sermone Sancti Bertharii Casinensis, quam in editione Bibliothecæ Casinatis publici juris faciemus. Eandem duobus libris scriptam à Gilleberto Monacho, exhibuit Joannes à Bosco in Bibliotheca Floriacensi, quorum prior vitam, secundum miracula continet, sed primus liber idem ferè est, ac sermo Bertharii, ut observavit Hæstrenus, cumque Bertharius antiquior Gilleberto fuerit, hunc ab illo mutasse credendum est.

Romanum superstitem fuisse Benedicto alumno suo, habemus ex Fausto in vita Beati Mauri, qui in Gallias proficiscens, Romanum invenit Abbatis munere fungentem in Monasterio ad Fontem Roggi in pago Autisiodorensi, quod ab ipso Romano constructum fuerat divino monitu, ut in ejus actis, ubi jam grandævus sancto sine quievit, anno, quibusdam 546. aliis 544. & melius; nam, cum S. P. Benedictus obiit, imminere etiam sibi ultimum diem professus est ipse Romanus.

(7) Sancta conversatio tunc audiebat monasticum institutum, ut observavit Hugo Menardus, & ex eo Hæstrenus. Contra S. Pater in Regula cap. 1. Girovagorum, & Sarabaitarum vocat miseriam conversationem. Leo Ostien. lib. 2. cap. 98. Quidam novicius bona conversationis.

Quod Gregorius ait sancta conversationis habitum, Zaccharias græcè dixit Sanctum Monachorum scbema, qua generali loquendi formula ostenditur, omnibus qui monasticam vitam profitebantur, specialem tunc fuisse vestium modulum, sicut olim omnibus Philosophis Pallium, ex quo Herodes ille apud Gellium lib. 9. cap. 2. Barbam, & Pallium video, Philosophum non video; & Tertulliani illud *A Toga ad Pallium*, quare sanctus Pater Benedictus Monachis suis non præscripsit, novum vestis genus, contra quod credidit Polid. Virgil. sed jam receptum, & commune, non tamen commune omnibus Christianis, ut falsò putarunt quidam apud Rhenanum; sed monachis tantum commune, & proprium: Processu verò temporis in diversas formas monasticus habitus abiit, vide Hæstrenus. specialem etiam habebant tonsuram, ut colligitur ex divo Benedicto in Regula cap. 1. ubi loquens de Sarabaitis, *Mentiri*, inquit, *Deo per tonsuram noscuntur*.

Locus ubi Romanus Benedictum obvium habuit, Eremum petentem, occurrit progredientibus ex Monasterio Sanctæ Scholasticæ ad sacram specum, ubi facellum extructum fuit, præ cuius foribus hodieque visitur truncus Columnæ lapideæ striatæ, altitudinis pedum circiter quinque, plurimum tamen exesæ. Huic Columnæ, inquit, Hæstrenus, tradunt Sanctum Benedictum seculares vestes, dum monasticas à Romano acciperet, imposuisse: ut nobis R. P. Hieronymus Coquelin, qui loca ista pridem inviserat, commemoravit. Hanc tamen traditionem sale condiendam existimo: Quis enim prudens crediderit, inter abruptos illos præcipites, & pænè invios tunc mon-

A Patris sui oculis furabatur horas, & quem sibi ad manducandum subripere poterat, diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat, quia excelsa desuper rupes eminebat, sed ex eadem rupe in longissimo fune religatum Romanus deponere panem consueverat: in qua etiam resti parvum tintinnabulum inseruit, ut ad sonum tintinnabuli vir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet, quem exiens acciperet: sed antiquus hostis, unius caritati invidens, alterius refectio, cum quadam die summitti panem conspiceret, jactavit lapidem, (9) & tintinnabulum fregit: Romanus tamen modis congruentibus ministrare non desit.

B Cum verò jam Omnipotens Deus, & Romanum veller à labore quiescere, & Benedicti

vi-

tium saltus, columnam repertam opportunè fuisse, cui spolia, & Trophæum, de fugato hoste, victor Benedictus imponeret; ergo verosimilius est (quod quidem & in similibus est advertendum) Columnam defixam illic fuisse à Posteris in rei signum atque memoriam; Quam deinde memoriam vulgus, ut plerumque solet, invertit.

C Sed quærit Hæstrenus, unde Romano, in via constituto, nec futurorum præscio, monastica vestis ad manus, quam Sancto Benedicto caret. Respondet verò sic: *In re ab aliis non declarata, probabilibus nitendum censeo conjecturis, indutus proinde fuerit duplici tunica, quarum alteram Benedicto concesserit; Aut fortasse Monasterium repetiit, & ex communi vestiario, antiquum aliquod indumentum, aut usibus suis assignatum, acceperit, quo reversus, novum Christi Tyronem induerit.*

Iterumque rogans, quomodo id licuit, Respondet ex Goffrido Vindocinensi Abbate, & S. R. E. Cardinali, ista, & quædam alia Monachis tunc licuisse, quemadmodum & in præsentem ministratio quotidiana panis, non enim ab iis abstinere promiserat. At nunc illicita sunt, quia nec illa, nec alia bona facere sine spiritualis Patris voluntate devoverant, secundum Regulam Sancti Patris Benedicti.

D Verum si istiusmodi conjecturis res agenda est, cur non etiam quis conjectare poterit, Romanum à Theodato licentiam petisse, & obtinuisse, vestem aliquam detritam pauperi largiendi; nam pauperem tunc se agebat Benedictus. Quærere quoque quis posset, quid actum fuerit de vestibus secularibus, postquam Benedictus Monasticas induit? An unquam Romanus Benedictum in spelæo invisit? & similia: sed hæc minutiora sunt, & inutilia.

E (8) Hæstrenus quærit, Quænam hæc Theodati Patris Regula? id ipsum Yepes, & alii: sed hi mihi videntur de subjecto non supponente disputare, & quærere, quid est, antequam constet an sit, contra Philosophi præceptum: Supponunt igitur Theodati aliquam fuisse Regulam, cum nulla fuerit, Theodati Regula, ipse est Theodatus, seu Theodati regimen, directio, obedientia, sub qua Romanus degebat. Nempe non scriptus Canon, sed Regula viva, nam Spiritus Sanctus ipsis erat Regula; ipsi verò Monachis. Quam germanam esse Gregorianæ phrasæ intelligentiam, adductis ex eodem Gregorio testimoniis, probamus in Chron. Casinensi lib. 3. ad cap. 28. quò lectorem amandamus. Ita magni etiam viri in rebus parvis cœcutiunt.

(9) Canina rabies, canina vindicta: Canis enim cum lapidantem mordere non valet, in lapidem vindictam detorquet. Fractum hoc Tintinnabulum æneum servatur inter Cemelia Monasterii Sublacensis, ejus ferreum malleolum duodecimo sæculo, ex quo inter altissimas vestres sub terra sepultus jacuerat, invenisse tandem se putat quidam ex nostris fratribus commissis, dum sub Romani rupe terram altius foderet, & sanè tintinnabulo fracto ibidem asservato concinne quadrat.



vitam in exemplum hominibus demonstrare, ut posita super candelabrum lucerna claresceret, (10) quatinus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret, (11) cuidam Presbytero longius manenti, qui refectioem sibi in Paschali festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur! Qui protinus surrexit, atque in illa solempnitate Paschali cum alimentis, quæ sibi parauerat, ad locum tetendit, & virum Dei per arrupta montium, per concava vallium, per defossa terrarum quæsiuit, eumque latere in specu repperit. Cumque oratione facta, & benedicentes Omnipotentem Dominum confedissent, post dulcia vitæ colloquia, is qui aduenerat Presbyter dixit: surge, & sumamus cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Dei respondit, dicens: scio quod (12) Pascha est, quia videre te merui. Longè quippe ab hominibus positus, (13) quia die eodem Paschalis esse solempnitas, ignorabat. Venerabilis autem Presbyter rursus asseruit dicens: Veraciter hodie Resurrectionis Dominicæ Paschalis dies est, abstinere tibi minimè congruit, quia & ego ad hoc missus sum, ut dona Omnipotentis Domini (14) pariter sumamus. Benedicentes igitur Deum sumpserunt cibum.

- (10) Quatenus, inquit Festus, significat, qua sine, ut Hæstenus, hac sine: At Quatinus significat Quoniam; sed hæc differentia arguta magis est, quam vera, inquit Martinus: Antiquiores enim indistinctè scripserunt Quatenus, & Quatinus; Unde propter cognationem E. & I. literarum, inquit Donatus in Phorm. Terent. non dubitauerunt Antiqui, & Here, & Heri dicere, & Mane & Mani, & Vespere & Vespero, dicebant etiam Die quincti, & Die quincte, quæ tamen aliud sunt, quam die quincto. Nam die quincto dicitur de præterito, ut die quarto, & similia: At die quincti, vel die quincte dicitur de futuro. Vide Aulum Gellium lib. 10. cap. 24. Macrobi. lib. 1. cap. 4. & Vossium de literarum permutatione.
- (11) Hunc ex traditione Sublacensium Monachorum, ait Simon Milletius apud Hæstenum, Parochum fuisse cuiusdam pagi, quatuor circiter milliaribus Sublaco distantis, quem Montem præclarum (Montem Porcarium vocant), præclarum certè traditionem, quæ inter tot sæculorum tenebras effulsit.
- (12) Sicut gavisus sunt Discipuli, viso Domino. Hæst.
- (13) Igitur neque Quadragesimæ noverat tempus? Fateamur: An verò scrupulus suboriri potest, quadragesimalem abstinentiam à Sancto Eremita non seruatam, qui, Oraculo divino teste, fame cruciatur, eamque duri panis frusto vix interdum sedabat? Quia, pro Quod, minus Latinè dicitur à Gregorio, & ab aliis ejus ævi: sed ita tempora ferebant. Sic & illud. *In illa solempnitate Paschali, & Paschalis solempnitas*: Hæc enim erat Gothica, & Ultramarina Dialectus, quam Latini imberant, & secundum illam scribebant, cap. sequent. temptator; & alibi dampnum, emptum, comptum, cum sine P. scribi debeant Latinè.
- (14) Id est, simul.
- (15) Melote, quam à Romano habuerat.
- (16) A *Frusiceta*, sit per syncopen *frutecta*, non *fruteta*, sicut à *Cariceta*, *Carecta*. Vossius.
- (1) Merula ex Isidoro lib. 12. cap. 7. olim Medula, à Modulando, quod mirè moduletur. Sed nullum, inquit Vossius, laudat Auctorem. Fortasse ab usu Latinorum D. in R. commutandi, ut meridies, quasi medidies, medius dies. Caro à cado, Donatus in Terent. Hecyram. Asseres ab assidendo. Arrideo ab adrideo, &c. O. etiam in E, mutabatur, ut Area ab Aloa. Alpes ab Alphos, dies à dios. Igitur Merula à modulor. Auctor Philomelæ. *Et Merulus modulans tam pulchris concinit odis.*
- At Varro lib. 4. de Ling. Latin. Merula, in-

A Expleta itaque refectioe, & colloquio, ad Ecclesiam Presbyter recessit.

Eodem quoque tempore hunc in specu latitantem etiam Pastores invenerunt, quem dum (15) vestitum pellibus inter (16) frutecta cernerent, aliquam bestiam esse crediderunt: sed cognoscentes Dei famulum, eorum multi ad pietatis gratiam à bestiali mente mutati sunt. Nomen itaque ejus per vicina loca cunctis innotuit; factumque est, ut ex illo jam tempore à multis frequentari cœpisset: qui cum ei cibos deferrent corporis ab ejus ore in suo pectore alimenta ferebant vitæ.

De temptatione carnis superata.

## CAPUT II.

Quadam verò die, dum solus esset, temptator affuit. (1) Nam nigra, parvaque avis, quæ vulgò Merula vocatur, (2) circa ejus faciem volitare cœpit, ejusque vultui inportunè insistere, ita ut capi manu posset, si hanc vir Dei tenere voluisset, (3) sed signo Crucis edito recessit avis. Tanta autem carnis temptatio, avi eadem recedente, secuta est, quantam vir Sanctus numquam fuerat expertus. (4) Quendam namque aliquando

- C quit, quod mera, id est, sola volitat: contra Graculi gregatim. (Nam ex Festo Merula antiqui dicebant solum, unde & avis Merula nomen accepit, quod solivaga est, & solitaria pascitur) Apulejus in Apolog. nullis, inquit, tabulis: sed mera fide: hoc est absque chirographo ullo, & cautione, sed sola fide. Sic vinum purum merum dicitur, id est, solum, & nulla aqua mistum. Consule Vossium & Martinium, Unde Hæstenus. Sub hujus igitur nigrae Avis larva abdidit se Tentator, tenebrarum filius.
- (2) Propriè loquendo, aliud est *facies*, aliud *vultus* ex Donato & Nonio, aliisque Grammaticis. Illa naturæ est, & immutabilis, hic voluntatis, unde mutatur, & fingitur. In facie naturalem formam, seu pulchritudinem commendamus. In vultu affectus apparent, ut verecundia, modestia, impudentia, læticia, tristitia, benevolentia, feritas. Hinc non dicimus adducere faciem, sed adducere vultum, hoc est, ad gravitatem, & tristitiam componere. Atque hinc etiam vultus propriè hominum est, non brutorum, quamquam Poëtæ interdum feris etiam vultum tribuant, Virg. 7. Æneid. *Quos hominum ex facie Dea sava, potentibus verbis,*  
*Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.* Facies igitur à facio erymon habet, & idem est, ac factura, ut Nonius docet, vultus, seu vultus à volo, seu volvo: multoties tamen confunduntur, ut hic à Gregorio. *Nolite secundum faciem judicare*, de utroque intelligi potest; nempe, neque ex faciei lineamentis, nam sæpè Physiognomici falluntur, neque ex vultus habitibus, nam sæpè mentiuntur affectus. Deduci etiam potest facies à *fax*, cujus nominativus olim erat *faces*; quia facies est illa pars, in qua corporis faces, vel à *Pbaos*, quod est luceo, est enim facies lucida pars corporis: eaque videtur præ cæteris. Vide Martinium, & Vossium.
- (3) Non enim avis, sed dæmon erat.
- (4) Quomodo per Merulæ speciem visæ aliquando mulieris recordationem dæmon immisit? An quod Merulæ agnomine mulier illa appellaretur, ob modulandi peritiam? An quod Merulam aliquam in cavea domi aleret? An quod ejus esset familiæ nomen? ut Corvini. Certè non absque analogia ad objectum intentum, Merulæ speciem subiit subdolos veterator. Gibbosam fuisse mulierem commentatur S. Vincentius Ferrerius, serm. de Sancto Benedicto, sed per irrisionem dictum puro, unde enim id acceperit?

foeminam viderat, quam malignus spiritus ante ejus mentis oculos reduxit, tantoque igne servi Dei animum, in specie illius accendit, ut se in ejus pectore amoris flammam vix caperet, (5) & jam penè deserere Heremum voluptate victus, deliberaret.

Cum subito supernam gratiam respectus, ad semetipsum reversus est, atque urticarum, & veprum juxta densa succrescere fructu conspiciens, exutus indumento, nudum se in illis spinarum aculeis, & urticarum incendiis projecit: ibique diu volutatus, toto ex corpore vulneratus exiit, & per cutis vulnera, eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem. Cumque benè penaliter arderet foris, extinxit, quod illicitè ardebat intus. Vicit itaque peccatum, quia mutavit incendium. Ex quo videlicet tempore, sicut post Discipulis ipse peribebat, ita in illo est temptatio voluptatis edomita, ut tale in se aliquid minimè sentiret. (6) Coeperunt postmodum jam multi mundum relinquere, atque ad ejus magisterium festinare. Liber quippe à temptationis vitio jure jam factus est virtutum Magister; Unde & per Moysen præcipitur, ut Levitæ à viginti quinque annis, & supra ministrare debeant: Ab anno verò quinquagesimo, custodes vasorum fiant.

PETRUS. Jam quidem prolatae testimonii mihi aliquantum intellectus interlucet, sed tamen hoc plenius postulo exponi.

GREGORIUS. Liquet, Petre, quòd in juventute carnis temptatio ferveat; ab anno autem quinquagesimo calor corporis frigescat: vasa autem sacra sunt Fidelium mentes. Electi ergo, cum adhuc in temptatione sunt, subesse eos, ac servire necesse est, & obsequiis, laboribusque fatigari. Cum verò jam mentis ætate tranquilla calor recesserit temptationis,

(5) Voluptate non victus, sed penè victus, ac penè deliberaret, eodem sensu infra. *Eduxit à corpore vulnus mentis*: non inflatum, sed jam infligendum, vel vulnus pro telo per metonymiam, id est, tentationem vulneriferam. Similiter *extinxit quod illicitè ardebat intus*, ardore scilicet non adusta, victæque voluntatis, sed phantasiæ bullientis: nam subdit. *Vicit itaque peccatum, quia mutavit incendium*, non ergo victus à peccato, sed victor feliciter evaluit, integrumque pudorem ex tentatione retinuit, ideoque egregio muneratus præmio: *ex illo enim tempore, ex Greg. ita in illo est temptatio voluptatis edomita, ut tale in se aliquid minimè sentiret*: & B. David de Augustina apud Hæstenum, sicut de B. inquit, *Benedictio scribit Gregorius, qui dum carnis tentatione graviter tentaretur, quia viriliter resistit, ita plenè vicit, ut, Dei gratia, nunquam postea motus carnalis illecebra in se sentiret*. Ob simile heroicum facinus D. etiam Thomas Aquinas omni deinceps libidinis sensu caruit: nisi enim vicisset, non meruisset coronam.

Ostenditur etiamnum sub sacra specu hortulus, ubi S. Puer molestum carnis incitamentum spinarum cruento superavit volutabro, quas spinas à D. Francisco Minorum Patre, dum sacros illos recessus inviseret, signo crucis in rosarium divinam virtute versas, narrat Lucas Wadingus tom. 1. annal. sui Ordinis anno Christi 1222. Alii tradunt, non miraculo, sed Beati Francisci manuum insitione spinas in rotas veritas fuisse: quibus nempè victoris Christi Athletæ memoria coronaretur, quòd quidem ipsum à Wadingo laudatum epigramma indicat non obscure,

*Hinc dum meta novas tanto secunda liquore,  
Francisci que manu culta tulere rosas.  
& hoc ferr nostrorum traditio.*

A custodes vasorum sunt, quia Doctores animarum fiunt.

PETRUS. Fateor, placet quod dicis: sed quia prolatae testimonii clausa reserasti, quæso ut de vita justis debeas ea, quæ sunt inchoata, percurrere.

*De ampulla vitrea signo Crucis rupta.*

CAPUT III.

GREGORIUS. **R**ecedente igitur temptatione, vir Dei quasi spinis erutis exulta terra, de virtutum segete feracius fructum dedit. (1) Præconio itaque eximie conversationis celebre nomen ejus habebatur. (2) Non longè autem Monasterium fuit, cujus Congregationis Pater defunctus est, (3) omnisque illa Congregatio ad eundem venerabilem Benedictum venit, (4) & magnis precibus, ut eis præesse deberet, petiit. Qui diù negando distulit, suis, illorumque Fratrum moribus convenire non posse prædixit, sed victus quandoque precibus, assensum dedit; cumque in eodem Monasterio regularis vitæ custodiam teneret, nullique ut prius, per actus illicitos in dextram levamque partem deflectere à conversationis itinere liceret: (5) suscepti fratres insanè sævientes, semetipsum prius accusare coeperunt, quia hunc sibi præesse poposcerant. (6) quorum scilicet tortitudo in norma ejus rectitudinis offendebar. Cumque sibi sub eo conspicerent, illicita non licere, & se dolerent assueta relinquere, durumque esset, quod in mente veteri cogebantur nova meditari, sicut pravis moribus semper gravis est vita bonorum, tractare de ejus aliquid morte conati sunt: qui inito consilio

ve-

(6) Ergo ex tunc habere discipulos cepit, quod cap. sequenti uberius explicat Gregorius.

(1) Jam enim discipulos habere coeperat, qui de sancta ejus conversatione testimonium daret potuerant; jam miraculis coruscabat.

(2) Ad vicum Vatronis (vulgò Vicovaro) in sinistra Anienis ripa inter Sublacum, & Tibur, illud fuisse traditio est, illiusque vestigia adhuc supersunt. Nam sub titulo SS. Cosmæ, & Damiani postea appellatum, & ipsius Benedicti Regulam professum prodidit Cajetanus, lib. 2. de Monachatu Gregorii cap. 7.

(3) Vides hic unius Monasterii Monachos Congregationem appellari, quod supra notavimus, & roboratur ex alia lectione, *Omnis ex illo (Monasterio) Congregatio*. Sic legunt Codices alii duo ex nostris, & Hæstenus.

(4) Alii Codices ut eis pater esse deberet, petiit. Si discoli erant, cur Sanctum Magistrum sibi præfici adamabant? An ut hoc ipso sibi sanctæ conversationis conciliarent opinionem? Quòd enim peiores sunt homines, eò videri meliores appetunt, & studiosius famam sanctitatis aucupantur. Gaudium tamen hypocritæ instar puncti Job. 25. An quia sperarent, virum in antris enutritum, facile circumveniri fraudibus, astuta eorum simulatione potuisse? At sefellit illos malitia sua; nam statim penitere coeperunt, quòd illum sibi præesse poposissent.

(5) Et infra, *quos semel suscepit*. Tanquam ægros sanandos Medicus susceperat, Phrasis est Tertulliani, Ambrosii, & Cassiani: *Susceptor* verò vocatur, qui de fonte baptismatis suscipit, & elevat infantem; ideoque infantes *Suscepti* vocari possunt.

(6) Rectum enim est index sui & obliqui, & opposita propè posita, magis apparent. Arist. tertio Rhetor. cap. 2.

(7) venenum vino miscuerunt, & (8) cum vas vitreum, in quo ille pestifer potus habebatur (9), recumbenti Patri ex more Monasterii ad benedicendum fuisset oblatum, Benedictus, extensa manu, signum Crucis edidit, & vas quod longius tenebatur, eodem signo rupit, sicque contractum est, acsi in illo vase mortis (10) pro cruce lapidem dedisset. Intellexit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat, quod portare non potuit signum vitæ; atque illico surrexit, & (11) vultu placido, mente tranquilla, convocatos Fratres allocutus est dicens (12): Miserratur vestri, fratres, omnipotens Deus, quare in me ista facere voluistis? Numquid non prius dixi, quia meis, ac vestris moribus non conveniret? (13) Ite, & juxta mores vestros vobis Patrem quærite, quia me post hæc habere minimè potestis. Tunc ad locum dilectæ solitudinis rediit, & solus in superni spectatoris oculis (14) habitavit secum.

PETRUS. Minus patenter intelligo, quidnam sit, habitavit secum.

GREGORIUS. Si sanctus vir contra se unanimiter conspirantes, suæque conversationi longè dissimiles, coactos diu sub se tenere voluisset, fortasse & sui vigoris usum, & modum tranquillitatis (15) excederet, atque à contemplationis lumine mentis suæ oculum declinasset. Dumque cotidie illorum (16) incorrectione fatigatus, minus curaret sua, & se forsitan relinqueret, & illos non inveniret. Nam (17) quotiens per cogitationis motum nimè extra nos ducimur, & nobiscum sumus, & nobiscum non sumus, quia nosmetipsos minimè videntes, per alia vagamur. An illum secum fuisse dicimus, qui in lon-

(7) Venenum medium nomen esse, & medicamentum, vel bonum, vel malum eo significari putavit Cajus ad leg. 12. tabul. & Martinus. Nam apud Græcos *pharmacum* mediæ significationis est: sed non si *Pharmacum* vox media est, inquit Vossius, similiter venenum erit: Idè Glossæ Philoxeni *Venenum Pharmacum lethale*. Venenum itaque ferè in malam partem sumitur, ut medicamentum in bonam. Cic. in Cluentiana. *Constitutumque inter eos de alia re fuisse, ut medicamentum, non venenum Diogenes adferret*. Neque obstat, quòd etiam dicatur *malum venenum*, ut apud Solinum cap. 44. de Annibale, *Veneri mali poculo animam expulit*: Nam veteres omnes res noxias *mali* epitheto infamabant: Quare magis ad rem faceret, si ostenderent hominis ratione bonum venenum legi uspiam: & si, & bonum esse veneni usum, non ignorem, sed ex eo vocem esse mediam, non consequitur, quia tunc venenum est ratione, non hominis, sed alterius, cuius vim delet, ut venenum sit veneni venenum. Hæc ex Vossio in Lexico. Quo illud spectat *Bina venena juvant*. Legas etiam *venenum pro colore*. Virgil. in Eclog. *Alba nec Assyrio fucatur lana veneno*.

Ubi *venenum pro colore* poni monet Servius & Solinus simpliciter *cocci venenum* dixit.

(8) Vitrum humor est induratus ex arena, calce, & nitro, vi ignis ante liquatis, sed non qualibet arena. Ductile, ac flexibile vitrum excogitasse fertur Architectus quidam sub Tiberio, à quo pro mercede decollari iustus, ne aurum, & argentum vilesceret. Plin. lib. 36. cap. 26. Isid. lib. 16. cap. 15. In vitro bibere olim Monachis usitarum, postea in testaceis cuppis, ut in opusculo de ordine Monasticæ conversationis.

(9) Duplicem benedictionem hinc notandam monet Hæstenus. Alteram generalem, antequam recumberent, alteram specialem ad panem, & ad primum potum ex opusculo laudato. Quod autem ait, *Ex more Monasterii*, non illius tantum accipiendum, sed ex more in-

quinquam regionem abiit, portionem, quam acceperat; consumpsit, uni in ea civium adhaesit, porcos pavit, quos & manducare siliquas videret, & esuriret, qui tamen cum postmodum cœpit cogitare bona, quæ perdidit; scriptum de illo est: In se reversus dixit: Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus. Si igitur secum fuit, unde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem virum secum habitasse dixerim, quia in sua semper custodia circumspectus, ante oculos Conditoris se semper aspiciens, se semper examinans, extra se mentis suæ oculum non divulgavit.

PETRUS. Quid ergo, quod de Petro Apostolo scriptum est? dum de carcere ab Angelo eductus fuisset, quia ad se reversus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

GREGORIUS. Duobus modis, Petre, extra nos ducimur: quia aut per cogitationis lapsum sub nosmetipsos recedimus, aut per contemplationis gratiam super nosmetipsos levamur. Ille itaque, qui porcos pavit, vagatione mentis & immunditiæ sub semetipso cecidit: iste verò, quem Angelus solvit, ejusque mentem in extasi rapuit, extra se equidem, sed super semetipsum fuit. Uterque ergo ad se rediit, quando, & ille ab errore operis se collegit ad cor, & ille à contemplationis culmine ad hoc rediit, quod in intellectu communi & prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitavit secum in quantum se intra cogitationis claustra custodivit: nam quotienscumque hunc con-

Monasteriis recepto, ut observare est in aliis auctoribus.

(10) Et verè lapidem dedit, cum Cruce Christi, qui lapis est, signavit.

(11) Proprium est heroici pectoris nullis affectibus commoveri.

(12) Unus poculum mortis propinaverat, & omnibus miseretur: commune enim delictum agnovit.

(13) Non imperando, nec consulendo: sed arguendo, quasi diceret, si perversi vestris moribus vobis vivere liber: Similis vestri quærendus est vobis Pater: me enim vestri dissimillimum post hæc habere minimè potestis, incentivum amoris similitudo: fomes odii dissimilitudo, contra quod docebat Empedocles. Vide Arist. 8. Ethic.

(14) Bonis utilis est solitudo Pyrrho Scepticus reprehensus aliquando solus, & secum loquens, rogatus, quid solus ageret? Meditor, inquit, esse probus. Cleantes verò conspiciens quandam solitarium, & secum loquentem, vide, ait, ne cum homine improbo loquaris. Malis enim solitudo periculosa. Vide Hæst.

(15) Abscinderet Hæst.

(16) Laureris, Hæst. & alii legunt, illorum correptione fatigatus. Sed melior nostra lectio, quæ plurimum est Codicum, eamque puto germanam: non enim corripiendo fatigatus Benedictus, charitas enim nunquam deficit, dummodò operando proficiat: sed fatigatus eorum incorreptione, quia incessanti ejus correptione non corripiebantur: incorrigibiles quippe erant: ideoque illos, non inveniens relinquit: ut luculenter explicat Gregorius infra ibi: Adunati æquanimiter portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuventur boni: nam ubi omnimodo fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuus, & cætera legenda, usque indociles deseruit.

(17) Priscianus lib. 15. à quot & tot in *ns* terminantur, ut quotiens, torrens. Sed latiniis quoties. Vide Voss. in quot.

contemplationis ardor in altum rapuit, se procul dubio sub se reliquit.

PETRUS. Placet quod dicis: sed quæso respondeas, si deserere fratres debuit, quos semel suscepit.

GREGORIUS. Ut ego, Petre, existimo, ibi adunati æquanimitè portandi sunt mali, ubi inveniuntur aliqui, qui adjuventur boni, nam ubi omnimodo fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuum, maxime si è vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo valeant ferre meliorem. Vir itaque sanctus, propter quem custodiendum staret, qui omnes unanimiter se persequentes cerneret? Et sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum non est, quia cum laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant. Unde ille quoque egregius prædicator, qui dissolvi cupit, & cum Christo esse, cui vivere Christus est, & mori lucrum, qui certamina passionum non solum ipse appetit, sed ad toleranda hæc & alios accendit; Damasci persecutionem passus, ut potuisset evadere, murum, funem, sportamque quæsit, seque latenter deponi voluit. Numquidnam Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro Jesu amore testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, & gravem laborem, ad laborem se alibi cum fructu servavit. Fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsit, unde (18) isdem quoque venerabilis Benedictus, si libenter audis, citius agnoscis, (19) quia cum vivos ipse indociles deseruit, quantos in locis aliis ab animæ morte suscitavit.

PETRUS. Ita esse, ut doces, & manifesta ratio, & prolatum testimonium congruum declarat, sed quæso, ut de vita tanti Patris ad narrationis ordinem redeas.

(18) Idem componitur ex is, & dem Voss. unde rectè scribitur *isdem*, quod alii idem.  
 (19) Hæstenus legit *quia non tantos ipse indociles deseruit, quantos in locis aliis à morte anima suscitavit*. Sed in nostra lectione vitæ, & mortis contrapositio elucet.  
 (20) Sunt autem sacra Specus: SS. Cosmas & Damianus, nunc S. Scholastica, S. Angelus post lacum S. Maria, nunc S. Laurentius. S. Hieronymus. S. Joannes Baptista, nunc S. Joannes ab aquis. S. Clemens prope Lacum: S. Blasius, hodie S. Romanus; S. Michaël Archangelus sub sacra Specu; S. Victorinus ad radices montis Porcarii: S. Andreas, & Vita æterna, nunc Vallis sancta.  
 (21) Petrus Diac. de Vir illustr. in Benedicto, *Postquam duodecim Monasteria, Christo adjuvante construxit, prædictas Cellas sub Præpositis ordinans, &c.* Quia verò apud Petrum *Cella* nomen præposituras significat, ut sæpè in Chronico, videtur sensisse duodecim illa Monasteria non sub Abbatibus, sed sub Præpositis in proprietate vocis constituta fuisse. Verùm Patrum nomine Abbates intelligi à Gregorio, fulcitur ex eodem Pontifice hic supra, *Patrem vobis quarite*, hoc est, Abbatem, & cap. 4. Monachum unius ex duodecim Monasteriis ab Abbate suo referens admonitum sæpè fuisse, subdit, *Ab eodem Monasterii Patre*, ergo Patrem intelligit Abbatem; cap. etiam 22. *Deputatis Fratribus, Patrem constituit, & quis ei secundus esset ordinavit*, ubi Patrem à Præposito distinguit, ut statim explicat ibidem, *Eidem servo Dei, quem illic Patrem constituerat, atque ejus Præposito*. Ergo hic *statutis Patribus*, statutis Abbatibus intellexisse videtur, quod sensit Baronius. Quod verò idem Baronius addit: *Nec alium quempiam, nisi ipsum Benedictum universalem om-*  
*Tom. IV.*

A GREGORIUS. Cum Sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus, signisque succrederet, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt servitium congregari: ita ut illic duodecim (20) Monasteria cum omnipotentis Jesu Christi Domini opitulatione construeret: (21) in quibus statutis Patribus, duodenos Monachos deputavit, (22) paucos verò secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri judicavit. Cœpere etiam tunc ad eum Romanæ Urbis nobiles & Religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotentis Domino nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles (23) Æquitius Maurum, (24) Tertullus verò Patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus juvenior, cum bonis polleret moribus magistri adjutor cœpit existere, Placidus verò puerilis adhuc indolis annos gerebat.

*De Monacho vage mentis, qui ad salutem rediit.*

CAPUT IV.

B IN uno autem ex eis Monasteriis, quæ circumquaque construxerat, quidam Monachus erat, qui ad orationem stare non poterat: sed mox, ut se Fratres ad studium orationis inclinassent, ipse egrediebatur foras, & mente vaga, terrena aliqua, & transitoria agebat. Cumque ab Abbate suo sæpius fuisset ammonitus, ad virum Dei ductus est: Qui ipse quoque ejus stultitiam vehementer increpavit, & ad Monasterium reversus vix duobus diebus viri Dei ammonitionem tenuit. Nam die tertio ad usum proprium reversus, vagari tempore orationis cœpit. Quod cum servo Dei ab eodem Monasterii Patre, quem constituerat, nuntiarum fuisset, dixit; Ego venio, eumque per me emendo. Cumque vir Dei venisset in eodem Monasterio, & constitutâ horâ, (1) expletâ Psalmodiâ, se se Fratres

C nium gessisse curam: non eo sensu accipio, ut Benedictus Abbas generalis extiterit; sed quodd ei, utpote Institutori sanctissimo, & Magistro reverentiam exhibebant, atque parebant.  
 D (22) Fortè in sacra specu, quæ fuerat ab initio Sancti Patris habitatio: neque enim hucusque meminit Gregorius eam à sancto viro relictam, aut aliis ad habitandum collatam, ergo in ea adhuc perseverabat, paulò quippe antè dixerat, in eodem loco, in eadem solitudine, quod licet de tota illa deserta regione intelligi possit, ut cap. 5. Quid tamen vetat, quin de specu etiam intelligatur?  
 (23) Æquitium, non Eutitium, vel Evitium, concors nostrorum, uno, vel altero excepto, codicum lectio probat.  
 (24) De Patricii dignitate consule notas ad cap. 1. Chronici.  
 E Gordianus in vita S. Placidi hanc Tertulli oblationem refert ad annum Christi 522. Baronius, & alii ad annum 523.  
*Circa titulum hujus Capituli variant lectiones Nostri. De Monacho vage mentis, qui ad salutem rediit, vel de Monacho vage mentis ad salutem reducto. Hæstenus de castigatione Monachi vagi.* Suspicio non ab Auctore Gregorio, sed à posteris, titulos fuisse præfixos. Alias etiam variantes lectiones advertet Lector, non enim omnes excutimus.  
 (1) Post vocalem orationem Per Psalmodiam, mentalem hic indicat Gregorius, de qua Sanctus in Regula cap. 20. nam capite 19. agit de disciplina psallendi: cap. verò 20. de reverentia orationis, ergo orationem à psalmodia vocali distinguit, ut ex contextu liquet ibi, non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum.



tres in orationem dedisset, aspexit, quod eundem (2) Monachum, qui manere in oratione non poterat, quidam niger puerulus per vestimenti fimbriam foras trahebat; Tunc eidem Patri Monasterii Pompejano nomine, & Mauro Dei famulo secretò dixit: Numquid non aspicitis, qui est, qui istum Monachum foras trahit? qui respondentes dixerunt: Non, quibus ait: oremus, ut vos etiam videatis, quem iste sequitur Monachus. Cùmque per biduum esset oratum, Maurus Monachus vidit, Pompejanus autem ejusdem Monasterii Pater videre non potuit: Die igitur alia expleta oratione, vir Dei oratorium egressus, stantem foras Monachum repperit, quem pro cœcitate cordis sui, (3) virgâ percussit: qui ex illo die nihil persuasionis ulterius à nigro jam puerulo pertulit, sed ad orationis studium immobilis permansit. Sicque antiquus hostis dominari non ausus est in ejus cogitatione, ac si ipse percussus fuisset ex verberere.

*De aqua, quam in montis vertice ex petra produxit.*

## CAPUT V.

**E**X his autem Monasteriis, quæ in eodem loco construxerat, tria sursum in rupibus montis erant, & valde erat Fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, ut aquam haurire debuissent: maximè quia ex (1) devexo montis latere (2) erat grave descendentibus in itinere periculum. Tunc collecti Fratres ex eisdem tribus Monasteriis, ad Dei famulum Benedictum venerunt, dicentes: Laboriosum nobis est, Pater, propter aquam cotidie usque ad lacum descendere, & idcirò necesse est ex eodem loco Monasteria mutari. Quos blandè consolatos dimisit, & nocte eadem (3) cum parvo puerulo, nomine Placido, cujus superius memoriam feci, ejusdem montis ascendit rupem, ibique diutius oravit, & oratione completa, (4) tres

- (2) Hac inter alias experientia edoctus vir prudentissimus, in Conventu omninò breviandam orationem præscripsit in Regula loco citato, utique mentalem, nam vocalem omnibus ad menturam disponit, capitibus antecedentibus.
- (3) Ita ut dicere potuerit, *Percussisti me, & eruditus sum, quasi juvenculus indomitus*; August. ad Marcellin. & refertur 23. quæst. 5. cap. Circumcelliones, *noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quoniam tantorum scelerum confessionem, non extento aculeo, non sulcantibus unguis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisi*. Qui modus correctionis, & à Magistris liberalium artium, & ab ipsis parentibus adhibetur, sæpè in judiciis solet ab Episcopis adhiberi.

## IN CAPUT V. NOTÆ.

- (1) Scilicet declivi à veho, quasi quòd deorsum-veharur. Voff.
- (2) Hæstenus, Lauretus, & alii legunt in timore periculum: sed præferendam nostram lectionem, nec Hæstenus negavit, nec Lauretus; qui cùm potuisset Casinensibus proficere codicibus maluit editis uti.
- (3) Bonæ spei puerum in magnum evasurum mirabilem patratores, iis patrands initiat.
- (4) Non aquam ipse elicuit, sed locum eliciendæ designavit, ut quoad posset miraculi opinionem sibi diminueret vir humillimus.
- (5) Jam jam paritura enitebatur, sudabatque. Hoc etiam indicio Aquilegi aquarum venas investigant.
- (6) Et nunc etiam fluit, sed tenui vena.

## IN CAPUT VI. NOTÆ.

- (1) Usurpat etiam Faustus in vita Beati Mauri:

**A** petras in loco eodem pro signo posuit, atque ad suum, cunctis illic nescientibus, Monasterium rediit. Cùmque die alio ad eum pro necessitate aquæ prædicti Fratres redissent, dixit: Ite, & rupem illam, in qua tres super se invicem positas petras inveneritis, in modico cavate: valet enim Omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, ut vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, (5) rupem montis, quam Benedictus prædixerat, jam sudantem invenerunt. Cùmque in ea concavum locum fecissent, statim aqua repletus est, quæ tam sufficienter emanavit, (6) ut nunc usque ubertim defluat, atque ab illo montis cacumine, usque ad inferiora derivetur.

*De ferro ex profundo aquæ ad manubrium reverso.*

## CAPUT VI.

**A**Lio quoque tempore Gothus quidam pauper spiritu ad conversationem venit, quem vir Domini Benedictus libentissimè suscepit. Quadam verò die ei dari ferramentum iussit, quod ad falcis similitudinem, (1) falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscideret, quatinus illic fieri hortus deberet. Locus autem ipse, quem mundandum Gothus susceperat, super ipsam lacus ripam jacebat. Cùmque Gothus idem densitatem veprium totius virtutis annisu succideret, ferrum de manubrio profiliens, in lacum cecidit, (2) ubi scilicet tanta erat aquarum profunditas, ut spes requirendi ferramenti nulla jam esset: itaque ferro perduto, tremebundus ad (3) Maurum Monachum cucurrit Gothus, (4) damnum quod fecerat nuntiavit, (5) & reatus sui egit pœnitentiam. Quod Maurus quoque Monachus mox Benedicto Dei famulo curavit indicare. Vir igitur Domini Benedictus hæc audiens, accessit ad locum, tulit de manu Gothi manubrium, &

*Ferramentum, quod falcastrum vocatur. Et in vita Sancti Eguvini apud Bolland. 2. Jan. Ferro falcastro. Legas & apud Papiam, qui aliter runconem à runcando dici ait: est autem ferramentum curvum, cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. Isidor. Voff. de vit. serm.*

- (2) Quam nunc siccato lacu quilibet aspectu metiri potest.
- (3) Sancto Patri intimiorem, ejusdemque adjutorem. Præpositum, seu Priorem claustralem, tunc fuisse Maurum, probare nititur Hæstenus: nam quod Præpositus fuerit Casini, probatione non indiget apud nos, quibus id apertissimis testimoniis convincitur. Quin ideo Glanofoliensi Abbati, cùm Casinum veniret in loco Præpositi sedere indultum, quod successor esset B. Mauri, qui Præpositus fuerat Casinas, ut ex Registro Petri num. 607. & seqq.
- (4) Damnum facere, in proprietate Latini sermonis est, damnum accipere, damno affici; hic verò usurpatur activè, & transitivè, ex vulgari idiomate, Far danno. Verba itaque Latina sunt, sed minimè Latinus idiotismis, quod sæpissimè in Auctoribus corruptæ Latinitatis.
- (5) In Regula cap. 46. *Si quis dum in labore quovis, &c. frugerit quippiam, aut perdidit, & non veniens continuo ante Abbatem vel Congregationem, ipse ultro satisfecerit, & proderit delictum suum, &c.* Iisdem proinde, inquit Hæstenus, vivebant moribus, & legibus in Sublacensibus Monasteriis, & legitur in Casino sanctus Pater scripto commisit. Simile miraculum Cajetæ patratores narrat Officinis Chron. lib. 2. cap. 62.

& misit in lacum : & mox ferrum de profundo rediit , atque in manubrium intravit . Qui statim ferramentum Gotho reddidit , dicens : Ecce labora & noli contristari .

*De ejus Discipulo , qui super aquas pedibus ambulavit .*

CAPUT VII.

**Q**uadam verò die , dum isdem Venerabilis Benedictus in cella confisteret , prædictus ( 1 ) Placidus puer sancti viri Monachus ( 2 ) ad hauriendam de lacu aquam egressus est : qui vas , quod tenuerat in aquam incautè summittens ; ipse quoque cadendo secutus est . Quem mox unda rapuit , & penè in unius sagittæ cursu à terra introrsus traxit . ( 3 ) Vir autem Dei intra cellam positus , ( 4 ) hoc protinus agnovit , ( 5 ) & Maurum festinè vocavit dicens : Frater Maure curre , quia puer ille , qui ad hauriendam aquam perrexit , in lacum cecidit , jamque eum

- ( 1 ) Non ergo simplex scholaris , sed monasticis sacris initiatus : parentes enim filios suos in Monasteriis offerebant ad Monachatum , ut in Regula cap. 59.
- ( 2 ) Lacus erat factitius , de quo vide Plin. lib. 36. inde Anienis aqua per aquæductus in Urbem comportabatur . Absoluti sunt hi aquæductus anno Christi 51. sub Claudio , per undecim. continuos annos triginta hominum millibus sine intermissione ibi laborantibus . Duraverunt integri usque ad Pontificatum Vigili Papæ circa annum Domini 539. quo Vigiges Gothorum Rex omnes aquæductus Romam influentes incidit , & devastavit . Restaurati verò fuerunt Claudii aquæductus ab Adriano primo Papa anno 780. Lacus duravit ab anno 51. usque ad annum 1305. quo causâ exundationis disruptum fuit claustrum aquarum , sicque fluvius antiquo cursu inferius perennare iteratè cœpit .
- ( 3 ) Cella hic vel pro cubiculo proprio Sancti Patris , vel pro Monasterio , quod Cellæ nomine venit , accipitur . Vide notata ad lib. 1. Chron. cap. 4.
- ( 4 ) Spiritu Sancto revelante , ex Gordiano in vita Sancti Placidi .
- ( 5 ) Vel quòd adjutor ejus esset in regimine ; vel quia , utpotè familiarior , assiduus illi assistebat .
- ( 6 ) Nazarium , Celsum , & Patroclum , Martyres , aliosque mariambulos leges apud Surium , & Hæstenum .
- ( 7 ) Ex more , quem retinemus .
- ( 8 ) Creatura enim Deo factori , ejusque præceptis deserviens ( per potentiam , quam Obedientialem Theologi vocant ) in omnia transfiguratur . Sapientia 16. & 19.
- ( 9 ) Nondum in Monachum attonsus fuerat , vel quia adhuc puerulus , vel quia nondum professio nem emiserat . Regula enim cap. 58. præscribit , ut nisi promissâ obedientiâ , Novitius non exuatur rebus propriis , quibus vestitus est , & induatur rebus Monasterii . Quod de tonsura quoque intelligo . Capitula Aquisgrani , *Novitius nec tondeatur , nec vestimenta pristina immutet , priusquam obedientiam promittat . Lanfranchus tamen in suis statutis cap. 18. de puerorum oblatione , Offerendus , inquit , puer factâ sibi prius coronâ , &c. Quin etiam viventem adhuc Beato Mauro , Florus attonsus , & Monastico indutus habitu legitur ipso primo die suæ oblationis . In vita ejusdem Sancti 15. Januarii . Diversa ergo fuerunt , quoad hunc ritum instituta , pro tempore , & Prælatorum diversitate . Unde expositio Regulæ , quæ tribuitur Rhurardo in codice Abbatis Joannis , *Et hoc notandum est , sive antequam promittat , sive postea vestiatur in Oratorio , nil obstat .**
- ( 10 ) Alii codices , *Mox ut terram tetigit : sed utrumque rectè . Faxo scias , & Faxo ut scias , Latinum est . Nolo dicas , velim desinas , sine vobis .* Tom. IV.

**A** longius unda trahit . ( 6 ) Res mira , & post Petrum Apostolum inusitata : ( 7 ) benedictione etenim postulata , atque percepta , ad Patris sui imperium concitus perrexit Maurus , atque usque ad eundem locum , quò ab unda ducebatur puer , per terram se ire existimans ( 8 ) super aquam cucurrit , eumque ( 9 ) per capillos tenuit , rapido cursu rediit . ( 10 ) Qui mox terram tetigit ad se reversus post terga respexit , & quia super aquas cucurrisset agnovit , & quod præsumere non potuisset , ut fieret , miratus , ( 11 ) expavit factum . Reversus ad Patrem rem gestam rerulit . Vir autem Domini Venerabilis Benedictus , hoc non suis meritis , sed obedientiæ illius , deputare cœpit . At contra Maurus pro solo ejus imperio factum dicebat : seque conscium in illa virtute non esse , quam nesciens fecisset ; ( 12 ) sed in hac humilitatis mutæ amicæ contentione , accessit arbiter puer , qui ereptus est , nam dicebat : Ego cum ex aqua traherer , ( 13 ) super capud meum ( 14 ) Abbatis melotem videbam , atque ipsum me ex aquis redu-

niat , per eclipsim particulæ ut . Sciop. in Ellypsi .

( 11 ) Alia lectio *Extremuit* .

( 12 ) Hæstenus , *In hac itaque mutua humilitatis contentione* .

( 13 ) T. in D. frequenter mutatur , & contra , D. in T. ut alibi notavimus .

( 14 ) *Melotes* , inquit Isidorus , quæ etiam pera vocatur , *pellis est caprina , à collo pendens , præcincta ad lumbos ; fiebat prius ut quidam existimant ex pellibus Melonum* , hoc est ejus animalis , quod Melem , Taxum vocant . Sed falli Isidorum , monent Martinius , & Vossius : non enim à *Moles* est *melotes* , sive *melota* , sed à *Melen* Græco , quod est *ovis* , unde propriè est *ovilla pellis* , Hebr. cap. 11. *Circulerunt in melotis , in pellibus caprinis* , ubi Apostolus *melotas* distinguit à pellibus caprinis contra Isidorum , & versio Syriaca in *melotis* habet *vestiti pellibus ovium* . Alii *melotam* vestem villosam interpretantur . Sed hi decepti videntur vicinitate vocum , *melota* , & *mallota* , quæ diversæ sunt significationis . Nam *mallote* est vellosa à *mallos* , quod est vellus , lana longa , hinc amphimallæ vestes , & etheromallæ , idest , utraque vel altera parte vellosæ ; Appianus , *Multi* , inquit , *fluvii à Caucaso fluentes auri ramenta deferunt , quæ vellerebus admodum lanatis* , ( *mallores appellat Strabo* ) *in aquam conjectis , ut intra villos inbareant , captant accola* , unde manavit de vellere aureo fabula .

Cerrè *melotes* hic Sancti Patris exteriorem amictum signat , sive ex ovilla pelle , sive ex caprina , quod est tunica pellicea . B Hieronymus epist. 28. *Eliæ pallium melotem* appellat . & epist. 65. *Tanta erat deformitas in melotis* . In Regula Sancti Pachomii , *Habeant singuli melotem* , idest , *pellem caprinam confectam albam , sine qua neque comedant , neque dormiant* . Cassianus lib. 1. cap. 8. *Ultimus est habitus eorum pellis caprina , quæ melotes , vel pera appellatur* .

At quidam , *melotem* Abbatis intelligunt cucullam . Consule Hæstenum , & Bivarium . Theodemarus , seu Paulus Diaconus in epistola ad Carolum Magnum , *Illud* , inquit , *vestimentum , quod à Gallicanis Monachis cuculla dicitur , & nos cappam vocamus , quod propriè Monachorum designat habitum , melotem appellare debemus , sicut & hæstenus in hac Provincia à quibusdam vocatur , de quo sicut B. Gregorius scribit in libro Dialogi , ereptus ab aqua per Maurum Monachum puer Placidus , dixit : Ego cum ab aqua abstraberer , melotem super me Abbatis cernebam , eumque ab aquis educere considerabam . Quod tegumentum ideo sic appellatum est , quia solebat antiquitus de illius animantis pelle fieri , quod Melos , propter nuditatem sui corporis appellatur , quod genus bestiola à non-*



(15) reducere considerabam.

PETRUS. Magna sunt valde quæ narras, & multorum ædificationi profutura: Ego autem boni viri miracula, quo plus bibo plus sitio.

*De infecto per venenum pane per Corvum longius projecto.*

### CAPUT VIII.

GREGORIUS. **C**um jam loca eadem in amore Domini Jesu Christi, longè, latèque ferverent, ac sæcularem vitam multi relinquerent, & sub leni Redemptoris jugo cervicem cordis edomarent: sicut mos pravorum est invidere aliis virtutis bonum, quod ipsi habere non appetunt: (1) vicinæ Ecclesiæ Presbyter Floren-

*nullis Taxus vocatur, de quo genere tegumentum, nihil B. Benedictus in sua textu Regule locutus est: ob hoc scilicet, ut conicere possumus, quia diverso modo hoc vidit à plebisque Monachis uti tegumentum, &c. Sic Paulus, qui tamen, de melotis etymo, quod accepit ab Isidoro, non est audiendus, ex supradictis. In eo autem, quod Melos sic appellatur propter nuditatem sui corporis, Librarii errorem suspicor, & legendum (propter sui corporis rotunditatem) nam neque Taxus, quem vult esse Melem, nudo est corpore: neque Isidorus, unde Paulus accepit, nuditatem dicit, sed rotunditatem.*

(15) Alii educere.

Sed hic demum quæstio solvenda occurrit. Quomodo, inquam, Placidus Abbatis melotem super caput suum videbat, seque ab Abbate ex aquis educi considerabat, cum S. P. Benedictus non propè Placidum, sed absens tunc in cella moraretur?

Ut hæc sancti pueri verba cum veritate subsistant, Hæftenus ex Cornelio à Lapide in cap. 12. Act. Apost. censet Placidum ex aquis educi ab Angelo, speciem & personam Sancti Patris induto, sed aliam ab Angelo assumptam personam, ad miraculi ministerium, præter Maurum illuc inducere, libentius aliis relinquo de impressione hydriæ infra ad caput 18.

#### IN CAPUT VIII. NOTÆ.

(1) Quod Hæftenus ex Yepes, & Milletio Florentium Parochum facit, assentior. Quod verò ædes Florentii sitæ essent è regione unius ex duodecim Monasteriis, quod Sancti Patris Benedicti ordinaria erat sedes, adeo ut inter Monasterium, & Florentii domum fluvius tantum intercurreret, ex vulgari opinione, quæ adhuc viget, ortum puto, ut quod subjungit. *Visuntur bodieque ejusdem domus vestigia in declivo ejusdem collis, duodecim, aut quindecim à flumine passibus, vulgari error. Primum cum Parocum credamus Florentium, non utique ruralis Ecclesiæ. Loca enim illa per ea tempora penè deserta erant, ut ex contextu liquet: ergo populi Sublacenensis Parochus: quis autem verisimile puraverit, Parochi domum plusquam integro milliario ab oppido abfuisse?*

Deinde extantia nunc rudera, quæ vulgari opinioni ansam dederunt, nihil minus referunt, quam privatæ domus vestigia, sed potius amplioris fabricæ substructiones. Per me tamen licet aliis credere quod lubet. Ego certè nunquam id credidi.

(2) Lauretus, & Hæftenus legunt, percussus, melius nostri percello est permoneo, perturbo; at percussio est verbero, pulso.

(3) Emulatur proprie, qui alterum imitari, illique æqualis esse conatur, à Græco verbo, quod est certamen, Mart. & Voss. Florentius verò, teste Gregorio, Benedicti laudem quidem appetebat, sed habere laudabilem vitam volebat. Invidus igitur potius, quam æmulator erat. Sed non rarè pro eodem usurpantur.

**A** tius nomine, hujus nostri Subdiaconi Florentii avus, (2) antiqui hostis malitiâ perculsus, (3) Sancti viri studiis cœpit æmulari, ejus quoque conversationi derogare: quosque etiam posset ab illius visitatione compefcere. Cumque jam se conspiceret ejus provectibus obviare non posse, & conversationis illius opinionem crescere, atque multos ad statum vitæ melioris, ipso quoque opinionis ejus præconio indefinenter vocari, invidiæ facibus, magis, magisque succensus, deterior fiebat: quia conversationis illius habere appetebat laudem, sed habere laudabilem vitam volebat, qui ejusdem (4) invidiæ tenebris cœcatus ad hoc usque perductus est, ut servo Omnipotentis Domini (5) infectum veneno panem (6) quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit: sed eum, quæ pestis lateret in pane, non

**B** Omnipotentis Domini (5) infectum veneno panem (6) quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit: sed eum, quæ pestis lateret in pane, non

**C** (4) Cœcitas mentis invidia: caligo tamen à splendore reflexa: à pulchritudine nata deformitas strabonem facit. Scite Lucilius *Nulli me invidere, non strabonem fieri me deliciis istorum*: aspiciunt enim invidi aliena bona oculis non rectis. (Cic. 3. Tuscul.) Senile est vitium: inferiorem siquidem se probat invidens, & nihilominus etiam Reges tangit. Irodes Parthorum Rex occidi iussit Surenam, Ducem Regni sui maximum, eo quod invidebat illi gloriæ victoriæ, quam de Marco Crasso ille tulerat. Nero Lucanum interfecit, quod hic coronatus ob Poëtics gloriam, quam Nero affectabat. Justinus Imperator Peredeum obcæcavit, quod hic magnum leonem in theatro occidisset, vires tantas suspectas habens, vel invidens. Neque enim minus periculum ex magna fama, quam ex mala. Tacit. in Agric. Incedentes per solem, necesse est umbram comitari: incedentibus per gloriam, comes est invidia: apud Stobæum. Aliena gloria dolor est oculorum nimis intuentium; unde nomen habet invidentia, ex Tull. cit.

(5) Omnium vitiorum pessimum invidia: peperit enim mortem: omnium malorum pessimum. Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum. Adducta etiam pauld ante exempla constantur.

(6) Pro munusculo charitatis; pro eleemosyna, Græcè eulogia. Genes. 33. *Suscipe benedictionem, quam attuli tibi.* Primo Regum 3. *Accipe benedictionem de præda bovtium Domini* 1. Regum 25. Abigail ad David. *Suscipe benedictionem hanc, idest munusculum, quod terebat.* Desiderius lib. 3. Dial. *Leo venerabilis Pontifex à quodam Abbate lignarium poculum benedictionis causa oblatum suscepit.* Auctor inter opera D. Basilii. *Si quis mittit alicui benedictionem, aut accipit aliunde, excepto Archimandrita, careat benedictione, idest privetur illa eleemosyna, vel munusculo.* In vita D. Bernardi, *Procidens ad pedes ejus mulier, duodecim librarum benedictionem ei obtulit.* Petrus Damiani in vita S. Romualdi cap. 60. *Puer quidam damontiacus ad beatum virum delatus est, cui ille nihil aliud fecit, nisi pro benedictione sibi panis particulam tradidit.* Monast. Anglic. pag. 742. *Die quadam peregrinus pulsavit ad januam, clamitans, & petens pro Christi nomine benedictionem: Portarius verò panem se non habere respondit. Instat pauper importunè, pratendens & vidus inopiam, & vitæ discrimen. Negat abscedere, nisi accepta benedictione, &c. Adjuratus Portarius adit S. Abbatem, dicens peregrinum stare præforibus, & fame confectum petentem eleemosynam, &c. vocat Fratrem, qui panibus præerat, ut petenti tribuat benedictionem.* In vita S. Mariæ Egyptiacæ. *Quidam pius vir obtulit mihi pro eleemosyna minutos tres, dicens, suscipe mater, ex quibus minutis tres protinus comparavi panes, quos mecum pro benedictione in via detuli.* Consule Ferrar. nostrum in Regulam, & Hæftenum hic. Sed, quare

non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina silva (7) corvus venire consueverat, & panem de manu ejus accipere, qui cum more solito venisset, panem, quem Presbyter transmiserat, vir Dei ante corvum projecit, eique præcepit, dicens: In nomine Jesu Christi (8) tolle hunc panem, & tali eum in loco proice, ubi à nullo homine possit inveniri. Tunc corvus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cœpit discurre, atque cracitare, ac si apertè diceret, & obedire se velle, & tamen jussa implere non posse. Cui vir Dei iterum, atque iterum præcipiebat dicens: Leva, leva securus, atque ibi eum proice, ubi inveniri non possit. Qui diu demoratus, quandoque corvus momordit, levavit, & recessit. Post trium verò horarum spatium abjecto pane rediit, & de manu hominis Dei annonam, quam consueverat, accepit. Venerabilis autem Pater contra vitam

quare eleemosyna, vel munusculum benedictio dicebatur? Quia & qui dabat, & qui accipiebat benedicere consueverat, dicendo, benedicite, vel, Deo gratias. August. & Paulin. apud Hæften. Hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione sumendi: & Gregorius hic, quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit. Hinc lux obscuro loco divi Ambrosii lib. 5. in Lucæ cap. 6. *Pro octava multi inscribuntur Psalmi: & mandatum accipis octo illis partem dare, fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostra octava perfectio est: ita octava summa virtutum est. Quem locum à nemine, quem viderim, hucusque, aut non perperam, aut sufficienter enarratum, jam olim auditoribus meis sic enarrabam. Intendens Ambrosius explicare, cur S. Lucas, referens sermonem Domini de meritis virtutum, quatuor tantum Beatitudines posuit, octo verò S. Matthæus. Respondet Lucam omnia virtutum merita quatuor virtutibus Cardinalibus inclusisse, quæ universas virtutes amplectuntur: Matthæum verò in illis octo indicare voluisse mysticam significationem octavi numeri; quæ mysteria explicat, tum quia, inquit, *Pro octava multi inscribuntur Psalmi: ergo in octavo numero mysterium aliquod latet; tum quia Mandatum accipis octo illis partem dare. Cur enim Scriptura non dixit, dare partem novem, decem, &c. Ergo hinc etiam octavus numerus mysticus probatur. Mandatum hoc habes Ecclesiastes cap. 11. Da partem septem, necnon & octo: quia ignoras, quid futurum sit mali super terram. Laudat Salomon eleemosynæ usum, non sine mercede futurum. Præmiserat quippe, mitte panem tuum super transuentes aquas, quia post tempora multa invenies illum. Septenarius est numerus pluralitatis, & multitudinis, octonarius, universalitatis. Nec pueri nesciunt, universam qualitatem octo gradibus comprehendendi. Monet ergo Salomon, eleemosynam faciendam pluribus, & multis; nec non & omnibus: referes enim gratiam, unde non putaras. Cum autem omnes vellet intelligi, octo tamen dixit, ergo octavus numerus mysticus est. Nunc ad Ambrosium. Mandatum, inquit, accipis octo illis partem dare, fortasse benedictionibus, hoc est eleemosynis, ut ante in Gregorio dicebamus, sicut enim spei nostra, &c. quasi dicat, sicut enim spei, & mercedis, seu beatitudinis nostræ perfectio octava est, & consummatissima: ita summa, & collectio virtutum, meritorumque octavo numero continetur. Bartholomæus Gavant. in epistola ad Lectorem ante octavarium Romanum. A Salomone, inquit, mandatum accipis dare partem septem, necnon & octo: quibusnam? Difficilis planè locus Ambrosius dixit, Fortasse benedictionibus, seu, quod idem est, octo beatitudinibus. Non idem est, vir erudite, non loquitur Ambrosius, neque**

A suam inardescere Sacerdotis animum videns, (9) illi magis quam sibi doluit. Sed prædictus Florentius, quia Magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas Discipulorum animas accendit: ita ut (10) in orto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis sibi invicem manus tenentes, & diutius ludentes, illorum mentem ad perversitatem libidinis inflammarent. Quod Sanctus vir de cella conspiciens, lapsusque adhuc tenerioribus discipulis pertimescens, idque pro sua solius fieri persecutione pertractans, (11) invidiæ locum dedit, atque (12) oratoria cuncta quæ contruxerat, sub statutis Præpositis, adjunctis Fratribus ordinavit, & paucis secum Monachis ablatis, habitationem mutavit loci. (13) Moxque vir Dei ejus odia humiliter declinavit, hunc Omnipotens Deus terribiliter percussit. Nam cum prædictus Presby-

Salomon de mercede, & præmio meritorum, sed uterque de merito eleemosynæ, quo beatitudinem consequimur. Ergo fortasse benedictionibus, non est accipiendum de beatitudinibus, sed de eleemosynis, quæ benedictiones apud Patres vocantur. Neque illud benedictionibus tertius casus est, sed sextus, vel, ut ajunt, septimus, non enim indicat cui dandum, sed quo dandum. Clemens Primus, seu quisquis est auctor Constitut. Apostol. lib. 8. cap. 38. *Benedictiones, quæ in mysticis sacris supersunt, de sententia Episcopi, vel Presbyterorum, Diaconi Clero distribuunt. Episcopo partes quatuor, Presbytero partes tres, Diacono partes duas, cæteris partem unam. Ubi apertè loquitur de eleemosynis, & oblationibus populi.*

(7) Unus fortè fuit ex tribus, qui dein altorem suum Casinum secuti sunt viæ comites. Marcus Poëta.

*Tres subito corvi promeruerunt sequi.*

(8) Irrident Hæretici, & in fabulis numerant hujusmodi narrationes. Ipsi æquius irridendi, ac deplorandi, ut qui non sciunt donum Dei, & quam mirabilis Dominus in sanctis suis. Et ego sanè in ea semper sententia constans fui miracula nec citò credenda: nec absque Catoniana severitate judicanda. Fides Catholica dicat prudenter credere: qui autem citò credit, levis est corde, adedque non prudenter credit. Cæterùm, ut miracula passim, citò, & sine delectu credere, levitatis & impudentiæ est: ita omnia irridere imprudentiæ, atque stultitiæ. Sarius ergo sit nobis cum Gregorio sapere, quam cum novatoribus desipere.

(9) Zacharias Græcè. Pro illo magis, quam pro se ipso Deum precabatur.

(10) Hoc est Monasterii, nondum vallo, murisque circumsepti, ut proinde illuc puellæ ingredi, & choreas agere potuerint. Neque enim cubacula hortum habebant, sed Cœnobium, & mox infra. Quod sanctus vir de Cella conspiciens, idest de Monasterio.

(11) Rabidus canis est invidia, cui, ne ad vivum mordeat, tabificumque virus in nos immitat, offam præbere prudentia est, & locum dare. *Vive sine invidia, vetus est sapientum paraneis.*

(12) Præpositis, idest, Prælati, nisi malis in proprietate vocis id accipere. Vide supra cap. 3. Vale dicens Sanctus Patriarcha constructis Monasteriis, ea sanctis monitis, adjunctisque Fratribus, ex illis qui secum vivebant, auxit. Nam paucos tantùm secum abduxit, discendens.

(13) Moxque ut, alii Codices, utrumque rectè Lauretus, & Hæft. legunt, *Sicque vir Dei ejus odia humiliter declinavit, quem omnipotens Deus terribiliter percussit, concianior lectio nostra.*

sbyter (14) stans in solario, & Benedictum discessisse cognosceret, & exultaret, perdurante immobiliter tota domus fabrica, (15) hoc ipsum, in quo stabat, solarium cecidit, & Benedicti hostem conterens extinxit. (16) Quod viri Dei discipulus Maurus nomine statim Venerabili Patri Benedicto, qui adhuc a loco eodem vix decem millibus aberat, æstimavit esse nuntiandum, dicens: Revertere, quia Presbyter, qui te persequeretur extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, sese in gravibus lamentis dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultavit. Qua de re factum est, ut eidem quoque discipulo poenitentiam indiceret, quòd mandans talia, gaudere de inimici interitu præsumpsisset.

PETRUS. Mira sunt, & multum stupenda, quæ dicis. Nam in aqua ex petra producta Moysen, in ferro verò, quod ex profundo aquæ rediit Heliseum: in aquæ itinere Petrum, in corvi obedientia Heliam, in lu-

(14) Solarium editior, & superior domus pars, in qua veteres solebant apricari, quod soli esset exposita, & sub dio, licet aliquando umbraculum haberet. Papias. *Solarium dicitur à solero, at, idest altum adificio, quæ est excelsa domus: vel à sole: Talis erat locus in quo David Bersabeam lavantem aspexit, & adamavit, 2. Reg. 11. Accidit ut surgeret David de strato suo post meridiem, & deambularet in solario domus Regiæ. Et in Act. Apost. Accipitur etiam solarium pro horologio solari. Apud Gell. lib. 3. cap. 3. posterioribus sæculis solarium acceptum reperimus pro solo. Ricc. de S. Germ. anno 1241. Cujus mania Imperatoris jussu funditus evertuntur, & turres civitatis ejusdem usque ad solarium.*

(15) Alii. Hoc ipsum tantum, nusquam tamen in nostris, neque necessarium.

(16) Pergere cupientem scrupulus me hic remoratur. Quem nimirum Maurum hic indigiter Gregorius. Et ratio dubitandi est, quia Maurus iste nunciator, erat Sublaci, & inde ad Benedictum, decem jam passuum millibus Sublaco distantem, nuncium, vel literas misit de morte Florentii: At B. Maurus non remanserat Sublaci, sed socius erat itineris Sancti Benedicti, ut ex actis Sancti Placidi cap. 7. apud Surium. *Cumque juxta civitatem Alaternam (Alaterinam, vel Alatrinam) devenisset, &c. inde quoque vir Dei recedens, cum discipulis suis Placido, atque Mauro juxta civitatem Herculaneam (lege Herulanam, vel Verulanam ab Alatro quinque millibus distantem) devenisset.* Neque verisimile est Sublaci relictos fuisse Placidum, atque Maurum, nam paucos secum Fratres duxit Casinum, ut testatur Gregorius: quis autem dubitet ab his non exclusos Placidum atque Maurum, tum quia speciali quadam cura sibi commendati fuerant à parentibus eorum: tum quòd tenerioribus eorum animis lapsus pertimescebat ab insidiis Florentii, ut indicat Gregorius, & explicat Faustus cap. 5. tum denique quia eorum patrimoniis apud Casinum juvenandus erat, ut postea vidit, & fortè præviderat? Cum enim Casinensis ager sub Terullii, & Equitii ditione esset, conjectare licet, huc etiam respexisse divinam providentiam, ut suaviter disponderet, quod per Benedictum prædestinaverat, Idololatriam inde eliminare, & veri numinis cultum, sanctissimo ibidem excitato Monasterio, propagare. Non ergo relinquendi fuerant Sublaci Placidus atque Maurus, quibus maxime cavebat, & quos adjutores assumpti, imò committi à Deo operis elegisset.

Vidisse videtur hanc difficultatem Yepes, eam tamen dissimulans Gregorii verbis talem paraphrasim concinnat, quæ nodo non implicetur. Ait enim (*Suppose luego esto*) (Floren-

A ctu autem mortis inimici David video, ut perpendo (17) vir iste spiritu justorum omnium plenus fuit.

GRÆGORIUS. Vir Domini Benedictus, Petre, unius spiritum habuit, qui per concessæ redemptionis gratiam, electorum corda omnium implevit, de quo Johannes dicit: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & de quo rursus scriptum est: de plenitudine ejus nos omnes accepimus. Nam Sancti Dei homines, potuerunt à Domino virtutes habere, non etiam aliis tradere. Ille autem signa virtutis dedit subditis, qui se daturum signum Jonæ promisit inimicis, ut coram superbis mori dignaretur, coram humilibus resurgere: quatinus & illi viderent, quod contempnerent, & isti, quod venerantes amare debuissent. Ex quo mysterio actum est, ut dum superbi aspiciunt despectum mortis, humiles contra mortem acciperent gloriam potestatis.

PETRUS. Quæso te post hæc, ad quæ loca

tii casus) *en el Monasterio, y vino à oydos de Mauro, que se apresava para la jornada. Dixo solo à San Benito luego que se pusieron en camino.* Reclamat tamen Gregorii textus, ut ponderanti liquet: apparet enim Florentii mortem nuntiata Sancto Patri jam per decem ferme millia Sublaco distanti, & non itineri tunc se accingenti.

C Dicendum ergo videtur, Maurum illum, de quo hic, diversum fuisse à Beato Mauro, & quidem Gregorius, cum de Beato Mauro Equitii jam supra meminisset, si de eodem nunc intelligeret, fortè non omisisset id indicare, dicens: Maurus, de quo supra, quod facere consuevit, & tamen Faustus apertè de Beato Mauro refert, quòd de Florentii morte exultavit, nam cap. 13. *Denique, inquit, eidem ipsi dilecto suo discipulo superius nominato poenitentiam aliquando indicit, pro eo scilicet, quòd de morte cujusdam Presbyteri, banc illi nunciavit, gaudere præsumpsisset.*

D Ad hunc nodum solvendum, si verba ex Gregorio, & Fausto allegata, ut jacent sunt admittenda, nihil nobis nunc succurrit, quod planè satisficiat: At si conjecturis, imò suspicionibus etiam locus, in re obscura, suspicor Fausto aliquid impositum, quod ipse non scripserit. Pro quo notandum Beati Mauri vitam Faustum quidem fuisse primum auctorem, eam tamen simpliciori stylo descriptam, & cariosam multò post ab Odone inventam idem Odo interpolavit, reformavit, reconcinnavit, ut ipse Odo testatur apud Bollandum, & hanc Odonis scripturam reliquam nunc habemus, priori illa Fausti deperdita.

Suspitari ergo quis possit, Odonem nominis homonymia deceptum, accepisse de Mauro Equitii, quod Gregorius, & Faustus de alio Mauro dixerant, & hanc suam acceptionem Fausto imposuisse, putans illi lucem addere, cum tenebras offunderet.

E Idem fecisse creditur in nomine Berteramni Episcopi Cenomanensis: cum enim tunc non Berteramnus, sed Innocentius Episcopus esset Cenomanensis, & hoc ignorare non potuerit, testis oculus Faustus, Odonem memoria lapsus suspicatur Bollandus, in eo, quòd, cum Faustus Episcopum, nomine non addito, scripserit, Odo Bertingannum de suo addiderit.

Similiter Divus Gregorius scribit S. P. Benedictum sepultum fuisse in Oratorio Sancti Joannis, Faustus in Oratorio Sancti Martini. At certè Faustus id ignorare non potuit, nam saltem à Casinatibus Laterani tunc habitantibus, admoneri potuisset; Ergo Odonis fuit error.

(17) De plenitudine Patris acceperunt & filii, illo largiente, de cujus plenitudine omnes accepimus.

ea vir iste sanctus migraverit, vel si aliquas in eis virtutes ostenderit (18) innotescere.

GREGORIUS. Sanctus vir ad alia demigrans, (19) locum, non hostem mutavit; nam tanto post graviora praelia pertulit,

(18) In activa significatione pro notifico, notum-facio frequenter usurpatur à Gregorio, præsertim epist. 71. lib. 9. Sic Israelitico populo in Egypto Dominus se quidem innotuit. Justinianus etiam Novel. 133. cap. 6. Illi verò sub se constitutis Metropolitanis mittent, illi quoque aliis omnibus innotescant Episcopis, & per Episcopos omnia hæc Reverendissimis Monachis, & Abbatibus eorum fient manifesta, Symbaticus Patritius in Regeſto Petri, num. 136. innotescimus vobis Christianis omnibus, hoc est notum facimus. Et porro innotescere, & notescere, non est à notare, (nam prima syllaba hic corripitur, ibi producit) sed ab innotato verbo noteo, quod est notifico, notum facio, Ovid. lib. 1. de Pont. eleg. 2. Sic aliquando notus activè sumitur pro eo, qui novit, & ignotus pro eo, qui non novit, Plaut. Pseud. act. 4. scen. 2. Novi, notis prædicas. Ita similiter gnarus interdum passivè pro noto. Martin.

(19) Antiquus enim hosti eo attentius euntem securus est, quo sibi ab illo apud Casinum magis timebat, ubi sub Apollinis simulacro colebatur.

(20) Casinum per duplex ff scribunt Calepinus, alique: At per simplex f scribendum monuit Cluverius Italiæ antiquæ lib. 3. cap. 8. ex Catone, Varrone, Livio, &c. Certè Silius lib. 4. primam corripit. *Nebulosi rura Casini,* & lib. 12. *Nymphisque habitata Casini, rura.* Quod autem duplici sibi scriptum reperitur, inde factum reor, quod Casinus à Casco derivetur, unde hodieque indigenarum Dialectus non Casinum, sed Cascinum sonat, à quo factum Casinum. Porro *Cascum* quid sit, audiamus Varronem lib. 6. de Ling. Latin. apud Vossium. In Carmine Priami apud Accium, quod est

*Veteres, ô Camena, cascas res volo profariet. Et Priamum.*

*Cascum significat vetus ejus origo Sabina, quæ usque radices in Oscam linguam egit. Cascum vetus esse significat Ennius, cum ait,*

*Quam primùm casci populi genuere Latini. eo magis Manilius, quod ait*

*Cascum cascam duxisse, non mirabile est. Quoniam Caron (ideſt Cbaron) eas sanciebat nuptias.*

*Item ostendit Pomponii epigrammation*

*Ridiculum est, cum te cascum tua dicit amica Filii Petroni, seſqui senex puerum.*

*Dic tu pufam illam: sic fiet mutuo muli; Nam verè pufus tu, tua amica senex.*

*Item ostendit, quod oppidum vocatur Casinum. Hoc enim à Sabinis orti Samnites tenuerunt, & nunc nostri. Unde & Cascinum forum vetus. Item significant in Atellanis aliquot, Pappum senem, quod Ofci Casnar appellant.*

*Hæc Varro Pappus antiqua lingua senex, Voss. in V. Pappus. Prisco illos Latinos antea conditam Romam Cascos appellatos legas etiam apud Ciceronem Prima Tusc. & apud Hieronymum ad Niceam Cascos capillatos, & impexam antiquitatem legimus. Casnarem verò Oschorum linguâ senem dici præter Varronem, scribit Festus. Pere Vossium.*

Erat autem Casinum, non, ut putavit Cluverius Ital. antiq. lib. 3. cap. 8. & ex eo refert Hæft. Novi Latii, seu Volſci agri in via Latina ultimum Oppidum. Novum quippe Latium Lyri amne limitabatur: Casinum verò erat citra Lyrim, citraque Aquinum. Ideoque longius aberrat noſter Scipio in eleg. Caf. eum Casinum locat inter confinia veteris Latii, & Campaniam felicem: nam Latium vetus Circejum montem non egrediebatur. Ergo inter confinia novi Latii proprius verò dixisset. Veriùstamen intra fines Campaniæ. Petrus Diac. in vita SS. Dionysii, Demetrii, &c. *Vinclum catenis cum duobus sociis suis duxerunt ad Consulem, qui sacrificio Jani præerat in Eraclea arce Campaniæ, quæ ab*

A quanto contra se apertè pugnantem ipsum Magistram malitiæ invenit. (20) Castrum namque, quod Casinum dicitur (21) in excelsi montis latere situm est, qui videlicet mons, distenso sinu, hoc idem Castrum recipit, sed per

*aliis Casca, à Romanis verò Casinus appellatur.*

In quibus verbis illud etiam observandum, olim oppidum Casini appellatum *Eracleam*.

Et alter Petrus Diac. in vita Sancti Athanasii Neapolitani Episcopi. *Sepultus est Beatissimus Christi Confessor Athanasius Episcopus apud Castrum Casinum civitatis Eracleæ.*

Venit quoque hic notandus Philippus Ferrarius in Topographia Martyrologii Romani apud eundem Hæstenum, cum de Casino scribit, *Civitas olim fuit Episcopalis Samnii, apud Campaniæ fines ad fluvium ejusdem nominis, juxta radices labentem, nam præterquam quod non in Samnio fuerat collocanda, si Samnii nomen præse sumatur, ut ipse sumit, pro Aprutio (vetus enim Samnium longè latius patebat, ejusque caput, primariaque Urbs Beneventum) Fluvius ad Casini radices labens, non Casinus appellatur, sed Rapidus, Ostiensis Lyris, Varroni Vinius lib. 3. de Re Rust. cap. 4. Casinus verò, sive Cascinus diversus rivulus est, secundo lapide ab oppido Casino oriens, & in Rapidum, seu Lyrim Ostiensis, non multò post delabens, de quo in Chron. Casini.*

Denique ex Sigon. de antiquo jure Italiæ, lib. 2. cap. 5. L. Papino Curſore, C. Junio iterum Consulibus Coloniam Civium Romanorum Casinum deducendam Senatusconsulto statutum fuit. Insequentes verò Consules M. Valerius, Pub. Decius Triumviros postea creare, & colonorum quatuor millia illuc misere, quo & agri Casinatis amplitudo, & oppidi nobilitas declaratur.

(21) Casinatis montis, oppidique Casini, ita graphice situm delineat Magni Gregorii calamus, ut mirum videri queat, oculatissimos alioqui viros in tam evidenti descriptione hallucinatos. Cluverius antiquum Casini oppidum ed loci fuisse ait, quo suum Sanctus Benedictus extruxit Monasterium, nempe in cacumine montis, Cluverium secutus Hæstenus, error & ipse patuit. Cum tamen luculentissimis Gregorii verbis facillè doceri potuissent, Fanum quidem, ubi dein Monasterium in cacumine montis constructum; Oppidum verò non in cacumine fuisse, sed in latere montis, qui videlicet mons, subdit Gregorius, *distenso sinu hoc idem Castrum recipit, & cap. 33. de Benedicto loquens, In Casinum Castrum religioso viro Theoprobato mandavit, &c. nempe à Monasterio in vertice montis, misit ad Theoprobum in Casinum castrum in latere montis locatum, Italicè alla costa del monte. Rectè utrumque intellexit, expressitque Poëtice Dantes Poëta Paradisi cap. 22.*

*Quel monte, à cui Casino è nella costa, Fu frequentato già in sù la cima*

*Da la gente ingannata, e mal disposta.*

Eti autem omni Veterum testimonio penitus destitueremur, sola locorum inspectione, veritas ab errore discerneretur. Nam in vertice montis, ubi nunc Cœnobium, nulla veteris oppidi apparent vestigia. Multiplicia verò, eaque magnifica adhuc visuntur in ipsius montis decliviori latere, in quadam scilicet planitie, neque tamen omnino complanata ad Orientem æstivum. Ubi aquæductus theatri non exigua pars superest. Via silicibus strata, & margine munita, antiquo more, quæ vetustæ civitatis indicia sunt quàm clarissima, circa ædes nunc Capuccinorum. Proximè verò sub his rudibus in planiori campo surgit amphitheatrum, ovali, consueta, structura, & propè illud antiqua Crypra, seu Templum, ex quadratis, sibi que, absque ferruminatione, coherentibus, saxorum molibus concameratum, de quo Ostiensis lib. 2. cap. 25.

Amphitheatrum est quasi duobus constans theatris, adeout, cum theatrum forma esset hemicyclii (semicirculi) ac ante se haberet scenam, quæ ab uno theatri cornu ad alterum por-



per tria millia in altum se subrigens, velut ad aëra cacumen tendit: (22) ubi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum mo-

portigebatur; Amphitheatrum scœna hac carebat, sedilibusque continenter dispositis ambierit in orbem, ovi figurâ. Voss. Lips. & alii, ab *Amphi*, quod est circum, quasi circumquaque theatrum. Spectacula enim fiebant in area, circum quam sedilia gradatim, in girum disposita.

Edificata demum à Berthario Abbate Eulogimenopoli (quæ est *Sancti Germani*) civitate sub rupe magis boreali, & ad Orientem Æstivum, eò deducti sunt habitaturi Casinates cives, non paucis nihilo seciùs in veteri Casino remanentibus. Quæ nempe propria habitacula appellata deinde fuerunt Castrum Sancti Petri civitas Sancti Petri, ob Ecclesiam, quam ex Idolorum templo, in honorem Principis Apostolorum consecrandam curavit propè Castrum Scauniperga Gysulphi Beneventanorum Ducis uxor. Orien. lib. 2. cap. 25. & non rarò appellatur etiam civitas Casini, & castrum Casini, Urbanus secundus, Paschalis secundus, Calixtus secundus in suis diplomatibus pro Monasterio Casinensi castellum Sancti Petri, quod ab antiquis dictum est, castrum Casini. Gysulphus quoque Salerni Princeps apud Petr. Diac. in Regist. num. 425. Confirmamus in eodem Cœnobio Sanctissimi Patris Benedicti, sito in monte castri Casini, non in castro, inquit, Casini, sed in monte castri Casini; Ideoque aliquando scriptum reperio mons Casini, non mons Casinus.

Non negaverim tamen castrum Casinum interdum accipi, confundique cum Monasterio Casini, Regist. Petr. num. 435. In Cœnobio tuo, ô Sanctissime Benedicte, quod honorificè, & famosissimè situm est in Casinensi castro, & num. 446. Monasterio, quod situm est in monte, qui appellatur *Castro Casino*, & apud Paul. Diac. Adrevaldum, Aimonium, ad Hæteno relatos. Verùm, cum ex dictis evidentissimè pateat, Casini antiquum castrum propriè acceptum, diversum esse à Fano, & Cœnobio: manifestè etiam consequitur, ut, cum aliquando alterum pro altero ponitur, per Metonymiam id usurpari, quæ Tropi species est, continens pro contento, & contra, emiciens pro effecto, & contra, proximum pro proximo, &c. figuratè usurans.

Casinum Sublacu distat quinquaginta circiter passuum millibus. Roma 70. Neapoli 48. Via Latina per Latium itinere mediterraneo Aquinum, tum Casinum recta pergebat, indeque Theanum, Calenum, & ad Casilinum Appiæ se committebat. Peregr. Camp. Ejus viæ ruderâ Theanum versus apparent.

Porro Casinum pergens S. Patriarcha duos Angelos comites, & itineris duces, vialeque sacros Mercurios habuit, & tres corvos, quos alere solitus erat. Marcus Poëta, & alii. Hæc autem Sancti Patris Sublacu Casinum transmigratione contigit anno 527. aut 528. aut 529. Vide Peregr. in serie Abb. Casin. pag. 6.

E regione Casini oppidi ad Orientem, celeberrima olim erat villa Marci Terentii Varronis, de qua ipse Varro de Re Rust. Consule notata à nobis ad caput primum Chronicæ.

(22) Fanum sive à *fando*, quod inde tata peterentur, sive à *Fauno*, quod Faunus primus Fana extruxerit; Aut quia Faunis templa Gentilium superstitio consecrabat; sive à *Puanon*, quod sit illustis locus, sive aliunde ducatur etymon, pro templo, vel oraculo accipitur. Hinc *Propuanus*, idest, procul à Fano, pro eo, qui sacris non est initiatus, quos Laicos vocamus, & à *Lavis*, quod est *Populus*, quasi populares, & nullo munere Ecclesiastico iungentes. Qui diuino etiam *seculares*, hoc est temporarios, & transeuntibus occupati reos, non æternis. Sic *secularia negotia* primo Corinth. 6. & *secularia desideria*, 2. ad Timoth. 2. Contra Clerici vocantur, qui in hereditatem, sortemque Domini adscripti sunt, & Dominus fors eorum est, atque hæreditas à *Cleros*, quod est fors. Ideoque illis verbis innotantur. *Dominus pars hæreditatis meæ*, &c. vel quia ipsi pars

A re Gentilium à stulto Rufficorum populo (23) Apollo colebatur. (24) Circumquaque etiam in cultu dæmonum luci succreverant, in quibus

Domini sunt, & fors illius, Deuter. 32. *Pars autem Domini populus ejus, Jacob funiculus hæreditatis ejus*, nam funiculo metiebantur agros cuique assignatos, neque nupera, aut parum antiqua censerit debet populi Christiani in Clericos & Laicos distinctio, ut clamant Hæretici; reclamant enim Concilia, & ipsum primum Nicænum, Tertullianus vetustissimus auctor libro de Monogamia, aliique veteres Patres. Quamquam ante quingentos annos viri literati, & gnari linguæ Latinæ, etiam si sæculares essent, Clerici dicebantur, ut constat ex Cæsareo Heisterbacensi in Historiis memorabilibus, quam eruditionem debeo doctissimo æquè ac eruditissimo Joanni Bona.

(23) Ex Gothorum fortassis superstitione idololatria postliminio huc inducta. Inter Gentilium autem stolidas illas quidem omnes, deridendasque superstitiones, ea certè stolidâ minus, cui Apollo numen erat. Stultus ergo Casinatum populus minus cæteris delirabat. An non delirantior Egyptiorum religio, quibus porrum, & cœpe nefas violare & frangere mortu? ut facerâ proinde ironiâ Satiricus lib. 5. vers. 591. subdat

*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis*

*Numina!*

Ferè omnes tamen Deorum appellationes Solem spectare, & pro variis ejus potestatibus varia nomina, numinaque fortiri, eruditè ostendit Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 17. Vide etiam Nonnum in Dionysiacis lib. 40. Stacium lib. 3. Thebaidos, Martianum Capella lib. 2. & alios, quos citat supra laudatus Johannes Bona de divina Psalmidia cap. 6. §. 2.

Visitur adhuc in hoc Monasterio ante Ecclesiam columna lapidea cujus fastigium coronat frustum basis, non porphyreticæ, ut ex Vvione retert Hætenus: sed ex lapide, quem serpentinum vocant à maculis subobscuris viridi massâ intermixtis, illique olim impositum fuisse traditur idolum Apollinis, in cuius locum Benedictus æneam crucem adorandam superimpoluit.

(24) Lucus est sylva sacra, seu locus arboribus densus, Diisque sacer, præsertim verbè Dianæ, ex Servio 3. Georgic. Virg. 3. Æneid.

*Silva alta Jovis, lucusque Diana.*

Solebant enim Idololatræ circa eorum altaria arbores plantare, eaque intactas relinquere, ut collectus populus in opaco, & sub umbra commodius sacrificaret; Unde Virgilius (quæ est Servii observatio) lucos, & sacra semper conjunxit. Et in sacra Scriptura sæpè de lucis fit mentio, cum de Idololatria agitur, Exodi 34. Deuter. 7. 12. 16. Judic. 3. & 6. 4. Reg. 17. *Feceruntque sibi statuas, & lucos in omni colle sublimi, & subter, omne lignum nemorosum, & adolebant ibi incensum super aras in morem Gentium*, & alibi. Hebræis verbè ne Gentilium superstitiones imitarentur, præceptum fuit, Deuter. 16. *Non plantabis lucum, & omnem arberem juxta altare Domini Dei tui*. Ergo luci pro sacrificiis erant, & circa aras, & altaria. Quod utrumque eruditè expressit Gregorius. *Circumquaque*

(inquit) *etiam in cultu dæmonum luci succreverant, in quibus adhuc eodem tempore Insidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat*. Quare lucos hic non longè à Fano concipere debemus, aut sub vertice montis, sed circum verticem, ubi erat Fanum, & ara, ibi enim populus sacrificabat. Quod notaverim contra vulgi opinionem, qui lucum Veneris fuisse tradit in vallicula, nunc quercu orientali australi Monasterii, propè quam in via visitur vestigium genu silici impressum, de quo alibi dictum.

Lucum per Antiphrasim, hoc est à contrario, usurpari putant Grammatici, Serv. primo Æneid. lucus dicitur, quod non luceat. Isidorus lib. 14. cap. 8. Lucus est locus densus arboribus teptus, soli lucem detrahens, & Cas-

60.

bus adhuc eodem tempore Infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat. Ibi itaque vir Dei perveniens, (25) contrivit

A idolum, subvertit aram, succidit lucos, atque (26) in ipso templo Apollinis, oraculum Beati Martini, ubi verò Ara ejusdem Apollinis

fiodor. Pfal. 118. Calumnias per antiphrasim, idest per contrariam locutionem, sicut bellum, quod non est bonum, & lucus, qui non habet lucem, Parcæ similiter dici putantur, quod nemini parcant. Ludus, quod longissimè ablit à lusu. Pontus, quia sine ponte; Viola; quia non violata, nec violanda.

Sed Antiphrasim inane esse Grammaticorum commentum, sentiunt cordatiores, Sanctius, Scioppius, Scoppa, & ipse Quintilianus, licet enim pro Antiphrasi citetur, potiùs tamen irridet Antiphrasim.

Si Platoni credimus in Cratylo (inquit Sanctius) & Aristoteli 3. Rhetor. qui nomina simulachra quædam, & imagines esse asserunt rei illius, quam imitantur & nominant, extremæ dementiæ fuerit nomina per contrarium sensum excogitare. Quid enim putidius, quam rem aliquam vocari levem, quæ sit gravis, vel obscura quæ lucida sit? Nec obstat illud Terentii *Ehodium bone vir*, idest pessime. Nam hæc mera est ironia, quum contrarium significamus, aliudque est Tropum efficere (hoc est figuratè loqui) aliud nomina imponere; tum præterea ironia pronuntiatione, & gestu indicat, quid velit, Antiphrasis verò si esset, ex usu sic significaret. Hæc Minerva Sanctiana. Meliùs ergo lucus dicitur, vel à lucendo, quod ibi sint crebra lumina ob sacrificia, & religionem: quam originem agnovit etiam Isidorus, licet Servio non placeat. Vel lucus est à Græco *lochos*, insidiæ, quia insidiantibus apta est sylva. Vel ut putat Sanctius, lucus dicitur ab Etrusca voce *lucà*, cum accentu in ultima, quæ senem, sive Senatorem significat. De antiquitate verò lucorum, eorumque religione, pleni sunt Poëtarum libri. Templum Pici (inquit Virgilius)

*Horrandum erat sylvis, & religione parentum,*

idest venerandum, ut Servius exponit. Et apud Lucanum lib. 3.

*Lucus erat longo nunquam violatus ab avo, &c.*

Luci enim ob religionem non cædebantur, & sic vetustissimi fiebant. Vide Sanctium, Scopam, Scioppium, Voffium, Martinium.

(25) Deuter. 7. Aras eorum subvertite, & confringite statuas, lucosque succendite, & sculptra comburite, & cap. 12. & alibi. Idolum Græcè vertitur Latine effigies, à verbo *ideo*, quod est *video*, quia in idolo quodammodo videmus, cujus est imago. Voff. Idolum, idest effigies, imago, quia in illo res quodammodo videtur.

Ara dicitur, vel ab ardendo ob sacrificiorum ignes. Hinc Apophthegma illud Augusti Cæsaris, qui, cum Tarraconenses nuntiarent, palmam in ara ejus enatam; Apparet, inquit, quam sæpè accendatis. Vel ab altitudine, ut ex quibudam refert Isidorus, vel à precationibus, quas Græci *aras* vocant; Vel ab *asa*, convertio *S* in *R*, quomodo, qui Valefii, Fuffii, Papilii, postea dicti Valerii, Furi, Papirii. *Asa* verò antiquus fuit, quod postea *ansa*. Juniores inferuere *N*. quo modo *tango* dixere pro antiquo *tango*, *frango* pro *frago*, *mensa* pro *mesa*. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 2. ex Varrone dicit *aras* primùm *ansas* dictas, quod esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri solere vasa, quis dubitet? Virgil. *Æneid.* 4.

*Talibus orantem dictis, arasque tenentem*  
*Audit omnipotens.*

Vid. *Æneid.* 6.

*Talibus orabat dictis, arasque tenebat.*

& 12.

*Tango aras; medios ignes, & numina testor.*

Vide Plaut. Rudent. *Tange aram banc Veneris.*

Voff.

Ara autem differt ab altari, de quo sic Placidus Lactantius ad 4. Thebaidos. *Tria sunt in sacrificiis loca, per quæ piationem facimus. Scobiculo factò, Diis inferis; Terrestribus super terram sacrificamus; Cælestibus, ex-*  
Tom. IV.

*trullis focus, ad quæ sacrificantes manus porrigimus in altum.*

Et Festus: *Altaria sunt, in quibus ignis adoleatur.* Altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui Diis superis in ædificiis à terra exaltatis, sacra faciebant, Diis terrestribus in terra, Diis infernalibus in effossa terra, ex quibus patet altare dici quidem ab altitudine: non tamen quod sit alta ara, vel quod significet altiorem aræ partem, in qua ignis accenditur: sed quia altare Diis superis, in altis ædificiis erigebatur. Sanctius tamen vult dici altare, quia in eo ignis adolescit, idest excrefcit.

(26) Ara enim erat extra templum ob sacrificia, quæ sub dio fiebant, non tamen longè à Templo. Altare in templo. Oraculum, inquit Papias, cœleste responsum, vel ipsum delubrum. Oracula sunt templa ubi oratur. Levitici 16. *in nube apparebo super oraculum.* Loquitur de Propitiatorio, & Sanctuario. Oro autem, ut Nunnesio placet, est ab aro, idest, preces, *A* in *O* longum mutato, more Bæotico, vel oro est ab ore, quasi ore profero. Unde oracula, inquit Cic. in Topicis, ex eo appellata sunt, quod inest in his Deorum oratio quæ est alia oraculi acceptio, nempe pro Deorum responso. In prima verò oraculum aliàs dicitur oratorium, locus sacer ad orandum. Distinguitur autem à facello in proprietate sermonis, nam ex Festo facella dicuntur loca Diis sacra sine tecto, nempe muro tantummodo sepra, sæpè tamen à nostris promiscuè usurpantur facella, & oratoria pro æde sacra. Nomine oraculi pro æde sacra utitur Anast. Biblioth. & Plinius apud Hæst. n. 18.

Oraculum S. Johannis constructum fuit in ipso montis cacumine, ubi priùs ara; inter superstitiones enim Gentilium, erat in excelsis montium sacrificare. Unde in Scriptura nomen, excelsa, quæ Hebræis prohibentur. Deut. 12. *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes, quas possessuri estis, Deos suos super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum.* Translatum est tamen nomen excelsi ad omnia altaria, & templa Idolorum, etiam si essent in valle, ut notat Cornel. à Lap. cap. 6. Ezechiel.

In eodem oratorio B. Johannis sepultus fuit ante altare Sanctissimus Patriarcha, cumque ejus sepulchrum nunc etiam videatur, hinc patet in eodem situ semper mansisse eandem Ecclesiam S. Johannis, etiam nunc B. Benedicti nomen sortita sit.

Oraculum Beati Martini, ubi antea Templum Apollinis, surgebat sub ipso montis vertice ad occidentem propè Cœnobii januam, ut ostendit Petr. Diac. lib. 4. cap. 8. Nunc verò Beato Martino constituta est ædicula sub aquilonari majoris Ecclesiæ latere, in eaque humentur sæculares domestici, & peregrini Casini obeuntes.

Utrumque hoc, B. scilicet Johannis, & aliud B. Martini oratorium extra sepra Monasterii ab initio fuisse notat Hæst. num. 18. rationemque reddit, quia Monasterium in clivo, sive in latere montis, ubi olim castrum erat Casinum, ædificatum fuit. Sacella autem hæc erant in ipso fastigio, quod tum temporis Cœnobii terminis, uti nunc non contineretur. Fortassis rectè notat, sed pravè probat. Erant quippe tunc fortè sacella extra sepra Monasterii, dum sepra intelligamus ipsam Monasterii fabricam, non alio vallo vel muro distinctam, sed seipsa sepram. Posterioris enim ætatis fuit murum circumducere, quo etiam hortus, & reliqua attinentia concluduntur, quamque clausuram vocamus. Quod tamen Hæstrenus Monasterium locat, ubi olim erat castrum Casinum, vel Casinum, ubi constructum fuit Monasterium, apertissimè fallitur, ut ex præcedentibus liquet. Ergo locorum situm, sic mente, ne fallaris, disposito. Apollinis ara erat in ipso apice montis, ubi dein

Cc ora-



nis fuit, oraculum Sancti construxit Johannis, (27) & commorantem circumquaque multitudinem, prædicatione continua ad fidem vocabat. Sed hæc antiquus hostis tacite non ferens, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione ejusdem Patris se oculis ingerebat, & magnis clamoribus vim se perpeti conquerebatur, itaut voces illius etiam Fratres audirent, quamvis imaginem minimè cernerent. Ut enim discipulis suis Venerabilis Pater dicebat, corporalibus oculis ejus idem antiquus hostis teterrimus, & succensus

A | apparebat, qui in eum ore, oculisque flammantibus sævire videbatur. Jam verò quæ diceret audiebant omnes: prius enim hunc vocabat ex nomine; cui cum vir Dei minimè responderet, ad ejus mox contumelias erumpebat. Nam cum clamaret dicens: Benedicte, Benedicte, & eum sibi nullo modo respondere conspiceret, protinus adungebat, (28) Maledicte, & non Benedicte, quid mecum habes? quid me persequeris? Sed jam nunc expetenda sunt contra Dei famulum antiqui hostis nova certamina: cui pugnas quidem

VO-

oraculum Sancti Johannis, & nunc Sanctuarium Basilicæ Casinatæ. Infra aram ad occiduum erat fanum, cui successit oraculum Beati Martini. Non longè à fano ad meridiem erat habitaculum, in quo postea Sanctus Pater Benedictus orans permanfit per quadraginta dies, cum primùm Casinatam saltum, idololatriam exterminaturus ascendit. Teste Gordiano, vel potius Petro Diac. in vita Sancti Placidi, & in vita Beati Martini Abbatis. Cumque ad Casinum castrum Benedictus Pater pervenisset, per quadraginta dies non longè à templo Apollinis Deum Omnipotentem orans permanfit. Hoc habitaculum traditio est illam ipsam esse turrim, in qua deinde Sanctus Pater habitavit, quæque Apostolicis virtutibus illustrissima, tot seculis eluctata, ad nos usque pervenit, de qua alibi. Propè hanc turrim orientem versùs, erat dormitorium Fratrum, cujus adhuc vestigia supersunt, & circa illud cæteræ Monasterii officinæ concipiendæ videntur. Hinc ducentis plus minùs passibus distabat oratorium S. Johannis, quod pergens Sanctus Pater, Diabolum in specie Hypomedici obvium habuit, infra cap. 30. neque mirum Ecclesiam tunc non fuisse intra Monasterium, eique adnexam, tum quia Monachi tunc habitabant Anachoretarum more, quorum vitæ imaginem nunc videmus in Eremitis Camaldulensibus, apud quos ædes sacra separata est à cæteris. Tum quia probabile est Sanctum Patrem, & voluisse Gentilium ipsum Fanum in Ecclesiam consecrare, ut ubi abominatio prius, & superstitio, ibidem veri Dei cultus institueretur, & noluisse Monachorum habitacula ventorum flatibus in eo montis cacumine exponere, nec aliqualis repertæ ibi fabricæ utilitate carere, ideoque apud extrantem turrim Monasterium ædificavit.

Invénit autem Sanctus Pater apud Casinum montem Anachoretam nomine Martinum ex Divo Gregorio 3. Dial. & Petro Diac. in vita Sancti Placidi, & ejusdem Sancti Martini, qui loco cedere divinitus jussus, montem Marticum petiit, ibique vitam virtutibus gloriosam sancto sine conclusit, Gordian. in vita Sancti Placidi. Marcus verò Poëta prius cecinerat

*Hic quoque viventi justorum dixerat uni,  
His tu parce locis, alter amicus adest.  
Et Petrus Diac. in vita hujus Martini.  
His tu parce locis, alter amicus erit.  
Sedibus atque locis maneat Benedictus in-  
istis,  
Marticus est quoque mons, quò tu properare  
juberis.*

Marticus mons, seu Massicus propè Calenum, seu Forum Claudii, Roccam Montis Draconis. Hujus verò Martini pars reliquiarum translata demum fuit Casinum anno 1094. ex ejus vita in Regist. Sancti Placidi apud nos. Hanc eandem Casini arcem martyrio Beati Demetrii, & sociorum, tempore Domitiani illustrem fuisse tradit Petrus Diac. in aët. Sanctorum Dionysii, Demetrii, &c. & in vita prædicti Martini Abbatis, sic dicens: *Marticus vir Venerabilis, nobilissimis ortus parvulus devénit ad Casinenss Eracleæ arcem, quam Sanctus Martyr Demetrius cum sociis suis propria passione, & pretiosa corporis sepultura illustraverat.*

(27) Et cap. 19. *Illuc pro exhortandis animabus Fratres suos mittere Benedictus curabat.*

B | Ostiensis. Et circumquaque manentes populos continuis prædicationibus ad Christi fidem convertit. Divus Thomas opusc. 19. cap. 4. *Divino judicio reputatus fuit Benedictus idoneus, cui immediatè à Deo committeretur prædicationis officium.* Gordianus quoque in vita S. Placidi. *Te namque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu Evangelii mei tuba cælestis existes, spiritu meo plenus; Surge jam, & vade ad castrum Casinum, & populum ejusdem Provincia, qui adhuc Idolorum nefandis cultibus servit, sermone verifico prædicans meum ad cultum convertere stude.* A Beda ferm. de S. Scholast. Benedictus vocatur *Doctor Doctorum.* A Steph. III. *Predicator veritatis, & Doctor gentium.* S. Vincent. Ferrer. ferm. de B. Benedicto. *B. Benedictus famosus de vita, & de scientia non acquisita, sed habuit scientiam infusam. Prædicavit primò in Castro Montis Cassini, & convertit eos ab infidelitate.* Denique Baronius tom. 7. anno 529. *Ut ad Casini montem Christi athleta divinitus vocaretur, nescio qua incuria dormitantium Episcoporum, quæ longè latèque in Christiano orbe extincta erat Idololatria, in monte illo, altioribus fixa radicibus adhuc vigeat.* Et ut alios domesticos testes, Pontificumque disertissimas contestationes præteream, ipse Benedictus valedicens Sublacensibus de suo hoc Apostolatu sic retulit. *Audite me, Fratres, nam mihi Dominus meus Jesus Christus præcepit, ut ad culturam Idolorum exterminandam castrum petam Casinum.* Quare nescio an ullam unquam veritatem plures, iique graviores testes, clarioribus verbis contestati fuerint, quam Sancti Patris nostri Prædicationem, & Apostolatum; & nihilominus post tot irrefragabilia testimonia, post facti evidentiam, ausus est non nemo scribere; *Non legimus divum Benedictum prædicationis officio functum fuisse.* Usque adeo verum est, nullum fuisse, vel fore tam enorme, tam turpe mendacium, quod petulantem aliquando non habuerit, vel habere possit assertorem! Quid autem boni credendus est legisse, qui non legit Baronium inter Historicos, D. Thomam inter Theologos, Magnum Gregorium inter Patres? Non enim Sibyllinos allegamus libros, quos præterquam à Quindecimviris inspicere fas non erat ex Lactantio de falsa Religione lib. 1. cap. 6. Authores producimus Classicos, quorum opera, omnium qui sapere cupiunt, manibus protevantur, & quorum propterea testimonia non nosse supinæ est ignorantia, & ruditatis: auctoritatem verò contemnere, hominis esset, cui vel pudor omnis perierit, vel minimè fanum sinciput, helleboro indigeat. Hujus Authoris nomini parco: ne illius, vel ruditatem exhibendam, vel audaciam, aut livorem acrius retundendum exponam. Neque hic ego arrogantia notam formidaverim, quòd calamo non pepercerim. *Non est arrogantia, inquit Augustinus, vel querere, vel, etiam pungentem, asserere veritatem, lib. 4. contra Crescon. cap. 66.*

(28) *Æquis animis concoquere non valens, nec rectis oculis intueri lividus hostis sancti viri lucra, quæ sua erant detrimenta, in ridiculas furit maledictiones, ejulatufque pueriles. Sic ligatus canis, qui mordere non potest, dentibus stridet, & vanis se fatigat latratibus. Verè malè tibi dictus, benè bonis semper dicendus.*

volens intulit, sed (29) occasiones victoriæ ministravit invitus.

*De ingenti saxo per ejus orationem levato.*

## CAP. IX.

**Q**UADAM die, (1) dum Fratres habitacula ejusdem Cellæ construerent, (2) lapis in medio jacebat, quem in ædificium levare decreverant. Cùmque eum duo, vel tres movere non possent, plures adjuncti sunt, sed ita immobilis mansit, ac si radicatus in terra teneretur, ut palam daretur intelligi, quod super eum ipse per se antiquus hostis federet, quem tantorum virorum manus movere non possent. Difficultate igitur facta ad virum Dei missum est, ut veniret, orando hostem repelleret, ut lapidem levare potuissent. Qui mox venit orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum prius pondus habuisset.

(29) Persecutio est virtutis occasio: multum enim adjicit sibi virtus laceffita. Invitus autem quin etiam imprudens, & stultus, ut perdat, triumphum adornat victori, cùmque alios fallere intendit diabolus, fallitur ipse. Sic sefellit illum malitia sua (inquit Leo magnus) intulit supplicium filio Dei, quod cunctis filiis hominum in remedium verteretur.

## IN CAPUT IX. NOTÆ.

- (1) Vides hic apertissime Cellam pro Monasterio integro sumi, in quo plura habitacula. Fratres autem ipsi habitacula construebant, de quo vide Hæstenum, & infra cap. 22. *adificare debeatis.*
- (2) Simon Milletius apud Hæstenum, hic superesse hoc saxum usque in hodiernum diem, scribit, & etiamnum videri in quadrata area, quæ Casinense Monasterium ingredientibus est ad dexteram ex opposito Cellulæ S. P. N. Benedicti. *Vidi, inquit, ipsum, & tetigi, nec est ut quisquam in devestitione, ac direptione Monasterii credat ablatum, cùm eodem modo, quo columna, cui Apollinis imposta erat statua, relicta fuit, & hic remanere potuerit lapis. Quem, ut crassitie colligere licet, apparet duorum circiter modiorum vini pondus habere, sic Milletius, in cujus verbis aliqua veniunt animadvertenda. Primum. Traditio apud nos, popularis tamen, infesum à Diabolo lapidem, non illum, de quo Milletius, sed alium esse putat, qui ab ingredientibus aspicitur ad dexteram in angulo exteriori turris: quæ portæ ferreæ imminet, & primo Peristyllo, seu Claustro annexa est, Cujus lapidis fronti crux insculpta est, & longè gravior est, quàm duorum vini modiorum pondus, sed utriusque traditionis mihi suspecta est fides, & Milletiani quidem lapidis nulla omninò nunc apud nostrates memoria, ut non immerito suspicer Milletio fucum factum, & fabulam obrusam. Non enim desunt vanissimi homines, qui, ut quoquomodo adventantium hospitum curiositati satisfaciant, quidlibet comminiscuntur, ne rerum videantur ignari. Alterius verò lapidis, qui nunc ostenditur ad angulum turris, neque probabilem censeo traditionem. Fragmentum enim est quadratæ Parasitæ, vel altæ stylobatæ fabrefactæ, diligenterque cælata, & recentioris est magisterii: est enim altitudinis palmorum quinque & semis, mensuræ hujus regni, latitudinis duorum & unciarum novem: totidemque profitudinis. Cur autem in hanc formam lapidem illum Diaboli majores nostri transformarentur? non video. Deinde nulla apud Scriptores Casinates, alioqui minutissimos, saxi hu-*

Tom. IV.

(1) *De phantastico coquinæ incendio.*

## CAP. X.

**T**UNC in conspectu viri Dei placuit, ut in loco eodem terram foderent, quam dum fodiendo aliis penetrarent, æreum illic Idolum Fratres invenerunt: quo ad horam casu in coquina projecto, exire ignis repente visus est, atque in cunctorum Monachorum oculis, quia omne ejusdem coquinæ ædificium consumeretur ostendit. (2) Cùmque jaciendo aquam, & ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir Domini advēnit: qui eundem ignem in oculis Fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos, quos phantastico repperit igne deludi, revocavit Fratres ad oculos suos, ut & sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammam, quas antiquus hostis (3) finxerat non viderent.

(1) *De servo Dei parvulo ruinâ confracto, & sanato.*

## CAPUT XI.

**R**URSUM, dum Fratres parietem, quia res ita exigebat, paulò altiùs ædificarent, vir

jus memoria legitur, & fortassis post Diaboli infessionem lapis ille fabricam auxit, ut inimici conatus deluderentur, & colligi videtur ex textu.

## IN CAPUT X NOTÆ.

- (1) Phantasia propriè ad sensum videndi pertinet, unde est visio, apparentia, imaginatio. Metaphoricè verò transfertur ad significandum sensum in animali principem, quo non sensata tantum, & per sensus externos percepta, sed insensata etiam, ut rationem noxii, vel delectabilis, internoscit, sic ovis v. g. viso lupo, non tantum externa ejus accidentia percipit; sed etiam ut singularem hostem sibi imaginatur. Ratio autem hostilitatis nullo sensu externo percepta fuerat. Phantasticum verò hic est, *Visum inane, imaginatio illusoria*: deludebantur enim Monachorum oculi in illa ignis apparentia, quæ merè spectrum, & vanitas erat, non sussistens visio.
- (2) Hæstenus legit *Cùmque jaciendo Fratres aquam ad ignem quasi extinguendo perstreperent*, & infra, quod nostri habent. *Quos phantastico repperit igne deludi revocavit fratres ad oculos suos, &c.* Apud Hæstenum est. *Quos phantastico repperit igne deludi, vocavit Fratres, monuit, ut oculos suos signarent.* Sed longè Gregorio dignius illud, *Revocavit Fratres ad oculos suos, à quibus per illusionem quodammodo abierant.* Et ita ex Gregorio refert Petrus Diaconus in vita Sancti Placidi.
- (3) Orthographia veterum, qui similiter scribebant *Uxor.* infra cap. 13. *Adjuncxit.*

## IN CAPUT XI NOTÆ.

- (1) Hunc puerum nomine fuisse Severum, tradunt Acta Sancti Placidi. Verùm Acta illa non sunt germana Gordiani dictata, sed Petri Diaconi, qui Gordiani Græca Latine retulit, & multa consarcinavit, recto quidem animo, sed obstipio judicio: fidem enim illorum suspectam reddidit, dum Gordiano tribuere videtur, quæ Gordiano, aut ignota, aut multò posteriora erant. Ex his verò quæ Petrus addidit, nomen hujus pueri fuisse conjecto: Petrum autem errorem hausisse à codice 85. nostræ Bibliothecæ, qui hujus capituli epigraphem sic præfixit. *De Severo Dei parvulo, &c.* quis autem non advertat Librarium pro *servo Dei*, scripsisse *Severo Dei*. Certè omnes alii codices habent *De servo Dei &c.* neque unquam alibi de *Severi* nomine apud Gregorium, vel alios mentio reperitur. Codicem porro, qui *Severum* nominat in titulo, visum fuisse Petro non dubito, cùm Petro sit vetustior, & alioqui Petrus præcipitem se in judicando prodit non raro.

Cc 2

vir Dei in orationis studio (2) intra cellulæ suæ claustra morabatur. Cui antiquus hostis insultans apparuit, & quia ad laborantes Fratres pergeret, indicavit. Quod vir Dei per nuncium celerrimè Fratribus indicavit, dicens: Fratres cautè vos agite, quia ad vos hac ora malignus spiritus venit. (3) Is qui mandatum detulit, vix verba compleverat, & malignus spiritus eundem parietem, qui ædificabatur evertit, atque unum puerulum Monachum (4) cujusdam Curialis filium opprimens ruinâ contrivit. Contristati omnes, ac vehementer afflicti non damno parietis, sed contritione Fratris, quod venerabili Patri Benedicto studuerunt celeritè cum gravi luctu nunciare. Tunc idem Pater ad se dilaceratum puerulum deferri jubet: (5) quem portare nonnisi in sacco potuerunt, quia collapsi saxa parietis, ejus non solum membra sed etiam ossa contriverant. Eumque vir Dei præcepit statim in cella sua (6) in psyato, quod vulgò matta vocatur, in quo orare con-

- (2) Cellæ nomen hic pro cubiculo S. Patris proprio accipi, nullus dubitat; ut etiam infra, Cellam clausit; & iterum in cella sua, idcirco pronomine distinxit.
- (3) Mandatum, idest, nunciationem, Italicè, *Ambasciata Avviso*. Phrasis est Gregorii, qui explicat paulò ante, *per nuncium indicavit*, & infra cap. 14. *Cui (Totilæ) dum protinus mandatum de Monasterio fuisset, ut veniret.*
- (4) Populum Romanum ab initio Romulus in tres partes divisit, quas à numero appellavit *Tribus* (postea aliæ additæ) singulas verò *Tribus* distribuit in partes denas, quibus singulis sacra sua partitus est, assignatis Diis & Dæmonibus, quos colerent, locis, ubi colerent, & sumptibus unde colerent. Loca hæc appellatæ sunt curiæ, quod in iis sacra curarentur à populo. Ergo Curiales ex origine sunt, qui ejusdem Curie, sicut *Tribules*, & *Contribules* ejusdem *Tribus*. Dionys. Halicar. lib. 2. & alii. Deinde *Curia* appellata est Aula Principis, & *Curiales* Aulici. Demum *Curialium* nomine veniunt Forenses, qui Curie negotiis, & clientum operam navant: in alterutra ex duabus his ultimis acceptionibus Gregorium hic intelligere licet. *Yepes Aulici*, libet. Ad primam originem referri potest, quòd sacra ædes apud Christianos nunc etiam vocatur *Cura*, & *Parochus Curatus*, quòd ibi populus sacra curat, vel quòd animarum ibi curam agit *Parochus*.
- (5) *Sagum* vestis est militaris exterior, quam superioricam induebant Veteres. Unde apud nostros dictum quidam putant *il sacco*. Aliquando à posterioribus sumitur pro sacco, quemadmodum à Gregorio hic, & à D. Patre Benedicto in *Regula* cap. 55. *Papias Sagum, saccum*, &c. *Theodemar*. mox adducendus.
- (6) *Alii Psyatio*. Subdit Gregorius, *qua vulgò matta vocatur*, teges est, seu storea ex juncis, seu scirpis compacta. *Ovid. 6. Fast. in plastro scirpea matta fuit*, etsi alii legant, *scirpea lata fuit*, sed *scirpus*, & *scirpus* c inserta idem esse notavit *Voss. etymologico*: est autem *scirpare* ligare, vincire, cui usui præcipuè sunt *scirpi*, & *junci*. In vita Sancti *Pacomii* cap. 43. *Coquus quidam quingentas mattas texerat, quas Pacomius igne cremavit, quòd non quotidie cibos Monachis coqueret.* *Theodemar. ad Carol. Magnum. Duos, quos nos dicimus mattos, qui ex grossiori sacco fiunt. Smaragdus, Lectus eorum, aut nuda bumus, aut certè storea, idest, matta super bumum. Cæsarius lib. 7. cap. 52. sternite mattam. Vid. Ferrar in Regulam cap. 55. num. 195. & Martin. atque Voss. super Psyatium ergo, seu mattam Sanctus P. Benedictus orare consueverat.*
- Simile miraculum legitur à Beato Mauro patrum.
- (7) Hæc verba ad initium sequentis capituli referunt *Hæstenus*, & alii: sed in nostris huic capiti subnectuntur, quæ consueta est nostrorum diviso, ut videre est in *Chronico*.

sueverat, proici, missisque foras Fratribus cellam clausit, qui orationi instantius, quàm solebat, incubuit. Mira res, horâ eadem hunc incolumem, atque ut prius valentem, ad eundem iterum laborem misit: ut ipse quoque parietem cum Fratribus perficeret, de cujus se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset. (7) Cœpit verò inter ista vir Dei etiam Prophetiæ spiritu pollere, ventura prædicere, præsentibus absentia nunciare.

*De servis Dei, qui cibum contra Regulam sumpserunt.*

## CAPUT XII.

(1) **M**Os etenim cellæ fuit, ut quotiens (2) ad responsum aliquod egrederentur Fratres, cibum, potumque extra cellam minimè fumerent. (3) Cùmque hoc de usu Regulæ sollicitè servaretur, quadam die ad responsum Fratres egressi sunt, in quo

### IN CAPUT XII. NOTÆ.

- (1) Idest mos Monasterialis, Regularis vitæ Monasticæ. Unde *Zacharias* vertit, *Regularis institutio*.
- (2) In *Regula* cap. 51. *Fratres, qui pro quovis responso proficiuntur, in Prato spirit. cap. 105. Vado, & fac responsum, & alia vice adorabis. Responsum est negotium. Idem Gregor. epist. 47. Ad Urbem regiam pro faciendis responsis transmittimus. Hinc Responsalis, qui negotia procurat. Græcè Apocriarius. Sæpè apud Gregorium. Hincmarus etiam Rhemenis Epist. 17. In Constantinopoli Responsalis fungens munere. Ivo Carnotensis Epist. 274. Responsales tamen meos, & literas meas eidem legato vestro transmissi. Voss. Hæst. Responsales ergo sunt Procuratores negotiorum.*
- (3) Et in *Titulo De servis Dei, qui cibum contra Regulam sumpserunt.* *Regulam*, pro scripto Sancti Patris Benedicti Canone, usque adeo certum visum est *Hæsteno*, hic intelligendam, ut *Gallonium* taxans, dicat. *Locus hic, si quis alius erroris redarguit eos, qui asserere ausi sunt, absque scriptis à Sancto Benedicto Regulis, non solum ipso Benedicto vivente, sed & post mortem ejus, usque ad Abbatem Simplicium Benedictinos Monachos in Italia gubernatos. Quod enim hic dicitur, Ex usu Regula sollicitè servatum, id & vivente Sancto Benedicto, & in Italia factum sine dubio fuit. Id ipsum manifestius expressisse videtur Zacharias, qui lemma capituli sic vertit. De Monachis cibum sumentibus contra Regulam, & infra. Atque hæc Regula exactè ab eis servabatur. Hoc autem mandatum in Regula expressum legitur cap. 51. Hæc Hæstenus, & in suis disquis. lib. 2. tract. 6. disquis. 1. num. 3. referens hoc Gregorii testimonium, subdit. Quis hic non advertat, Regulam jam tum fuisse in usu, & quidem sollicitè servatam? Deinde adducit ejusdem Gregorii locum ex 4. Dialog. cap. 8. ubi de S. P. Benedicto iterum loquens ait. Duos Fratres, Gregorium & Speciosum, ejus se Regula in sancta conversatione tradidisse, statimque Hæstenus, Quid evidentiùs quæso dici potuisset? evidentiùs igitur fuit Hæsteno, nomine Regula his locis intelligi scriptam normam Sancti Patris nostri.*
- Ego verò, etsi *Gallonio*, aliisque, quos *Hæsteno* redarguit, non subscribo in eo, quod intendunt de *Regulæ* Benedictinæ promulgatione: Hæc tamen *Hæsteno* argumenta, ex *Gregorio* ducta, non solum evidentiâ mihi non duco, quin miror, talia videri potuisse viris eruditissimis *Yepesio*, & *Hæsteno*. *Yepesom. 1. pag. 328. a tergo: Tanta est ingeniorum diversitas, tantique sit ad judicandum præjudicata mente accedere! Igitur cùm hic, tum quarto dialog. Regulam non accipio Benedictinam specialem normam, quam S. Legislator*

tardiori compulsi sunt hora demorari. Qui manere juxta religiosam foeminam noverant, cujus ingressi habitaculum sumserunt cibum. Cumque jam tardiùs ad cellam redissent, (4) benedictionem Patris ex more petierunt. Quos ille protinus percontatus est, dicens: Ubi comedistis? Qui responderunt, dicentes: Nusquam. Quibus ille ait: Quare ita mentimini? Numquid illius talis foeminæ habitaculum non intrastis? Numquid hos atque illos cibos non accepistis? Numquid tot calices non bibistis? Cumque eis Venerabilis Pater, & hospitium mulieris, & genera ciborum, & numerum potionum diceret, recognoscentes cuncta, quæ egerant, ad ejus pedes tremefacti ceciderunt, se deliquisse confessi sunt. (5) Ipse autem protinus culpæ pepercit, perpendens quoque, quòd in ejus absentia ultra non facerent, quem præsentem sibi esse in spiritu sci-

De fratre Valentiniani Monachi.

## CAPUT XIII.

Frater quoque Valentiniani ejus Monachi, cujus superius memoriam feci, (1) vir

ror postea scripsit, sed communem Monasterialem disciplinam, ritum, consuetudinemque regularem, in Monasteriis receptam. Ita quod, ex usu Regula, hic idem fuerit, ac si dictum fuisset, De usu regularis institutionis: de consuetudine Monasteriorum. Non tantum enim Benedictus hoc præscripsit, sed ab aliis ante ipsum Legislatoribus præscriptum legimus, ut extra Monasterium, sine Prælati licentia, Manachi non comederent.

Regula Augustini, Nemo extra Monasterium sine præcepto manducet sive bibat: non enim ad disciplinam pertinet Monasterii, quibus posterioribus verbis indicat Augustinus communem Monasterialem disciplinam id exigere. Basil. serm. de abdicat. rerum. Cave ne clandestina esitationis peccatum incurras, quam culpam plagis emendari consueville scribit Cassianus lib. 4. cap. 16.

Erar igitur consueta, & apud omnes monasticam conversationem profitentes recepta disciplina, ut extra Monasterium, vel horam refectiois, non comederent, & hoc, meo quidem judicio, indicare voluit Gregorius. Neque Zachariæ paraphrasis quicquam urget in contrarium, quin potius faver nostræ intelligentiæ, ait enim: Atque hæc Regula exactè ab eis servabatur, quasi dicat, atque hæc norma, hæc disciplina, hæc regularis observantia exactè ab eis servabatur. Nec pluribus hic ago. Consule notas ad cap. 28. lib. 3. Chron.

(4) Ex more, nempe Monasteriali, ut jam explicatum infra cap. 22. qui benedictione percepta perrexerunt, & cap. 24. sine benedictione, D. Hieron. Epist. 22. ut egredientes de hospitio armet oratio: regredientibus de platea oratio occurrat antequam sessio. Auctor pœnarum inter opera D. Basilii. Si quis egrediat de Monasterio, non accepta benedictione, aut non dimissus ab Archimandrita, hoc est, Patre, vel Præfeto Monasterii, sit excommunicatus. Hæc in suam Regulam transtulit S. Legislator noster cap. 67. ex communibus Monasticis ritibus, quemadmodum & pleraque alia: non enim novum induxit institutum, sed jam receptum in melius reformavit, propagavitque. Hunc benedictionis usum procedentibus, & revertentibus largiendæ servamus omnes Benedictini. Isidorus Reg. cap. 23. Quando Fratres foras profiscuntur, vel redeunt, congregatis omnibus in Ecclesia, benedictionem accipiant, erat autem olim benedictio, oratio super itinerantes data, ut Regula præscribit; apud Casinenses nunc benedictio specialis, & osculum pacis est in usu quibusdam tantum eventibus, ut discessuro Abbati, & Fratri Conventuali ad Capitulum pergenti. Cæteris Abbas, vel Superior bene-

erat Laicus, sed (2) Religiosus. Qui (3) ut servi Dei orationem perciperet, & germanum fratrem videret, annis singulis de loco suo ad cellam jejunos venire consueverat. Quadam igitur die, dum iter ad Monasterium faceret, se se illi (4) alter viator adjuncxit, qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque jam hora tardior excrevisset, dixit: Veni Frater, sumamus cibum, ne lassemur in via, cui ille respondit: Absit Frater, non facio: quia ad Venerabilem Patrem Benedictum jejunos semper venire consuevi. Quo responso percepto, ad horam conviator conticuit: sed cum post hæc aliquantulum itineris spatium egissent, rursus ammonuit ut manducarent, consentire noluit, qui jejunos venire decreverat, tacuit quidem, qui ad manducandum invitaverat, & cum eo jejunos adhuc pergere ad modicum consensit. Cumque & iter longius agerent, & eos tardior hora fatigaret, ambulantes (5) invenerunt in itinere pratum, & fontem, & quæque poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conviator ait: Ecce aqua, ecce pratum, ecce (6) amœnus locus, in quo possumus refici, & parum quiescere, ut valeamus iter nostrum postmodum

dictionem genuflexis signo Crucis impertit.

(5) Alii codices nostri, Culpam pepercit. Utrumque rectè; nam Latine dicitur, *Parcere vite*, & *Parcere vitam* Gell. lib. 16. cap. 19. *Vitam modo sibi, ut parcerent*. Terent. *Nihil parcant seni*. *Parcere* est *Abstinere*, editio Antuerpiensis ex Vaticana expressa, apud Hæstenum habet. *Culpa pœnitentiam præcepit*. Et sequitur Yepes, qui vertit Hispanè, *Dioles una pœnitentia ligera*. Quod contrarium est, quam pepercit: sed ex eodem Hæsteno præferenda nostra lectio, quam probat versio Zachariæ, *confestim peccatum relaxavit*. Ex quo etiam collige Gregorium non scripsisse. *Culpa pœnitentiam pepercit*; ut legit Hæstenus; sed *culpam pepercit*, quauquam in idem recidat, *Peccata populi comedit Sacerdos*. hoc est, Hostias pro peccato. *Parcere culpam*, est *abstinere pœnitentiam culpæ*, & sanè pepercit, non præcepit, nam subdit Gregorius: *Perpendens quoque, quòd in ejus absentia ultra non facerent, quem præsentem, &c.* Indulsi ergo peccatum, quod in posterum speravit præcavendum.

IN CAPUT XIII. NOTÆ.

(1) Laicus, ut supra, Popularis non initiatus sacris, nec in sortem Domini adscriptus, à verbo Græco *Laos*, quod populum significat.

(2) Id est vir timens Deum; timoræ conscientiæ, pius, dispositus ad Dei cultum. Alias hujus nominis acceptiones vide apud Lexicographos.

(3) Zacharias, ut emolumentum caperet ex ejus doctrina anima perquam utili, simpliciori phrasi. *Ut servi Dei benedictionem perciperet*, nam oratio, & benedictio pro eodem sumuntur, Gregorio sæpè, cap. 15. *oratione petita, id est, benedictione*, unde infra hic, *sibi orationem dari petiit*, hoc est benedictionem: Orando enim benedicimus; *Dominus sit tecum, Dominus benedicat*. Sæpè etiam Benedictus in Regula, ubi adi notas Ferrarii, & ita paraphrasi Hispana Yepes.

(4) Vel Diabolus, assumpto phantastico corpore, vel per quem diabolus locutus est, ut infra Sanctus Pater: *Malignus hostis, qui tibi per convivatorem tuum locutus est*, Invidebat enim malignus hostis religioso viro jejunii consuetudinem, atque meritum.

(5) Pratis, fontibus, & istiusmodi amœnis locis frequens est ager Casinas, quæ pergebant.

(6) Amœnum, vel quia ad se amandum allicit, vel quod quasi Amunium, & in u converso, ut à Pœnus fit Punicus, & à pœna, impunè, hoc est sine fructu, pro quo nullus fructus exsolvitur, sed solius voluptatis gratia sit. Serv. Voss. Mart. vide etiam Chron. lib. 1. ad cap. 17. num. 621.

dum incolumes explere. Cum igitur, & verba auribus, & loca oculis blandirentur, hac tertia (7) ammonitione persuasus consensit, & comedit: vespertina vero hora pervenit ad cellam. Presentatus autem Venerabili Benedicto Patri, sibi orationem dari petiit: sed mox ei vir sanctus hoc, quod in via egerat, impropertavit, dicens: Quid est Frater? malignus hostis, qui tibi (8) per conviatorum tuum locutus est, semel tibi persuadere non potuit, secundo non potuit, tertio persuasit, & te ad hoc, quod voluit, superavit. Tunc ille reatum infirmæ suæ mentis agnoscens, ejus pedibus provolutus, tanto magis cœpit culpam deslere, & erubescere, quanto se cognovit etiam absentem in Benedicti Patris oculis deliquisse.

PETRUS. Ego sancti viri præcordiis Helisæi spiritum video inesse, qui absentem disci-

(7) Et supra, admonuit, utroque modo scriptum reperitur, ut in similibus.

(8) Convivator, qui convivium parat, Dominus epuli, qualis hic viator adjunctus, qui socium itineris ad prandium invitavit. Convivium Græci *Symposium*, idest, computationem dicunt. Cicero de Senect. Bene enim Majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt, melius, quam Græci, qui hoc idem tum computationem, tum concœnationem vocant, & sanè Græci computationibus proniores. Unde intemperantiùs bibere, *pergracari* dicimus. Sapientes quidem bibunt, ut ne bibant, nebulones bibunt, uti bibant, honesto viro nil turpius. Unde honestatem amittit, & infaniam lucratur. Hinc Lacedæmonii omnem computationem agro suo, & oppidis eliminarunt. Athen. lib. 2. cap. 14. ex Platone 1. de legibus. Puto tamen hic legendum, non *Convivatorum*; sed *Conviatorum*; ut paulo ante, *Tunc Conviator*.

#### IN CAPUT XIV. NOTÆ.

(1) Gothi, & Getæ promiscuè dicuntur à Græcis & Latinis, quamquam Getarum natio præcipuè ad Thraces pertineat. Getas norunt etiam verustiores, ut ipse pater Historiæ Herodotus. Sed Gothos apud Veteres non legas, à Tacito dicuntur Gothini, à Plinio Guttones.

Ampla illa regio, quam Gothi inhabitabant, dicta est ab antiquis Geographis *Scandia*, seu *Scandinavia*, à qua, ut ait Jornandes de rebus Gethicis, quasi officinâ Gentium, aut certè veluti vaginâ nationum Gothi memorantur egressi: sed & aliæ nationes ad devastandam Europam inde prodierunt, Vandali, Langobardi, Heruli, Hunni, Avari, sive Abares, Rugii, & alii. Olim ad Boristhenem, & Tyrum fluvios Gothi habitabant: unde digressi in duos divisi sunt populos. Nam qui ad solis ortum sunt progressi, ac Tauricam Cheronesum, cum multis aliis locis occuparunt, Ostrogothi, hoc est Orientales Gothi sunt dicti, (nam Ost ventus est orientalis:) qui verò Occidentem versus porrexerunt, Visigothi, hoc est occidentales Gothi sunt dicti, à Vest occidentali vento.

Gothi dicti (quidam ajunt) quod boni essent, aut videri vellent, cum populos à Romanorum jugo & servitute liberare profiterentur. Nam *Gut* apud Germanos est *bonus*: indeque proverbialis formula. *Gut Jurist booser Christ*. Bonus Jurista idem malus est Christianus, ex Scioppio. Italiam invaserunt anno 376. Duce Alarico, & ad Justiniani usque tempora, & annum 554. in ea dominati sunt, donec à Narfete eorum reliquiæ debellatæ. Sed in Hispania diutiùs permanserunt Visigothi. Legendi Jornandes, Sigebertus, Vives ante lib. 6. de Civ. Dei, & Martinius; ex quo præcipuè, quæ dicta sunt, excerptimus, non enim chronologiam nos teximus Geticam. Gregorius ergo, Gothorum, inquit temporibus, nam, ut notat Hæftenus, cum hæc Gregorius scriberet, jam ab annis quadraginta defecerat

pulo præsens fuit.

GREGORIUS. Oportet, Petre, ut interim fileas, quatenus adhuc majora cognoscas.

*De simulatione Regis Totilæ deprehensa.*

#### CAPUT XIV.

(1) **G**othorum namque temporibus, cum (2) Rex eorum Totila (3) sanctum virum prophetiæ habere spiritum audisset, ad ejus Monasterium pergens, paulò longius substitit, eique se venturum esse nunciavit: cui dum protinus mandatum de Monasterio fuisset, ut veniret, (4) ipse sicut perfidæ mentis fuit, an vir Dei prophetiæ spiritum haberet, explorare conatus est. Quidam verò ejus (5) Spatharius Riggo dicebatur,

Gothorum in Italia Imperium. Libros siquidem Dialogorum scripsisse computatur circa annum 593. aut 594.

(2) Ad Gothorum regnum evectus anno 542. ex Baronio.

(3) Propheta, non Latine dicitur, ut vult Lyranus, quasi *procul sans*: sed Græca est vox à *prophemi*, quod est *profari, prædicere, vaticinari*.

Varia est nominis usurpatio. Antistites sanorum oraculorumque Prophetas vocabant Gentiles, ut ait Festus.

Ægyptiis Prophetæ sunt Sacerdotes. Testis Macrobius. Saturn. lib. 7. cap. 13. 161. *Sacerdotes eorum, quos Prophetas, vocant*, quandoque Vates & Poëtæ *Propheta* appellantur, sic Apostolus ad Tit. 1. Epimenidem Cretensium *Prophetam* vocat, idest Poëtam, Vatem.

Illustrissimus Caramuel in Regulam num. 167. Prophetare in Scriptura sumi quandoque vult pro psallere armonicè, ex quo intelligitur, inquit, illud 1. Reg. 19. *Prophetarum ceperunt etiam ipsi, & Saul prophetavit cum ceteris*. Fides sit apud doctissimum Auctorem, nam, ex contextu non tantum psallere videtur intelligi. Propriissimè tandem prophetare est futura prædicere, vel occulta scrutari, ut supra cap. 11. in fine, quemadmodum hic accipitur.

Prophetiæ septem genera distinguit Isidorus lib. 7. cap. 8. septimum est *replatio Sancti Spiritus*, sicut passim in veris Prophetis, qualis Sanctissimus Pater noster.

(4) Arrianus enim erat, infra, *perfidia Arriana*. cap. 31. *perfidiam incredulitatem intelligit*: ideoque explorare conantem illum repræsentat Gregorius.

(5) Alcuinus epist. 9. ad Niceph. Imperatorem *Arsacii gloriosi Spatharii*. Rhegino chron. lib. 2. *Arsacio Spathario, legato Nicephori Augusti*. Ivo Carnot. in Chronicis. *Cui alia quoque obsequia, atque Spatharios dedit*. Sigebertus in chron. *Tractavit ut inter Missarum sollempnia, cum sibi ipse Papa communionem porrigeret, illum Spatharius suus perimeret: sed Spatharius bona sanctæ communicationis Papam nullo modo videre potuit*. Qui inter Spatharios principem obtinebat locum, *Protospatharius* vocabatur. Paul. Diac. lib. 6. cap. 11. *misso Zacharia Protospathario suo*. Munus illius erat spatham, sive enssem Imperatoris gerere, & corpus Principis custodire. Legendus Codinus de offic. Constantinopol. cap. 5. §. 15. & 55. Voss. de vit. ferm.

Imperatoris Occidentalis Ensis, nunc est Rex Boëmiae, inter septem viros Electores.

*Spatha* Græcum nomen, Ensis, gladius major: nam minor *semispatha* à Vegetio vocatur lib. 2. cap. 15. & *spatula* ab aliis, vide Martin. Spatham non venire armorum nomine, notavimus in chron. Plura alia significat: de quibus idem Martinus, Gallis ad dexteram, Gothis ad lævam fuisse enssem, nota est Sava-ronis ad lib. 4. epist. 20. Sidonii apud Hæftenum.



tur, (6) cui calciamenta sua præbuit, eumque indui regalibus vestibus fecit, quem quasi in persona sua pergere ad Dei hominem præcepit. In cujus obsequio (7) tres, qui sibi adhærere præ cæteris confueverant comites misit, scilicet Vuld, Ruderic, & Blidin, ut ante servi Dei oculos ipsum esse Regem Totilam simulantes ejus lateribus obambulant; cui alia quoque obsequia, atque spatharios præbuit, ut tam ex eisdem obsequiis, quam ex purpureis vestibus Rex esse putaretur. Cùmque isdem Riggo decoratus vestibus, obsequentium frequentiam comitatus, Monasterium fuisset ingressus, (8) vir Dei eminens sedebat. Quem venientem conspiciens, cùm jam ab eo audiri potuisset, clamavit dicens: Pone fili, pone hoc quod portas, non est tuum (9) Qui Riggo protinus in terram cecidit, & quia tanto viro inludere præsumpsisset, expavit, omnesque, qui cum eo ad Dei hominem veniebant, terræ consternati sunt. Surgentes autem propinquare minimè præsumpserunt, sed ad suum Regem reversi nunciaverunt trepidi, in quanta velocitate fuerant deprehenfi.

*De prophetia, quæ de eodem Rege facta est.*

CAPUT XV.

**T**unc per se (1) isdem Totila ad Dei hominem accessit, quem cùm longè sedentem cerneret, non ausus accedere, sese in terram dedit. Cui cùm vir Dei bis, terque diceret, surge, sed ipse ante eum de terra erigi non auderet: Benedictus Jesu Christi Domini famulus (2) per semetipsum dignatus accedere est ad Regem prostratum, quem de terra levavit, de suis actibus increpavit, atque in paucis sermonibus cuncta, quæ illi erant

- (6) Regium enim insigne erant calcei coccinei, seu purpurei. Ad Hæstenum. Purpurea etiam erant vestimenta, hic infra, *ex purpureis vestibus.*
- (7) Non qualescunque comites intelligo, sed Comites officio, & dignitate, ut rectè Hæstenus. Horum trium nomina Codices nostri decurtata referunt, Vuld, Ruderic, & Blidin, & sanè Gothica dialectus non aliter efferebat, molliori tamen sono nostri pronunciant Vuldericum, Rudericum, Blidinum.
- (8) Neque assurrexit venienti, ut situ etiam corporis simulationem deprehensam indicaret.
- (9) Veneratione, & mentis abiectione, quod infra fraude deprehensus fuisset. Subditur enim, *expavit*: pavor autem vires infirmat, iisdem affectibus cæteri quoque terræ consternati sunt.

IN CAPUT XV. NOTÆ.

- (1) Isdem non mutandum; nam est ab *is*, & *dem*, & per contractionem, *idem*. Non rard in aliis auctoribus, & sæpè in Gregorio infra.
- (2) Dignationem hic agnoscit Gregorius, quod panosus Eremicola tremendum Regem prostratum de terra levaverit. Tanta est famulorum Christi majestas! tanta super omnem humanam majestatem celsitudo! At Diogenes pro dolio sedens adeunti Alexandro nec assurgere dignatus est.
- (3) Hæstenus, Lauretus, & vulgati, legunt *conquiesce*. Sed constans nostrorum lectio est, *compscere*.
- (4) Vide Historicos, & præsertim nuperrimum Regnum Italiæ Thesauri.
- (5) Baronius ex Procopio, Totilam extinctum computat anno regni ejus undecimo inchoato, decimo expleto. At Gregorius ait, novem annis regnabis, decimo morieris. Non ergo expleto decimo, ex Gregorio. Hunc Totilæ cum Benedicto congressum anno 543. contigisse vult Hæstenus. Ut propterea Benedictum non anno 542. ut plures opinantur, sed 543. obiisse existimet.

**A** ventura, prænuñciavit, dicens: Multa mala facis, multa mala fecisti, jam aliquando (3) ab iniquitate compescere. Et quidem (4) Romam ingressurus es, mare transiturus, novem annis regnas, decimo morieris. Quibus auditis, Rex vehementer territus, oratione petita, recessit: atque ex illo jam tempore minus crudelis fuit. Cùm non multò post Romam adiit, ad Siciliam perrexit: (5) Anno autem Regni sui decimo, Omnipotentis Dei judicio, Regnum cum vita perdidit. Præterea (6) Antistes Canosinæ Ecclesiæ ad eundem Domini famulum venire consueverat, quem vir Dei pro vitæ suæ merito, valde diligebat. Is itaque, dum cum illo de ingressu Regis Totilæ, & Romanæ Urbis perditione colloquium haberet, dixit: Per hunc Regem Civitas ista destruetur, ut jam amplius non inhabitetur. Cui vir Dei respondit. Roma à Gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus, (7) coruscis, & turbinibus, ac terræmotu fatigata, marcescet in semetipsa. (8) Cujus prophetiæ mysteria nobis jam facta sunt luce clariora, qui in hac Urbe dissoluta moenia, everfas domos, destructas Ecclesias turbine cernimus: ejusque ædificia longo senio jam laxata, quia ruinis crebrescentibus prostrantur, videmus. (9) Quamvis hoc Honoratus ejus discipulus, cujus mihi relatione compertum est, nequaquam ex ore illius audisse, se perhibet, sed quia hoc dixerit, dictum sibi à Fratribus fuisse testatur.

*De Clerico à dæmonio liberato.*

CAPUT XVI.

**E**odem quoque tempore quidam (1) Aquinensis Ecclesiæ Clericus dæmonio vexabatur.

- (6) Savinus, vel Sabinus vocabatur, ut ex actis Sancti Placidi, ubi sic. *Beatissimus vero Placidus Sanctum Marcianum Episcopum (Beneventanum) salutans in osculo sancto, post aliquot dies ad Canusiam Apulia civitatem devenit, in qua cum ingenti gaudio, & dilectione, ob amorem Beati Benedicti, à Sancto Savino, ejusdem civitatis Episcopo, susceptus est, ob amorem, inquit, Beati Benedicti, cum quo sibi sancta amicitiae jura intercedebant, ut hic testatur Gregorius.*
- Canosia igitur, vel Canusia urbs est Apuliæ Peuceciæ apud Aufidum fluvium; à Cannis tribus millibus passuum distans. Barulo 8. Bario 35. nunc proprium non habet Episcopum, sicut neque Cannæ, & ipsæ olim Civitas (non Vicus) nunc verò funditus excissæ, memoriâ nunquam excidendæ, ob ingentem illam Romanorum cladem famosissimæ. Episcopatum tamen Cannensem ab Archiepiscopo Nazareno Baroli exerceri etiamnum, refert Ferrar. in Lexico Geogr.
- (7) Fulguribus, & fulminibus, intellige.
- (8) Scitè Gregorius mysterio opponit claritatem. Mysterium enim rem arcanam, occultam, absconditam signat ex origine, præsertim tamen sacram ex usu.
- (9) Religiosissima hinc elucet Gregorii fides in his Benedicti gestis referendis. Cùm Honoratum hujus capitis teitem non immediatè Benedicto fecerit.

IN CAPUT XVI. NOTÆ.

- (1) Hæstenus. *Aquinum*, ut Strabo lib. 5. ait, *Urbs est magna, quam magnus præterfluit amnis Melphis*, At nec Melphis, sive Melpha, magnus amnis est, imò nec amnis, sed ferè torrens, nam æstate pænè siccatur, nec Aquinum præterfluit, sed ab eo tertio, vel quarto distat lapide. Alluit nihilominus Aquinum alius fluviolus. Hæc nobis patentia, quæ exteris præve nota. Addit Hæstenus. *Aquinum Angelici Doctoris Sancti Thoma natalibus illustra-*



batur, qui à Venerabili viro (2) Constantio Ecclesiæ ejus Antistite per multa fuerat Martyrum loca transmissus, ut sanari potuisset. Sed sancti Dei Martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaque est ad Omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Jesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obsessio homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens: Vade, & post hæc (3) carnem non comedas, ad sacrum verò Ordinem numquam accedere præsumas: quacumque autem die sacrum Ordinem temerare præsumperis, statim juri diaboli iterum manciparis. Discessit igitur Clericus sanus, & sicut terrere solet animam pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim custodivit. Cum verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, (4) & minores suos sibimet superponi in sacris Ordinibus cerneret, verba viri Dei, quasi ex longo tempore oblitus, postposuit, atque ad sacrum Ordinem accessit: quem mox is, qui reliquerat diabolus tenuit, eumque vexare (5) quousque ejus animam excuteret, non cessavit.

PETRUS. Iste vir Dei divinitatis, ut video, etiam secreta penetravit: qui perspexit hunc Clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum Ordinem accedere auderet.

GREGORIUS. Quare divinitatis secreta non nosset, qui divinitatis præcepta servaret? Cum scriptum sit: *qui adhæret Domino unus spiritus est.*

PETRUS. Si unus fit cum Domino spiritus, qui Domino adhæret, quid est, quod iterum isdem egregius prædicator dicit, quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Valde enim esse inconueniens videtur, ejus sensum, cum quo unus factus fuerit, ignorare.

GREGORIUS. Sancti viri in quantum cum Domino unum sunt, sensum Domini non ignorant. Nam isdem quoque Apostolus dicit: Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita, & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei. Qui ut se ostenderet nosse quæ Dei sunt adjunxit: Nos autem non spiritum mundi hujus accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est. Hinc iterum dicit: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se, nobis autem revelavit per spiritum suum.

*stratum*, non Aquini natus est Angelicus doctor, sed in castro salubrioris aëris, quod Rocca sicca etiamnum vocatur ad radices Cæri montis; quatuor passuum millibus ab Aquino, eratque tunc castrum illud sub dirione Aquinensium Comitum, olim Monasterii Casinensis.

Thomas verò cognominabatur Aquinas à paterna Familia, quæ a principali ejus dominio Aquino nomen habebat, ut per ea sæcula moris erat: ac subinde Aquinum quodammodo natale solum Thomæ dici possit. Veteris Aquini, præter rudera ingentia, & Ecclesiam Cathedralē, ipsam quoque collabentem, pauculæ nunc supersunt casæ potius, quam domus, à Friderico quippe secundo dirutum, nunquam deinde ex integro restauratum fuit. Paret nunc Sorano Ducis, ejusque Episcopus Aquini titulum retinens, ad Pontemcurvum residere consuevit. Sæpè de Aquino in chron. Casin.

A PETRUS. Si ergo eidem Apostolo ea, quæ Dei sunt, per Dei spiritum fuerant revelata: quomodo super hoc, quod proposui præmisit, dicens. O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & (6) ininvestigabiles viæ ejus! Sed rursus mihi hæc dicenti alia suboritur quæstio: nam David Propheta Domino loquitur dicens: In labiis meis pronunciaui omnia judicia oris tui. Et cum minus sit nosse, quàm etiam pronunciare, quid est, quòd Paulus incomprehensibilia esse Dei judicia asserit, David autem hæc se omnia non solum nosse, sed etiam in labiis pronunciaisse testatur?

B GREGORIUS. Ad utraque hæc tibi superius sub brevitate respondi dicens, quòd sancti viri in quantum cum Domino unum sunt, sensum Domini non ignorant. Omnes enim, qui devotè Dominum sequuntur, etiam devotione cum Deo sunt, & adhuc carnis corruptibilis pondere gravati cum Deo non sunt: occulta itaque Dei judicia in quantum conjuncti sunt, sciunt, in quantum disjuncti sunt, nesciunt, quia enim secreta ejus adhuc perfectè non penetrant, incomprehensibilia ejus judicia esse testantur. Quia verò ei mente inhærent, atque inhærendo, vel Sacræ Scripturæ eloquiis, vel occultis revelationibus, in quantum accipiunt, agnoscunt; hæc & norunt, & pronunciant. Judicia igitur, quæ Deus tacet, nesciunt: & quæ Deus loquitur sciunt. Unde & David Propheta cum dixisset: in labiis meis pronunciaui omnia judicia, protinus addidit, oris tui: ac si aperte dicat: Illa ego judicia, & nosse, & pronunciaisse potui, quæ te dixisse cognosco. Nam ea, quæ ipse non loqueris, nostris procul dubio cognitionibus abscondis. Concordat ergo prophetica, Apostolicaque sententia, quia & incomprehensibilia sunt Dei judicia, & tamen quæ de ore ejus prolata fuerint, humanis labiis pronunciantur: quoniam sciri ab hominibus, & prolata per Deum possunt, & occultata non possunt.

D PETRUS. In objectione meæ quæstionculæ patuit causa rationis, sed quæso te, si qua adhuc sunt de hujus viri virtutibus subjunge.

De

(2) De eo idem noster Gregorius lib. 3. dial. cap. 7. & Baron. in notis ad Martyrol. Kalendis Septembris, quo die ejusdem sancti Episcopi memoria colitur.

(3) Clericus iste spiritum habuisse videtur, tum libidinis, tum superbiæ, ideoque, & à carnibus abstinentiam, & ad sacrum Ordinem non accedere illi præscriptum à sapientissimo Medico. Hieron. ad Jovin. Esus carnis, & potus vini, ventrisque saturitas, seminarium est libidinis. Bernard. in Cant. Abstinebo a carnibus, nedum nimis mihi carnem nutriunt, simul & carnis nutriant vitia.

(4) Magnum invidia incitamentum!

(5) Deo sic permittente, quòd viri Dei mandatum neglexisset, ac subinde ipsius Dei per Benedictum loquentis.

(6) Alii codices cum vulgata. Investigabiles; sed utrumque ad sensum idem, nam à *vestigo* investigabiles, & ab *investigo*, ubi particula *in* auget, fit *ininvestigabiles*.

De prophetia destructionis Monasterii sui.

CAPUT XVII.

GREGORIUS. **V**ir quidam nobilis (1) Theopropus nomine ejusdem Benedicti Patris fuerat ammonitione conversus, qui pro vitæ suæ merito magnam apud eum familiaritatis fiduciam habebat. Hic cum quadam die ejus cellulam fuisset ingressus, hunc amarissimè flentem repperit. Cumque diu subsisteret, ejusque non finiri lacrymas videret, (2) nec tamen ut vir Dei consueverat, orando plangeret, sed mœrendo, quænam causa tanti luctus existeret inquisivit. Cui vir Dei illicò respondit: (3) Omne hoc Monasterium, quod construxi, & cun-

(1) Et cap. 35. Sic aliqui nostri codices. Quidam, Theoprobos, ut etiam vulgari, utrumque re-  
gè, nam P. & B. sæpè permutantur, scripsi, nupsi sunt à scribo, nubo, unde in aliquibus scripsi, nubsi reperitur, nuptiæ dictæ, quod nubentium capita obnubantur, hoc est operiantur, scopa est à scops, vel à scabo. Alpes ab albore nivium. Pluo à blau Græco. Vide Voss. de literarum permutacione. Hunc Theoprobum eundem illum esse, de quo cap. 35. Religioso viro Theoprobato mandavit, &c. aliquis existimet. Quod si verum est, dicere oportet, Theoprobum Casinatem fuisse, & in Casini oppido habitare solitum, obstat tamen, quod hic ait, Theoprobum viri Dei fuisse ammonitione conversum, qua phrasi indicari videtur, Monachum fuisse, ut conjectat Hæftenus, & cap. seq. de Exhilarato, quem ipse conversum nosti. Monacho autem extra Monasterium habitare non licebat, super quod, Theoprobum ibi vocat virum Religiosum, idest pium, non verò Monachum, nisi aliquando alterum pro altero ponitur.

(2) Sic legunt omnes nostræ tabulæ, & certè meliùs, quam apud Hæftenum. Nec tamen vir Dei consueverat orando plangere, sed mœrendo, quis enim lacrymarum donum Benedicto deneget, cum Gregorius cap. 1. dixerit, sese cum lacrymis in orationem dedit, quod ipse notavit Hæftenus, consueverat ergo vir Domini orare piangendo, non mœrendo, ubi Gregorius, plangere sumpsisse videtur, pro lenitè & quietè plorare; mœreri verò pro acriùs dolere, & tristari acerbùs, lugendo, gemendo, & ejulando cum amaritudine animi, unde subdit, quænam causa tanti luctus, quod explicat versio Zachariæ, Hunc cum non vidisset, sicut solebat horâ orationis quietè lacrymantem, sed ulularus, & lamentabiles emittere gemitus. Mœreri enim est animo amarum esse & tristari, ubi obiter notandum cum Manutio, & Vossio, mœreri per æ, non per e scribendum; ex antiquis libris, & lapidibus.

(3) Quo anno Christi impleta fuerit hæc revelatio discussum est in chronicum Casinense: Yepes revelationem refert ad ultimum sancti Patris annum.

(4) Et infra, Animas custodiret, idest vitas; nullus enim Monachorum periit à Langobardis. Anima verò pro vita est, Genes. 2. Factus est homo in animam viventem, ubi alia versio habet, in spiritum loquentem, quasi loquela, anima & vita hominis computetur. Hinc Evangelista signum resuscitati adolescentis posuit locutionem, Et cepit loqui. Psalmo etiam 118. anima mea in manibus mess semper, quasi diceret, quotidie periclitor pro vita mea, illam in manu portans omnibus expositam. Italicè, Tengo la vita mia nelle punta delle dita, esposita ad ogni pericolo, per offervar i tuoi precetti. Hebræis est, Ponere animam in vola. Jud. 3. Posui animam meam in manibus meis, transivique ad filios Ammon. 1. Reg. 19. & alibi. Hæft. num. 7, Animas refert ad vitam non corporalem, sed spiritualem. Verùm Gregorius ad corporalem.

Tom. IV.

A sta, quæ Fratribus præparavi; Omnipotentis Dei judicio Gentibus tradita sunt; Vix autem optinere potui, ut mihi ex hoc loco animæ (4) cederentur. Cujus vocem tunc Theopropus audivit: nos autem cernimus, qui destructum modo à Langobardorum Gente ejus Monasterium scimus. Nocturno enim tempore quiescentibus Fratribus, nuper illic (5) Langobardi ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illic tenere potuerunt: sed (6) implevit Omnipotens Deus quod fidei famulo Benedicto promiserat, ut si res Gentibus traderet, animas custodiret. Qua in re Pauli vicem video tenuisse Benedictum, cujus dum navis rerum omnium jacturam pertulit, ipse in consolatione vitam omnium, qui eum comitabantur, accepit.

De

mihi respicere videtur. Apud Plaut. Afin. act. 5. scæn. 2. Anima pro halitu accipitur, *dicam an fatet anima uxoris tuæ?*

(5) Sic dicti non à longis barbis, sed à longis securibus, ut notavimus ad chronicum, quicquid Paulus Diaconus, quamquam & ipse origine Longobardus, & ex ipso Hæftenus prodiderint de hoc erymo.

De aliis Monasterii Casinensis vastationibus, quas hic recenset Hæftenus, ad chronicum, quod simul edimus, Lectorem remittimus.

(6) Ad hunc locum sic notat Hæftenus. Ex bujus prerogativa promissionis asserunt Casinensis Monasterii Cenobita (ut eorum relatu, cum illic esset, didicit R. D. Hieronymus Coquelin, nunc Luxoviensis Abbas) pia, vetustaque traditione, quasi certum istic haberi, nullum ibidem mori in statu peccati mortalis, idque varijs experimentis fuisse comprobatum. Nonnullos enim seculares gravibus sceleribus irretitos, insigni, dum istic essent, penitentia ad Deum sese convertisse, priusquam à vivis excederent. Id ipsum sacratissimi bujus Cenobii privilegium, saltè pro degentibus in eo Religiosis agnovisse videtur Beatus Petrus Damiani opusc. 36. cap. 16. Desiderio Abbati, totique Conventui ita scribens. Beati, qui vobiscum vivunt. Beati, qui inter vos, & in sanctis operibus vestris moriuntur. Pia nimirum fide credendum est, quia scala illa, quæ de Casino monte olim in Calum videbatur erecta, adhuc paliis frata, lampadibusque coruscat, sicut tunc excepit Duce, ita nunc exercitum transmittit ad caelestia subsequenter. Hucusque Hæftenus. Quibus quid addam Casinas ego, in hoc sacro Archisterio à pueritia enutritus? A pia majorum nostrorum credulitate non recedo: sed nemini securitatem promitto. Scio enim, & Angelos in cælo, & primos parentes nostros in Paradiso peccasse, & Judam inter Apostolos connumeratum à Christo, infelicissima morte vitam terminasse: non desunt tamen exempla, quæ hanc piam fiduciam fovere videantur. Plura congerere possem, sed brevitatè gratiæ, duo dumtaxat narrabo. Cum junior adhuc essem, divertit huc ad nos ex itinere infirmitate gravatus nobilis peregrinus miles. Humaniter, honestoque receptus hospitio, visus est primùm convalescere. Verùm recrudescens postea morbus, præsidia omnia, medicorumque diligentiam elusit. Monitus infirmus non semel, ut animæ suæ consulere, nihil impetratum, quin potiùs divinam Providentiam impiè accusabat impietatis, quòd se in ipso vitæ flore deflorescere siceret, quasi non suo fato, amantissima conjuge, charissimisque pignoribus infelicitimè derelictis, & nedum salutatis. Ergo cum diù morbo eluctatus, nec mori posse videretur, & vivere desperaret, ejicite me hinc, inquit, efferte foras jam conc amatum: in hoc enim Monasterio mori non possum. Tum in agone ultimo fatigabatur septem diebus, nullo refectus, neque cibo, neque potu, ita dentibus, totoque obriguerat corpore. Quid consilii caperet sedula nostrorum charitas, ignorabat. Tandem duo mili-

D d

tis

*De flascone sublato, & per spiritum cognito.*

## CAPUT XVIII.

**Q**uodam quoque tempore (1) Exilaratus noster, quem ipse conversum nosti, transmissus à Domino suo fuerat, ut Dei viro in Monasterium vino plena (2) duo lignea vascula, quæ vulgò flascones vocantur, deferret: qui (3) unum detulit, alterum verò pergens in itinere abscondit. Vir autem

is famuli, qui aderant, non repugnantibus nostris, Dominum suum pænè jam cadaverosum, è claustris efferunt: vix extra januam deportatum spiritus defecit.

Frater quidam ex nostris, quos Commissos vocamus cui nomen Petro, Venetiis ortus, ad extrema veniens, peculium non magnum, quod in vita clam habuerat, nec in morte revelabat, quadraginta diebus animam agens, jam scēbat, divina demum præventus gratia, ad cor rediens, & quasi è veterno evigilans, Confessarium petit, imò scelus suum publicè fassus, christianisque sacris expiatus, religiosam paulò post mortem obiit.

Ad illud verò, quod postremo loco hic addidit Hæstenus, asserere Casinenses, in sacrum hunc montem fulgura aut fulmina non decidere, ò utinam fas esset annuere! Imo frequentiora nos terrent, quod ante sexcentum annos testatus est Ostiensis lib. 3. cap. 22. Dicere fortè voluit Hæstenus, innoxia hic esse fulmina, sed neque absolute id asserere potuerunt Casinates. Vide ad locum citatum.

## IN CAPUT XVIII. NOTÆ.

- (1) Monachum fortè fuisse in Monasterio Sancti Andreæ Divi Gregorii proprio, ideoque nostrum Gregorio appellatum, conjectat Hæstenus.
- (2) *Flasco*, vel *flasca* à Græco vocabulo *flaske*, vel *flaskion*, deducit Hæstenus ex Martino in Lexico. At Vossius Germanicam agnoscit vocem, à quibus dicitur *flasch*, vel *flesche*. Non enim veteres Græci ea voce usi sunt, sed recentiores. Vas figulinum est, aut vitreum vino conservando idoneum. Andreas Presbyter in chronico Bavarico, ignorans, quòd caliditate quadam geminus potus in eodem flascone sibi offerretur. Joannes Tyrocius in chronico Ungarico. Propter timorem hostium, fecit illam (coronam) includi in flasconem. Hincmarus de vita Sancti Remigii. Alcuinus de vita Sancti Villibrordi, & alii apud Voss. de vit. serm. Retinemus adhuc nomen.
- (3) Simile quid refert idem Gregorius 3. dial. cap. 14. Locus in itinere, in quo flasconem abscondit Exilaratus traditur fuisse, ubi nunc constructa est Cappella Sanctæ Crucis, in via publica mille plus minus passibus à Monasterio. Intra eandem Cappellam visitur etiam saxum cum impressione coxæ, & cruris jumenti. De quo, quoniam Lauretus, & ex eo Hæstenus, opportunam hic addiderunt annotationem, eandem & nos apponere non pœnitendum erit; aliqua enim ex antiquo codice, unde sumpta est, corrigemus.
- Alcendentibus ad Monasterium Casinense per viam Sancti Germani, in medio serè itineris, occurrit quoddam sacellum, titulo Sanctæ Crucis insignitum, super cuius altare visitur quædam verusta scriptura, in lapidea tabula sculpta, tenoris sequentis. Anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, sanctissimus Pontifex Cœlestinus Quintus, cum limina Beati Benedicti devotè visitaret, & ad cappellam Sanctæ Crucis, quæ in via publica est constructa, euntibus Casinense Monasterium: & miracula, quæ Beatus Benedictus operatus est, ibidem certa relatione reperisset: ob reverentiam almifici Patris indulgentiam eidem cappellæ concessit, ut quicumque in prædictam cappellam Sanctæ Crucis ingrederetur, & Dominicam orationem cum Ave Maria diceret, centum annos, & centum

A Domini, quem facta absentia latere non poterant, unum cum gratiarum actione suscepit, & discedentem puerum monuit, dicens: Vide fili de illo flascone, quem abscondisti, jam non bibas, sed inclina illum cautè, & invenies, quid intus habet. Qui confusus valdè à Dei homine exivit, & reversus, volens adhuc probare quod audierat, cum flasconem inclinasset, de eo protinus serpens egressus est. Tunc prædictus Exilaratus puer, per hoc quod in vino repperit, expavit malum quod fecit.

De

„ quadragenas, totiens quotiens inde transiret, misericorditer obtineret, & haberet.  
„ Sic ibi. Quæ autem fuerint miracula, ob quæ Summus Pontifex motus fuerit ad præfatam indulgentiam concedendam, videtur colligi posse, ex subjectis litteris Roffredi Abbatis Casinensis, & Cardinalis, ad Joannem de Salerno æquè Cardinalem datis: quarum tenor talis est.

Anno Domini MCLXXXIX. mense Julii.

DOMINO JOHANNI DE SALERNO

Presbytero Cardinali, Roffridus tituli Sanctorum Marcellini, &amp; Petri, &amp; Casinensis Abbas.

Cum omnium quæ circa nos geruntur, non modica vos cura sollicitet, & ut verè diligens participem vos nobis, & ex animo compassibilem in singulis offeratis: præter juris ordinem incederemus vobiscum, & in lege amicitie quàm maximè peccemus, si celaremus illud à vobis, quod communitum conferat gaudium, & de nostra calamitate deficientem quodammodo vestrum spiritum relevaret. Ecce enim, quia magnificavit nuper Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes, & sepultis omnium gaudiorum organis, solam, qua premebamur, miseriam pensabamus. Absorbuerat nos siquidem jam mœstitia ultra modum, & hinc rerum inopia, inde nos hostili metu prementibus, eramus jam, & de vita dubii, & de morte securi. Concluserat namque Dominus in gladio populum suum, depascebantur filii Belial vineam Domini, faciesque pauperum demoliebantur, & in tantum sævitia processerat malignorum, cuncta ferro, flammisque vastantium, ut jam non tantum corde, sed ore insipiens diceret: Non est Deus, miserique pusillanimes, qui in miseris non subsistent, ignorant quia de humo non egreditur dolor: clamaverunt, & Dominus non exaudivit eos, quia cum occideret eos, tunc inquirebant eum. Non sic generatio quærentium faciem Dei Jacob, sed in die tribulationis suæ requirunt Deum manibus suis, id est operibus suis. Exquirunt, & inveniunt: petunt & accipiunt: pulsant, & aperitur eis. Expertus est hoc sic esse, ut dicimus, claudus ille Johannes de Vayrano, vobis, & cunctis, qui domum nostram frequentant, notissimus; Hic est homo dictus sit ratione utens, quod est hominis, in eo tamen minus homine putabatur, quia non pedibus gradiebarur, ut homo, sed ut reptile manibus, natibusque serpebat.

Dedit se hic talis Patri nostro Confessori permagnifico Benedicto ab eo tempore, quo castrum Vayrani nobis est munificentiam Imperiali collatum: & cæteris illius terræ incolis à nostra ditione recedentibus, non recessit. Expectans expectavit si fortè veniret tempus miserendi ejus, si fortè ab illius impetu fluminis qui totam lætificat civitatem Dei, aliqua misericordie stilla profueret, qua membris emortuis, nervisque ariditate nimia tenuatis, aliquis infusus vigor stupentes articulos vivacibus officiis ordinaret. Affuit ejus votis misericordia Creatoris, nec meritum defuit Benedicti, cujus in hac causa patrocinio utebatur. Nam

„ sex-

*De mappulis à servo Dei acceptis.*

## CAPUT XIX.

**N**on longè autem à Monasterio (1) vicus erat, in quo magna multitudo homi-

„ sextâ feriâ primâ præteritâ, quæ Kalendas  
 „ subsecuta est Julii, excubans ibi ante fores  
 „ atrii, quod dicitur Paradisus, super triticum  
 „ quod ibi congestum erat ad desiccandum,  
 „ reverendi vultus senex, semel, & secundò  
 „ astitit, & ut surgeret ac abiret, satis impe-  
 „ riosè mandavit. Excitatus est homo, &  
 „ quasi in estasi positus, quid ageret ignora-  
 „ bat, nesciebat enim senem, qui mandatum  
 „ dederat, nesciebat, ad quid surgeret, vel  
 „ quò abire se vellet. Obdormavit iterum,  
 „ iterum visio priori similis, immo longè ex-  
 „ pressior, & efficacior est secuta. Idem  
 „ namque senex in eodem habitu, scapulare  
 „ videlicet indutus, ac tunicam, astitit ho-  
 „ mini, mandavit, ut surgeret, fratrem Be-  
 „ nedictum se esse nominans, locum etiam,  
 „ in quo eum ire vellet, designavit ex no-  
 „ mine. Vade, inquit, ad locum, qui dicitur  
 „ Sanctæ Crucis, ubi in memoriam mei  
 „ nominis oratorium est constructum, illuc  
 „ cum iveris, sanitatem, quam suspirasti diu-  
 „ tius, consequeris. Est enim locus ille in  
 „ memoriam signorum, quæ fecit ibi Domi-  
 „ nus per merita Confessoris, ab antiquis in  
 „ multa habitus, & à modernis de cætero  
 „ plus habendus: ubi inter alia, quæ referun-  
 „ tur gesta miracula, duo præcipua memo-  
 „ rantur, quorum alterum ex scriptura, alte-  
 „ rum relatione didicimus seniorum. De vasis  
 „ quæ vulgò falciones dicitur, in quibus viro  
 „ Dei vinum fidelis cujusdam devotio destina-  
 „ vit, in dialogo suo Beatus Gregorius refert,  
 „ quòd vinigerulus alterum sancto viro porta-  
 „ verit, alterum, quod sibi nequiter retinere  
 „ posse sperabat, illo in loco dicitur occul-  
 „ tasse. Mox autem, ut sillato altero, alte-  
 „ rum sibi sumere vellet, serpens de vase, jux-  
 „ ta verbum viri Dei, prodiit, & pro vino  
 „ iniquè sublato, ipsum iniquitatis emisit au-  
 „ ctorem.  
 „ Ab antiquis etiam usque ad nos processit  
 „ opinio, quòd cum vellet vir Dei, mulæ in-  
 „ sidens, montem scandere, in scabiosum  
 „ lapidem impingens, mula corruit: set ne  
 „ vir sanctus, vel animal, quo vehebatur,  
 „ lationem aliquam pateretur, in ceræ mol-  
 „ litiem resolutus lapis, carnis teneritudini  
 „ cessit duritia ejus: & signi hujus memoriam  
 „ omnibus locum visentibus dereliquit. Est  
 „ quoque non modicum medicinalis febribus  
 „ lapis ille, prout testantur multi, qui de illo  
 „ in remotissimas deferunt regiones. Ad hunc  
 „ locum ( prout sibi sanctus mandaverat )  
 „ præfatus Johannes manè surgens accessit,  
 „ non absque multo desiderio, factæ sibi pro-  
 „ missionis præstolans eventum. Adest vir  
 „ sanctus, & quod dictu mirabile est, sicut  
 „ eum ymaginariè per visum nocte perspex-  
 „ rat, intuitu corporeo deprehendit. Stupet  
 „ homo, colores variius vultus induit: nunc  
 „ ex gaudio rubicundus color exoritur, nunc  
 „ ex timore pallefcit: in sudorem totus resol-  
 „ vitur, atque inter spem, metumque medius  
 „ quid ageret nesciebat. Vocat eum iterum,  
 „ sanctus ex nomine. Johannes, inquit,  
 „ surge; ad domum concitus revertere meam:  
 „ porrectaque manu, viam, qua ad Ecclesiam  
 „ rediret suam, tam verbo, quam ipsa manus  
 „ extensione monstrabat. Exiliens continuò  
 „ claudus ambulavit, illudque modicum iti-  
 „ neris, quod vix toto repando corpore in  
 „ montis aëscensu consecerat, tanta rediens  
 „ agilitate peregit; ut plures, qui eum ha-  
 „ buerunt obviam, non claudum, set curso-  
 „ rem aliquem æstimarent. Persuadebat hoc  
 „ credere habitus ipse. Erat enim non succin-  
 „ ctus: set ita decurtatis vestibus, utpote qui  
 „ ejus non nisi mediam partem corporis texe-  
 „ rat, ut satis cursoris speciem, & incessus  
 „ agilitate, & ipsa vestium habitudine signa-

*Tom. IV.*

**A** num ad fidem Dei ab idolorum cultu Bene-  
 dicti fuerat exhortatione conversa. Ibi quo-  
 que (2) quædam sanctimoniales fœminæ in-  
 erant, & crebrò illuc pro exhortandis ani-  
 mabus, Fratres suos mittere Benedictus Dei  
 famulus curabat. Quadam verò die misit ex  
 mo-

„ ret. Vidimus, & audivimus hæc omnia  
 „ nos omnes, vidit etiam populus claudum  
 „ ambulantem, & laudantem Dominum: cu-  
 „ jus laudibus, & nos nostras subjuncimus,  
 „ & ut vos vestras adiciatis, oramus.  
 „ Fuit Roffredus iste Abbas Casinensis quin-  
 „ quagesimus secundus, electus anno Domini  
 „ millesimo centesimo octogesimo septimo.  
 „ Postmodum verò à Cœlestino Tertio Cardi-  
 „ nalis creatus anno 1189.  
**B** Hucusque Lauretus, & Hæstenus. Patria fuit  
 Soranus, ex Ricc. de S. Germ. ann. 1207.  
 obiit anno 1209. penultimo die Maji, apud  
 Sanctum Germanum, ex eodem, & aliis no-  
 stris monumentis.  
 Mihi sanè religio esset piæ huic, & à majoribus  
 ad nos traductæ opinioni severo supercilio fi-  
 dem abrogare. Video tamen quid acrioris  
 censuræ judiciis, & qui nasum plusquam Rhi-  
 nocerotis habent, circa hoc subolere possit.  
**C** Præstat tamen non transgredi terminos, quos  
 posuerunt Patres nostri: sed ea piè credere,  
 quæ ipsi crediderunt.  
 Ascendentibus eundem montem obvius est,  
 non multo post lapis, impressum habens ve-  
 stigium genu hominis. Vulgo traditur San-  
 ctum Patrem Benedictum, cum primùm ca-  
 cumini Casinensis Arcis appropinquaret, hic  
 substitisse; & ut ad pugnam jam jam cum  
 hoste subeundam, orationis præsidio se mu-  
 niret, ibidem adgeniculatum, & adgeniculan-  
 tis vestigium divinitus in silice relictum.  
 Equidem quòd ascendenti montem Benedicto  
 hine primùm, post viæ meandros, apparere  
 cœpit abominatio desolationis, stans in loco  
 sanctificando, ipse loci situs luculenter osten-  
 dit. Ergo ibidem substitisse, & deprecabun-  
 dum Benedictum procubuisse, facilè quisque  
 crediderit.  
 Cæterum de miraculo apud vetustiores profun-  
 dum silentium, unde suspicari quis poterit,  
 posteros, ne hujus primæ cum Diabolo ve-  
 litationis periret memoria, eam ad nos trans-  
 misisse, insculpro ibidem adgeniculantis ve-  
 stigio: cui deinceps populi prona credulitas  
 miraculum concinnaverit.  
**D** Neque reponas multo mirabiliora Benedictum  
 patrasse: ergo & hoc patratum fuisse credi  
 potest. Nam aliud est Fieri potuisse, aliud  
 Factum esse. Primum divinæ potentia nemo  
 non impius negat. Secundum idoneis argu-  
 mentis probari indiget, cum verò vulgus à  
 potentia arguit, ad actum, sæpè paralogizat.  
 Æquiorero spero censuram adhibebit severus  
 Criticus alteri impressioni vitreae ampullæ,  
 quæ ingressis primam Cœnobii januam appa-  
 ret ad dexteram sub altari ædiculæ Sancti  
 Patris Benedicti; quamvis enim Gregorius  
 cap. 28. ampullam quidem projectam, &  
 minimè fractam referat, impressionis verò  
 non meminert, sicut neque de signis cubito-  
 rum, & genuum ibidem, de quibus Hæstenus  
 cap. 32. vetustissimæ tamen traditionis fidem  
 elevare non audebit. Et, ut à domesticis, ad  
 externa procedamus, simile judicium fieri po-  
 test de signo lagenæ impresso lapidi in æde  
 Sancti Placidi prope antiquum lacum apud  
 Sublacum, de quo Hæstenus supra ad cap.  
 7. num. 4. nam de fossulis petræ impressis,  
 in vita Sanctæ Justinæ in Breviario; & de  
 vestigiis Christi Domini in monte Oliveti,  
 Ecclesiæ judicio standum. Nec dissimile tan-  
 dem de impressione totius corporis Sanctissi-  
 mi Patris apud Ruytam (vulgò Rojate. Cum  
 enim Castrum illud sub vespere Sanctus  
 Benedictus adiret, ceu contagio laborans  
 (inquit Hæstenus pag. 182.) ab incolis reje-  
 ctus est. In proximum igitur se conferens  
 campum, in aspera quadam decubuit rupe,  
 quæ mollem ei exhibuit lectulum, inditam-  
 que retinuit corporis figuram.

*Dd 2*

more: Sed is, qui missus fuerat Monachus, post ammonitionem factam, à sanctimonialibus foeminis rogatus, (3) mappulas accepit, sibi que eas in sinu abscondit, qui mox ut reversus est, eum vir Dei vehementissima amaritudine coepit increpare, dicens: Quomodo ingressa est iniquitas in sinum tuum? At ille obstupuit, & quid egisset oblitus, unde corripiebatur, ignorabat. Cui ait, (4) numquid ego illic praesens non eram, quando ab ancillis Dei mappulas accepisti, tibi que eas in sinu misisti? (5) qui mox ejus vestigiis provolutus, stultè se egisse poenituit, & eas, quas in sinu absconderat mappulas projecit.

## IN CAPUT XIX. NOTÆ.

(1) *Vici nihil aliud sunt (Vossium audis) quam multa domus junctæ, sive de urbanis, sive de paganis vicis sermo sit, & hinc vicini, qui in eodem vico habitant.* Gregorius videtur accepisse vicum pro castro sine munitione murorum, quod dixit Papias. Zacharias vertit emporium, idest forum nundinarium Plinio. Multa scire potuit ad ea tempora proximior Zacharias, quæ nobis tot sæculorum spatia obumbrarunt.

(2) Sanctimonialis pro virgine Deo dicata legas apud Augustinum, in codice Justiniani, & apud Goffridum Abbatem Vindociensem, Matthæum Parisum, & in actis proconsularibus Sanctorum Martyrum apud Surium ad 11. Feb. & Baron. tom. 2. an. 303. A sanctimoniali facta postea fuit Monialis. Voss. de vit. ferm.

Multa huc contulit Hæstenus, quibus eruditè ostendit clausuram monialium antiquiorem fuisse Divo Benedicto. Quædam tamen perpetuè se addicebant clausuræ in Cœnobio: aliæ non item, sed privatim in suis domibus vitam agentes, in manibus Episcopi profitebantur, & sacrum velum recipiebant. Has, de quibus Gregorius in præsentis capite, Cœnobitas facit. Hucusque subscribo Hæsteno, & addo nomine ancillarum Dei, sicut hic vocantur, venire Moniales, sicut servorum Dei Monachos, ex contextu hujus operis. In eo verò, quod ipse addit: „ Probabiliter credi potest, in hoc Virginum Cœnobio sanctam vixisse Scholasticam, fundatumque illud à Sancto Benedicto. Nam si ante ejus adventum incolæ vici illius erant Idololatæ, & ab ipso ad fidem sunt conversi, quis credit ante ejus adventum ullas ibi fuisse Moniales? Nec apparet ab alio illic excitatum Cœnobium, quam ab eo qui fidem Dei illic plantaverat. Præsertim cum Casinense territorium ex Tertulli Patritii donatione juris esset Sancti Benedicti: ut proinde in eo alius, absque illius licentia Monasterium fundare non potuerit. Hucusque Hæstenus. In hoc, inquam, ei non subscribo: & primum si Sanctæ Scholasticæ fuit illud Monasterium, neque ignoraturum id puto Gregorium, nec taciturnum; deinde fundatum à Divo Benedicto non sufficienter probatur: non ait Gregorius, omnes vici illius incolas Idololatræ fuisse: sed non minimam in eo multitudinem ab Idolorum cultu à Benedicto fuisse conversam: quis autem ignorat, promiscuè tunc in eodem loco Gentiles, & Christianos habitasse? ut proinde Monialium quoque ibi prius esse potuerit Monasterium excitatum, non à Divo Benedicto, sed à præcedentibus Episcopis Casinatibus, & à Fidelibus, qui inter Gentiles ibi vivebant. Demum quod absque licentia Divi Benedicti, alius ibi Monasterium, eo jam apud Casinum existente, fundare non potuisset, ob donationem Benedicto à Tertullo jam factam, varias petit disceptationes, quæ non sunt hujus loci. Non rejicio Hæsteni opinionem, sed dico non sufficienter probari.

(3) Strophios, sudarios, muccinos, solita Concionatoribus à Monialibus xenia. De mappula vide notas in Regulam num. 197.

De superba cogitatione pueri per spiritum cognita.

## CAPUT XX.

Quadam quoque die, dum Venerabilis Pater (1) vespertinâ jam horâ, corporis alimenta perciperet, ejus Monachus (2) cujusdam defensoris filius fuerat, (3) qui ei ante mensam (4) lucernam tenebat. Cumque vir Dei ederet, ipse autem cum lucernæ ministerio adstaret, coepit per superbæ spiritum in mente sua tacitus volvere, & per cogitationem dicere: (5) Quis est hic, cui ego manducanti assulto, lucernam teneo, fer-

(4) Ad prophetiam refertur absentibus adesse in spiritu. Sed hæc sunt alterius fori.

(5) Poeniteo activum est, & poeniteor passivum. Justinus. *Primi poenitere ceperunt.* Livius. *Sub non poenitendo magistro.* Poenitet impersonale Grammaticorum nugale est commentum. Omnia enim verba, aut activa sunt, aut passiva. Omnia personalia, impersonale nullum, nisi verba infinitivi modi, ut amare, currere. Sanctius in sua Minerva, Sciopius, melioresque Grammaticæ Philosophicæ Magistri. Illos adi, & Pædagogorum multas dedices nugas.

## IN CAPUT XX. NOTÆ.

(1) Non enim prius de more Sancti Patris, quibus tantum in hebdomada, & ad vesperam reficiebatur.

(2) De nomine Defensoris notatum lib. 4. chron. ad cap. 37. & Hæstenus hic.

(3) Præscribit in sua Regula Sanctus Legislator cap. 41. ut lumine lucernæ non indigeant reficientes, sed luce adhuc dici omnia consumuntur, quomodo igitur Monachus iste cum lucernæ ministerio ei adstaret cœnantis? Non ægrè responderi potest. Præscriptum illud regulæ ordinari ad Conventum. Mensam autem Abbatis ex cap. 56. cum hospitibus, & peregrinis fuisse, quorum ferè serotinum adventum expectamus. Ideo Abbas lumine lucernæ indigebat ad mensam. Et fortè eo die Sanctus Pater gravioribus Monasterii necessitatibus distractus fuerat, ut ante tenebras refici non potuerit; Henricus Imperator, cum quererentur Aulici, quod expediendis publicis negotiis Imperator nimis tardè pranderet; ac proinde contulerent, ut suæ salutis consultius prospiceret, respondit: Privato quidem homini tempus cibi esse, cum id lubet, aut solet: at Regi, si nomen suum non abdicat, id solum, quo vacat. Hinc Antigonus Regnum vocabat, *splendidam servitutem*, & Sanctus Pater noster in Regula, *Abbas, inquit, multorum debet servire moribus.*

(4) Poenitentia, vel mortificationis formam hic agnoscit Hæstenus, quasi verò huic puero, ob aliquam culpam fuerit à Sancto Patre injectum, ut lucernam ante ipsum teneret. At Gregorii verba ministerium tonant, non poenitentiam: neque utrumque confudisse auctor Monasticarum consuetudinum scientissimus, *Vocatisque*, subdit, *statim fratribus, præcepit ei lucernam de manibus tolli; ipsum verò jussit à ministerio recedere.* Non ergo publice in Conventu, ubi fieri solent poenitentia, sed privatim Monachus ille lucernam ante mensam Sancti Patris tenebat. Neque propterea sibi nimium Pater arrogabat: Cum enim sibi invicem Fratres ex fraternâ charitate servire debeant, Regul. cap. 35. An non etiam Abbati ex charitate pariter, & ex pietate?

(5) Vides iterum hic ministerium pueri, non poenitentiam. Argumento hinc ducto triumphare sibi videtur Gallonius de Sancti Patris Benedicti nobilitate. Unde enim huic Monacho tumore occasio; nisi quia filius Defensoris fuerat? quo nomine sibi videbatur S. Benedicto longe nobilior: erat enim Defensor tenuis Magistratus, cui quibus tantum civita-



servitium impendo? Quis sum ego, ut isti serviam? ad quem vir Dei statim conversus, vehementer eum cœpit increpare, dicens: Signa cor tuum Frater, quid est quod loqueris? Signa cor tuum; vocatisque statim Fratribus præcepit ei lucernam de manibus tolli, ipsum verò iussit à ministerio recedere, & sibi horâ eâdem quietum sedere. Qui requisitus à Fratribus, quid habuerit in corde, per ordinem narravit, quanto superbiam spiritu intumuerat, & quæ contra virum Dei verba per cogitationem tacitus dicebat. Tunc liquidò omnibus patuit, quòd Venerabilem Benedictum latere nil possit, (6) in cuius aure (7) etiam cogitationis verba sonuissent.

vitatis negotia gubernanda committebantur, ut ex Cassiodoro redditur manifestum; ex his igitur intelligi poterit quantæ nobilitatis fuerit Benedictus, cuius comparatione filius Defensoris longè nobilior videretur. Hæc ferè Gallonius. In quibus refellendis immorari nulla me cogit necessitas: Tum quòd disceptationi de Benedicti natalibus nuncium ab initio jam remisi: Tum quia superabundè Gallonio nostrates sibi visi sunt satis fecisse. Attamen à meo consilio non recedens, pauca gratis non piger apponere, non ut litem contestari videar; sed ne Gallonius de suo sibi vano triumpho blandiatur.

**Primum:** Falsum est Defensorem tunc fuisse absolutè tenuem Magistratum. Justinianus Benedicti cœvus ad Hormisdam Pontificem. *Ad Beatitudinem vestram, inquit, frater noster gloriosissimus Vitalianus, per Paulinum virum sublimem Defensorem nostræ Ecclesiæ rescripsit;* Eo officio insignis reperitur fuisse Sebastianus Martyr, vir ea tempestate honoribus, & multa gratia florens. In actis sancti Caji Papæ. Falsum, unius tantum Civitatis fuisse Defensores: nam & Provinciarum, & Regionum. Quin etiam Imperator Carolus Magnus ab Ingoberto, Ecclesiæ universalis dicitur Defensor: & à Gregorio nono Fridericus secundus, licet ampliori sensu.

Futile etiam est argumentum, à superbo adolescentente, Gallonio ministratum. Superbus est, qui super alios nititur perperam eminere. Qui sibi sic placet, ut cæteros præ se contemnat. *Superbire* enim est, velle super alios ire, interposita b. sicut in ambages. Superbiæ autem filiæ sunt arrogantia, jactantia, & cœcitas mentis. Arrogantia verò, inquit Cornelius Fronto, etiam in pauperem cadit, quin superbire proprium est viliorum.

Præterea, quid si adolescens iste, non simpliciter se cum Benedicto comparabat, sed suæ ingenuitati indignum reputabat, candelabri vile stolidumque ministerium obire, qualiscunque fuerit Benedictus? Sed hæc aliis relinquamus. Mihi sic liceat arguere. Certè Benedictus, si Aniciorum decora ostentare non poterat, fece plebis non erat sordidatus, Gallonio non repugnante. Ergo cum Defensor tenuis esset Magistratus, quanto tandem nobilior Benedicto esse poterat filius Defensoris, ut Benedictum sibi comparandum non putaverit? Superbia igitur, & inanis arrogantia pueri hinc potius elucet, quam ut solidum inde argumentum ad Benedicti natales trahi queat. *Intumuerat*, inquit Gregorius; Tumor autem inanis est, & vacua repletio. *Contra virum Dei*, subdit, ergo perperam, absque ratione, & contra meritum viri Dei intumuerat *turgidus* adolescens.

(6) Sunt verba oris, quæ ad alterum referuntur: & sunt verba mentis, seu cordis, quibus ad nosmetipsos loquimur, nam loqui est à *logos*, quo sermo tum externus, tum internus notatur. *Dixit insipiens in corde suo.* Psalm. 13. & 58. Ergo sicut est internum os loquens, ita & interna audiens auris. Hanc tamen aurem unus Deus habet, 1. Paralip. 28. qui solus scrutatur cogitationes cordis. Et si enim Angeli quoque propriæ naturæ dono cordium secreta penetrare potuissent; inter-

De ducentis farinæ modis famis tempore ante Cellam inventis.

CAPUT XXI.

**A**lio igitur tempore (1) in eadem Campaniæ Regione famis incubuerat magna, quæ omnes alimentorum indigentia coangustabat, jamque in Benedicti Monasterio (2) triticum deerat, (3) panes verò penè omnes consumpti fuerant, ut (4) non plus, quam quinque ad refectionis horam Fratribus inveniri potuissent. Cumque eos Venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere,

erat tamen intellectualis creaturæ politicæ gubernationi, ut ea etiam Angelis celarentur, subtractis, vel impeditis speciebus, quæ aptæ essent illa patefacere; & nihilominus gratuito privilegio divina bonitas Angelis & permittit arcana cordium nosse, & ea sanctis quandoque viris jubet revelare; quæ illuminatio vocatur, & ad donum discretionis spirituum eam refert sanctus Thomas 1. 2. quæst. 111. 2. 4. 0.

(7) Hæstenus legit, *tacita cogitationis*. Nullibi in nostris.

IN CAPUT XXI. NOTÆ.

(1) Non quòd solam Campaniam ea famis vexaverit; universæ enim Italiæ communis clades fuit: sed quia ad institutum Gregorii Campaniæ tantum meminisse satis erat. De ea sic Procopius lib. 2. de bello Gothico apud Hæstenum. *In Picenes tradunt non minus quinquaginta millia hominum præ inedia interisse, & longè plures extra Jonicum sinum. Fœminas duas tunc tradunt, quæ viros interfectos absumpserunt.* Plura, & horrenda. Procopius horum inspector, & deplorator. Baronius computat hanc famem anno 539.

(2) Triticum dicitur Scaligero, quia spicis tritum, & facile tritu. Frumenti genus est fertilissimum. Plin. lib. 18. cap. 8. *Tritico nihil est fertilius, &c. In Bizacio Africa campo centeni quinquageni modii redduntur.* Misit ex eo loco Divo Augusto Procurator ejus ex uno grano vix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina: extantque de ea re epistola. Misit & Neroni similiter 340. stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem & Leontini Sicilia campi fundunt, alique, & tota Bætica, & in primis Aegyptus. Hæc Plinius. At apud nos nulla tam terax gleba. In agro Campano ad trigessimum, & quadragesimum quandoque proventus. In Casinate, vix ad decimum, sæpè neque sextum refert.

Quod ait, triticum deerat, ostendit consuevisse triticum in horreo reponi in hoc Monasterio, & consequenter ibidem moliri, etsi enim aquarias molas hic non haberent: habebant trufatiles, cum ex Regulæ providentia cap. 66. Molendinum in Monasterio deesse non debeat.

(3) Ciborum omnium frequentissimus panis; ideoque vocatur quotidianus. Panis nomine quandoque venit quidquid ad victum spectat. Hic sumitur in proprietate vocis

(4) Singuli panes erant quotidianum singulorum, demensum pondere unius libræ regularis, quæ uncias quadraginta octo continebat, vel triginta novem, duo enim panes antiqua pondera Casini habemus, de quibus Ferrar. in cap. 39. Regulæ: Quinque igitur panes, quinque tantum Monachorum erant ordinaria portio, quam in omnes dividere charitas cogebat. Obiter hic nota, libram majorem Neapolitanam unciarum triginta trium, quam *Rotulum* vocamus institutam fuisse à Friderico secundo anno 1231. Riccardus de Sancto Germano eo anno, *Mense Septembri apud Sanctum Germanum, sicut per totum Regnum, pondera, & mensura mutantur, ponuntur Rotuli, & Tumuli.*



re, & rursus promissione sublevare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die (5) ducenti farinae modii (6) ante fores Cellæ (7) in saccis inventi sunt, quos Omnipotens Deus, quibus deferentibus transmississet, nunc usque manet incognitum. Quod cum Fratres cernerent, Domino gratias referentes didicerunt jam de abundantia, nec in egestate dubitare.

PETRUS. Dic, quæso te, numquid nam credendum est huic Dei famulo semper prophetiæ spiritum adesse potuisse, an per intervalla temporum ejus mentem prophetiæ spiritus implebat?

GREGORIUS. Prophetiæ spiritus, Petre, Prophetarum mentes non semper irradiat: quia sicut de Sancto Spiritu scriptum est: Ubi vult spirat: ita sciendum est, quia & quando vult aspirat. Hinc est enim, quod Nathan à Rege requisitus, si construere templum potuisset, prius consensit, & postmodum prohibuit. Hinc est, quod Helisæus, cum flentem mulierem cerneret, causamque nesciret, ad prohibentem hanc puerum dicit: Dimitte eam, quia anima ejus in amaritudine est, & Dominus celavit à me, & non indicavit mihi. Quod Omnipotens Deus ex magnæ pietatis dispensatione disponit: quia dum prophetiæ spiritum aliquando dat, aliquando subtrahit, prophetantium mentes, & elevat in celsitudine, & custodit in humilitate, ut accipientes spiritum inveniant quid de Deo sint, & rursus prophetiæ spiritum non habentes cognoscant quid sint de semetipsis.

PETRUS. Ita hoc esse, ut asseris magna ratio clamat. Sed quæso de Venerabili Patre Benedicto, quicquid adhuc animo occurrit exequere.

(5) Modius (Italicè *moggio*) mensura est aridorum continens sedecim sextarios. Sextarius verò est sexta pars congii, idest duæ heminæ in liquidis, vel duæ libræ in aridis. Varia tamen est apud varias Gentes mensura modii, & similia: idè nihil decernimus. Otiosi inquirant, & expediant.

(6) Idest Monasterii, signatum traditione locum videmus. ubi nunc est sacellum Sancti Benedicti ingredientibus ad dexteram: ibique signum vitreæ ampullæ, quæ in saxo confedit infracta, cubitique viri Dei, puerum revocantis ad vitam.

(7) Diu saccos istos inter cœmelia servarunt Casinates; eos Romam adduxerunt secum ex Langobardorum direptione; reduxeruntque sub Petronace; Demum Theani in conflagratione Monasterii conflagrarunt & sacci. Chronici lib. 1. cap. 48.

#### IN CAPUT XXII. NOTÆ.

(1) Idest *patrimonii* in editione Hæsteni, Laureti, & aliorum.

(2) Sic vulgò tunc, & nunc quoque. At Latini *Terracinam* vocabant olim *Anxur*, à Jove *Anxuro*, qui ibi colebatur imberbis, Virgil. 7. *Æneid.*

*Circumque jugum, quæis Juppiter Anxuris arvis*

*Præsides.*

Et Itiner. lib. 4.

*Mane novo impositum scopulis candentibus Anxur.*

Urbs est Latii novi ad oram maris Tyrreni, in colle sita, decimo lapide à Fundis ad ortum, Circeum montem spectans ad occasum, Ufente fluvio irrigata. Ferrar. Lexico Geograf. ubi tamen non bene addit, inde inci-

A De fabrica Monasterii Terracinensis per visionem disposita.

#### CAPUT XXII.

GREGORIUS. **A**lio quoque tempore à quodam fidei viro fuerat rogatus ut (1) in ejus patrimonii prædio (2) juxta Terracinensem Urbem missis discipulis suis construere Monasterium debuisset: qui roganti consentiens, deputatis Fratribus, Patrem constituit, & quis ei secundus esset, ordinavit. Quibus euntibus spondit, dicens: Ite, & (3) die illo ego venio, & ostendo vobis, in quo loco oratorium, in quo refectorium Fratrum, in quo susceptorium hospitium, vel quæque sunt necessaria ædificare debeatis. Qui benedictione percepta illico perrexerunt, & constitutum diem magnopere præstolantes, (4) paraverunt omnia, quæ his, qui cum tanto Patre venire potuissent, videbantur esse necessaria. Nocte eadem, qua promissus illucescebat dies, eidem servo Dei, quem illic Patrem constituerat, atque ejus Præposito vir Domini in somnis apparuit, & loca singula, ubi quid ædificare debuissent, subtiliter designavit. Cumque utrique à somno surgerent, sibi invicem quod viderant, retulerunt. Non tamen visioni illi omnimodo fidem dantes, virum Dei, sicut se promiserat, venire expectabant. Cumque vir Dei constituto die minimè venisset, ad eum cum mœrore reversi sunt, dicentes: Expectavimus Pater, ut venires, sicut promiseras, & nobis ostenderes, ubi quid ædificare deberemus, & non venisti. Quibus ipse ait: Quare Fratres, quare ista dicitis? (5) Numquid sicut promisi non veni? Cui cum ipsi dicerent, quando venisti? respondit: (6) Numquid utrisque vobis dormientibus non apparui, & loca singula designa-

pere Regnum Neapolitanum: incipit enim Fundis: Terracina verò Pontificiæ est ditioris, & usque ad illam aliquando pertingebat nostra Campania ex Procopio, licet ex Paulo Diacono usque Romam.

Monasterium hoc Terracinense Protomartyris Stephani nomen sortitum, juris fuit hujus Casinensis Cœnobii usque ad nostram ætatem: inconsultò deinde consilio à nobis subductum, & alienatum. Me certe tunc Juniori animosè proclamante: æquo enim animo ferre non poteram, vetustissimam, sanctamque memoriam nobis deperire.

Dixit autem juxta Terracinensem urbem, non in ipsa urbe, quia Monastica institutio, vitans urbium frequentiam, secessus quærebat.

(3) Præfens pro futuro, quod Prophetis præfens videtur.

(4) Cogitabant siquidem tantum Patrem sine decenti comitatu non venturum. Neque hoc tacendum censuit Magnus Gregorius. Observa hic Lector, Benedictinam charitatem, magnificum quid semper spirantem. Hæreditarium est patrimonium, & apud Casinates, Deo propitio, semper custoditum, semperque, ut speramus custodiendum.

(5) Deo confisus promittit, & promissum servat. Hinc elucet Benedictum veluti habitualiter gratiam habuisse miraculorum.

(6) Utrisque emphaticè, non uni vestrum soli; ut alter alterius revelationem, & non illusionem fuisse testaretur. Erat quippe moraliter impossibile, somnii phantasmata, omnino eadem objectivè, duobus in solidum contigisse, nisi immixta divinitus. Quod illi non ponderantes, modestè redarguuntur.

gnavi? Ite, (7) & sicut per visionem auditis omne habitaculum Monasterii, (8) ita construite. Qui hæc audientes vehementer ammirati ad prædictum prædium sunt reversi, & cuncta habitacula, sicut ex revelatione didicerant construxerunt.

PETRUS. (9) Doceri velim quo fieri ordinae potuit, ut longè iret, responsum dormientibus diceret, quod ipsi per visionem audirent, & recognoscerent.

GREGORIUS. Quid est quod perscrutans rei gestæ ordinem ambigis, Petre? Liqueat profecto, (10) quia mobilioris naturæ est spiritus, quàm corpus. Et certè Scriptura teste novimus, quod Propheta ex Judæa sublevatus, repente est cum prandio in Chaldæa depositus; quo videlicet prandio Prophetam refecit, seque repente in Judæa iterum invenit. Si igitur tam longè Abacuc potuit sub momento corporaliter ire, & prandium deferre, quid mirum si (11) Benedictus Pater obtinuit, quatenus iret per spiritum, & Fratrum quietentium spiritibus necessaria narraret? ut sicut ille ad cibum corporis corporaliter perrexit, ita iste ad institutionem spiritualis vitæ, spiritualiter pergeret.

PETRUS. (12) Manus tuæ locutionis terfit à me, fateor, dubietatem mentis: sed velim nosse in communi locutione, qualis iste vir fuerit.

GREGORIUS. (13) Vix ipsa Petre, communis ejus locutio à virtutis erat ponderosa: quia cujus cor sese in alta suspenderat, nequaquam verba de ore illius in cassum cadebant. Si quid verò umquam non jam discernendo, sed minando diceret, tantas vires

(7) Idest intellexistis. Nam *audire* quandoque est *intelligere*. Non effundas sermonem ubi non est auditus, hoc est intellectus; audire enim potest etiam, qui non intelligit, nec paratus est obedire: at merè materialiter audit.

(8) Nihil de objecto visionis repetit, ut illius sufficientiam demonstret. Ergo ite, & sicut jam designavi, construite, ichnographiam jam habetis, nil addendum, vel demendum, quis non vehementer admiraretur? & sicut ex revelatione didicerant, construxerunt.

(9) Movet hic, sive Petrus, sive sub Petri nomine Gregorius Theologicam quætionem, quo ordine, quoque modo hujusmodi apparitiones fieri queant? Resolvit autem Gregorius exemplo, & à corporali delatione Habacuc à Judæa in Chaldeam, arguit ad spiritalem Benedicti Casino Tarracinam, utique Angelicæ virtute, Deoque imperante.

Modum verò Theologi referunt ad phantasiam immutationem immixtis speciebus, seu simulacris rerum, quas menti imprimere volunt. De quo consulendi Delrius disquis. mag. lib. 2. quæst. 26. Petrus Tyræus lib. 1. de Apparit. spirituum.

(10) *Nobilioris* legit cum Laureto Hæstenus. Non mutanda lectio nostra, quam omnes nostri codices asserunt, & rei, de qua agitur, accommodatior apparet.

(11) Non quidem per corporis replicationem, quod tamen fieri potuisse, nobilis scholasticorum sustinet classis, sed ut diximus, per spiritalem specierum immixtionem, Angelorum ministerio, arbitrato sancti viri: qui proinde nihil in se immutatus fuit, nisi actu imperantis voluntatis, ut tunc fieret, quando ipse voluit.

(12) Concinna metaphora. Dubietas est quasi sordes, & squallor mentis, quæ lingua, veluti manu, per locutionem illustrantem deterguntur. Manus omnium instrumentorum est instrumentum, & ita pro omnibus ponitur.

(13) Sermo vultus est mentis.

IN CAPUT XXIII. NOTÆ.

(1) Clausuram servantes, nam subditur.

A sermo illius habebat, ac si hoc non dubie, atque suspense, sed jam per sententiam protulisset.

De ancillis Dei, quæ post mortem per oblationem ejus communionem receperunt.

CAPUT XXIII.

NON longè ab ejus Monasterio duæ quædam (1) Sanctimoniales fœminæ nobiliori genere exortæ in loco proprio conversabantur, (2) quibus quidam religiosus vir ad exterioris vitæ usum præbebat obsequium. Sed sicut (3) nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis, ut minus se in hoc mundo despiciant, qui plus se cæteris aliquid fuisse meminerunt. Necdum prædictæ Sanctimoniales fœminæ perfectè linguam sub habitus sui fræno restrinxerant, & eundem religiosum virum, qui ad exteriora necessaria eis obsequium præbebat, incautis sæpè sermonibus ad iracundiam provocabant. Qui cum diu ista toleraret, (4) perrexit ad Dei hominem, quantasque pateretur verborum contumelias enarravit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, eis protinus mandavit, dicens: Corrigite linguam vestram, quia si non emendaveritis, excommunico vos, quam videlicet excommunicationis sententiam non proferendo intulit, sed intentando. Illæ autem à pristinis moribus nil mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ. (5) Cumque in eadem Ecclesia Missarum solempnia celebrarentur, (6) atque ex more Diaconus clamaret: si quis non com-  
mu-

(2) Nimirum externa procurabat; ut clariùs infra.

(3) Nihil magis nobilem dedecet, quàm linguæ petulantia, quæ servilis est culpa.

(4) Ex comminata excommunicatione, effectuque secuto, & ex tota hujus capitis serie arguit Hæstenus, Sanctimoniales has subditas fuisse Sancto Patri Benedicto, excommunicationem enim, nisi in subditas, vir sanctus non tulisset. Tum etiam quia religiosus ille vir ad Sanctum Patrem, tanquam superiorem, querelas de earum procacitate deposuit.

(5) A duplici missione, quæ primùm Catechumenis, dein Fidelibus fiebat in sacrificio Christiano, Missarum in plurali nomen deductum est in singulis sacrificiis, de quo in notis ad Reg. cap. 38. & apud Hæst. hic.

(6) Dimittebantur à Diacono Catechumeni post Evangelium, & oblationem populi (ut infra) eo quod, incipiente tunc sacrificio Eucharistico, intemptivum videbatur tenellis adhuc novitiorum Fidelium animis mysterium creditu difficillimum, & præcipuam Christianæ societatis tesseram, & arcanum explicare. Ejiciebantur quoque Gentiles, & Judæi, ne margaritæ ante porcos exponerentur.

Porro quod dicitur, qui non communicat det locum, accipi quidem aliquando potuit de Communionem Eucharistica sacramentali, unde in Missa Ætiopum tom. 6. Biblioth. Patrum Diaconus dicit, *Exite foras, qui non vultis accipere Sacramentum, sive Eucharistiam*, intelligi tamen universaliùs debet de Communionem Eucharistica, prout opponitur excommunicationi. Posterioribus enim sæculis non semper omnes fideles sumebant Eucharistiam. Dare ergo locum jubebatur non solum, qui reficiendus non erat corpore Domini, & Sacramento, sed etiam, qui non communicabat corpori mystico ejusdem, hoc est, qui excommunicationi obnoxius erat, vel alio titulo à societate fidelium arceri merebatur, quæ communionis usurpatio frequens est apud antiquos, eaque utitur Gregorius hic. *Communionem à Domino per servum Domini recepissent.*

E

municat, det locum; (7) nutrix earum, quæ pro eis (8) oblationem Domino deferre conſueverat, eas de ſepulchris ſuis (9) egredi, & exire de Eccleſia videbat. Quod dum ſæpiùs cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foràs, atque intra Eccleſiam permanere non poterant, (10) ad memoriam rediit, quæ vir Dei illis adhuc viventibus mandavit; eàs quippe ſe communionem privare dixerat, niſi mores ſuos, & verba corrigerent. Tunc ſervo Dei cum gravi mœrore indicatum eſt. Qui manu ſua protinus oblationem dedit, dicens: ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & ulterius excommunicatæ non erunt. Quæ (11) dum oblatio pro eis fuiſſet immolata, & à Diacono juxta morem clamatum eſt, ut non communicantes ab Eccleſia exirent, illæ exire ab Eccleſia ulterius viſæ non ſunt. Qua ex re indubitanter patuit, quia dum inter eos, qui communionem privati ſunt, minimè recederent, communionem à Domino per ſervum Domini recepſſent.

PETRUS. (12) Mirum valdè, quamvis Venerabilem, & Sanctiſſimum Virum, adhuc tamen in hac carne corruptibili degentem, potuiſſe animas ſolvere in illo jam inviſibili iudicio conſtitutas.

GREGORIUS. Numquidnam, Petre, in hac adhuc carne non erat, qui audiebat: quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quæcumque ſolveris ſuper terram, ſoluta erunt & in cœlis? Cujus nunc vicem in ligando, & ſolvendo obtinent, qui locum ſancti regiminis fide, & moribus tenent. Sed, ut tanta valeat homo de terra, cœli, & terræ conditor in terram venit è cœlo, atque, ut judicare caro etiam de

(7) Amoris, pietatiſque nutricum erga alumnos ſuos plena ſunt Dramata, & Hiſtoriæ. Exempla duo nobis exhibet auctor noſter, Cyrillæ Sancti Patris Benedicti, & harum Sanctimonialium; & reciprocè ab alumniſque amantur nutrices. Infans enim à natura edoctus, *Mammam* primùm vocat nutricem, eamque matrem agnoſcit, cujus fugit mammam. Quare matris nomen non meretur, quæ filialem amorem dividi patitur inter ipſam & nutricem. Praviſque mos eſt, eam, quæ peperit, non nutrire editum infantem in lucem. In utero matrem eſſe, vel nolentem: extra uterum ne volentem quidem, tanquam quæ alienis ubiſque alunt, cum poſſent ſuis, velint & alieno utero concipere. Id ſerè faciunt delicatæ laboriſque parentes, noctu vigilare non ſuſtinentes, formæ ſuæ metuentes. Contra illas ſic quidam apud Martinium

*Propriam virtutem diſcite matres  
A brutis, avibusque immani ſtirpe creatis,  
Aut illis hominis potius concedite nomen,  
Vosque ſeras, quales eſtis, ſic ferte vocari.*

Aulus Gellius Noctium Atticarum lib. 12. cap. 1. refert diſſertationem Favorini Philoſophi de nutriendis à matre infantibus.

Non ita erga filios, quos genuit creator Deus, qui cum genus humanum à peccati ſervitute potuiſſet per Angelum, voluit per ſemetipſum ipſe redimere: ne ſcilicet inter Creatorem, & Redemptorem divideremus amorem, quod non obſcurè indicavit Iſaias cap. 63. ex verſione 70. Interpretum. *Non legatus, neque Angelus, ſed ipſe Dominus ſalvavit eos, eo quod diligeret eos, & parceret eis, ipſe redemit eos.*

(8) Vetus mos erat in Eccleſia, Fideles poſt Evangelium offerre panem & vinum pro ſacrificio. Sedebat ad oſtium Sanctuarii Sacerdos, Diacono, & Subdiacono hinc inde lintheum miniſtrantibus, in quo oblata excipiebantur. Interim Chorus cantabat Antiphonam, quæ idcirco dicta eſt Offertorium: (Retinent uſum

ſpiritibus poſſit, hoc ei largiri dignatus eſt, factus pro hominibus Deus caro: quia inde ſurrexit ultra ſe infirmitas noſtra, unde ſub ſe infirmata eſt firmitas Dei.

PETRUS. Cum virtute ſignorum concorditer loquitur ratio verborum.

*De puerulo Monacho, quem ſepultum terra projecit.*

#### CAPUT XXIV.

GREGORIUS. **Q**uadam quoque die, dum quidam ejus puerulus

Monachus parentes ſuos ultra quàm debebat diligens, atque ad eorum habitaculum tendens, ſine benedictione de Monasterio exiſſet, eodem die mox ut ad eos pervenit, deſunctus eſt. Cumque eſſet ſepultus, die altero projectum foràs corpus ejus inventum eſt, quod rurfus tradere ſepulturæ curaverunt: ſed ſequenti die iterum projectum exterius, atque inhumatum ſicut priùs invenerunt. Tunc concitè ad Benedicti Patris veſtigia currentes, cum magno ſtutu petierunt, ut ei ſuam gratiam largiri dignaretur. Quibus (1) vir Dei manu ſua protinus communionem dominici corporis dedit, dicens: Ite, atque hoc dominicum corpus ſuper petrus ejus cum magna reverentia ponite, eumque ſepulturæ ſic tradite. Quod cum factum fuiſſet, ſuſceptum corpus ejus terra tenuit, nec ultra projecit. Perpendis Petre, apud Jeſum Chriſtum Dominum, cujus meriti iſte vir fuerit, ut ejus corpus etiam terra proiceret, qui Benedicti gratiam non haberet.

PETRUS. Perpendo planè, & vehementer ſtupro.

Græci, & Mediolanenſis Eccleſia, designatis viris, & mulieribus, à quibus nomine populi oblatio fiat in Miſſa ſolemni). Poſtquam populus obtulerat, Sacerdos omnia oblata Domino offerebat, & benedicebat. Tum buccellas conſecrandas ſeponeſ pro ſacrificio, ex reliquo fruſtula aditanti populo diſtribuebat in ſignum Chriſtianæ caritatis, & unionis, cætera in uſum Clericorum, & pauperum cedebant.

(9) Alii noſtri codices, & vulgati *Progredi*.

(10) Sic omnes membranæ Caſinates, ut propterea hanc lectionem credam autographam, editi habent *Reduxit*; Sed non emendandum, nam etiam *redeo* activum eſt, non neutrum. Virg. 6. *Æneid. Itque, reditque viam*, & alibi, non malè igitur *Rediit ad memoriam, quæ vir Dei, &c.* Nullum verbum neutrum, omnia activa vel paſſiva, agnoſcunt rationales Grammatici, quidquid reclamant grex Pædagogorum.

(11) Dimiſſio ſiebat non tantum poſt Evangelium; ſed poſt offertorium, & ita intelligendi ſunt Iſidorus, & alii, qui poſt Evangelium dicunt.

(12) Optimè intelligebat doctiſſimus Pontifex deſunctorum animas ad forum Eccleſiæ militantis non pertinere, ideoque myſticè quæſtionem reſolvit. Et Eccleſia quidem anathematizat & abſolvit deſunctos ad terrorem vivorum. Exempla pete ab aliis.

#### IN CAPUT XXIV. NOTÆ.

(1) Ex hoc inter alia, Sacroſanctæ Euchariſtiæ immediato contactu arguunt plerique ſacerdotium Sancti Patris Benedicti. Quare opportune hanc quæſtionem in præſenti agitandam duximus.

*Utrum S. P. Benedictus fuerit Sacerdos?*

Quæ fuerat olim veritas omnibus manifeſta, ſequentium, ſive ſcriptorum incuriâ, ſive non indagantium negligentia, ita deſita, obumbrata, ſitque obducta fuit, ut nulla jam ejus veſti-

er

m  
us  
os  
m  
c  
os  
di-  
jus  
re  
je-  
tus  
ris  
re-  
ir.  
m-  
is:  
pe-  
im-  
um  
it,  
je-  
te  
ce-

ter

natu  
populi  
nam  
blata  
buc-  
tio,  
buc-  
onis,  
rum

rop-  
im,  
um,  
im.  
&  
im,  
m,  
na-  
rex

n;  
ur  
it.  
in-  
tis  
em  
at  
n.

m-  
o-  
u-  
m

er





vestigia in vulgatis auctoribus apparerent. Quapropter, quotquot præsentem quæstionem nostra, vel patrum nostrorum ætate, instaurant, historiæ præsidii destituti, coacti sunt meris conjecturis rem transigere, quibus propria potius, judicia dicam, an præjudicia? suaderent, quam Facti veritatem attingerent. Quibusdam enim, Personæ dignitatem attendentibus, indignum videbatur tanto Patriarchæ sacerdotii decus denegare. Contra alii, ejus humilitati animum intendentes, proximus vero existimabant, humillimum virum à sacris abstinuisse. Quocirca utrique, non qualis reverà Benedictus fuit, sed qualis, suo ipsorum iudicio, esse debuit, pronunciaſſe visi sunt.

**H**inc neutrius ego partis argumentationibus acquiescens, requisitus non semel olim, quid in hac causa sentirem, satius duxi, Romano ritu, Non liquet, respondere, quàm in alterutram sententiam pedibus, non animo, & sensu abire. Interim evolvendis Casinatis tabularii monumentis toro nisu, & assidue incumbenti mihi, contigit, felici eventu, invenire tandem, quod diu quæsieram; idque post centum supra mille annos Theatro exponens, non ingratam rem veri amantibus, & Benedictinis præsertim nostris, me facturum spero; quod conclamatum jam quæstionem, non conjectaneis rationibus, sed authenticè demum diffinierim, quodque eos cura hac, & labore levaverim.

Neque, id agendo, prolixam hic texere disputationem necesse mihi erit. Paucis innoscit veritas, eoque venustior, quo minus culta, & sine parergis proponitur. Ne tamen omnino jejunam videar mensam apponere, lautam, cupientibus, & opulentam, non piget utriusque sententiæ restrictim Auctores referre, & rationes, ut denique, quid sentiendum, pronunciem.

Negativam amplexi sunt Petrus Blesensis, Philippus Bonæspei Abbas, S. Bonaventura, S. Petrus Cælestinus, Boërius, Bellarminus, Suarez, Marchantius, Hallier, & alii apud Hæftenum, & in eandem ipse Hæftenus propendit Prolegom. 18. §. ultimo.

Suadentur primo argumento negativo, quod Antiquorum nullus sacerdotium asseruit Benedicto?

1. Ratio, amatæ tantopere humilitatis studium.
2. Imitatio priscorum Patrum, quos legerat à sacerdotio abstinuisse.
3. Ut intempestivum clericatus desiderium in suis subditis exemplo sui compeſceret.
4. Divina fortè monitio, ne sacerdotium capeſceret.

Affirmativæ Auctores sunt ferè nostri Yepes, Perez, Milletius, Lauretus cap. præcedenti, Auctor dialogi, qui Conciliis Cardinalis Zabarellæ subiunctus est; & alii apud eundem Hæftenum, quibus adde Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 5. quæsit. 12. cum supponit ex præscripto Regulæ Abbates esse debere sacerdotes, citatque Gratianum.

Probant primo ex Abbatiali dignitate. Licet enim antiquitus Monachi in clero non censerentur, sed laici essent, postquam verò ex indulto Eusebii, Zosimi, & Siricii Pontificum, Monachi sacris initiari cœperunt, statutum invenitur in Concilio Pictaviensi, ut Abbates, Decani, & Præpositi, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant.

1. Sanctus Pater Benedictus usus est potestate ligandi, atque solvendi erga defunctas famulimoniales, cap. præcedenti.
2. In Regula præscribit cap. 7. ut malas cogitationes per humilem confessionem Monachus Abbati non celet suo, & cap. 46. si animæ verò peccati causa latens fuerit, tantum Abbati, aut spiritalibus senioribus patefaciat: ergo supponit Abbatem, & Decanos Presbyteros. Loqui enim videtur de confessione auriculari Sacramentali.
3. Arguunt ex Benedictionibus, quas in choro dare debet Abbas, Regul. cap. 9. & 11. & euntibus, atque redeuntibus fratribus, & electione publica Evangelii, quæ ad Abbatem pertinet.

Tom. IV.

5. Sanctus Benedictus prædicationis munus obavit. Quod proprium est sacerdotum.

6. Ex contactu sacrosanctæ Eucharistiæ, hic cap. 24.

Hæc sunt præcipua utriusque Partis momenta, quæ à nobis compendio indicata, amplo circuitu enarrat Hæftenus, cujus amplæ disquisitioni, brevem hæc nostram appendicem destinamus.

Reliquum est modò expectatam scenam, amoto Sipario, aperire.

Dico igitur, Sanctus Pater Benedictus non fuit Sacerdos. Fuit autem Diaconus.

Duo mihi hujus asserendæ Veritatis nunc succurrunt evidentiæ testimonia. Primum desumptum ex Regeſto Petri Diaconi Casinensis, qui omnia sacri hujus Monasterii munimenta, privilegia, diplomata, donationes, & hujusmodi scripturas in unum volumen quintigentis ab hinc annis summo labore, ac diligentia congestit, & ordinavit. In eo itaque codice scripturâ 446. Petrum Alberici in oblatione de Sancto Salvatore in Tusculana, in hæc verba loquentem inducit.

Anno Quinto Pontificatus Domini Alexandri Secundi Pape, indict. 4. mense december, die viceſima sexta salubris, & sine dubitatione consilii, itaut unumquemque de suis rebus illa potius debet lucra servari, quem ad salutem animæ meæ pertinere dinoscitur, ut cum ab hac luce subtrahit fuerint, perpetua vita possint munere gratulari, Quapropter, quoniam constat nos Dominus Petrus Excellentissimus vir Consul, & Dux, atque omnium Romanorum senator, Dominus Albericus bonæ memoriæ olim filius: atque Dominus Gregorius, nec non Dominus Ottonem dilecti filii mei, & valde amabilis, hac die, præclaro animo, speciosa mente donamus, cedimus, tradimus, & irrevocabiliter largimus, simulque offerimus, ex propria nostra substantia, propria spontanea nostra voluntate vobis quidem Christo Redemptor mundi, & specialis sancto ejus confessor, & Levita Benedicto, qui spes, & refugium nostrum esse confidimus, in cujus bonore, & nomine dedicatum, & consecratum est venerabili Monasterio, qui situm est in monte, qui appellatur Castro Casino, ubi, Deo auxiliante, alma monachorum Presbyterorum, ac servorum Dei est aggregata collegio. In quo spiritualem, & venerabilem Patrem Dominus Desiderio religiosissimum Monachum, & humillimum Abbatem, atque mitissimum Cardinalem de basilica Beati Petri Apostoli rector esse videtur, &c. Et in fine. Signum manus superscriptus Dominus Petrus, qui propriis manibus feci. Ego Gregorius. Signum manus superscriptus Dominus Ottonem, qui propriis manibus feci. Ego Amato iudex, &c. Ego Joannes Scrianiarius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ firmavi, & scripsi, & post testium complevi, & absolvi. Hucusque Registrum. Bene sit piis manibus excellentissimi Consul, Bene sit barbarissimis, & solæcissimis Joannis Scrianiarii, è quorum fordibus licet nobis impollutam veritatem eruere. Bene sit Petro Diacono, qui fideliter registravit.

Alterum testimonium mutum quidem, at non minus eloquens, quod præcedens confirmat, & vicissim ab illo confirmatur, exhibet nobis Codex vetustissimus nostræ Bibliothecæ signatus num. 353. & exaratus ab octingentis jam annis, in cujus prima membrana depicta est imago Sancti Patris Benedicti, & Abbatis Johannis, qui codicem exarari curavit. Sanctus Pater sedet in Cathedra, dalmaticâ indutus, stolâ Diaconali ad humero sinistro, in dexterum latus transversâ. Johannes Abbas stans ante Divum Benedictum, accipit ab eodem Regulam.

Hanc picturam graphicè delineatam, hic exhibere non injucundum arbitror fore. Ex qua præter intentum principale, luculenter expressum, non pauca alia ad eruditionem licet arguere.

Primum D. Benedictum, non promissâ barbâ, sed, ut dicitur, rotundâ conspiciendus proponitur. Deinde scapulare Casinensium tunc non ultra umbilicum protensum fuisse, & sub axillis assutum. Capitula Aquisgrani num. 50.

E e ut



*ut mensura scapularis duobus constet cabitis,*  
3. Capitis integumentum, seu capucium acuminatum. 4. Tunicam talarem.

An verò occinentem quempiam hic patiemur audire, *Pictoribus, atque Poetis quilibet audendi, &c.*? Quis enim neget istiusmodi picturas, & præsertim ab ipsis Monachis, aut factas, aut saltem fieri curatas, non ex Pictoris, sed ex ipsorum idea locupletem perhibere attestationem veritati? sed nugæ refellere non est opus. Qui hoc negaverit, sensu communi carere convincetur, & omnis esse penitus eruditionis ignarus. Ergo tunc usque adeo vulgatum, certumque erat Sanctum Patrem Benedictum Diaconum fuisse, ut illum coloribus expressuri, non alio, quam levitico schemate amictum, exprimendum putaverint. Et hoc quidem in hac pictura maxime notandum occurrit. Non enim privatæ opinionis alicujus testimonium præfert: sed testatur Facti notorium, sicut etiam præcedens scriptura, quæ Benedictum Levitam appellat ex communi appellatione & notoria, ut proinde duo hæc testimonia sint pro mille.

Atque hæc, ni fallor ratio persuasit Beatum Maurum, ultra Leviticum ordinem non asurgere, ut scilicet sanctissimi exemplaris sui Benedicti exemplum imitaretur. Quod de Placido quoque Martyre dicendum reor. Sufficit enim discipulo, si sit sicut magister ejus.

Porrò si Divus Benedictus non fuisset Diaconus, quam primum fuisset Rainaldo Hetrusco, cum argueretur, quòd subdiaconus tantum Abbatialem dignitatem Casini admisisset, se tueri exemplo sui Patriarchæ? quod tamen nec fecit, nec facere potuit, ut qui sciret, & ab omnibus sciri agnosceret, Benedictum fuisse Diaconum chron. lib. 4. cap. 111. Quam ineptè contra electionem Rainaldi subdiaconi argumentatus fuisset Gerardus Cardinalis ibidem, cum probans Abbatem Casinensem saltem Diaconum eligi debuisse, post multa subjungit. *Hinc pater Benedictus Abbatem in Gallia dirigere cupiens, non subdiaconum, aut alium quemque; sed Maurum ibi levitam direxit.* Supponit ergo ævo etiam Sancti Benedicti Abbates eligi consuevisse Levitas. Cui argumento Petrus Diaconus, exemplo convictus, non est ausus respondere. Ideoque Petro non respondente, respondit Lotharius Imperator dicens, *Ea qua injustè, vel justè usque modo Casinenses fecere Monachi, eis per omnia dimittere dignum duximus, quam facile autem ab argumenti pondere se subducere potuisset Petrus, si Benedictus ipse Diaconus non fuisset? ergo ex Petri etiam sententia Divus Benedictus Diaconus fuerat: imo cunctis tunc erat notorium, alias Gerardi argumentatio ridicula omnino fuisset à Beati Mauri exemplo petita.*

Ragemprandus Abbas Casinensis circa annum 900. Diaconus tantum fuit. In emortuali Casinen. Cod. 47. *octavo idus Novembris Ragemprandus Levita, & Abbas hujus loci*

Nec pluribus lectorem detinco: ne videar fundatissimæ fabricæ tibicines adhibere, aut soli luccem addere velle.

Ex his patet, quam facile sit respondere ad objecta, agnita veritate: Rectum enim est index sui, & obliqui; verum est index sui, & falsi.

#### Ad Argumenta Prima Sententia.

Ad primum primæ sententiæ negativæ. De sacerdotio, nullus antiquorum meminit ideo nos etiam illud negamus. De Diaconatu meminerunt, ideo hunc asserimus Benedicto.

Ad 2. Humilitatis studium ostendit, dum à Presbyteratu abstinuit. Et Levitico ordine Abbatialibus muneribus satisfecit.

Ad 3. Priscorum Patrum vestigia in omnibus implevit Benedictus, qui justorum omnium spiritu plenus fuit. Sed tempora, & mores mutantur. Quod indecorum non fuerat Antonio, Arsenio, Pachomio, fortè fuisset Benedicto; quando receptum erat, ut Abbates Levitico saltem ordine initiarentur. Et fortè ad æconomicam religiosæ domus administrationem congruentius tunc videbatur Dia-

conatus, respiciens Corpus Christi Myisticum; quam Presbyteratus respiciens, Corpus Christi verum. Ideoque Archidiaconus Ecclesiam, quo ad æconomica curare olim consuevit: ut patet de Divo Laurentio.

4. & 5. Responione non indigent. Nunc.

#### Ad Argumenta 2. Sententia.

Ad primum, Abbatialibus muneribus satisfecit, ut jam diximus, Benedictus Leviticum ordinem assumendo. Concilium verò Pictaviense multò est posterius Benedicto. Ex computo enim Baronii & Bini coactum fuit, anno Christi millesimo centesimo, unde ejus auctoritas non retrahitur. Neque fuit Synodus universalis.

Ad 2. Potestas ligandi, & solvendi, alia est propria clavium, & hæc Presbyteris tantum collata est. Alia est politica, seu æconomica, & hæc exerceri potest etiam à laico, tanquam Patrefamilias. Alia est Ecclesiastica, & hæc exercere potest clericus excommunicando, & absolvendo, non à peccatis, sed à censuris. Delegare etiam potest jurisdictionem absolvendi à peccatis, & à reservatis. Igitur ea exercere potuit Benedictus Levita, quæ ad 2. & 3. potestatem pertinebant.

Ad 3. Regula utrobique non loquitur de confessione Sacramentali, sed Regulari. Idque confirmat nostra consuetudo, quæ legis est interpres. Juniores enim, ad præscriptum Regulæ, cotidie malas cogitationes cordi suo advenientes, & universa conscientia arcana senioribus suis patefaciunt, non tamen Sacramentaliter, sed filiali confidentia erga spirituales Patres suos, ut inde dirigi consilii, & juvari orationibus possint.

Ad 4. Benedictiones quotidianas impertiri potest etiam laicus Prælati. Legere evangelium in choro similiter aut ad summum Diaconus & hinc patet.

Ad 5. Munus enim prædicationis laicis etiam commissum aliquando à Deo fuit. Et saltem Diacono competere nullus dubitat. Exemplo Stephani Act. cap. 7. Et Philippi Diaconi cap. 8. ideoque ad hanc oppositionem facilius solvendam, Hætenus inclinari admittimus, S. Benedictum fuisse Diaconum; nullo tamen teste adducto: imo §. 14. iterum Diaconatum ejus in dubium revocat.

Ad 6. Quod nobis occasio fuit præsentis disquisitionis, eadem est responsio. Diaconis permixtum erat corpus dominicum tangere, & laicis præbere; maxime in absentia Presbyteri. Sed quidquid sit de hoc, argumentum nullum est: sicut enim vir Dei communionem tetigit: ita illam defuncti Monachi parentes manibus attrectarunt. An ergo defuncti parentes sacerdotes fuisse dicemus? Ridiculum ergo, antiquitus tangere Eucharistiam etiam laicis permixtum: postea vetitum. Cæterum quanto mirabilius fuerit, Eucharistiam cum cadavere sepeliri? & tamen hoc ipsum præcepit Benedictus, dicens, *ite, atque hoc dominicum corpus super pectus ejus* (defuncti) *cum magna reverentia ponite*, neque enim audiendi sunt, qui verba hæc accipiunt, quasi corpus dominicum jussu fuerit pectori defuncti imponi quidem, non tamen cum illo sepeliri; contradicunt enim Gregorio addenti, *Eumque sepultura sic tradite, sic, inquit, quasi dicat, cum Corpore Domini super pectus. Sed & hoc antiqui moris fuit, ad quam eruditionem, & simul ad præcedentem illustrandam, non pigeat paululum denud hic immorari, & exemplis ostendere, multa apud veterem Ecclesiam in usu fuisse, quæ postea sunt vel sublata non usu, vel contrariis legibus abrogata.*

Observandum primò Ecclesiam Catholicam, quæ semper, & in omnibus est Magistra, & Columna veritatis, diversa ratione proponere suis Fidelibus ea, quæ credere, ac ea, quæ agere debent. Nam dogmata quidem credenda proponit immutabiliter, & invariabiliter, sicut immutabile est credendorum objectum, nempe prima veritas in essendo, & infallibile eorum motivum, nempe prima veritas in dicendo, seu Revelatio. At verò in

in Agibilibus, quæ mores respiciunt, & politicam gubernationem, uti consuevit Regulâ Lesbiâ, seu Prudentiâ, qua se accommodat rebus, & temporibus: ut quemadmodum variantur tempora, & mores, ita variat ritus, consuetudines, & usus agendi: non enim omnia semper, & omnibus apta sunt. Quare si immutabiliter in his quoque disponeret, non operaretur prudenter.

In primitiva Ecclesia, quando pauci erant fideles, omnia omnium erant communia. Qui autem ab orbe christiano eandem exigeret rerum communitatem, is profecto ad Platonicas ideas esset ablegandus, aut glandibus & ipse vesci cogendus.

Ergo communicante olim populo, Eucharistia non ad os usque sumentis deducebatur à sacerdote: sed quisque fidelis, porrigente sacerdote, excipiebat illam in dextera manu, sinistra in formam crucis superposita. Cyrill. Hierosol. Catechesi 5. *Accedens ad sacram communionem, non expansis manuum volis accede, neque cum disunctis digitis: sed sinistram veluti sedem quandam subiiciens dextera, qua tantum Regem suscipitur est, & concava manu suscipe Corpus Christi, dicens, Amen* & quod ritus hic perduravit usque ad D. Benedictum patet ex 6. Synodo Generali can. 101. *Si quis voluerit Synaxi tempore communicari purissimo Christi corpori, manus in crucis formam figurans, sic adeat, & suscipiat gratia communionem, & ex Damasceno lib. 4. de fide orthodoxa cap. 14. Ardenti cupiditate ad eum adeamus, manibusque in crucis formam compositis, Crucifixi corpus suscipiamus.*

Sexta autem Synodus, & Damascenus posteriores sunt Benedicto.

Similiter quod usus iste non solum in Oriente, sed in Occidente quoque retentus fuit ad usque tempora Sancti Patriarchæ, & post illa, patet ex Concilio Antiocheno tempore Gregorii Magni, apud Hæst. can. 36. ubi prohibetur mulieri, nuda manu Eucharistiam sumere: viri enim accipiebant nudâ volâ manus, mulieres linteo cooperta, unde can. 42. præcipitur ut unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem suam habeat; quod si quæ non habuerit, usque ad alium diem dominicum non communicet. Dominicalis nomine intellige linteum, quo mulier dexteram operiebat.

Temporis tamen decursu ob mysterii venerationem instituit Ecclesia, ut Eucharistia in os sumentis à sacerdote immitteretur, & si Concilium Rhotomacense hoc vetuit; aut alia Ecclesiastica prohibitio de hoc præcessit D. Benedictum, dicendum est, vel illam non fuisse universalem: vel à Sancto Patre ignoratam, vel non communiter usu receptam.

In Gallia antiquus mos fuit, ut sacerdos noviter ordinatus, acciperet ab Episcopo hostiam consecratam involutam in candido pergamento, quam sacerdos consumebat spatio quadraginta dierum, sumens ex illa quotidie particulam, cum celebrabat. Ex Fulberto Episcopo apud Magrum verbo, Hostia.

Quin etiam laici Eucharistiam à sacerdote acceptam, si placuisset, domum ferebant, sumebantque, cum libuisset. Cyprian. lib. de spectaculis, & ibid. Pamelius. Item epist. 56. & serm. de lapsis. Clem. Alex. lib. 1. stromatum Hieron. Apol. in Jovinian. Ambros. orat. funebri Saryri Joan. Diac. in vita S. Greg. lib. 1. cap. 32. Basilii expressè ad Cæsaream Patritiam tom. 6. Bibliot. Patrum: omnes, inquit, qui sunt in desertis Monachi, ubi non est sacerdos, illic habentes communionem, ex se ipsi eam sumunt. Alexandriae autem, & in Egypto unusquisque ex laicis, qui illic degunt, maxima ex parte communionem habent domi suæ, & sic sua manu ad os eam adducunt & de usu occidentalîs Ecclesiæ testis est Hieron. epist. 50., & in actis Martyrum Inde & Domne. *Fistula præterea thuribulum, & lucerna, & ligna arcuata, in qua reposuerunt sacram oblationem, cujus fiebant participes.* Antiquata postea fuit hæc consuetudo in Hispania à Concil. Tolet. p. can. 14.

Tom. IV.

Deferebant etiam Eucharistiam collo appensam ex Terrul. lib. 1. ad uxorem, & Euseb. lib. 5. hist. cap. 24. & lib. 6. cap. 36.

Quid ergo mirum Diaconum tetigisse Eucharistiam, quando Laicis indecens tunc non erat? exinde igitur arguere Sacerdotium Sancti Patris Benedicti, ineruditi est argumentatio.

Ut autem consequenter satisfiat alteri difficultati præsentis capituli, de eo quod Sanctus Pater Eucharistiam cum defuncto sepeliri præcepit.

Observandum secundo Christianæ Religionis plebrosque ritus à Gentilium superstitione fluxisse: ab Ecclesia tamen consecratos, & veri numinis cultum revocatos fuisse. Cujus consilii ratio adducitur à Gregorio lib. 9. Epist. 72. in dicit. 4. nam duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse, non dubium est.

Quia is, qui locum summum ascendere nititur, necesse est, ut gradibus, vel passibus, non autem saltibus elevetur. Sic Israëlitico populo in Ægypto Dominus se quidem innotuit; sed tamen eis sacrificiorum usus, quos diabolo solebant adhibere, in cultu proprio reservavit, ut eis in sacrificio suo animalia immolare præciperet.

Consuevit igitur Ecclesia homines gentilium superstitionibus irretitos, non statim, & ab extremo ad extremum, sed paulatim, & sensim a illis abducere: ne si uno imperu eos avocaret ad omnino diversa, duriores redderet ad Christianæ vitæ formam profitendam. Prudenter itaque multas Gentilium observationes permittit transire in Ecclesiam fidelium, ut inter simbola facilior esset transitus: eas tamen, mutato objecto, sanctificavit, ut quæ fuerunt execrandæ, fierent sacræ.

Quid enim prohibet, inquit Baron. ad an. 60. profana per verbum Dei sanctificata, sacrum transferri in usum? nonne constat ex Ægyptiorum auro, & argento, Dei jussu, sacra vasa ad divinum cultum esse confata? Exemplis rem illustremus.

Vigebat apud Gentiles superstio Lustralis aquæ, quam ex quodam lacu, Mercurii appellato, desumptam, sibi invicem aspergebant Lauri aspergillo, & jam se mundos existimabant. Meminit Ovid. 5. Fastor.

*Est aqua Mercurii porta vicina Capena, &c.*

Et Panvin. lib. de urbe Roma.

In hujus ergo aquæ locum surrogata est in Ecclesiam Christianam, Aqua benedicta. Sed quàm distanti virtute, & energia? Ritus etiam exornandi Januas, & fenestras lucernis, & ramis, moris fuit antiqui, Tertull. in Apolog. *Janua Laureata, & Lucernata.* Apulejus. *Domus tota lauris obsita, tadis lucida.*

Ethnici cereis utebantur in suis funeribus. Apud nos retentum. Cereos, & lycnos ante Deorum simulachra accendebant. Propert.

*Cum videt accensis devotum currere tadis*

*In nemus, & Trivia Lumina ferre Dea.*

Seneca in fragm. *Alius lumina Deo subjicit.*

Juvenal. Sat. 10. *Genus incerare Deorum.*

Prudent. *Saxa illita ceris & Ammian. Marcellin.*

Apulejus. Eusebius in vita Constantini, ubi de Licinio sacrificante multo Lumine, multisque cereis.

Nos quoque ante Sanctorum Imagines.

Diebus Sabbatis Lucernas accendebant Gentiles

Sen. Epist. 15. eadem in Dei Genitricis honorem sunt commutata.

Thus adolebant Diis, & hinc fortè Soter Papa

vetuit in Ecclesia usum Thuris, sed postea in diversa itum.

Februario mense, qui ultimus erat anni, Populus

februabatur, idest, expiabatur, purgabatur, facibusque accensis lustrabant urbem,

quæ vocabantur Lupercalia. Hanc superstitionem, quando in totum evelli non potuit,

Christiana religio in sacrum usum permutavit,

statuente Sergio Papa anno 690. ut eodem mense die Purificationis Litanis fierent:

& accensos cereos plebs circumferret. Sicut ad superstitionem Kalendarum Januarii abolendam,

Festum Circumcisionis, quæ eodem die accidit, Ecclesia instituit, & Festum vinculorum Divi Petri ad tollendam superstitionem

Kalendarum Augusti, in quibus Augusto, ut in Januario Jano epulas consecrabant.

Cereos item in Populum distribuere habes apud

Macrobius.

E e 2 Vi-

Vigilias apud Suetonium in Vespasiano .  
Argentæ statuz, & tabulæ votivæ in templis  
Ethnicorum . Vide ad Chronicum notas lib.  
4. cap. 74.

Bullæ puerorum apud Romanos mutata sunt in  
cereas Imagines, quæ sub Agni Symbolo  
Christum referunt, & in Icunculas ( numif-  
mata ) Christianorum .

Parentare mortuis, sicut nobis, ita Ethnicis in  
usu fuit . Hieron. in Hieremiam : erant autem  
Parentalia epulæ, & convivia, cum sacrifici-  
is, quæ appellabantur etiam *Silicernia* . Diis  
manibus consecrata . Vide Vossium in Lexico .  
Quod autem Christiani antiquitus parentarent  
Martyribus, epulo, & conviviis, testis  
est August. lib. 6. confess. & festin. 15. de  
sanctis . In Breviario in Cathedra Sancti Pe-  
tri, & hæc Christianorum convivia vocaban-  
tur *Agapes* . de quæ Tertul. Apolog. cap. 29.

*Agape* est convivium dilectionis, & charita-  
tis, vide Martin. Casalius refert in aliquibus  
Galliæ locis, & Hispaniæ servari adhuc hunc  
ritum, & colligi ex lapide in Cappella San-  
cti Ildephonsi in Ecclesia Sancti Jacobi Romæ .  
Ad sepulchra defunctorum cereos accendebant  
gentiles . Sueton. in Tib. & nos accensis cereis  
funus prosequimur . Gregor. Nazianz. In  
funere Cæsarii mater faces gestabat, & Nice-  
phorus refert, Beatam Virginem hoc ritu ad  
tumulum deportatam fuisse .

Deos invocabant antequam mensæ accumbe-  
rent . Quintil. Declam. 302. *Adisti mensam,  
ad quam cum adire cepimus, Deos invocamus,*  
& apud Stobæum Diotogenis Pythagori-  
ci extat hoc præceptum . *Bene sit, ut Deus  
initio, & cæna, & prandii invocetur . Non  
quia tale quid numini sit opus : sed ut quis-  
que Dei recordans, animo sit composito .* Ita  
etiam Christiani . Tertul. Apolog. non prius,  
inquit, discumbitur, quam oratio ad Deum  
præagatur . Quod de Crucis signo ad omnem  
actionem adhibito, testatur ipsemet in libro  
de Corona Mil. cap. 23. & ex traditione id  
venisse .

Excommunicationis etiam apud Paganos fuit  
usus . Cæsar in Comm. lib. 6. de Bello Gall.  
*si quis, inquit, aut privatus, aut Populus,  
Druidum decreto non paruisse, sacrificiis in-  
terdicunt . Hæc pœna apud eos est gravissima .  
Quibus ita est interdictum, numero impiorum,  
& sceleratorum habentur, ab iis omnes disce-  
dunt, aditum eorum, sermonemque defugiunt,  
ne quid ex contagione incommodi accipiant :  
neque iis petentibus jus redditur, neque bo-  
nos ullus communicatur .* Sic Cæsar .

Alapâ percutiebant servum manumittendo, &  
nostri Præsules confirmando pueros, in signum,  
ait Ambrosius, veræ libertatis spiritualis .

Vela, & vexilla ab Ethnicis habemus, ex Ba-  
ronio .

Denique Pontificem maximum, vestales virgines,  
sacerdotes &c. habuerunt Ethnici sicut  
& Christiani proportionaliter .

Et ut ad rem nostram propius accedamus, Eu-  
charistia olim dabatur pueris, & infantibus  
tunc baptizatis, & phræneticis, saltem sub  
specie vini . Colligitur ex Cypriano, Serm.  
de lapsis apud Casalium, & hic mos servatur  
etiamnum à Græcis . Dabatur etiam energu-  
menis ad satanam ejiciendum . Cassian. collat.  
7. cap. 30.

Denique Eucharistia in os mortuorum, utriusque  
sexus immittebatur, & cum illis conspeli-  
batur . Habetur ex Concil. Antissiod. can. 12.  
*Non licet mortuis, neque Eucharistiam, ne-  
que osculum tradi : neque velo, aut pallio  
corpora eorum obvolui .* Ex Concil. Carthag.  
3. cui subscripsit Augustinus, can. 6. & tan-  
dem ex Concilio generali sexto, can. 83. *Ne-  
mo mortuorum corporibus Eucharistiam imper-  
tatur . Scriptum est enim accipite, & com-  
edite . Cadavera autem, neque accipere possunt,  
neque comedere .* Prohibitio autem ostendit  
morem, vel abusum receptum, & quod ab  
his Conciliis non prohibetur usus aliquis male-  
ficus, & superstitiosus Eucharistiæ, sed con-  
suetudo, quæ fuerit in Ecclesia, constat ex  
Amphilochio Iconii Episcopo in vita Basilii  
magni, ubi refertur, Basilium morti proximum  
Hostiam consecratam divisisse in tres

partes : & unam quidem reverenter ipse sump-  
sit, alteram sibi conspeliendam reservavit,  
tertiam positam super columna aurea ( An in  
Columba aurea ) suspendit super altare . Hujus  
fragmenti Amphilochii meminit Groperus lib.  
2. cap. 18. nam Amphilochius nec Græcè,  
nec Latinè extat. ( Huiusmodi columbas au-  
reas, vel argentæas, in quibus divina mysteria  
servarentur, super Baptisteria suspensas legimus  
in libello supplici, quem Clerus, & Mo-  
nachi Antiochæni quintæ Synodo obtulerunt. )  
Erat itaque tunc non superstitiosa, & malefica,  
sed pia, & recepta consuetudo . Ut indi-  
cant etiam Ferdinandus de Mendoza lib. 2.  
de confirm. Concilii Illiberitani, idest Gra-  
natensis ; can. 58. Claudius Spenceus lib. 2.  
de Euchar. adorat. cap. 7. & Pamelius in Cy-  
priano .

At dices, etate Sancti Patris Benedicti erat  
prohibitum à præcedentibus Conciliis, non-  
ergo prudenter, & laudabiliter egit conse-  
leri præcipiens Eucharistiam defuncto .

Resp. Concilium Generale sextum esse posterius  
Benedicto . Priora verò illa Concilia non erant  
generalia, nec per consequens obligabant  
universam Ecclesiam : & sanè Gregorius refe-  
rens hoc factum Benedicti, tantum abest, ut  
illud reprehendat, aut excuset, quin potius  
laudet . Sciebat enim Gregorius saltem ævo  
Sancti Benedicti morem illum fuisse usu  
receptum apud fideles . Quamquam enim in  
aliqua Provincia fuisset jam contrariis legibus  
vetitus, nondum tamen ab Ecclesia universali,  
nec Conciliorum statuta moralia illico  
semper acceptantur, & usu recipiuntur, oblu-  
tante nimirum, & prævalente non raro in-  
veterata consuetudine .

Quæ autem fuerit, sive ratio, sive origo hujus  
moris in Ecclesiam inducendi, Respondet Ga-  
briel Albaspinæus Episcopus Aurelianensis  
apud Hæstenum hic . „ Id factum, cùm qui-  
dam pœnitentes ante absolutionem more-  
rentur, alios simplicitate animi ductos, ut  
mandato Ecclesiæ obsequerentur, quo præ-  
cipitur, ne quis vacuus communionem disce-  
dat, Eucharistiam illis post mortem contu-  
lisse, quod existimarent scilicet, hoc modo  
ad communionem Ecclesiæ eos adoptari,  
& jus communionis illis reddi . Itaque  
excogitatum hunc ritum, tanquam quod-  
dam subsidium, quo mortui juvantur . Im-  
periti porrò illi, & rudes, quamquam mi-  
nimè mali, Eucharistiam potius, quam ab-  
solutionem tribuendam credebant quod in-  
absolutione non tantum præsidii, quam in  
Eucharistia erat constitutum, ut pœnitens  
inter fideles reponeretur . Quare cùm talis  
premeret necessitas, ad potentissimum re-  
medium confugiebant . Hæc sive Albaspi-  
næus, sive Hæstenus .

At mihi probabilior videtur conjectura Basilii  
Pontii Legionensis, quæst. 2. scholastica, va-  
riar. disput. par. 1. Cùm enim, ut præceden-  
tibus exemplis ostensum est, multi Christiano-  
rum ritus ab Ethnicis fluxerint, idem cre-  
dibile est contigisse in hoc usu dandi Eucha-  
ristiam defunctis . Vigeat liquidem apud  
Gentiles superstitio, qua credebant, hominum  
animas, cùm ex hac vita migrarent, ut ad  
Elysiæ campos traducerentur, tranare flumen  
Cocyti apud inferos, illucque vehi Charontis  
rate, ut ergo portorium defunctus solveret, im-  
mittebant Charonti, statim ut aliquis decede-  
bat, in os ejus obolum ( idest sextam partem  
drachmæ ) vel trientem ( tertiam partem assis, )  
quem in naulo pro ratis præstitæ beneficio,  
Charonti portitori solveret, Juven. sat. 1.  
vers. 574.

At ille  
*Jam sedet in ripa, tetrumque novitius borret  
Portus mea, nec sperat canosi gurgitis alvum  
Infelix, nec habet, quem porrigat ore trien-  
tem .*

Apulejus etiam Metamorph. lib. 6. *Ac in ipso  
ore duas ferre stipes, &c.* Lucianus tom. 2.  
pag. 242. in edit. Basil. & pagin. 278. & 287.  
& tom. 2. pag. 81. 135. 147. & 159.  
Ut ergo hanc Gentilium de naulo superstitio-  
nem aboleret, & consecraret Ecclesia illo  
primo tempore prudenter aut instituit, aut  
per-

(1) *De Monacho, qui in gradu eodem Monasterii descendens, draconem contra se in itinere invenit.*

## CAPUT XXV.

**GREGORIUS.** Quidam autem ejus Monachus (2) mobilitati mentem dederat, & permanere in Monasterio volebat. Cumque eum vir Dei assidue corripere, frequenter ammoneret, ipse vero nullo modo consentiret in Congregatione persistere, atque inportunis precibus, ut relaxaretur, immineret: quadam vero die isdem Venerabilis Pater nimietatis ejus tadio affectus, (3) iratus (4) jussit, ut discederet. Qui mox ut Monasterium exiit, contra se assistere aperto ore draconem in itinere invenit. Cumque enim isdem draco, qui

permisit, ut oboli vel triensis loco, mortuorum ori inferretur Eucharistia, non ut falso Charonti ratis beneficium persolveretur, sed quo aeternae vitae illi cadaveri pignus praeberetur. Neque ab hoc dissentit ipsa Eucharistiae forma in nummi figuram efformata. Itaque nummus ille caelestis ori imponebatur defuncti, quo daretur intelligi, corpus illud, quamvis emortuum, ejus nummi virtute caelestem, & immortalem vitam adepturum. Corporum enim resurrectio huic sacramento passim ascribitur à Patribus, dicente Christo, *Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.*

Nec abludit nomen Viatici, quo Eucharistia moribundis data, appellatur, ut infra ex Balsamone.

Altera hujus consuetudinis ratio est ad fugandos Dæmones à corporibus defunctorum. Nam Dæmones habitare sepulchra, & hominum obsidere cadavera, multis experimentis compertum est. Et ideo benedicti consueverunt Cœmeteria, ut ait Chrysost. hom. 35. in Math. Ideo etiam thurificantur cadavera, & asperguntur aqua benedicta de quibus vide Guilielmum Durantum in rationali div. off. lib. 7. cap. 35. & Joann. Beleth. cap. 161. Igitur ad effugandos dæmones imponebatur olim Eucharistia cadaveribus. Est ratio Ferdinandi de Mendoza lib. 2. cap. 18. ubi cum ex Concil. Arausic. 2. can. 14. probasset, dæmoniacis, & fanatico spiritu correptis olim dari solere Eucharistiam, & ex Prospero lib. 4. de prædict. cap. 6. & Cassiano collat. 7. cap. 29. & 30. subdit sic *Nec mirum ei videbitur, qui mortuis Eucharistiam tradi ad effugandos dæmones apud antiquos legerit.* Eandem rationem probat Basilius Laudanus, & firmatur ex Theodoro Balsamone ad Can. 83. Synodi Trullanae sic dicente, *Quod autem sanctus panis Antistitibus post mortem tradatur, existimo hoc fieri ad avertendos dæmones, & ut per ipsum, tanquam viaticum, deducantur ad Cælum.*

Atque ad hanc posteriorem rationem respexisse videtur Sanctus Pater noster, ut scilicet obdientem dæmonem, & corpus defuncti Monachi è sepulchro ejicientem, dominici corporis præsentia fugaret, sicque non amplius in illud dæmon debacchari, auderet. Nihil igitur mirandum hoc à Benedicto tunc factum. Erat enim usu recepta consuetudo, quam tamen, alias jam agente radices Catholica Ecclesia, prudentissimè abrogavit posteriores Patres; itaut nunc malè audiret apud fidei Quæsitores, qui nostro ævo simile quid auderet.

## IN CAPUT XXV. NOTÆ.

- (1) Titulum hujus capituli variè præferunt nostri. Codex 85. legit de Monacho, qui in gradu eodem Monasterii descendens, draconem contra se in itinere invenit. Codex 169. de Monacho, qui ingratus de eodem Monasterio discessit, draconem in itinere invenit. Codex 272. de Monacho, qui in grato cun-

A apparuerat, devorare vellet, cœpit ipse tremens, & palpitans magnis vocibus clamare, dicens: (5) currite, currite, quia draco iste me devorare vult. Currentes autem Fratres, draconem minimè viderunt, sed trementem, atque palpitantem Monachum ad Monasterium reduxerunt; qui statim promisit numquam se esse jam Monasterio recessurum, atque ex hora eadem in sua promissione permansit. Quippe, qui Sancti viri orationibus (6) contra se assistere draconem viderat, quem prius non videndo sequebatur.

*De elephantioso curato.*

## CAPUT XXVI.

B **S**ed neque hoc filendum puto, quod illustri viro (1) Aptonio narrante cognovi, qui ajebat, patris sui (2) puerum (3) morbo ele-

dem Monasterii descendit, draconem contra se, &c. vide infra.

(2) Vulgati. Mobilitati mentis deditus erat) nostra lectio, quæ est omnium codicum Casinensium, non corrigenda.

(3) Et infra cap. 28. Tunc iratus. Necessè est, mentem non habeat qui non habet iram. Proverbii loco apud Platonem receptum est. Hinc Epictetus Stoicus hanc solam alterationem sapientis animo concedit. Moderata ergo rationabilis est, nam immoderata furor est & infania, quod de placidissimis Benedicti moribus minimè suspicandum. Iratus itaque quemadmodum cecinit Civis meus.

*Sdegno guerrier della ragion ferace.*

Qua ratione & Deus ipse se ad iracundiam aliquando concitatum affirmat.

(4) Ex contextu liquet, hunc Monachum non fuisse Novitium, sed professione ligatum, ideo relaxari instabat. Quomodo ergo Divus Benedictus illum discedere jussit, aut legitime permittere potuit? Non pauca huc congestit Hæftenus ex Suario ut huic difficultati satisfaciatur. Sed ex Regula facile Responderetur, qua licet Monachum ex Monasterio expellere justis de causis, quis autem dubiter sanctissimo viro justissimas causas detuisse, ut Monachum abire juberet? & quid si credamus, sanctum Patrem prævidisse, quod eventurum erat? ideoque jussit abire, quem mox rediturum, & non amplius abiturum prænoverat, ut hic subnectitur.

(5) Ergo vix è Monasterio exierat, ut à Fratribus exaudiri potuerit, clamans, & hoc forte indicare voluit Titulus hujus capituli. *Qui in gradu eodem Monasterii*, quali dicat, in ipso Monasterii descensu. Unde hic subditur. *Currentes autem Fratres.* Statim siquidem accurrerunt. Quare inverisimile mihi est, quod aliqui locum, ubi draco abeunti apparuit, designant infra viam.

(6) Pulchra Gregorii moralitas, non visum sequebatur, quem visum horret, & aufugit, ita omne peccatum, cujus si deformitatem aspiciere liceret, nemo non refugeret. Sed cæci fucaram ejus larvam intuemur.

## IN CAPUT XXVI. NOTÆ.

E (1) Unicus codex legit Antonio, in idem tamen recidit. Gothica enim Dialectus p ante consuevit præponere. Dampnum, sompnas, sampnium, quare hic legendum puto Aptonio.

(2) Idest famulum. Sæpè in sacris literis. Vide notata ad chron.

(3) Lepreæ genus est, & veluti corporis cancer, dicta Elephantiasis, seu Elephantinus morbus, quia cutis ulcerosis quibusdam veluti valliculis infestatur, & Elephantii corio similis redditur. Oritur ex atra bile rectorrida in epate, unde totum corpus viciatur, ut hic describitur à Gregorio. Morbus est insanabilis, si inveteraverit, & ideo miraculosè sanatus in puero isto. Vid. Voss. & Martin. ex quo Hæftenus de eo in Levit. cap. 14.

elefantino fuisse correptum, ita ut jam pilis cadentibus, cutis intumesceret, atque incrementem sanie occultare non posset. Qui ad virum Dei ab eodem patre ejus missus est, & saluti pristinae (4) sub omni celeritate restitutus.

*De solidis per miraculum (1) debitori redditis.*

## CAPUT XXVII.

**N**Equae illud taceam, quod (2) ejus discipulus Peregrinus nomine narrare consueverat: quia die quadam fidelis vir quidam necessitate debiti compulsus, unum sibi fore remedium credidit, si ad Dei virum pergeret, & quae eum urgeret debiti necessitas, indicaret. Venit itaque ad Monasterium, Omnipotentis Dei famulum repperit, & quia à creditore suo (3) pro duodecim solidis graviter affigeretur, intimavit. Cui Venerabilis Pater, nequaquam se habere duodecim solidos respondit, sed tamen ejus inopiam blanda locutione consolatus, ait: vade, & post biduum revertere, quia deest hodie, quod tibi debeam dare. In ipso autem biduo more suo in oratione fuit occupatus. Cum die tertio is, qui necessitate debiti affligebatur, rediit, super arcam verò Monasterii, quae erat frumento plena, subito tredecim solidi sunt inventi: quos vir Dei deferri iussit, & afflicto petitori tribuit, dicens; ut duodecim redderet, & unum in expensis propriis haberet. Sed ad ea nunc redeam, quae ejus discipulis in libri hujus exordio praedictis referentibus agnovi. Quidam vir gravissima Adversarii sui æmulatione laborabat, cujus ad hoc usque odium prorupit, ut ei nescienti in potu venenum daret, cui quamvis vitam auferre non valuit, cutis tamen colorem mutavit, ita ut diffusa in corpore ejus varietas, leprae morem imitari videretur. Sed ad Dei hominem deductus, (4) salutem pristinae citius recepit, nam mox ut eum contigit, omnem cutis illius varietatem fugavit.

(4) Circumstantia miraculi, digna magni Gregorii observatione: omnipotentia non indiget tempore. cap. sequenti salutem pristinae citius recepit.

## IN CAPUT XXVII. NOTAE.

- (1) Hæftenus ex codice Vaticano legit *Presbytero*. Sed nusquam in nostris, neque ex contextu colligi potest.
- (2) Cætera quatuor ejus discipulis referentibus, didicisse se dixerat Gregorius, ideoque eorum, quae ab illis non didicit, specialem auctorem laudat. Deinde ad pristinos redit auctores, ut hic infra.
- (3) *Solidus* ab *Osca* voce *sollum*, quod est totum & solidum, deducit Festus, & probat eruditissimus Vossius. Unde tela *Solliferrea*, hoc est, tota ferrea, & quae nulla parte laxata, cavaque sunt, solida nominantur. Itaque à *Sollo*, est solidus, nam unico *l* scribebant antiquiores ante Ennium. Hinc nummus aureus dicitur solidus, quasi integer, ad discrimen aureorum dimidiatorum, & tertiariorum, qui semisses, & tremisses dicti.
- Quanta verò solidi æstimatio fuerit, non potest præcisè diffiniri, cum varius fuerit denarium, quibus solidi constant. valor, vide Budæum de asse. Martin. in *Lexico*, ex quo Hæftenus hic. Utique tredecim istos solidos, à Benedicto debitori largitos, non exiguae fuisse æstimationis, ex textu liquet.
- (4) Hæftenus ex Milletio locum ubi leprosus hic sanatus fuit, signat, ut reor, in Cappella Sanctæ Crucis, quae tribus olim sacellis distinguebatur. Verum unde id acceperit ignoro. Nam Gregorius refert, leprosum dedu-

*De ampulla vitrea in saxis projecta, & non fracta.*

## CAPUT XXVIII.

**E**odem quoque tempore, quo alimentorum inopia Campaniam graviter affligebat, vir Dei diversis indigentibus Monasterii sui cuncta tribuerat, ut penè nihil in (1) cellario, nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam Subdiaconus Agapitus nomine advēnit, magnoperè postulans, ut sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem Domini, qui cuncta decreverat in terra tribuere, ut in Cælo omnia reservaret, hoc ipsum parum, quod remanserat olei, iussit petenti dari: Monachus verò, qui cellarium tenebat, audivit quidem jubentis verba, sed implere distulit. Cumque post paululum si id, quod iusserat, datum esset, inquireret, respondit Monachus se minimè dedisse: quia si illud tribueret, omnino nihil Fratribus remaneret. Tunc iratus, aliis præcipit, ut hoc ipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, (2) per fenestram proicerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret, factumque est. (3) Sub fenestra autem eadem ingens præcipitium patebat, saxorum molibus asperum. (4) Projectum itaque vas vitreum venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si projectum minimè fuisset: itaut neque frangi, neque oleum effundi potuisset. Quod vir Domini præcipit levare, atque ut erat integrum petenti tribui. Tunc collectis Fratribus inobedientem Monachum de infidelitate sua, & superbia coram omnibus increpavit.

*De dolio vacuo, & oleo repleto.*

## CAPUT XXIX.

**Q**ua increpatione completa, (1) sese cum hisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco, ubi cum Fratribus orabat,

ctum fuisse ad virum Dei, non ergo in via, sed in Monasterio sanatus describitur.

## IN CAPUT XXVIII. NOTAE.

- (1) Locus, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Hieron. Lucz 12. considerate corvos, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos) qui curam gerebat cellarii, Cellarius, & Cellarius & ipse vocabatur, de quo in Regula.
- (2) *Erat hæc fenestra* inquit Hæftenus, ut annotavit Milletius, altera earum, quae Sancti Benedicti illustrabat cellam, in summa contignatione turris constituta, quae nunc atrium efficit Monasterii. Non atrium ibi nunc est Monasterii, nec tempore, quo Milletius Casinum adivit, erat. Sed potius Monasterii primus aditus, cui Turris imminet,
- (3) Asperitate montis nondum delenita, ut postea.
- (4) De impressione nullum verbum, quod tamen nec omisisset, nec omittendum fuisset Gregorio: nec iis, qui Gregorio retulerunt. Neque posteriorum aliquis meminit; sed de hoc supra.

## IN CAPUT XXIX. NOTAE.

- (1) Pro iisdem, ut in vulgatis. At perperam emendatum. Nam antiqui iisdem utebantur pro iisdem, Ennius, Lucretius. Testis est Cicero de perfecto Oratore. *Malè*, inquit, *sonabat iisdem*. *Impetratum est à consuetudine, ut peccare, suavitate causâ, liceret*. Vide Lector, quam inconsultum sæpe sit veteres Scriptores emendare. Sed quia auctor noster utitur etiam iisdem pro idem, cap. 25. & alibi ideo hic distinxit, addendo aspirationem.



bat, vacuum erat ab oleo dolium, & cooper-  
tum. Cùmque sanctus vir in oratione perfis-  
steret, cœpit operimentum ejusdem dolii oleo  
excrecente sublevari: quo commoto, atque  
sublevato, oleum quod excreverat, ora dolii  
transiens, pavementum loci, in quo incubue-  
rat, inundabat. Quod Benedictus Dei famu-  
lus, ut aspexit, protinus orationem comple-  
vit, atque in pavimento oleum defluere ces-  
savit. Tunc dissidentem, inobedientemque  
Fratrem latius ammonuit, ut fidem habere  
disceret, & humilitatem. Idem verò frater  
salubriter correptus erubuit; quia Venerabi-  
lis Pater virtutem Omnipotentis Domini,  
quam ammonendo intimaverat, miraculis  
ostendebat. Nec erat jam ut quisquam de  
ejus promissionibus dubitare posset, qui uno,  
eodemque momento, pro vitreo vase penè  
vacuo, plenum oleo dolium reddidisset.

*De Monacho à dæmonio liberato.*

CAPUT XXX.

Quadam die, dum ad Beati Johannis ora-  
torium, quod in ipsa montis celsitudine  
situm est, pergeret, (1) ei antiquus

(1) Miror, viros, alioqui expeditissimos, & eru-  
ditissimos, in his Gregorii verbis, adeo ineprè  
cespitasse, ut risum cæteris debeant: cùm lo-  
cus mihi quidem planissimus semper fuerit,  
minimeque salebrosus. Legunt vulgati. Ei  
antiquus hostis in mulo (sic distinguunt) me-  
dici specie obviam factus est, cornu, & Tri-  
pedicam ferens. Ex qua prava lectione (cui  
reclamant omnes codices Casinates, in qui-  
bus, Mulomedici, simplex vox est non du-  
plex) fabulantur & pingunt Diabolum in  
specie Medici, barbâ promissâ, mulæ insi-  
dentis, matulam ad latus gestantis, & in fini-  
stra capsulam variis pharmacis onustam. Ex  
his Joannes Carpent. apud Hæsten. ô medi-  
cum insignem! frigosa ficcine mula, vêtus  
ades? & Angelus Sangrinus, aliique. An verò  
non à Cornu, & Tripedica satis superque sui  
erroris moneri potuerunt? Quid enim ad Ar-  
chiatrum Cornu, & Tripedica? An ita insa-  
niebat Diabolus, ut quæ Medici essent em-  
blemata quæque Medici formam decerent,  
ignoraret? & porrò Ludovicus de la Cer-  
da in Adversariis sacris cap. 116. paragr. 9.  
fabulari pergens, deceptus, reor, sequentibus  
verbis, quibus Diabolus respondit, *Ecco ad  
Fratres vado potionem eis dare, Tripedicam*  
interpretatur *Genus potionis, & medicamenti*  
in qua hallucinatione prævit Dominico Ma-  
gro, & eruditissimo Vossio de vitis Sermo-  
nis, qui tamen relata Ludovici opinione, pru-  
denter proprium judicium minimè interponit.  
Præmitto igitur Mulomedicus, equimedicus,  
Medicus est veterinarius, medicus equarius,  
Curator jumentorum, Græcè Hippojater, Ita-  
licè Marefcalco, Manefcalco, Minifcalco.  
Tripedica, hoc est triplex pedica, est funis, re-  
ffis, funiculum, quo tres jumentis pedes im-  
pediuntur. Pedica enim pedis est impedimen-  
tum, ex qua, Tripedica (nam *Tripedia* est  
trium pedum scabellum apud Bollan. 25. feb.  
pag. 526.) Mulomedici refractarios equos,  
ferreas soleas recusantes, in tribus pedibus li-  
gant, & irretiunt, ut interim quarto soleam  
adfigant. Cornu medicinam ægro jumento in  
os ingerunt. Et hæc sane obviam sunt cuique:  
ex his paraphrasticè locum enarremus.  
Antiquus hostis ludificaturus Monachos, eosque  
quasi ægra jumenta reputans, sibi que de sua  
nequitia petulanter promittens, assumit spe-  
ciem Mulomedici, & ut is videretur, qui  
videri vellet, gestat instrumenta ejus artis,  
Cornu, & Tripedicam, Sub hac forma ap-  
paret viro Dei, à quo interrogatus, quò va-  
dis, insultabundus respondit, Ecce ad Fratres  
vado potionem eis dare; & protectò molestis-  
simam potionem, nam haurienti aquam se-  
niori Monacho, se bibendum propinavit.

A hostis in Mulomedici specie obviam factus  
est, cornu, & tripedicam ferens, quem cùm  
requisisset, dicens: (2) ubi vadis? ille res-  
pondit. (3) Ecce ad Fratres vado potionem  
eis dare; itaque perrexit Venerabilis Benedi-  
ctus ad orationem, qua completa, concitus  
rediit. Malignus verò spiritus unum senio-  
rem Monachum invènit aquam haurientem, (4)  
in quo statim ingressus est, eumque in terram  
projecit, & vehementissimè vexavit. Quem  
cùm vir Dei ab oratione rediens, tam crude-  
liter vexari conspiceret, (5) ei solummodo ala-  
pam dedit, & malignum ab eo spiritum pro-  
tinus excussit, itaut ad eum redire ulterius  
non auderet.

B PETRUS. Velim nosse: hæc tanta miracu-  
la, virtute semper orationis impetrabat, an  
aliquando (6) ex potestate etiam solo volun-  
tatis exhibebat nutu?

GREGORIUS. Qui devota mente Deo ad-  
hærent, cùm rerum necessitas exposcit, exhi-  
bere signa modo utroque solent, ut mira-  
quæque aliquando ex prece faciant, aliquando  
ex potestate. Cùm enim Johannes dicat: Quot-  
quot autem receperunt eum, dedit eis pote-  
statem

C Et verò, non sunt hæc in verbis Gregorii sole-  
clariora? quæ ergo intemperies Mulam, Me-  
dicum, chirotecas, matulam, pharmaca, &  
hujusmodi ludibria huc invexit? usque adeò  
delirant etiam sapientes, si quando Auctores  
oscitanter legere libet.

Tripedica vocabulum in nostra notione, pu-  
rum putum retineri in Lucania, monet nunc  
noster Paulus Reveglia Napolitanus, vir do-  
ctus, & eruditus.

(2) Editi habent, *quo vadis*. At lectio nostra fre-  
quens est Gregorio, & ejus ævi scriptoribus.  
Paulò intra idem Gregorius, in quo, pro, in  
quem, infra cap. 32. ubi dum vir Dei cum  
fratribus pervenisset) quæ lectio est etiam  
Hæsteni ibi. Sed hic *quo* maluit reponere.  
Ibidem Corpusculo, alii corpusculum. Ano-  
nymus Salern. ap. Pereg. *Beneveniant Domi-  
ni mei, ubi pergitis?* Petrus Diac. lib. 4.  
chron. cap. 111. *Pater Benedictus Abbatem  
in Gallia dirigere cupiens, Maurum ibi di-  
rexit, & alibi sæpe Apulejus in Asino aureo,*  
ubi ducis Asinum istum? sic locutos notans  
rusticos. Ostiensis, lib. 2. cap. 30. *Cùm ibi  
venisset, & paulò ante, ibi tunc supervenisse.*

(3) Simile prorsus, inquit Hæstenus, legitur de  
Sancto Macario apud Ruffinum in Vitis Pa-  
trum lib. 3. num. 61. vide illum.

(4) In quem, legunt vulgati at non ex Gregorio.  
(5) Huc respiciens Sedulius lib. 5. de alapis Chri-  
sto inflictis cecinit.

*His alapis nobis libertas maxima plaust.*  
Servi manumissi alapa percutiebantur. Quas  
propterea injurias felices appellat Claudia-  
nus, è manu Diaboli dimitendus hic obsessus  
alapa feliciter percutitur. Longè aliter gna-  
thones, & parasiti, qui ventris causa, alapas  
perpetiebantur. Isidor. Alopis, qui propter  
mercedem Alapas patitur. Voss. Alapa, hoc  
est, aperta manu, percuti contumeliosum,  
qua contumelia confusus; superbus Diabolus  
discessit.

E (6) Faciendi miracula duplex est potestas. Altera  
excellentiæ, & hæc propria est humanitatis  
Christi ob unionem ad Verbum, altera Mi-  
nisterialis: & hanc Sanctis viris aliquando  
delegat Deus, ut non tantùm prece, oratio-  
ne, & impetrativè, sed quasi habitualiter,  
& potestativè cooperando mirabilia faciant  
ex gratia singulari, quam in Sancto Patre  
nostro veneramus; quod doctrinis, & exem-  
plis luculenter explicat Gregorius, & Divus  
Thomas quæst. 6. disput. 1., art. 4.

An verò dari possit qualitas permanens ad pa-  
tranda miracula sanctis viris à Deo tributa,  
quæstio est scholastica, quam affirmativè de-  
terminavi in commentariis ad quæst. 12. pri-  
mæ partis D. Thomæ.



statem filios Dei fieri. Qui filii Dei ex potestate sunt, quid mirum si signa facere ex potestate valent? Quia enim utroque modo miracula exhibeant, testatur Petrus, qui Tabitam mortuam orando suscitavit, Ananiam verò, & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur, sed solummodo culpam, quam perpetraverant, increpasse. Constat ergo, quia aliquando hæc potestate, aliquando verò exhibent ex postulatione, dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando. Nam duo quoque fidelis Dei famuli Benedicti facta nunc replico, in quibus aperte clareat, aliud hunc ex accepta divinitus potestate, aliud ex oratione potuisse.

*De ligato Rustico, & solo ejus visu soluto.*

### CAPUT XXXI.

(1) **G**othorum quidam Zalla nomine (2) perfidiæ fuit Arrianæ, qui Totilæ Regis eorum temporibus contra Catholicæ Ecclesiæ religiosos viros ardore immanissimæ crudelitatis exarsit, ita ut quisquis ei Clericus, Monachusve ante faciem venisset, ab ejus manibus vivus nullo modo exiret. Quadam verò die avaritiæ suæ æstu succensus, in rapina rerum inhians, dum quendam rusticum crudelibus affigeret tormentis, eumque per supplicia diversâ laniaret, victus poenis rusticus, se se res suas Benedicto Dei famulo commendasse professus est, ut dum hoc à torquente creditur, suspensa interim crudelitate, ad vitam horæ raperentur. Tunc isdem Zalla cessavit rusticum tormentis affligere, sed ejus brachia loris fortibus adstringens, ante equum suum cœpit impellere, ut quis esset Benedictus, qui ejus res susceperat, demonstraret. Quem ligatis brachiis rusticus antecedens, duxit ad sancti viri Monasterium, eumque ante ingressum cellæ solum sedentem reperit, & legentem. Eidem autem subsequenti & sævienti Zallæ rusticus dixit: ecce iste est, de quo dixeram tibi, Benedictus Pater. Quem dum fervido spiritu cum perversæ mentis infania fuisset intuitus, eo terrore, quo alios confueverat, acturum se existimans magnis cœpit vocibus clamare, dicens: surge, surge: & res istius rustici redde, quas accepisti. Ad cujus vocem vir Dei protinus oculos levavit à lectione, eumque intuitus,

(1) Galla legunt Baronius, & alii. Sed nullo nostro codice refragante, Zalla legimus. Verum tamen est, z, & g non rarò permutari. Harpago Latinum ab Arpazo venit Græco, & Lugeo fortè à Luzo. Itali z vertunt aliquando in g Zelotipia, Gelosia.

Zallam hunc Baronius ait fuisse Ducem exercitus Gothorum, mihi non probatur. Quis credat magni ducem exercitus pusilli rustici rebus inhiasse? solum, sine ullo comite procedere? Rustici brachia loris adstringere? Ad Benedictionem accipiendam, hoc est, elemosynam, vel aliquod munusculum, vel cibum, introrsus tolli? ergo Baronium nominis Homonymiâ deceptum arbitror, quod Dux exercitus Zalla similiter vocaretur.

(2) Quales Reges eorum, Theodoricus præsertim, & Totila. Jeroboam, qui peccare fecit Israël, suo exemplo populos in perfidiam traxit, politico consilio. Schisma enim & divisio Religionis politicæ divisionis magnum est instrumentum.

(3) Simile miraculum refertur de Simeone Stylita, qui solo aspectu lignum ex draconis oculis

A | mox etiam rusticum, qui ligatus tenebatur, attendit. (3) Ad cujus brachia, dum oculos deflexisset, miro modo tanta se celeritate cœperunt illigata brachiis lora dissolvere, ut dissolvi tam concitè nulla hominum festinatione potuissent. Cùmque is, qui ligatus venerat, cœpisset subito ad stare solutus, ad tantæ potestatis vim (4) tremefactus Zalla ad terram corruit, & cervicem crudelitatis rigidæ ad ejus vestigia inclinans, orationibus se illius commendavit. Vir autem sanctus à lectione minimè surrexit, sed vocatis Fratribus eum introrsus tolli, ut benedictionem acciperet, præcepit. Quem ad se reductum, ut à tantæ crudelitatis infania quiescere deberet, ammonuit. Qui correptus recedens, nihil ulterius petere à rustico præsumpsit, quem vir Dei non tangendo, sed respiciendo solverat. Ecce est, Petre, quod dixi, quia hi, qui Omnipotenti Deo familiaris serviunt; aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit, lora verò, nodosque ligaturæ, quæ innocentis brachia astrinxerat, oculo dissolvit, ipsa miraculi celeritate indicat, quia ex potestate acceperat habere quod fecit. Rursum quoque, quale quantumque miraculum orando valuit optinere subjungam.

*De mortuo suscitato.*

### CAPUT XXXII.

**Q**uadam die (1) cum Fratribus ad agri opera fuerat egressus, quidam verò rusticus defuncti filii corpus in ulnis ferrens, (2) orbitatis luctu æstuans, ad Monasterium venit, Benedictum Patrem quæsit. Cui cùm dictum esset, quia isdem Pater cum Fratribus in agro moraretur, protinus ante Monasterii januam corpus extincti filii projecit, & dolore turbatus, ad inveniendum Venerabilem Patrem se se concitus in occursum dedit. Eadem verò hora vir Dei ab agri opere jam cum Fratribus revertebatur. Quem mox, ut orbatu Rusticus aspexit, clamare cœpit: Redde filium meum: redde filium meum. Vir autem Domini in hac voce substitit, dicens: Numquid ego filium tuum abstuli? Cui ille respondit: (3) Mortuus est, veni resuscita eum. Quod mox, ut Dei famu-

ejecit, & de Sancta Coleta, cujus intuitu ustulati Monialis manus, atque pes, sanitati sunt restituti. Hæsten.

Lorum autem, non à Lauro, ut Donato placuit, sed à Corio, quod lingua veteri lorum dicebatur, deducit Vossius, unde Lura pro ure coriaceo ponitur.

(4) Excellens virtus etiam ab invitis extorquet venerationem.

#### IN CAPUT XXXII. NOTÆ.

(1) Quam enim regulam suis alumnis præscribat, exemplo confirmabat.

(2) Filii parentum sunt pupillæ; Lux oculorum. Tobias de Tobia filio. Lumen oculorum nostrorum, ergo filiis privati orbi, seu cæci dicuntur. Hinc Dea Orbona apud Arnobium, lib. 4. In tutela sunt Orbonæ orbatu liberis parentes. Voss.

(3) Observa fidem. Vide fiduciam: tanta increbuerat miraculorum fama Sancti Patris, ut nil ab illo sibi quisque non speraret; & confidenter promitteret, ut Rusticus hic jurare ausus sit, se non recessurum, nisi filio resuscitato.

mulus audivit, valde contristatus est, dicens: Recedite Fratres, recedite, (4) hæc nostra non sunt, sed Sanctorum Apostolorum sunt. Quid nobis honera vultis imponere, quæ non possumus portare? at ille, quem nimius coegebat dolor, in sua petitione perstitit, jurans, quod non recederet, nisi ejus filium resuscitaret. Quem mox Dei famulus inquisivit, dicens: ubi est? cui ille respondit; Ecce corpus ejus ad januam Monasterii jacet. Ubi dum vir Dei cum Fratribus pervenisset, flexit genu, & (5) super corpusculum infantis incubuit, seseque erigens, ad Cælum (6) palmas tetendit, dicens: Domine non aspicias peccata mea, sed fidem hujus hominis, qui resuscitari filium suum rogat, & redde in hoc corpusculo animam, quam abstulisti. Vix in oratione verba compleverat, & regrediente anima, ita corpusculum pueri omne contremuit, ut sub oculis omnium, qui aderant, apparuerit concussione mirifica tremendo palpitate. Cujus mox manum tenuit, & eum

(4) Deest in vulgatis iteratum verbum substantivum, sed energia his quoque deest, quam nostri habent.

(5) Ingredientibus hoc sacrum Cœnobium statim occurrit ad dexteram parvulum oratorium, super cujus altare sedet signum S. Patris. Benedicti marmoreum; ibi hunc infantem resuscitatum ex traditione habemus, ibi ducenti farinæ sacci inventi, ibidemque ampulla vitrea in saxa sine damno allisa, quæ tria his versibus inibi explicantur marmoris coronidi inscriptis.

„ Mortuus hic puer est, Benedicti voce re-

„ vixit.

„ Tacta silex cubiti subsedit pondere sacri;

„ Plena olæ pbia signantur saxa cadenti.

„ Bis centum modis farina manè videntur.

Janua itaque Monasterii, ubi nunc est, tunc quoque erat, de impressionibus genuum, cubitorum, & Ampullæ, quæ hic ostenditur, jam supra diximus.

Incumbit Sanctus Pater super corpusculum infantis resuscitandi, ritu Elisæi, & quidem non sine mysterio.

(6) Supplicantium antiquissimus mos est etiam apud Gentiles, quo gestu, cor, & desideria ad cælum dirigere ostendimus. Virgil. 10. Æneid. *Ambas ad cælum tollit palmas.*

IN CAPUT XXXIII. NOTÆ.

(1) Non germanam tantum, sed & gemellam, eodemque cum Fratre partu editam, tradunt recentiores, nullo veteri auctore laudato: nisi Tritemio lib. de vir. illustr. ubi de Abundantia genitrice. *Hæc, inquit, periclitata in partu, geminos edidit, filium scilicet Benedictum, & filiam nomine Scholasticam.* Mihi verò succurrit restem prodere antiquiorem, nempe octo jam sæculorum, Bertharium martyrem, vel potius mille jam annorum Bedam in serm. de Sancta Scholastica, qui favere videtur, cum virginem lamentantem, quod Frater secum manere pernegasset, sic inducit loquentem *Tu non cernebas, quod una nobis mansio fuisset inter uteri septa.* Quam felix uterus geminato sanctorum puerperio.

(2) Olim scholastici appellativa nuncupatione dicebantur, qui se in fictis litibus exercerent, Plin. in Epistolis. *Annum sexagesimum excessit, & adhuc scholasticus tantum est, quo genere hominum nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius, non enim, qui in foro, verisque litibus tenemur, multum malitia, quamvis nolimus, addiscimus.* Quandoque sumitur pro deserto, & in oratoria arte exercitato. Severus Sulpit. Dial. p. *Cum sis scholasticus, artificiosè facis, ut excuses imperitiam, qui exsuperas eloquentiã.* Quia verò præter juris cognitionem, facundia in Advocatis, & Causidicis opus est, nomen scholastici pro his accipi cœpit, qui veras causas agerent. August. tract. 7. in Joan. *Qui habent causam, & volunt supplicare Imperato-* Tom. IV.

A Patri viventem, atque incolumem dedit. Lique, Petre, quia hoc miraculum in potestate non habuit, quod prostratus petiit, ut exhiberi potuisset.

PETRUS. Sic cuncta esse, ut asseris, constat parenter: quia verba, quæ proposueras, rebus probas. Sed quæso te, indices, si sancti viri omnia, quæ volunt possunt, & cuncta impetrant, quæ desiderant optinere.

GREGORIUS. Quisnam erit, Petre, in hac vita Paulo sublimior, qui de carnis suæ stimulo ter Dominum rogavit, & tamen quod voluit optinere non valuit? ex qua re neesse est, ut tibi de Venerabili Patre Benedicto narrem, quia fuit quidam, quod voluit implere, sed non potuit.

De miraculo Scholasticæ ejus sororis.

CAPUT XXXIII.

(1) Soror namque ejus (2) Scholastica nomine, (3) Omnipotenti Domino

ri, quarunt aliquem scholasticum jurisperitum. Generalius postea accepta vox scholastici pro homine erudito, & scholarum disciplinis exulto. Hieron. in catal. script. Serapion, *ob elegantiam ingenii, nomen scholastici meruit.* August. lib. de Dialect. *Cum scholastici solum propriè, & primitus dicantur ei qui adhuc in schola sunt: omnes tamen, qui in literis vivunt, nomen hoc usurpant, hæc ex Vossio in Lexico, qui subdit. Tandem & barbari illi scholarum magistri id nomen meruere, qui sacram Scripturam ad Philosophorum morem tractarent, quales Petri Lombardi interpretes, sinat tamen A Catholicus Vossius barbaram scholasticos nostros loqui; dum hujusmodi barbarie, fidei Catholicæ puritatem, ab Hæreticorum fordibus impollutam custodiunt. Vetus hæc est querela contra Ecclesiam. Advocandus Arnobius lib. 1. Joannes Pico Mirand. Epistola ad Hermolaum Barbarum. Augustin. lib. de catechizand. rudibus cap. 9.*

Scholastica igitur proprium nomen fuit sanctissimæ virginis nostræ. Cujus impositionis causam rimari, scholasticum planè otium præ se ferret. Legatur Bertharius serm. citat. & Beda apud Hæstenum.

(3) Ex his Gregorii verbis oritur quæstio.

Utrum Scholastica verè claustralis Religiosa fuerit: An devota?

Devotas dicimus, quæ non in claustro virginum, sed privata in domo, modesto, quidem, sed communis formæ amictu, vitam castitatis, aliisque virtutibus conspicuam ducunt: quarum institutum laudabile: sed longè laudabilius earum, quæ Cœnobii claustris inclusæ, rebus omnibus abdicatis, strictiori sub obedientia, & securiori castitate Numini consecrantur.

Hericus Vanden Zipe Abbas Sancti Andrea apud Hæstenum, qui ejus strictim rationes refert, Scholasticam claustralem religiosam fuisse, acerrimo conatu defendit, eique assentitur Jacobus Ferragius Theologiæ Doctor in Gallica Sanctæ Scholasticæ vita.

Vir clarissimus Johannes Bollandus in Actis Sanctorum ad decimum Februarii pag. 394. eandem instituens quæstionem argumenta Zipe infirma censet, & nihilominus proprii potius inclinatione judicii, & arcano quodam instinctu, quam ullis rationum momentis, Scholasticam monachico habitu, in aliarum convictu sanctimonialium, certis adstrictam legibus Religiosam fuisse, profiteretur. Quominus vero auctoritate, aut ratione vincatur, obstare sibi videtur.

Primo, Quia in auctoribus affirmativæ sententiæ nemo est, qui ante ducentos, aut paulò amplius annos vixerit, num. 16.

Secundo, Mirum, inquit, sanè videri potest, id à Leone Ostiensi, ac Petro Diacono diter-

tè nusquam traditum: qui alia Monasterii sui, ordinisque decora satis accuratè commemorant.

Tertio, Num. 7. id non probari ex eo, quòd ab infantia Deo dicata fuerit, ut ait Gregorius, cum potuerit Deo dicari in propria domo; quod pluribus exemplis suadetur.

Quarto, Num. 18. Neque ex appellatione Sanctimonialis, quæ vox præcipuè pro Monacha, sive Religiosa usurpatur. Nam sanctimoniales etiam dici possunt, quæ sanctimoniam singularem dant operam; etiamsi nullis illigatis monasticis vinculis sint.

Quinto, Num. 19. Neque ex aliis Gregorii verbis, cum dicitur Scholastica postridie à colloquio cum Fratre, ad Cellam propriam remeasse: Cum Gregorius in eodem hoc libro aliquoties Cellam pro Monasterio ponat: Nam certum est, inquit, alia significatione usurpatum sæpenumero etiam ab Ethnicis nomen Cellæ, pro ædícula, secretove habitaculo: Ergo qui Scholasticam diceret Cellam aliquam, Ecclesiæ vicinam, ut fere quæ sunt postmodum Inclusæ appellatæ, aut aliquam vel in paterna possessione, vel alio quopiam avio loco, domunculam, cum ancillula fortassis, incoluisse, is ut neque antiqui scriptoris testimonio tueri assertionem suam posset: ita neque Sancti Gregorii verbis confutari. Hæc strictim ex eruditissimo Bollandi, apud quem plura contra Zipe.

Mihi sanè, præter Christianæ charitatis, & Religionis, arctissima quidem fœdera, nullum cum Henrico Zipe privatum fœdus intercedit. Ejus tamen, imo communis de monachatu Scholasticæ sententia, non usque adeo rationibus & auctoritatis præsidio destituta apparet, ut gratuito Bollandi suffragio, ejusque arcano quodam instinctu indigere videatur. Qua in lite dirimenda ad ejusdem Bollandi doctissimum ac æquissimum tribunal iterum mihi liceat provocare.

Mitto tot sæculorum constantissimam Traditionem, Picturis, signis, communique fulcitam sensu, mitto conjecturas Zipe & aliorum. Verba tantum Gregorii denuo ponderemus. Cumque die altero eadem venerabilis fœmina ad Cellam propriam recessisset. Cellæ autem nomen pro Cœnobio, vel pro Cœnobii cubiculo à Gregorio accipi, sæpè jam notatum. Quod si verum est, ut certè verissimum, quid juvat ad argumenti vim eludendam, idem Cellæ vocabulum in diversa significatione, quantumcumque latiori, ab Ethnicis usurpatum, allegare? Sacramentum apud Gentiles pro juramento fumebarur. An ergo cum de Sacramentis agunt Scholastici, de Juramentis accipiendi sunt disputare: & non potius de sensibilibus illis signis, quibus Christiana Religio, tanquam tessera, discernitur, & gratia ministratur? In eo sensu verba sunt intelligenda, quo, recepto usu, ab auctoribus usurpantur. Gregorius ergo non aliunde, quam ex Gregorio est interpretandus, non ex Casare, vel Catone, qui nomen Cellæ aliter acceperunt. Porro Gregorianæ huic acceptioni, antiquum sex jam sæculorum auctorem quod Bollandus expebat, ad stipulantem prodamus. Ipse est Albericus Diaconus S. R. E. Cardinalis in sermone primo de Sancta Scholastica. Codice manuscripto nostræ Bibliothecæ signato num. 146. ubi de recessu Sanctorum Germanorum ab invicem, Die, inquit, illa in rerum spiritualium sermone consumpta, refectisque, vergente sole, cum gratiarum actione corporibus, illa ad Cellam Virginum, iste ad habitationem Monachorum, non, inquit, ad Cellam Virginis, sed ad Cellam Virginum. Rogo nunc, an non Cellam Virginum pro Monasterio sanctimonialium accepit Albericus? an accipere dubitabit Bollandus? de acerrimi iudicii viro, veritatisque amantissimo nihil dubito.

Sed tandem luculentius octo jam sæculorum auctorem attestantem audiamus Bertharium in sermone de Sancta Scholastica, in quo tamen plura ex Beda sumpsisse videtur, loquens enim de funere Sanctæ Virginis sic habet. *Venientes autem ad locum, in quo Virgo Domini Scholastica, dum adhuc viveret, habitabat, simulque cum aliis Religiosis, sanctisque Vir-*

*ginibus Domino serviebat, quas illa donaverat, & ad Dei servitium informaverat, jam defunctam eam inveniunt, sicut eorum magister Beatus Benedictus eis nuntiaverat. Sorores vero sanctimoniales circa lectum matris sedebant. Ex his facile erit respondere.*

Ad primum, Albericus enim vetustus est auctor. Quantoque obiter magis, & per incidentiam id dixit, tanto veritati robur majus accedit. Loquitur siquidem velut de re notoria. Hinc etiam pater.

Ad secundum, Leo, & Petrus contenti fuerunt Gregorii assertionem, quæ in nostrum sensum communiter accipiebatur. Quòd si aliqui præfite potuissent vaticino, ipsorum silentium in iudicium aliquando vocandum, disertius id explicare fortè non omisissent. Pleraque nunc, quæ notoria sunt, scriptores tacent, de quibus posteri dubitabunt.

Ad tertium, Non, quid fieri potuit, sed quid factum sit, disputamus, phrasim verò Gregorii ex aliis ejus verbis interpretamur, & ex Alberico, & Berthario. Ex his.

Ad quartum, non opus erit singillatim respondere. Cum præsertim Albericus initio præcitati sermonis dixerit: *Ab infantia tempore in sanctimoniali habitu conversata.*

Ad quintum jam supra responsum. Non ergo devota, ut ajunt; sed Religiosa claustralis sufficienti auctoritate probatur nostra Virgo fuisse.

Modo accedamus ad § quartum ejusdem doctissimi Bollandi, in quo quærit.

*An Sancta Scholastica juxta Casinum habitavit?*

Negative opinioni suffragatur idem Vir clarissimus, cujus conjecturas potiores strictim subjicio.

Primo, num. 24. Si tam propinquo in loco domicilium Scholastica habebat, quid ita solenniter ad Fratrem quotannis veniebat, solum causâ, ut de rebus divinis colloquerentur, medio inter utrumque Cœnobium intervallo? præsertim si ad illud sororis Monasterium non solum discipulos suos mittebat ex more, sed ipsemet, isthuc itabat, & sanctimonialibus consilia, ac cetera salutis adjumenta subministrabat, ut vult Zipe?

Secundò, Quis cum audit, Virginem semel per annum venire ad Fratrem consuevisse, non tamen ad ipsam usque Cœnobii januam, sed in villa aliqua excipi, non continuè eam à decem, aut duodecim leucis, aut sex, octove minimum, advenisse suspicatur?

Tertio, Quia Monasterium Plumbariolæ, ubi Virgo claustralis habitasse creditur, à Thesia Rachissi conjuge non restauratum, sed extructum, scribit Leo Ostiensis lib. 1. Chron. Cas. cap. 8.

Quarto, num. 25. Ex silentio Leonis, cum de Plumbariolæ fundatione agit, ubi obvia erat id non tacendi occasio. Petrus etiam Diaconus id conticuit.

Propterea quintò concludit. Quærenda igitur alibi nobis Sanctæ Scholasticæ habitatio, longius à Casino. Commonstrat eam certius fortassis Thomas Stapletonus Prom. moralis parte hiemali in Dominicam Paschæ textu primo. *Sanctus Benedictus Sanctam Scholasticam sororem habuit, non secus multarum Virginum matrem, quam ille Monachorum Pater fuit. Hodieque ejus amplissimum Monasterium extat, non longè ab illa spelunca, in qua per triennium Sanctus Benedictus latuit, sicuti oculis nostris olim perspeximus.* Quibus ex Stapletono relatis, subdit Bollandus. Certè ut in illo tractu Sublacensi duodecim Monasteria instituisse Sanctus Benedictus, antequam Casinum veniret, traditur, ita verissimile videri potest, Scholasticam quoque, si Monasticam vitam fraterno exemplo complexa esset, circa ea loca monasterium, vel sibi condidisse, vel ab alio erectum incoluisse, neque perinde, ut Benedicto, aliud migrandi ei objici necessitas videtur potuisse. Inde ergo Casinum quotannis venerit, conveniendi Fratris gratia.

His conjecturis magnum accedit pondus ab auctoritate ipsius Bollandi, quam maximi faciendam existimo.

Et nihilominus, ut receptæ traditionis defector

evadam, tam longè est, ut cogar, quin potius illi asserendæ, & confirmandæ multis succurrunt, ab aliis minimè notata. Quod tamen absque invidia dixerim, neque enim magnum est aliqua me scire domi meæ, de quibus alii dubitaverint. An non viæ ducem semper præeligeret Bubulum indigenam, quam Geographum transmarinum?

Et quidem quoddam Scholasticæ Monasterium, & habitatio non longè fuerit à Casino, præclare indicavit laudatus Albericus in eodem sermone ibi. *Hæc igitur, & moribus, & pedibus secuta Fratrem, ex voluntate, & consensu ejusdem in Vicinia Casini montis stationem fixit; ubi etiam, sicut in sequentibus erit liquidum, vitam sanctissimam morte celeberrima consummavit, studuit autem illuc veniens obvixis Fratrem precibus flagitare, quatinus ei de totius anni summa, diem saltem unam dignaretur concedere; in qua videlicet, eum loco constituto adire, atque cum eo de fide, de spe, de Dei dilectione, ac proximi consulari liceret. Annuit piis germanæ petitionibus Sanctus Frater, locumque in ipso montis vergentis discessu, in quo ad honorem ejusdem Virginis Ecclesiam posteri fabricarunt, ad id negotium habilem judicavit; ad quem videlicet & Virgini non nimis esset laboriosus ascensus, & sibi à Monasterio non multa esset elongationis descensus. Quæ Alberici verba non otiosè integra me retulisse reor. In vicinia, inquit, neque tamen loci nomen signat: utpote qui tunc erat notissimus.*

Accedit etiam Gregorii non obscura auctoritas, cum refert, Sanctum Patrem Benedictum visâ sororis animâ in Columba specie Cæli secreta penetrare, ejus obitum Fratribus denunciasse; Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent. Respondet Bollandus. Totum Conventum Fratrum ad efferendum defunctæ corpus à Sancto Patre missum, non satis probati. Sed pendamus Gregorii verba.

*Ejus obitum Fratribus denunciavit. Rogo, Uni, vel alteri: an verò toti Conventui? Quis non omnibus credat? ergo, cum subdit. Quos etiam protinus, misit, &c. Hoc relativum ad univèrsium Conventum, aut majorem saltem ejus partem referendum videtur. An ergo Sublacum usque Casinensem Congregationem missam intelligemus, ut processionaliter Sanctæ Virginis efferent corpus: & non verisimilius ad vicinum Monasterium? Audiamus ad hanc mentem Albericum. Transferat, postquam ista peracta sunt, triduum. Cum in cella Benedictus consistens, preces Domino offerebat, & ecce subito erectis oculis in superna, Columbam cæli intima penetrantem, conspexit, quam sororis esse animam, ipso, qui banc extrinsece intueri concesserat, interius revelante, cognovit. Qua visione plurimum jocundatus in Domino, pro tanto sorori exhibitio beneficio gratiarum actiones persolvit: atque ad se se protinus Fratrum omne Collegium evocavit, ad eosque hujusmodi orationem habuit &c. & infra. Præcepit sanctus, ut ad locum, quo virgo mortem obierat, pergeretur, corpusque ejus ad Monasterium debita veneratione ferretur. Parent omni cum festinatione discipuli, venientesque ad cellam Virginis, horâ, qua se in Columba specie ipsius animam conspexisse Benedictus testatus est, ejus fuisse obitum repererunt. Implentur, qua Pater præceperat universa; feruntur reverentia debita ad cœnobium pignora sacrosancta, atque in sepulchro fraterno sororis veneranda reliquia reconduntur. Hæc Albericus. Sed accedit antiquioris Bertharii in sermone de Sancta Scholastica præclara contestatio, qua perhibetur corpus defunctæ virginis adhuc in lectulo decumbens inventum fuisse à Fratribus, ad efferendum missis: Sorores verò, inquit, sanctimoniales circa lectum mæsta sedebant, videntes autem eos venientes, qui illud quoque, quod eis remanserat, corpus videlicet sublaturi erant, tunc plantæ, & lacryma innovantur, &c. Vix tandem aliquando factis silentio, Fratres, qui adveniant, blandè eas consolantur, magnaue in Deum devotione lectum, in quo virginis corpus jacebat elevantes, lati ad Monasterium redire cœperunt, &c. Tali igitur triumpho,*

Tom. IV.

*talique processione psallentes, & jubilantes jam Monasterio appropinquabant, cum ecce vir Domini Benedictus totus latus, totus jocundus, totus festivus, &c. Sorori obviam venit, Hucusque Bertharius. Cujus luculentissima verba non patiuntur enarrari.*

Cæterum præcisè etiam Bertharii, & Alberici præclarissimis planè testimoniis, & Gregorii tantum inspectis verbis; quis non miretur placere potuisse magno viro Bollandi, ut interpretaretur, jussu à Benedicto, virginis corpus usque Sublaco per quinquaginta milliaria Casinum deduci, quantumvis pauci fuissent Monachi, funeris portitores? Quot enim, quantisque itineris incommodis, eos objecisset? Præter illud, quod ait Gregorius, *Protinus misit*, qua celeritate scilicet ad vicinum locum mittere videtur, unde ad Monasterium eodem die regredi potuissent. Neque absque ponderatione transigenda sunt alia Gregorii verba. *Cumque die altero eadem venerabilis femina ad cellam propriam remeasset, vir Dei ad Monasterium rediit.* Qua loquendi formula, utriusque Monasteria non longè dista fuisse, demonstrat. Alias dicere debuisset, virginem ad Castrum, vel Urbem, unde venerat, remeasse, non ad Cœnobium. Finge Bollandum ad nos venire, indeque recedere. Quis me impropiè loquentem non redarguat, si dixerò, Bollandum ad suum Collegium recessisse; cum Antuerpiam, dicere debuim? Cum verò de ejusdem urbis habitatoribus, vel de vicinis loquimur, tunc appositè, ad proprias domus remeasse dicemus, sed jam satis superque communem traditionem fulcitam puto.

Ad primum Bollandi. Solennis ille semel tantum per annum sanctissimorum Fratrum congressus, non ob locorum distantiam, sed ob utriusque vitæ rigorem statutus fuisse credatur. Non enim assentio Zipe, opinanti, ipsum Benedictum consuevisse ad Monasterium virginum itare. Neque ullus id prodidit, ex Gregorio enim non habetur. Imo Petrus Diaconus loco infra citando ait, semel per annum solitos fuisse sanctos fratres invicem loqui.

Ad secundum, Ego sanè cum audio Scholasticam semel per annum ad fratrem venire consuevisse, non continuè à decem, vel duodecim leucis, aut sex, octove minimum, advenisse, & multo minùs à Sublaco. Cogita, Sanctæ Virginis cellam apud Plumbariolam, vel in vicinia Casini fuisse, an non Gregorii verba ad mentem, quam intendimus sine violentia traherentur? sic. Ad eum ex Plumbariola semel per annum venire consueverat, sed hoc interest, quo quisque mentis præjudicio ad auctores accedat. Quin, si longior fuisset via, diutius illam apud fratrem retineri ex urbanitate saltem decebat, ut ex itineris labore convalesceret, & non per horastantummodo: & fortassis illam Frater apud Monasterium expectasset, & commodiori hospitio recepisset, quam in possessione villatica.

Ad tertium, Quoddam Monasterium Scholasticæ fuerit apud Plumbariolam, nemo, fateor, quod sciam, disertè prodidit. Cum tamen antiquus, ipseque gravissimus auctor Albericus, vicinia fuisse prodiderit: Traditio verò Plumbariolam designet, cur alterum ex altero interpretari Religiosum putabimus? Porro non omnia scripserunt Leo, & Petrus, & præsertim, quæ tunc notissima erant: quale existimandum hoc, de quo agimus, ideoque ab Alberico etiam omisum, qui Leoni fuit cœvus, extructum autem, non restauratum à Thesâ illud Monasterium scribit Leo, quia nulla tunc fortè veteris Cœnobii rudera supererant; sed integra fabrica de novo substructa fuit, verisimileque est Thesiam ibi Monasterium extruere voluisse, ut Sanctissimæ Virginis memoriam, & exemplum instauraret. Ex his patet.

Ad quartum, Ad quintum denique. Neque Chronicum Sublacense usquam, neque ulla apud Sublacum traditio, Scholasticæ Monasterium, ubi defuncta est, in ea regione collocat. Cœnobium verò, quod non longè à specu Benedicti visum est Stapletono, in honorem quidem divæ Scholasticæ consecratum est à posteris, verum Sanctæ Virginis habitatio



ab ipso infantiae tempore dicata, (4) ad eum semel per annum venire consueverat: (5) ad quam vir Dei non longè extra januam in possessione Monasterii descendebat. Quadam verò die venit ex more, atque (6) ad eam cum discipulis Venerabilis ejus descendit Frater; (7) qui totum diem in Dei laudibus, sacrisque colloquiis ducentes, incumbentibus jam noctis tenebris, simul acceperunt cibum. Cumque adhuc ad mensam sederent, & inter sacra colloquia tardior se hora protraheret, eadem sanctimonialis foemina (8) soror ejus eum rogavit, dicens: Quæso te, ne ista nocte me deferas, ut usque mane aliquid de cælestis vitæ gaudiis loquamur. Cui ille respondit: (9) Quid est, quod loqueris foror? Ma-

numquam fuit, sed est unum ex duodecim à Sancto Patriarcha edificatis ad usum Monachorum, vocabaturque ab initio Sancti Cosmas, & Damianus.

At Stapletonus à titulo Monasterii deceptus, decepit Bollandum: veniabili tamen errore, & sine fraude. Non ergo apud Sublacum quærenda est Sanctæ Virginis habitatio in qua obierit; nisi forte illic vixerit, donec Benedictus eam regionem incoluit: eo verò inde recedente, & ipsa recesserit; fratrem moribus, pedibusque secuta, ut ait Albericus. Et profecto, si soror è Nursia, vel Roma fratrem secuta est sublacum, cur inverisimile reputandum, secutam etiam fuisse Casinum?

Hæc ad Bollandum, quem æquissimum judicem futurum, certò spero. Nunc ad notationes revertamur.

(4) Tunc enim Monialium clausura non adeo severe servabatur, ut ob honestam aliquam causam pedem inde efferre non liceret.

(5) Hujus loci meminit Petrus Diac. Chron. Cas. lib. 4. cap. 100. *At Fratres, qui missi fuerant ad Cancellarium, cum ad locum, in quo Pater Benedictus semel per annum cum sorore sua locutus fuerat, pervenissent, & Albericus supra relatus: extat ibi etiamnum Cappella in honorem Sanctæ Virginis, distans à Calinate Monasterio passibus plus minus 1500. in ipso ineuntis montis clivo; prope rivulum Casini, de quo in Chron. indeque Plumbario-la totidem terè abest spatiis.*

Quare autem extra utriusque Monasteria alter alterum conveniebat, Triplicem assignant rationem, Beda, & Bertharius noster. Prima, *Ut fragilis sexus non lassesceret, obvius frater occurrit.* Secunda, *Ut secularium vitarent latratus, saltè contra discipulos.* Tertia, *Quod illicitum reputaret tanti limen Cœnobii famineo calcari pede.* Quam loci reverentiam sequentibus ætatibus custoditam scimus ex Regesto Petri Diaconi num. 171. ubi Rogerius Beneventi Archiepiscopus, & Sancti Eusebii Cardinalis indulgentiam Casinensi Ecclesiæ elargiendo, sic inducitur loquens. *De collata nobis auctoritate statuimus, ut Peregrini devotè Casinense Monasterium visitantes, sive sint maris, qui Monasterium introire, sive mulieres, quibus non est licitum introire, se gaudeant unius anni indulgentiam, de injuncta sibi penitentia, accepisse Anno Domini M. C. LXX. Pontif. Domini Alexandri Papa tertii, data apud Sanctum Germanum.* Scimus tamen Agneti Imperatrici septa Monasterii introire, ibique diutius morari licuisse, ex Chron. aliisque Principibus mulieribus. Nostra ætate omnibus mulieribus permittitur statutis quibusdam celebrioribus festivitibus, Consecrationis Ecclesiæ, Sancti Patris Benedicti, Parasceve, aut cui Abbas ex speciali privilegio permittendum etiam infra annum censuerit. Cæterum præter primum Claustrum, & secundum, ipsamque Basilicam, & oratorium Sancti Patris Benedicti, aliud mulieribus non est aditus.

(6) *Quam sanctus, quam pudicus, quam discretus accessus, inquit Beda.*

(7) Albericus laudatus, novem horarum fuisse colloqui tempus meditari.

A nere extra cellam nullatenus possum. (10) Tanta verò erat cœli serenitas, ut nulla in aère nubes appareret. Sanctimonialis autem foemina, cum verba Fratris negantis audisset, (11) insertas digitis manus super mensam posuit; & caput in manibus, Omnipotentem Dominum rogatura, declinavit. Cumque levaret de mensa caput. tanta coruscationis, & tonitruus virtus, tantaque inundatio pluviae erupit, ut neque Venerabilis Benedictus, neque Fratres, qui cum eo aderant extra loci limen, quo confederant, pedem movere potuissent. Sanctimonialis quippe foemina caput in manibus declinans, (12) lacrimarum fluvios in mensa fuderat, per quos serenitatem aëris ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post

(8) Sed cur præsertim de cælestis vitæ gaudiis præferat, reor, in spiritu, resolutionem sui corporis imminere; ergo mox fruenda Paradisi gaudia prægustare contemplando sagtebat.

Sed libet Albericum audire super hac petitione meditantem. Breve, & perexiguum est, quod à te gestio postulare. Ne id velis, precor, cui nihil fortassis amplius in hac vita concessurus es, denegare. Ecce sol intentat occasum, majores cadunt umbra de montibus. Priusquam arripiendum iter ad mediam sui veniat portionem, omnis diei tibi claritas auferetur. Sole stella illustratrices esse poterunt reliqua itineris portiones. Non tuis modo est pedibus metienda planities. Mons est scaber, & arduus conscendendus. Annue ergo petitioni ancilla tua, qui à Magistro tuo edoctus es, omni esse largiendum petenti; faciemque oculis meis, tuam vocem auribus hac ne velis nocte subtrahere. Non enim, in corpore vivens, tuam ultra visura faciem, tuam, ut existimo, auditura sum vocem. Hæc erit auribus meis, ut reor, verbi tui ultima, hæc postrema refectio. Hæc, ut mihi mens suggerit, nox erit, qua mihi lucis tua extremam confert visionem. ) Hæc, & alia Albericus, & per Albericum Scholastica.

(9) Audivimus pro sorore Albericum orantem, Audiamus & pro Fratre respondentem. Non frustra soror in verbis, non frustra in hujusmodi rationibus, supra petram posui firmamentum, non voluminibus verborum, non ventorum flaminibus, non fluminum qualibet poterit impactione everti. Quod semel decrevi, immobile est, quod disposui, stabile, quod Deo vovi, penitus immutabile. Audivi veritatem docentem, qui amat Patrem, aut Matrem plusquam me, non est me dignus. Quod pro matre prohibetur fieri, non conceditur exhiberi sorori. Unde bono animo esto soror, neque à me ultra illud velis expetere, &c.

(10) Ad miraculi evidentiam prænotatum, ut illud, nec paulo tardius, &c.

(11) Bertharius. Quantum insertis digitis egisti miraculum! quid faceres, si palmas extendisses ad preces?

(12) Pulchrum Antitheton! quibus tota hæc narratio bellè scatur. de lacrymarum virtute passim Patres, Hieron. in Itaiam. Oratio Deum lenit, lacryma cogit. Athenis altare erat, Clementiæ dicatum, cui non vituli, aut agni, sed lacrymæ sacrabantur. Euseb. lib. 12. unde Antiochus homil. 107. ubi lacryma, ibi exorabilis Dei clementia) & si clementia pro peccatoribus, cur non benignitas pro sanctis habet & lætitia lacrymas suas. Ambros. in obitu Satyri fratris, & Augustinus Psalm. 117. Dulciores sunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum. Hujusmodi lacrymis Scholastica Deum vicit, & quoniam lacrymæ ex Arist. calidæ sunt, & humidæ, vi enim caloris cordis evaporante humore in cerebrum, convertitur in lacrymas, (lacrymæ enim frigidæ non sunt lacrymæ, sed morbosus humor defluens ex oculis, ex eodem Philosopho Probl. 24. sect. 32.) ideo, & pluviam, & coruscas, tonitrusque simbola quadam virtute suis lacrymis Scholastica excitavit.

post orationem inundatio illa secuta est, sed tanta fuit convenientia orationis, & inundationis, ut de mensa caput jam cum tonitru levaret: quatenus unum, idemque esset momentum, & levare caput, & pluviam deponere. Tunc vir Dei inter coruscas, & tonitrus, atque ingentis pluviae inundationem, videns se ad Monasterium non posse remeare, coepit conqueri contristatus, dicens: Parcat tibi Omnipotens Deus soror, quid est, quod fecisti? Cui illa respondit: ecce te rogavi, & audire me noluisti, rogavi Dominum meum, & audivit me: (13) modò ergo si potes egredere, & me dimissa, ad Monasterium recede. Ipse autem exire extra testum non valens, qui remanere spontè noluit, in loco mansit invitus: sicque factum est, ut totam noctem pervigilem ducerent, atque per sacra spiritalis vitae colloquia se se (14) vicaria relatione satiarent. Qua de re dixi, eum voluisse aliquid, sed minimè potuisse: quia si Venerabilis viri mentem aspiciamus, dubium non est, quòd eandem serenitatem voluerit, in qua descenderat, permanere: sed contra hoc, quod voluit in virtute Omnipotentis Dei ex foemineo pectore miraculum invenit. Nec mirum, quòd plus illo foemina, quæ diu Fratrem videre cupiebat, in eodem tempore valuit: quia enim juxta Johannis vocem, Deus caritas est, justo valde Dei judicio illa plus potuit, quæ ampliùs amavit.

PETRUS. Fateor multum placet, quod dicis.

(13) Jucunda ironia! sed nolim Gregoriani calamitatem suavitatem, institutæ brevitatis oblivisci.

(14) Hoc est, per vices.

IN CAPUT XXXIV. NOTÆ.

(1) Stans in fenestra, quæ Plumbariolam respicit ad occasum Turris. Refert ex Milletio Hæftenus, ei fenestræ subscriptum hoc disticon. *Virgo, columbina specie, Nursina per etram Migrat in angelicos, Fratrem vidente, choros. Modò ibi versus non leguntur. Longè enim ornatio tota nunc nitet Turris, de quo cap. sequenti.*

(2) Animæ spirituales substantiam, neque supernaturalem virtute videri posse oculis corporeis, communis est Theologorum sententia. Ut igitur oculis sancti viri visibilis redderetur, corpoream speciem induit eam Dominus, & albæ columbæ, quæ candore, simbolus est virginalis puritatis, moribus, Christianæ simplicitatis.

(3) Columba Noë non inveniens ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in Arcam. Gen. 8. Columba nostra, mundanis non acquiescens turbinibus, in cælum abire requierat. Olim in Oriente Columbæ instituebantur ad literas, in longinqua terrarum deferendas. Res, (inquit Joseph Scaliger in Manilium) nobis Europæis ultra captum credulitatis nostræ; sed tamen verissima, & veteribus Romanis usitata, cujus exemplum habes apud Plinium in columba Decii Bruti, obsidione Mutinensi. Ecce Columba nostra, instituta in viis Domini, in cælum præmittitur, nuncia adventus Sanctissimi Fratris, cui sternenda sunt, & illustranda lampadibus itinera in Empyreum mox ascensuro, nempe post quadraginta dies ex computo multorum.

Alii Columbæ rostrum moscho linunt, eam multæ aliæ columbæ sequuntur, est enim ea avis moschi appetentissima. At quor Virgines columbinæ, in odorem unguentorum Columbæ nostræ currentes, adductæ sunt Regi sponso post eam? Hildegardes, Gertrudes, Rhatrudæ, & sexcentæ.

(4) Quæ visione, inquit Albericus, plurimum jucundatus in Domino, pro tanto sorori exhibitio beneficio, gratiarum actiones persolvit, atque ad sese protinus Fratrum omnes Collegium evocavit, ad eosque hujusmodi orationem habuit. Sicut benigni Patris est, dilectos filios suorum conscios facere secretorum: ita

De anima Sororis ejus visa qualiter corpore sit egressa.

CAPUT XXXIV.

GREGORIUS. Cùmque die altero eadem Venerabilis foemina ad cellam propriam remeasset, vir Dei ad Monasterium rediit, cùm ecce post triduum in cella consistens, (1) elevatis in aëra oculis, vidit ejusdem sororis suæ animam de ejus corpore egressam, (2) in columbæ specie (3) Cæli secreta penetrare. Qui tantæ ejus gloriæ congaudens, Omnipotenti Deo ymnis, & laudibus gratias reddidit, (4) ejusque obitum Fratribus denunciavit. Quos etiam protinus misit, ut ejus corpus ad Monasterium deferrent, atque (5) in sepulchro, quod sibi ipse paraverat, ponerent. Quo facto, contigit, ut (6) quorum mens semper in Deo una fuerat, eorum quoque corpora, nec sepultura separaret.

De Mundo ante ejus oculos collecto, & anima Germani Capuanæ civitatis Episcopi.

CAPUT XXXV.

Alio quoque tempore (1) Servandus Diaconus, atque (2) Abbas ejus Monasterii,

piorum quoque filiorum est, suam propriam deputare paternorum lætitiarum gaudiorum. Unde sicut meum est vobis, quod mihi superna dignatione reseratum est, innotescere: ita vestrum nihilominus est, exultationi congratulari paterna. Noveritis sorori meæ Scholastica animam carnis vinculis absolutam, meque eam hac hora contutum in columbæ specie cælorum intima penetrasse. Sicut autem Fratris est tanta gloriæ congaudere sororis: ita filiorum est etiam sua gaudia ducere, genitoris. Congaudete igitur ei mecum, & congratulamini; quia in choro Virginum, lucidissimam hodie in supernis adeptæ mansionem. Ex qua concione patet, Albericum, cujus meditationi tribuenda est concio, in ea fuisse sententia, Sanctum Patrem Benedictum obitum sororis protinus omni Congregationi nunciassse. Quamquam Rhabanus, apud Hæftenum, expleta matutinorum synaxi, distulisse id Fratribus nunciare, putaverit.

(5) Magni Benedicti magnanimitas etiam in tumulo deligendo elucet. Speciale sibi, & sorori sepulchrum statuit in ipso montis umbilico, ante altare Sancti Johannis, ut infra.

(6) Neque hucusque separavit: nec separanda speramus ut hinc una demum, æternam adeptura gloriam, relurgant immortalia.

IN CAPUT XXXV. NOTÆ.

(1) En tibi Lector, inquit hic Hæftenus, Abbatem, non sacerdotem, quod observes contra eos, qui ex Abbatiæ dignitate Sancti Benedicti, aliorumque, Presbyteratum eorundem se arbitrantur evidenter colligere. Firmum certè argumentum ad excludendum Presbyteratum: At, si non æquè firmum, non utique infirmum ad includendum Diaconatum Sancti Patris Benedicti.

(2) Locum signat Faustus, sive Petrus Diaconus in Actis Sancti Placidi. Alatræ nempe in Monasterio Sancti Sebastiani, cui Servandus præerat, & Sanctum Patrem Benedictum illac transeuntem, cùm Sublaco Casinum pergeret (ea siquidem via ducit) hospitio suscepit. Verulis quinto distat lapide, Casino triginta. Quòd verò Alatræ Urbem in Campania ponit Gregorius, inde est, quòd septima Regio Italiæ Campania tunc ab urbe Roma totum Latium vetus, & novum utique ad fluvium Silarum protendebatur, de quo supra cap. 8.

1. (10) ulla in- s autem is audif- mentam potentem nque le- ationis, o pluviz- tus, ne- tra loci vere po- ta caput um flu- itatem. tardius post gaudiis- utionem ruenda- ndo sa- vetitione st, quod precor, confes- te occu- nitibus. iam sui itas au- viderant rudo est scaber, petiti- ctus et, neque- ne ve- orpore ra, ut it au- bac sugge- remam ricus, 1. Au- Non- bujus- firma- no- alibet descri- ile, ludivi, aut gaus. conce- o esse, etc. illud, i mi- iijes arrā- tium leum rat, gnis inde exo- pro- ist in 17. au- ho- ex ca- m, tri- rot ho & ste



rii, quod in Campaniæ partibus (3) à Libero quondam Patricio fuerat constructum, (4) ad eum visitationis gratia ex more conuenerat. Ejus quippe Monasterium frequentabat, ut quia isdem quoque vir doctrinæ gratiæ cœlestis (5) influebat, dulcia sibi inuicem vitæ verba transfunderent, & suauem cibum cœlestis Patriæ, quia adhuc perfectæ gaudendo non poterant, saltem suspirando gustarent. Cum verò hora jam quietis exigeret, ut se sopori traderent, (6) turris erat eodem in loco constituta, (7) quæ super totius cellæ habitaculum eminebat, in cujus turris superioribus se Venerabilis Benedictus, in ejus quoque inferioribus se Servandus Diaconus, collocavit; quo videlicet in loco inferiora superioribus pervius continuabat ascensus. Ante eandem verò turrem largius erat

(3) Confule Hæstenum, & Baronium, ad nostram enim illustranda minimum refert.

(4) Hospitem susceperat Benedictum, Hospitem se illi mutuo præbet.

(5) Affluebat.

(6) Turrim hanc, penè unice nunc extantem ex antiquioris Monasterii fabrica, traditio est præcessisse adventum Sancti Patriarchæ. Ejusque fuit, dum Casini vixit, proprium habitaculum. Quæ de eadem ex Simone Millerio hic refert Hæstenus, diversam nunc faciem præsentant, ex quo enim Millerius Casinum inuisit, non pauca sunt variata. Aliqua etiam labante fortè memoria, non ad aruissimam expressit. Quapropter nè in singulis inutiliter hæreamus, præsentem rerum aspectum hic duximus exhibendum, ut ex genuino tralaticium discernatur.

Aduentibus ergo sacrum hoc Cœnobium, occurrit in primo limine ex rudioribus faxis fornicis primæ Januæ, estque antiquæ Turris inferior concameratio, quam ob vetustatis, & sanctissimi habitatoris venerationem Majores nostri in sua ruditate relinquendam statuerunt. Per eam aditus est in Monasterium, ut olim. Verum, nè adventantibus hospitibus admirationi esset rusticus ingressus, placuit in scripto lapide eos admonere ad Lavam.

*Fornicem faxis asperum, ac depressum tanta molis aditum angustum, ne mireris Hospes: Augustum fecit Patriarchæ sanctitas, venerare potius, & sospes ingredi.*

Secunda Turris pars, ad quam ex interiori area Monasterii gradibus descenditur, oratorium nunc est S. Salvatoris, & Virginis Deiparæ ab Ortone Abbate dedicatum, Chron. lib. 3. cap. 30. tectorio opere parietibus, plastico obducta testudine. In eo supra Iconem Altaris orbiculata fenestra lumen immittit australe, altera quadrata spectat occasum. In ejus vestibulo ad angulum Turris orientalem extant rudera vetusti illius habitaculi largioris, de quo meminit Gregorius. Ante eandem verò Turrem largius erat habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant) nunc intram fabricam muro clausum, ut adiri non possit, ex hoc vestibulo apparet pars quædam nuda antiquæ Turris, nam reliquum novæ fabricæ structura contegit. Ante fores hujus Oratorii prostant tabellæ, de quibus Hæstenus, laudes sacræ Cellulæ continentes. Dum verò præsens opus Lutetiæ sub prælo fuit; prædictum vetustum habitaculum in Oratorium concinnari curavi; arâ extracta, geminisque decumbentium Monachorum, è plastico opere signis, ibidem hinc inde stratis. Porro superior Turris pars quam perhibent proprium cubiculum Sancti Patris, Petrus Diaconus, Chron. lib. 4. cap. 30. & indicat Gregorius. In cujus Turris superioribus se venerabilis Benedictus, in ejus quoque inferioribus se Servandus Diaconus collocavit, nisi Hospiti proprium cubiculum cesserit urbanissimus Hospes) longè ornatus quaquaversum

A habitaculum, in quo utriusque discipuli quiescebant. Cumque vir Domini Benedictus adhuc quiescentibus Fratribus instans vigiliis nocturnæ horationis tempora præuenisset, (8) ad fenestram stans, & Omnipotentem Dominum deprecans, subito (9) intempesta noctis hora respiciens, vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse, tantoque splendore clarescere; ut diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiasset. Mira autem valde res in hac speculatione secuta est: quia sicut post ipse narravit, (10) omnis etiam mundus, velud sub uno solis radio collectus, ante oculos ejus adductus est. Qui Venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in splendore coruscæ lucis infigeret, (11) vidit Germani animam (12) Capuani Episcopi in sphaera ignea ab Angelis in Cœlum deferri.

Tunc

nitet. Bipartita concameratione distincta est à posteris, quo, ut puto, temporis edacitati firmiter oblectaretur. Valvæ antepagmentis ligneis anaglyphis, auro illitis, hæc imposita est Epigraphe.

*Pars superior antiquissima Turris, &c.*

Prioris cubiculi pavimentum bicoloribus marmoribus; interioris verò pretiosis stratum lapidibus, egregio artificio tessellatis. Testudo plastico opere, auroque illuminata. Parietes excellentibus tabulis Andrea de Salerno, Bassani senioris, Marcelli, Venusti, & præsertim Josephi Cæsaris Arpinatis, magni nominis Pictorum spectabiles undique. Altare in priori conclavi ad omnem ornatum, & elegantiam compositum. Sub interioris verò altariolo S. Mariani Lipsana venerationi exposita, & ardentibus jugiter lycnis excubata. Interior domus unam habet fenestram ad occidentem. Exterior duas, alteram ad occasum, ad austrum alteram. Tota demum superior hæc turris pars, magnificum sui, religiosumque intuentibus spectaculum præbet; sua tamen inferiori majestate; ut regrediens dicere possis cum Thelemacho domum Menelai invisente apud Homerum.

*Talis & ætherei forsan Jovis aula renidet.*

Ante turris ingressum superiorem, alterum est cubiculum venerationi præambulum, & decenter ornatum.

(7) Vide hic apertissimè nomen Cellæ Monasterium designare. Inde tanquam è specula vigilantissimus Pastor super gregem suum prospiciebat.

(8) Meridionalem scilicet; quæ Capuam respicit.

(9) Attius in Bruto apud Varronem de ling. lat.

*Nocte intempesta nostram devenit domum. & Ennius.*

*Bellum nox intempesta diremit.*

Ælius, ut ibidem Varro ait, intempesta dici voluit, quia nullum tunc est agendi tempus, cum homines propè omnes, aliæque animantia cubare soleant, unde & Concubium vocari. Voss. At non cubabat pervigil Antistes.

(10) De hoc infra plenius hic observa velud provelut, ejus ævi orthographia, ut set pro sed, aput pro apud, & alia sexcenta, duæ enim illæ literæ sæpius permutabantur.

(11) Unde autem agnovit illam esse Germani animam, cum animæ nulla sint lineamenta spectabilia? Ergo dicendum hanc animam apparuisse Benedicto in specie, & forma proprii corporis, sancto viro cognita: non verò in aliena specie symbolica, ut Scholasticæ in Columba. Eadem propria specie apparuit Sauli Samuel, eadem Petrus, & Paulus Constantino, Divus Pater noster sæpius suis alumnis, aliisque Divi suis devotis, ut ab illis agnoscere potuerint, qui essent. Circumfusa tamen ignea sphaera visa est.

(12) Tunc Episcopi. Nam in Archiepiscopatum ea Ecclesia evecta est postea à Joanne XIII. anno 968. ex Ostiensi Chron. lib. 2. cap. 9. Joannes Papa de Roma exiliatus, venit Capuam, & rogatus à præfato Principe Pandulfo, tunc primum in eadem Civitate Archiepiscopatum constituit, consecrato ibi Joanne fratre ejusdem Principis Archiepiscopo.

De

Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, (13) Servandum Diaconem, iteratò bis, terque ejus nomine cum clamoris magnitudine (14) vocavit. Cumque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, (15) ascendit, respexit, partemque jam lucis exiguam vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta, narravit: statimque in Casinum Castrum Religioso viro Theopropo mandavit, ut ad Capuanam Urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur,

De Capua Urbis nominæ, situ, ædificatione, varia, dignitate, & Politica, aded copiosè, disertè, ac luculenter scripsit V. C. Camillus Peregrinus in sua Campania, in hist. Langob., & in speciali disquisitione de situ Capua, ut desideranti nihil reliquum esse possit.

(13) Ita in omnibus nostris, & rectè, vulgati, Diaconum.

(14) Hospitem Hospes munere desiderans. Non enim qui suscipitur, sed qui suscipit donis proficere debet Hospitem. Hinc Homerus Menelaum inducit Telemacho Ulixis, & Pisistrato Nestoris filii à se abeuntibus, donalargientem, quem Græcorum morem Romanis quoque communem fuisse, testatur Livius lib. 42. Regulus Carthaginensesque dimissi, munera ex instituto data utrisque, ad quem urbanæ hospitalitatis morem respexisse videtur Virgil. primo Æneid. cum Æneam narrat discedentem ab Aceste vino donatum. Plinius etiam secundus, *Profecutus*, inquit, *eram viatico secedentem*, sed neque Hebræis imitata urbanitas 3. Reg. 10. *Rex autem Salomon dedit Regina Saba omnia, quæ voluit, & petivit ab eo; exceptis his, quæ ultro obtulerat ei munere regio, hoc est, præter, & ultra spontanea munera*) Sanctum ergo virum Servandum sacro munere donare voluit Benedictus.

(15) Quantum ad miraculi testimonium satis erat.

(16) Mundi enim amplitudo angulo visuali unius hominis, ejusque limitatæ virtuti visivæ improporcionata est naturaliter. Cui dubitationi satisfactus Gregorius, *Fixum*, inquit, *tene, Petre, quod loquor, quia anima videnti Creatorem, angusta est omnis creatura*) quibus, & sequentibus verbis, docere videtur, eam universi mundi visionem terminatam fuisse, non ad mundum ipsum, in se immediatè visum, sed ad Deum, in quo omnis creatura, sicut realiter, ita intelligibiliter continetur: Et si autem disputatio hæc ad Scholasticorum forum spectet, liceat nihilominus Benedictino, & in Scholis diù versato eam his notulis interponere, præsertim, ut nupero scriptori, si quo modo possim, satisfaciam, cui à nemine, quod sciam, satisfactum video, ergo quæramus.

*Utrum Sanctus Pater Benedictus in hoc raptu viderit intuitivè divinam essentiam.*

Quæstio instituitur de visione intuitiva, quæ divina essentia videatur clarè, in se ipsa immediatè, non verò in aliqua creata imagine. Nam de altissima quidem, sed tamen abstractiva mentis contemplatione cujus objectum fuerit quidpiam infra Deum, nullus dubitat in his Gregorii verbis.

Negativam sententiam amplexi sunt major Theologorum pars, & ipse Theologorum Princeps Divus Thomas 2. 2. quæst. 180. art. 5. ad 3. & quodlib. primo art. 1. ad primum. Nuperrimè eandem defendit Julius Cæsar Recupitus de Deo tom. 1. lib. 6. quæst. 14. Affirmativam nihilo ferius tuentur non vulgaris notæ Scholastici, & Patres, sibi prævisse putantes Magnum Gregorium in hoc capite. Quare totius controversiæ cardo eò vertitur, ut appareat, quid senserit sanctissimus, ac doctissimus Pontifex.

Et captui quidem meo, si quidquam capio, verba Gregorii eò usque affirmativam sententiam referunt, ut si fortè aliunde constaret veritas

agnosceret, & indicaret. Factumque est, & Reverentissimum virum Germanum Episcopum, is, qui missus fuerat jam defunctum reperit, & requirens suptiliter, agnovit, eodem momento fuisse ejus obitum, quo vir Domini ejus cognovit ascensum.

PETRUS. Mira res valde, & vehementer stupenda. Sed hoc, quod dictum est, quia ante oculos ipsius, quasi sub uno solis radio collectus omnis mundus adductus est, sicut numquam expertus sum, ita (16) nec conicere scio, quonam ordine fieri potest, ut mundus

negativæ, adhuc tamen in affirmativa fuisse Gregorium, non dubitarem asserere; nisi quispiam nimis audacter dixerit, sapientissimum Pontificem, aut verborum suorum vim ignorasse, aut à Scholastico rigore abfuisse. Ergo in ipsius verbis aqua lance ponderandis, attentius incumbamus.

Primo ponderandum, hanc Divi Patris Benedicti visionem à Gregorio, ejusque interlocutore Petro extolli, ut insolitam, & admirandam. Mira, inquit, res valde, & vehementer stupenda; stupor autem, & admiratio circa insolita, & prodigiosa versatur. Fuit igitur hæc visio in primis privilegiata.

2. Juvat ponderare, distingui ab Auctore nostro duas visiones, & duas Lucas. *Vidit fuisse Lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse*, & hæc corporea fuit, in qua Germani Episcopi animam vidit, deinde subdit. *Sublevatus in mentis lumine*, & hæc mentalis, & spiritalis, utramque verò demum conjungit. *In illa ergo Luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit*, distinguere itaque oportet duplicis visionis, duplicisque Lucis, duplex objectum, corporeum unum, alterum spirituale, idque acutè advertit Rupertus infra laudandus.

3. Observandum, Divum Benedictum raptum fuisse extra se, supra se, extra mundum, & in Deo, expressa sunt verba textus, *qui in Deo raptus, extra mundum fuit*. (*Fuit ipsa videntis anima super semetipsam. Raptus super se.*) Rapi autem in Deo signat, objectum raptus fuisse Deum ipsum.

4. Lucem illam spiritualem fuisse divinam. *Cumque in Dei Luce raptus, & hæc procul dubio cernere, non nisi in Dei Lumine poterat. Quamlibet etenim parum de Luce Creatoris aspexerit.*

5. Expendenda sunt verba illa potissimum. *Videnti Creatorem angusta est omnis creatura*, quæ dicta fuisse de hac visione, constat, tum ex Bernardo mox afferendo, tum quia alias Gregorius non fecisset satis dubitationi, sibi à Petro propositæ, quo, inquam, ordine, totus mundus &c. Ut autem ostenderet hanc visionem fuisse immediatam, & intuitivam divinæ essentiae, & non phantasticam, abstractivam, & per simulachra creata, addidit, *In Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deum est, quia hæc procul dubio cernere, non nisi in Dei Lumine poterat, quamlibet etenim parum de Luce Creatoris aspexerit. Breve ei fit omne, quod creatum est.* Sic igitur discurro.

Objectum immediatum visionis mentalis Divi Benedicti tale fuit ex Gregorio, ut, illius comparatione, brevis, angusta, & inferior fuerit omnis creatura. Ergo objectum illud fuit Creator in se immediatè, & clarè visus. Consequentia probatur.

Nullum ens creatum, quantumcunque magnum, visum immediatè in se, ut Dei species, & simulachrum, angustiare, abbreviare, aut superare potest omnem Creaturam collectivè (nam de tota mundi collectione loquitur Gregorius) sed cum omnibus creaturis habet aliqualem proportionem, & commensurabilitatem. Finiti enim ad Finitum est proportio, vel simpla, vel dupla, vel decupla, vel centupla, vel aliqua: ergo illius mentalis visionis objectum immediatum, & motivum non fuit aliquod creatum, visum, ut quod, sed increatum in se clarè visum, cui soli

soli comparata omnis creatura, angusta, brevis, & inferior est.

Confirmatur. Tum quia Gregorius ait, mundum visum fuisse in Deo, ibi. *In Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne, quod infra Deum est*.) Sine difficultate, inquit, Viso enim infinito Creatore, mundum creatum, finitum, quæ difficultas est videre posse? non enim de omnibus creabilibus loquimur, sed de mundo creato, non potest autem mundus videri in Deo, nisi Deo clarè viso. Per speciem enim creatam, visam ut quod, & per visionem abstractivam, non videntur creaturæ in Deo, sed potius Deus in creaturis. Tum quia sicut nulla creatura particularis continet omnem creaturam realiter, ita neque continet illas intelligibiliter. Ergo nulla creatura particularis potest esse causa, & motivum, ut eâ visâ in se videatur omnis creatura. Tum quia Gregorius ait, *in Dei Lumine; in Luce Creatoris*

Ad videndum verò Deum abstractivè, & per figuras creatas, seu ad videndum aliquod quodcumque creatum, non requiritur Lux Creatoris, seu Lumen divinum; si tamen loqui propriè velimus. Tum denique quia in sola visione Dei clara, & immediata, mens fit supra omnem creaturam. Cum scilicet non ea, quæ facta sunt, ostendunt invisibilia Dei; sed invisibilia Dei, in Dei Lumine visa ostendunt per sui visionem ea, quæ facta sunt.

Et ex his patet ad Petri dubitationem. Respondet enim Gregorius, *non cælum, & terra contracta est, sed videns animus dilatatus. Animus, non oculus: eo quod mentalis ea visio fuerit, & spiritualis: & consequenter videri ea potuit in Deo totus mundus.*

Gregorium ad hunc sensum interpretati sunt doctissimi Patres Rupertus Abbas Tuisiensis lib. 3. de gloria, & honore filii hominis, explicans illud Matthæi 4. *Ostendit illi omnia Regna mundi*, refert primum penè ad verbum hanc Gregorii narrationem: tum subjungit. *Cum hæc dicit, palam astruit, quia prospexit ille, mentis magis, quam oculorum fuit, & tandem concludit, Illud mirantes veneramur, quod egit cum homine omnipotens Deus, reducens ad omnipotentiam magnitudinem facti: & distinguens mentalem visionem à corporali. Bernardus super illud Psalm. 58. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Quemadmodum, inquit, creatura cæli, idest angelica natura; sic creatura mundi, idest homo, post hanc vitam, jam non per speculum, & in enigmate, sed facie ad faciem Deum videbit, & sapientiam ejus in se ipsa ad liquidum contemplantur. Interim verò opus habet humana anima, velut quodam vehiculo, creatura, ut ad cognitionem Creatoris assurgat, cum è contra longè beatius, perfectiusque angelica natura in Creatoris notitiam habeat creatura, ad quam nimirum excellentiam (videndi nimirum creaturas in Creatore) licet ad modicum rapta fuisse videtur anima illa, qua collectum sub uno solis radio mundum universum conspexit, de quo miraculo Beatus Papa Gregorius in lib. Dialog. scribens, videnti, inquit, Creatorem angusta est omnis creatura,) hucusque niellifluus Doctor.*

Bonaventura, quamquam Scholasticus, inter Patres meritò computandus, Ecclesiæ nempe Doctor Seraphicus, ad verba igitur Gregorii sic ait. *Mundus non fuit coangustatus in uno solis radio, sed ejus animus dilatatus, quia vidit omnia in illo, cujus magnitudine omnis creatura angusta est, parva, & modica, tangit ponderationem à nobis supra factam, vide illum opusculo Luminare serm. 30.*

Chartusianus etiam in sermone de Beato Benedicto: *sed & in divitiis gloriæ Dei fuit uberimè raptus, & in Lumine creatoris ita expansus, quod faciliter ex ejus Luce conspiceret quicquid sub illo fuit.*

His vetustioribus Patribus, atque Scholasticis subscripterunt.

Ludovicus de Prussia ord. min. in Trilogio animæ par. 2. cap. 16. Joannes Taulerus cap. 12. institutionum. Joannes Bona de divina Psalmodia cap. 18. §. 3. n. 1. Quam etiam proba-

bilem existimat Maximilianus Sandeus lib. 3. Theol. var. commentatione 42. exercit. 2.

Ac tandem Urbanus octavus Pontifex in bulla de Festo Sancti Patris Benedicti 1632. 12. Kal. Aprilis, apud Tamburin. tom. 2. disp. 24. quæst. 5. divina, inquit, *interius Luce splendens, sublatus in mentis Lumine, superior mundo, & expansus in Deo, mentis Laxato sinu, beatifico Lumine, humani imbecillitatem intellectus elevante, Deum ipsum, & in ipso Deo, adhuc mortalis, omne, quod infra Deum est, videre meruerit.* Hæc Bulla, quæ præmiserat, hoc, Beato Gregorio teste fulciri. Aliique recentiores, Barthol. Media, Salas, Falolus, & universa Benedictinorum schola Salmaticensis, atque Vallisolezana, teste subscripto Yepes tom. 1. pagin. 85. & seqq.

Nunc ad argumenta opposita convertamur, & ad illud generale: Magnum hoc privilegium præsumi non debet sine magno fundamento auctoritatis antiquæ. Scriptura enim reclamatur, *Deum nemo vidit unquam, sed nec videre potest*, ad excipiendum autem à regula generali, non sufficit quælibet ratio.

Respondetur, auctoritatem Magni Gregorii magnam reputandam ad fundandum exemptionem, & Privilegium.

Sed opponit Recupitus Divum Gregorium explicari à Divo Thoma de altissima quidem speculatione, & contemplatione, qua Benedicto revelata fuerint miranda, & arcana objecta, non tamen ipsam divinam essentiam.

Respondetur, auctoritatem Angelici Doctoris gravissimam mihi esse, & ejus sententiam probabilem, ea nihilominus non obstante, verba Gregorii in sensum à nobis intentum, minimè violenter trahi posse, ex dictis, & ex dicendis existimo.

Opponit 2. idem Auctor. Potuit videri à Benedicto totus mundus per speciem infusam, extra Verbum.

Respondeo, & fateor, id possibile fuisse. Modò verò nos querimus quid factum sit, non quid fieri potuisset, ut autem, quid factum à Deo fuerit intelligamus, Gregorium habemus interpretem. Cujus verbis Recupiti oppositio non cohæret. Si enim ea fuisset visio per speciem, & in specie creata, non angustasset omnem creaturam, ut supra cum Bonaventura arguebamus, neque esset visio Creatorum in Deo, sed in Creatura, contra quod Gregorius, & Patres laudati.

Opponit 3. Ex hac Historia, sequi potius oppositum intentæ à nobis claræ visionis. Cum enim Benedictus vidit mundum collectum, &c. fuit illa lux corporalis, eo quod, ut ait Gregorius, noctis tenebras effugavit, tenebræ autem non fugantur, nisi Luce corporea.

Hoc argumentum sola textus Lectione revincitur, distinguit enim Auctor noster duplicem Lucem, ut supra, Alteram fugantem tenebras noctis, & oculorum, Alteram illustrantem caliginem mentis, numquid per caliginem loquitur Gregorius, cum ait: *In illa ergo Luce, quæ exterioribus oculis fulsit, Lux interior in mente fuit, & sublevatus in mentis lumine?* ut proinde mirabile sit, virum acutissimum duo hæc in Gregorio non vidisse; aut ingenium dissimulasse.

4. Arguit cum Divo Thoma. Omnis visio Dei per essentiam, quæ datur in statu viæ, fit cum alienatione à sensibus: sed visio Benedicti non fuit cum alienatione à sensibus: ergo non fuit visio Dei per essentiam. Major probatur, efficacior est operatio intellectus, qui ad videndam Dei essentiam elevatur, quam quæcunque imaginationis operatio: sed aliquando homo propter vehementiam imaginationis, abstrahitur à corporis sensibus: ergo multo fortius oportet quod abstrahatur ab illis, quando in divinam provehitur visionem. Sic Divus Thomas quæst. 13. de verit. art. 3. & 3. contra Gent. cap. 47. subdit Recupitus, hæc major est expressa Gregorii, Minor etiam est ejusdem Gregorii, qui refert, eodem tempore, quo visionem habuit Benedictus vocasse Servandum Diaconum: ergo Divus Benedictus erat in sensibus corporeis, sic Div. Thom. quodlib. cita. ergo visio Benedicti non fuit visio Dei per essentiam.

Con-

us omnis ab homine uno videatur.

**GREGORIUS.** Fixum tene quod loquor, Petre, quia animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet etenim parum de luce Creatoris aspexerit, breve ei fit omne, quod creatum est: quia in ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus, tan-

**A** tumque expanditur in Deo, ut superior existat mundo: fit verò ipsa videntis anima, etiam super semetipsam. Cūque in Dei lumine rapitur super se, in interioribus ampliatur, & (17) dum se sub se conspiciat exaltata, comprehendit, quàm breve sit, quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo

**Confirmatur ex Augustino 12. de Gen. ad Lit. cap. 27. ubi ait. Neminem videntem Deum, vivere vita ista, qua moraliter vivitur istis sensibus corporeis, sed nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, sive omnino exiens de corpore, sive ita averfus, & alienatus à carnalibus sensibus, ut merito nesciat, sicut Apostolus ait, an in corpore, vel extra corpus sit, cū in illam rapitur, & subvehitur visionem.**

**Ad hoc argumentum negari potest utraque præmissa. Nam in primis, Beati post corporum resurrectionem, cum visione Dei per essentiam, qua fruatur anima, habebunt perfectum usum sensuum exteriorum, absque abstractione ab illis: sic etiam Christus in hac vita. Non est ergo necessarium videntem Deum abstrahi à sensibus, sed sine novo miraculo, & sensuum, & intellectus operationes simul exercere potest. Quod senserunt Suarez, Molina, Salas, Sandæus, & alii.**

**Quod autem vehemens imaginatio abstrahat à cæteris sensibus, id oritur, quia iisdem spiritibus animalibus, quibus utitur Phantasia, utuntur cæteri sensus externi: Cū igitur spiritus à vehementi objecto in usum Phantasie nimium attrahuntur, necessarid cæteri sensus deficiunt, & feriuntur, eorum spirituum ministerio destituti. At visio intellectualis essentia divinæ non indiget spirituum ministerio. Non enim est ex illis objectis, quæ non sunt in intellectu, nisi prius fuerint in sensu: neque Phantasia quidquam ibi operatur; sed absolute ab intellectu peragitur lumine divino præmunito.**

**Reponit Recupitus, Majorem primi Sillogismi esse Gregorii. Hoc tamen est contra ipsum, nam si Gregorius existimavit, ad visionem Dei in via requiri ecstasim, & raptum, hoc procul dubio non perperam: sed ad id, quod intendebat allegavit: ergo sensit Benedictum in hac visione fuisse raptum.**

**Deinde, & si raptus, & ecstasis, seu abstractio à sensibus necessaria sit connaturaliter ad visionem Dei in statu viæ, dici potest non esse indispensabilem, & essentialem: sed dispensari, & impediri à Deo posse, vel extrinsecè concurrente Deo majori aliquo influxu, quàm de facto concurrere solet cum potentiis sensitivis: vel intrinsecè per infusionem alicujus doni supernaturalis inhaerentis, & confortantis, augmentisque vires naturales animæ, ne deficiant in illa mentis altissima contemplatione, sicut de facto accidit in Christo, & in Beatis; ergo dici probabiliter posset id ipsum concessum Benedicto, neque idcirco æqualis fuisset Christo, & Beatis. Hi enim fruuntur divina visione permanenter, & ex convenientia, & jure proprii status: Benedictus verò id consecutus fuit momentaneo privilegio, & extraordinario: ideoque per illud privilegium beatificatus non fuit, proprie loquendo. Beatitudo siquidem, proprie sumpta est status perpetuæ inamissibilis, & indefectibilis felicitatis. Momentum verò felicitatis non est felicitas: verè tamen fuit Benedicto arra felicitatis, & inchoata felicitas in pignus solidæ, & perpetuæ felicitatis, cui servabatur.**

**Ad confirmationem ex Augustino patet ex dictis.**

**Quidquid tamen sit de Majori propositione, An non promptum est negare Minorem ex contextu Gregorii, & ex 3. ponderatione supra? Benedictum quippe in hac visione alienatum fuisse à sensibus, non obscure indicant verba illa. Superior existat mundo, super semetipsam. In Dei Lumine rapitur, sublevatus in mentis Lumine, extra mundum fuit. Videntis animum ad superiora rapuit, quibus loquendi modis abstractionem à sensibus**

Tom. IV.

**B**

indicari, minimè dubito. Ad probationem Minoris patet ex secunda ponderatione à nobis præmissa. Duplex distinguenda hic est visio, una corporalis, mentalis altera. Ergo cū Benedictus vidit in Deo mundum universum, erat in ecstasi, & rapu: neque tunc vocavit Abbatem Servandum: At transacta illa mentali, momentanea visione, & durante adhuc visione corporali, cū jam in sensus rediisset, tunc vocavit Servandum: ut illum participem faceret visionis, non quidem mentalis, quæ transierat, sed corporalis, quæ adhuc durabat circa Lucem corpoream.

Neque oppositæ sententiæ momentum avertit, particula tunc, qua utitur Gregorius, nam ex Bernardo Visio divinæ essentia fuit per transitum, & instantanea; ea itaque in momento transeunte, tunc, perseverante scilicet visione suæ desuper Lucis corporeæ, vocavit Hospitem Servandum.

Quare hoc ordine imaginanda videtur à nobis illius series visionis, ut primùm cœperit à Luce corporea, quasi præambula ad visionem mentalem, inter quam fulserit Benedicto scintilla divini Luminis in rapu, quo, per transitum viderit Creatoris essentiam, & mundum universum in Creatore, unde Gregorius non ait, sub uno solis radio: sed velut sub uno solis radio, non enim radius fuit corporei solis æterni, irradiantis in momento animam sancti viri: demum per aliquantum temporis duraverit lux corporalis, ejusque visio sensitiva, ut pedissequa intellectualis; & tunc vocaverit Servandum.

**5. Opponit idem Auctor. Quando Gregorius ait, in Dei Lumine, intelligendum, in Lumine immisso à Deo; itaut particula, In stet solum causaliter: ac si dicatur, per Lumen à Deo causatum; non tamen beatificum, sed alterius inferioris rationis, potest enim Deus facere, ut mundus sub uno solis radio videatur.**

**Sed hanc interpretationem ægrè patitur Gregorii Phrasis dicentis visas fuisse creaturas, eo quod videbat Creatorem. Hoc autem fieri non potest, nisi per Lumen divinum formaliter objectivè scilicet beatificum (neque enim ipsum gloriæ Lumen plusquam causaliter divinum est: dicitur tamen divinum formaliter objectivè, quod ejus formale objectum divinum est) Præterea non ait Gregorius, sub uno solis radio, sed velut sub uno, ut ponderatum est.**

**6. Opponit, fuisse quidem altissimam speculationem; qua Benedicto revelata fuerint arcana cœlestia, & admiranda objecta, non tamen divina ipsa essentia.**

**Respondeo: ob auctoritatem Divi Thomæ, sic Gregorium interpretantis, non ausim improbare negativam sententiam; verum affirmativam æquè probabiliter ex Gregorio defendi posse, quæ hucusque adducta sunt, satis ostendunt, & præcipuè Urbani Octavi auctoritas, Divum Gregorium hujus sententiæ patronum afferentis. Quamobrem si de Moyse, Paulo, & aliis ob auctoritatem aliquorum Patrum, & Scholasticorum, id privilegium non temerè asseri potest: non video, cur pietatis metas excessisse videatur Benedictinus, qui de tanto Patriarcha, tot à Deo munerato privilegiis, quique justorum omnium spiritu, meritisque plenus fuit, dixerit, fuisse Deividum, ut cum Arcopagita loquamur; cū præsertim, & Patrum, & Scholasticorum, maximè verò doctissimorum, sanctissimorumque Pontificum Gregorii, & Urbani auctoritate nitatur. Nunc ad notulas regrediamur.**

(17) Codex noster 272. legit, dum super se eadem tamen est vis verborum; ut advertere facile fuerit.

G g



ergo Dei, qui intueri globum igneum, Angelos quoque ad Cœlum redeuntis videbat, hæc procul dubio cernere, non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaque mirum si mundum ante se collectum vidit, qui sublevatus in mentis lumine extra mundum fuit? (18) Quod autem collectus mundus ante ejus oculos dicitur, non Cœlum, & terra contracta est, sed videntis animus dilatatus, qui in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne quod infra Deum est. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum, quia ad superiora rapuit, ei quam angusta essent omnia inferiora, monstravit.

PETRUS. (19) Videor mihi utiliter non intellexisse, quæ dixeras, quando ex tarditate mea tantum crevit expositio tua. Sed quia hæc liquidè meis sensibus infudisti, quæso, ut ad narrationis ordinem redeas.

(18) *Animus*, inquit, non oculus. Similem visionem habuit Sanctus Dominicus Loricatus, ut in ejus vita, scripta ab Alberico Casinensi Cod. 101. nostræ Biblioth.

(19) Nam, ut ait Augustinus, *Ab adversario mota quæstio, discendi existit occasio.*

IN CAPUT XXXVI. NOTÆ.

(1) In prologo dixerat. *Hujus ego omnia gesta non didici: sed pauca, quæ narro &c.* nunc verò ex iis etiam, quæ didicerat, quædam studiosè à se præterita, studio scilicet brevitatis, & ad alia narranda progrediendi, aliqua tamen in aliis Libris de Benedicto meminit. ut lib. 3. dial. cap. 16. & lib. 4. cap. 8.

(2) Non eam quidem doctrinam, de qua scriptura. *Stultus factus est omnis homo à scientia: sed de qua Proverb. 9. scientia sanctorum Prudentia.* Quæ enim helleboro indigentior stultitia, eruditum esse in secularibus; in æternis rudem? Platonem, Aristotelem, Tullium. scire: Christum ignorare? Ea ergo doctrina erudiri voluit Benedictus in terris, quæ secum, ut ait Hieronymus, perseveraret Cœlo, & qua sibi in Cœlum, & via monstraretur, & pateret aditus, & in hac sanè non mediocriter fulsit. Jugi enim sacrarum scripturarum, sanctorumque Patrum studio, collectis inde tessellis, variè picturatis, scripsit Regulam, velut Musivarius Artifex operosa compositione tessellatam.

Hinc convincitur Erasmi Roterodami censura in suo Ecclesiaste lib. 3. ubi Benedictum, *Hominem sanè pium vocat, sed qui scripturarum eruditione non præcelluit.* At non ego demiror, Erasme, quod sancti viri doctrinam, eruditionemque contendas. Eras mus, nihil interim tuo dente Benedicto deteritur, de Gregoriano Encomio, cui concinunt tot tantique Laudatissimi Laudatores. Bruno Carthusianus; *Ecce plusquam Salomon hic. Quæris fortasse, in quo major sit ipse? In sapientia. Non dico de sapientia hujus mundi, quæ stultitia est apud Deum, ad quam iste nunquam accedere voluit: sed de sapientia, quæ vera est, & quæ ducit hominem ad vitam æternam, o si Regina Saba venisset ad Beatum Benedictum, & audivisset sapientiam ex ore ejus? Beda, doctor doctorum.* Quid autem mirum, sapientissimum evasisse Benedictum, cujus Præceptor perhiheret Spiritus Sanctus, ab eodem Brunone, & Vincentio Ferrerio sermone de Sancto Benedicto. At nauseant delicatuli, nisi prophanas cupedias; nauseabant quoque divinum manna Hebræi.

(3) Casini, ætate jam senex lib. 3. chron. in cap. 28. scripsit autem eam in philiris à Tilia, non quod pergamenis uti non potuerit, aut cartis, sed quod antiquiorem fortè usum renovare maluit.

(4) Ecce scientiam sanctorum, Prudentiam, quæ maxime Legislator noster excelluit, experien-

Quod Regulam Monachorum scripserit.

CAPUT XXXVI.

GREGORIUS. **L**ibet, Petre, adhuc de hoc Venerabili Patre multa narrare, sed (1) quædam ejus studiosè prætereo, quia ad aliorum gesta evolvenda festino. Hoc autem nolo te lateat, quod vir Dei inter tot miracula, quibus in mundo clauditur (2) doctrinæ quoque verbo non mediocriter fulsit: nam (3) scripsit Monachorum Regulam (4) discretionem præcipuam, (5) sermone luculentam. Cujus, si quis velit subtilius mores, vitamque cognoscere, potest in eadem institutione Regulæ omnes Magisterii illius actus invenire: quia sanctus vir nullo modo potuit aliter docere, quam vixit.

De prophetia sui exitus Fratribus denunciata.

CAPUT XXXVII.

(1) **E**odem verò anno, quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis se-

tia magistrante didicerat, nullum animal morosius tractandum esse, quam hominem, & maxime illos, qui spontè se aliis dirigendos dedissent. Exemplar virtutis hujus habemus in Deo, Sapientiæ 12. *Tu dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia disponis nos.* Cum magna scilicet discretionem, atque benignitate. Ergo Benedictus semper à suis benedicendus, Regulam ipsi præscripsit discretionem præcipuam, sale Prudentiæ in omnibus conditam. Pithagoras in Symbolis. *Salem apponito, & Levitici 2. Quidquid obtuleris Sacrificii, sale conditur.* Sancta Hildegardis in expositione Regulæ. *Omnia, quæ in hac Regula descripta sunt, nec nimis remissa, nec nimis constricta sunt, & lib. 2. de conflictu vitiorum, Primus Moyses in Lapideis tabulis ex præcepto meo asperam, & duram Legem scribens, Judæis dedit: sed ut filius meus eandem Legem per dulcedinem evangelii perforavit; sic etiam Benedictus famulus meus propositum bujus ordinis, quod ante ipsum diversissima conversatio fuit, per dulcedinem inspirationis Spiritus Sancti, discretam, & planam viam fecit, ac per hoc plurimam cohortem sua Religionis collegit.* Divus etiam Antoninus, Sanctus Bonicus Episcopus Surrensis, alique quamplurimi. At Laudatissimi omnibus Regulæ elogia contextenti, facile esset audire, At quis vituperat?

(5) Zacharias vertit, *sermone clara, & hoc certè intelligere voluisse videtur Gregorius, quamquam Luculentam accipere possumus splendendam, eloquentem, nimirum, ut ea ferebant sæcula lutulenta, & barbarie obsita.* Reliqua ad Regulam pertinentia copiosè, & eruditè tractavit Hæstenus. Vide etiam Ferrarium nostrum in eandem.

IN CAPUT XXXVII. NOTÆ.

(1) Unus ex his discipulis fuit Beatus Maurus, qui propterea apud Beatum Romanum in Monasterio ad Fontem Rogi in Gallis constitutus, eundem Romanum de imminente postmodum Sancti Magistri obitu præmonere potuit, ut in actis Beati Mauri. Eodem enim anno paucis mensibus antequam Benedictus mortem obiret, Maurum in Gallias transmiserat, rogatu Episcopi Cœnomanensis. Hunc Episcopum acta Sancti Mauri vocant Bertingranum. Verùm Hugo Menard. lib. primo observationum in Martyrol. Benedictinum, notat, non cohærere cum veritate historis. Nam longè post obitum Theodeberti Regis, quo regnante venit Divus Maurus in Galliam, hic Bertingranus renunciatus est Episcopus Cœnomanensis, anno videlicet undecimo Childberti filii Sigeberti Regis Austrasiorum; ut refert Divus Gregorius Turonensis lib. 8. Hist. Francorum, itaut inter adventum Sancti Mauri in Galliam, & promotionem Bertin-

secum conversantibus, quibusdam longè ma-  
nentibus Sanctissimi sui obitus denunciavit  
diem: presentibus indicens, ut audita per si-  
lentium tegerent, absentibus indicans (2)  
quod, vel quale eis signum fieret, quando

tingranni tres intercesserint Episcopi Cœno-  
manenses; nempe Sanctus Innocentius, seu  
Innocens, S. Domnolus, & Badegesilus, cui  
successit Bertingrannus: ut videre est apud  
eundem Gregorium lib. 6. & 8. &c. Deinde  
subdit. *Suspicio bunc errorem natum esse ex  
opinionem eorum, qui obitum Sancti Benedicti  
ad annum sexcentisimum secundum rejece-  
runt, &c. Demum notat alium errorem in  
Actis Sancti Mauri, eadem ex Menardo hic  
refert Hæstenus, addens, ex Syllabo Episco-  
porum Cœnomanensium apud Claudium Ro-  
bertum in Gallia Christiana, eundem consti-  
tare errorem, quem denique advertit Bollandus  
in notis ad vitam Beati Mauri, referens In-  
nocentium subscripsisse Concilio Aurelianensi  
4. Anno 541.*

Si revera in Actis prædictis error irrepsit, Fau-  
sto non est imponendus. Quis enim credat  
Fauftum, appulsum in Cœnomanos eo ipso  
anno, quo illius diœcesis Episcopus defun-  
ctus est, & cujus rogatu Maurus, & cum  
Mauro Faustus in Gallias transmissi fuerant,  
ignorare potuisse illius Antistitis nomen?  
cùm præsertim vixerit ibidem annis plusquam  
quadraginta. Ergo vel duo fuere Bertingran-  
ni, (vel Berthigrani) quorum prior exiguo  
omnino tempore sederit, & hic scripserit  
ad Benedictum, vel memoria lapsus hic est,  
non Faustus, sed Faustus interpolator Odo.  
Utraque conjectura est eruditissimi Bollandi.  
Quocirca notandum Acta Sancti Mauri  
scripta quidem primum fuisse à Fausto, sed  
cùm jam penè periissent, inventa ab Odone  
Abbate Glanofoliensi (*Quia tam inculto  
sermone etiam vitio Scriptorum depravata  
videbantur*) verba sunt ipsius Odonis (*vi-  
tam Beati Mauri, prout potui, corrigere sa-  
tagens, viginti dierum plus minus consumpto  
labore, salva fide doctorum, ac miraculorum  
inibi repertorum, sicut nunc habetur, apertio-  
rem eam legentibus reddidi, & expressi*)  
Hæc Odo in Historia translationis ejusdem  
Beati Mauri apud Bolland. tom. 1. pag. 1052.  
Non fuerit igitur improbable Faustum dixisse  
tantùm Episcopum Cœnomanensem, Odo-  
nem verò addidisse Bertigranni nomen, sed  
per errorem. Neque enim semel Odoni id ac-  
cidit, ut notavimus alibi ad Chronicon Casi-  
nense. Ejusdem Odonis Phrasim agnoscen-  
dam duco in alloquio Sancti Patris Benedicti,  
quo abeuntes Maurum cum sociis, & totam  
Casinensem Congregationem affatus est: *si  
tristandum dilectissimi Fratres &c.* Id ipsum  
opinor de sermone ad Beatum Placidum in  
Siciliam proficiscentem: *Ad suscipiendum  
militia Laborem; Petrum enim Diaconum  
in eo audio, & si ad sensum Benedicti, nam  
Petrus acta Sancti Placidi, à Gordiano pri-  
mùm scripta, suo deinde stilo exaravit, ut ipse  
testatur in Registro Sancti Placidi. Verùm  
ut vir fuit mentis quidem optimæ, sed non  
æquè optimi Judicii, multa illuc parum aptè  
intrusit, quibus genuinæ Gordiani narrationi  
fides deteritur, quod offendit Baronium, &  
alios. Vide Ferrarii judicium de opusculis  
Sancti Patris Benedicti adscriptis in Regulam.*  
Obvia hic se se offert controversia de anno, &  
die, quibus Sanctus Pater Benedictus ex hac  
vita migravit. Eam tamen opportunius à no-  
bis agitatam videre licet ad cap. primùm  
chronici Casinensis.

- (2) Ita distinctè obitus sui circumstantias, Deo re-  
velante, præsciverat, ut ea signatissimè præ-  
dicere poterit, signum autem explicat infra  
Gregorius.
- (3) Adhuc sanus, & incolumis: nam post apertum  
sepulchrum, subdit Gregorius, Mox correptus  
febris, observatio est Hæstini.  
Sepulturæ cura maximè religiosa fuit antiquis.  
Athenienses, Belli duces, qui, tempestate  
impediti, navali pugna cæcos, sepultura de-  
Tom. IV.

A ejus anima de corpore exiret. (3) Ante sex-  
tum verò sui exitus diem, aperiri sibi sepul-  
turam jubet. Qui mox correptus febris,  
acri cœpit ardore fatigari. Cùmque per dies  
singulos languor ingravesceret, sexto die  
por-

corare neglexerant, capite plesti jufferunt,  
ex Lysia in Orat. contra Cratothenem, &  
Orat. 31. funebri, refert Atheniensium bel-  
lum adversus Thebanos pro sepeliendis mor-  
tuis. Romanis quoque in sepeliendis mortuis  
magna superstitio, eo enim tenebantur erro-  
re, insepulorum animas centum annos va-  
gari, priusquam à Charonte in aliam ripam  
traducerentur. Sibylla apud Virgilium.

*Nec ripas datur horrendas, nec rauca  
fluenta.*

*Transportare prius quàm sedibus ossa quie-  
runt.*

*Centum errant annos, volitantque hæc lit-  
tora circum,*

*Tum demum admissi stagna exoptata revi-  
sunt.*

Hinc apud Horatium Architas rogat corpus  
suum ejectum naufragio, sepeliri.

*At tu, nauta, vaga ne parce malignus*

*arene.*

*Offibus, & capiti inhumato*

*Particulam dare.*

Quamquam Anchises apud Maronem dicat; *Facilis  
jactura sepulchri.*

Et Mæcnas.

*Nec tumulum curo, sepelit natura reliquos.*

Diogenes etiam Cynicus nihil de sepultura mo-  
riens curavit. Rogatus enim quomodo sevel-  
let sepeliri, jussit cadaver abiici inhumatum.  
Tum amici, volucibusne, & feris discerpen-  
dum? Minimè verò, inquit, sed baculum  
propè me, quo illos abigam, ponite. Rur-  
sus illi; Qui poteris? non enim senties. Quid  
igitur, inquit, mihi ferarum laniatus oberit,  
nihil sentienti? Refert etiam Ælianus lib. 8.  
cap. 14. Diogenem morti proximum, se de  
ponte præcipitasse, qui propè Gymnasium  
erat, mandavisseque custodi palestræ, ut cum  
expirasset, se abiceret in Ilissum. Ita non-  
uno infanti genere omnes illi delirabant.  
Nobis verò vera sapientia, veraque imbutis  
Religione tenendum est totam illam huma-  
nitionis rationem non negligendam, dummodo  
mortuorum corpora nihilo incommodius ubi-  
libet quiescere intelligamus. Æquum est enim  
terram terræ reddi, & hoc extremum officium  
mortuis non negari. De moribus Ethnicorum  
erga defunctos, deque variis sepeliendi riti-  
bus fusè agit eruditione, & doctrina magnus  
Joannes Bona de div. psalmod. cap. 13. §. 3.  
& 4.

Proficuum etiam est vivis de sepulchro, hoc  
est, de morte cogitare, unde Eccles. 7. *Me-  
morare novissima tua, & in aeternum non  
peccabis.* Hinc Christus, quos ab infirmitate  
sanavit, monuit ne amplius peccarent, sic  
Paraliticum Joan. 5. sic Adulteram Joan. 8.  
Cùm verò aliquos à morte liberavit, non le-  
gitur, illos monuisse, nè amplius peccarent.  
Lazarum, Filium viduæ, Filiam Archisyna-  
gogi, transierant enim per mortem, cujus  
memoria edocti, alia monitione non indige-  
bant, nè amplius peccarent.

Mortis meditatio vera est Philosophia; qua im-  
butus Philippus Macedo, jussit, quandam ex  
pueris suis quotidie hoc ei mane in memo-  
riam revocare, *Quod homo esset.* Ælian. lib.  
8. cap. 15. Severus quoque Imperator, cùm  
urnam sibi deferri jussisset, in qua reponen-  
dus erat post mortem, *Tu, inquit, capies vi-  
rum, quem capere non potuit orbis terrarum,  
& exinde capis fastidire Imperium.* Dio.

Et ut ad nostros convertamur, refert Auctor  
disceptationis de antiquitate Benedictinorum  
in Anglia, teste Hæsteno, antiquissimam ordi-  
nis fuisse consuetudinem, ut semper in Ec-  
clesia, aut Claustro unum haberetur sepul-  
chrum apertum, quo memoria mortis fratri-  
bus jugiter imprimeretur, & hoc plerumque  
sibi aperiri faciebant ipsimet Prælati fortè hoc  
Sancti Patris Benedicti exemplo permoniti.



(4) portari se in oratorium à discipulis fecit; ibique (5) exitum suum Dominici Corporis & Sanguinis perceptione munivit, atque inter discipulorum manus inbecilla membra sustentans, (6) erectis in Cœlum manibus stetit, (7) & ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. Qua scilicet die (8) duobus de eo Fratribus uni in cella commoranti: alteri autem longius posito, revelatio unius, atque indiffimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia (9) strata palliis, atque innumeris corusca lampadibus via, recto orientis tramite ab ejus cella in Cœlum usque tendebatur. (10) Cui venerando habitu vir

(4) Non in cubiculo communionem sumit, sed ad eam in Oratorium accedit, non permittens, Dominum ad servum venire.

(5) Etiam non conficiens Sacramentum, sumit sub utraque specie, quod postea prudenter abrogatum: impudenter reclamantibus Boëmis, aliisque Hæreticis.

(6) Stataria morte obire delegit, vel quod civi suo Vespasiano auscultaret, dicenti, Imperatorem stantem mori oportere, vel quia desiderio in Cœlum abeundi æstuans, cum pedibus nequiret, manibus, & toto se corpore ed dirigere nititur, strata sibi palliis, & innumeris coruscantibus Lampadibus viam initurus.

(7) Quam placida, atque serena morte! Viatico sumpto, Christum corde, Christum ore spirans, moritur alter Moyses servus Domini in osculo Domini. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus!

(8) Quod Gregorius ait, duobus, Acta Sancti Mauri, tribus eandem visionem apparuisse, testantur. Cum transfactâ horâ quasi tertiâ ipse Sacratissima diei (vigiliæ Paschæ) beatissimus Maurus in Ecclesia consisteret, &c. raptus spiritu, subito se transpositum in loco, de quo egressi fueramus, vidit, conspexitque viam palliis strata, ac innumeris coruscantibus lampadibus, recto orientis tramite ab ejus Cella in Cœlum usque tendentem. In qua etiam visionis duos Congregationis nostræ fratres socios habuit, cum quibus simul eandem visionem conspexit. Itaque cum viam, quam cernebant &c. deinde subdit. Hanc visionem unus ex illis duobus fratribus nostris, qui eam simul cum Beato Mauro viderunt, in nostro morabatur Cœnobio, alter verò, ut Beatus scripsit Gregorius, longius positus vidit, quæ verba referens Hæstenus, duos illos Fratres, quibus visio apparuit, intelligit de Sociis Beati Mauri, si de Sociis visionis, rectè, si de Sociis itineris, decipitur. Nam unus ex illis erat Casini, alter etiam Casinas erat, sed longius positus, & hoc indicare voluit Faustus, cum ait, duos Congregationis nostræ Fratres, hoc est Congregationis Casinensis, quæ erat Congregatio, & Monasterium Fausti, nondum enim Glannofoliense constructum erat, quod clarius explicat subdens, unus ex illis in nostro morabatur Cœnobio, id est Casinensi, violenter enim ad Monasterium Beati Romani, ubi tunc morabantur, id trahi posset, in quo Hospites erant, non domestici, Ac denique hoc ipsum confirmatur ex sequentibus verbis. Mox verò, ut Beatus ad se reversus est Maurus, ocyus Sanctum Romanum, ac nos evocans, cuncta, quæ viderat, lucidè nobis per ordinem retulit. Nos, inquit, evocans, nempe socios itineris, ergo itineris ejus focii, non fuerunt ejus focii in visione, alias non auditores tantum, sed testes accessissent ejusdem, neque id Faustus tacuisset. Neque obstat, quod Faustus ait, Cum quibus simul eandem visionem conspexit, nam illud simul ad similitudinem, & societatem temporis, & visionis, non ad societatem domicilii præsentis referri debere, ex dictis liquet.

(9) Hac via Benedictinum institutum, ad Cœlum ducens, symbolicè præfigurari Bernardus, & Petrus Diaconus censuerunt. Tanta quippe futura erant ejus instituti decora, ut Benedictini videantur inter purpuras, & splendores Cœlum ascendere.

A desuper clarus assistens, cujus esset via, quam cernerent, inquisivit: illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: (11) Hæc est via, qua dilectus Domino Cœlum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obitum, sicut præsentis discipuli viderunt, ita absentes ex signo, quod eis prædictum fuerat, agnoverunt. (12) Sepultus verò est in Oratorio Beati Baptistæ Johannis, quod, destructâ Arâ Appollinis, ipse construxit. (13) Qui & in eo specu, in quo prius Sublacu habitavit, nunc usque si petentium fides exigat, miraculis coruscat.

B (10) Angelum intelligit Aimoinus. Viri enim nomen non raro Angelis tribuitur in scriptura Genes. 18. & 32. Daniel 9. Ecce vir Gabriel. Zachar. 1. Vidit virum stantem inter myrteta, & statim subdit. & responderunt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta. Certè non legi Angelos muliebri specie apparuisse; sed viri.

(11) Petrus Damiani opusc. 36. cap. 16. Pia, inquit, fide credendum est, quia scala illa, quæ de Casino monte olim in Cœlum videbatur erecta, adhuc palliis strata, Lampadibusque coruscat. Sicut tunc excepit Ducem, ita nunc exercitum transmittit ad cœlestia subsequentem: nec ab ejus glorioso tramite exorbitant declinantes jam defuncti, cujus, dum in hoc exilio viverent, vestigia sunt secuti.

(12) Non in Oratorio Beati Martini, ut legunt Acta Beati Mauri, quod cum Faustus ignorare minimè potuerit, facile siquidem moneri potuisset à suis Casinatibus, Komæ degentibus, ubi ipse scripsit, consequens est, hunc errorem Odoni concinnatori tribuendum; ut alibi notavimus ad chron. cap. 1. Reconditus primum fuit ante altare, postea reductum super sepulchrum altare, ob rationem, quam adducimus lib. 3. Chron. Cas. ad cap. 28.

C Qua ætate obierit Sanctus Pater, non una est opinio. Communis tamen contigisse putat anno ejus climaterico, hoc est sexagesimo tertio. Vetus tamen hujus computi auctorem nullum vidi.

Quoniam verò, quæ Simon Milletius, & ex eo Hæstenus hic tradunt de situ sacri sepulchri, & de Crypta inferiori, præsentis rerum statui non in omnibus consonant, ut nunc petenda sunt ex descriptione sacri Monasterii, initio præfixa.

D (13) Deest in vulgari Sublacu: non deest in omnibus nostris.

#### De forma corporis S. P. Benedicti.

Eximii alicujus viri vitam, & gesta historice describentibus, mos est, illius demum pro coronide effigiem, speciemque corporis præstandam Lectoribus exhibere, de ea nihil Gregorius, qui non integram historiam, sed pauca tantum de Divo Benedicto, narranda proposuerat. Pauca & nos de hoc subscribamus.

Staturam Sancti Patriarchæ proceram ex communi Idea exprimunt Pictores. Quam proceritatem duplici argumento probare sibi persuadent Prudentius Sandoval, & cum ipso Hæstenus, sed neutro, nisi fallor, planè probant.

Primum ex signo, rupi huic nostræ impresso in ædícula Sanctæ Crucis medio fermè itinere Casini montis: declinans enim Florentii invidiam, cum Casinum montem ascenderet, dæmon boni osor, sanctum virum apprehendit, & magno impetu rupi allisit, quæ quidem servo Dei aded se mollem præbuit, ut corporis formam, ceræ instar, retinuerit impressam. Spectare autem licet tibias, musculos, humeros, aliasque corporis partes, ita distinctè expressas, quasi saxo forent insculptæ.

Alterum non dissimile signum apud Ruytam (vulgariter Rojate) Cum enim sub vesperum illud Castrum Benedictus adiret, ceu contagio laborans, ab illis rejectus est, in pro-

num igitur se conferens campum, in aspera quadam decubuit rupe, quæ mollem ei exhibuit lectulum; inditamque retinuit corporis figuram. Hactenus penè ad verbum Hæstrenus.

Quod primum spectat, meminerit Hæstrenus se cap. 18. retulisse Epistolam Rosfridi Cardinalis, & Abbatis Casinensis, testantis, hoc signum extitisse in rupe, non, impellente diabolo, sed, quod in scabrosum lapidem impingens mula corruit. Nisi fortè Sandoval, & Hæstrenus hoc signum ab illo distinxerunt, cum idem sint. Deinde in hac impressione, falsum est spectari humeros, tibias, aliasque corporis partes, ex quibus staturam metiri possumus. Refert enim coxam tantum, & crus mula.

Incertum quoque est indicium impressionis Ruytæ, ex notatis ad caput 18. Quare ex neutra ad staturam Sancti Patris duci potest argumentum.

Ejus nihilominus proceritatem aliâ viâ, & quidem probabili mihi videor colligere posse, eâ nimirum, quæ Pythagoras ex vestigio pedis, Herculis staturam metitus est.

In Cimeliario sacri hujus Monasterii servatur, argentea theca inclusus, major articulus pollicis sanctissimi Patriarchæ, qui licet integer non sit, Anatomicæ tamen peritis facile fuerit ejus integram colligere quantitatem. Porro ex articulo metiri licet digitum: ex digito manum, ex manu faciem, ex facie totam corporis altitudinem. Facies enim octava pars est dimensionis integræ staturæ, non gibbosæ, aut alio morbo contractæ, vel monstrosæ.

Cum ergo articulus prædictus pollicis Sancti Patris longior sit articulo pollicis mei, argumento est, ejus staturam multo mea proceriorem fuisse, quæ excedit septem palmos. Suspiciari autem Sancti Patris Benedicti corporis simmetriam pravam fuisse, & contractam, hominis esset in pejor omnia interpretantis, & obstipam habentis æstimationem.

Cui Pythagoricæ mensuræ accedit aliud argumentum ab osse sacro ejusdem sacri Corporis; quod unice mihi nostro ævo, felici sorte, videre contigit anno 1659. Quamvis autem neque os illud integrum nunc sit, sed altera parte corrosus: satis tamen ostendit, magni corporis fuisse instrumentum, & hoc quidem satis probabiliter ex communi regula. Quanta verò præcisè fuerit ejus statura, difficile est determinare; non semper enim correspondent ad amissim membrorum proportionem.

Hinc elucet, quam venerabilis omnibus apparuerit Sanctissimus Patriarcha, cujus heroicis virtutibus, corporis quoque majestas non leve addebat momentum venerationis, & amoris illecebram. *Priami species digna est Imperio, abiit in proverbium, & Saul, quod cæteris emineret ab humero, & sursum, Regno dignus habitus est.* Commendantur ab eadem proceritate Basilus, Augustinus, Gregorius, Christus Dominus, Cyrus Persarum Rex, Carolus Magnus, de quo Eginarthus in ejus vita. *Corpore fuit amplo, atque robusto, statura eminenti, quæ tamen iustam non excederet, nam septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse figuram, unde forma auctoritas, ac dignitas tam stanti, quam sedenti plurima acquirebatur.* Homo superbum animal dedignatur aliis servire, nisi naturalem quandam dignitatem, ac excellentiam in alio venerari cogatur. Pulchritudo Regnum est solitarium. Tacet, & imperat. Plus valet, quam quælibet commendatitia Epistola, ex Arist. Ideo idem Philosophus interrogatus, cur Pulchritudo amorem conciliaret? *Cæci, inquit, est hæc interrogatio.*

Pulchritudo autem virilis proceritate corporis commendatur, nam pusillâ staturâ viri, venusti, & elegantes dicuntur, pulchri non dicuntur. Ethic. 3. Vulgo non dicitur pulcher homo (un bell'uomo) nisi magno præditus corpore. Ea tamen, (inquit Lucianus dial. Imagines tom. 3., omnibus numeris absoluta est pulchritudo, quoties in idem concurrunt anima exulta virtutibus, & corpus amabili forma exornatum. Qui verò corporis formam morum fœditate deturpant, similes sunt (idem Lucianus) Templis Ægyptiis. Illic enim ip-

sum quidem delubrum forinsecus pulcherrimum est. Cæterum, si intus Deum requisieris, aut simiam invenies, aut Ciconiam, aut telem. Hæc de statura Sancti Patris Nostri, nunc de tonsura paucioribus.

Barbam prolixam nutritam non fuisse à Divo Benedicto verosimilius mihi est, tum ex usu Monachorum ejus ævi, quos tonderi, aut radi consuevissent, præsertim in Italia, & Romæ, testes sunt Historici, secus verò in oriente, ubi barbati. Vide Baronium an. 58 & Hæstrenus in disquisit. & hic. Tum ex antiquissima traditione sacri hujus Monasterii, quam a Sancto Patriarcha deductam, non ambigo, quis enim aliam sibi tonsuræ formam arrogasset, quæ Legislatori in usu non fuisset? Casinates autem semper radi consueverunt, ut ex vetustissimis picturis, & ex continuata consuetudine, & sanè in Codice 353. Sanctus Pater Benedictus depictus apparet attonsa barbâ, ut alias advertimus, & in Codice S. Angeli ad Formas Desiderius Abbas, & Monachi cum illo depicti sunt, sine omni barba. Coronam verò præ se ferunt, quemadmodum nunc ea uruntur Dominicani. Neque oppositum suadent vulgares picturæ, in quibus Sanctus Pater prolixam barbam refert. Nam etiam Divus Augustinus oblongâ pingitur barbâ, cum tamen Clerus Africanus tunc Romanum imitatus, tonderi consueverit, sic etiam Carolus magnum pingi videmus barbâ prolixiori, cum ex ejus sigillis, hucusque servatis in ædibus Sancti Dionysii, & Sancti Germani Parisiis, representetur rotundâ barbâ, & potius crispâ, & in ejus nummis apud Marquardum sicut etiam in ejus imagine adpicta fronti Bibliæ Sacræ, quæ ab Ingoberto manuscripta custoditur in Sacratio Sancti Pauli de Urbino nudo mento figeretur, ritu primorum Cæsarum. Crediderim Pictores Divo Benedicto barbam prolixam adpinxisse Symbolicè, ut ejus Senectutem, & Patriarchatum significarent.

De Vestibus ejusdem argumentum sumendum. reor ex præscripto sua Regulæ, non enim aliter vixit, quam docuit, ex Gregorio cap. 36. De earum verò forma, non arridet conjectura Hæstreni ex pictura Sublacensi, in qua scapulare Sancti Patris ad pedes usque protentum videbatur. Scapulare dictum est a scapulis, quod iis contegendis uterentur Monachi, & rustici. In laudata sæpius pictura, Abbas Joannes apparet amictus scapulari ad umbilicum usque protenso, & sub axillis confuto, Caputio acuminato. Tunica talari præcincta. Cucullæ nullam habemus neque antiquam picturam, neque distinctam descriptionem, præter eam, quam Paulus Diaconus ad Carolum magnum, nomine Theodemarii scribens, reliquit, obscuram tamen. Ita, quæ tunc notoria erant, nobis ignotissima sunt. Illud indubitatum, neque rugosam tunc fuisse cucullam, neque ampliter manicatam, ut quæ commodum vitæ non ornatum spectaret. Paulatim tamen reformata, in eam, quæ nunc cernitur, formam evasit. Ita in aliis plerisque accidisse videmus; & præsertim in iacris vestibus Sacerdotalibus, de quo alibi. Si quæ autem ab aliquo pictura refertur, ad prima secula Benedictinorum non pertingit. In Regeſto Sancti Angeli ad Formas sexcentum ab hinc annis Desiderius Abbas depictus apparet amictus scapulari multò infra genua protenso, sed non talari: in alia pictura apparet cucullatus cuculla talari, non rugosa, nec nimis ampla, cum manicis non laxis. Neque argumentum, quod a simulacro Sancti Patris Benedicti in introitu Casinensis Cænobii, quidquam probat. Sculptura enim illa non excedit annos 167. inculptus enim ibi cernitur annus 1497. contra quam scripsit S. Vitores, neque crediderim vetustissimas esse picturas alias, quas idem refert ex Monasterio S. Emiliani, & aliis. Ergo Cuculla, de qua Sanctus Legislator in Regula cap. 55. commune tunc erat Monachorum schema, ideoque dixit simpliciter Cucullam, nihil addens de forma, & modulo, quo indicatur loqui de habitu tunc noto, & usuali. Quoniam verò deinceps omnes Occidentales Monachi Regulam Sancti Benedicti amplexi sunt, hinc

a, quam nescire. Hæc est medicus obitum, ta absent fuerat, n Orato- lestruclâ ) Qui & abitarit, : mira-

enim no- scriptura Gæbril. mirata, igelo Do- non legi sed viti. inquit, quæ de atur ere- buique- n, ita- ra suble- re exor- us, dum secuti. ut Acta norare- neri po- entibus, ac erro- : ut ali- onditu- ctum. quam 28. ina est putar- gelimo uti au-

ex eo pulchri, m staturâ petenda initio omni-

storicè m pro is spe- nial 1, sed randa criba-

com- roce- per- spio plane

sto in ere- i in- eret, bene- qu- ut im- scu- ra- in-

m- um- ita- ro-

*De insana muliere per ejus specu sanata.*

CAPUT XXXVIII.

**N**uper namque est res gesta, quam narro: quia (1) quædam mulier mente capta, dum sensum funditus perdidisset per montes, & valles, silvas, & campos die, noctuque vagabatur, ibique tantummodo quiescebat, ubi hanc quiescere lassitudo coëgisset. Quædam verò die, dum vaga nimium erraret, ad Beati viri Benedicti Patris specum (2) devenit, ibique nesciens ingressa mansit. Facto autem manè, ita sanato sensu egressa est, ac si eam numquam infania capitis ulla tenuisset: quæ omni vitæ suæ tempore in eadem, quam acceperat salute, permanfit.

**PETRUS.** Quidnam esse dicimus, quod plerumque in ipsis quoque Patrociniis Martyrum sic esse sentimus, ut non tanta per sua

factum est, ut Cuculla, quæ olim fuerat communis Monasticæ professionis vestis, Benedictinorum propria evaserit, nam Orientales sub Regula Basilii Cuculla non utebantur. Qui aliter sentiunt, meo quidem iudicio, fabulantur, neminem excipio, nec plura in hanc rem. Uberrimè in idem commentatus est Alonfus de S. Vittores tom. 1. in Regulam, quem nuper vidi. Malim tamen eloquentissimum virum audire è suggestu declamantem, quàm è Cathedra exponentem. Colorem in propriis vestibus nigrum à sancto Patre admatum, quis in dubium revocet post locupletissimos rei testes? Consule Ferrar. ad cap. 55. Regulæ, sed, & si nullo externorum testium suffragio causa niteretur, unica, & perpetua sacri hujus Cœnobii traditio satis superque firmaret intentum. Nam, ut idem Ferrarius arguit, primos Casinatensis Cœnobii alumnos non alio vestium colore credibile est uti consuevisse, nisi, quem Sanctissimi Parentis exemplo consecratum cernebant. At qui Casinates atri coloris retinentissimi semper fuerunt. Hereditaria igitur, & per manus tradita successione id accepisse à Sanctissimo Patriarcha, inficiari nemo potest.

Porro Monachorum, imo, & Christianorum vestis ab initio atra fuit. Ambros. serm. 92. de Baptismo Augustini. *Novum, inquit, Christianum novis vestimentis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nos ipsi præcinximus, quod Simplicianus noster singulari letitia donavit.*

In vita SS. Galarionis, & Epistemis s. Novembris legitur de quodam Onuphrio, meticoloso Christiano, qui veritus, nè à paganis, indicio amictus, ad interitum raperetur, ut alii, atra Christianorum veste dimissa, albam assumpsit, (& Baron. tom. 10. *Nigri coloris vestimentum tessera quædam Christiana Pbilosophia videbatur.*) Postea atra vestis Monachorum tantum fuit: nam Clericorum violacei coloris dein exitit, quæ nunc retinetur à Præsulibus, & familiaribus summi Pontificis, Baron. tom. 4.

Cæterum illis assentio, qui nigrum colorem Divi Benedicti vestibus non fucatum fuisse volunt, hoc est, artificiosa tinctura illis affricatum, sed quem velleribus natura indidisset: ut proinde fulcus potiùs, & subniger, quam planè niger fuisse videatur: idque monasticam simplicitatem maximè decebat. Athanas. in Reg. *Indumentum tuum fuscum sit non tinctum, sed nativi coloris, & Jozelinus in vita Sancti Patritii loquens de Benedictinis Hiberniæ. Per multa, inquit, temporum volumina habitu simplici contenti erant, quem ovium ministrabat lana, qualibet extrinseca tinctura remota.* Atque hinc factum puto, cur Cistercienses, vetustæ simplicitatis amantes, Grisei ab initio fuerint, & sic appellati, unde extat Epitola S. Hildegardis ad Monachos Griseos, hoc est Cistercienses, & Turcius chron. Hungaricorum p. 2. c. 72. *Cujus corpus in Monasterio*

**A** corpora, quanta beneficia per reliquias ostendant, atque illic majora signa faciant, ubi minimè per semetipsos jacent?

**GREGORIUS.** Ubi in suis corporibus Sancti Martyres jacent, dubium, Petre, non est, quòd multa valeant signa monstrare, sicut & faciunt, & pura mente quærentibus innumera miracula ostendunt. Sed quia ab infirmis potest mentibus dubitari, utrum ne ad exaudiendum ibi præsentibus sint, ubi constat, quia in suis corporibus non sint, ibi eos necesse est majora signa ostendere, ubi de eorum præsentia potest mens infirma dubitare. Quorum verò mens in Deo fixa est, tanto magis habet fidei meritum, quanto illic eos novit, & non jacere corpore, & tamen non deesse ab exauditione. Unde quoque ipsa veritas, ut fidem discipulis auget, dixit. Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos. Cum enim constet, quia Paraclitus Spiritus ex Patre semper (3) procedat, & Filio, cur se filius re-

*griseorum Monachorum de Pelis tumulatur.*

Vallumbrosanis etiam Sanctus Joannes Gualbertus griseum colorem præscripsit. D. Antonin. de suarum ovium varia lana jussit Panum promiscuum fieri, ad vestes ex eo formandas, & Locatellus in ejus vita, est autem griseus color cinereus, vel cineraceus, Græcis Leucopheus, quod ex villis, quæ nigri, quæ albis promiscuè coalescit. Cœlestini olim fuerunt Camellini. Verùm omnia mutat ætas, nec quidquam sub sole invariatur.

**C** Illud adverte in Codice 353. effigiem Abbatis Joannis depictam cerni cum tunica viridis coloris: & variegata: ridiculum autem foret, aliunde, quàm à pictoris pennicillo, & arbitrato has agnoscere oculorum delicias. Violaceo tamen aliquando colore Abbates Benedictinos amictos fuisse, constat ex Registro Monasterii Fariensis apud Cajet. pro Joanne Diacono pag. 187.

IN CAPUT XXXVIII. NOTÆ.

(1) Et infra, *sanato sensu*, sensum hic accipe prudentiam, rationem. Hinc vir sensatus, hoc est, prudens, sapiens, Hinc reprobus sensus. Utilitarius tamen de sensibus exterioribus, & corporeis usurpatur.

(2) Spelæum Sancti Patris Nostri cunabula facta sancta, tot, tantisque magnorum virorum encomiis celebratum, rustiori nostro calamo celebrare superfedemus. Petrarcham tantum audiamus. *Devotum specus, quod qui viderunt, vidisse quodammodo Paradisi limen credunt.*

(3) Semper, nam divinæ Processiones æternitate mensurantur, cujus unicum instans est, semper durans, sic Psalm. 109. *Ego hodie genui te. Hodie*, quia generare non cessat; genui, quia ab æterno ante omnia tempora generavit.

Filius Verbum est, & locutio. Pater semper intelligit, semper loquitur, semper ergo producit Verbum, & tamen illud semper est *semel, semel locutus est Deus.* Psalm. 61. Paraclitus amor est, semper autem Pater, & Verbum mutuò se amant: semper ergo producant amorem, semper Spiritus Sanctus ab utroque procedit, *ex Patre procedit, & Filio*, inquit Gregorius, in nostris vetustissimis codicibus. Hunc tamen locum Gregorii mutilare ausi sunt Græci, abradendo illud, & *Filio*, de qua corruptela testatur Joannes S. R. E. Diac. Cardinalis in vita B. Gregorii, apud Baronium tom. 10. an. 879. & Cajet. loc. cit. pag. 9. Rationibus tandem, & utriusque Ecclesiæ Patrum testimoniis convicti, Concilio Florentino sub Eugenio quarto dogma desinentibus, subscripserunt, uno excepto Marco Ephesio, cujus deinde reciprocante audacia, & contagio iterum vitiati, ad vomitum relapsi sunt. Utinam tandem ad bonam mentem postliminio redituri.

**E** Pauca hæc in Vitam Sanctissimi Patriarchæ adnotasse sufficiat. Utinam benè! Ut enim dicebat Demosthenes apud Stobæum, non, quod magnum est, benè est: sed, quod benè est, magnum est.

ecessurum dicit, ut ille veniat, qui à Filio  
numquam recedit? Sed quia discipuli in car-  
ne Dominum cernentes, corporeis hunc sem-  
per oculis videre studebant, rectè eis dicitur:  
Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet. Ac si  
apertè diceretur: si corpus non subtraho, qui  
sit amor spiritus non ostendo, & nisi me de-

A sseritis corporaliter cernere, numquam me  
discitis spiritualiter amare.

PETRUS. Placet quod dicis.

GREGORIUS. Aliquantulum jam à locu-  
tione cessandum est, ut si ad aliorum mira-  
cula enarranda tendimus, loquendi vires in-  
terim per silentium reparemus.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

*Præsens copia exemplata est ex antiquo Codice characteribus Langobardicis conscripto,  
in Bibliotheca Casinensi conservato, signato num. 85.*







M. Ricciolo Romol. inv. et del.

G. B. Datta. Sinter sculp.

# INCIPIIT PROLOGUS IN CHRONICA CASINENSIS.



**D**omino, & Patri (2) Sanctissimo (3) Venerabilis Cœnobii Casinensis Abbati (4) Oderisio, Frater (5) Leo, cognomine (a) Marficanus (6), debitæ obedientiæ famulatum. Injunxerat mihi jam dudum (7) vestra Beatitudo, Pater (8) vene-

(a) Codex B. legit Marfianus.

(b) inepta.

## IN PROLOGUM NOTÆ.

- (1) Uterque legitimus Abbatis titulus ex Regulæ præscripto cap. 63. *Abbas autem, quia vices Christi creditur agere, Dominus, & Abbas vocetur.* Habet enim Abbas in Monachos geminam potestatem, Patriam, & Dominativam civilem, & reciprocè Monachus duplex debitum, ab Auctore nostro infra doctè indicatum. *De obedientia, quam Tibi, ut Patri, & Domino debeo.* Quod repetit in vita S. Mennatis prologo ad eundem Oderisium. Siquidem subditus, cum per regularem professionem, Religioni, & Familiæ spontè se addicit, utrumque jus in Prælaturam transfert. Cui proinde licet & ea à subdito exigere, quæ Regulæ finibus continentur, & quidquid à Filio Paterfamilias.

Domini porrò nomen (sive ab eo, quoddam Domui præest, dicatur, sive quoddam alios domat, & sub ditione tener, sive à Punico *Doni*, quod idem significat, ac Dominus, unde apud Plautum *Pœnulo. Audoni, Ave Domine*) duas habet significationes. Alteram stricti juris, de qua Tertull. *Domini vox, inquit, potestatis summa nomen est*: & hæc ad servum refertur, ideoque Paterfamilias dicitur: nam *Familia* propriè Famulorum, sive servorum, est. Alteram communem, & urbanitatis, de qua idem Tertullian. *Dicam planè Imperato-* Tom. IV.

A randissime, ut gloriosi Prædecessoris tui (9) sanctæ memoriæ Abbatis Desiderii, singularis planè, & unici hoc tempore sui Ordinis viri, magnifica gesta ad posterorum memoriam scribendi operam darem, nimis videlicet indignum judicans, loci hujus veterum te desidiæ imitari, qui de tot Abbatum gestis, seu temporibus, nihil ferè litteris tradere studuerunt, & si qua fortè super hoc aliqui descripserunt, inepto profus, (b) & rusticano stilo digesta, fastidium potius, quàm scientiam aliquam legentibus conferunt. Quod tua Paternitas, ne Desiderio nostro contingat sollertissimè providens, huic me operi placuit destinare, imponendo mihi farcinam meis profectò

B

rem Dominum, sed more communi. Hoc officii genere Dominos appellare soliti, Filii parentes. Martial. *Cum Dominum appellas Sosibiano Patrem. Frater, fratrem.* Seneca Epist. 105. *Illud erat in ore Domini mei Gallionis.* Loquitur de Junio Gallione fratre. *Uxor Maritum.* Genes. 18. *Sara de Abraham. Postquam consensui, & Dominus meus vetulus est.* Vir uxorem, Jurisconsultus de Legatis. *Peto abs te Domina uxor, ac deinde, quomodo, inquit Seneca, obvius, si nomen non succurrat, Dominos salutamus.* In utraque notione Dominum appellari, ut maledictum, & opprobrium exhorruit Augustus, teste Sueton. in Octav. cap. 53. ne scilicet tanquam in servos imperare velle videretur, invidiamque nominis caveret, recenti adhuc Republicæ memoria, & libertatis, & ne à Liberis quidem, ac Nepotibus suis vel seris, vel joco Dominum se dici passus est: quin etiam inter ipsos hujusmodi blandimenta prohibuit. Augustum imitati sunt Tiberius, & Severus. Sincerâ hic modestiâ, ille fucata. Primus Caius Caligula Dominum se appellari jussit, ex Sext. Aurel. Victore, pronâ imitatione sequentium Imperatorum. Neque tamen his cancellis se continuerunt. Nam gliscente paulatim, hinc servili assentatione, inde fastu, atque superbia, humanam sortem homines dedignati, nedum *Domini* arroganter, verum divinitatis etiam impiè nomen usur-

H h

usur.



usurparunt, & præter illam post fata ridiculam æquè, ac sacrilegam per rogum Apotheosim; delubra, viventes adhuc, Tempa, Sacerdotes, & Cerimonias suo numini consecrari, divinumque sibi cultum exhiberi, non expectato funere, voluerunt. Martial. de Domitiano. *Edictum Domini, Deique nostri*, & ex Eutrop. lib. 9. Diocletianus adorari se iussit, cum ante eum cuncti salutarentur. Adorari autem Persarum Regum mos fuit. Trebell. Pollio, de Zenobia. *Adorata est more Persarum*. Sic etiam monstrum illud hominis Heliogabalus. Frequens quoque inter vetusta marmora illud, *Additus Numini, Majestatique ejus*. Ut omittam Nabuchi, & Alexandri similem vesaniam, Saporisque Persarum Regis, qui Constantio Imperatori scribebat, *Rex Regum Sapor, particeps siderum, Frater Solis, & Luna, Constantio Fratri meo salutem plurimam dico*. Cui non aliud sanè rescribendum, quam quod Menerati infano medico Agefilaus, *sanitatem*.

Abbas verò *Dominum* se appellari sinat, inquit Legislator noster, non sua assumptione, sed honore, & amore Christi, cuius gerit vices, & nihilominus ita *Dominum*, ut unà quoque *Patrem, Dominus Abbas, Domine Abba*. Monast. Anglic. pag. 150. & nos *Conventus, singuli, & universi promittimus Domino Abbati, ut Patri, & Domino Reverendo obedientiam, & reverentiam exhibituros, quando paterna nos tractaverit affectione, & alibi sæpè, quo planè convincuntur illi, qui *Domnus*, non *Dominus* in Regula censent legendum. Non solum Abbatibus, sed etiam Pontificibus tributa olim appellatio. Cujus rei authentica extant testimonia apud Joannem Bona de divina psalmodia cap. 16. §. 14. *Dominus* quandoque accipitur nomine *Senioris*, de quo infra lib. 3. ad cap. 16.*

Unde autem dicatur *Pater* discrepant Etymologi. Planissima deductio est, vel à *Pao*, quod est *Pasco*: vel potius ex eo, quod pueri, cum primum voces discunt articulare, *Patrem* vocent *Pa*. nam *Ter*, vocis tantum productio est.

- (2) Et initio Epistolæ. *Vestra Beatitudo*. In prol. lib. 3. *Imperio sanctissimi Patris Oderisii*. Prol. lib. 4. *De sanctissimi Desiderii vita*. *Pater in Christo Beatissime*. Petrus Diac. prol. Regesti. *Sanctissimo Patri Seniorecto*, & infra. *Sanctitas tua*. Superlativa hæc, & abstracta *Sanctitatis*, ac *Beatitudinis* communia olim erant omnibus Ecclesiæ Principibus viris. Anast. Biblioth. in Leone 3. Archiepiscopos, & Abbates in Concilio Romano sedentes, *sanctissimos* appellat. Sæpè apud Goffrid. Vindoc. in Epistolis, cuius tempora fuerunt Auctori nostro cœva. Et superiores quidem hujusmodi titulis ab inferioribus honestatos legimus. *Liberto enim, & Filio semper honesta, & sancta persona Patris, & Patroni videre debet*. L. liberto ff. de obsequiis à liberis, & libertis &c. Pares à comparibus; & quandoque ab eminentioribus impares. Sic Episcopus Ennodius Epist. 13. lib. 1. Diacōnum Hormisdam hoc elogio *Sanctitatis, & Beatitudinis* honestavit: rara, inquit Sirmondus ad eum locum, compellatione, est enim Episcoporum. & Presbyterorum allocutio, & nihilo secius summus Sacrorum Antistes Nicolaus primus apud Baron. tom. 10. anno 862. *Reverentissimis, & Sanctissimis Rhodoaldo, & Joanni Episcopis*, scribit. Gregorius etiam lib. 1. Epist. 7. Anastasio Episcopo Antiocheno, *Epistolam Beatitudinis vestre*. Epist. 12. à *Sanctitate vestra*, & ad Etherium Arelatensem, *Reverendissimo, & Sanctissimo Fratri Etherio Coepiscopo*. Nec rard apud Bedam. Hist. Angl. lib. 1. cap. 24. 28. 29.

Cæterum, quæ fuerant universis Ecclesiasticæ Hierarchiæ Prælati communes compellationes, primi tantum Hierarchæ, summique Pontificis unice propriæ posterioribus seculis evaserunt, qui solus nunc audit, *Sanctus, Sanctissimus, Beatissimus Pater, Sanctitas vestra, vestra Beatitudo*. Quod illius universaliter vices gerat, qui solus est *Sanctus, Sanctus Sanctorum*, & ipsa *Sanctitas*, ipsa *Beatitudo* substantialiter, & à quo in cæteris *Sanctitatis, Beatitatisque* gratia derivatur.

*Sanctum* verò Latinis idem esse, quod *inviolabile*, omnes sciunt; ait Vossius, indeque Legatos, & Tribunos plebis sanctos dictos, nulla ratione habita vitæ, aut morum. Cæsar. lib. 3. de Bello Gall. *Legatos (quod nomen apud omnes nationes sanctum, inviolatumque semper fuisse) retentos ab se*.

Etymon variè deducunt, quidam à *sagminibus*. Marcianus ad l. *sanctum* ff. de rerum divisione, erant autem *sagmina* verbenæ, idest herbæ puræ, quas Legati Populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret, ex Livio lib. 1. Alii apud Festum, & Isidorum, à *sanguine hostiæ*. Quia nihil *Sanctum* veteribus dicebatur, nisi quod hostiæ sanguine esset consecratum, aut conspersum. Quibusdam placet à *sano*, quia *sanctum* debet integrum, incorruptumque servari. Alia originatione est, ut *sanctum* dicatur quasi *sancitum*, à verbo *sancire*, quod est *confirmare*, & irrogatione pœnæ ab injuria, & violatione defendere: ita Leges propriè dicuntur *sanctæ*, & metonymicè *mores sancti*, quia divinis, humanisque legibus adamussim conveniunt; Atque hæc planior, & simplicior est etymologia. Ulpianus l. 9. §. propriè ff. de Rer. divis. *Propriè dicimus sancta, quæ neque sacra, neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: ut leges sancta sunt. Sanctione enim quadam sunt subnixæ, quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est: etsi Deo non sit consecratum*.

Id cognoscere est ex voce *sacro-sancti*, nam *sacro-sanctus* quis fiebat, tum religione, tum lege. Religione quidem, quia certis ad hoc ceremoniis opus erat. Lege autem, quia hæc sanciebant, ut *sacer* esset, qui sacrum violasset, eique nocuisset, cui hæc lege non liceret. Dicebatur ergo *sacro-sanctum*, quia sancitum erat, ut ejus caput Jovi sacrum esset, qui violasset rem sancitam, verbi gratia, Legem, Locum, Personam.

Itaque sancti, & sanctissimi compellabantur olim Prælati, quod eos violari fas non esset, vel quod à vitiis immunes esse deberent; quamquam interdum non essent: nam non Ecclesiæ tantum Christiana, sed Ethnici etiam *sanctos, & sanctissimos* appellavere, qui in vivis adhuc agentes, vitæ integritate, morumque innocentia præcellerent, ut proinde non rard per adulationem sancti appellarentur. Quod reprehentum novimus ab Hieronymo, & Arnobio Juniore, ut observavit Juretus ad Symmachi Epist. 34. lib. 1. Nunc verò præter summum Antistitem, eos tantum sanctos appellamus, quos vita defunctos, cælesti beatitudine ob virtutum merita, frui ritè censuit Ecclesiæ. Legantur Voss. in Lexico, & Manutius in quæstis per Epistolam. Bellarm. & alii de Sanctorum canonizatione tractantes.

- (3) Prol. lib. 4. *Sacratissimi Cænobii*. Justinian in suo diplomate. *Locus clarissimus, & venerabilis non solum oris occiduis, verum etiam, & Eois*. Zachar. Papa. *Omnibus per orbem Monasteriis prælatum*. Alii, *Sion Monastica, unde sacra lex manavit*. De cuius prærogativis, atque encomiis, cum frequens in sequentibus intercurrat sermo, ea nunc antevertere non properamus.
- (4) Eminentissimi hujus S. R. E. Cardinalis, Abbatissique Casinensis præclara gesta Leo lib. 3. cap. 15. Petrus lib. 4. copiosius exequuntur.
- (5) Lib. 2. cap. 92. *Jobannem cognomine Marsicanum*, l. 4. cap. 101. *Adenulfus cognomento Marsicanus*. Non gentis, & Familiæ nomen puto, sed Patriæ, à Patria enim, vel à Feudo per ea secula cognomen frequentius trahebatur, nondum inducto, seu potius reducto more cognominandi à rebus gestis, ab arboribus, à frugibus, ab animalibus, & similibus: quo veteres olim Romani usi sunt, & ætas nostra utitur de quo infra lib. 3. ad cap. 6. Erat autem olim Marsicana Civitas Oppidum in regione Marforum, quam aliqui Marsiam vocant. Reverendissimus tamen Abbas Ughellus Ital. sac. tom. 1. col. 953. ait, *Fuisse aliquando Marsiam Civitatem, quam lacus absorpserit, quæque Marsis cognomen fecerit, planè fabula est*. Certè de hac re, Marsicani

Leonis fidei standum, nemo dubitabit. Infra cap. 37. *Cellam Sancti Pauli supra ipsam Civitatem Mariscanam*. Et lib. 2. cap. 7. *In Civitate Mariscana*. ibidem. *In giro ejusdem Civitatis*, & alibi. In Regest. Petri Diac. num. 380. *Ideo constat me Grimaldus, filius Petri, habitator in Civitate Mariscana*. Scio nomen *Civitatis* à Livio, Cæsare, & Plinio (ex observatione Sigismundi Gelenii in Plin. lib. 3. cap. 5.) ampliori significatione usurpari: ita ut singulæ Civitates plura haberent Oppida pro suis quæque opibus. Quædam enim exigua, non plus uno. Inde Civitas Allobrogum, Civitas Helvetiorum, quæ iisdem juribus utuntur. Cujusmodi Societates vulgus Communitates appellat. Qua ratione Marforum universa regio una Civitas dici potuisset. Verùm in hoc sensu ab Ostiensi nomen Civitatis accipi, neminem puto existimaturum.

Interdum tamen, & frequentius ipsemet Leo Mariscam accipit pro tota Marforum regione, seu provincia, in qua plura Oppida. Olim quatuor erant præcipua. *Valeria*, unde universo illi terrarum tractui Provincia *Valeria* postea nomen inditum: de qua sæpè Gregorius, aliique. *Penna*, *Alba*, & *Marisa*, seu Marforum Civitas; quæ perierunt. Superfunt modò *Celanum*, *Talleacotium*, *Piscina*, *Scurcula*, & alia in eadem *Marisa*. Auctor noster infra cap. 37. *In pago Marforum*, lib. 2. cap. 4. *Apud Mariscam in monte Cedici*. cap. 8. *In Marisa de Sancto Viktorino in Celano*. cap. 34. *diversis per Mariscam locis*.

**A** *Marisa* itaque patronimicè sit *Mariscus*, ut Bellum Mariscum inter Marfos, & Romanos. Vel *Marfus*. Horat. ode prima. *Seu rupit seretes Marfus aper plagas*. Vel minus Latine *Mariscanus*, ut legit Codex Petri; *Mariscanus*, ut habet Codex Leonis. At verò à Marisco infra cap. 14. quod oppidum est in Lucania, nunc *Basilicata*, sit *Mariscensis*, quod notaveram, nè dubitare quispiam possit, *Lucanus* nè, An à *Maris* fuerit Leo noster, qui se *Mariscanum*, vel *Mariscanum* inscribit, non *Mariscensem*.

**B** *Marfos* autem populos, quòd à Marfo Circes, & Ulixis filio originem se traxisse jactarent, serpentum moribus, malisque venenis salivâ mederi potuisse, refert Plinius hist. natural. lib. 7. cap. 2. lib. 21. cap. 13. & lib. 25. cap. 2. simile de Pylis Lybiæ populis, & de aliis in Cypro Insula decantatum narrat idem Plin. lib. 28. cap. 3. De *Maris* Horat. epod. ode 5. *Nec vocata mens mea, Maris redibit vocibus*. Verùm nisi ex Agyptarum præstigiis, Circulatorumque imposturis, id manasse velis, medicam quandam temperiem, virtutemque, naturæ privilegio, inditam illis fuisse, quin credas, non contendo. Quamquam pronior sim, ut *Maris* herbis, eam potiùs vim tribuendam, existimem. Illudque indicare voluisse videtur præstantissimus eruditione, ac judicio Poëta 7. *Æneid*.

*Et Maris quasita in Montibus herba.*

**C** Utcunque fuerit. Medicæ hujus facultatis nulla nunc in *Maris* hæreditas. Extant Neapoli, alibique familiæ, de salutari contra venenâ sputo sibi blandientes. Illarum tamen privilegii nullo diplomate ritè stipulatis, earumque fidei, & experientiæ fidat, qui volent.

**D** Leo itaque noster in *Marisa* natus, cujus gentis fuerit, non liquet. Apud Ciaconium in vitis Pontificum Leonis nostro eadem gentilitia insignia adpinguntur, quæ Cardinalibus ex Comitibus Marforum oriundis. Recentiorum tamen conjecturæ nullo veterum testimonio innixæ, assentiri vereor, cum maximè velim. Ex illustri sanè familia natum non dubito. Decimumquartum ætatis annum vix egressus, Monachum induit Casini, sub magno Desiderio, à quo instructus, enutritus, & provectus: lib. 3. initio. Magistrum in religiosa disciplina sortitus est Aldemarium. lib. 3. cap. 25. ubi sic. *Aldemarium quoque felicitis memorie Capuane Civitatis prudentissimum, ac nobilem Clericum, & Richardi Principis olim Notarium, qui meus in conversione Magister extiterat, quique in Abbatem Fratibus in Sardinia missis, dudum fuerat ordinatus, postquam* Tom. IV.

**A** reversus ad Monasterium est, in Ecclesia S. Laurentii, qua appellatur foris muros, Cardinalem simul & Abbatem sacrauit. Loquitur autem de Alexandro II. Opulentis itaque doctrinarum, virtutumque dotibus instructus & ornatus Leo, Casinensium Abbatum, atque negotiorum socius, & adjutor diu fuit, Summisque Pontificibus carus ex hoc prologo. *Cum à Capua redeuntem te pro meo comitaverer officio*. Et infra, *Quando toto serè hoc anno, cum in servitio Domini Apostolici ex jussione tua, tum quoque in tuimet ipsius diversis negotiis occupatus, vix per octo dies continuos in Monasterio constiti* Huic dein historię compilandæ ex jussione Oderisii primi ingenium, & studium applicuit. Quo in opere ejus pro seculi ratione elucet eloquentia, maxime verò judicium, prudentia, fides, integritas, gravitas commendantur; ut jure merito à Baronio anno 1059. & 1077. tom. 11. scriptor sui temporis sinceræ fidei, & integerrimus appelletur, & à Ciacon. vir sanctitate, & doctrina clarus. Demum ab Urbano secundo, vel à Paschali secundo, Cardinalis Episcopus Ostiensis creatus anno 1101. ex Ughello, anno sanè undecimo Urbani secundi non erat Cardinalis, nam citat eo anno Episcopum Hostientem. Reg. Petri num. 37. Romæ in Monasterio S. Sebastiani in Palladio, quod Casinensis juris erat, domicilium sibi statuit: eidemque Paschali in discriminebus, & ærumnis constantissimè adfuit, lib. 4. cap. 38. Concilio Vastallensi interfuit.

**B** Obitus ejus dies in emortuali Casinate Codice 47. signatur his verbis. XI. Kal. Junii obiit venerandæ memoriæ Dominus Leo Hostiensis Episcopus.

**C** Quo autem anno incertum. Pervenisse tamen ad annum millesimum centesimum duodecimum, testantur Acta Synodi Romanæ sub Paschali secundo celebratæ hoc anno, cui interfuit noster Leo, tertio loco subsignatus; in fine verò Actorum sic habetur. *Hæc charta lecta est à Gerardo Engolismensi, Leone Ostiensi, Gelone Legionensi Episcopis, &c. De communi aliorum consensu*. Apud Baron. ad hunc annum tom. 12. Et præterea tabula marmorea tituli Sancti Laurentii in Lucina, sic attestans. *Anno Domini millesimo centesimo duodecimo, indictione quinta, in Kalendis Februarii, dedicatum est hoc altare per manus Leonis Ostiensis Episcopi*. Ughellus pervenisse ait ad annum 1115. quo anno subscripsit Bullæ Paschalis secundi Ecclesiæ Marforum concessæ apud Ughell. tom. 1. Ital. fac. col. 964. Quare falsò tum Ciaconius successorem dat Leoni Lambertum anno 1105. tum Bellarm. eundem detunctum refert in eunte anno 1110.

**D** (6) Formulâ salutationis Epistolæ subditorum ad Prælatos suos, eadem usus Petrus Diac. in prol. lib. 4. ad Rainaldum Abbatem suum. Hujusmodi salutandi phrasæ ab Auctoribus mediæ ætatis curiosius quæsitæ observamus, & ad ingenii laudem ad invidiam affectatas. Eoque more usque ad ineptias usi sunt posteriores. Cum veteres gravissima illa, & simplicissima contenti fuerint salutatione. Cicero Lentulo salutem. Plinius Trajano. Aristoteles Alexandro.

**E** (7) Et prol. lib. 4. *Pater in Christo Beatissime Beatitudo*. Vox Latinis rarè usurpata, à voce *Beatus*; est autem *Beatus*, inquit Isidorus, *Beno auctus*. Movitque fortassis Isidorum vulgaris opinio, qua *Beatus* dicitur, quem donis suis fortuna auxit. Unde etiam Varr. lib. 4. de ling. Lat. *Beatus qui multa bona possidet*, quo sensu Horat. Juvenal. & Aristoteles. Quamquam etiam Horat. lib. 2. serm. Satyra 6. virtute dicitur quis *Beatus*. Alii *Beatus* est à *Beo*, & *Beo* ab eo, quasi *res bene sit*, seu *vadit*. Vide Martinium, & Vossium. Theologis aliter.

(8) Alibi Reverendissimi appellatione utitur, infra cap. 4. *Reverendissimus Papa Gregorius*. lib. 3. cap. 29. *Reverendissimus Benedictus Papa*. lib. 4. prol. *Ad Reverendissimum Rainaldum*. Beda Hist. Angl. lib. 4. cap. 27. *transtulit eum Reverendissimus Abbas*, & alibi sæpè. Interdum *Reverentissimum*. D. in T. frequenter

(30) nec ad eadem ipsa omnia potuerim pervenire. Postremò, & scrupulosè interrogatis his, quos modernorum temporum, seu Abbatum gesta, vel audire in proximo contigerat, vel videre, prout tenuitas ingenioli mei suppetit, peragere, quod præcepisti aggressus (auxiliante Domino) sum; magis certè de obedientia, quam tibi, ut Patri, ac Domino debeo, quam de aliqua præsumens scientia. Assit Deus, & gratia Spiritus ejus, ut tam efficaciter id possim implere, quam tu mihi es diligenter dignatus injungere; quatinus opusculum istud, & tibi gratissimum, & multis valeat esse proficuum. Hæc tantisper ne fortasse à nescientibus temeritatis arguerer, mihi prospiciens, in præfatiuncula necesse habui prænotare, ut, etsi me accuset inertia, auctoritas tamen præceptoris exuset.

In tres Porro decisiones, quasi pro legentium levamine, statui libellum istum dividere. Quoniam tribus præcipuè Cœnobii hujus Abbatibus concessum est post Beatum Benedictum in hujus loci restauratione, supra cæteros studuisse, atque idèò forsitan divinitus illis præstitum est amplius reliquis in hac prælatione vixisse; & Beato quidem Patre Benedicto cum quatuor subsequentibus quasi in præfatione præmissa (31) à Petronace, qui post centum, & decem circiter annos à Langobardorum destructione locum hunc restaurare cœpit, (32) primæ sortis initium faciam, qua usque ad secundam destructionem, quæ à Saracenis sub Berthario facta est, ordine suo perducta, eique insuper illis adjunctis, quæ per annos septem, & sexaginta destituto hoc loco, à septem Abbatibus apud Teanum, & Capuam commorantibus gesta sunt. Secunda pars ab Aligerno mihi incipiet, qui non tantum in istius Monasterii restauratione, verum etiam in reconciliatio- ne totius hujus Terræ, quæ Saracenorum infestatione destituta cultoribus fuerat, studiosissimè studuit; & hac ergo ad Desiderium

(c) spatiosissimum.

(30) Hinc pleraque nunc habentur in modò dicto Regestò Petri, quæ Leonem fugerunt.

(31) Sequitur Pauli Diaconi suppurationem lib. 6. de Gestis Langobard. cap. 40. Quem secuti quoque sunt Adrevaldus Floriacensis de miraculis Sancti Benedicti lib. 1. cap. 113. & Conradus Abbas Uspergensis in chronico. Ita etiam habet Leo in suo Codice infra cap. 2 sed Codex Petri, quem integrum edimus, (appellamusque A, illum verò B,) reliquit hic lectionem Leonis, & Pauli. At libro hoc primo cap. 2. & lib. 4. cap. 89. imputat Casinensi desolationi annos centum triginta. Laurentus verò neque Leonis, neque Petri fidem secutus, tempora omnia de suo cerebro depravavit. Nos scriptorum Codicum faciem illibaram repræsentare curavimus.

(32) Paulo post clarè exponit, quid sortis nomine intelligat, nempe *Decisionis, Portionis, Par-*

A usque nostrum particula protelata, & gesta illorum, qui per ipsius temporis spatium huic Monasterio præfuerunt, consequenter annexis: Ipse Desiderius initium erit, & terminus totius tertiæ partis, qui nec Petronace, nec Aligerno inferior, immò longè (meo judicio) potior, magnificum, ac (c) speciosissimum ex integro Monasterium, novum, atque pretiosissimum, ac si alter Salomon, nostris temporibus construxit Domino templum. (33) Jam verò si juvat tribus his portionibus addere quartam, à vobis (auxiliante Domino) illius erit principium.

B Hoc unum præterea, simul cum Paternitate vestra, Lectorem meum exoptulem, ut non distantis imperitiam; sed materiem dignetur attendere utilissimam. Sicut enim non peritus artifex, si de purissimo auro, gemisque pretiosis Imperiale Diadema confecerit; licèt opus ipsum non rectè formatum videatur ob imperitiam artificis, non tamen non carum esse potest, tam propter pretiosam materiem: quàm & propter ipsius vocabuli dignitatem: sic & opusculum istud, quamvis omninò despicabile propter stili inertiam possit videri, propter utilia tamen multa, quæ continet, ingratum alicui haberi non debet; licèt enim minus eleganter, simpliciter tamen, atque veraciter, quantum ad me, ea, quæ dicenda sunt, pro meæ scientiæ modulo exequar, quæ neque doctis (si invidia desit) ingrata, nec minus doctis possint ad intelligendum videri profunda. Confido autem, quòd, etsi fortè non omnibus, pluribus tamen hæc nostra sit (34) Historiuncula placitura. Quoniam tempore hoc nostro, licèt difficulter invenias aliquem, qui velit istiusmodi aliquid scribere; multos tamen est reperire, qui hujusmodi narrationes, vel audire delectentur, vel legere.

#### EXPLICIT PRÆFATIO.

D *sis, Particula. Nec aliter accepit nomen sortis infra cap. 29. Hoc Monasterium Sancti Benedicti, & Monasterium Sancti Vincentii extra sortem esse decreverunt. Item cap. 33. Cum duabus sortibus rerum suarum, tam mobilium, quàm immobilium, nam tertiam partem donaverat unica filia sua. Petrus etiam lib. 3. cap. 43. & præterea Anast. Biblioth. de Greg. 4. Partem quandam murorum non modicam cum suis hominibus, quasi in sortem percipiens, à fundamentis erexit.*

(33) Proposuerat Ostiensis integram sui temporis historiam, adedque gesta etiam Oderisii posteris transmittere. Cæterùm, quod ipse, aut fato præoccupatus, aut aliis distentis negotiis, præsertim post purpuram, præstare non potuit, præstitit Petrus Diaconus.

(34) Cujus nihilominus copia, atque luce sceiora illa secula, densaque involuta caligine, distantur, rigantur, & illustrantur.

I N C I P I T  
L I B E R P R I M U S  
H I S T O R I Æ H U J U S  
C Æ N O B I I C A S I N E N S I S .

*De conversione, vita, vel obitu Patris  
Benedicti.*

C A P U T P R I M U M .

(1) **E**gregius igitur, & Sanctissimus Pater, hujusque Casinensis Cœnobii primus Fundator, gratia, & nomine Benedictus (sicut Beatus Papa Gregorius in secundo Dialogorum libro pleniter scribit) Nursiâ Provinciâ oriundus fuit, Romæ verò ad erudiendum liberalibus studiis à parentibus traditus, non multò post (ut præfati Doctoris sermonibus utar) recessit scienter nescius, & sapienter indoctus. Relictis itaque litterarum studiis, pariterque nutrice, clam fugiens, ad locum, qui Sublacus dicitur, quadraginta-

I N C A P U T P R I M U M N O T Æ .

- (1) Per Abbatum seriem orditurus historiam Casinensem Leo, exorditur à Primicerio, & Patriarcha. Cujus præclarissima gesta Magnum Gregorium meruisse encomiastem, maximum est encomium. A Gregorio mutuatus est Ostiensis ferè omnia: quæ de Benedicto hic compendio transcurrit. Ea verò, quæ ad hæc nobis notanda essent in Leone, jam præmissimus in Gregorio, unde perantur.
- (2) Magistri corpus veneno interficere livido presbytero cum pro voto non cessisset: in discipulorum animas virus tentavit injicere: sepre nudis puellis in hortum Cœnobii inductis, quæ choreas agerent, & libidinis æstus in sulphureis juvenum cordibus turpitudine gestuum, aspectusque illecebra excitarent. Quamobrem Zelator vigilantissimus, lapsum renerioribus adhuc discipulis pertimescens, idque pro sui solius persecutione fieri cogitans, ut ait Gregorius, invidiæ locum dedit, alidque se contulit. At non sine cœlesti oraculo, ut est in Actis Beati Placidi. *Vade ad Casstrum Casinam.* &c. concinit Paulus Diac. de gest. Langob. lib. 1. cap. 26. ubi *Certum est, inquit, hunc egregium Patrem vocatum cœlitus ob hoc ad hunc fertilem locum, & cui opima vallis subjacet, advenisse: ut hic multorum Monachorum, sicut & nunc, Deo præfule, facta est, Congregatio fieret.* Subsignat Petrus Damiani serm. in vigilia Sancti Benedicti, quem *divinitus admonitum*, huc migrasse, ait, & Auctor noster, *Christo jubente.* Præivit omnibus Marcus Poëta Sancti Patris discipulus in carmine, quod ex codice nostro 257. integrum alibi dabimus.
- Ad quam Tu ex alio monitus cum monte venires,  
Per deserta Tibi Dux, via Christus erat.*
- (3) Hæc non ex Gregorio, sed ex Marco Poëta. *Namque duos juvenes bivium produxit ad omne  
Qui te firmarent quod sequeris iter.  
Et mox. Credar ficta loqui, nisi te, ne solus abires,  
Tres subito corvi promeruerè sequi, &c.  
Qui velut orbat raucis tibi fere querelis  
Instant evictu, quod caruere tuo.*
- Paulus etiam Vvarnefrid. ex eodem Marco. *Denique cum divina admonitione à Sublacu in hunc, ubi requiescit, locum per quinquagin-*

A ferme ab urbe milibus disparatum, devénit. Ubi in speleo quodam, per triennium, excepto Beato Romano, qui sanctæ illi conversationis habitum induerat, nulli cognitus mansit. Post hæc à Pastoribus repertus, & demum à plurimis agnitus, à Romanæ quoque urbis nobilibus frequentatus, duodennem ab Æquitio Maurum, à Tertullo verò Patrio Placidum adhuc puerulum Monasticâ disciplinâ instituendos accepit. Ubi etiam duodecim Monasteria Christi auxilio construens, per singula quoque eadem duodecim Monachos, sub statutis Patribus deputavit, (2) inde persecutione Presbyteri Florentii loco cedens, paucos secum Fratres assumpsit, & tribus corvis, quos solitus erat alere, consequentibus, per quinquaginta circiter milia, ad hunc locum, Christo jubente, pervénit.

Cu-

*ta ferme millia adventaret, tres eum corvi, quos alere solitus erat, sunt circumvolantes secuti, cui ad omne bivium usque dum hic veniret, duo Angeli in figura juvenum apparentes, ostenderunt ei, quam viam arripere deberet. In loco autem isto quidam Dei servus tunc habitaculum habebat, ad quem divinitus ita dictum est. His tu parce locis, alter amicus adest.*

Petrus quoque Damiani sermone laudato. Angeli ergo divinitus missi, Corvi naturali quodam instinctu altorem suum comites itineris secuti, quorum propago ad usque Petri Damiani tempora pervenisse apud Casinum, scribitur ab eodem, *Hodieque, inquit, in silva, quæ venerabili Monasterio Casini Montis adjacet, duo, sive, ut scriunt, tres corvi annua semper revolutione nidificant, quos ab illis antiqui temporis corvis nonnulli prodire per traducem seminis, asseverant, & revera quotidie Monasterii foribus advolant; ut crocitant, & alas, & rufra pandentes, solitam escam, velut debitum censum, ex vetusta possessionis jure, deposcant. Quæ similia vero videbuntur, si vera sunt ea, quæ de Corvorum vivida, longævaque natura, & de eorum in eodem loco perpetuo incolatu tradunt ornithologi, & de vivacitate quidem hujus avis penè fabulosa scribit Hesiodus, ad plura sæcula ejus producens ætatem. Severiores tamen centum plus minus annos Corvo tribuunt. Hinc Theophrastus moriens, naturam accusasse dicitur, teste Laërtio, quæ Cervis, & Corvis longævam vitam dedisset, hominibus non item, qui diuturniori vita maxime digni essent. De incolatu verò sic refert Albertus Magnus in Arist. lib. 9. de Hist. animal. cap. 20. *Retulit mihi quidam fide dignus, quòd Corvi à temporibus, quorum non est memoria, hoc est plusquam per centum annos, in turri quadam manserunt apud civitatem Gallie quæ Corvatum appellatur, & quotannis pullos nutriti, & quamquam subtraherentur illi, locum, eam ob causam, non mutasse.* Vide Aldrovandum ornithologiæ tom. 1. pag. 706. Certè nunc quoque circum Casinum Corvi nidificant: eorumque par aliquod semper alere contuevit Cœnobii hostiarius; hæreditario velut jure, ipsis quæsito à primo altore.*

(4) Cujus videlicet Sedis, Varronem illum tot seculis celebratum, & omnium Romanorum, Tullio teste, sapientissimum, auctorem fuisse refert antiquitas, (5) ubi contrito, quod ibidem à rusticis colebatur, Apollinis Idolo, subversâ Arâ, lucoque succiso, Monasterium sibi construxit, & circumquaque manentes populos, continuis prædicationibus ad Christi fidem convertit. Ubi etiam quantis, qualibusque refulsit miraculis, quoniam non hujus est operis; si quis eorum desiderat habere notitiam, in præfato Beati Gregorii libro, facundè scripta reperiet. Inter quæ cum die quadam divinitus sibi revelatum fuisset, idem Monasterium, quod ipse (a) construxerat, à gentibus destruendum, atque propterea inconsolabiliter fletet, cœlesti protinus oraculo consolatus, (6) audivit eundem locum, suis nihilominus meritis, in potiore, & ampliore, quàm tunc statum.

(a) fundaverat.

(b) constituendum.

(c) Placidum (opinio est) quodd.

(4) Marcum Terentium Varronem Cicero lib. 1. Academ. quæstionum sic alloquitur. *Nos in nostra urbe peragrantes, errantesque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui, & ubi essemus cognoscere. Tu aetatem patriæ, Tu descriptiones temporum, Tu sacrorum jura, Tu sacerdotum, Tu domesticam, Tu bellicam disciplinam, Tu sedem regionum, locorum, Tu omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti, &c.* Alibi idem Tullius disputationem se habuisse scribit cum M. Varrone, *homine omnium facile acutissimo, & sine ulla dubitatione doctissimo, & in epist. quadam ad Atticum, Varronis libris se proficere profiteatur.* Augustinus etiam, atque Lactantius in evolvendis Varronianis scriptis studiosissimi fuerunt.

Eximium hunc virum Casinatis sedis auctorem, ut ait Leo, referebat Antiquitas. Petrus etiam Diac. in vita Sancti Severi Episcopi Casinatis, Varronem hunc locum incoluisse, & proprii jurisdictione possedisse, popularem & ipse amplexus traditionem, scribit. Habuit sanè Varro sub Casino, Romanâ magnificentia sibi extructam villam, eamque studiorum suorum, ut loquitur Cicero Philip. 2. *voluit esse diversorium.* Quam graphicè descriptam ab eodem Varrone lib. 3. cap. 4. de Re Rustica, accuratissimè delineavit in tabula apud nos servata Pyrrhus Ligorius Neapolitanus, qui tamen in eo est emendandus, quod ad villæ dextrum latus Casinum fluvium circumlabi delineat, cum potius Rapidum, vel Lyrim dicere debuisset: nam Casinus Fluvius ultra villam fuit ab Occidente ut lib. 2. cap. 1.

Sita erat è regione Amphitheatri ad Orientem trans fluvium, cujus geminum velut brachium villam hinc inde complectuntur, iterumque coeuntia insulam relinquunt, ea verò insula, è plano surgens, non naturâ constat, sed artis opere, coagmentatis, & superinductis magno molimine, lapidibus super lapides. Quod eò à Varrone factum duco, ut amœnissimi agri aspectu, ex eminenti velut specula despiciens, & minus gravi aère inter nebulosi rura Casini, frueretur. Vix aliqua nunc nobilis villæ vestigia extant, quaecunque tamen quod superest, abundè docet, quantum intra duos factitios colliculos Romana amplitudo, virique sapientissimi ad oblectamentum machinari potuerit industria. Appellatur nunc, *Li Monticelli*, Josepho de Galassis Germanensi civi in emphyteusim à Monasterio concessus.

(5) Apollinis Idolum intra Fanum. Ara sub dio prope Fanum. Lucus circum Aram, in vertice Montis, ex notar. ad cap. 8. vitæ Sancti Patris Benedicti.

(6) Non ex Gregorio hæc hausit Leo, sed à Faustino in actis S. Mauri, & ex eodem fonte Zacha-

fore venturum, & in multas exinde orbis Romani partes, regularis normæ, ac disciplinæ ordinem profecturum. Ipso itaque anno, quo de hac vita migraturus erat ad Christum, rogatus in Galliam ad Monasterium (b) construendum suos mittere Monachos, quamvis finem dierum suorum non ignoraret, nihil moratus (7) Beatum Maurum illum cum eisdem Legatis direxit, cum quo etiam Beatum Faustum, qui ejus postmodum historiam pleniter scripsit, & tres alios mittere studuit. Hinc factum est ut per hunc virum Dei Sanctissimum Maurum, ejusque discipulos omnis ordo, & regularis disciplinæ norma, quæ per Beatissimum Patrem Benedictum in hoc loco fuerat constituta, per totam Galliam disseminata, atque diffusa sit. (8) Beatum etiam Placidum (c) discipulum suum viri Domini Benedictus tunc ad Siciliam misit, ubi Pater ejusdem Placidi (9)

Ter-

rias in suo pro Casinensi Monasterio diplomate. Adrevaldus Floriacensis lib. 1. de Miraculis S. Benedicti cap. 6.

(7) De missione Beati Mauri in Gallias, copiosè Faustus condiscipulus, & socius missionis cum tribus aliis Simplicio, Antonio, & Constantiano; de his nunc agere, nostri non est instituti.

(8) Non tunc quando morti proximus Beatum Maurum in Gallias direxit: sed tunc quando Casinum jam habitabat, & Cœnobium construxerat, ut ex actis Sancti Placidi, à Gordiano primùm descriptis, & à Petro Diacōno interpolatis. Id non advertens Laurentus, mala fide expunxit illud tunc, quod scripti Codices præferunt, & Veneta editio.

(9) Duplex appellationi *Patritii* subest significatio. Altera generalis, qua *Patritius* discernitur à *Plebejo*. Cujus distinctionis Auctor perhibetur Romulus, qui (referente Halicarnas.) statim post conditam Urbem populum omnem in duas classes divisit, *Patres*, & *Plebejos*. Illis Republicam administrandam dedit, cæteros quæstuosis artibus operam dare voluit, & Patrum quidem centenarius ab initio numerus fuit: ideoque calceis utebantur Lunatis, de quo Isidor. orig. lib. 29. cap. 34. *Patritios calceos Romulus reperit quatuor corrigiarum, assutâque Lunâ, iis soli Patritii utebantur. Luna autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii numeri significabat, quod initio Patritii Senatores centum fuerint.* Horum numerus auctus dein à Bruto: & hi in Senatum adlecti *Patres conscripti* appellati sunt, adlegebantur autem ex ordine equestri, ut numerus Senatorum expletur, teste Festo. Demum *Patres conscripti* communis fuit omnium Patrum nuncupatio, sive adscripti essent Patribus, sive ex primis Patribus genus ducerent, ex his dicti sunt *Patritii*, quo sensu Patritius Neapolitanus, Patritius Romanus, &c. nempe ex Gente, & Familia Patritia, quæ nunc accipitur, pro *Nobili*, *Illustri*, cum olim ad se invicem minimè pertinerent. Nam *Patritios*, vel *Plebejos* faciebat Genus, & Familia. *Nobilitas*, & *Ignobilitas* ab honoribus quæsitis, aut non quæsitis, quibus ea Familia *clara*, *nota*, ac proinde *Nobilis* diceretur.

Et sanè initio Urbis conditæ *Patritii* tantum dicti sunt *Nobiles*, eo quod *Patritii* tantum Reipublicæ munia, & honores deferebantur. Postquam verò Plebeii quoque ad curules honores admitti cœperunt, ipsi quoque Plebeii *nobiles* dicti sunt: neque enim ex Gente, sed ab honoribus nobilitas parabatur.

Illa igitur Familia nobilis, quæ multas majorum imagines ostentaret. Imaginis verò ponendæ jus non alius habebat; nisi qui curulem Magistratum gessisset, hoc est, Magistratum, cui sella curuli uti liceret. Quorum Magistratum aliquando primus fuit *Ædilitas Curulis*. Cic. in Verr. Porro Currulis sella à Curru dicta, quo vehebatur, eburata erat, hoc est ebore tecta ex Vopisco in Aureliano, &c.



Tertullus Patricius (10), decem, & octo patrimonii sui Curtes eidem Beato Benedicto con-

& Horat. lib. 1. epist. Has imagines, seu simulachra eorum, qui Curulem Magistratum gessissent, in Larario collocabant, aut in insigniori domus parte, ut tradit Polibius lib. 6. & Valerius. Vel in atrio, ex Seneca, inclusas capsulis, & armariis ligneis, è quibus depromptas deferebant in funere suorum, & in triumphis. Illa verò *Familia Nova*, & *Homo novus dicebatur*, qui nulla majorum commendatione, ipse primus ad Consulatum, Præturam, & curulem Ædilitatem pervenisset, Plutar. in Catone. Hinc Cicero in Rullum, Me, inquit, *hominem novum Consularem fecistis*. Contra de Pisone, *obrepisti ad honores commendatione fumosarum imaginum*. Fumosas appellans imagines ob antiquitatem, vel quod in Atrio ponerentur ex Polibio lib. 6. ubi etiam Culina ex Servio. Ideoque *Atrium dictum*, quod atrum à fumo, etsi aliis aliter de hoc etymo. Ex his pater duplicem divisionem Populi Romani concipiendam esse, quarum altera olim ad alteram non pertinuit. Nam quidam *Patritii*, quidam *Plebei*. Item quidam *Nobiles*, quidam *Ignobiles*, seu *Novi*, & *ignoti* erant, ergo & *Patritii nobiles*, & *Patritii ignobiles*. Hi scilicet, qui nullis majorum imaginibus essent clari, cognitique. Sic Scaurus licet *Patritius*, *Homo tamen novus* appellatur à Cicerone, quod aliquot ante illum statibus, ejus familia honoribus destituta, jacuisset. Erant autem & *Plebei nobiles*, & *Plebei ignobiles*, seu *novi*. Qui enim è Plebe ad Curules honores assumeretur, non propterea ejus familia in *Patritiis* censebatur: sed *Plebeja* remanebat, quamquam nobilis ab honoribus, & imaginibus fieret. Vide Panvin. in Fast. & alios de Republica Romana scribentes, & hæc de prima *Patritii* significatione.

Alter usurpatio nominis est, ut *Patritius* non prærogativam Gentis, & Familis, sed titulum personalis dignitatis indicet, & electivæ. *Quem honoris titulum* (inquit Zosimus hist. lib. 2.) *primus Constantinus excogitaverat, lataque lege sanxerat, ut qui sum consecuti fuissent, supra ipsos Præfectos Prætoris seditarent, & Sigonius lib. 4. de Regno Ital. ann. 773. Quo dignitas post Constantinum Magnum (Imperio in Orientem translato) in Romano Imperio maximi, & splendidissimi tituli fuit. Summam dignitatem illam vocat Justinianus Instit. lib. 1. tit. 12. & qua sola morte solvatur*. Nam, ut ait Cassiod. *Mox ut datus fuerit Patriciarus in vita tempus reliquum homini sit coævus*. Petrus Diac. in ferm. de Sancto Placido. *Pater ejus, Tertullus nomine, primò miles, postea per honorum fasces, & officia dignitatum excrevens, in culmen Romani Patriciatus evasit*. Secundam dignitatem post Imperatoriam fuisse tempore Caroli Magni ait Bellarm. de translato. Romani Imperii. Regiæ, & Imperatoriæ dignitati æquarunt Franciscus Junius, & Goltstadius, apud Nicolaum Alemannum, qui addit, *Patritios* tempore Justiniani fuisse Præfectos Provinciarum, sed qui ad Provinciam non accederent. Luitprandus lib. 3. cap. 8. de rebus per Europam gestis; *Patricium* vocat *Patrem Regis*, & vetus Glossarium, *Quem Imperator eligit sibi in Patrem*, ut mittam Suidam, qui *communem Reipublica Patrem* interpretatur. Coronâ seu circulo utebatur. Petr. Diac. lib. 4. cap. 40. *Coronam circuli Patriciatus accepturus*. Quod sancitum fuerat à Populo Romano lib. 2. cap. 79.

Induebat etiam Clamydem Imperialem, & sede sublimi vehebatur. Cassiod. lib. 6. epist. 2. *Purpuratum* refert Gordianus de Tertullo loquens. Hoc honoris præcelso gradu insignis fuit Belisarius ex Paul. Diac. Narses, ex Gregorio lib. 1. epist. 6. Quin Carolus ipse Magnus, Pipinusque Pater, Romani Patricii titulo, cum Reges essent, ornari voluerunt, infra cap. 8. Henricus secundus. lib. 2. cap. 79. Henricus quintus promitti sibi à Paschali secundo cœgit, ut Regnum, & Imperium, &

Tom. IV.

Patriciatum ipsum tenere adjuvaret. lib. 4. cap. 40. Lotharius quoque Patricius fuit. lib. 4. cap. 109. eodem *Patricii* titulo Constantinus Copronymus honestavit Adalgisum, Desiderii primogenitum, qui cum Patre regnaverat. Eginarth. in Annalibus, anno 774. & Poëta Saxonicus.

Se contulit inde

Ad Constantinum Græcorum sceptrum tenentem,

A quo Patricius præclaro nomine factus, Hic in honore sue permansit ad ultimam vitam.

Infra ad cap. 52. Initio dignitas fuit individua, & singularis. Postea plures ad eandem unâ sunt admissi sic cap. 52. Gregorius Dux Neapolis, & Joannes Dux Cajetæ Patriciatus honore simul condecorantur ab Imperatore Orientis per Nicolaum etiam Patricium. Habemus apud Cassiodorum lib. 6. var. epist. 2. formulam investituræ Patriciatus, *Nostro munere sublevatus, Patriciatus culmen ascende, &c.*

Porro in altera hac acceptione Tertulli Patriciatum intelligendum hîc esse, nemo non videt. Nam in prima significatione *Æquitius* quoque appellandus fuisset Patricius Romanus; Uterque nimirum ex Anicia Romanorum Gente Illustrissima, quæ Boëtium, & Gregorium tulit, & secundum quosdam, Justinianum, aliosque Imperatores, genus ducebant.

(10) Extat exemplum hujus donationis in Regesto Petr. Diac. script. 106. ubi nomina earum, describuntur. Siciliensis hujus patrimonii nulla nunc nobis hæreditas. Cæterum Casinense etiam Territorium à Tertullo donatum Benedicto prodit idem Petrus lib. 4. cap. 118. ideoque Casinense Monasterium in solo Tertulli ædificatum perhibet Zacharias in suo diplomate, quamquam dein Gisulphus eandem renovavit donationem, quæ armorum, fortè jure Monasterio deperierat post Langobardicam vastitatem.

Tanta verò Tertullus erga sacrum Casinense Cænobium pietate flagravat, ut, moriens, sepeliri apud nos voluerit an. e Triclinium, quo monumento ingredienti, egredientisque Cænobitæ munificentissimi Benefactoris piissimos manes grata recordatione, requieque precata, prosequerentur. In Necrologio, seu emortuali Casinensi codice scripto 47. *Decimo septimo Kal. Augusti Tertullus Romanorum Patricii Benefactoris nostri* (solæcismum non moror) quo die Casinates ex antiquo ritu, & propria ducti pietate, & Zachariæ Pontificis ianctione, ferali machina frequentissimis cereis illustrata, solemnibusque officiis, & sacrificiis, quotannis etiamnum Benemeritissimo Principi parentant; notandum tamen hanc Tertulli commemorationem non eo institutam 14. Julii, quod illo die obierit, sed quod eo die data fuit donatio, ab ipso facta Divo Patri Benedicto, cum hujus commemorationis onere, ut ex ipsa donatione constat, in Regesto S. Placidi. Curtes erant Villæ, Prædia, possessiones. *Mansi* alijs appellatæ; est autem *Curtis*, seu *Cors*, inquit Varro, *Villa, quæ ex pluribus testis conjungitur, vel villaticæ domus, seu Possessio cum domibus*. Durat nomen præsertim in Langobardia; ut propterea ei genti frequens fuisse videatur. Interdum tamen sumitur pro area circa domum septa materiis, vel muro ad custodiam domesticorum animalium. In legg. Langob. lib. 1. tit. 24. lege 1. & seqq. *Si quis in Curte aliena inventus fuerit &c* quandoque pro Aula Principis, ibidem tit. 3. l. 1. *omnes res ipsorum, & Patris substantia ad Curtem Regis revolvantur*, & tit. 8. lib. 5. *Curtis Regia succedat*, tit. 9. l. 3. *Curti Regia serviant*, & sæpè alibi. Jornandes de rebus Geticis cap. 34. *Area vero Curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet*. Frequentissima in Auctoribus nostris de Curtibus mentio.



concesserat. (11) Post hæc idem Sanctus vir, expleto sui temporis cursu laudabili, ea die,

(11) Adde, *horâ quasi tertiâ*, ex actis Beati Mauri, à Fausto descriptis, quem hujus dici consignationis primum auctorem habemus. Rem tamen paulò uberius, quàm adnotandi ratio petit, excutiemus.

## EXCURSUS CHRONOLOGICUS.

*Quo die, quove anno S. P. Benedictus obierit?*

**E**Xcurrimus, non digredimur, non enim extra stadium, quamvis ultra metam. Ex implicationibus nodis, qui retexentibus historicam telam solvendi, explicandique recurrunt, implicatissimos illos esse, qui ad chronologiam, & ad temporum rationem pertinent, norunt quotquot industriam suam, & laborem huic operi collocarunt. Præsentis verò nodi difficultas in eo sita est, ut sanctissimi Benedicti mortis dies ab anno non discrepet, prout ab Auctoribus consignatur. Ostiensis enim, cui prævit Faustus, obitum Sancti Patris incidisse refert in vigesimum primum Martii, eundemque fuisse Sabbathum Paschæ. Hæc verò diei definitio coherere minimè videtur, neque Anno, neque Indictioni. Sive enim dicas contigisse anno 543. ut legit scriptus Codex Petri, eo anno Sabbathum Paschæ non vigesimo primo Martii recurrebat, sed quarto Aprilis. Indictio etiam non secunda, sed sexta: Si verò præferas Codicem solius Leonis, ubi prædicta mors refertur ad annum 542. multò difficilius nodus implicatur. Tum quoddam Paschæ pervigilium, eo anno illuxit decimo nono Aprilis: Tum quia ex Gregor. 2. dial. cap. 14. & 15. Benedictus sermones miscuit cum Totila Gothorum Rege. Totila verò regnare cœpit ipso anno 542. ex Procopio, & Baronio, non ergo eodem anno, vix propemodum inchoato, obiit Benedictus. Quamquam indictionem rectius signet hic Codex B. cum anno 542. numerat quintam. Cùm nihilominus Cassiod. lib. 10. var. epist. 6. ambigendi de hoc præbeat argumentum, si memoriâ non destituor. Utcunque sit, errores istiusmodi numerales innumeros observare est in antiquis Codicibus, usque aded proclive est imperitis Librariis numerorum figuras depravare; cùm præsertim Romanis olim characteribus uterentur. I. II. III. IV. X. L. C. M. nondum inductis barbaris illis, quibus nunc utimur frequentius 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &c. qua unica conjectura spurii quidam lapides à peritis Antiquariis quandoque rejecti sunt.

**I**gitur, ad rem nostram, censent plerique, Faustum scripsisse obitum Sancti Patris Benedicti ad normam computi Gallicani (in Gallia quippe erat, cùm transitus accidit) Galliam verò uti consuevisse per ea tempora, Cyclo Paschali, non quidem Romano, sed alio diverso; ut proinde potuerit accidere Gallicanam Ecclesiam celebrasse tunc Pascha 22. Martii, cùm Romæ celebraretur vel quinto Aprilis anno 543. vel 20. Aprilis anno præcedenti. Porro Galliam, aliasque transmarinas Provincias non uno ritu dissidentes tunc fuisse à Romanis, testes adtunt Gregorius, Amalarius, Strabo, alique apud Josephum. Vicecomitem de Missæ ritibus lib. 2. cap. 7. & seqq. non omitam Nicephorum Hist. lib. 2. cap. 24. *Consuetudinem potius, quàm legem secuti. Veteres, plerisque in locis, ut quibusque visum est Pascha celebrarunt. Cujus diversitatis causam subdit, Reverentiam eorum, qui eis ab initio præfuerunt, successores verò tanquam leges quasdam à primis acceptas, per manus posteris tradiderunt.* Quæ ab antiquiori Sozomeno lib. 2. hist. cap. 19. hauserat Nicephorus. Gallia ergo proprios fortè ritus secuta, potuit eo anno Pascha celebrare duabus, aut quatuor hebdomadis ante Cyclum Romanum: ita ut, cùm Gallis esset Sabbathum Resurrectionis, Romanis esset Sabbathum, vel Passionis, vel aliud; concur-

**A** quæ Sacrosancti Paschæ Sabbathum illucescebat, duodecimo videlicet Hæcaldas Aprilis, in

rentibus cæteroqui tam Romæ, quàm in Gallia diebus Sabbathi, & Dominicæ; quod observatione dignum duco. Sanè Concilium Nicænum id statuit, ut Pascha celebraretur prima Dominica occurrente post decimam quartam Lunam primi mensis, hoc est Martii. Cùm autem in ejus Lunæ diebus computandis, non una esset ubique ratio, Dominica quidem post decimam quartam Lunam ubique, sed non ubique eadem Dominica Paschalis solennitas celebrabatur: neque generalibus Legibus aliter cautum.

Pro hac solutione calculum ponunt Christianus Massæus, Benedictus Hæftenus, & Laurentus, alique.

**B** His nihilominus obstare videtur Concilium Aurelianense quartum tempore Pelagii Papæ Primi circa annum 545. vel 555. ex Fanvin. In quo statutum fuit, *Ut in celebratione Paschæ omnes Episcopi sequantur Laterculum Victoris, utque in dubitationibus circa idem festum celebrandum emergentibus, Metropolitanus consulant Sedem Apostolicam, ejusque constitutionem teneant.* Tunc ergo, hoc est, circa ævum Sancti Benedicti, Provincia saltem Aurelianensis, intra cujus fines erat Monasterium Beati Romani in celebratione Paschæ sequebatur Cyclum Romanum, & Victoris, ex cujus calculo, dies Paschæ anno 543. (sicut etiam ex computo Dionysii Abbatis) incidit 20. Aprilis. Non sum tamen nescius, quosdam scribere Gallias non prius Romanis ritibus subjecisse, quàm sub Carolo Magno. Cæterùm id accipi potest de universis ritibus generaliter, de Liturgia nimirum, de cantu, deque aliis Ecclesiæ Romanæ Cerimoniis, & officiis.

**C** Præterea, Faustus Beati Mauri vitam scripsit, non in Gallia, sed Romæ, perente Theodoro, Casinensium tunc Abbate, in Monasterio Lateranensi, quam Historiam Bonifacius Papa, & probavit, suæque auctoritate roboravit. Perdifficile autem fuerit credere, aut Pontificem, Romanamque Ecclesiam non advertisse in Fausti narratione Paschalis Cycli discrepantiam, quam fortè expunxisset, aut Faustum, vel posteriores Casinates, qui Romano Cyclo uterentur, id omnino dissimulasse, & ne unico saltem verbo ad ambiguitatem prævertendam indicare voluissent. Vero similis ergo alicui videri poterit, nullam tunc Gallicanæ, Romanæque Ecclesiæ in Cyclo Paschali fuisse discrepantiam, quamvis Victoris, & Dionysii refragari videantur qui nunc habentur Cycli.

**D** Alii Gordianum hunc nodum solvere desperantes, audent abrumpere; suspicati, ex amanuensis oscitantia, pro Sabbatho Passionis irrepsisse Sabbathum Paschæ, idque Faustum non scripsisse. Horum tamen suspitioni præcavendæ providit Faustus. Siquidem non unico tantum verbo, neque uno in loco Sabbathum Paschæ indicat, sed ampla periphrasi, iteratoque sermone describit. Cùm Sanctum Pascha, inquit, *appropinquasset, Sanctus Maurus cum sociis, ex itinere divertens ad Monasterium Beati Romani, qui Beatissimum Benedictum in specu aluerat, diverterunt, & die Parasceve horâ sextâ illuc pervenientes, devotissimè à Beato Romano suscepti sunt; & cùm jam vespertina hora appropinquasset, vir Dei Maurus Beato Romano dixit. Crastina die Beatissimus Pater noster Benedictus, terreno deposito corporis onere, cælestem gaudens, & hilaris scandet ad Patriam. Nollem verò illam, quæ duodecimo Kalendarum Aprilis habebatur, & qua sacratissimum vigiliarum Paschæ illucescebat Sabbathum, tam Beatissimus Maurus, ac nos, qui cum eo ibamus, quàm Sanctus Romanus, cum aliquibus discipulis suis, jejuni pervigilem duximus: unusquisque nostrum secreto apud se, ut illis diebus in Ecclesia Romana mos est, Psalmos, & orationum preces devotè pro exitu ejusdem Patris nostri Deo dilectissimi Benedicti consummantes, &c. infra etiam id ipsum repetit.*

in Oratorium Sancti Baptistæ Johannis à discipulis se ferri præcipiens, inter ipsorum manus orans, migravit ad Dominum anno ejusdem Incarnationis quingentesimo XLIII. (d) Indiotione secunda (12) sepultusque est in eodem Oratorio ante ipsum Altare, quod idem, Appollinis Arâ destructâ, construxerat: (13) ubi jam antea Beatam Scholasticam sororem suam posuerat. (14) Claruit autem temporibus Imperatorum Justiniani Senioris, & Justiniani, Romanorum verò Pontificum Johannis Primi, & Quarti Felicis, quem Sanctus Papa Gregorius Atavum suum fuisse testatur, Theoderico apud Italiam Arriano regnante.

(d) DXLII. indi. V.

In qua tota descriptione librarium dormitasse, aut verius, somniando scripsisse, somnio propius videri poterit vigilantem. Quo argumento revincitur eruditissimi cujusdam viri alia conjectura, proponentis, Dominicam Passionis vocatam quandoque apud Gallos Primum Pascha. Laudabatque nescio quem auctorem. Revincitur, inquam, ex dictis. Nullus enim equivocationi locus relinquitur, postquam Faustus illi diei notat prævisse Parasceven, aliasque circumstantias, quæ, ut Sabbathum Paschæ distinctè circumscribunt; ita cum Sabbatho Passionis nequaquam congruunt.

Dionysius Petavius, alicuius Chronologi nihil non tentat, ut tricas istas expediant; à quibus fortassis nos expediverat Abbq Floriacensis, qui teste Aimoyno in ejus vita cap. 13. *Cyclos annorum Incarnationis Dominica ab incarnati Verbi initio ad sua usque tempora, juxta veracem Evangeliorum fidem correxit, atque ad annos postea circiter mille quingentos nonaginta quinque dilatavit, ubi mentionem fecit anni transitus Sanctissimi Patris nostri Benedicti.* Quibus verbis nodum etiam implicatum fuisse non obscure ostendit. Sed Cycli illi perierunt.

Mihi ut ab hac me explicem difficultate, nihil nunc occurrit, in quo planè acquiescam.

Observeo tamen in Historia Faustii, pleraque inveniri, in quibus oporteat spongiam adhibere. Narrat, inter alia, Sanctum Patrem Benedictum sepultum fuisse in Oratorio Beati Martini, cum certum sit ex Gregorio, Leone, cunctisque aliis exteris, & nostratibus, sepulchrum in Oratorio Sancti Joannis, & hoc sanè Faustus ignorare nequaquam potuit. Si enim ignorasset, statim admoneri potuisset à Casinensibus suis, apud quos Romæ scribebat, ergo nisi à Librarii calamo error fluxit, Odonem Glanofoliensem auctorem habuit, qui eandem Historiam, à Fausto rudiori stylo exaratam, & a se penè cariosam inventam, ut ipse testatur, interpolavit, compsit, & uberius extulit. An igitur aliquid etiam suo Marte in hanc de Divi Benedicti obitu clausulam Odonem intrusisse, liceat suspicari, quo nos denique torqueremur? Jam enim primigenia Faustii scriptura perperita, Odonis tantum dictatis gaudemus. Cum ergo in hoc labyrintho nullus sese offerat Theseus, qui filum ducat, nullus Mercurius, qui viam demonstrat, nostram nos etiam tarditatem ingenue professi, Dædalum aliquem præstolemur, quo duce ex his vorticibus evadamus.

Præmonui ab initio præcipuum hujus controversiæ cardinem eò nobis verti, ut Ostiensis, & Petrus Diaconus congruant cum Fausto: illi enim obitum Divi Benedicti referunt ad annum vel 542. vel 543. Hic verò ad diem duodecimum Kalend. Aprilis, quæ invicem coherere non videntur. Et nihilominus longius à solutione difficultatis absunt, & à veritate, qui ex Cyclo Paschali sibi licere autumant arguere ad annum prædictæ mortis, eique annum illum assignare, quem dies postular. Integro quippe sæculo Divi Benedicti Paschalis solemnitas, semel tantum incidit in 22. Martii, anno nimirum 509. & postea anno 604. Atqui neutra incidentia aprari potest intentui. Et prima accidentia vel inde saltem convincitur non coherere, quòd Totila,

Tom. IV.

Qui Abbates illi successerint, & qualiter Monasterio destructo Fratres Romam confugerint.

## CAPUT II.

(1) **H**Uic Sanctissimo Patri succedit in Monasterii Regimine vir Reverentissimus Constantinus ejusdem Sancti Patris discipulus. Tertius autem à Beato Benedicto præfuit ejusdem Congregationi Simplicius. Quartus Vitalis. Quintus verò Bonitus. (2) Quo

quem jam Regem Benedictus agnovit, in regnum evedus fuit non ante annum 542. ut ex Procopio Baronius, ergo non ante hunc annum defunctus est Benedictus. Altera verò, præter innumera alia argumenta, satis superque redarguit primum ipsum Gregorii verbum, de Benedicto scribentis, *Fuit*; Cum ergo Gregorius Dialogorum libros dictaverit circa sui Pontificatus annum quartum, Christi 593. vel proximè, jam tunc fuerat, deseratque in vivis esse Benedictus, quin desolatam etiam tunc fuerat Casinense Monasterium, prout Prophetico Spiritu Sanctus Pater ante prædixerat. Sed de his legatur Hæstenus.

(12) Cur autem sub Alexandro secundo, & Desiderio inventus postea fuit sub altari? Consule notas in cap. 27. Lib. 3.

(13) Ex Gregorio cap. 34. Vide loco nunc signato.

(14) Joannes Primus obiit an. 526. Felix Quartus 530. quare Sanctus Pater Benedictus coævus fuit Bonifacii etiam secundi; Joan. secundi, Agapeti, Silverii, & Vigillii qui creatus dicitur an. 540. Atavum autem Magni Gregorii, (de quo ipse homil. 38. in Evang. & 4. dial. cap. 16.) Felicem non Quartum, ut ex Joanne Diacono traxit Ostiensis, sed Tertium fuisse illius nominis, pluribus ostendunt Baronius in annot. ad Martyrolog. & in Annalibus ann. 492. & eruditissimus Godefridus Henschenius 25. Febr. apud Bollandum quo die cum prius in Martyrologio Romano legere, *Roma natalis Sancti Felicis Papa Quarti, qui Sancti Gregorii Papa Atavus fuit, modo ex recognitione Martyrologii Urbani Octavi auctoritate, legitur, Roma natalis Sancti Felicis Papa Tertii, qui Sancti Gregorii Papa atavus fuit.*

Theodoricus quoque obiit anno 526. post quem Regnum obtinuit Atalaricus, filius Amalasuente, ex Theodorico genitæ. Atalarico defuncto anno 532. substituitur Theodahadus, consobrinus Amalasuente, genitus Amalafreda, quæ soror fuerat Theodorici, regnavitque annis quinque. Tandem anno 542. regnare cepit Totila. Vide notas ad Cassiod. lib. 10. variat. epist. 2. Horum omnium coævus fuit Benedictus. Lec verò non semper omnes numerat, ut alibi observandum.

### IN CAPUT II. NOTÆ.

(1) Hanc Casinensium Abbatum post Patriarcham seriem, ad tempora usque direpti à Longobardis Cœnobii excepit noster Leo à Paulo Diac. de Gest. Langob. lib. 4. cap. 18. In ea tamen serie recensenda, memoria certè lapsi sunt Magnus Baronius anno 581. & Gallonius in Apologetico contra Bellorum, aut verbis Divi Gregorii in prætatione secundi Dialogorum decepti, cum tamen Gregorius non obscure in rem nostram loquatur, ut præfato loco demonstravimus. Ita, non imperiti solum, & profani, sed eruditissimi quoque, & ut ita dicam, Musarum Sacerdotes non raro falluntur, & quanquam sine fraude, alios fallunt.

(2) Curiosè nonnulli disceptant, Longobardi ne, an Langobardi scribi oporteat, nominisque idcirco etymon variè derivant.

Paulus Diaconus, quamquam in Italia natus, origine tamen Langobardus ex Warnefrido Patre. lib. 1. de gestis ejus gentis postquam cap. 2. hos populos tradidit, Winulos primum appellatos, & ex magna Scandinaviæ

Quo præfidente Langobardi, (3) qui nuper sub Justino minore Italiam invaserant, cum jam ab Incarnatione Domini quingentesimo sexaginta & octo annorum circulus volveretur, (4) præfatum Cœnobium nocturno tem-

peninsula, novas sedes quæsituros exiisse, fabulosam, atque ridiculam ejusmodi Gentilis cognominis derivationem exhibet capit. 8. demum cap. 9. concludit, *Certum tamen est. Langobardos ad intasta ferro barba longitudine, cum primitus Vivili dicti fuerint, ita postmodum appellatos, nam juxta illorum linguam lang. longam, Baert barbam significat. Paulo subscrisperunt Otto Frisingensis lib. 2. cap. 13. de gestis Friderici Imperatoris, & Gunterus lib. 2.*

*Dicitur à longis ea Longobardia barbis.*  
Nuperrimè Thesaurus de Regno Italiæ, alique ferè communiter.

Quidam, Pauli testimonium nequaquam morati, prioriores sunt ad nominis originem derivandam à Bardis Saxonis populis, qui socios Winilis se adjunxerunt in expeditione Italica. Meminit de Bardis ipse Paulus referens Epitaphium Droctulf. lib. 3. cap. 29.

*Cum Bardis fuit ipse quidem, nam gente Suanus, &c.*

Multique alii auctores Bardos accipiunt pro Langobardis: non nemo, impositum illis fuisse ait Langobardorum cognomen ab Italis ob staturæ proceritatem.

His reluctatur Cornelius Tacitus, qui scribens tot seculis antequam Barbara hæc illuvies Italiam fœdaret, Longobardos eos vocat lib. 2. Annal. cum ait, Italum Flavium pulsum regno Cheruscorum, iterum regno positum auxilio Longobardorum, & Velleius Paterculus lib. 2. hist. Hoc ergo nomen antiquius est Italica irruptione. Stephanus Breventanus, obscuri nominis auctor, in historia Papiensi, sequens Bernardum Saccum, Civem suum, scribit, Scandinaviæ peninsulam, quæ jungitur continenti, circa regionem Finmarciæ habere sinum quendam, à Plinio vocatum *Lagnum*, & modernis *Langta*, quem ex uno latere cingit promontorium Cymbricum, ex hoc ergo *Lagno* hos populos denominatos contendit, qui cum in Patria vocarentur *Lagnoandri*, hoc est, *Himines Lagni*, seu ex *Lagno*, Romana deinde Dialecto, appellatos *Langobardos*. Sed hic nugatur. Quæ enim analogia inter *Lagnoandros*, & *Langobardos*? neque Romana dialectus consuevit nomina tam insolenter depravare, denique Taciti auctoritas fabulam convincit. Omnium itaque planissima, & eaque probanda derivatio mihi videtur, quæ cognominis hujus originem trahit ab inventione, aut usu illius armorum, ejusdem gentis propriæ, securis nimis longam habentis hastam, quæ Teutonibus vocatur *Hellebard*, ab *Hel*, quod est *lucidum*, *splendens*, & *Bard*, securis, quasi nitens securis, flammea bipennis. Italis verò *Labarda*, seu *Alabarda*. Gothorum autem vetere lingua, quæ & Langobardorum. *Lang* sonat *longum* (& in hoc rectè Paulus) *Bard*, seu *Baerd*, significat *securim*, *bipennem*, *asciam*, undè ex utroque conflatum. *Langbard*, idem est, ac *longa securis*, hastata, bipennis. Longis verò armis uti, proprium fuisse illius gentis, atque finitimorum Borealium, locupletem testem rogamus Lucanum Pharsaliæ. Lib. 1. vers. 423.

*Longisque leves Saxones in armis.*  
& lib. 6. vers. 259.

*Cantaber exiguis, aut longis Teutonibus armis.*  
Cantabri enim, quod statura exigui, certis, exiguisque pugnabant armis. Contra, Teutones, Saxones, Cymbri, Gothi, Langobardi, quia corpore proceri, armorum etiam proceritate gaudebant, & hujusmodi longis armis, seu securibus hastatis etiamnum in lignis apparent Helvetii in satellitio Principum; Italis vocati *Alabardieri*, ab *Alabarda* usu, sic *Samnites* dicti sunt ab hastis, quas ferè solebant, qualique Græci *Samia* vocabant, ex eodem Paulo Diacono lib. 2. cap. 20. Non ergo *Labarda* seu *Alabarda* vel *Hellebard* à Langobardis, ut ait Breventanus, sed contra potius Langobardi à *Labarda* nomen traxerunt. Similiter *Saxones* dicti sunt non à Latina *Saxi* voce, tanquam durum sit genus, saxum hæc parte referens, ut putavit Isidorus lib. 9. cap. 2. sed à brevi quodam gladiolo, seu cultro, quo ea ratio utebatur, quique apud Germanos vocatur *saxa*. Gotfrid. Viterbiens. chron. parte 15. *Ille brevis gladius apud illos saxa vocatur, vel saxus (saxuna) non verò Vossio.*

Ex his colligitur *Langobardos*, & *Longobardos* in idem recidere, ac promiscuè scribi licere, ne tamen idiomata misceantur, *Langobardos* rectius scripseris, quam *Longobardos*: ut vox tota Gothica sit ex *Lang.* & *Bard.* Flexio verò sit Latina, nam *Longobardi* vox pro hybrida est, ex duabus nempe disparibus conflata linguis, semiromana, & semigothica. Tacitus tamen integram vocem Romana mollitudine temperavit. Legantur Bollandus tom. 1. Febr. in Vita Sancti Antonini pag. 796. & Vossius de vit. Sermonis.

Cui verò magis arrideret nominis derivatio à *Bardis* populis, quorum appellatione sæpe veniunt Langobardi, apud Paul. Diac. & alios, dicere consequenter poterit, eam gentem fecisse sibi nomen Longobardorum, à *Statura*, quasi longi Bardis, proceritate quippe corporis eminent.

(3) Barbaræ hujus invasionis Dux fertur Alboinus: Auctor, & illicium Narses Eunuchus, Copiarum Justini in Italia Duxor, qui post egregias pro Imperatore Victorias, cum sibi præterri Longinum Patritium indignè tulisset, Sophiæ Augustæ, muliebria instrumenta, fufum, & solum ipsi per ludibrium mittenti, cum literis hujusmodi. *Accipe hæc, quæ tibi conveniunt: Nere enim te equius judicavimus, quam armis uti, respondisse narratur Talem se ei telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, detexere non posset. Furor itaque exardescens, dimisso militiæ imperio, & Neapoli se recipiens, Langobardos ad invadendam Italiam, nunciis, muneribusque missis, auxiliisque pronissis, invitavit, atque incendit. Qui, venientes immenso agmine, Italiam ingressi sunt anno 568. quarto Nonas Aprilis, feria secunda Paschæ, consentientibus omnibus cum Paulo Diacono lib. 2. cap. 7. ) eamque ferè totam occupantes, propriis legibus per annos plus minus ducentos, & sex in ea regnarunt: donec Carolus Magnus Desiderium ultimum gentis Regem, Papiæ diu obsessum, & ad deditio-nem coactum, cepit, illumque cum uxore, filiis, & propinquis omnibus, uno excepto Adalgiso primogenito, qui evaserat, abduxit in Galliam, Langobardorumque Regnum destruxit, Italiam ab eorum oppressione liberans, restitutis Romanis literis, quæ diu in Patria peregrinæ fuerant; opera usus, & doctrina Sanctissimi Viri Alcuini Abbatis, sui præceptoris; Qui Parisiensem, Ticinensem, Bononiensem, aliasque Universitates, & Scholas per Angliam, Gallias, Italiam, immenso sui sæculi, posteriorumque fructu fundavit, & aluit.*

Quam verò Italiæ partem Barbari occupare nequiverunt, defuncto non multo post Narsese, Longinus pro Imperatore Constantino-politano retinuit, Domini Sede Ravennæ constituta, titulo Exarchi; indeque Ravennatis Exarchatus initium anno 569. quod nomen, exactis etiam Græcis, retentum diu.

(4) Ex Gregorio, Paulo Diacono, & aliis. Quo anno nullus prodidit: mox tamen discutendum, Certè annus 568. non ad vastationem Cœnobii, sed ad invasionem Italiæ, referendus, ut propterea non opus fuerit Leonis sermonem distinguere hic interjecta parenthesis, ut fecit Laurentus; quam scripti nec præferunt Codices.

tui, ut mihi ex hoc loco animæ cederentur. (5) Fugientes itaque ex eodem Cœnobio Fratres, Romam profecti sunt, codicem Sanctæ Regulæ, quam Beatus Benedictus descripsit, & quædam alia scripta, necnon & pondus panis, vini quoque mensuram, & quicquid suppellectilis potuerunt surripere, de-

ferentes. (6) Atque ex concessione Romani Pontificis Pelagii, qui tunc Sedi Apostolicæ præerat, juxta Lateranense Patriarchium, Monasterium construxerunt; (7) ibique per centum, (a) ac triginta annos, quod Casinense Monasterium destructum permanfit, habitaverunt.

De

(a) ac decem annos.

(5) Nempe ad Religionis Asylum. Quamquam tunc ipsa etiam Urbium regina, desolata, contrita, gemitibus oppressa erat, attestante Gregorio in Ezechielem lib. 2. hom. 18. & lib. 11. Indict. 6. Epist. 43. Verumtamen ex illa barbarorum inopina, diraque irruptione, non prorsus omnes Romam confugisse Casinates, sed aliud aliquem se contulisse testatur Martyrologium Romanum ad diem 14. Februarii, Apud Surrentum Sancti Antonii Abbatis, qui è Monasterio Casinensi à Langobardis devastato, in solitudinem ejusdem Urbis secedens, ibidem sanctitate celebris obdormivit in Domino, cujus corpus multis quotidie miraculis, & præsertim in liberandis enervamentis effulget. Baronius etiam in notis ibidem. Antonius verò Caracciolus, & Joannes Bollandus ad vitam hujus Sancti Confessoris admittunt quidem (ille quidem disertè, hic verò non refragatur) Antonium fuisse Monachum Benedictinum, & ex aliquo Cœnobio, huic Sacro Casinensi Archisterio subdito egressum, posteriorem tamen faciunt devastatione Langobardica. In Campania natum, quæ oppidum est in Picentinis, non longè à Silario fluvio, ex familia Catellorum (Caccintos vocant) traditio est, quam probant Caracciolus, Laccheus, & non improbat Bollandus.

(6) Anast. Biblioth. Fugientes, inquit, ex Cœnobio Fratres Romam profecti sunt, &c. atque ex concessione Sancti Pelagii Papa Secundi, & Tiberii Maurittii, Imperatoris, juxta Lateranense Patriarchium Monasterium construxerunt ad honorem Sanctorum Joannis Baptistæ, & Evangelistæ, & Pancrati Martyris.

(7) Sic legit Codex A. quem Petro Diacono tribuimus, & Veneta editio. At Codex B. qui Leoni videtur adscribendus, legit, per centum, & decem annos. In Regeſto autem Petri script. 86. per centum viginti annos. Res est, quæ calamum ultra notarum cancellos excurrere cogit, sit ergo ad hoc, & præcedentia illustranda.

EXCURSUS CHRONOLOGICUS.

De tempore everſionis, vastitatis, & instaurationis Monasterii Casinensis.

Alter hic chronologicus nodus, non levioribus difficultatibus implicatur. Conveniunt Ostiensis, atque Petrus, ejusdem Petri Regeſtum script. 86. restaurationem Cœnobii Casinensis incœpisse anno Christi 720. Hæc autem anni consignatio videtur coherere non posse, neque cum anno everſionis, neque cum spatio desolationis, neque cum anno restaurationis. Idem enim Leo auctor est, simulque Zacharias, & Anast. Biblioth. hoc Monasterium everſum sub Pelagio Secundo, restauratum sub Gregorio Tertio, & ille quidem decessit anno 590. hic sedere cœpit anno 731. intercurentibus inter utrumque annis centum quadraginta & uno, ergo, vel everſio non contigit sub Pelagio Secundo, vel non sub Gregorio Tertio restauratio, vel Monasterii vastitas non triginta solum supra centum, & multò inverſimiliùs, centum & decem annis, sed ampliori est spatio computanda.

Lauretus facile (quæ sua est, atque mirabilis ingenii dexteritas) ab hac se difficultate subducit; ut enim nodum solvat, stamina rumpit. Codex Petri, quem ipse integra fide edendum promittit, Casinense Monasterium desolatam jacuisse prodit annis centū atq; triginta. Lauretus edidit imponitque Petro. Centum

quadraginta unum; quam lectionem propinavit Joanni Marshamo in præmio ad Monasterium Anglicanum; & Hæſtino in Vitam Sancti Benedicti pag. 125. Scriptum etiam reliquit uterque Codex Leonis, & Petri, Petronacem restaurare cœpisse hoc Cœnobium anno 720. Religiosus Lauretus edidit 731. Atque ita discordantia tempora Caduceator noster ad concordiam sibi visus est feliciter revocasse. Petronax enim cœpit restaurare Monasterium anno 731. manserat autem desolatum annis 141. ergo ejus everſio contigit circa annum 589. aliàs neque everſio coincideret cum Pelagio Secundo, neque instauratione cum Gregorio Tertio. O felix audacia, si permittat! Nam si liceret in antiquis Codicibus pro arbitrio stylum vertere, & mutare quadrata rotundis, cui non expeditissimum esset firtes omnes, & scopulos historici pelagi feliciter, absque nautica pagina, absque magnetica pixide transfretare? Promendæ sunt Bibliothecis antiqui auctores, servatâ reverentiâ verustati, nihil immutando, nihil corrigendo, quantumvis mutandum, & corrigendum non obscure videatur. In annotationibus quidem id indicandum, Auctoris tamen verbis non temeratis, & aliorum judicio relinquendum; ne sanæ corporis parti scalpillum, ut ajunt, aliquando tibi contingat admove. Quæ in re egregiam laudem merentur par illud nobile Bollandus, & Henschenius, qui Sanctorum Acta, infatigabili labore, atque industria undique conquistata, non quibus ipsi abundant, elegantissimis floribus exornare, sed nativis rerum sepe squaloribus exhibere maluerunt: additis eruditissimis notis, quarum ope illustrantur obscura, enodantur nodosa, & in viam devia reducantur.

Integra igitur & nos fide, nec apicem in auctoribus nostris mutantes, experiamur an Leonis, & Petri asserta sustineri quadantenus possint, & veritati concinere. Si verò non possint, Auctoris, vel Librarii errorem nulla religione reſenti fateamur: non enim cum Sacris Bibliis negotium nobis est; aut felicioribus ingeniis ulcus medicandum relinquamus.

Certum mihi est primùm, Sacri Casinensis Cœnobii everſionem contingere non potuisse anno 568. eo nempe ipso anno, quo Italiam ingressi sunt Langobardi, vel circa illum; Tum quia multa oportuit à Barbaris bellata fuisse bella antequam è Tridentinis, & Veronensibus faucibus in ulteriorem hanc Italiam penetrarent; neque enim ad possessionem veniebant. Tum etiam quia Casinensis vastationis Dux, communi sententia, perhibetur Zotho Beneventi Dux. Hic autem in Ducem Benevento impositus fuit ab Anſarico, qui Regnum Langobardorum assecutus est anno 585. ergo Monasterii everſio non ante hunc annum accidere potuit. Tum denique, quia Gregorius lib. 2. dial. cap. 17. de hac everſione, *Noſturno*, inquit, *tempore nuper illic Langobardi ingressi sunt*. Libros verò Dialogorum scribebat Gregorius circa sui Pontificatus annum quartum, Christi 593. ut aperte deducitur ex lib. 4. dial. cap. 36. 47. & 55. ejus assumptio in Apostolatam incidit in annum 590. ergo, ut anno 593. everſio illa dici potuerit nupera Gregorio, in annos proximè præterlapsos tertium, vel quartum, aut non longè ab illis accidisse censenda est. Tandem, illa direptio contigit sub Pelagio Secundo, Ut supra, Atqui Pelagius decessit anno 590. cui immediatè datus est successor Gregorius. Ut ergo verè, & recens Gregorio dici potuerit, & sub Pelagio, ad extrema Pelagii tempora referenda



da est. Non verbò ad annum 568. vel prope illum, quando Pelagius non sedebat. Si quidem hic assumptus fuit anno 579. Certum etiam mihi est secundò, non veriore tantum esse lectionem Codicis A. numerantis annos Casinensis vastitatis 130. quam Codicis B. & Pauli Diaconi computantium annos 110. Sed hanc sustineri omnino non posse. Ratio est manifesta. Restauratio Monasterii cœpit, omnibus attestantibus, sub Gregorio ad minus secundo, qui electus est anno 714. ergo licet everfio referatur ad ultimum Pelagii annum, & restauratio ad primum Gregorii Secundi, inter utranque fluxerunt anni 124. nam si ad Gregorium Tertium deducatur, multo à Pelagio distanti fuerit. Ideoque cum Auctor noster scripserit, Petronacem ad restaurandum hoc Monasterium, missum fuisse à Gregorio Tertio (quod roboratur testimonio Zachariæ immediati successoris in suo diplomate) Tertius autem Gregorius federit ab anno 731. à quo ad annum ultimum Pelagii 590. numerantur anni 141. Lauretus hanc sibi lectionem concinnavit, eamque Auctoribus nostris adscripsit, reclamantibus utroque Codice Leonis, & Petri.

Paulus autem Diaconus, quoniam Cœnobii desolationem retulerat in annum 605. quò pervenisse Zotonem credidit, & restorationem factam censebat hortatu Gregorii secundi, qui sedit ab anno 714. ad 731. solitudini Casinensi non plures, quam centum & decem annos imputavit; quem secutus est Otfiensis in suo Codice. At Petrus Diaconus in suo hos annos ampliavit ad 130. Ut qui adverterat everfionem factam fuisse sub Pelagio secundo. Apertè tamen erravit Petrus, cum libro de ortu Justorum Casinensium cap. 21. & in Regesto script. 86. Petronacis missionem ad Zachariam refert, refragante eodem Zacharia in sua Bulla, qui disertè id tribuit prædecessori suo Gregorio Tertio.

Camillus Peregrinus emunctissimæ naris censor, seriem Abbatum Casinensium retexens pag. 7. in Petronace, constantissimè scribit, Petronacem à Gregorio non quidem Tertio, sed secundo Casinum transmissum fuisse ad Monasterium instaurandum; idque tum ex aliis, tum ex Itinerario Sancti Vvillibaldi apud Surium die 7. Julii persuaderi putat. Verba Itinerarii, strictim data, sunt hæc. *Is veniens ad Sanctum Benedictum (hoc est ad Monasterium Casinense) ibi reperit paucos Monachos, & Abbatem nomine Petronacem, apud quem per decem annos mansit. quibus exactis, perrexit Romam, sedente Summo Pontifice Gregorio Tertio.* Quorum verborum ponderationem mox dabimus ex eodem Peregrinio, & Bollandus.

Eruditissimus ergo Bollandus in vitam Sancti Gregorii secundi 13. Febr. pag. 695. & seq. laudans Peregrinum hujus opinionis auctorem ac defensorem, ejuisque argumentis subscribens, sic subdit; *Sanctus Vvillibaldus ex Anglia cum Patre, & Fratre discessit anno 721. & decem in Peregrinatione per varias Provincias annis exactis, venit ad montem Casinum, ac decimo post anno Romam petiit, atque à Gregorio Tertio ad Sanctum Bonifacium missus est. Obiit S. Gregorius Tertius anno 741. 4. Kal. Decembris: discessit autem Roma S. Vvillibaldus in Pascha, qui illuc venerat in Nativitate S. Andrea: Venerat ergo Casinum anno 730. anno decimo sua peregrinationis, ultimo Sancti Gregorii secundi. Reperiebat autem ibi paucos Monachos (ex ejus vita) & Abbatem nomine Petronacem. Igitur jam ante isthic (Casini) erat Petronax. Hæc Bollandus.*

Et ab hac sanè opinione minimè recedendum, duco, quam ut paulo diligentius explicem, duo mihi distinguenda succurrunt. Missio Petronacis Casinum, & Monasterii instauratio. Porro inter hanc, & illam non exiguum temporis spatium præterlabi oportuisse, diffiteri non poterit, quicumque prudenter cogitaverit, quot prius, & quanta conquiranda, ac præparanda fuerant, ad amplum Cœnobium, vel ex tuguriis, & rusticanis

Casus substruendum. Sed juvat sistere hic Pauli Diaconi verba, de hac instaurazione, sibi proximiori, sic scribentis lib. 6. cap. 40. *Circa hæc tempora Petronax Civis Brexiana urbis, divino amore compunctus Romam venit, hortatuque tunc Gregorii Apostolica Sedis Papa, Casinum Castrum petiit, atque ad sacrum Corpus Beati Patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus simplicibus viris, jam ante residentibus habitare cœpit, qui eundem venerabilem virum Petronacem sibi seniores statuerunt. Hic non post multum tempus, cooperante divina misericordia, & suffragantibus meritis Beati Benedicti Patris, jamque evolutis fere centum & decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum destitutus erat, multorum ibi Monachorum, nobilium, & mediocrium, ad se concurrentium Pater effectus, sub Sancta Regula jugo, & Beati Benedicti institutione, reparatis habitaculis, vivere cœpit, atque hoc Sanctum Cœnobium in statum, quo nunc cernitur, erexit. Hucusque Paulus; ex cujus narratione liquet primò Petronacem habitare cœpisse Casini cum simplicibus illis viris, utique per aliquod spatium. Tum, agnita ejus prudentia, & sanctitate, electum ab eis fuisse in seniores: Post non multum tempus, sed planè Tempus, reparatis habitaculis, erexit Monasterium in eam amplitudinem, qua, cernebatur ætate Pauli, & qua sub ipso Petronace, excipere potuerit Zachariam Pontificem comitesque Archiepiscopos tredecim, Episcopos sexaginta octo, universamque aulam Romanam præter domesticos. Cui substruccioni plurium annorum spatium impensum fuisse, nemo gnarus dubitabit.*

Rei serie sic animo concepta, cum Leo dicit Petronacem habitare cœpisse Casini anno 720. referri potest ad ejus primam missionem, utique sub Gregorio secundo, tunc sedente, idque appositè cohæret cum annis 130. solitudinis Casinatis. Decem verbò, vel undecim annis deinde effluentibus inter adventum Petronacis, electionem ejus in Abbatem, præparationem materis, cæterorumque ad fabricam attinentium, & aggressum magnificæ fabricæ, demum sub Gregorio Tertio immediato successore secundi, fabricam perfectam fuisse.

Et quidem, quòd sub Gregorio, non tertio, sed secundo Casinensis instauratio cœpta fuerit, præter argumenta jam producta, efficaciter confirmatur ex aliis hujus historis locis, quibus Librariorum audacia, nolens, pepercit.

Et primò, loquens Otfiensis cap. 4. de Petronace hoc Cœnobium instaurante, *Quem videlicet, inquit, tres quidem nobiles viri Beneventani, Paldo, & Taso, atque Taso germani fratres, qui ante quindecim circiter annos Monasterium Sancti Martyris Cbristi Vicentii, juxta ortum Vulturini fluminis de propriis sumptibus construere cœperant, cum essent potentes, ac divites, in ipso opere, tam per semetipsos, quam per suos, usque ad restorationem loci hujus plurimum adjuverunt. Hauerat hæc Otfiensis ex Autpertho Abbate Sancti Vicentii, de quo infra ad cap. 4. Porro Paldo primus Abbas Sancti Vicentii obiit, ex eodem Autpertho; die undecimo Octobris, anno 720. r. sidente, inquit, in Sede Apostolica veneranda memoria Gregorio secundo. Taso decessit undecimo Januarii anno 729. ex eodem Auctore utique sub ipso etiam Gregorio secundo, qui defunctus est anno 731. Cum ergo tres omnes fratres Petronaci adjumenta ministraverint in hujus Cœnobii instaurazione: duo verbò illorum obierint sub Gregorio Secundo, an non manifestè convincitur, sub Gregorio Secundo, hunc missum fuisse Petronacem, fabricam incœptam, aut saltem ad illam præsidia præparata.*

Amplius; Casinensis instauratio cœpit ex Leone, quindecim annis post constructionem Sancti Vicentii. Atqui refert idem Autperthus, Paldonem primum Abbatem, qui obiit 720. suscepisse Sacri Cœnobii regimina ab Incarnatione Domini anno 707. sub Sancto Papa

De reversione Faustii à Gallis.

CAPUT III.

(1) TERTIO interea Bonifacio Sedem Apostolicam gubernante, supradictus Faustus, qui ad Gallias cum Beato Mauro perrexit, ad prædictum Lateranense Cæno-

*Papa Sisinio*, nempe constructo Monasterio, & aggregata familia, ergo Casinensis instauratio, quæ quindecim tantum annis posterior fuit, congruit cum Pontificatu Gregorii II., qui sedere cepit ab anno 714. ad 731. Præterea; idem Ostiensis infra cap. 8. Petronacis præfecturam Casinensem parem facit ætati Gregorii Beneventani Ducis. Hic autem Dux fuit ab anno 722. ad 729. Ergo sub Gregorio II. Pontifice & Gregorius Beneventi, & Petronax Casini vixerunt.

Ulterius Cap. 44. secundam direptionem Casinensis Monasterii, à Saracenis factam, & Martyrium Bertharii Abbatis refert Leo ad annum 884. *Completis*, subdit, à *Petronace Abbate usque ad istum annis centum sexaginta sex*. Per quod spatium retrocedendo pervenitur ad annum 718 vel circa, ergo ad Pontificatum Gregorii secundi. Quod argumentum usque aded jugulat contrariam opinionem, ut Lauretus, signata verba capitis 44. solita temeritate à sua editione proscripserit.

Demum. In epitome Chronici Casinensis, asserto in Bibliotheca Vaticana, missio Petronacis expressè tribuitur Gregorio secundo. Nimirum Epitomator ille nactus fuerat Codicem Leonis nondum ab imperitis Librariis vitiatum, nisi melior fuerit Arithmeticus, & Chronologus.

Quibus omnibus postremò accedit auctoritas vetustissimi Missalis Casinensis in nostra Bibliotheca signati num. 127. In quo Idibus Februarii celebratur Festum Sancti Gregorii secundi, nusquam verò Gregorii tertii; cum tamen & hic sanctus fuerit: Casinates igitur illum, non hunc grata veneratione Monasterii instauratorem agnoscebant. Neque enim in communibus Fastis Kalendarii, & Missalis Romani, hujus, vel illius festum celebratum reperio, sed Casinatium præcipua, & propria ea erat religio, tanquam in suò Benefactorem.

Luculenter itaque, & authenticè liquet ex dictis, instauratorem Casinensis Cænobii, non sub Gregorio Tertio, sed sub secundo ceptam fuisse à Petronace. Quòd autem sub tertio perfecta fuerit, suadet mihi, quòd non Gregorius Tertius, sed Zacharias ejus successor, ad novam Ecclesiam consecrandam Casinum venerit, scilicet post consummatam instauratorem; cui perficiendæ, multos certè annos consumi oportuit.

At Ostiensis, inquit instauratorem tantummodo Casinensis Monasterii, sed missionem quoque Petronacis Tertio Gregorio diserte tribuit: nec minùs diserte Zacharias in suo diplomate. *A Reverendissimo Gregorio Tertio prædecessore nostro Petronax filius noster est ad restaurandum directus.*

Ego verò, in autographo Leonis nec tertii, nec secundi notam Gregorio affixam fuisse, constanter credo: Tum quia neque ullam notam affixit Paulus Diaconus, à quo accipit Leo, sed Gregorio id tribuit absolute. Tum etiam, quia ex aliis Leonis verbis, paulò pridem ponderatis, manifestè evincitur, missionem Petronacis à Leone triburam fuisse Gregorio Secundo, quod præsertim liquet ex cap. 44. ubi videtur annos attentissimè computasse. Non ergo potuit hic ita dormire, ut tertium scriberet, cum animo revolveret secundum. Librariorum propterea consensus est error, vel scioli cuiuspiam, & imperiti, qui, ad pauca respiciens, ut ait Philosophus, facile pronuntiavit, vitiavitque in hoc capite, quod ex eodem Leone alibi arguitur impostum.

Ad Zachariæ diploma quod attinet, non juvat ariolari, sanè non potuit Zacharias igno-

bium reversionis est, (2) atque à Beato (a) Theodoro, qui tunc post sanctæ memoriæ Valentinianum tertius eandem Congregationem regebat, compulsus, atque rogatus. (3) Historiam de vita Beati Mauri veracissimam composuit; (4) quam prædictus Papa Bonifacius approbans, laude dignam duxit, suaque auctoritate roboravit.

Qua-

rare, quæ sua ætate, & à suis immediatis prædecessoribus peracta fuerant, mendum idcirco in ejus diplomate irrepsisse, aut intrusum fuisse, non dubitò. Utcunque sit, cum cætera omnia huic nostræ supputationi aptissimè cohæreant, nempe desolationis anni 130. Adventus Petronacis Casinum anno 720. vel circa illum, ut scripti Codices referunt, constructio Monasterii ad fontes Vulturni, spatium inter primam instauratorem, & secundam direptionem, & cætera; quæ religio est in uno potius Zachariæ tantum diplomate (nam inde fortassis haust, qui Leoni errorem imposuit) numeri mendum agnoscere: quàm universa perperam confarinata fateri? Vide infra ad cap. 4. & 8. & cap. 44. Gregorii Secundi vitam, ab Anastasio descriptam, habes apud Bollandum 13. Febr. tom. 2. pag. 702.

IN CAPUT III. NOTÆ.

(a) Theodoro.  
(1) Ex actis Beati Mauri, quæ Fausto tribuuntur. Faustus tamen Bonifacium quidem signat, at Tertium, vel Quartum non distinguit, vide paulo infra.

Bonifacius Tertius sedens imperante Phoca, obtinuit ab eodem, ut Ecclesia Romana, quæ jure caput est omnium Ecclesiarum, ita diceretur, & haberetur ab omnibus; cum hanc prærogativam Ecclesia Constantinopolitana sub Imperatore Mauritio per vim sibi vindicare conata fuisset, ex Panvin. & Platina.

Quare Romana Ecclesia, non à Phoca, sed à Christo primatum obtinuit, & magisterium. Phocas verò id ab omnibus dicendum, & habendum Imperiali auctoritate decrevit, & Bizantinæ arrogantiam repressit; quæ sibi *Universalis* nomen tumidè assumebat. Quo tamen sensu Magnus Gregorius titulum Universalis Episcopi non admisit, quin & damnavit, & recusavit, præclare explicant, qui controversias tractant.

Faustum ex Anicia Familia ortum, & ipsius Beati Mauri gentilem facit Bruelinus, ex aliis. Ex nobili gente non obscure illum ostendit, quòd septennis Beato Benedicto traditus à parentibus fuit. Illustrium enim puerorum id erat. Cujus autem perfectionis in religiosis virtutibus fuerit, ex modesta ejusdem Faustii narratione audiamus: *Cum à parentibus, inquit, meis Omnipotentis Dei servitio nutriendus secundum regularis normam institutionis septennis Beato Benedicto in ejus Sanctissimo Cænobio &c. traditus fuisset &c. Postquam annos puerilis ætatis emensus sum &c. ex integro me pro viribus, & scire, Monastica mancipavi observationi; aded ut ne momento quidem à visione Beatissimi, ac Sanctissimi Benedicti disjungi ullo modo vellem; sed semper ejus Deo placita, & hominibus imitanda instrui doctrina, & radiantibus adificari exemplis ardentissimo desiderabam amore. Cernens itaque Beatissimus Pater, me per omnia salutem propriam, & regulari institutioni operam dare, multis sapissimè argumentationibus propositum animi mei nisus est experiari, etiam de his, quæ ipse homini impossibilia, ac importabilia esse sciebat. Sed ubi, per gratiam Omnipotentis Dei, me paratissimum, atque promptissimum ad omne, quidquid illud erat, aggrediendum, ac tentandum, sive etiam perferendum, esse pervidit; illic specialius cæteris obsequiorum meorum uti servitiis cepit; meque arcanis quibusque, & nulli penè ab eo, ut assererat, ante prorsus creditis, paterno affectu instruere. Unde factum est, ut cum Beatissimo Mauro me ad partes dirigeret Galliarum; quo illi aliquod sola-*

... fiffere hic  
... rauratione  
... 6. cap. 40.  
... is Breviario  
... Romam ve-  
... postolica Se-  
... is, æquod  
... medidhi per-  
... icibus viris,  
... capis, qui  
... onacem sibi  
... est multum.  
... cordia, &  
... didhi Patri,  
... decem ve-  
... se bonum  
... uachorum,  
... concurre-  
... egula 190,  
... paratis be-  
... e Sanctum.  
... rnitur, et  
... narratione  
... re cepit.  
... utique per  
... us prudent-  
... eis fuisse  
... ampus, sed  
... culis, ere-  
... tudinem,  
... e qua sub  
... Zachariam  
... opos trede-  
... niverfam  
... mesticos,  
... n spatium  
... bitabit.  
... Leo dicit  
... anno 720.  
... honem,  
... ic sedeno-  
... nis 130.  
... vel ad-  
... ter ad-  
... in Ab-  
... erorum  
... gressum  
... Gregorio  
... i, fabri-  
... n tertio,  
... cepta,  
... cha, ef-  
... hitorio  
... nolens,  
... Petron-  
... uem vi-  
... viri Be-  
... ato gen-  
... circiter  
... Corispi  
... tnis de  
... t, cum  
... petro,  
... squad  
... idyuro-  
... percho  
... tra ad  
... Sandi  
... die  
... me  
... unde  
... uatore  
... ando,  
... o tres  
... nistra-  
... duo  
... ando  
... gorio  
... ma  
... lam  
... Leo-  
... nem-  
... oher-  
... obit  
... ad  
... usto  
... pa



*Qualiter Petronax Abbas huc venerit, & locum hunc restauraverit, & qualiter illum Papa Zacharias adjuverit.*

## CAPUT IV.

Cum autem Omnipotens Deus (a) præfatum Beati Benedicti Cœnobium jam decrevisset miseratione illa sua omnipotentissima restaurare, & Cœnobialem institutionem, quæ inde principium sumpserat, ex

*solatium mea præberet cobabitatio, &c.* Ex quibus Fausti verbis apparet, ipsum adhuc adolescentem, circa vigesimum ætatis annum ad summum Beato Mauro abeunti comitem datum. Nam septennis oblatum, non ultra tredecim annos Casini vivere potuerat, etiam si primo anno Casinensis foundationis oblatum fuisset. Elucet præterea, quam solidæ perfectionis, à magno spirituum ponderatore Benedicto reputatus fuerit, ut in ipso juventutis flore tam egregii facinoris socius dari mereretur. Denique, quod in *solatium*, non in obsequium Beato Mauro dicatur datum, & aliquam inter ipsos necessitudinem mihi innotuit, & non disparem gentilitatem.

Defuncto Beato Mauro, reverti in Italiam statim Faustus cogitaverat. Rogatus tamen à Beato Bertulfo, Mauri successore, ei adesse non renuit. Quo tandem sublato ad Casinates suos Romam remigravit jam decrepitus: eorumque precibus vitam condiscipuli Mauri veracissime scripsit, quam Pontifex probavit, ac demum sanctè quiescit in Domino anno 625. die 15. Febr. ex Baronio, & Bollando.

- (2) Ex eodem Fausto, qui non admodum proprie locutus videretur, cum & ipse ait, compulsus se ad scribendam vitam Beati Mauri à Theodoro, qui post Valentianum, *prolixiori* (dabo ejus verba) *tempore Lateranensis Congregationem rexit Monasterii*, cum scilicet de advente loqueretur Theodoro: Nisi hæc loquendi formula Odonem subleat Glanofolientem, qui cariosam Beati Mauri vitam interpolavit, exornavitque. Consule Bollandum 15. Februarii. Orlensis verbè proprius loquitur de jam defuncto Theodoro, cum ait, *Rexit*.

Antonius Gallonius Lateranensium Abbatum diversam meditatus est seriem, non enim Theodorum tertio loco, sed Simplicium numerat; in clara Gregorii narratione hallucinationem passus. Cæterum de his in prologum vitæ Sancti Patris Benedicti.

Anast. Biblioth. apud Cajetanum pro Joanne Diacono p. 132. inter Theodorum, & Valentianum Lateranensibus præficit Gregorium.

- (3) Petrus Diaconus de Vir. Illustr. appellat *Lucidissimam*. Eam nunc non habemus, sed quam Odo concinnavit, in qua non unum, vel alterum emendandum monuit Hugo Menard. in observat. ad Martyrolog. Monasticum 16. Febr. & aliquid nos supra notavimus, & mox notabimus.

- (4) Prædictus Papa Bonifacius Tertius, ex computo veriori, sedit menses tantum octo, dies viginti tres, ita ut credi vix possit, intradè breve tempus, Faustum, nuper Romam reversum, & ultimam jam ætatem agentem, ut ipse de se testatur in prologo, historiam hanc absolvisse, tradidisseque Bonifacio illi Tertio, ab eoque illico lectam, ac probatam. Idem Pontifex successorem post se immediatum habuit alterum Bonifacium, ordine Quartum, cui imputant annos octo, menses sex, dies tredecim. An ergo hic potius redeuntem à Gallis excepit Faustum, scribentem laudavit, probavitque? & à Librariis superinducta fuerit nostris Codicibus notula illa *Tertii*, cum Faustus absolutè scripserit. *Interca Bonifacio Sedem Apostolicam gubernante*? sanè uterque scriptus Codex non semel à Librariis male habitus est, ut passim suis locis constabit.

A ejusdem Patris loco, & per orbis circumulum propagare, contigit, disponente Deo, ut (1) Petronax civis Brexianæ Urbis, vir valde religiosus, divino afflatus amore, Romam venisset: (2) quem (b) Reverendissimus Tertius Papa Gregorius cœlitus inspiratus admouit, (3) ut hoc Casinum Castrum peteret, arque Monasterium Beati Benedicti, quod jam per tot annos destructum manserat, suo studio reconciliare satageret. Quo annuente, mox idem Venerabilis Pontifex (4) cum illo aliquantos de Lateranensi Congregatione Fratres direxit, & alia quoque illi nonnulla adju-

## IN CAPUT IV. NOTÆ.

(a) præfati.

(b) Reverendissimus.

- (1) Præter patriam nil de gente Petronacis prodit Leo; Nihilominus, quod à Gregorio Pontifice egregium illi facinus Casinatis restorationis commissum fuerit, Viri, non pietatem tantum, & industriam, sed opulentiam, atque splendorem, non obscure indicare videntur.

Odericus Vitalis Petronacem vocat Episcopum Brixientem: sed nullo fultus testimonio: nec verisimilitudine. Vide Hæftenum in vita Sancti Benedicti pag. 126.

- (2) Hanc de suo notam Tertii adjecere Librarii: ut supra advertimus.

- (3) Vide notas in cap. 8. vitæ Sancti Patris Benedicti, ubi non unam Castrum Casini acceptionem observavimus.

- C (4) Anast. Biblioth. in Gregorio Tertio hæc habet: *Simili etiam modo renovavit Monasterium SS. Joannis Baptista, Joannis Evangelista, & Pancratii, secus Ecclesiam Salvatoris antiquitus constructum, quod ab omni Ordine Monastico extiterat, nimia incuria, destitutum. In quo prædia, & dona contulit, & que invenerat de ipso Monasterio alienata, reddito pretio, in eundem locum restituit; ubi & Congregationem Monachorum, & Abbatem constituit ad persolvenda quotidie sacra officia laudis divina in Basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, qua Constantiniana nuncupatur, juxta Lateranum, diurnis, nocturnisque temporibus, ordinata juxta instar officiorum Ecclesie B. Petri Apostoli.*

D His Anastasii verbis scrupulus ingeritur contra ea, quæ cap. 2. de instauratione Casinensis Cœnobii prædiximus. Cum enim Leo scribat, socios Petronaci datos aliquot de Lateranensi Congregatione: Hanc verbè Congregationem Gregorius Tertius in Lateranum induxerit, ex Bibliothecario, consequens est, sub Gregorio secundo Lateranum omni monastico ordine fuisse destitutum, ac subinde Petronacem cum sociis Lateranensibus, non à Gregorio secundo, sed tertio missum fuisse Casinum.

E Cui scrupulo removendo concepta à nobis prædictæ instaurationis series succurrere posse videtur. Missus Casinum Petronax à Gregorio Secundo habitavit ibi primùm cum simplicibus illis viris, quos ibidem repererat; quique illum sibi in seniores præfecerunt. Elapsis aliquot annis absque notabili assumptione rei proventu, & Gregorio jam Tertio in Sede Apostolica succedente, qui Lateranense Monasterium renovaverat, turtè Romam iteratè ad novum Pontificem, auxilia periturus, profectus est Petronax, à quo regressus, & socios ex Lateranensi recenti Congregatione, & alia adjumenta pro Casinensi negotio peragendo accepit. Ideoque ipsi Tertio Gregorio hujus rei nomen delatum. Nisi dicamus Lateranenses Monachos sub Gregorio secundo Casinum cum Petronace profectos fuisse, assertibus nostris auctoribus Monachos Casinenses per 130. tantum annos Romæ habitavisse. Ergo ex tunc Casinum remigrarunt, Lateranensi Cœnobio relicto, indeque Lateranense Monasterium penè destitutum remansisse. Sanè, aliter discurrendo multo gravioribus difficultatibus objicimur, quæ cap. 2. ponderavimus.

Cæte-

adjutoria contulit. Is ergo huc ad Sacrum Beati Benedicti Corpus perveniens, tam cum illis, qui secum venerant, quamque (5) etiam cum aliquot simplicibus viris, quos inibi jam dudum refedisse repperit, (6) habitare cœpit. Anno Domini septingentesimo ac vicesimo, (7) atque ab eisdem Fratribus in Abbatem Prælatus, cooperante Deo, &

A Beati Benedicti suffragantibus meritis, constructis decenter habitaculis, ac multorum ibi Fratrum Congregatione statuta, sub Regulæ sanctæ doctrina vivere studuit. (8) Quem videlicet tres quidam nobiles viri Beneventani Paldo, & Taso, atque Taro germani fratres, (9) qui ante quindecim circiter annos Monasterium Sancti Martyris Christi Vincentii

Ceterum Anastasii laudatus locus, quam, illato scrupulo, molestiam intulit, jucunda, utique alia observatione redemit. Monachos nempe Benedictinos, non illis tantum centum triginta annis, apud Lateranum excubasse: sed multis deinceps seculis Canonicorum munus in Lateranensi Basilica objisse, sub Abbate Canonico, ex institutione Gregorii Tertii, quod confirmat simile ejusdem testimonium in Adriano primo, & hanc quidem Benedictinam Lateranensem Canonicam sub Innocentio usque secundo superfuisse, disertè testatur Baronius tom. 12. anno 1130. Cum de hoc Pontifice sic habet. *Quod pertinet ad Innocentium, fuisse ipsum quidem monastici ordinis, hæc accepimus ex Archivo tituli S. Praxedis. Dominus Gregorius monachus Lateranensis Cœnobii Sanctorum Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, atque Pancratii, idemque Abbas Monasterii Sanctorum Nicolai, & Primitivi Ordinis Sancti Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope Lacum Burranum; qui ab Urbano Papa Secundo creatus est S. R. E. Cardinalis Diaconus Sancti Angeli, mortuoque Honorio Papa in Pontificem legitime electus, Innocentius dictus est.*

Qua observatione, & auctoritate eorum exploditur opinio, qui vocis homonymia decepti, quæ de Canonicis Regularibus Lateranensibus scripta à vetustioribus reppererunt, ad Canonicos Lateranenses Augustinianos detorqueant, cum de Benedictinis omnino accipienda sint, nondum, nec in Ecclesia, nec Laterani, nisi multis postea seculis sub Gregorio 4. inductis Augustinianis de Frisionaria; ut hinc appareat, non unum, vel alterum Summos Pontifices Augustinianos Canonicis usurpatos, Benedictinis afferendos, quod de Innocentio Secundo nunc probavimus. Etsi enim aliqui Augustini Regulam primùm professi essent, ad Apostolatam tamen ex Benedictinis claustris assumpti fuerunt. Lege Cajetanum pro Joanne Diacono pag. 132. & seqq. Cui nihilominus moneo non fidendum, in eo, quod in Monasterio quoque Casinensi monachos fuisse Canonicos probare sibi visus est ex Paulo Diacono in expositione Regulæ cap. 53. expositio enim illa non est Pauli Diaconi, ac proinde ex ea ad Monasterium Casinense argumentum duci non potest. Rectè tamen ad alias Ecclesias. Certum quippe est tum Romæ, tum alibi per orbem Christianum Cathedralium Ecclesiarum Canonicos fuisse Benedictinos; quemadmodum & Episcopos; inter quos afferendus egregius ille Anglorum Martyr Cantuariensis Archiepiscopus Thomas. Casinates etiam Monachos Canonicos esse Cathedralis Ecclesiæ Casinensis, aliunde alibi ostendemus.

(5) Simplicibus hic viris aliquem præfuisse Rectorem, Presbyterum quoque inter eos aliquem fuisse, qui Missas celebraret, confessiones audiret, Eucharistiam ministraret, à verisimilitudine non abhorret. Quis enim sibi persuadeat, Heremitas illos, quantumvis pauculos, quos tamen hic detinebat vitæ studium perfectioris, inordinate vixisse, & à sacris omnino abstinuisse, aut aliud ad ea participanda se contulisse? Videamus ergo num probabilis aliqua ducti conjectura ad hunc Rectorem investigandum pervenire possimus. In Codice 353. nostræ Bibliothecæ extat, inter alia, Chronologia quædam hanc præ se ferens Epigraphen. *Chronicon Langobardorum, seu Monachorum de Monasterio Sanctissimi Benedicti.* In cujus fronte ante Petronacem, legitur nudum hoc nomen, velut superinductum, Cyprianus, nullâ præterea adjunctâ notulâ ejus, neque sedis, neque qualitatis, quandoquidem Abbatum nostrorum series ab eodem ducenda erat

Tom. IV.

B

C

D

E

Petronace, à quo hujus Cœnobii solennis illa, de qua hic, instauratio facta fuerat. An igitur de nomine chronographus indicare voluit Rectorem simplicium illorum virorum, hic antea excubantium? qui Abbas non fuit Casinensis, propriè loquendo, ideoque notatus tamen ante Petronacem, sed nullo addito titulo, nec tempore, & fortassis hic ipse est Cyprianus ille Presbyter, de quo Petrus Diaconus de Vir. Illustr. cap. 7. qui sub Petronace Abbate in eodem Cœnobio Monachus factus, de Beati Benedicti Miraculis hymnum in ejus festivitate cantandum descripsit. Abdicata quippe qualicumque illa præfectura, in Cœnobialis tamen vitæ proposito manens, Deo, Divoque Benedicto ritè, & regulariter, novæ Congregationis se adjunxit sub Petronace, discipulus ex Magistro. Hymnum, de quo Petrus loquitur habemus in nostra Bibliotheca Codice 449. cujus initium.

*Aureo solis vadio perennis  
Hac die totus decoratur orbis  
Ut tuis, felix Benedicte festis,  
Clavio adstet.*

(6) Germana est hæc lectio scriptorum Codicum, cui concordat Regestum Petri num. 86. & expressè favet relatus pridem calculus Petri Diaconi, qui à direptione Langobardorum desertum mansisse hoc Monasterium tradit annis 130. clades enim illa, ut expositum jam est ad cap. 2. contigit non post annum 590. à quo per centum triginta annorum defluxum pervenitur ad Gregorium secundum, non usque ad Tertium: nisi Laureti somnia consectemur. Sed in re, tot sæculorum caligine pressa, tam diverso scriptorum calamo expressa, divinare licet, asserere quidquam non licet; quousque Oedipus aliquis Enigmata hæc dissolvat.

(7) Ad hæc Baronius tom. 9. anno 716. *Mirum dictu, quanta mox ex nova plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina Monachorum, & aucta ipsorum examina instar apum, quæ ex turgescentibus alveariis prodeuntes in diversa loca ad fetus multiplicationem volaverint!* Nam præter nobilium, & mediocrium frequentissimum cœtum, Petronaci eodem tempore dicto parentes fuerunt Reges duo Carolomanus, & Radvisius, hujusque conjux Thesia Regina, & Rarudæ filia, aliique Dynastæ.

(8) Ex Authperti fonte Leo hæc sumpsit: à quo prius hauserat Paulus Diaconus, nempe ab Authperto Abbate Sancti Vincentii in volumine, quo hæc descripsit apud Ughell. Ital. sacr. tom. 6. colum. 458. & seqq. non omnes tamen Germanos fratres fuisse, prodit Authpertus. Sed Paldo, inquit, ex uno, Taso verò, & Taro ex altero fratre sunt procreati. Langobardos origine fuisse ipsa nomina ostendunt, quæ illi genti consueta, ut apud Paul. Diac. est videre; sibi invicem successerunt in regimine Monasterii Sancti Vincentii. Primus Paldo ab anno 707. ad 726. & 11. Octobris; secundus Taro, qui minor cum esset ætate, præcessit in prælatura ad annum 729. & undecimum Januarii: Tertius Taso ad undecimum Decembris 739. omnes sanctitatis nomine celebres, ex chron. ejusdem Monasterii, Bollando, & Bucelino in Menologio.

(9) Quæ verba pridem ponderavimus. Distat hoc Monasterium à Casinensi duodecim plus minus passuum millibus; Crevitque ad amplissimam opulentiam, & Sanctitatem. Nunc undique solitudinem spirat, & horrorem, omni Monachorum cultu destitutum. Abbati tantum, ut vocant, Commendatario commissum. Omnia quippe orta occidunt, & aucta fenescunt, donec in nihilum, unde sunt, relabantur.

KK

tii juxta ortum Vulturini fluminis de propriis sumptibus construere (c) cœperant; cum essent potentes, ac divites, in ipso opere, tam per semetipsos, quam per suos (10) usque ad restorationem loci hujus plurimum adjuverunt. (11) Hic in Ecclesia Beati Martini, quam parvulam repperit, sedecim fermè cubitos auxit: ibidemque (12) absidam efficiens, (13) in honore Beatæ Mariæ semper Virginis, & Sanctorum Martyrum Faustini, & Jovitæ in ea altarium statuit, in quo etiam, & brachium unius illorum, quod secum de Brexia asportaverat, decenter recondidit. (14) In sequenti tempore Sanctissimus Papa

(c) cœperunt.

(10) Authpertus etiam hæc tradiderat, præterita Paulo Diacono. Hinc autem mutuus ille amor inter Monachos utriusque Monasterii à Leone descriptus infra cap. 32.

(11) Quæ fuerat templum Apollinis ex notatis cap. 1. & ex versibus Desiderii infra lib. 3. cap. 33.

(12) Et cap. 17. in *absida mediana*, & lib. 3. cap. 27. in *Absida mediana*, & cap. 28. *Absidam, & arcum*, & cap. 32. *Absida idest caput*. Reperies quoque aliis scriptum *Apsis*, commutata B. in P. sicut legimus ablinthium, & Apinthium, obsonium, & opsonium, nam Græcè *Apsis* per Pl. *Apsis* scribitur; est autem *Absida*, seu *Apsis* Fornix, concameratio, curvatura illa, quæ olim struebatur in capite Ecclesiæ, ducto erymo à Græco verbo, significante *ligo,necto*; quippe in omni curvatura, & fornice, sive arcuata figura, inquit Vossius, pars una alteri est connexa. Cassiod. lib. 4. var. Epist. 51. *Caveas illas saxis pendentibus absidatas*, hoc est concameratas, & in fornice curvatas. Italicè dicitur, *il Nicchio*.

Bollandus in onomastico primi Tomi *Absidam* interpretatur odeum ubi psallitur, & rectè quidem respiciendo recentiorum Ecclesiarum structuram, in quibus odeum (Chorum appellamus) struitur in sanctuario post altare in apice Ecclesiæ. At veteres odeum erigebant ferè in medio Ecclesiæ ante altare, ut videre etiamnum est in antiquis Templis, quæ extant. Quare *Absida*, seu *Apsis* non odeum antiquis erat, sed fornice curvatura post altare; & colligitur ex eodem loco, quem citat Bollandus in vita Sancti Gregorii Episcopi Lingoniensis primo tom. Jan. pag. 169. Tres enim in veteri architectura concamerati fornices in capite Templi statuebantur. Major in medio: minores duo lateraliter. Sub majori, & prope illum erigebatur ara maxima, minoresque aræ sub minoribus: eaque structurâ Desiderius Casinensem Basilicam disposuit lib. 3. loco citat. Petronax verò unam tantum *Absidam* Ecclesiæ Sancti Martini addidit, sub qua altare constituit in honorem Deiparæ, & Sanctorum Faustini, & Jovitæ, Brixianæ Urbis Patronorum. In quo etiam (subdit Leo) *brachium unius illorum, quod secum de Brexia asportaverat decenter recondidit*. Hanc sacram Cimeliam argentea inclusam theca hucusque servamus. Ubi obiter notandum non utique gregarium Brixianæ Civem fuisse Petronacem, qui tam nobile donarium à Patria obtinere meruerit.

*Apsis* interdum appellatur *Tribuna*, hoc est, *Tribunal*. ed quod ibi sedes Antistitis aut statuebatur, aut pingebatur. August. ad Maxim. *In futuro judicio nec absida gradata, nec cathedra velata adhibebuntur*. Damasus de munificentia Constantini *A tergo respicientem in Abside Salvatorem sedentem in throno*, & Petr. Diac. Infra lib. 4. cap. 129. *Judiciarias sedes in Absida capituli, ut bacæ nus in pictura cernuntur*. Tribunal enim propriè est sedes Tribuni, ut Papias exponit, hoc est *solum*, sive *locus sublimior ubi Tribunus jus dicit*; Quia cum elatius sit, scandi oportet, ideoque Augustinus *Absidas* appellavit *gradatas*.

(13) Et cap. seq. *Templum in Beati Petri Apostoli honorem convertens*, & cap. 10. *Ecclesiam in honore Sancti Michaelis Archangeli, & in*

A Zacharias, qui Gregorio successerat, plurima huic adjutoria contulit, libros scilicet aliquot Sanctæ Scripturæ, nec-non & (15) Codicem Sanctæ Regulæ, quam Pater Benedictus manu propria scripserat, (16) pondus etiam libræ panis, & mensuram vini, quæ olim inde, sicut supra diximus, sub Langobardorum invasione, Monachi fugientes secum Romam detulerant. Diversa etiam ad Ecclesiasticum ministerium ornamenta, nonnulla quoque ad diversas utilitates Monasterii pertinentia, illi Apostolica liberalitate largitus est. (17) Ab hoc etiam Sanctissimo Papa prædictus Abbas privilegium primus accepit, ut

B

descriptione Dedicacionis Ecclesiæ Casinensis, *Alteram verò, quæ ad honorem Beati Apostolorum Principis Petri fundata erat, Leo Episcopus Aquinensis divino nomini sacravit, & alibi, eidem loquendi proprietati insistens. Tempa enim, Basilicæ, & Altaria soli Deo legitime consecrantur, cui soli sacrificia offeruntur, cultusque Latriæ exhibetur, qui per Altarium, atque Templorum consecrationem demonstratur. Cæteris verò sanctis, quemadmodum sacrificia non offeruntur; ita nec Tempa, & Altaria consecrantur: sed Deo in honorem Sanctorum. Aug. de Civ. Dei lib. 10. cap. 4. *Sacrificium certè nullus hominum est, qui audeat dicere deberi, nisi Domino soli: & lib. de vera, & falsa Religione sub finem. Quare veneramus Angelos cbaritate, non servitute: nec eis Tempa construimus*. Lib. etiam contra Faustum cap. 21. *Nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificamus: quamvis in memoriam Martyrum construamus Altaria*. Hinc Leo Magnus serm. 7. de Nativ. ait, *Ipsam Beati Petri Basilicam uni Deo vivo, & vero esse dedicatam*. Quam legem secutus Paulus Quintus Pont. Max. Augustissimam Varicanam Basilicam, octavum orbis, nempe consummatissimum, supremumque miraculum, non Divo Petro inscripsit. Sed, *Deo optimo maximo in honorem Principis Apostolorum*. Quod quidem doctè, prudenterque expressit Leo noster, loco citato; cum ait; *Alteram verò quæ ad honorem Beati Apostolorum Principis Petri fundata erat, Leo Episcopus Aquinensis divino nomini sacravit*.*

C

(14) Hæc etiam ex Paulo Diacono, apud quem tamen non habetur, qui Gregorio successerat, nec quidem apud Adrevaldum Floriacensem lib. 1. de miraculis Divi Benedicti cap. 13. qui à Paulo certè sumpserat. Zacharias successit sanè Gregorio tertio, sed minimè Gregorio illi, cujus hortatu Petronax primùm venit Casinum.

D

(15) Diverso Codice ab illa, quam Beato Mauro abeunti tradidit. Qui codex demum Teani fortuito conflagravit incendio, ultimo tantum capite flammæ evadente, quod Casini servatur, in Philyra, ut reor, scriptum. Quod eo factum credo, ut antiquorum usum renovaret: tunc enim cum Sanctus Pater scribebat, jam diu chartæ usus præcesserat.

(16) Hæc non habuit à Paulo Diacono omissa etiam Adrevaldo.

(17) Autographum hujus Privilegii, tot seculis, discriminibusque temporum emensis, extat in tabulario Casinensi, & refertur in Regeſto Petri num. 2. Datum Aquini duodecimo Kal. Mart. Illud à Baronii, Boschii, Galloni que suspitionibus vindicatum, habes à Laureto in libello de existentia Sancti Benedicti in Monasterio Casinensi.

Et de effectu quidem hujus Privilegii dubitari non potest: ex eo enim tempore Monasterium Casinense nulli Episcopo, sed Apostolicæ tantum Sedi immediatè subiicitur; quin etiam Episcopali Jurisdictione gaudet plenissimè. Quam veritatem nihilominus, licet indubitam, non erit, puto, supervacuum historico tantum pennicillo delineatam hic exhibere: hoc enim nunc agimus: non in foro versamur.

EX-

## EXCURSUS HISTORICUS.

*Spiritualis Jurisdictionis Casinensis qualitas, & origo.*

**M**onasteria, toto Christiano orbe constructa, regulariter in triplici classe censentur. Quædam enim sunt juris Episcoporum, & de Diœcesi. Quædam sunt in Diœcesi Episcopali, sed non de Diœcesi, nam exempta. Quædam denique præter exemptionem à jure Ordinarii, habent proprium, & separatam Territorium, in quo suis subditis jura præscribunt, gaudentque in illos ordinaria potestate, & hæc appellantur, & sunt nullius Diœcesis, eo quod nec propriam habent Diœcesim, nec alienæ subduntur. Quod autem ex privilegio à Diœcesani jure subducta sint, & quantumvis proprium, & amplum obtineant territorium, non propterea Diœcesim ipsa constituunt, ex cap. licet 6. quæst. 3. ibi. *Territorium non facere Diœcesim, olim noscitur ordinatum.*

Casinensis autem Ecclesia in nulla prædictarum trium Classe, proprie loquendo, censetur: sed propriam, atque separatam habet Diœcesim, estque verus Episcopatus, quod illi prærogativa propria est, & singularis. Quod quidem dum assero, arrogantis invidiam non formido: securum me fecit August. lib. 4. contra Crescon. cap. 66. cum dixit: *Non est arrogantia, vel querere, vel asserere veritatem.* Quæ, ut sine supercilio audiatur, ex ipsis fontibus, liquidissimis argumentis, & rationibus est deducenda.

**A**b ipsis ergo primordiis nascentis, & adolescentis Ecclesiæ, Christianum totum orbem in varias Parochias, seu Diœceses fuisse partitum, singulasque singulis Episcopis attributas, constans est Authorum sententia, & traditio, sive Petro ea partitio tribuatur, sive Clementi, vel cuilibet, & in principalibus quidem Civitatibus constituti sunt Metropolitæ, in Minoribus Episcopi, qui in assignati sibi gregis vigilia excubarent, sub uno supremo, universalique Pontifice, ac Hierarcha. Ita ut nulla Christiani orbis portio relicta fuerit, quæ alicui Episcopo non fuerit attributa. Cum autem per ea tempora nulla essent adhuc Monasteria Regularium, hinc evincitur, ut postquam Religiosæ Domus erigi cœpissent, intra aliquam ex partitis Parochiis erectæ fuerint. Atque adeo omnia Monasteria in Diœcesi aliqua regulariter ab initio fuerunt; quamquam deinceps inde per privilegium ea contingerit separari. Hæc tamen separatio non constituit illis propriam Diœcesim, ut prædiximus.

**E**x his autem Diœcesibus, in quas primùm divisa fuit Christiana Respublica, unam extitisse Diœcesim Casinensem, & ratione probatur, & factis: & ratione quidem, cum enim Casinum nobilis tunc esset civitas, & præclara, frequentata civibus, & colonis, ut ex Strabone lib. 5. Varrone, & aliis disertè traditur, & à nobis jam pridem ostensum: quis ambigat tanto gregi Apostolicam vigilantiam non aliquem statuisse Pastorem? Cum & Atino minus celebri, aliisque finitimis oppidis Episcopus non defuerit. Idipsum verò luculenter ostendit facti auctoritas, authenticè comprobata. Actis enim Concilii Romani sub Felice tertio, non longè ante ætatem Sancti Patris Benedicti, subscripsisse reperitur cum Aquinate, Fundano, Capuano, Episcopus Casinensis Severus; cujus in hoc chronico celebris est memoria: ergo ante Sancti Patriarchæ huc adventum, jam tum Casinense territorium propriam habebat Cathedralam, Diœcesim, & Episcopum; quæ tria invicem referuntur.

**C**æterum, ingruentibus non multò post Gothorum Regis Theodorici armis, & in citeriori hac Italia, cujus dominio inhiabat, impotenter grassantibus, cum ferè omnes urbes, & oppida ille diripuisset, mœnibusque spoliasset, ut tradit Sabellicus *Ænnæad.* 8. lib. 4. tom. 2. barbari furoris, tyrannidisque, atrociores utique primitias experta est Civitas Casinatium, *Tom. IV.*

quæ occurrerat inter primas: fugatis populis, ædificiis, quæ dirutis, quæ incensis, ut vix, ubi fuerat, apparet. Atque hæc causa fuit, cur deinceps non inveniamus Episcopos Casinatibus constitutos: indeque factum fortassis est, ut vacuum possessionem sacrilegus Idolorum cultus occupaverit, nisi antiquior ibi fuerit ex primis Gothis.

**N**on tamen propterea Casinensis Diœcesis desinit Diœcesis esse, quantumvis Episcopo destituta: non enim superioris auctoritate id factum reperitur, sed casu contingenti, nec sine spe refectionis. Quæ duo requiruntur ad supprimendam Diœcesim ex recepta Doctorum sententia ad cap. *Pastoralis* 7. quæst. 1. & ex cap. *licet* 16. quæst. 3. quo statuitur, semel constitutam Diœcesim nulla posse ratione divelli.

**I**nterim calamitoso hoc rerum statu in Ecclesia Casinensi perdurante, Sanctissimus Pater Benedictus à Sublacensibus antris, divino monitus oraculo, Casinum demigrat, acceptaque à Deo immediatè, prædicandi potestate (ex D. Thom. opuscul. 19. cap. 4. Augustino de Ancona de Potest. Ecclesiast. & ex notatis ad Can. *Generaliter* 16. quæst. 1.) ut invalescentem jam hic superstitionem funditus extirparet, expiatisque Idololatriæ sordibus, hanc regionem vero numini conciliaret, Apostolicum hoc munus & per se ipsum, & per alumnos suos aded naviter, feliciterque Vir sanctissimus obivit, ut meritò Episcopalem potestatem in hac Diœcesi sibi præscripserit, posterisque tradiderit. Præterquam quod, munus ipsum Apostolicum, immediatè à Deo sibi commissum, fuisse videtur legitima investitura ordinariæ, & Episcopalis potestatis: non dissimili quippe titulo, & Apostoli, & Apostolici viri alii, Episcopalem nacti sunt in regionibus, quas Christo lucrati sunt, auctoritatem, nisi per Prædicationem, & conversionem ad fidem ex Can. *Placuit* 16. quæst.

**C**ui reali, ut sic dicam, investituræ, accessisse dicitur etiam verbalis, ex Actis Sancti Placidi apud Surium, cum ab oraculo audivit, *Surge jam, & vade ad Castrum Casinum, & populum ejusdem Provincia, qui adhuc Idolorum cultibus servit, meum ad cultum convertere stude, quia non te deseram, & confundam omnes adversarios tuos. Proficiscere Idolorum ad pugnam, confortare, & esto robustus, quia Castrum tibi tradam, & illic sedes nominis tui in perpetuum erit.* Quibus formulis, & Cathedralam, & Diœcesim eandem illi se commississe, non obscurè indicat Christus universalis Pastor, & Episcopus.

**E**t fortassis auctoritas visibilis Ecclesiæ Capitis minimè defuit. Certè non prohibuit, non impedivit, non reprehendit, ut qui eximiam viri sanctitatem, ejusque miraculorum penè quotidiana prodigia planè noverat, quorum fama, nedum Romanam Curiam, sed Italiam universam, & transmontanas Provincias jam impleverat. Neque vicini Episcopi quicquam in contrarium attentarunt, quod non accidit Sancto Abbati Æquitio, ut narrat Magnus Gregorius lib. 1. Dialog. ut proinde exploratum omnibus fuisse videatur, Benedicto hanc Provinciam à Deo esse commissam, cui nefas esset refragari.

**A**ccessit quoque Magni Tertulli Patricii auctoramentum, è cujus ditione Casinensis hæreditas in Benedictum transivit, ut constat ex ejus donatione in vetustissimo Regesto Sancti Placidi. Quæ verò tunc Principum Virorum esset auctoritas, testibus apud eruditos non indigebit.

**V**astato dein à Zotone, Langobardorum Duce, hoc sacro Cœnobio, quænam fuerit, totis centum & triginta annis, Casinensis Diœcesis miseranda conditio? conjectare possumus, nosse non possumus; nullo penitus ejus ævi historico nunc superstitè, cujus luce tot nobis caligo seculorum sublustris evadat; neque posteriores meminerunt. Scquens nihilominus Zachariæ constitutio satis probat, nequicquam Casinensi Diœcesi de originario, proprioque jure deperisse tempore solitudinis, cum integra, & invariata Petronaci à Pontifice adjudicata inveniat; neque cuiquam



usurpata. Etenim, cum divinæ demum placuit Bonitati, ex eadem gente, quæ Casinensi Monasterio cladem intulerat, Gifulphum excitare, cujus munificentia amplioribus, quam antea fortunis adauctum est: non minore animi magnitudine Pontifex Zacharias, & Gifulphi donaria confirmavit, & Apostolico privilegio Ecclesiasticis prærogativis Cœnobium cumulans, statuit, ut illud, cum omnibus Cellis suis ubicunque terrarum ab omnium Episcoporum ditone sit liberum, itaut nullius juri subiaceat, nisi solius Romani Pontificis. Quo indulto non ed respexit Sanctissimus Pontifex, ut Casinensem Ecclesiam nullius Diœcesis fore statueret, jam enim vera Diœcesis erat, neque ignorare id poterat summus Hierarcha, qui tum Casinensem Ecclesiam dedicaverat, tota Romana Aula comitatus: sed illud præcipue voluisse existimandus est, ut cum primaria domo, omnes quoque ejus Cellas ab Episcoporum jure, intra quorum Diœceses essent, immunes esse declararet. Si enim ante hoc Privilegium Casinensis Ecclesia sui Juris non erat: finitimo certe alicui Episcopo paruisset, titulo, vel præscriptionis, vel unionis, vel saltem usurpationis, quibus titulis specialiter, ac nominatim, & non per clausulas tantum generales, derogatum iri conveniens erat, ne lites suborirentur. Noverat ergo Pontifex Casinensis Ecclesiæ originariam libertatem, ejusque propriam Diœcesim, in qua nullus alius Episcopus invenitur jus aliquando dixisse: aut id attentasse. Verum, ut eadem quoque immunitate fruerentur omnes ejus Cellæ, quamquam intra alienas Diœceses constitutæ, generali diplomate id sancendum duxit munificentissimus Pontifex; nè aliquando contingeret dubitari. Et in hoc statu perduravit sacrum Cœnobium usque ad Joannem vigesimum secundum. Qui, ut tanto fidelium gregi, quem in Territorio Casinensi, sub optimo Abbatum regimine fecundaverat Altissimus, ea quæ sunt ordinis Episcopalis proprius Pastor, non alienus administraret, Episcopalis dignitatis titulo Monasterium honestavit, ejusque Ecclesiam in Cathedrali regularem crexit, antiqua Episcopali dignitate postliminio restituta. Integrum ejus Bullæ tenorem dabimus suo loco. Interim ex ejus verbis liquet.

Primo, non iterum Ecclesiam Casinensem in Episcopalem formaliter, ut ita dicam, & absolute, erectam fuisse à Joanne, jam enim erat Episcopalis, & nunquam auctoritate superioris suppressa, vel præscriptione alteri Episcopo acquisita: sed in Cathedrali erigitur Ecclesia ipsa Monasterii, ejusque Conventus Capitulum fore decernitur, nullo propter hoc illato detrimento antiquæ Ecclesiæ Casinensi ejusque Diœcesi; quæ semper in sua Episcopali originaria institutione permansit, idque roboratur ex iis, quæ, post reductionem Urbani, adducemus mox infra.

2. Apparet in hujusmodi erectione Pontificem non instituisse novam Diœcesim, non enim Castra, & loca Casinensia ab alia Diœcesi separavit, novoque Episcopo in Diœcesim attribuit: sed eadem loca, quæ usque illuc antiquæ Casinensis Diœcesis extiterant, recenti Episcopo assignavit, ut in illis, tanquam quibus alius Episcopus in propria Diœcesi, Episcopalia munia exerceret; ut patet ex verbis illius Bullæ. *Decernimus insuper, ut in locis singulis insignibus, & non insignibus, tam sitis in terra, quæ Abbatia Casinensis, hætenus vulgariter nominabatur, quæ in spiritualibus, & temporalibus; quàm etiam in locis vicinis terra prædicta, quæ in spiritualibus tantum Monasterio suberant memorato, quæque alterius Diœcesis hætenus non fuerant, & personis eorum præfatus Episcopus tanquam quibus alius Præsul in propria Diœcesi, &c. Jurisdictionem habeat, & exercere valeat in eisdem, & jam supra iterum: Incertis aliis locis, qui alterius Diœcesis non existunt, nec retroactis temporibus extiterunt, ex quibus Patet tertio, exploratum fuisse Pontifici, hujusmodi locos semper extitisse Diœcesis Casinensis, ideoque usum verbo correlativo, Alterius*

*non existunt, &c.* Alterum enim dicitur de duobus, quod ergo non est de altera Diœcesi, est de altera, hoc est Casinensi.

4. Notandum Pontificem in hac erectione nihil de novo conferre electo Episcopo præter ordinis Episcopalis prærogativam: ex quo liquidè colligitur, Abbatem Casinensem, antequam in Episcopum eligeretur, & quo tempore à Joanne electus est, habuisse in eis locis ordinariam, ac plenissimam juris dicendi potestatem, excepto ordine Pontificali, verba Joannis sic habent. *Idem Episcopus, sicut quondam Abbas, & Capitulum, & officiales prædicti, sicut prædecessores eorum similes omnino Jurisdictionem habeant, & exercere valeant in eisdem, & eo plus præfato Episcopo in eisdem locis, &c. competere debeat, quo in his, quæ sunt ordinis Pontificalis, & ministerium consecrationis desiderant. Largiorem Pontificibus, quàm inferioris gradus Prælati potestatem Sacri Canonis concesserunt.*

In hujusmodi Episcopali dignitate permansit Ecclesia Casinensis ab anno 1323. ad 1367. quo spatio novem Episcopi præfuerunt ( præter Odonem Patriarcham, qui fuit administrator post Inardum Abbatem ) inauspicato tamen, & infelici eventu, contra spem, opinionemque Joannis. Idque ob ingentes calamitates, bonorum, ac jurium usurpationes, & alienationes, quæ sub Episcopis acciderunt; ut patet ex literis Clementis Sexti, Innocentii item Sexti, & Urbani Quinti, quæ in Tabulario conservantur. Præter ædificiorum ruinas, terræmotu factas, quo magnificentissimum Desiderii Monasterium funditus corruit. Quamobrem Urbanus Quintus, Abbas olim Sancti Victoris Matiliensis, & ex eo gradu ad fastigium dignitatum præter morem evedus, inito statim Pontificatu, studuit Casinense Patriarchium depressum ac humi penè jacens erigere, & in avitum splendorem, quoad ipse posset restituere. Idque se facturum spondit, si, Episcopis abrogatis, Abbates iterum illi præficeret. Ergo, cum primùm opportunitas id perficendi sese obtulit, Angelo nimirum Urfino Episcoporum postremo decedente, Urbanus nostram Ecclesiam ad Abbatialem dignitatem, & ad illum statum, in quo erat, quo tempore in Cathedrali regularem à Joanne erecta fuerat, Apostolica auctoritate reduxit. Juvat ipsum audire.

*Urbanus Episcopus, &c. ad futuram rei memoriam &c. Considerantes, &c. quod Ecclesia Casinensis, &c. Monasterium, antequam in Cathedrali erigeretur Ecclesiam existebat, & per Abbatem dicti ordinis regi consueverat; & quod si ad Monasterium reduceretur, & per Abbatem reverteretur, ipsi Ecclesia, ejusque juribus magna proveniret utilitas, super his attentam meditatione, intra nos ipsos habita, & matura deliberatione subsequuta, de fratrum nostrorum consilio, & Apostolica plenitudine potestatis, præfatum Ecclesiam ad Monasterium, & Abbatialem dignitatem, & ad illum statum, in quo erat tempore, quo in Cathedrali Ecclesiam erecta fuit, ut præfertur, auctoritate Apostolica reducimus per presentes.*

Non, inquit, ad Abbatialem solum dignitatem, sed etiam ad illum statum, in quo erat antequam in Cathedrali regularem erigeretur. Quibus verbis ostendit, nullum præjudicium illatum fuisse, per hanc reductionem, Ecclesiæ Casinensi, quin originariis prærogativis gaudere in posterum quoque posset: sed ordinem tantum Episcopalem illi ademptum fuisse, cæteris in suo robore permanentibus; Diœcesi videlicet, & Episcopali jurisdictione, qua prius pollebat. Idque præterea duo maximè evincunt. Alterum, quod reductio facta est ad favorem, non in odium. Alterum est, observantia subsequuta. Nam post præfatum reductionem Summi Pontifices Diœcesim Casinensem agnoscunt. Bonifacius Nonus in suo diplomate ad Henricum Abbatem. *Personam tuam nobis, & Apostolica Sedi devotam paterna benevolentia prosequentes, & Monasterium tuum, ac Diœcesim Casinensem à solutione, præstatione, ac contributione*

*causamque decima absolvimus, & penitus liberamus, &c. decernentes irritos, & inanes omnes processus, & sententias, si quas contra te, & Monasterium tuum, & Diocesim predictam, &c. contra exemptionem nostram hujusmodi fieri contigerit, aut promulgari.*

**A** Accedunt alii Pontifices, qui disertis verbis, plenariam, ac omnimodam Episcopalem jurisdictionem in Abbate Casinensi enunciant, & supponunt, ac denique auctoritas Rotæ Romanæ in Sorana Beneficii 8. Martii 1627. coram R. P. D. Merlino, in qua decisum fuit Archivum Casinense esse publicum, authenticum, & celeberrimum in tota Europa, ut proinde fidem, & vim probationis attribuat scripturis, ex illo depromtis: & esse equiparandum Episcopali; eod quod *Ecclēsia Casinensis semper fuit Cathedralis, & Episcopalis, habuitque, & ad presens etiam habet Diocesim, ac Territorium proprium & Abbates omni tempore pariformiter (exceptis his tantum, quæ ab ordine pendent) jura Episcopalia, & jurisdictionem plenissimè exercuerunt, & exercent.* Quæ sententia executioni demandata fuit, transivitque in judicium.

**B** Hinc liber juramentorum, & taxæ Ecclesiarum, Cathedralium, compilatus sub Eugenio Quarto anno 1431. & renovatus sub Paulo Secundo Ecclesiam Casinensem numerat inter Cathedralē suffragantē Capuanæ Metropolis, exemptam tamen a jure Metropolitanī. Liber quoque Provincialis omnium Ecclesiarum Cathedralium universi orbis impressus Romæ sub Leone Decimo & iterum sub Paulo Tertio, sic legit. Archiepiscopus Capuanus hos habet suffraganeos Theanen. Calven. &c. Casinen. est exemptus.

**C** Et Augustinus Barbosa celebris Canonici Juris Consultus de offic. & potest. Episcop. tit. 1. *Episcopus Casinen. est Abbas Ordinis Sancti Benedicti, &c. Præter Rebuff; Quarant. & alios non inferiores notæ Doctores.*

Idque postremò conficitur, ac stabilitur ex praxi, & usu omnium Episcopaliū jurium, & facultatum, quas numquam interrupta ferie, velut quilibet alius Episcopus exercuit semper, & exercet.

Nam congregat Synodum, in eaque examinatores eligit.

Vacantibus Parochialibus Ecclesiis, concursus indicit, magisquē idoneos approbat, eligitque. Cæteris Beneficiis non curatis providet, sicut alii Episcopi.

**D** Ordines minores subditis suis tam regularibus, quam sæcularibus confert.

Pro sacris verbis ordinibus dimissorias epistolas expedit ad quemcumque maluerit Antistitem, vel pro illis in sua Ecclesia conferendis Catholicum invitat Episcopum.

Confirmationis Sacramentum eisdem suis subditis ministrat.

Visitacionis Episcopalis munera obit.

Commissiones Apostolicas tam Justitiam, quam Gratiā concernentes, per se ipsum, vel per Vicarium suum Generalem, executioni mandat, etiam quoad dispensationes matrimoniales.

In Canone Missæ Sacerdotes post Pontificem nominat Abbatē Casinensem, quod in vetustissimo quoque Missali Casinensi reperio, unā cum Papa nostro N. & Abbate nostro N.

**E** Seminarium in sua Diocesi habet, ac denique quæcumque de jure communi inferioribus Prælati non competunt, vel à Sacro Tridentino Concilio illis adempta sunt, Abbas Casinensis etiam post Concilium exercet; ut qui generalibus verbis *Prælatorum inferiorum* quoad Jurisdictionem, non comprehenditur. Ideoque cum Gregorius XIV. cognitionem causarum pro Ecclesiastica immunitate tuenda, solis Episcopis reservasset, exclusis inferioribus Prælati, quantumvis proprio Territorio gaudentibus: Casinensis nihilominus Abbas ejusmodi causas agnoscit intra cancellos cæterorum Episcoporum, ut ex literis Cardinalis de Florentia anno 1604. qui paulò post in Leonem Undecimum evasit, authenticè comprobatur. Hæc verò literæ in Archivo Casinensi

originaliter extant, & in facti contingentiā non rarè executioni demandatæ. Quin etiam cum nuper Theatinæ Præfecturæ Satellites violenta manu extraxissent ab Ecclesia Sancti Liberatoris quinque assertos delinquentes, incassum reclamantibus Monachis, Præpositus illius Monasterii P. D. Augustinus de Amicis Neapolitanus, auditor quondam meus, vir apprimè doctus, & in rebus gerendis non vulgari præditus dexteritate, atque industria, Vicarii Generalis auctoritate cumulatus, Canonicis monitionibus, indictisque censuris, Religiosos ejusdem Præfecturæ Ministros adegit violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ jurare, restituitis eidem Ecclesiæ prædictis delinquentibus, jam patibulo, præcipiti sanè sententia, adjudicatis; Quamobrem egregiam laudem retulit & Romæ, & apud nostros.

**A** Ad hæc Clemens Septimus suis Literis sub annulo Piscatoris Abbati Casinensi facultatem indulgit duos Presbyteros Casinensis Jurisdictionis actualiter degradandi, in hæc verba. *Dilecto Filio Abbati Montis Casini, &c. Tibi, qui omnimodam Jurisdictionem in dictos Presbyteros, & alios tui Monasterii Vassallos habes, ut convocatis in hoc, ac tibi adstantibus duobus Episcopis, aut uno Episcopo, aut uno alio Abbate tui, vel alterius ordinis, quos, & prout habere poteris, ad degradationem realem, & actualem ipsorum Gregorii, & Donati, illorumque Curie seculari dimissionem, & aliis prout juris fuerit procedere, in omnibus, & per omnia possis, & valeas, perinde ac si Pontificali dignitate fungereris, tibi Episcopi in numero à Canonibus diffinito presentes forent, ac in hoc tibi assisterent, plenam, ac liberam facultatem, & auctoritatem, auctoritate Apostolica tenore presentium indulgemus.*

Quibus omnibus ponderatis, Sixtus Quintus prædictam Casinensis Abbatis omnimodam Jurisdictionem Episcopalem, discussam à sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, eidem Abbati asseruit, quam Urbanus denique Octavus superinductis suis literis declaravit, & confirmavit, sic inter alia præscribens. *Hujusmodi supplicationibus inclinati, Dilectis Filiis, &c. Dataris, & Brevium nostrorum Secretorum Secretariis: nec non Cancellariam Apostolicam Regentibus, ac omnibus, & singulis aliis Dataris, Secretariis Brevium prædictorum, Cancellariis, Pœnitentiariis, & Camera Apostolica nostrarum Officialibus, caterisque ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, pro potiori cautela, & in executionem dictarum Sixti Prædecessoris literarum, districtè præcipiendo mandamus, ut ipsi post hæc quascunque, tam Justitiam, quam Gratiā, etiam quoad dispensationes matrimoniales concernentes, etiam in forma Brevis, ac in Forma significavit, & collationum Beneficiorum in Forma Dignum, & Gratiōsa; ac Commissionum, si in evidentem respectivè nuncupatorum, & absolutum, aliarumque similium gratiarum literas Apostolicas personarum infra scriptorum locorum, videlicet civitatis Sancti Germani, &c. quæ ut dictus Abbas asserit, ejus, & prædicti Monasterii Casinensis Jurisdictionis, & Diocesis existunt, eidem moderno, & pro tempore existenti Monasterii hujusmodi Abbati, sive ejus Vicario in spiritualibus Generali, & non alteri dirigant, decernentes ex nunc irritum, &c. Datum Romæ die 30. Maji 1639. Pontificatus nostri anno decimo sexto.*

Quas declarationes, & pro potiori cautela, liberales Summorum Pontificum concessiones, opportunum fuit renovari ob emergentes quandoque dubitationes. Cum enim Casinensis jurisdictione singularem quandam, ac propriam, alteri non communem, obtineat prærogativam dignitatis, facile est in dubium revocari à Juris tantum communis, & communium Privilegiorum consultiis. Quo etiam factum est, ut generalibus Cancellariæ Apostolicæ regulis insistentes, Casinense Monasterium appellent *Nullius*, cum planè Propriæ, & Episcopalis Diocesis, & sit, & appellari debeat; ejusque Prælati omnimodam

Epi-



ut hoc Monasterium (18) cum omnibus cellis sibi pertinentibus, ubicumque terrarum constructis, ob honorem, ac reverentiam Sanctissimi Patris Benedicti, ab omnium Episcoporum dictione sit liberum, ita ut nullius juri subjaceat, nisi solius Romani Pontificis.

Episcopalem Jurisdictionem, exceptis iis, quæ ad ordinem spectant, obtineat. Idque noscentes Excellentissimi Domini huic Regno pro Rege Præfetti, Regias Literas Abbati Casinensi directas, eodem, quo ad cæteros Episcopos titulo, & nomine inscribunt, nimirum *Episcopo Sancti Germani*.

Liquet ergo ex dictis, quamquam strictim, & compendiarie methode exaratis, spiritualis Jurisdictionis Casinensis excellentia singularis, amplitudo, & è suis deducta fontibus undecim jam sæculorum plenitudine firmata possessio. Nam de Temporalibus infra suo loco dissertabimus.

Constat præterea ex his, Ecclesiam Sacri Monasterii Cathedralam esse Episcopalem: Monachos verò Canonicos, ideoque Sancti Germani Ecclesiam non esse Cathedralam, sed Collegiatam insignem, ejusque Canonicos propterea loco decedere Monachis, cum hi Sancti Germani chorum adeunt in solemnibus Pontificalibus ab Abbate ibidem peragendis Epiphaniarum, Corporis Christi, & Sancti Germani festivis diebus, aut quoties opportuerit. Quemadmodum in publicis supplicationibus, in Synodalibus congressibus, & ubicumque conveniunt.

(18) Cellæ nomine veniunt hic Præposituræ, Monasteria inferiora, Grancæ, ut dicunt, principali Monasterio subjectæ, ut ex tota hac historia infra cap. 18. in *Ecclesia Sancti Martini, Cell. hujus Cænobii, quæ supra Vulcanum sita est*. Lib. 3. cap. 25. *Ne alicujus Ecclesia Episcopus, præter Romanum Pontificem non solum in nostra, ac principali Ecclesia, verum etiam in omnibus ubique locorum nobis pertinentibus Cellis, quamlibet ditionem usurpare quolibet modo præsumeret.* & lib. 4. cap. 70. *ut si quis hujus nostri Monasterii, vel Cellarum ejus, &c.* In vita Sancti Ramberti Archiepiscopi Bremensis apud Surium, Febr. *Imperator Ludovicus Cellam quandam, vel Monasteriolum (glossema, videtur Surii) in Gallis eidem Legationi attribuit, sæpè apud Monast. Anglic.* Hujusmodi Cellis, seu Monasteriis non Abbates præficiuntur, sed Præpositi, ex cap. 14. Libri tertii. Hoc tamen de more nostri Monasterii, nam aliis Cellis præficiuntur Abbas, Gregor. lib. 11. Epist. 4.

Interdum tamen Cella accipitur pro Monasterio indefinite 2. Dialog. cap. 33. *Manere extra Cellam nullatenus possum.* & cap. 21. *ante fores Cella, hoc est Monasterii, & cap. 9. habitacula ejusdem Cella.* Quarto etiam Dialog. *Ite, & eum de cella expellite*, ubi quasi exponens, subdit. *Expulsus autem de Monasterio præfatus Basilus.*

Apud Latinos præsertim Caronem de Re Rustica lib. 1. cap. 13. *Cella sunt Familias, servorumque habitationes,* & Columell. lib. 1. cap. 6. Ad hoc Cicero Philipp. 2. *Conchyliatis Pompeii peristromatis servorum in Cellis lectos stratos videres.* Vitruv. Lib. 6. cap. 9. *Ex una parte equilia, ex altera Ostiarum Cellas, & ibidem Cella familiaris, hoc est, famulorum, & servorum.*

Jovis Templum in Capitolio Cellam habuisse testis, est Val. Max. referens *Africanum non ante negotia obiisse, quam in Cella Jovis Capitolini moratus esset.* Apud Cicer. Philipp. 3. Legimus Cellam concordie. *Armatos in Cella Concordie, cum Senatum haberet, inclusit, & Philip. 5. Quibus in locis Cella pro Secretiori aliquo cubiculo, vel parte Templi accipi videtur, in quam prophanis ingredi fas non esset. Sic appellata,*

De adventu Gisulfi Ducis, in hunc locum, & concessione totius in circuitu terræ.

## CAPUT V.

(1) Gisulfus præterea junior, nepos (a) Luitprand Regis Langobardorum, qui (2) post Gotscalcum (3) Beneventanorum Dux extitit: (4) cum (b) per eos dies (5) in hanc Arcem Casini, quæ tunc Mello

VO-

quoddam angusta, & parvula. Hinc Monachorum nempe servorum Dei cubacula quia arcta, angusta, & velut servilia essent, appellata sunt *Cella*, Cassiano *Cellula*. Cænobitæ verò *Cellulani* Sidonius Apollin. lib. 9. Epist. 3. *de palæstra Congregationis heremitidis, & de Senatu Lirinensium Cellulanorum.* Ennodius etiam lib. 1. Epist. 3. *Pignorius Comment, de servis.*

Moritur Zacharias Pontifex anno 752. 15. Martii, cum sedisset annos decem, menses tres, dies, 9. origine Calaber ex magna Græcia: ut propterea Græcus appelleretur. Libros Dialogorum Divi Gregorii in Græcam linguam transtulit. Professione Monachus Benedictinus. Virtute invictus, Luitprandum Langobardorum Regem ad restituendum Ecclesiæ Romanæ patrimonium adegit. Cui inquit Anast. *omnipotens Deus tantam contulit gratiam, ut etiam pro salute populi Romani suam ponere animam non dubitaret.* Sanctitate demum insignis colitur in Fastis Benedictinis die prædicto, & in Martyrol Romano vigilantissimus Pontifex celebratur. Vide Bruelinum in Menolog. Ciaconium, Baronium, & alios post Anastasium Bibliothecarium.

## IN CAPUT V. NOTÆ.

(a) Luitprandi.

(b) per eos dies ingenti coadunato exercitu versus Romam pergeret, & in transeundo in hanc Arcem.

(1) De quo Paul. Diac. lib. 6. cap. 55. Junior dicitur ad differentiam Gisulfi Senioris, de quo idem Paulus ibidem cap. 2. obiit Gisulfus junior circa annum 762. Nepos fuit Luitprandi Langob. Regis, qui regnavit ab anno 718. ad 743.

(2) De hoc Duce idem Paulus ibidem cap. 56. & 57.

(3) Sic locutus sæpius etiam est Paulus Vvarnefrid. in universa historia Langobard. & Anast. Bibliothecarius in Sergio Secundo, ad quam normam apud eundem Paulum legitur quoque *Dux in Benevento, Dux apud Beneventum, Dux Beneventi, Ducatus Beneventanus, Beneventanis præfuit.* Idque, ut mihi persuasit, ex vulgi usu. Nam ipsi Duces, & qui Ducibus successere Principes tum Beneventi, tum ex diviso Beneventano Principatu exorti Principes Salerni, tum ex detruncato Salernitano enati Principes Capuæ, omnes scilicet origine Langobardi, & Duces, & Principes Langobardorum, quamvis novi illi exorti essent Principatus, indiscriminatim, nec sine æmulatione appellari voluerunt. Hanc ambiguitatem vitare volens idem, qui supra Anastasius, discrimen addidit, cum de Duce Gisulfo loqueretur in Joanne Sexto, dicens: *Gisulfus Dux gentis Langobardorum Beneventi, scilicet, ut illum distingueret à Duce Langobardorum Spoleti.* Idem tamen volebat utraque appellatio, sive Duces, vel Principes Langobardorum dicerentur: sive Principes Beneventi, vel Salerni, vel Capuæ.

(4) Per quos Petronax huic Monasterio initaundo post annum 720. incumberebat. Certum annum Leo non adjecit ex instituto à se more, ut in sequentibus patebit.

(5) Romam videlicet pergens cum exercitu. Quod Codex B. non omisit. Mutuatus est hæc Leo ex notulis illis, sive potius, dicam, ex chronico illo, rusticano, laciniiosoque stylo breviter descripto à nostro Abbate Joanne, hujus nominis primo, quod, ut observabam in notis ad Prologum, exhibet membranaceus Codex signatus num. 353. suoque operi condendo se adhibuisse, idem Leo testatur. Verba Joan-

vocabatur, ascendisset, atque juxta Corpus Sanctissimi Patris Benedicti tam religiosè prædictos Fratres in Dei servitio vivere repp-

risset, (6) divino tactus instinctu, (7) cuncta in circuitu, tam campestris, quam montana (8) eidem Patri Benedicto in scriptis con-

Joannis altiùs repetere juvat, ut ex continenti, nec in partes dissecto ejus sermone, liquidius utriusque narratio possit invicem comparari: Cujus uxor *Scaunipergera* nomine in urbe *Casinatium* in *Idolorum templo Beati Apostolorum Principis honore, Beataque scilicet Gloriosa semper Virginis Maria, nec non & Michaelis Archangeli Altaria* statuens, iconas, & ministeria, vel ceteris, ac optimis muneribus illustrans, & devota mente succedens memoranda reliquit. In ejusdem verò urbis *Arcem*, quo *Mello* dicitur, ubi decenter *Beati corpus Benedicti humatum est, isdem Gifulfus armipotens Dux cum conscendisset, tum divino tactus amore Beato Patri Benedicto cuncta in circuitu montana, & planiora conferens, & fixis donariis posteris habenda in perpetuum concessit, sed propter hostium irruptionem marcheos tantum ad incolarum tutamina dimisit. Ceterum ob laborum suffragia exercendum vicinis precepit, tam in seminibus, quam messium tempore Monachis obedituros. Hactenus Joannes, ubi Marcheos intellige Custodes limitum, ut infra cap. 20.*

De voce *Mello* plura *Martinius* in *Lexico Philologico*, ex *Hebræo Plenitudinem* significat juxta versionem *Septuaginta Interpretum. Arcem* quoque exprimitur prodit *Vatablus*. 3. *Regum* 9. num. 15. *Hæc est summa expensarum, quam obtulit Rex Salomon ad adificandam Domum Domini, & domum suam, & Mello, & murum Hierusalem.* Atqui 2. *Regum* cap. 5. eadem vox *Mello* ex *Hebræo* translata Latine est *Arx*, ibi, *capit autem David Arcem Sion*, quin etiam in loco citato *Libri tertii Regum*, ex contextu liquet *Mello* accipi pro *Arce*. Unde *Lyranus Fortalitia* ibi intelligit, ergo *Mello*, & *Arx* synonyma sunt, ut ipse *Leo* indicat, cum ait, *quæ tunc Mello vocabatur, ac si diceret quam nunc dicimus Arcem, Mello tunc vocatam.* Quod autem *Arx* appellaretur *Fanum* in culmine montis, & dein *Monasterium* ibidem constructum, locupletem restem habemus *Gregorium* in titulo secundi libri *Dialogorum* ex *Codice* vetustissimo n. 85. nostræ *Bibliothecæ*, ut observavimus ad eum locum.

*Paulus Diaconus* lib. 1. cap. 26. in editis sic habet. *His quoque diebus Beatissimus Benedictus Pater, & pius, in loco, qui Sublacus dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus abest, & postea in Castro Casini, quod Harum appellatur, & magna vita meritis, & Apostolicis virtutibus effulsit, ubi Harum alii legunt Clarum, quidam Avarum, non nemo Baurum apud Hortolium in thesauro Geographico, & Hæstenum in Vita S. P. Benedicti.*

Quid autem nomina hæc significant, nemo explicat, *Hara* quidem *Porcorum, Anserum, pecorumque stabulum* est *Varroni, Columella, Donato*, origine ducta à *Chaldæo* verbo, inquit *Martinius*, quod est *stercus, excrementum; Harum* verò, *Avarum, Baurum*, quæ portenta nominum? *Darius* sum, non *Oedipus*. Nihil fecius variantes, nulliusque, quæ prodatur, significationis, barbaræ tot voces, non levem mihi mendis suspicionem ingerunt; ut ab Authore scriptum in autographo fuerit *Arx*, vel *Harx*: cum *Liberiorum imperitia* ex *Harx*, prono errore, factum *Harum*. *Paulus* sanè post non multa, subdit. *Huc autem, hoc est in Casini Arcem perveniens, dixerat etiam, quod Harum appellatur, quasi de appellatione tunc usuali. Atqui tunc aliis omnibus appellatur Arx. Ostiensis etiam, qui à Paulo accepit, de voce Harum non meminit, sed ejus vice scribit Mello, quod est Arx, ut observavimus, neque Gregorius, neque Joannes Abbas, neque usquam alibi antiquorum aliquis Harum nominat, nec quidpiam significat. non ægrè propterea mihi persuadeo mendum*

in *Paulo* irrepsisse, & ex *Arx* corruptum fuisse *Harum* proximis characteribus x. & m. Jam hæc exaraveram, cum *Codicem Abbatis Joannis* attentius intuens, observo, verba *Joannis* initio prædicti sui *chronici* mutuata fuisse à *Pulo* loco laudato, ea verò sic habent. *Diebus Justiniani orthodoxi Imperatoris* (hoc prædixerat *Paulus* cap. 25.) *Beatus Benedictus Pater, qui Monachorum regulam instituit, & prius in loco, qui Sublacu dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus abest, & postea in Castro Casini, quod Arx appellatur, & magnis vita meritis, & Apostolicis virtutibus fulget, cujus vitam sicut notum est, &c.* ex *Paulo* eodem, ex qua *Joannis* lectione errorem in editione *Pauli* emendandum, quis ambigat? Indequè etiam corrigas illud. *Pius, in Prius*, cui responderet *Postea*. Incidi præterea post hæc in *codicem* 449. in quo referuntur versus *Pauli* in honorem *S. Patris Benedicti*, ab ipso subscripti prædicto *Capiti* 26. *Codex* verò sic præmittit. *Prologus Pauli Diaconi, & Monachi Casinensis in subsequentes versus de Miraculis Sanctissimi Patris nostri Benedicti.* Tum subdit. *Diebus Justiniani orthodoxi Imperatoris, &c. & postea in Castro Casino, quod Arx appellatur, & magna vita meritis, &c.* ut supra ad verbum. Nil ergo dubitandum de nostra conjectura.

Inter varias denique vocis *Mello* interpretationes, auctor mihi est *V. C. Camillus Peregrinus*, aliquando significare *chaos*, quare arguto, eruditoque dictione in præcos illos nomenclatores invectus videtur *Marcus Poëta* in *Carmine* de *S. Patre Benedicto*, cum canit.

Hunc plebs stulta locum quondam vocitaverat Arcem;  
Marmoreisque sacrum fecerat esse Diis.  
Quod tunc, si vero signasset nomine quisquam,

Tartareum potuit jure vocare chaos.

- (6) *Divino* affatu, instinctu naturæ bruta ducuntur, nam irrationalia non dicuntur proprie velle, sed instigari. *Scalig.* exercit. 307. in *Card.* cap. 4. Ideoque *Ostiensis* dixit, *divino instinctu*, ut distingueret à naturali.
- (7) Verè in circuitu, quod ex ipsa locorum descriptione clarè patet. *Amplam* aded regionem, quæ plura *Castella*, & oppida, nedum campos, & montes complectebatur, suo jure concessit *Dux Gifulfus*, qui *Ducatum Beneventanum*, præfenti *Regno Neapolitano* ferè parem obtinebat, *Soram* usque pertingentem, ut alii observarunt.
- (8) *Hujus scripti* meminit *Zacharias* in suo *diplomate*, & ex eo fines donationis describit. Hanc ipsam donationem suis privilegiis tum *Romanos Pontifices*, tum *Imperatores, Reges*, continuis dein temporibus probavisse, *Auctor* noster propriis in locis opportunè aperiet. Quorum autographa in nostro *Tabulario* custodimus, & in *Regeſto Petri Diaconi* in unum collecta leguntur. Quæ in re observandum, eos *Dynastas omnes*, ad quos horum locorum jus, & possessio videri poterat porissimum spectare, hanc donationem libenti animo firmasse; *Principem* scilicet *Beneventi Radelchim*, & *Siconolfum Salerni Principem, Beneventanum Principatum*, inter se æqua lance dividentes, ut tradit *Leo* infra cap. 29. & ex pacto ejusdem divisionis typis evulgato probatur, apud *Peregrin.* in *hist. Langobard.* pag. 85. ibi. *Præter Monasteria Sancti Benedicti, & Sancti Vincentii, quæ sub defensione Domini Imperatoris Lotharii, ejusque filii Domini Ludovici Regis sunt.* Accepit autem illud *Peregrinus* ex *Codice* nostro 353. sæpiùs laudato. Idem de more observarunt etiam *Principes omnes Capuani*, in quorum *Dynastia* procedentibus annis nostra hæc ditio concludebatur, ut hinc aperte liqueat, neminem unquam omnium *Dynastarum*, quos præmissi, hanc donationem

contulit, firmisque donariis in perpetuum eadem posteris habenda concessit. Per has videlicet terminationes, & fines. (9) Quemadmodum incipit ab ipso fluvio, qui dicitur Carnellus, & ascendit per aquam, quæ vocatur Bantra, usque in Rivum siccum, & sicut ascendit per ipsum Rivum usque in furcam Sancti Martini. Et inde ascendit per ferras, & vadit in montem, qui dicitur Cifinus. Et sicut inde pergit in Pefclum nomine Corvarum. Et qualiter vadit per ipsas ferras ad Furcam, quæ dicitur Popplu, & inde pergit ad lacum, qui vocatur Vitecus, & inde vadit ad Aquam fundatam, & ascendit in montem, qui dicitur de Sile; &

(c) capud.

(d) descendit.

(e) Ortiasa.

nem convellere ausum fuisse, quæ Divi Patris Benedicti meritis, post annos amplius nongentos, postque innumeras, ut sic dicam, Dynastiarum, & Principum hujus Italiae cis Tyberim luctuosas mutationes, inconcussa adhuc manet.

(9) Descriptio incipit a fluvio Carnello, hoc est à meridionali latere agri Casinatensis, & ejusdem descriptionis, & per orientalem oram Septentrionem versus, redit tandem, unde digressa fuerat, tanquam circino circumducta. At, quo pacto redire dicitur ad priores fines, cum incipiat à Carnello, desinat verò in Garilianum? Indigenæ non hærebunt, nempe qui sciant Carnellum ipsum esse Garilianum. Nam qui priscis Latinis appellatus est *Lyrus*, posterioribus seculis dictus est *Carnellus*, quam nomenclaturam retinet etiamnum, apud Soram, non tamen per universum, usque ad mare decursum idem nomen *Carnello* perseverat. In agro enim Sueffano non amplius *Carnellus*, neque *Lyrus*, sed *Garilianus* appellatur. Cujus denominationis ratio non illa est, quod ex aquis *Garis*, & *Lyrus* confluentibus misceatur (quemadmodum ex vulgi quisquiliis hausit, scripsitque in egiis Casinensibus eruditus alioqui noster Scipio, cujus auctoritate deceptus quandoque ego apud eundem ludebam) sed *Garilianus* dicitur ab adjacente *Massa Gariliana* in territorio Sueffano ad sinistram ejus ripam contra *Suium* Castrum. De qua *Massa* meminit *Damasus*, seu *Anast. Biblioth.* in *Silvestro*, cum sermonem instituit de *Donatione facta à Constantino Magno Ecclesie Sanctorum Petri, & Pauli Ostiensis*. Eamque *Malsam* possidet nunc, nec recenter, & sub eodem nomine, hoc sacrum Cœnobium intra fines *Villæ Laurianæ*, & *Sancti Crestensis*. Porro *Massam* vocarunt subantiqui scriptores, *Fundum*, *Prædium*, vel certam agri partem, culturæ aptam, ex *Lindebrogio* in *Ammian.* *Marcellinum*, apud quem lib. 24. legas *Massam Vetrernensem*, *Gregorium* etiam lib. 2. epist. 42. *Massa Varroniana*, & in *Massis Ecclesie Cassiodo.* lib. 5. *Variar.* ep. 12. *Massa Palentiana*. *Tertullus Patricius* in sua donatione, *Massam Teatinam*, *Massam Aprusensem*, &c. In legg. *Langobard.* sæpè. Hinc *Massarius*, qui *Massam* colit. An autem *Massa à Mansa*, consule notas in caput 18. lib. 4.

ostquam igitur *Lyrus*, seu *Carnellus* *Massam* illam *Garilianam* allabitur, nomen subit *Gariliani*, non verò ante illam. Ut propterea Auctor noster infra cap. 27. *Ecclesiam Sancti Andree*, quæ sita est ultra fluminum confluges, & citra *Massam prædictam*, describit prope *Carnellum*, ut intelligas etiam post confluentiam subsistere *Carnelli* nomen. *Carnellum* quoque nominat *Gordianus* in sua donatione.

Et sanè *Gani* Fluvii nullus antiquorum meminit. Nam *Varro* amnem *Casinatensem* vocat *Vinium*. Posteriores appellarunt *Rapidum*, vel *Lyrum*, de quo infra cum *Ostiensis*. *Leander Albertus* nominat *Omne*, quamquam nullo Auctore laudato. Fluvius alter, qui ab oc-

A vadit exinde (10) in (c) caput aquæ de *Rapido*. Et inde ascendit in montem, qui dicitur *Caballus*; & pergit in montem, qui vocatur *Rendenaria major*, & inde per ferras montium venit ad *Rendenariam minorem*, & qualiter inde directè vadit per pedes montium, qui vocantur *Freselona*; & pergit in aquam de *Mellarino*, & descendit per eandem aquam cum utrisque ripis, & vadit in parietibus de *Balnearia*, & inde vadit per locum; qui dicitur *Anglone*, & (d) ascendit ad *Furcam*, quæ dicitur de *Valle luci*, & quomodo vadit per ipsas ferras montium, & descendit ad *Petram scriptam*, & exinde ascendit ad ferras montis, qui dicitur (e) *Orticosa*,

B

cidente in *Rapidum* immittit, dicitur *Casinus*. Hoc etiam non omisso, quod ex *Gari*, & *Lyrus* commixtus *Fluvius Garilyranus* potius, quam *Garilianus* dici debuisset. Aliis à *Monte Gauro* deducunt nomen; sed minimè postponenda nostra derivatio.

Fluit autem *Lyrus*, inquit *Strabo*, ex *Apennini Collibus*, & *Vesino agro*, & *Minturnas in mare defertur*. Concinit *Lucanus* lib. 2. vers. 423.

— & *umbrosa Lyrus per regna Maricæ, Vestinis impulsus aquis*.

*Vesini Populi* supra *Pelignos* erant. *Fucinum* idcirco lacum his indicatum reor, nisi *Vesinam urbem* dirutam, ad ripam olim *Lyrus* positam, quis intelligat; quam quidam ad dexteram *Fluvii* locant, alii ad sinistram, ubi nunc traicitur fluvius sub *Castro Suo*.

*Maricis Dæ Templum* in ripa fluminis dictum accipe, non longè à *Minturnis*, urbe *C. Marii* latebris celebri, ex *Livio* lib. 77. & *Plutarcho* in *Mario*, de quo *Juvenalis*.

*Exilium, & carcer, Minturnarumque plaudes*.

*Et mendicatus villa Carthagine panis*.

*Augetur Lyrus* ab amne, cui nomen *Febienus*, nunc *Posta*, tum à *Melpha*; non longè à *Fregellis*, seu *Ponte curvo*, dein à *Peccia*, quæ Auctori nostro *Bantra*, vel *Vantra*, & demum à fluvio *Sancti Germani*, qui *Lyrus* jungitur in villa, hinc vocata *Junctura*. Tandem *Lyrus*, seu *Garilianus* in sinum *Cajetanum* se exonerat, prope locos, quos diù *Saraceni* infederunt, ut infra.

*Nobilis hujus Fluvii navigationem*, cum aliqui naves recipere possent, impediunt, tum lapidosi quidam scopuli circa veterem *Ecclesiam Sancti Antonii*, ultra *Mortulam*, tum maxime aquarum ipsius præceptis nimis alicubi rapiditas in declive. Ut navigari possent, sæpè desideratum: quandoque tentatum, irritum semper conatu. Neque tamen opineris, ingentes illas saxorum moles à *Berthario Abbate* in fluvium injectas, ut *Saracenorum*, apud ostia *Gariliani* tunc manentium, incursum fluviales impediret. Anilis hæc est fabella. Quippe longè ante *Saracenorum* incolatum prominebant in hoc flumine scopuli prædicti: nec illis tantum impeditur fluvii navigatio; sed ipsa fluminis præcipiti rapiditate.

(10) In vita *Sancti Willibaldi* apud *Bollandum* appellatur *Rapido*, sed manifesto typographi, vel amanuensis errore. *Rapido* est in diplomate *Caroli Magni*, relato à *Petro Diacono* in *Regesto* num. 107. *Ludovici Pii* num. 104. *Lotharii* num. 110. *chron.* *Atinense* apud *Ughellum Ital. sac. col. 300. Rivum Scuruli*, ubi nascitur *Rapido*. Fontes habet, (*Ostiensis Caput*) in rupibus supra *Castrum S. Eliæ*, quod ad sinistram relinquit, excurrens ad *Sanctum Germanum*, cujus mœnia penè lambit ab oriente, & meridie; ad *Portam Urbis*, idcirco vocatam *Porta Rapidi*. Fluebat olim sub area *Curie Casinensis*; Tum anno 1585. *Bernardus Abbas* in tres disiectum partes, triplici alveo illum fluere coegit, ne Urbi incommodaret. Nomen sibi fecit à *rapido cursu*; cum antiquis vocaretur *Vinius* ex laudato *Varrone*. Præcipua ejus laus est in *Tructis*, præsertim circa fontes, & *S. Eliam*,

E



tunc temporis habebantur. (14) Uxor etiam ejusdem Ducis Scauniperga nomine, (15) Templum Idolorum, quod antiquitus in Casino Castro constructum fuerat, (16) in Beati Petri Apostoli honorem convertens, Yconas ibi, & cætera Ecclesiæ officiis congrua ministeria in posterorum memoriam devotissima contulit.

donata quippe integra ei fuit cum servis, & ancillis, hoc est, ut ipsi quoque habitatores, & agrorum coloni cum familiis suis servirent Monasterio: tunc enim hujusmodi servitutis jus vigeat; & à Donatoribus transfuit ad Donatarios. Ex quo maximè fit, ut Monasterium pleraque nunc possideat, quæ Baronibus de jure communi non competunt. Nam præter jura Fluminum, & aquarum, Pontium, scapharum, Venationis, Piscationis, Molendinorum, dogariæ, & navigiorum, Portulanæ, Syclæ, possidet etiam jus decimarum, jus Prandii, jus, quod vocant Fidam, & Diffidam in herbis agrestibus, etiam agrorum, qui sub proprietate sunt Civium, jus Quartucii, jus Angariæ, & Parangariæ; hoc est, operas Personæ, & operas Personæ, cum ipsius sumptu; & alia.

Cùm enim Dominium haberet in universa, cùm postea servos, & ancillas suas, aut spontè libertate donavit, aut novo jure servitus antiquata fuit, & Colonis olim suis territoria possidenda dimisit, ea omnia sibi jura retinuit, quæ prædiximus, neque id novis possessoribus grave accidere potuit: cùm quicquid præterea Juris acquirerent, gratuito ipsis cederet ex voluntate donantis, cùm nihil antea possiderent.

Adde, quòd ferè omnia Castra hujus Abbatæ, & ipsa Sancti Germani Civitas, non à Civibus, sed à Monasterio ære proprio constructa fuerunt, & non semel instaurata in commodum colonorum, qui olim in agris habitarent; ut proinde licuerit, eas illis leges imponere, quas æquitatis ratio distasset, ideoque ab eisdem acceptatas, & diuturno usu firmatas: ut propterea quoties de his juribus Monasterium judicialiter postulatum fuit à Vassallis, toties causa eos cadere contigerit, & in expensis damnari.

Ergo à donatione Gisulfi usque ad nostram ætatem, continenti, nec unquam intercisa serie, per annos prope mille, Casinense Cœnobium universa circumquaque Abbatæ Civitatem, Castra, Villas, principali potestate moderatur, & jus quidem sanguinis, quod vocant *Criminale*, in his quoque olim exercebat, ut ex privilegio Henrici citato, à quo postea decessit primùm sub Carolo Andegavensi, iterum sub Aragonensi Alfonso: sed tribus tantùm in causis, ut Ferdinandus declarando fancivit. Cæterum alia quæcunque Baronalia & de Regalibus quædam jura penes Monasterium retinentur. Causas Civiles, & Mixtas in prima, & secunda instantia, statutis Juridicendo Auditoribus, & Ministris, plenissime cognoscit: & in Nundinis etiam Criminales. Leo etiam decimus Pontificatus anno 6. 1518. Neapolitano Proregi scribens, Jurisdictionem quasi Criminalem, veluti in causa turbata possessionis, & injuriæ illatæ spectare ad Monasterium testatur, & ait *id se optime scire*. Præter quod in Castris Cetrarii apud Calabros, Sancti Petri de Avellana in Comitatu Molisii, Serræ Monachorum in Aprutio, in Villa Sancti Gregorii juxta Aquinum, & in multis aliis Feudis, jus Capitis, & sanguinis, ac merum, mixtumque Imperium etiamnum absque contradicatore exercet. Quæ omnia in Regeſto Bernardi Abbatis distincta serie recensentur uno volumine, sparsim verò per hanc historiam.

Porro ab hujusmodi Jurisdictione decem jam seculorum vetustissima potestate, in qua Dynastarum nemo in Regno Neapolitano illi est comparandus, Abbas Casinensis ejusdem Regni *Primus Baro* audit ab omnibus, & habetur. Atque in Generalibus Regni Comitibus,

Qualiter factum sit Monasterium Sanctæ Mariæ in Cingla.

## CAPUT VI.

Hujus Ducis temporibus (1) quidam Sculdais Beneventanus, Saracenus nomine, (2) in loco, qui Cingla vocatur, terri-

to-

feu Parliamentis, universis Baronibus loco, & sententia præfertur. Cùm verò ad Comitatus ipsi non libet accedere, vices nihilofecius suas Principi cuiquam viro delegat per Rescriptum.

Hæc autem, quamquam egregia, nunc quoque, Casinensis nominis decora, ad antiquam ejusdem gloriam, splendoremque collata, velut umbra disparent, ea tamen, quoniam neminem, non planè hospitem in historiis, nescire crediderim, nihil attinet huc adferre.

(14) Non alio eam nomine appellat Joannes Abbas in suo chronico; unde Leo: At Paulus Diac. lib. 6. cap. 55. eam dicit *Cospirgam*: sed non multum abludit.

(15) Casini Castrum Auctori nostro hic est, quæ *Urbs Casinatium* dicitur à Joanne Abbate, ut discamus utraque nuncupatione antiquam Casini Civitatem demonstrari, quam ex Gregorio non in vertice montis, sed in decliviori ejus latere sitam ostendimus.

(16) Manent templi hujus vestigia ad orientem Casini veteris, infra ædes Capuccinorum. Abbas Joannes tradit Scaunipergam statuisse in hoc templo altaria in honorem Divi Petri, Beate Virginis Mariæ & Divi Michaelis. Quo apparet, primum altare, ac principale in honorem Principis Apostolorum statutum; ideoque templum in honorem Divi Petri conversum refert Leo, omisis duobus aliis altaribus minùs principalibus. Confer cap. 29. lib. 3. & lib. 4. cap. 8.

Ab hoc Divi Petri templo oppidum ipsum antiqui Casini, appellari dein meruit Castrum Sancti Petri ad Monasterium: retinetque adhuc, sub ruderibus, assumptum nomen.

### IN CAPUT VI. NOTÆ.

- (1) Regeſt. Petr. Diac. num. 172. & 173. *Sculdais*, vel *Scultbais*, vel *Sculdbais*, aut *Sculdafius* nomen est muneris, & officii forensis, Minor Judex, & pedaneus. Tabula in leges Langob. in quibus occurrit frequens. Rector loci, & Judex, qui imperium habet in legum transgressores. Paul. Diac. lib. 6. cap. 24. *Irruerunt latrunculi, subsecutus est bos Rector loci illius, quem sculdais lingua propria dicunt, vir nobilis, &c.* Leges Langob. lib. 1. tit. 9. lib. 16. *si quis scultais (alias sculdatium) aut Actorem Regis occideret, leg. 2. tit. 12. Tunc Gastaldus Regis, aut Sculdafius requirat culpam ipsam, & lib. 2. tit. 38. lib. 2. Si quis Judex, aut Sculdais, aut Saltarius, vel Decanus, medium de ipso pretio tollat Judex, medium Sculdais; ubi Sculdais sub Judice constituitur, Saltarius sub Sculdasio, Decanus sub Saltario; ut ex contextu liquet, dit. 53. lib. 14. De universali quidem populo, qui ubicunque justitiam quaesierit, suscipiat tam à Comitibus suis, quam etiam à Gastaldiis, vel sculdais, vel loci Præpositis, ex quo loco patet Sculdafium judicem esse, inferiorem tamen Comite. Consonat Otto secundus Imperator. Nullus Dux, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdasio, Gastaldio, &c. Germani Prætores vocant etiamnum *Sculterum*, seu *Scultetum*. Rodolfus Agricola in Boeth. de Consol. & Vossius de vit. ferm. Vide etiam leges Luitprandi Regis tit. 20. §. 1. & alibi. Hujus Saraceni meminit iterum, Petr. Diac. lib. 4. cap. 70. In Regeſto Petri num. 36. *Ego Aripertus filius Ariperti, qui sum sculdais habitator Civitatis Tarentina.**
- (2) Infra lib. 4. cap. 53. & 70. & in Codice B. lib. 1. cap. 52. ubi *Cingula* dicitur. Plures pro hac Ecclesia exortæ sunt lites cum Abbatissa Sanctæ Mariæ de Capua, de quibus Auctor noster infra, & Reg. S. Petri n. 48. & seqq.



torio Aliphano; Ecclesiam in honore Sancti Cassiani à fundamentis construxit: (3) eamque ex permissione præfati Ducis, cum omnibus, quæ ibi acquirere potuit, simul etiam

A cum omni ex integro substantia, & hæreditate sua, (4) præter servos, & ancillas, (5) quos omnes (6) libertate donavit, quoniam filium non habebat, in Monasterio Beati Bene-

(3) Exemplum Diplomatis Gisulfi Ducis extat in eodem Regeſto num. 173. Actum Alifis mense Augusto indiſt. undecima, quæ temporis epocha denotat Chriſti annum 743.

(4) *Servos à ſervando dictos, receptiſſima eſt etymologia apud Jurifconſultos, & Auguſtinum de Civit. Dei lib. 9. cap. 15. Eucherium in Geneſim lib. 3. cap. 46. Donatum in Adelph. Terent. Act. 2. Scæn. 1. Iſidorum lib. 9. c. 4. Servi, inquit, quòd bi, qui jure belli poſſent occidi, à victoribus ſervabantur, non quòd oporteret eos occidi, ut ait Donatus, ſed quòd liceret, nam ea res jure gentium licentiam, & impunitatem habebat. Prævalente tamen pietate, & commodo victoris, introductum eſt, ut loco necis ſuccederet ſervitus; & victus ſerviret victori, eoque Auguſtinus primo de Civ. Dei cap. 2. Gothos laudans, quòd ſupplicibus, & in templis confugientibus pepercerant: Quod, inquit, belli juri fieri licuiſſet, illicitum ſibi eſſe judicarunt.*

Malim cum Martinio, & Voſſio, à ſervando quidem ſervum ducere: non tamen quia ſervatur, ſed quia ſervat, & cuſtodit, ſervi enim eſt ſervare, & cuſtodire commiſſa à Domino. Plaut. Afinar. Act. 4. Scæn. 1. Tuus ſervus ſervat. Idque fulcitur: nam verbum ſervo, videtur eſſe ab eruo, quòd Græcè idem notat, inquit Voſſius; Niſi ſervus ſit ab antiquo erus: unde eritudo pro ſervitute apud Feſtum. Erus autem à Græco Eros, & hinc Eireon pro ſervitute, & captivitate uſus Homerus.

Ancilla nomen, qui ex Am, & Cella conſtatum putant, vix merentur, vix eorum ratio habeatur, inquit Voſſius. Melius Feſtus, qui geminum etymon ponit his verbis. Ancilla dicta ſunt ab Anco Martio, quòd in bello magnum faminarum numerum ceperit, ſive ideo ſic appellantur, quòd Antiqui Anculare dicebant pro miniſtrare, ex quo Dii quoque, ac Deæ ſervantur coli, quibus nomina ſunt Anculi, & Ancula. Hæc Feſtus, ſed extra controverſiam, ſubdit Voſſius, poni debet, Ancilla eſſe ab Ancula, quòd illud de Diis Anculis liquidò probat, erant enim bi Deorum quaſi miniſtri: dicti ab Anculare, hoc eſt miniſtrare. Servitii, & ſervorum nomina à Noè uſque temporibus uſurpata invenimus Geneſ. 9. Maledictus Chanaan, ſervus ſervorum erit fratribus ſuis.

Graviſſima olim erat ſervorum conditio, Dominorumque in ſervos poteſtas. Chriſtianorum verd ſervi mitius tractabantur Conſtitut. Apoſt. lib. 4. cap. 11. Dominus, qui Chriſtianum ſamulum habet, ſalvo ſamulatu, diligat eum, tanquam filium, & tanquam fratrem, præter fidei communionem. Seneca epiſt. 47. Vive cum ſervo clementer. Neque illicitum erat Chriſtianis ſervos habere. Nam & Abraham mancipia multa habuit: Cæterum creſcente religione, vix remanſit in Eccleſia ſervitutis veſtigium, præter quædam Jura Dominicalia. Quo autem tempore ſervitus, & ſervi aboliti ſunt, planè non conſtat: ætate tamen Bartholi Jurifconſulti penitus deſierant: ipſo teſte ad legem hoſtes de captivis, & poſtliminio reverſis, citatus à Genebrardo anno 1216. ſed tempore Oſtienſis nondum deſierant, infra cap. 29. iterum.

(5) Lege Fuſia Caninia vetabatur, in teſtamento manumitti omnes ſervos, præter duos, vel tres. Bene tamen inter vivos. Juſtinianus verd fancivit, ut & inter vivos, & in ultima voluntate ſervorum libertates indiſtinctè valerent, lege Fuſia abrogata. Cod. de lege Fuſia Caninia tollenda.

(6) Latinis dicta Manumiffio. Cujus ritus ſic deſcribitur à Feſto, litera M. Dominus ſervi, caput ejuſdem, aut aliud membrum tenens, dicebat, Hunc hominem liberum eſſe volo, & emittebat eum à manu. Hinc manumiffio. Perſius indiſt. manumittendum ſervum cir. Tom. IV.

cumagi ſolitum, manu Domini capiti impoſita. Sat. 5. Verterit hunc Dominus. Quæ circumactione dominium ſignari videbatur. Nam in manu habere, dominium ſignificat. In manu Domini omnes fines terra. Alapà etiam percutiebatur, ex Cornuto, & Iſidoro. Radebatur. Plaut. Utinam raſo capite bodie pileum accipiam. Pileo enim præterea donabatur, Corona, & veſte alba. Unde ad Pileum vocare, hoc eſt, ad libertatem. Livius, Poſtero die ſervi ad Pileum vocati, & carcere vinſti emiſſi. Extant nummi, à Romanis cuſi poſt exactos Reges, Pileo inſculpti, in ſignum vindictæ libertatis. Pileum autem accipiebant Manumiſſi in templo Feroniæ, ex Joſepho Scalig. in Feſtum. Refert Plutarchus in apophreg. Romanis, Lucium Terentium, nobiliſſimum Romanum, ſecutum fuiſſe triumphum Scipionis cum pileo in capite, tanquam libertum illius: eo quòd à Scipione liberatus fuerat, cum captus à Carthagenenſibus. Idem fecerunt multi Romani in triumpho Titi Quinctii, qui eos redemerat, victà Macedonià, ex eodem Plutar. & Livio.

Hinc licet obſervare, Priſcos Romanos pileo uti non conſueviſſe, ſeu galero, ſed nudo capite fuiſſe. Caput verd toga, vel veſte velabant. Turneb. Adverſ. lib. 8. cap. 8. ſervis exceptis, qui pileati. Et verd inter veſta marmora neque Deorum, neque hominum Romanorum ſtatuum ullam videmus pileatam. Unicus Mercurius à Poëtis fingitur, à Pictoribus pingitur pileatus, quòd Nuncius Deorum, ac Miniſter. Pileus tamen Mercurii latum habebat marginem ad umbram faciendam, quo pilei genere utebantur viatores, & peregrinantes; cæteri pilei ſine amplo margine ut ſervorum. Voſſ. de vit. ſerm. utebantur autem pileo ſervi, quia radebantur: cæteri Capillati.

Anulo quoque donabantur manumiſſi. Tertull. de Reſur. Interea manumiſſus à Domino, Prætori ſe ſiſtebat; Prætor autem vindicta, ideſt, virga, capiti ejuſdem ſervi impoſita, ita dicebat. Dico eum liberum eſſe more Quiritum. Tum licitor, acceptà à Prætorè vindictà, caput ſervi percutiebat, faciem palmà, tergumque verberabat. Quibus actis, nomen manumiſſi in Acta à ſcriba referebatur. Et hoc eſt, Manumittere per Feſtucam, ſeu per vindictam, hoc eſt virgam, Perſius Sat. 5.

Vindicta poſtquam meus à Prætorè reſeſſi. Et infra.

An Dominum ignorat, niſi quem vindicta relaxat?

Et in eadem Satyra.

Non in Feſtuca, licitor, quam jaſtat ineptus.

Plautus quoque Mil. Glor. Act. 4. Scæn. 1. Quid? ea ingenua, an feſtuca facta, ſerva an libera eſt? Aliquando hæc manumiſſio fiebat à Prætorè pro tribunali ſedente; quandoque in tranſitu, Prætorè, aut lavandi, aut geſtandi, aut ludorum cauſà prodeunte. Sigon. de Judiciis lib. 1. cap. 113.

Erant & alii manumittendi modi apud Romanos, nempe inter Amicos, per menſam, per Epistolam. Cæteram ſic manumiſſi ſervi ex lege Junia Norbana minorem aſſequebantur libertatem, infra cap. 10. legantur Cujacius, Briſſonius, Iſidorus, Martinius & Jurifconſulti paſſim.

In legibus Langobard. lib. 2. tit. 34. quatuor traduntur formulæ manumittendi, vel Per quatuor vias, vel per impans, hoc eſt per votum Regis, vel per ſacrum altare. Vel ſi Aldius factus eſt, nempe liber cum aliqua operarum, aut alia conditione, ut infra ſuo loco.

Et quoniam ſemel de ſervis, & de libertate ſermo incidit, non pigeat pauca ſubnectere de Mancipio.

Igitur Mancipis (unde Mancipium) dicitur, in-



nedicti (a) obtulit. Qui locus, cum oculis venerabilis Petronacis valde utilis visus fuisset, cum consensu, & maximo adiutorio ejusdem gloriosi Ducis Gisulfi, & Scaunipergæ uxoris ejus; construxit ibidem Monasterium puellarum Dei, ad honorem Beatæ Dei Genitricis, & semper Virginis Mariæ. Concessa insuper ibi à prædicto Duce Ecclesia Sanctæ Crucis, cum omnibus territoriis, & pertinentiis ejus, quam (7) Giselpertus noster Præpositus à quodam Abbate, Deus dedit nomine, cum consilio, & adiutorio ejusdem Ducis emerat. Necnon & aliis Ecclesiis, & Curtibus non paucis in circuitu, juxta quod monimina ejusdem Cœnobii continent. Quod videlicet Sanctæ Dei Genitricis Monasterium, annuente præfato Abbate, idem Dux Gisulfus tunc (b) confirmavit tribus ancillis Dei, idest (8) (c) Gausani Abbatissæ, Pancritudæ, & Garipergæ: quæ postpositis parentibus, & universis opibus suis, (9) peregrinari pro Deo in partibus istis elegerant. Eo utique tenore, ut quoad quælibet earum advi-

veret, loci ipsius regimen sine alicujus (d) contradictione teneret. Post illarum verò excessum, & potestas, & ordinatio ejusdem loci ad Monasterii nostri dicionem rediret. Eodemque tempore supradictus Dux (10) de territorio Gentianæ concessionem Beato Benedicto satis liberaliter fecit. (11) Iste Gisulfus cœpit ædificare Ecclesiam Sanctæ Sophiæ (12) in Benevento, quam, cum morte præventus, explere non posset, Arichis, qui ei successit, mirificè illam perfecit; ibique sanctimonialium Cœnobium statuens, (13) Monasterio Sancti Benedicti hic in Casino concessit, sicut in sequentibus ostendimus.

*Qualiter (a) Hæcarolus Rex Francorum hæc venerit, & de humilitate ejus.*

### CAPUT VII.

(1) **P**ER idem tempus (b) Karolus Magnus (2) filius Hæcaroli Regis Franco-

inquit Festus, quod manu capiatur, sed Martinus monet, legendum *capiat*. Mancipium enim dicebatur, qui aliquid à populo emerit in publica licitatione, quasi *manuceps*, quia manu sublata, significabat se auctorem emptionis esse, hoc est majorem pecuniæ summam spondidisse. Quare Publicani, qui, questus sui causâ, vectigalia redimunt, *Mancipes* vocantur.

Mancipium est ipsa Mancipis potestas, & jus; sicut *Dominium* est Domini; sumitur verò non solum pro jure, & potestate in rem, sed pro ipsa etiam re, in quam dominium, & potestatem habeo, ut propriam. Hinc *Res Mancipi*, & *Res ne Mancipi*: Illæ alienari possunt, hæc non possunt. Aliud enim est *ususfructus* rei, aliud *Mancipium*, seu *dominium*. *Mancipio* accipere aliquid dicimur, cum ejus rei dominium simul & usus nobis quæsitus est per emptionem, donationem, juris cessionem &c. & cum obligatione *evictionis*, & hæc alteri Domino tradere possumus, & *mancipio* dare, *Ususfructui* autem habere, est *usum*, sed non dominium habere. Arnob. lib. 2. adv. Gentes, *usu, & fructu illis est vita; non Mancipio tradita*, & Lucret. lib. 3.

*Vitaque Mancipio nulli datur, omnibus usu.* Neque enim vitæ nostræ Domini sumus, sed usufructuarii. Curius ad Ciceron. lib. 7. famul. Ergo *fructus est tuus; Mancipium verò illius*. Plaut. Curcul. *Quis tibi hæc dedit Mancipio, aut unde emisisti, fac sciam*. Consule Martin. & Vossium; aliosque Philologos, qui hæc Spartam exornarunt.

Atque hæc apud Antiquos servi, Ancillæ, & Mancipii, seu Mancipii acceptiones. Hæc manumittendi formulæ, & libertate donandi Quæ verò posterioribus invaluerint, communibus legibus concluduntur.

- (a) concessit.  
(b) concessit.  
(c) Gausanæ.  
(d) Contradictione quieto jure altera post alteram retineret.

(7) Regest. Petri num. 172. Hinc observa, Ecclesias tunc emi consuevisse. Infra cap. 34. 47. & sr. etiam viris laicis per libellum concessas, & jam mutatas cap. 53. & lib. 3. cap. 36. Locatas lib. 4. cap. 48. De iis igitur non aliter actum, ac de communi re fieri solet, scilicet quoniam bona earum, & redditus emebantur, concedebantur, locabantur.

(8) Regest. num. 174. in membranaceo scripto Codice apud Moniales Divæ Mariæ in urbe Capua hæc Abbatissæ hoc ordine, hisque nominibus recensentur, *Gausa, Aceltruda, Pancrituda*. Langobardas, vel Germanas fuisse, peregrina nomina ostendunt.

(9) Non enim ex imposta pœnitentia peregrinationem susceperant, ut lib. 2. cap. 24. sed

elegerant in partibus istis sua sponte peregrinari, hoc est, extra patriam solum degere. Cicer. pro Rabirio. *Peregrinari in aliena Civitate: non in tua magistratum gerere videre*. Est autem peregrinari, quasi multos agros peterrare. Multoties in sacra scriptura Peregrinatio est vita humana. Gen. 47. *Dies peregrinationis mea*. Psal. 118. *In loco peregrinationis mea*. 1. Petri 2. *obsecro vos tamquam advenas, & peregrinos*.

(10) Reg. num. 183. *Casa Gentiana*, aliàs vocatur in hac historia, est in finibus Liburiæ. Porro *Liburia* ea regio est, quæ non longè à lacu Patriæ, sita est in agro Cumano. *Campus Leborius* dictus Plinio: Græcis *Flegreus*. Nunc appellatur *Quarto*. Quamquam postea *Liburia* dicta sit tota ea agri *Campani* pars, quæ ab Acerris usque ad mare Clanio flumine irrigatur. *Peregrin.* in sua eruditissima Campania pag. 266. Auctor noster l. 2. c. 86. *In finibus Liburiæ prope lacum Patriæ*. Appellatur quoque terra *Leborina*, & *Terra Laboris*: Unde universæ Provincie nomen inditum, ex eodem *Peregr.*

(11) In Regest. Petri num. 37. legitur notitia quædam ad posterorum memoriam exarata à Leone nostro (ut ibi notatur) in qua de constructione hujus Ecclesiæ, rebusque aliis ad eam spectantibus, & de Gisulfo, qui eam excitavit, simulque perhibetur id ex historia Erchemperti depromptum, quod tamen invulgatis Erchemperti Codicibus minimè legitur.

(12) Beneventum à Diomede, ut dicitur, ædificatum, vel reædificatum annis 477. ante Romanam, *Malestia* primùm appellatum est, tum *Maleventum*, seu *Maluntum* à Græcis incolentibus. Verùm cum eo Romanorum colonia deduceretur, melioris ominis causa, ceptum est appellari *Beneventum* ex *Festo*. Livio etiam decad. 1. lib. 9. *Maleventum, cui nunc Urbi Beneventum nomen est, profugerunt*. Plin. lib. 3. cap. 11. *Hirpinorum Colonia una Beneventum, auspiciatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum*. Sic Sipuentum, Hydruntum, Tarentum. Dorico idiomate. Samnii primaria olim urbs fuit, & caput. Deinde Langobardorum Ducum, Principumque sedes, in qua diu imperarunt. Denique in Ecclesiæ Romanæ ditionem plenissimè cessit.

(13) Locutio vulgo jam cepta usurpari pro *Monasterio Sancti Benedicti constructo in Monte Casini*, idest, qui Civitati olim Casino iminebat.

### IN CAPUT VII. NOTÆ.

- (a) Karolus.  
(b) Karolus Mag.  
(c) Hæc deprompta sunt ex Historia Langobardorum, quæ continebat pleraque, non ab uno solo auctore descripta, ejus gentis monu-

eorum, amore cœlestis regni, regnum terrenum relinquens, Romam ad Beatum Petrum Apostolum devotus advēnit, seseque (c) eidem Apostolico tradidit. Quem præfatus Papa Zacharias (d) Clericum faciens; post aliquot dies huc eum ad Beati Benedicti Monasterium, Domino cum cæteris sub regulari magisterio servituum universis opibus suis

A transmissit. Ubi sub regimine prædicti Abbatis cum omni humilitate, & devotione Domino serviens, per aliquot deguit annos. (3) Non autem videtur otiosum, si quantæ humilitatis in Monasterio, quantæque obedientiæ idem Rex fuit, literis ad posterorum exemplum mandemus. (4) Denique præfatus Abbas cernens ejusdem Caroli fervere pro-

numenta, & præcipue Historiam cujusdam, Anonymi Salernitani, qui hæc ipsa ab Anastasio Bibliothecario in Zacharia ad verbum excrisperat. Juvat sic opinari. Nam Leo videtur Anastasium non agnovisse, certè, non adhibuisse, ut infra ad cap. sequens.

B Codex B. legit Karolus Magnus: sed manifesto amanuensis errore: nam Monachus hic noster Caroli Martelli filius fuit, frater Pipini, ac subinde Caroli Magni Patruus; qui Pipino genitus, infra lib. 4. cap. 112. Baron. tom. 9. an. 747. & omnes, neque scribendum Karolus Mannus, sed Karolomannus una dictione, immo Carlman, ut mox dicemus.

C Nomen Karoli in nostro, aliique non aded vetustis auctoribus scriptum invenitur vel per K. vel per H & C. ut inde sciamus mediæ ætatis scriptoribus idem valuisse tertiam litteram præcedente aspiratione, ac solum K. sic Karolus, Hcarolus. Karitas, & Hcaritas, ex quo ulterius conjectare licet, K litteram crassiori, & quasi aspirato spiritu, & sono, ac veluti gutturaliter tunc efferri solitam ex barbara dialecto; ideoque vocibus incipientibus per K, cum per C. scriberentur, præmixti, & præscribi voluerunt aspirationem, ut exilitatem soni tertie litteræ crassius pronuntiandam indicarent. Cæterum differentiam inter K. & C. Grammaticis nunc relinquamus, & promiscue utraque utamur, sicut pronunciamus. Kalendas enim, & Calendas indistinctè dicimus, & scribimus.

Eadè analogiâ Ludovicus scriptum reperitur Hludovicus, auctori nostro, & alii, præsertim verd in nummis Ludovici Quarti apud Guiliel. Choul de antiqua Romanorum Religione, ubi Hludovicus Imperator, nempe similitudine, quod L pinguiori spiritu efferebatur, indeque factum Clodoveus, significat autem Ludovicus (ut hoc obiter notem) virum præstantem populique perfugium, à Laud, quod est populus, & VviK. homo præstans. Tilius.

D At Carolomannus (quod ad nos attinet) Carlman ex origine pronuntiarum debere moner Scalig. exerc. 266. in Card. est autem Carl prisca vox, qua robusti, fortesque viri designabantur; ut idem sit Carlman, quod Andreas. At latiniore quidam, subdit Scalig. dum pro Carl, Carolum maluerunt, pulcherrimum, candidissimumque nomen, & quod iniqui non merentur; addita vocali, ad Turcarum significatum demigrarunt. Alii Carlman in Cæsariam transformarunt, quod ab eo tantum abest, quantum à vulgi delinatore Publicola magnanimitas Carlmani Teutonice tamen, aut alteri ultramarinæ dialecti non assuetis, pronum est in vocum exterarum depravationem prolabi, & si quandoque consultò id factum sit, scilicet ad mitigandam, & leniendam barbaram illam, ac duram dialectum.

E Tot enim consonantes in eorum vocibus paucis vocalibus complicatæ, ægrè à Latinoitalis efferri queunt, quorum idioma vocalibus abundat, ideoque molliùs, dulciùs, ac faciliùs. Rarè quippe Latini in una syllabaplusquam ingeminant consonantes (cum priùs neque geminarent) rariùs quadruplicant, rarissimè multiplicant, ut in stirps & in strigis. Qua ratione Italorum lingua, utpote Latine proximior, & in vocales ferè semper exiens, linguarum omnium pronuntiatu facillima est, atque dulcissima. Natura enim comparatum est, ut, quæ paucioribus indigeant organis, & instrumentis, promptius efferantur. Atqui vocales litteræ solo spiritus, vocisque ductu pronuntiantur: consonantes verd non sine ministerio præterea, vel labiorum, vel dentium, vel linguæ, atque palati; nunc lingua vibratur, nunc urgetur, nunc

refleitur. Idcirco, quod vocalibus abundat, idioma facilius: difficilius, quod consonantibus, & iis præsertim, quæ soni affinitatem non habent, ut accidit in vocibus Germanorum, & similibus. Ex eadem radice oritur, Hispanicum idioma gravitatem quandam, ac majestatem præferre, quod frequentius prima, & quarta vocali utatur, quæ notæ sunt magnificæ secundum Rhetores. Gallicum lenitate, & molitudine pollet, quia secunda, & tertia vocali abundat, quæ sunt exiles notæ. Italicum cunctis dulcius, quod vocalibus frequentioribus, & in fine ferè semper iidem terminatur. Germanicum verd asperum, ac penè barbarum, quod consonantibus scæter, quæ quidem gravitatem sermoni conciliant, dummodo non excedant numero, & compositione.

(2) Pater Carolomanni fuit Carolus Martellus, qui Regium titulum non habuit: sed Regiæ aulæ Majordomus tantum fuit. Appellatur nihilominus Rex, eo quod, licet Regio titulo, & corona non insignitus, Regnum administrabat: & quandoque sine alio Rege ab anno 737. usque ad obitum 741. sistenda hæc verba Pauli Diaconi lib. 6. cap. 16. Hoc tempore apud Gallias Francorum Regibus à solita fortitudine, ac scientia degenerantibus, hi qui Majoresdomus esse videbantur, administrare Regni potentiam, & quidquid Regibus agere mos est, ceperunt. Quippe cum cælitus esset dispositum ad horum progeniem Francorum transvehi Regnum.

Carolo Martello successerunt Carolomannus, Pipinusque filii, aliquandiu sine alio Rege. De his annales Bremenenses tom. 2. cæterique passim historici.

Carolomannus post insignes victorias de Bavaris, Aquitanis, aliisque populis repportatis, Regnosque quæsitos, Regio diademate deposito, cucullum induit Cæni. Hinc ad Pipinum fratrem legationem ex obedientia iit; ut ejus operâ Romanum Pontificem Langobardorum Regi Pipinus conciliaret, de qua tamen Legatione Aimoyneus lib. 4. de Gest. Franc. aliter sentit.

Veni, inquit, & Carolomannus frater Regis, jam Monachus factus, jussu Abbatis sui, ut apud fratrem suum precibus Romani Pontificis obstitet. Invitus tamen hoc fecisse putatur: quia nec ille Abbatis sui jussa contemnere: nec Abbas ille præceptis Regis Langobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat resistere. Sed cum res implicatior longius protraheretur, ex aula in Cœnobium quoddam Viennæ secedens, brevi morbo ibidem sublatus est.

(c) ejusdem Apostoli servitio mancipavit.

(d) Clericum ordinans.

(3) Ex Anonymo Salernitano universa hæc narratio excepta est, quæ Anastasio Biblioth. omiffa. Noster Leo inutilia amputavit: reliqua reddidit aptiora.

(4) Narrationis exordium auspiciatur à particula Denique, quam Grammaticæ leges itatuunt convenire post multa enumerata, non verd initio sermonis, quocirca videri potest insolens, atque barbarum. Hoc tamen dicendi schema frequentissimè usurparunt mediæ ætatis auctores. Idem noster lib. 2. cap. 93. Anselm. Cantuar. in Epistola ad Ernulfum. Gregor. Turon. in Hist. Franc. lib. 5. cap. 35. Anast. Biblioth. in Leone 4. Glaber lib. 2. cap. 5. aliique plures subantiqui. Quibus prævivere tamen paulò antiquiores, inter quos Florus lib. 1. cap. 16. omnium, ait, non modo Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania plaga est. Nihil mollius cælo: denique bis floribus vernat nihil uberius

propositum, volensque juxta tenorem Regulæ, ipsius perseverantiam, sufferentiamque cognoscere, sicut scriptum est: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt, temptavit illi curam paucarum ovium, quas habebat; injungere, ut cotidie scilicet ad pastum illas educeret, pascentes custodiret, pastasque reduceret. Quam ille obedientiam, ac si ex ore Domini, ferventer amplexus, satagebat cotidie, quæ sibi fuerant imperata, perficere. Post paucos dies, cum longiusculè pasceñas oves duxisset, subito quidam latrunculi irruentes, conabantur de ovibus illi commissis violenter abripere. Quibus Karolus constanter obvius factus, de ovibus, inquit, auferendis, quæ meæ curæ commissæ sunt, nullo pacto pro meo posse assentior, de me verò, quod Dominus vobis permiserit facere, non contendo. Illi autem perversæ mentis homines funditus eum expoliantes, cœperunt abire. Tum (e) H. Carolus pudorem pudendorum membrorum non sufferens, fœmoralia tantum sua violenter ab eis eripuit, cætera nolens contendere, patienter illos auferre permisit. Cùmque seminudus ad Monasterium reversus fuisset, interrogatus ab Abbate, vel Fratribus, rem gestam ordine pandit. Abbas verò, ut cognosceret, si patientiam, quam de foris ostendebat, gereret intus, cœpit eum vehementer increpare, eique tam segnitiam, quàm simulationem exprobrando obicere. Cùm ille nichil aliud ad omnia illa, nisi solummodo se peccasse, protestaretur. Jubetur ergo vestiri, & ad commissam obedientiam de consuetudine egredi. Revertente igitur eo quadam die, cum præfatis oviculis, cœpit una earum ægerrima claudicare. Videns ergo se propterea non posse ad (f) constitutam horam occurrere, eandem claudicantem oviculam humeris suis imposuit, sicque cum omnibus ad Monasterium rediit. Sed inter redeundum,

*rius solo: ideò Liberi, Cererisquo certamen dicitur, nihil hospitalius mari, &c. sanè clausula illa, Denique bis floribus vernat, in extremum locum rejicienda videbatur ex Grammaticorum præcepto. Non dissimili schemate vaticinium suum Ezechiel exorditur à particula conjunctiva &. Mysterium nihilominus ibi agnoscit Gregorius. D. Bernardo familiare est periodum inchoare à particula Denique.*

- (e) Karolus.  
 (f) constitutam sibi.  
 (g) Aistulfo.  
 (h) Hic regnavit ab anno 749. Frater fuit Ratchis, seu Ratchis, vel Racisi, seu Rachisii, de quo cap. seq. Moritur anno sexto, & mense quinto Regni sui: fulmine ictus ex Matthæo Palmerio: vel ex Apoplexia, ut alii referunt, dum aprorum venationi ardentius operam daret. Edicta Langobardorum in leges ordinavit. Duas filias habuisse Monastico Instituto, atque Sanctitate illustres, Eufrosiam, & Febroniam, quarum suasu Monasterium illis edificavit Papiæ, ubi nunc jacent in Ecclesia omnium Sanctorum S. Marini appellata, auctor est Stephanus Breventanus. De Aistulfo Paulus Diac. lib. 6. cap. 56. ejus tamen historia non excurrit ad Regnum Aistulfi, sed sistitur in Luitprando. Plura de eo apud Reginonem. Vide etiam Platinam in Paulo primo.  
 (6) 17. Augusti anno 755. quod omisit Leo, nec tradiderat auctor prædictæ narrationis. Tradidit Anast. Biblioth. Itaut Carolomanni mors in tempora inciderit Abbatis Optati, de quo cap. sequenti.  
 (7) Allegata læpidis Regum descriptio, Aureum, atque gemmatum appellat loculum, quod cum taceat Anastasius, hinc liquidius aperitur ex

oviculæ illius, quam gestabat in humeris profundi eum lutio contigit. Quod ille quondam præpotens, ille regali dignitate conspicuus, tantâ cordis patientiâ pertulit, tanta animi virtute toleravit, ut ne oviculam ob hoc depofuerit, nec alicui, vel modicæ quidem murmurationis verbum inde protulerit. Hoc, cùm Abbati ab his, qui cognoverant, relatum fuisset, admiratus nimium tantam tanti viri humilitatem, ac tolerantiam, & verè Dei spiritum in illo esse perpendens, præcepit, eum de cætero ab obedientia illa quiescere, & ibi juxta, hortulum, prout sciret, excolere. Postmodum verò (5) ab (g) Aistulfo Langobardorum Rege pro quibusdam rei suæ utilitatibus ad fratrem suum Pipinum Regem in Franciam ire rogatus, vix ægrè, Regi hoc annuente Abbate, profectus est. Ibidemque negotio, pro quo abierat impediante, aliquandiu retardatus, judicio Dei (6) defunctus est. (7) Cujus postmodum corpus idem frater ejus Rex Pipinus in locello aureo positum, cum multis aliis muneribus huc ad suum Monasterium retransmisit.

*Qualiter (a) Ratchis Rex Langobardorum huc ad conversionem venerit.*

### CAPUT VIII.

(1) **H**is quoque diebus Ratchis Rex Langobardorum ad capiendam Perusinam Urbem cum valido exercitu pergens, eam undique fortiter expugnabat. Ad quem prædictus Papa Zacharius profectus, multis precibus, ac monitis, multisque illi concessis donariis, ad sua illum redire coëgit. Cujus idem Rex munitionum sollicitè reminiscens, non multò post, divino afflatus instinctu, relinquens Regalem dignitatem, & gloriam, cùm jam per annos quinque, & sex menses regnasset, Romam unâ (2) cum uxore, & filia

alio, quàm ex Anastasio, hæc accepisse Leonem.

Nostrò ævo Carolomanni ossa sub Ara maxima inventa sunt in urna onichina.

De hoc Sancto Rege, & Monacho legendi Baronius tom. 9. pag. 186. & 211. Yepes, Bucelinus, Scipio, Bollandus ad 10. Febr. pag. 400.

#### IN CAPUT VIII. NOTÆ.

(a) Ratchis.

(1) Et hæc ex jam dicta historia Langobard, quæ ex Anast. petita sunt. Paulus Varnefrid. lib. 6. cap. 51. 52. & 56.

Fuit Ratchis filius Pemmonis Ducis Foro-Julienfis; fraterque Aistulfi, de quo ante.

Mortuo verò Aldeprando Rege, favore omnium Longobardorum, Ratchis tunc Foro-Julii Dux, in Regnum subrogatur anno 743. Vir, inquit Platina, omni laude dignus, sive vitam, & mores ejus ante Regnum, sive in Regno consideres. Paul. Diac. locis citatis ejus præcipuè strenuitatem, corporisque vires celebrat, quæ dotes in ea maxime gente, plurimi fiebant.

Inclytus tandem bello, & pace, cùm regnasset annos quinque cum dimidio, agente Dei spiritu, & Zachariæ Pontificis monita revolvens animo, clamydem cucullo commutavit, in Monachum attonsus, & Clericus factus ab eodem Pontifice, Casinum transmissus est, ex auctore nostro hic. Perr. Diac. lib. 4. cap. 112. & de ortu, & vita Justorum cap. 23. ex Bibliothecario in Zacharia, à quo accepit Anonymus præfatus, qui Leoni propinavit.

(2) Filia in singulari habet etiam Anonymus Sallern. Filis descriptio Regum, & Anastasius, nec aliter Luitprandus, uterque in Zacharia.

filia ad Beati Petri Apostolorum Principis limina, devotus advenit. Ibiq; à præfato Apostolicæ Sedis Præfule Zacharia comamatonfus, & clericus factus, Monachico etiam habitu simul cum uxore, & filia est indutus. Moxque ad hoc Monasterium Beati Benedicti, eodem (b) Apostolico transmittente perveniens, & sub regulari magisterio instituendum se tradens, post religiosam fati, ac Deo placitam conversationem, (3) ibidem vitæ finem sortitus est.

(4) Extat in hodiernum diem vinea fati Monasterio vicina, quæ vulgò vinea Ratchi vocatur, quam eundem Ratchis, & plantavisse, & incoluisse nonnulli nostrorum existi-

(b) Apostolico dictante.

(c) deficit *Liuspr. Reg. Langob.*

(3) Ex descriptione prædicta Regum Langobard. cujus auctor perplura de his prætergressus, amandavit tandem Lectorem ad Pontificale Romanum, hoc est ad Romanorum Pontificum vitas, ab Anastasio elucubratas, quarum lectione destitutus noster Leo, reliqua de Ratchis Rege jam Monacho, Anastasio sanè enarrata, prætermisit, ignorans se prætermisisse. Ergo Casini vitæ finem sortitus est Ratchis ex vetustis auctoribus. Quamobrem fabulantur Jacobus Guala, Sephanusque Breventanus scribentes, Ratchis initiatum fuisse Monastico instituto apud Monasterium, ab ipso Rege constructum extra mœnia Ticini, in loco, qui nunc Sanctæ Mariæ ad Gaccias nuncupatur, estque intra muros urbis, ibique vitam religiosè traduxisse, mortemque obiisse, simul cum uxore, & filia, quam vocant Epiphaniam, ibidemque demum sepultum. Nam quod Ratchis, cum adhuc Papiæ regnaret, Cœnobium illud fundaverit, non repugnaverim. Cæterum, nullo adhibito veterum scriptorum testimonio, sola, ut opinor, Monasterii illius constructione seductos, alia pro arbitrio comminisci, insolens est audacia.

(4) Ex antiqua nimirum traditione.

Vineæ hujus nullum, supra solum, post tot secula extabat nostro ævo vestigium, situs tantum ex appellatione retenta, monstrabatur sub occiduo Monasterii latere, in aprica vallicula, cui prærupta ad Austrum, & ortum imminet rupes, dicta *Il Murrone*.

Ego, Sanctissimi Regis, & Monachi religione ductus, vetustatisque eruderandæ genio, quærere aggressus omni industria sum, atque momimine, si fortè succederet clariora ibi indicia invenire, quibus antiqua traditio illustraretur. Quare excisis circumquaque agrestibus arboribus; dumis, vepribusque densissimis, quæ succreverant, quæ combustis, quæ item averruncatis, effossa non uno loco, durissimâ glebâ, tandem repertæ sunt in latere boreali substructiones, fundamenta, aliaque præcæ fabricæ rudera, quam Regius vinitor, læptro in battillum, lancea in falcem conflata, aula regia in tugurium commutata, habitasse, non perperam credi potest. Ad instaurandam ergo devotam hanc, & penè antiquatam memoriam, conteri ibidem Vineam postliminio curavi, pomiferisque arboribus distingui, atque sepiri: & è regione vetustæ fabricæ ædiculam in honorem Sancti Coloni supra tumulum, seu colliculum erigi, additâ domunculâ in usum agricolæ.

Piissimi autem hujus Principis ossa ubi nunc jaceant, post Cœnobii tot clades, & ruinas, ille solus novit, cui nihil absconditum. Audio à senioribus nostris, in jaciendis fundamentis moderni Cœnobii, quemadmodum in ædificanda nova Ecclesia vidimus, sepulchra perplura inventa fuisse, & ossa defunctorum, quæ nullo signata nomine, intacta relinquere, visum prudentioribus fuit ad religionem pertinere.

In legibus Langobard. Ratchis non una lex refertur, lib. 1. tit. 9. lege 26. tit. 27. l. 8. & lib. 2. tit. 35. l. 10. tit. 56. l. 17.

Illud potremò non omiserim, æneam illam

mant. (5) Uxor verò illius nomine Tasia, & filia Rattruda, concedente, & adjuvante præfato Abbate, Monasterium puellarum non longè à Casino, in loco, qui Plumbariola vocatur, propriis sumptibus extruxerunt, multisque ditatum opibus, ibi sub magna cautela, & districtione regulari vitam agentes, ultimum diem clausurunt. (6) Fuit autem prædictus Abbas sextus à Beato Benedicto (7) Temporibus Imperatorum Leonis, (8) & Constantini, (9) & (c) Luitprand Regis Langobardorum, (10) Romanorum verò Pontificum, Gregorii, & Zachariæ, (11) & Gregorii Beneventani Ducis, atque præfati Gifulfi junioris, qui (12) cum præfuisset huic

Mo-

colossicam statuam, quæ Baruli in Apulia prostat in foro vulgò *Arachio* dicta) non Eraclio Imperatori, ut imperita plebs jactat notioris nominis affinitate delusa, sed Rachi nostro erectam fuisse, de quo vide Beattillum.

(5) Eò respexisse Petronacem reor, ut antiquam recordationem Divæ Scholasticæ, quæ ibidem habitaverat, renovaret. Repere notata à nobis in cap. 33. 2. Dialog. Gregorii.

Quod ait Leo *Non longè à Casino*. Non de Civitate, sed de fluvio ejusdem nominis accipiendum, habes in cap. 1. lib. 2. de his, & aliis, huc spectantibus, vide Anonymum Salern. & Anastasium.

(6) Nam Bonitus Quintus, sub quo vastatum Monasterium, non habuit deinceps hic sedentes Prælatos, usque ad Petronacem, Cyprianus quippe, de quo alibi, Abbatis dignitatem non obtinuit.

(7) Tertii, Isaurici, Iconoclastæ, qui imperavit ab anno 717. ad 741.

(8) Scilicet *Copronymi*, hoc est, *stercorarii*, quia dum baptizaretur, certo præfagio futuræ suæ impietatis, sacrum fontem stercore egesto, fœdavit, ut Theophanes, Zonaras, & alii Græci historici affirmant. Ejus Imperium ab anno 741. ad 775. pervenit.

(9) Qui Regnum suum produxit ad annum 743.

(10) Hic locus intactus evasit ab imperitorum Librariorum audacia, qui non, ut fecerant cap. 4. addiderunt Papæ Gregorio notam Tertii. Petronax autem æqualis fuit, quod patet ex dictis, utriusque Gregorio secundo, & Tertio, atque hujus successori Zachariæ. Leo itaque absoluto nomine Gregorii, ut ibi etiam fecerat, secundum demonstravit; meminitque primi, & novissimi Pontificum, qui vixerunt ætate Petronacis: eundemque servavit morem paulò post, recensens Duces Beneventi, Petronaci cœvos.

(11) Omittit Godescalcum, qui inter utrumque præfuit Benevento; memoratum Paulo Diacono. lib. 6. cap. 56. & aliis nostris Codicibus: non imperitia deceptis; sed paulò ante exposito usus consilio.

(12) Sic scripserant uterque noster Librarius; quam lectionem tanquam germanissimam, retinendam censemus. Non tamen adverterant, Petronacem, secundum hunc calculum, non sub Gregorio Tertio, sed sub secundo ad hoc Monasterium instaurandum accedere oportuisse. Quod quidem advertit Lauretus. Sed omnia ad suum captum confingens, postquam annos Christi, per quos Petronax hanc instauracionem aggressus fuit, currupisset, audaces etiam manus admovit ad ejusdem sedis tempora deformanda. Verùm nec ipse imposturam tam callidè celare valuit, quin oculis non somniculosus appareat. Quandoquidem intactum reliquit, parem fuisse Petronacem Beneventano Duci Gregorio, cujus tempora ad Papæ Gregorii secundi annos, Pauli Diac. accedente auctoritate, lib. 6. cap. 55. & 56. velit, nolit, referre oportet. Nam Dux Gregorius præfuit ab anno 722. ad 729. per quod spatium sedit Gregorius secundus Pontifex; qui obiit 731. Ita verum est, curtum fallitatis amictum, totam usquequaque veritatem tegere numquam posse.

Dux nomen olim fuit officiale: deinde honorarium:



Monasterio annis triginta duobus, defunctus est II. Nonas Maji, & sepultus in porticu juxta Ecclesiam Sancti Martini.

(13) Optatus Abbas septimo loco à Beato Benedicto ordinatus, sedit annis decem. Hic fuit temporibus prædicti Constantini Imperatoris, & Leonis filii ejus, & præfati Ducis Gifulfi, (14) & Stephani Secundi Papæ. (15) Quo videlicet tempore Aistulfus Langobardorum Rex, & Ravennam cepit, & Romam per tres menses obsedit. (16) Qua de causa

rium: mox feudale; & hæreditarium. Consularibus seculis Imperator dictus est. Sed arrogato Imperatoris titulo primùm triumphantibus, demum Cæsaribus, exercituum Præfati Imperatores parcius, Duces communiter dicti sunt, ex Spelmanno.

(d) HCarolum, & Karolmannum.

(e) Vicaris.

(13) Lectio est constans utriusque scripti Codicis. Lauretus insistens conficto à se calculo, edidit *annis quatuor*. Alii Optato dant annos quinque, suspicantes notam V. in X. agnato errore transivisse; & quidem Ostiensis contemporaneum illum facit Stephano tantum, cum debuisset Paulum etiam adnotare, si decem annis præfuisset Optatus; sed consule Peregrinum in serie Abbat. Casin.

(14) Imo Tertii, nam Stephanus Secundus obiit ipso creationis die, ideoque à multis in serie Pontificum non computatur. Et Tertius illi immediatè subrogatus appellatur secundus, quam numerationem sequuntur in successoribus ejusdem nominis. Tertius verò Stephanus sedit à die 30. Martii anni 752. ad 757.

(15) De bellis Aistulfi, qui frater fuit Ratchis, ut supra, passim scriptores. Pipinus verò paulò post Ravennam, aliasque Urbes Aistulfo abstulit, & in jus, ditionemque Apostolicæ Sedis redegit, ut mox infra.

(16) Fratrem Carolomanni, de quo præcedenti capite.

Excidit Leoni nostro solemnibus illa legatio, quam Abbas Casinensis, unà cum Abbate Sancti Vincentii ad fontes Vulturini, jussu Papæ Stephani ad Regem Aistulfum suscepit; in descriptione postremorum Regum Italiæ enarratam, & ab Anastasio Biblioth. in Stephano, non omittam. Tempus sedis Optati Abbatis, traditum à Leone, exigit, ut præscripta legatio Optato sit tribuenda. Cui pariter in Chronico præfati Monasterii Sancti Vincentii, disertè ascribitur, simulque perhibetur Optati collegam fuisse Abbatem Sancti Vincentii, qui nomine dictus est Anno. Ital. Sac. Ughelli. tom. 6. col. 474. ubi *Annonem leges Atonem*.

(17) Et infra cap. 12. Beato Petro, ejusque Vicario Domino Paschali. Herchemp. num. 13. *Deus dedit Beatissimi Benedicti Vicarium, & num. 29. à Vicario Beati Benedicti totidem numos accepit*. Cyprian. lib. 2. Epist. 13. loquens cum Stephano Romano Pontifice. *Qui Vicarius, & successor eorum factus es. Bulgarorum Rex apud Anastasium in Adriano. Omnes primates, & cuncti populi Bulgarorum terræ cognoscant ab hodierno die me servum fore post Deum Beati Petri, & ejus Vicarii, hoc est successorum ejus*. Anonymus Beneventanus num. 7. apud Peregrin. *Stephanus Vicarius Apostolorum*. Ipsi quoque Romani Pontifices Divi Petri Vicarios se appellare amaverunt. Vigilus ex Anast. Biblioth. & Joannes 8. Epist. 63. 85. & 86. Bonifacius Legatus Apostolicæ Sedis, in Epist. ad Archiep. Guthbertum. Ad quem locum Baronius anno 740. num. 5. *Sic usurpatur, inquit, vox ista, Vicarius, usu loquendi illius temporis, quò loco Petri, Christi vicem Papa gerat in terris*. Probasset magis nostri Cantuariensis Thomæ phrasim. lib. 5. Epist. 92. *Auctoritate, quam successorum Petri, & Vicarium Christi decet*. Mihi hæc Vicarii appellatio non absque ratione ab antiquis usurpata videtur. Et primùm omnes tunc Episcopi dicebantur Christi Vicarii, quoniam, ut testatur Gorfrius Vindociensis opusc. 10. *Christi creden-*

A prædictus Pontifex Franciam ire compulsus est ad excellentissimum Regem Pipinum, à quo cum magna gloria, & honore receptus, eundem Pipinum, & duos filios ejus (d) Carolum, & Carlomannum, unxit in Reges Francorum. (17) Fecitque idem gloriosus Rex unà cum prædictis filiis suis promissionem, & concessionem Beato Petro, ejusque (e) Vicario de Civitatibus, ac territoriis Italiæ (18) per designatum confinium. (19) Alunis cum Insula Corfica. (20) Inde in Su-

ria-

B *tur agere vices*. Ergo, cum Summum Pontificem appellabant Vicarium Petri, indicare forsitan voluerunt, non ea tantum, quæ cæteros Episcopos, sed speciali, & suprema illa, qua exellebat Petrus supra omnes Episcopos, Romanum Pontificem prærogativa dignitatis antecellere. Ideoque, non *Vicarius Petri*, tantum; sed *Vicarius Sedis Apostolicæ* dictus legitur Leo Tertius in Concilio Romano apud Anast. in ejus vita. Deinde *Vicarium* tunc accipiebant pro *successore*. Bernard. Epist. 242. *Petrum loquar, & Paulum, quos utique in Vicario, & successore suo Eugenio suis sedibus, & adibus oppugnastis*. Quin Suidas tradit, Romano eloquio, *Vicarium* dici pro *successore*. Hinc defunctorum hæredes, quia in eorumdem hæreditatem succedebant, bonorumque possessionem, dicti sunt eorum *Vicarii* Luitprando lib. 1. cap. 12. lib. 2. cap. 7. & lib. 3. cap. 12. Appositè ad rem nostram Juretus in notis ad lib. 7. Guntheri in Ligurino, *Ut hæredis appellatio, inquit, non solum ad proximum hæredem, sed ad ulteriores refertur: ita & Pontifex Romanus, Petri successor dicitur, quamvis maximo numero alii medii intercesserint*.

Tandem *Vicarius* Latinis propriè est *servus servi*, hoc est, qui in familia, atriensi servo, videlicet *Majori serviet*. Martial. lib. 2. Epig. 18.

*Esse sat est servum, jam nolo Vicarius esse. Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.*

Plaut. Añnar. Act. 2. scæn. 4. *Scio mihi vicarium esse, neque eo esse servum in adibus veri, qui sit pluri, quàm ille est, ubi Lambinus Vicarius servus, est servi ordinarii servus*. Paulus etiam Jurisconsultus lege si in re 19. ff. de nox. act. *Si servus tuus navem exercuerit, ejusque Vicarius, &c. Ulpian 1. 17. ff. de pecul. Si servus meus ordinarius vicarios habeat, id, quod Vicarii mihi debent, an deducam ex peculio servi ordinarii? Jam vides, Lector, quò tendam Petrus servum se dicit Christi. 2. Petr. primo *Simon Petrus servus, & Apostolus Jesu Christi*: Romanus verò Pontifex servum se fatetur Divi Petri; quid ergo mirum si Petri Vicarius appellatur? hoc est *servi servus*: Unde se, *servus servorum* inscribit.*

(18) Promissa hæc loca fuisse à Pipino constat ex eorumdem traditione, quam postea peregit Carolus Magnus filius: nostro quoque Leoni enarratum infra cap. 12. Eadem, nec aliis propemodum verbis, describit Anast. Biblioth. in Adriano, qui ea præterierat in Stephano Secundo (vel dicas Tertio) cum de hac loqueretur sponcione. Non tamen ab Anastasio acceperat Leo: sed ex quadam schedula, quæ ex Anastasio fortasse emanaverat, & postea à Petro Diacono in suum Regestum inducta fuit, numero signata 86. Ostiensis itaque consentaneum duxit, quarum Civitatum illa promissa fuerat, priori hoc loco referre, quas postea tacuit, quando aliam donationis promissionem ad instar prioris dictus Carolus describi præcepit.

(19) Rectè monet Philippus Cluverius in antiqua Italia lib. 2. cap. 2. hoc loco scribendum *sejunctim, à Lunis*, quam sanè lectionem præfert schedula jam memorata in Reg. Petri; quæ ex Anastasio desumpta fuerat, cum & ipse legat à *Lunis*. Erat autem *Luna* Civitas Hetruriæ in confinio Liguriæ.

(20) Anastasius, itemque schedula illa in Regesto modò dicto, habet in *Suriano*. Cluverius mavult legere in *Sarzanum*. Illum consule.

fianum. Inde in montem Bardonem. Inde in Verretum. Inde in Parmam. Inde in Regium. Inde in Mantuam, & montem Silicis, simulque (21) universum exarchatum Ravennæ, sicut antiquitus fuit, cum provinciis Venetiarum, & Histriæ, necnon & cunctum Ducatum Spoletinum, seu Beneventanum; eamque donationem propria manu sua, filiorumque suorum, (22) multorumque Judicum, & optimatum suorum corroboratam. Demum idem Rex simul cum præfato Romano Pontifice Italiam veniens, & Ravennam, & viginti alias Civitates supradicto Aistulfo abstulit, & sub jure Apostolicæ Sedis redegit.

(23) Propter quod tunc Romanorum etiam Patricius constitutus est. Præfatus vero Abbas completo sui temporis cursu, defunctus est II. Nonas Januarii, atque juxta prædecessorem suum, apud Ecclesiam Beati Martini sepultus.

Hermeris Abbas octavus sedit anno I. (f) temporibus supradicti Constantini Imperatoris, & Leonis filii ejus, & Stephani Papæ secundi. obiit autem XV. HCal. Augusti, & sepultus est juxta Ecclesiam Sancti Benedicti.

Gratianus Abbas à Beato Benedicto nonus, sedit annis quatuor, mensibus quinque tempo-

(21) Exarchus Dux, Princeps eximius, ex Græco exarchi dicti sunt Vicarii Imperatorum Orientis, qui partem illam Italiæ rexerunt, quæ Langobardis primùm non paruit. Primus Exarchus fuit Longinus, missus à Justino juniore, sedemque fixit Ravennæ, ut supra ad caput secundum. Incœpit ergo Exarchatus sub initium Regni Langobardorum in Italia: sed finem citiùs habuit, quàm illorum Regnum detinisset. Mansit enim usque ad hunc adventum Pipini in Italiam contra Aistulfum sub Stephano Tertio dicto secundo. Exarchis anni tribuuntur 175. Langobardis 206. Hos enim tandem debellavit Carolus Magnus hujus Pipini filius.

(22) Judices, hoc est, Comites intellige. Vide infra ad cap. 20.

(23) Infra lib. 2. cap. 79. de Imperatore Henrico Conradi filio. *Cui ob res prosperè, & canonicè ad favorem Romanæ Ecclesiæ gestas, Patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque præter Imperialem coronam, aureo circulo uti decernunt.* Varia tamen variis temporibus extitit Patricii dignitas, de quo infra ad cap. 52. & supra ad cap. 1.

(f) deficit temporibus supradicti Constantini, &c.

(g) deficit prædicti Aistulfi Langob. Reg.

IN CAPUT IX. NOTÆ.

(a) Archis.

(b) Hercenbertus.

(1) In Codicibus historiæ Erchemperti tam manu exaratis, quàm typis expressis, qui omnes ex uno fluxere Salernitano antiquo Codice membranaceo, in Bibliotheca Vaticana nunc ad servato, deficit hæc narratio de suscepto Principis novo nomine ab Arichi Duce: quam Leo ipse Erchemperti verbis professus dare, reputandus est integriorem, sincerio-remque Codicem præ manibus habuisse. Reliqua de templo Sanctæ Sophiæ, constructo ab Arichi, habentur in Codicibus omnibus tam scriptis, quàm impressis.

(2) Princeps à capiendò dictus, quod primum locum capiat, sicut *deinceps*, qui *deinde* capit. Festus. Princeps Senatus apud Livium lib. 27. qui ex viventibus Senatoribus primus, & senior fuisset; vel quem primum in legendis Senatorum nominibus legebant. Turneb. Adversar. lib. 27. cap. 32. Hunc nominatum observet *Senatorem primæ Sententiæ*, apud Vopiscum in Aureliano. *Principes Civitatis* Livio, Cives sunt digniores. *Principes Juventutis* dicebatur, quem Imperator designabat Imperii successorem, etiam per adoptionem, qui mos incœpit ab Octavio; Tacit. Annal. lib. 1. de Tiberio. *Cajum, & Lucium, nedum posita puerili prætexta, Principes Juventutis, appellari, destinari Consul-* Tom. IV.

A ribus Imperatorum, quos supra diximus, & prædicti (g) Aistulfi Longobardorum Regis, Arichis quoque Beneventani Ducis, & Principis.

*De Principe (a) Arichis, qualiter Monasterium Sanctæ Sophiæ fecerit, & Monasterio isti subdiderit, vel quibus Sanctorum Corporibus Ecclesiam ipsam dicaverit.*

## CAPUT IX.

(1) DE quo videlicet Arichis Dominus (b) Herchempertus in Historia, quam de Langobardorum gente post Paulum Diaconum composuit, ita refert. (2) Hic Arichis primus Beneventi Principem se appellari jussit. Cùm usque ad istum, qui Benevento præfuerant, Duces appellarentur. (3) Nam, & ab Episcopis ungi se fecit, & (4) coronam sibi imposuit, atque in suis cartis, (5) scriptum in sacratissimo nostro Palatio, in finem scribi præcepit. Hic intra mœnia Beneventi (6) templum Domino opulentissimum, ac decentissimum condidit, quod Græco vocabulo ΑΓΗΑΝ ΕΩΦΗΑΝ, idest sanctam

fa-

les, specie recusantis flagrantissimè cupiverat. Caius etiam Caligula fratrem Tiberium die virilis togæ adoptavit, appellavitque Principem Juventutis; & ferè omnes Imperatores, antequam ad Imperium eveherentur, appellati sunt *Principes Juventutis*, ut ex eorum numismatibus est colligere. Cùm verò Imperium à Cæsarem familia ad alios translatum est, qui adoptabantur, & successores destinabantur, non amplius *Principes Juventutis*, sed *Cæsares* appellati sunt & aliquando *nobilissimi Cæsares*, & *nobilissimi pueri*, & tunc Cæsarem appellatio non familiæ fuit, sed dignitatis nota esse cœpit. Postea *Principis* nomen Domini significationem habuit. Unde Valentinianus à Vegetio lib. 2. appellatur *Dominus, & Princeps generis humani*, & Tacit hist. lib. 3. *Romanum Principem, & generis humani paulo ante Dominum.* Ergo cùm titulus Ducis apud Langobardos militarem tantum Magistratum significaret: maluit Arichis, in argumentum Domini, Principem se appellari; & Regio more inungi.

(3) Regiæ unctionis ritus Hebræis solennis fuit, ut constat in Saule, & sequentibus, ideoque Rex *Christus* vocatus, quod est *unctus*. Clodoveum Francorum Regem à Divo Remigio chrismate inunctum, testatur in supremis tabulis ipse Remigius, quem, inquit, *elegi, baptizavi, à fonte sacro suscepi, donoque septiformis spiritus consignavi, & per ejusdem sacri Chrismatis unctionem ordinato in Regem, parces statuo, &c.* Alii volunt hunc morem cœpisse in Pipino, sed hoc Galli viderint.

(4) De Coronis vide Cassaneum Catal. gloriæ mundi par. 2. concl. 2. ubi de multifariis earum differentiis. Angelum Decembrium lib. 5. de Politia literaria. Cæsarem Bullingerum lib. de spoliis bellicis cap. 13. Antonii Tylesii libellum de Coronis. Atque Carolum Paschallium libris decem de Coronis.

(5) Qui ab Episcopis sacro oleo ungi se fecerat, consequens fuit, ut suam etiam *Palatium* appellandum statueret *sacrum*. Romæ Palatium summi Pontificis *sacrum*, & *sacrofanctum* vocat Anast. Biblioth. in Sergio, & ita communiter appellatur.

(6) Ad imitationem Justiniani Imperatoris, qui Constantinopoli *Christo Domino, qui sapientia est Patris, Templum augustissimum extruxit, quod Græca voce appellavit ΑΓΙΑΝ ΕΩΦΙΑΝ*. Verba sunt Pauli Diaconi lib. 1. cap. 25. ex quo Leo noster. Quare Græcum nomen scribendum fuerat per duo Jota, non per Ita, & per Omicron, non per Omega, quemadmodum barbarè scripsit Leonis Librarius, ex plebeja fortè dialecto.

M m



sapientiam, nominavit. Ditatumque amplissimis prædiis, & variis opibus, ac (7) Sanctimonialium Cœnobium statuens, (8) germanamque suam ibidem Abbatissam efficiens, cum omnibus omnino pertinentiis, & possessionibus ejus, id (9) sub jure Beati Benedicti in Monte Casino tradidit in perpetuum permansurum. (10) In quo videlicet templo Sanctorum Martyrum XII. Fratrum corpora, diversis in locis per Apuliam, in quibus & decollati fuerant quiescentia, honorabiliter allata, ad tutelam, & honorem patriæ, in singulis capsis pariter sub uno altare recondidit. Postmodum verò Corpus pretiosi Martyris Mercurii, nec-non & aliorum tam Martyrum, quàm Confessorum numero triginta & unum Sancta Corpora ex diversis Italiæ partibus per tempora diversa indeptus, ibidem nihilominus attulit, & per diversa altaria in circuitu majoris altaris satis reverenter locavit. Ubi dum maxima devotione, quoniam vicinum loco illi palatium erat, frequentem consuetudinem in oratione pernoctandi haberet, fertur, quadam nocte oranti illi Sanctos XII. Fratres apparuisse, eumque pariter inclinatis amicabiliter vultibus salutavisse. Quos dum torvo nimis aspectu exteros quoslibet esse existimans, quinam illi essent, qui nocturno tempore Sanctimonialium claustra sic audacter ingredi præsumpissent, inquireret; illi leniter aridentes: Nos, inquit, sumus, ò Princeps, quos tua devotio per diversa repertos loca summo huc studio detulit. Quod nobis quidem quàm bonum, & quàm jocundum, tibi autem quàm fit Divina pietate proficuum, ultima dies ostendet. Et his dictis subito Principi visio, quæ videbatur, disparuit. In quo etiam Monasterio Ecclesiam Sancti Modesti, quam nuper intra eandem Civitatem quidam Leonianus construxerat, eique omnem suam substantiam per cartulam offerens in arbitrio præfati Principis illam reliquerat, ipse per suum præceptum postmodum cum omnibus ejus perti-

- (7) Quod postea in Virorum Monasterium transivit, demum Monachis destitutum, commendatario parer Abbati.
- (8) In Erchemperti editis, ineditisque Codicibus nil de hac germana Arichis Abbatissa.
- (9) Diploma ipsius traditionis in Regeſto Petri num. 175. actum dicitur in anno 17. Principatus Arichis, mense Novembri, indictione decima tertia, hoc est anno Christi 774. De eodem templo recurrit sermo infra cap. 58. & lib. 3. cap. 41.
- (10) Ex metrica descriptione Alfani Archiepiscopi Salerni, de eorum passione, quæ extat apud Surium Mense Septembri, & apud nos Cod. signato num. 280. ubi post alia.
- Postque, quod Archiebis magnus Princeps Beneventum Corpora diversis, sparsimque jacentia terris Transulerit, nunc, & qua sepeliverit Aede, &c.*

Eorum festus dies colitur primo Septembris.

- (11) Placuit Laureto hinc caput exordiri; quod supra jam facere cœperat; & infra facturus est, nos nihil in Leonem audemus.

(c) deficit diebus XXI.

#### IN CAPUT X. NOTE.

- (1) Regeſt. num. 176.
- (2) Sic infra cap. 12. Carolus Magnus donationis promissionem describi præcepit, eamque propria manu ipse corroborans super altare Beati Petri propria manu posuit. In Capitularibus ejusdem Caroli lib. 6. cap. 285. extat formula hujus moris, his verbis concepta. *Facit scripturam de ipsis rebus, quas Deo dare desiderat, & ipsam scripturam coram altari, aut supra tenet in manu, dicens ejusdem loci*

**A** nentiis obtulit, & confirmavit. Depositus est autem prædictus Abbas XI. Hct. Septembris, & sepultus in porticu Ecclesiæ Sancti Martini.

(11) Tomichis decimus Abbas (c) fedit annis VI., mensibus V., & dies XXI. obiit octavo Hcalendas Februarii.

*De oblatione Leonis cujusdam nobilis Beneventani.*

#### CAPUT X.

**H**ujus temporibus, (1) vir quidam nobilis, atque ditissimus Beneventanæ Civitatis, Leo nomine, se ipsum, & omnia sua tam mobilia, quàm immobilia in hoc Monasterio tradidit. Eiusdemque oblationis (2) cartulam propria manu scriptam, super Corpus Sancti Benedicti, in præsentia præfati Abbatis Tomichis, & universorum fratrum testium posuit (3) & servos quidem, & ancillas suas omnes primitus per cartulam libertate donavit. Postmodum verò eosdem omnes ita ut liberi erant, simul cum curtibus propriis, cum omnibus pariter, quæ ipsi possidere videbantur, sub prædicti Monasterii potestatem redegit. Condicione videlicet hujusmodi, ut singulis eorum quattuor per mensem operas ubi necessarium esset Monasterio facerent. Res suas, sive substantias, nulli omnino, nisi inter se vendere, aut donare illis liceret. Res eorum, qui sine liberis defuncti fuissent, in Monasterii dicionem transferent. Pueros tamen, sive puellas eorum alicui ad serviendum tradere, utpote liberos, Monachis fas non esset. (4) Curtium autem, & servorum illius nomina, & numeros, summatim hic, præter cætera annotare curavimus. Curtius Gaydepert Presbyteri. Adelpert, cum quatuor filiis, & uxoribus eorum. Boncaulus cum quatuor filiis, & uxoribus eorum, ac filiis. Grimoaldus cum quatuor filiis, & uxoribus, ac filiis eorum. Ciminulus cum

**D** sacerdotibus, atque Custodibus. Offero Deo, atque dedico omnes res, quæ in hac chartula tenentur inserta, pro remissione peccatorum meorum, ac parentum, & filiorum, &c. Hieronymus Bignonius in notis ad Marculfum lib. 1. cap. 1. hunc ritum plurium auctorum exemplis illustrat. Adde Chartulas missas ab absentibus cum *Vvantis*, hoc est Chirothecis manus offerentis præ se ferentibus. Aymoinus de Miraculis Sancti Benedicti lib. 3. cap. 4. *Acceptis ejus fideles hujusmodi præceptis cum Vvantis ipsius, auro ornatis, per quos donationem memoratarum rerum sacris imponerent altaribus, absque dilatione venerandum adeunt Cœnobium, mandata, precesque sui Domini, caterve innotescentes Fratrum.* Ex Biblioth. Floriac. pag. 115.

**E** (3) Verba Donatoris sic habent. *Servos verò, & ancillas omnes liberos constituo, qui per cartulas manus meæ scriptas, liberi esse videntur. In tali verò ratione, ut nec puerum, nec puellam ad manum alicui tribuant ad serviendum, operas verò per menses quatuor dent per singulos, ubi visum fuerit, vel in loco, quo manserint. Res verò suas, vel substantias nulli liceat donare, vel vendere, seu alienare, nisi ad contibertos suos: & si paruerit datum, à supradictis Monachis requiratur.* Supra cap. 6. notatum, manumissos per epistolam, seu chartulam minori libertate donari. Sic Leo iste servos, & Ancillas suas manumittit, & simul operibus eos obnoxios Monasterio tradidit in potestatem, & hi dicebantur Aldiones; ut infra cap. 54.

(4) Jam supra de Curtibus num. 22.

cum uxore, & filiis. Urfus cum uxore, & filiis. Fuscari cum uxore, & filiis. (a) Curtius Grifi. Landolphus cum Arniperto filio suo, (5) & filiatris (b) duobus. Bonitus cum tribus filiis, & uxoribus eorum: Curtem Cerbuli Presbyteri. Leoaldus cum quatuor filiis, & uxoribus, ac liberis eorum. Agenulfus nepos ejus cum filiis suis. Desiderius cum tribus filiis. Bassacius cum tribus filiis, & genero uno. Curtem Lupi. Sadipertus cum filio, & genero suo. Sico cum filio suo, & uxore ipsius. Stephanus cum filiis duobus. Formosus cum tribus filiis suis. Curtem Lupi Pictari. Maurus cum quatuor filiis. Johannes cum tribus filiis suis. Curtem Dulciperti. Bonerisus cum filio suo, & uxore ejus, ac filiis. Tres filii (c) Ragenolfi cum uxoribus, ac filiis eorum. Curtem Erfemari. Bonus, Adelchis, Majo, Bonulus, Joannes, Urfus, omnes isti cum uxoribus, ac filiis eorum. Rozzius cum quatuor filiis suis, idest, Leone, Stephano, (d) Sellitulo, ac Ciminulo cum uxoribus, & filiis suis. Adelgarius cum filio uno, & generis duobus. Præter hæc autem, (6) unum Casale suum, qui dicitur Pantanum, prope Beneventum, concessit cuidam Amitæ suæ in usus proprios diebus vitæ ipsius, cum servis de Abellino, (7) & de Transmonte, ad ipsum Casale pertinentibus. Eo tenore ut post mortem illius omnia redirent in jus Monasterii hujus,

A sicut cætera, quæ supra dicta sunt.  
(8) Poto Abbas undecimus, sedit annis VII. mensibus V. (9) Hic ædificavit deorsum Ecclesiam parvam in honore Sancti Benedicti in eo loco, ubi (e) nunc est Ecclesia Sancti Germani. (10) Fecit etiam alteram Ecclesiam in honore Sancti Michaëlis Archangeli ad radices alterius montis, in loco satis amœno, ubi nunc est olivetum Monasterii hujus, eamque & (11) picturis insignibus, & carminibus in giro decoravit honestis, ex quibus hic aliquanta, quæ vix præ vetustate valuimus legere, describemus. Principia igitur illorum, post aliquanta, quæ legi non poterant. Hæc continebant, de situ, & habitudine loci.

B *Ore truces ululare lupi sub nocte silenti  
(12) Alopicesque olida dudum gannire solebant.  
Implexisque ursi dero cum murmure villis,  
Setigerique Apri. [ & post pauca.  
Damma fugax, pavidique simul (f) discernere cervi.*

C *Optimus at postquam Poto sacra septa regenda  
Suscepit vigili studio pater. Itemque post pauca.  
Quin Regi altithrono vastum, qui continet orbem  
Cui citè Cælicolæ comportant nuntia jussi,  
Addidit hæc magni Michaëlis nomine templum.  
Sanguine rubrantem vælo, qui depulit hydrum,  
Isdem sed (13) celeri præventus morte Sacerdos  
(14) Indedicatam Aram (15) pariterque reliquit Asylum, &c.*

De-

- (a) Curtis.
- (b) duabus.
- (c) Ralenolfi.
- (d) Solliatulo.
- (e) nunc sita videtur.
- (f) discurrere.

(5) Fulbertus epist. 33. *Si quis filiastrum, aut filiastram suam ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore, & alteram non accipiat.* Concil. Moguntium primum Can. 57. *Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, disjungi præcipimus.* Nempe, ut Philosophaster, & Parasitaster, qui imitatur Philosophum, vel Parasitum; sic Filiastrer, qui natura non est filius, sed quadam ratione cum imitatur: quia vitricus in Patris, & noverca in matris venit locum privigno. Voss.

(6) Ugo Falcandus. *Duas Villas optimas, quæ Siculi Casalia vocant.* Constitutiones Regni Neap. lib. 3. tit. 4. *Ut omnes Civitates, Casstra, munitiones, Casalia, Villas, & quicquid in eis, &c. Casale à Casa, quæ vilis, ac rusticana erat domus, vel cum Ildoro lib. 24. cap. 12. Agreste habitaculum, palis, virgultis, arundinibusque contextum.* Hinc Casarii, & Casati, hoc est Villici; de quibus in Codice Theodosii. Quamquam Langobardis Casa omnis domus. Leges eorum lib. 2. tit. 14. l. 21. *Si quis Langobardus, se vivente filias suas nuptui tradiderit, & alias per mortem, in capillo in Casa reliquerit. Casa autem dicta est à Tegendo, ex Martinio, & Vossio.* At quæres, Cur mulier inuupta, dicitur *Virgo in Capillo?* Hebræis nupta deponit Capillitium, ergo inuupta capillata, fortassis Longobardis idem mos.

(7) Capitulare Sighardi Principis Beneventi cap. 43. *De Colonis Transmontanis, ut à partibus revocentur.* Vulgo *Tramonti.* Inter Civitates Nuceriam, & Cavas.

(8) Lauretus edidit, *Annis quatuor, mensibus quinque,* nimirum Chronographus industrius regula Lesbia utitur, ut ad suas phantasias congruentem textum concinnaret.

(9) Ampliatam deinde à Gisulfo Abbate, infra cap. 17.

(10) Hæc Ecclesia multoties renovata, nostra etiam ætate, ibidem extat. Olivetum Ecclesiæ adjacentis oleis ferè quindecim millibus confutum est. Cæterum, sive glebæ vitio, sive borealium

ventorum afflatu, quibus patet, rarè fert fructum, expectationi parem. Cum tamen Varro lib. 2. rerum humanarum, Agrum Casinensem olei feracem celebret; & revera ferax est circa Sanctum Eliam, & alia Casra nostræ hujus ditionis, ubi alternis saltem annis uberes olei proventus refert.

(11) Honestis, hoc est laudabilibus. Ira Serenus *Antidotos honestas dixit, & sanè pro seculi ruditate Potonis carmina illaudabilia non videntur.* Cap. sequenti. Figuris pulcherrimis, & versibus optimis adornavit, scilicet (dicam cum Divo Paulino, in natali 3. Sancti Felicis) *ut litera monstret, quod manus explicavit.* In Ecclesiarum autem muros primitus, raro more, ut idem sanctus ibidem testatur, picturæ inducebantur: sed frequenter tantummodo carmina, quod observare est in eodem Paulino epist. 1. Sidonio Apollinari lib. 2. epist. 10 Anast. Biblioth. in Damaso. Sequentibus postea seculis adeo invaluit Ecclesiæ depingendi consuetudo, ut nisi picturæ adjectæ fuissent, Ecclesiæ minimè absolutæ putarentur. Infra lib. 4. cap. 8. Cæterum Abbas Poto huic à se constructæ Ecclesiæ picturas inducere potuit: Carmina tamen non induxit, ut mox patebit.

(12) Gannire proprium est Canum, & Vulpium, quæ Græcè Alopices. Lucret. lib. 5. *Gannitu vocis adulans,* de Canibus, quorum etiam est *Baubari,* ex eodem ibidem & cum deserti *baubantur in adibus,* de propriis animalium vocibus extat apud Ovidium Philomela.

(13) Celeri præventus morte sacerdos.

(14) Ita legendum unica dictione *Indedicatam* quod ipse exigit sermo, & auctor noster manifestè explicat in fine capitis sequentis, nam Theodemar dedicari eam fecit, quam Prædecessor Poto indedicatam reliquerat. Malè ergo dictionem dispertivere, pridem Laurentius Vicentinus, postea Lauretus; cum ille reddidit *in dedicatam;* hic *inde dicatam,* uterque nullo sensu. At si ex his versibus, quibus Ecclesia illa exornata fuit, constat Potonem indedicatam eam, ejusque aram, morte præventum reliquisse, conitat & illum versibus, ut paulo ante monebam, non decorasse, sed Theodemaro ejus successoris id tribuendum, quod Leoni non observatum.

(15) Livius lib. 35. *Ea religione, & eo jure sancto, quo sunt templa, quæ Asyla Græci appell-*

Defunctus verò est idem Abbas tertio Hc. Julii, & sepultus juxta Ecclesiam Sancti Benedicti.

(16) Theodemar duodecimo loco à Beato Benedicto Abbatiam sortitus, sedit annis XIX. (17) Fuit autem temporibus Imperatorum Leonis, qui & (g) Zacharis, (18) & Constantini, & Hirenæ matris ejus, atque (19) Adriani Papæ, Principum autem Beneventanorum præfati (h) (20) Arichis, & Grimoaldi filii ejus.

Qualiter Abbas Theodemar fecerit Ecclesiam  
(a) S. Mariæ.

### C A P U T XI.

**H**ic juxta prædictam Ecclesiam Sancti Benedicti, quam prædecessor suus fecerat, construxit pulchro opere templum in honore Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, (1) super ipsum videlicet fontem, unde Liris fluvius procedit. Cujus templi fabrica quadrifida, in duodecim est columnis erecta, itaut per unamquamque faciem quatuor columnæ consistant. (2) super quatuor altior à subjectis porticibus est levata. Aliis quatuor turribus per singulos angulos ejusdem porticus circa eandem turrim erectis. Quod videlicet templum plumbeis laterculis coopertum, & (b) figuris pulcher-

(g) Zacharias.

(h) Archis.

*pellant, sic dicta, inquit Vossius, ab a privato, & syle, quod est spoliium, quia eo, qui confugissent, bos spoliare non liceret, quamquam aliter Servius. Erant apud Hebræos Civitates refugii, seu Asyla sex. Tres trans Jordanem, & tres in terra Chanaan. Numeri 35. & Deuter. 19.*

(16) In diplomatibus Regeſti legitur Theutmar.

(17) Aliis Chazarus, literis trajectis. In Catalogo Imperatorum Codice nostro 353. Leon, qui & Chazaris. Imperavit ab anno 775. ad 786.

(18) Porphyrogenetæ, qui regnavit cum Patre Leone annis quatuor, menses quatuor, dies viginti sex. Deinde cum matre Irene; quam anno 790. coëgit Regnum abdicare. Irene verò anno 797. filium abdicare coëgit, imperavitque ipsa sola annos quinque. Tum denique anno 802. ipsa etiam fasces deposuit, factusque est Imperator Claudius. Nicephorus. Panvin. & Mercator.

*Porphyrogenetæ verò, seu Porphyrogenitus quidam interpretantur In purpura genitus. Patre nimirum jam imperante, nam Græcè Porphyra est Purpura. Melius aliis Porphyra nomen est Palatii, in quo pariebant Augustæ. à Porphyra, seu Purpura, qua Imperatoris infans excipiebatur. Quare Porphyrogenitus exponitur. In Porphyra loco, genitus. Luitprandus de rebus Europæ lib. 1. cap. 2. Constantinus Imperator Augustus, ex cujus nomine Constantinopolis, est sortita vocabulum Civitas, domum istam edificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit: voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem isthic in lucem prodire; quatenus, qui ex suo stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur. Vide Martinium in Lexico.*

(19) Qui sedit ab anno 772. ad 795.

(20) Vide Peregrin. in hist. Langobard.

#### IN CAPUT XI. NOTÆ.

(a) Sancta Mariæ ad pedes Montis istius.

(b) figuris.

(c) juxta illam.

(1) Nemo ex antiquis prodidit, Lyrim fontes habere, ubi nunc est Civitas Sancti Germani, quem supra Soram oriri Cluverius admonet Antiq. Ital. lib. 3. cap. 8. & nos supra cap. 5. notavimus, ex Lucano, cui adde Horatium lib. 2. Ode 32. Non rura, quæ Lyris quietam

A rimis, & versibus optimis adornavit. Quodque his præcipuum est, omnium ferè Apostolorum, & multorum Martyrum, Confessorumque magnificis pignoribus compsit. De prædictis autem versibus, quatuor tantum qui à foris in circuitu medianæ turris descripti sunt, hic ponere placuit.

*Sublatis tenebris, quia per te mundus habere Lumen promeruit Virgo, & Sanctissima Mater. Celsa tibi idcirco consurgunt templa per orbem. Et merito totis coleris celeberrima terris.*

Ecclesiam quoque Sancti Michaelis Archangeli, (3) quam indedicatam à prædecessore suo relictam prædiximus, cum omni honorificentia dedicari fecit, (4) ibique (c) juxta claustrum, & habitacula nonnulla construxit.

Quomodo (a) HCarlomannus in Italiam venerit, & quid egerit, & quibusdam concessionibus ejus in hoc loco.

### C A P U T XII.

(1) **H**ujus temporibus (b) HCarlomannus filius Pipini, invitatus ab Adriano Papa, cum valido Francorum, Alamanorum, atque Saxonum exercitu venit super Civitatem Papiam, propter Desiderium sævissimum Regem Longobardorum, qui

*mordet aqua taciturnus amnis. Passim tamen in monumentis nostri Archivi Lyris appellatur fluvius, qui hinc delabitur, ac jungitur Rapido. Nec in alio sensu locutus videtur idem Leo de Abbate Apollinari infra cap. 29. Cum ad Monasterii possessiones visendas esset egressus, necesse illi fuit Lyrim fluvium transvadere, & lib. 2. cap. 74. Juxtaque illud (Castrum Sancti Angeli) pontem optimum super Lyrim fluvium fecit, è vulgi ergo locutione Leo nomen Lyris hausit, cum Casinati fluvio illud indidit. Tunc enim sic loquebantur. Lyrim verò vocabant Carnellum, ut ostendimus pridem.*

(2) Manet etiamnum huic Ecclesiæ cognomen. *Quinque turrium*, ex architecturæ forma, quam hic describit auctor noster, infra lib. 3. cap. 27. *singulas Basilicas, modo Turrium valde pulchras erexit, & cap. 33. Ediculas illas, quas instar Turrium in atrii diximus angulis constitutas. In vita Sancti Dunstani cap. 22. apud Surium Majo. Oratorium in modum Turris non multum porrecta sublimitatis edificavit. In pervetusto Breviario Casinensi celebranda præscribitur dedicatio hujus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ quinque Turrium die 30. Maji.*

(3) Prædixit in carminibus, quæ allegavit capite antecedenti.

(4) Initia Monasterii inferioris, quæ postea in amplitudinem excreverunt.

#### IN CAPUT XII. NOTÆ.

(a) Karlomannus.

(b) Karlomannus.

(1) Librarii sine dubio, nescii, quid interesset inter Carolomannum, & Carolum Magnum, unum pro altero substituerunt nomen: errore quamvis satis supino, aliis tamen non semel commisso. Nihil mutavi, cum constituerim universam scriptorum Codicum faciem scrupulosè representare. Hæc igitur non de Carolomanno; sed de Carolo, qui postea Magnus cognominatus est, accipiendâ esse, non est qui nesciat. Nam Carolomannus, nempe primus, frater, non filius fuit Pipini senioris: Junior verò Carolomannus Pipini extitit nepos. Neque Desiderium Regem Carolomannus, sed Carolus Magnus debellavit. De utroque vide Thesaurum de Regno Italiæ, & Magni Caroli vitam ab Eginarcho scriptam, qui ei fuit à secretis. Magnarum certè virtutum Principem fuisse non dubitatur.

qui Civitates Sancti Petri invaserat, eamque per sex continuos menses obsidens, cepit, cunctumque sibi Langobardorum Regnum victoriosissime subdens, Pipino filio suo contraxit. Prædictum verò Desiderium secum in Franciam asportavit. Anno Domini DCCLXXIII. Interim verò cum Papiam obsideret, amore Principis Apostolorum, in ipso Sancto Paschali Sabbato, Romam cum multis Episcopis, Abbatibus, atque (c) Judicibus venit, & celebrata ibi Paschali festività, à prædicto Papa commonitus, simul atque rogatus est, ut donationem illam, quam genitor ejus Pipinus unà secum Beato Petro, ejusque Vicario Domno Stephano Papæ dudum fecerat, adimpleret in omnibus. Cujus postulationibus idem Rex annuens, bono, ac libenti animo aliam donationis promissionem ad instar prioris descripti præcepit (z) per (d) Etherium Notarium suum,

(c) Ducibus.

(d) Etherium.

(a) Sequioribus sæculis Notarii sunt, qui Latinioribus Tabelliones, Testamenta, Contractus, aliaque publica Instrumenta stipulantes, quo nomine apud nos etiam intelliguntur. Notarii, dicti etiam sunt Ministri à secretis, & Cancellarii, qualis Paulus Diaconus apud Desiderium, & Etherius hic Carolo Magno. Alioquin nominis originem indagantibus, Notarius est à Nota. Erant autem, inquit Vossius, duo genera Notarum, vel enim litera una vocem totam signabat: vel erat Nota confecta, qua litera non esset: Prioris generis est, cum vulgo D. pro digestis scribimus. Posterioris generis, cum §. scribimus pro

Paraphrasi Manilius lib. 4.

Hinc & scriptor erit velox, cui litera verbum est,

Quique notis linguam superet, cursimque loquentis

Excipiat longas nova per compendia voces. Ubi videmus, cum prius meminisset literarum, qua, etsi singularia forent, tamen vocem totam signarent: mox tamen universè meminisse notarum, quod maximus esset earum numerus, qua litera non essent. Cujacius apud eundem Vossium censet posteriores solum dictas esse Notas: priores verò appellatas esse sigla, quasi singula, quod singularia sint literæ, inquit Cujacius, vel quasi sigilla, hoc est, parva signa, ut Vossio magis placet. Inde nomen, siglarii, & Notarii. Aufonius Epigr. 138.

Puer notarum præpetum  
Soters Minister advola, & mox  
Tu sensa nostri peccoris,  
Vix dicta, jam cervis tenes.  
Sentire tam velox mihi,  
Vellem dedisset mens mea,  
Quam præpetis dextra fuga  
Tu me loquentem prævertis, &c.

Appellabantur etiam Exceptores infra lib. 4. cap. 116. & lege 19. §. 9. ff. locati, & conducti Lindenbrog. in Ammian. Marcell. Ita collatio Catholicorum, & Donatistarum velitata fuit, excipientibus Hilario, & Prætextato Exceptoribus.

Inventum scribendi Notis Dio refert ad Mecenatem. Polydorus Virgil. ad Tyronem, Ciceronis libertum. Servius 6. Æneid. de Varone, In foliis palma interdum notis, interdum sermonibus scribebat, ex quo loco habemus scribere notis, fuisse Mecenatem, & Tyrone antiquius, & scribere notis opponi scribere sermonibus. Compendiario hoc scribendi modo usus est Augustus ex Sueton. cap. 88. De siglis extat dictum Justiniani Imperatoris in præfatione digestorum, ne leges per sigla, & compendiosa enigmata, sive Abbreviaturas, ut nos barbara voce dicimus, scribantur. Plura, qui volet de Notis, petat ab Isidoro, lib. primo Originum. Thrichemio in Polygraphia. Bembo lib. 5. Epist.

A eamque propria manu Rex ipse corroborans, & universos Episcopos, & Abbates, (3) Duces etiam, & Graphiones, ac plures, (4) qui secum venerant honoratos, ibi subscribere faciens, super altare Beati Petri manu propria posuit. Et tam ipse Rex, quam & universi Magnates ejus, id se in perpetuum conservaturos Beato Petro, & ejus Vicariis, Sacramento terribili firmaverunt. (5) Postmodum verò præfatus Rex unà cum Pipino filio, Beneventum perrexit cum magno exercitu super Arichis, quem supra jam memoravimus. Qui erat gener prædicti Desiderii Regis, cum quo idem Carolus diversis, ac variis eventibus dimicans, demum artatus Arichis, & coronam suam, & maximam partem thesauri, nec non & geminas foboles, Grimoaldum scilicet, & Adelgisam eidem Carolo obsides, pacis gratiâ tradidit. Hinc Francorum metu perterritus, civitatem novam

8. Lipsio Centur. 1. ad Belgas Epist. 27. Valerio Probo, Martino, Vossio, Grutero.

(3) hoc est, Duces & Comites, Fredegarius in appendice ad Gregor. Turonen. cap. 73. Cum Ducibus, & Graphionibus. Graphionum enim nomine Comites appellabant; dictos etiam Graviones, Gravius: quod monuit Paulus Diac. lib. 5. hist. Langob. cap. 36. Cum Comite Bojariorum, quem illi Gravionem dicunt. Aventinus lib. 7. Quos nos Graphios, Literatores Comites vocant. Kilianus in dictionar. Graf, Judex, Præses, Præfectus, idest, canus, senex, qui latinè Pater, senior, senator dicitur ab ætate proventa. Rigordus in vita Philippi Augusti, ad annum 1208. Eodem anno quidam Comes Palatinus, qui eorum lingua Langd-Græf vocabatur, idest, Comes Palatii. Quamquam non satis commodè, inquit Vossius, Landogravium interpretatur Comitem Palatinum, qui potius Phaltzgravius. At Langravius, est Gravius, sive Comes Lande, hoc est Terræ, vel Provincia, ut Marcgravius, Marca, sive Limitis, Gogravius Præfectus Pagi, sive tractus alicujus terrestris, Mergravius, Major Præpositus Spelmannus. Graphio, Judex fiscalis, & per translationem, Comes, Vicecomes, Vicarius Comitis, Gravia verò interdum pro Comitatu sumitur, infra ad cap. 20.

(4) Salmasius in notis ad Lampridium in Alexandro Severo. Honorati, inquit, vocabantur proprie, qui dignitatibus erant præditi, quæ militaribus, quæ civilibus, vel honoribus functi. Cassiod. lib. 2. Epist. 23. quæ scripta asseritur, Honoratis possessoribus, defensoribus, & Curialibus Tridentina civitatis. Item lib. 4. Epist. 12. Omni civilitate submotæ, mediis Sacrosanctis Evangeliiis, cum tribus Honoratis, quos partium consensus elegerit, qui legum possint habere notitiam, &c. Iterumq; lib. 7. Epist. 27. quæ inscribitur Formula Honoratis, Possessoribus, & Curialibus. Leo Papa in Epistola ad Episcopos Galliarum. Fratrem Ravennium secundum desiderium Cleri, Honoratorum, & plebis unanimiter consecratis. Guilielmus Neubrigenis hist. Anglor. lib. 2. cap. 27. Misit ad Regem Francorum viros Honoratos cum verbis pacificis & lib. 4. cap. 26. De suis Honoratis quosdam lib. 5. cap. 3. Post multam consiliatationem, & casus varios, mediantibus Honoratis, inducia, quas treugas vocant, inter Reges sancte sunt in annum. Capitulare Radelchiffi apud Peregr. hist. Langob. Apprebenderint vestros Honoratos, & Vassallos, & innumera alia exempla ut omittam vulgatum etiam Interpretem hoc vocabulo usum eadem acceptione, Judit cap. 3. Diversarum urbium habitatores, Principes, Honorati, simul cum Populis exirent obviam venienti.

(5) Ex Erchemperto, Eginarcho in vita Caroli Magni, Reginone lib. 2. Aymoino lib. 4. cap. 78.

novam Benevento addidit. (6) Salerno quoque inter Lucaniam, & Nuceriam antiquitus conditam mirifice restauravit. (7) Præfatus verò Rex prospere à Benevento revertens, causâ orationis huc ad Beatum Patrem Benedictum ascendit, seque tam ipsi, quam universis hic degentibus, ac Deo fervientibus Fratribus commendavit.

(8) Tuncque ab hoc primùm Rege præfatus Abbas præceptum confirmationis de tota hac terra recepit. Alio etiam præcepto prædictus Rex confirmavit Sancto Benedicto Monasterium Sanctæ Mariæ in Cingla, & Sanctæ Mariæ in Plumbariola, & Sanctæ Sophiæ in Benevento, & cætera, quæ tunc temporis habere videbatur. (9) Nec non & universas aquas, cum ripis utriusque partis, ubicumque fuissent terris hujus Monasterii junctæ: sed auctoritatem dedit, ut Monachi juxta tenorem Sanctæ Regulæ Abbatem sibi absque alicujus præjudicio, seu violentia eligerent. Ad hunc Abbatem idem HCarolus per (d) Aldegarium Episcopum litteras à Francia destinavit, (10) Rogans, ut aliquot sibi (e) de Monasterio Beati Benedicti (f) ad ostendam in illis partibus regularis disciplinæ normam transmitteret. (11) Quod & fecit mittens illi etiam Regulam, & Hymnos, qui

(d) Adelgarium.

(e) de Monast. nostro fratres.

(f) ad ostend; seu constituendam.

(g) universas prorsus consuetudines.

(6) Verba sunt Erchemperti, quæ accipienda esse non de Provincia *Lucania*, quæ nunc *Basilicata*, sed de *Lucania* civitate, quæ antiquitus, & iterum postea appellata est *Poëstum*, probat *Capitulare Radelchisi* num. 9. in quo, inter urbes, quæ Principi *Siconolfo*, ex *Beneventani* Principatus divisione cesserant (urbes, inquam, non Provincias, & regiones diviserunt) una est *Lucania*, hoc ordine, *Cassanum*, *Cusentia*, *Lainus*, *Lucania*; quam observationem debeo C. V. & amicissimo *Camillo Peregrinio*, describenti fines Principatus *Beneventani* pag. 43. *Lucania* natale solum fuit *Cassiodoro*, *Theodorici* Cancellario, tum *Monacho Vivariensi*, seu *Castellensis* Monasterii, ab ipso propriis sumptibus constructi. Quem *Baronius doctissimum*, æquè ac *sanctissimum* decus *Romanæ Nobilitatis*, præfectoris innumerus illustrem appellat. Moritur anno 575. ætatis suæ 95.

(7) *Marianus Scotus* id rejicit in annum Christi 788. qui erat Regni ejus 20. *Carolus à Roma pergit Beneventum ad Sanctum Benedictum*, alii ad 787. vide *Hæftenum* pag. 1086.

(8) Extrat Præcepti hujus exemplum in *Regeſto Petri Diaconi* num. 107. quod datum aſſeritur octavo Kalendas *Majas* anno decimo (Annus fortè notatus fuerat XX. quem *Librarii* notam unius denarii detrahentes reddidere X. & tandem expresse decimo) & *quartodecimo Regni*, *Indictione undecima in civitate Capuana*. Adjecta *Indictio* competit anno Christi 788. quem *Marianus Scotus* indicabat.

(9) *Memoriæ* hoc mandare specialiter voluisse videtur *Leo*, quasi vaticinans, super hac lite in judicium nos aliquando vocandos, litigiumque ipse ex tunc opportuna hac præmonitione dirimeret, universas, inquit, aquas. Refertur hæc donatio in *Regeſto Petri* num. 109.

(10) Ut juxta exemplar, quod illis in hoc monte monstratum fuerat, *Galliarum Monasteria* Regularibus *Casinensium* institutis, & ritibus informarent, vel potius reformarent. *Regulæ* enim *Benedictinæ* observantiam ab ipso fonte, & *Legislatore* hauserant *Casinate*, ut puriorem proinde in alios derivare potuerint.

(11) *Legislator* præscripsit quidem in *Regula Hymnos* in officio *Monastico* decantari: eos tamen nominatim non distinxit: ex traditione nihilominus, per manus transmissa, novant *Casinate*, quos canerent ex primævo

A tunc ex traditione *Regulæ* in hoc *Monasterio* canebantur: *Pondus* quoque *libræ panis*, & *mensuram vini*, nec non & *mensuram calicis*, quam in misto *servitores* debent accipere, & (g) *universam consuetudinem*, quæ in hoc loco tunc temporis habebatur, in scriptis ei transmisit.

(1) Incipit *Epistola Pauli Diaconi* (2) ad *Carolus Regem*.

*Propagatori, ac Defensori Christianæ Religionis Domino HCarolo, Christi potentiâ Regum sapientissimo, (3) Theodemar exiguus, & universus Beati Benedicti Patris Grex, vestro subditus Dominatui, æternam in Domino salutem.*

B (4) TAM per *Epistolæ* seriem; quàmque & per sanctum virum (5) *Adelgarium Episcopum* (6) vestra famina suscipientes, magna sumus exultatione gavisi; dum vestram sublimitatem, *Domnamque nostram Reginam*, vestrosque *Liberos sospites*, valentesque esse cognovimus. Nec minori etiam tripudio exultabimus, dum vestrarum protelationem finium, *victoriamque de hostibus*

C ritu. Idem auctor noster scite dixit, non *Regula*, sed *ex traditione Regula*, alioqui, *Regulam* mittens *Theodemarus*, non opus erat *Hymnos* quoque singillatim transmittere. Ad hanc mentem infra lib. 2. cap. 12. *Quinque Monasteria in illis partibus construxerunt, ibique juxta traditionem hujus Monasterii omnem ordinem posuerunt*, & lib. 4. cap. 31. *Vice Romani Pontificis in eisdem partibus Synodum secundum traditionem Ecclesiasticam tenuit*. Nec aliter locutus videtur *Chrysoſtomus* homil. 4. in *Epist. 2. ad Theſſalonic. cap. 2.* differens de *Apostolicis* traditionibus. *Traditio est, nil quæras amplius*. Quamquam plerique aliud detorqueant. *Traditiones* quippe interpretes sunt legis, & *normæ* vivendi, atque credendi. *Epistola* verò *Theodemari* ad *Carolus* dicta fuit à *Paulo Diacono* nomine *Theodemari*, ut patet ex ipsius *Epistolæ* epigraphe in *Codice* nostro 353. eam novissimè edidit *Hæftenus* in suis disquisitionibus *Monasticis* pag. 1086. sed non paucis scatenem vel erroribus, vel variantibus lectionibus, quamobrem non ingrata pretium operæ me facturum reor, si illam denuò ex præfato vetustissimo *Codice* integram dabo.

IN PRÆCEDENTEM EPISTOLAM NOTÆ.

Varias hujus *Epistolæ* Lectiones collegit *Hæftenus*: per plures collecturus, si nostram editionem præ manibus habuisset. Curam hanc *Lectori* nos relinquimus, cui otium fuerit, ac libeat exteris editionibus domesticam nostram conferre; pro qua vetustas ipsa testimonium perhibet. *Codex* enim 353. non integro seculo post *Paulum*, & *Theodemarium* compilarus fuit ab *Joanne Abbate*; de quo infra. Ut propterea nihil me eruditissimi *Menardi* apud *Hæftenum* auctoritas moveat, suspicantis, hanc *Epistolam* non esse *Theodemarii*: Cùm & tempora bellè cohæreant, & ipsa *Epistolæ* phrasîs *Paulum* auctorem prodat luculenter; præter tot nostrorum *codicum* fidem.

E (1) *Paulo* inscribitur *Epistola*, quod eam *Paulus* suo dictaverit marte, ac ingenio: *Theodemario*, quod ejus nomine scripra, ut præmonimus.

(2) Tunc *Regem* tantum: nondum *Imperatorem*.

(3) Alias *Theutmar*, quod supra notavimus.

(4) *Caroli* ad *Theodemarum* *epistola* excidit.

(5) Cujus sedis non exploratum. Fortè *Trecensis*, inquit *Hæftenus*.

(6) Eadem utitur voce *Paulus* in *Hymno S. Joannis*. *Ne levi saltem maculare vitam, famino posses*, & alibi.



stibus triumphos agnovimus. Auxit etiam nostrum illa res gaudium, Quia vestram Excellentiam de virtute in virtutem succrescentem, Dei agrum studiosè excolere addidimus; ac Monachorum Religionem ad meliorem perducere statum. Certum est, quia vos hoc factum beatiore efficiet; Dum tale Deo nostro, tamque beneplacitum munus offeritis. Qua de re, quia ad Beati Patris nostri Benedicti doctrinam, & luculenta exempla aliquos Monachorum regionis illius vestrae Clementiae informari placuit, juxta præceptionem, en vobis Regulam ejusdem Beati Patris (7) de ipso Codice, quam ille suis sanctis manibus (8) exaravit, transcriptam direximus. In finem autem sacrae ejusdem Regulæ, Ymnos, qui secundum instituta Beati Patris nostri per singula officia, vel festivitates cantari debent, adneximus; si quem autem movet, quare Beatus Benedictus in æstatis tempore cotidianis diebus ad Nocturnum officium unam tantum de veteri testamento Lectionem præceperit legere; cognoscat, (9) necdum eo tempore in Romana Ecclesia, sicut nunc leguntur, Sacras Scripturas legi mos fuisse: sed post aliquot tempora hoc institutum esse, sive à Beato Papa Gregorio, sive, ut ab aliis affirmatur, ab Honorio. Qua de re nostri majores instituerunt, ut hic in sacro nostro Cœnovio, quod juxta sanctum illius corpus institutum est, tres, cotidianis diebus, æstivo in tempore, ex veteri testamento Lectiones in Codice legantur: ne à Sancta Romana Ecclesia discrepare viderentur. Nec enim credendum est hoc Beato Patri Benedicto displicere; sed potius gratum ei esse, si quis supra id, quod ille in Dei laudibus instituit, propter Dei amorem adjiciendum esse curaverit. Nam & de psalmodiarum canendorum per singulos septimanæ dies divisione, si quis

- (7) Tunc enim extabat Casini Regulæ autographum, quod postea Teani conflagravit.
- (8) Pro exaravit, supra exultabimus, & infra Cœnovio, pro Cœnobio, & Proidentia, vice Providentia, & octavum pro octavum, devitum pro debitum. Reciprocè N. B. & V. consona permutabantur ex illius ætatis græciffante dialecto, & scriptione.
- (9) Allucinatum hic fuisse Theodemarum (sive potius Paulum Diaconum) censet Hæstenus, cum jam Gelasius primus, diu ante Gregorium (imo ante Benedictum) rotius anni Lectiones suo ordine digessisset. Sed quisquis ille fuerit, qui Lectionum ordinem, & numerum fancivit: sapientissimè tamen SS. Pater Benedictus diversam à Romana Ecclesia ritum psalendi ordinavit: ut Monachi à Clericis non solum conversatione, sed etiam publicarum orationum modo distinguerentur. Auctor vitæ Sancti Valerici Abbatis, qui fuit discipulus Sancti Columbani, apud Surium die 3. Aprilis, narrat sanctum virum utrumque curium & Monasterialem, & Gallicanum, sive Clericalem quotidie persolvisse, unde liquet à ritu Clericorum, etiam ex Regula Sancti Columbani Monachorum ritum discrepasse. Quod verò attinet ad Lectiones, Sanctus Legislator noster æstatis tempore unam tantum diebus ferialibus ordinavit propter noctium brevitatem. Lectio verò Sacrae Scripturae, quæ deerat in officio, suppleri solebat in Refectorio. Mos enim vetustissimus Monachorum fuit universam Sacram Scripturam singulis annis partim in Choro, partim in Refectorio audire, ut ex antiquis Monachorum ritualibus constat.
- (10) Non mutandum. Nam & Pondo rectè dicitur, & Ponus.
- (11) Ex hoc fortassis capite (verba sunt Hæsteni) suspicatur eruditissimus Menardus Epistolam hanc non esse Theodemari: si enim pondus librae, ut in suis declarationibus ajunt Casinen-

**A** melius visum fuerit, quam ipse Beatus Pater instituit, ab ipso habet licentiam, ut melius æstimaverit canere. Nec debent cogi Monachi, si tamen vestro sapientissimo cordi ita placet, qui nunc Romano more psallunt, juxta institutionem sacrae hujus Regulæ Psalmos dividere: sed possunt, si vobis ita videtur, solito more canentes artioris vitæ normam suscipere. Direximus quoque (10) pondus (11) quattuor librarum, ad cujus æqualitatem ponderis panis debeat fieri, qui (12) in quaternas quadras singularum librarum, juxta sacrae textum Regulæ, possit dividi. Quod pondus, sicut ab ipso Patre est institutum, in hoc est loco repertum. Misimus etiam mensuram potus, quæ prandii, & aliam, quæ Cœnae tempore debeat Fratribus præberi: (13) Quas duas mensuras æstimaverunt majores nostri eminae mensura esse. Direximus etiam & mensuram unius Calicis, (14) quam obsequiaturi fratres, juxta Sacrae Regulæ textum, solent accipere. Beatus Pater noster instituit duo cocta pulmentaria in cotidianâ refectioe Fratribus præparari, & tertium de leguminibus crudis, aqua infusis. Nos verò ex institutione majorum nostrorum, tria cocta pulmentaria aliis diebus, quartâ feriâ, & sextâ feriâ, duo tantum reficiendis Fratribus præparamus. Excepto, quod plures ex fratribus nostris pane tantum his diebus, herbisque ortensibus vescuntur: quorum plerique etiam nec vinum bibunt. Die verò Dominico, & in festivitibus præcipuis, etiam quartum addimus pulmentum. Exceptis secunda, quarta, & sexta feria, aliis diebus prandentibus fratribus, cum vinum nobis abundat, singulas fialas miscere facimus. (15) In summis quoque festivitibus, hoc est in Nativitate Domini, & Epyphania, in Pascha, & tertia feria post Pascha, quando nobis gran-

- B** etiam mensuram potus, quæ prandii, & aliam, quæ Cœnae tempore debeat Fratribus præberi: (13) Quas duas mensuras æstimaverunt majores nostri eminae mensura esse. Direximus etiam & mensuram unius Calicis, (14) quam obsequiaturi fratres, juxta Sacrae Regulæ textum, solent accipere. Beatus Pater noster instituit duo cocta pulmentaria in cotidianâ refectioe Fratribus præparari, & tertium de leguminibus crudis, aqua infusis. Nos verò ex institutione majorum nostrorum, tria cocta pulmentaria aliis diebus, quartâ feriâ, & sextâ feriâ, duo tantum reficiendis Fratribus præparamus. Excepto, quod plures ex fratribus nostris pane tantum his diebus, herbisque ortensibus vescuntur: quorum plerique etiam nec vinum bibunt. Die verò Dominico, & in festivitibus præcipuis, etiam quartum addimus pulmentum. Exceptis secunda, quarta, & sexta feria, aliis diebus prandentibus fratribus, cum vinum nobis abundat, singulas fialas miscere facimus. (15) In summis quoque festivitibus, hoc est in Nativitate Domini, & Epyphania, in Pascha, & tertia feria post Pascha, quando nobis gran-
- C** ses, sit unciarum triginta trium, & semis, eaque mensura nonnullis enormis videatur; quid dicendum de hac Theodemari quattuor librarum, sive unciarum 48. ita ut triginta duo prandio, Cœna verò sexdecim deputentur? Voluit enim Sanctus Benedictus tertiam partem reservari Cœnatibus. Certum tamen nobis est, ex duobus ponderibus Casini adhuc servatis, cotidianum panis dementium, à Sancto Patre statutum, aut triginta novem, aut quadraginta octo unciarum fuisse. Neque enim ea mensura videbitur cogitantibus, tum varias complexionibus, quibus omnibus prospicere adivit discretissimi Legislatoris providentia, tum agri labores, quibus tunc Monachi exercebantur: tum denique obfiorum parvitatem, panis abundantia propterea compensandam, maxime jugiter jejunantibus. Consule Ferrarium nostrum in Regulam cap. 39. ubi plura.
- D** (12) In quattuor partes seu segmenta; vel fragmenta dividi possit. Sanè Servius ad illud 7. Æneid. *Patulis nec parcere Quadris*, scribit, *Quadris*, id est, aut mensis, aut quadris, fragmentis accipimus. Hinc Juvenalis sat. 5. *Ut bona summa putes aliena vivere quadra.* Et Horat. lib. 1. epist. 18. *Et mihi dividuo findetur munere quadra.* Martialis quoque lib. 6. epigr. 75. *Cum mittis turdumve mihi, quadramve placeat.* Lege, quæ de Quadra ad Moretum scripsit Scaliger, & Vossium in Lexico.
- (13) Alii legunt mensuram. Sed utrumque sustineri potest. Porro de emina, vide laudatum Ferrarium in cap. 40. Regulæ.
- (14) Servitores vocantur in Regula cap. 38. nempe, qui Mensæ inserviunt, vel Coquina.
- (15) Hæstenus hic. *Quanam hac festivitas, nondum reperi.* Reperire potuisset in hoc Chronico lib. 1. cap. 32.

rio & his, & hoc sei  
igior  
Re  
mque  
elga  
fufci  
vifi;  
ne no  
pites,  
nitori  
rarum  
de ho  
ibus  
non ex  
liquo,  
n opus  
fimita  
ap. 12.  
constru  
us Mo  
lib. 4  
isdem  
em Ec  
as vide  
k. a. ad  
ostolici  
ras am  
queant.  
egis, &  
pistola  
fuit à  
ur pa  
Codice  
tenus in  
1886. sed  
vel va  
non in  
reor, si  
Codice  
AM  
jit Hæf  
ollram  
Curam  
um sub  
estiam  
ca recti  
non in  
marium  
de quo  
imi Me  
eat, sub  
Theode  
ant, &  
i prodar  
n fidem  
Paulus  
odema  
premo  
vorem.  
i.  
it.  
ecentis,  
Joan  
famis



grandis festivitas est, & in Pentecosten, & in Sancti Johannis, & in Sancti Petri, & in Sancti Laurentii, & in Sanctae Mariae, & in Sancti Martini, & Beati Benedicti, etiam his ad prandium miscere facimus. Præter hæc etiam (16) æstatis tempore post Nonam, aliquid, si est, de pomis, & singulas fialas nostris fratribus præbemus. (17) Cùm verò tempus sectionis fœni est, etiam (18) portionem ex melle ad horam quartam laborantibus fratribus propinamus. (19) Volatilia nunquam, nisi die Natalis Domini, si est unde, usque ad dies octo comedimus, similiter etiam Paschalis festi diebus, sed de esu volatiliuntam cautè prudentissimus Pater noster in sua Regula posuit, ut, si velint comedere Monachi, cùm opportunum est, non subjaçant culpæ: sin verò eis à suo tale edulium non præbeatur ab Abbate, ut quasi ex debito, hoc non possit requirere: sanè, quia percontari dignati estis, quod vestimentum Cuculla debeat intellegi. (20) Cucullam nos esse dicimus, quam alio nomine Casullam vocamus. Et inde est, quod hieme villosam, æstate puram, aut verustam Beatus Pater instituit; quia scilicet hoc genus indumenti solet cum villis intexi. Illud autem vestimentum, quod à Gallicanis Monachis Cuculla dicitur, & nos Cappam vocamus, quod propriè Monachorum designat habitum, Melotem appellare debemus, sicut & hæctenus in hac Provincia à quibusdam vocatur: de quo sicut Beatus Gregorius scribit in libro Dialogi, excerptus ab aqua per Maurum Monachum puer Placidus dixit, Ego, cum ab aqua abstraherem, Melotem super me Abbatis cernebam, eumque me ab aquis educere considerabam. Quod tegumentum ideo sic appellatum est, quia solebat antiquitus de illius animantis pelle fieri, (21) quod Melos, propter nuditatem sui corporis appellatur. Quod genus bestiolarum à nonnullis Taxus vocatur. De quo genere tegumentum nichil Beatus Benedictus in sua Regula locutus est; ob hoc scilicet, ut conicere possumus, quia diverso modo hoc vidit à plerisque Monachis uti tegumentum. Nam Galliarum Monachi hoc laxius, & prolixius induuntur: Itali verò Monachi, sicut nostis, brevius hujusmodi, & strictius vestimentum habent. Græci verò, præter operimentum capitis, modicum quid-

A dam tantum ante pectus, & à dorso dependens: Transmarini autem Monachi hujusmodi operimentum pellicium habent. Ergo, quia tantam in Monachico indumento Beatus Benedictus diversitatem vidit, unicuique Monachorum, quod ex his potiùs eligere velit, proprio arbitrio dereliquit. De numero autem, & qualitate vestimentorum sic Beatus Pater noster in sua Regula posuit, ut tamen probidentia sit Abbatis, quomodo debeat pro sua unicuique distribuere necessitate, sed & ipse Pater dixit: quia in temperatis regionibus minus; in frigidis plus vestimenta sit opus haberi. Seniores tamen nostri, & præteriti Abbates instituerunt fratribus nostris propter diversos labores, tres tunicas habere; duas grossiores in hieme, unam subtiliorem in hæstate, similiter & in loco Cucullarum, duos, quos nos dicimus (22) Mattos, qui ex grossiori sago fiunt, & unum in hæstate subtiliorem operimentum. Cucullas autem ideo non habemus, quia majoris sunt pretii, & quia nobis Pater noster aliàs præcepit, talia vestimenta habere, quales possunt in Provincia vilis emi. Habent autem Fratres nostri & duplicia fœmoralia: multi tamen ex eis Deo adjuvante, in tantum se continent, ut neque fœmoralia habeant, neque amplius, quam duplicia, secundum regularem textum, indumenta. Statuit autem Venerabilis Pater, ut scapulares Monachi propter opera habeant, quod ob hoc scapulare dicitur, quod scapulas præcipuè tegat, & (23) Capud, quod vestimentum penè omnes in hac terra rustici utuntur. Pro quo tegumento nos è grossiori textu ad Melotis similitudinem operimentum habemus: nisi quod manicæ in hoc usque ad manus pertingentes habentur. Præter addimus unicuique sicut ei opus est: Nam senibus nostris (24) gunnas pellicias tribuimus, infirmos etiam, & in culcitis jacere permitimus, & unicuique omnino, sicut sua exposcit necessitas præbemus. Concessum est etiam fratribus nostris habere manutergia, sive ad tonsuræ obsequium, sive ad Codices, quos ad legendum suscipiunt, involvendos.

Præter regularia quoque jejunia, in vigiliis præcipuarum festivitatum usque ad Vesperam jejunamus: & à Vespera vigiliarum per totam noctem, & diem festivitatis, usque ad Com-

- (16) Antiquum hunc morem bibendi post Nonam in Conventu, cum pomis, aut Cucumeribus, usque ad meam adolescentiam in Congregatione Casinensi retentum vidi: nunc antiquatum, in antiquis usibus Cisterciensium, Caput 83. sic inscribitur. *De bibere post Nonam.* Vide Hæstenum.
- (17) Pondera hic agrestes labores, ut mirari desinas enormem panis demensum laborantibus præstitum. Hunc etiam locum illustrat Hæstenus.
- (18) Ad vires reficiendas, sitim sedandam, leniendaque viscera, atque mulcenda. Notum illud Asinii Pollionis, qui centesimum excedens ætatis annum; cùm ab Augusto hospite rogeretur, quamnam maximè ratione vigorem illum corporis, animique custodisset, respondit, *Intus mulso, foris oleo*, est verò mulsum portio ex melle, & vino concinnata; sic vocatum, quod venas lenitate sua mulceat.
- (19) Locum hunc præter Ferrarium, desertissimè enarrat Hæstenus; illum adi ad pagin. 926. & seqq. Certè Theodemar, & Paulus, prioresque nostri Casinates in ea fuerunt opinione, ut à Legislatore volatiliuntam esus Mona-

- chis omnino interdictus non fuerit.
- (20) Codex Sancti Angeli ad Formias, in Archivo Casinensi asservatus, exhibet imaginem Desiderii Abbatis Cucullati: talari scilicet vestimento, undique clauso, nec admodum sinuoso, manicis non amplis & hæc planè per ea tempora Cucullæ forma. Anterioris ætatis nulla apud nos extat Cucullæ, vel picturæ, vel graphica descriptio, & profectò non eadem omni ævo Cucullæ formula, quamquam non omnino à primigenia discrepans. Vide Hæstenum, & Ferrarium.
- (21) Propter rotunditatem legendum: nam Melis, animal de genere agrestium felium, fortasse quam Taxum vocant, ut idem Paulus prodit, à Græco *Melon* dicitur, quod est *Melum*, eo quod instar *Meli* corpus habeat rotundum. Hinc *Melina* vestis, & *Melotes*.
- (22) Alii legunt *Mantos*, vel *Mantas*. *Matta* teges est, vel storea, in qua Monachi cubare soliti. Fortassis ergo *Matta* vocata est, vel *Mattus* vestis texturæ rudiori storeæ similis.
- (23) Commutata invicem hæc elementa D. & T. alibi nobis notatum.
- (24) *Geminas pelliculas* legit Breulius, nostra lectio omnino præferenda. Vide Hæstenum.

Completorii officium, (25) jenua non flectimus. Dominicis quoque diebus, & à Domini Nativitate, usque ad octavum diem; à Pascha quoque usque ad Pentecosten similiter (26) ad publicum officium jenua non flectimus.

(27) Textum quoque Promissionis, quo ordine solebant anteriores Monachi Regulam Sanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc Epistolam in brevi paginola exaratum direximus vobis. (28) Josèb quoque Frater noster, quem, ut scribere nobis dignati estis, præficere ad regendum Monasterium sub Regulæ tramite destinatis, habet secundum Sacrorum Canonum instituta largitatis facultatem, ut hoc possit facere, quæ licentiam Monachis tribuunt, etiam Ecclesiasticis gradibus sublimari. Videat tamen ille, si sic se potest coartare, ut possit suo exemplo fratribus prodesse. Grandis siquidem, & prima est in hoc Monachis, & (29) contra Regulæ seriem di-

(25) Sic loquebantur, molliendo septimæ literæ duriorē prononciationem, ut tertiæ vocali penè consonaret: ideoque sic scribebant. Contra, dum Barbarorum contagio Itali tertiam vocalem asperius efferre didicissent, degenerarunt in sonum G, ut pro *Jesu*, *Jam*, *Joannes*, pronuncient, *Gesu*, *Già*, *Giovanni*. Quod attinet ad ritum veteris Ecclesiæ, mos fuit, die Dominico, & à Pascha usque ad Pentecosten, non in genua provolutos, sed stantes orare, in memoriam Christi Resurrectionis. De qua re extant Canones *si quis Presbyter* dist. 30. *scire debet* dist. 76. *Quoniam* de consecr. dist. 3.

(26) *Publicus* olim fuit *Populicus*, & *poplicus*, quod extat in veteri inscriptione apud Gruterum pag. mihi 150. venit quippe à *Populus*. Inde *Valerius Pusticola* & *Poplicola*.

(27) In Codice nostro non habemus exemplum hujus formulæ, quod hic retulit Hæstenus.

(28) *Plutarchus* in Hellenicis quæstionibus auctor est, *Macedones B.* usurpasse pro *Pb.* & pro *Philippis* dixisse *Bilippis*, eos in quibusdam imitati sunt Latini, & signanter in nomine *Berenices*. Ita in præsentī *Josèb.* pro *Josèph.* Quæ hinc & deinceps præfert *Codex Casinensis*, desiderantur in editis: ut vel hinc nostrum exemplum præferendum agnoscas.

(29) *Cap. 62. Si quis Abbas sibi Presbyterum, vel Diaconem ordinari petierit, de suis eligat.*

(30) *Subaudi Persona, Majestati, &c. sacra* quoque vocatur *Epistola Regia*, infra lib. 4. Subnectit Hæstenus ex *Codice Trevirensi* distichon.

*Vale salus Patrie, lumenque, decusque tuorum,*

*Maxime regnantum, nosser & altus amor.*

Deest in nostro. Quo autem successu *Epistola hæc scripta fuerit*, & *Monachi in Gallias missi*, pete ab Hæsteno pag. 1090.

## IN CAPUT XIII. NOTÆ.

(1) Qui à nativitate surdi sunt, eisdem & mutos nasci, demonstrat experientia: itaut nullam penitus vocem emittant: & hi quidem non curantur nisi miraculosè, ut mutus ille *Evangelicus Matthæi 15.* Qui verò loquela privantur ob musculorum resolutionem à nimia humiditate profluentem, curari possunt, non tantum medicæ artis beneficio, sed interdum spontè naturæ. Legimus *Maximilianum Ferdinandi Imperatoris filium*, usque ad nonum ætatis annum, elinguem, & mutum fuisse: naturæ tamen virtute, non sermonem tantum acquisivisse, verum etiam eloquentissimum evasisse. Quocirca existimandum videtur, linguæ vitium in ipso originem duxisse ex larga humiditate, quæ progressu ætatis exsiccata, atque consumpta fuerit, quod cum proportione experimur in blebis, & balbutientibus. Arcanæ verò illius consequentiæ rationem, cur nempe surdi nascantur muti, *Philosophorum* est investigare: ad quorum tamen scholas non piget ex historico itinere *Tom. IV.*

strictio; si eis sine sua electione externus aliquis præponatur. Vestra tamen sagax, providaque subtilitas, sicut cœlitus mentem auferit, ita disponat. De Optato venerabile Monacho nostro summissis precibus, obsecramus, ut quia per ignorantiam ætatis excessit, vestrâ mereatur clementiâ relaxari. His expletis, (30) commendamus nos sacræ vestræ, poscentes Dominum nostrum tam publicè, quàm privatè, & vestram nobis, vestrorumque salutem prolixis temporibus concedat, & ubique vestram gloriam, semperque custodiat. Explicit.

*De Anglo muto, & surdo sanato.*

## CAPUT XIII.

His temporibus (1) vir quidam de gente Anglorum mutus, & surdus, cum quibusdam propriæ gentis sociis ad limina venit Apo-

paulisper divertere, ut minimè injucundi problematis resolutionem addiscamus.

## DIGRESSIO PHYSIOLOGICA.

*Cur surdi à nativitate sint etiam muti?*

Dubitandi ratio est, quia *Auditus*, & *Affatus* sunt facultates loco, & organis separatae: neque invicem subordinari videntur; quemadmodum *Phantasia*, sensuique communi subordinantur sensus externi: ergo necesse non est unius sensorii læsionem, alterius vitium trahere, & audiendi impotentiam arguere impotentiam loquendi; sicut neque loquendi impotentia arguit impotentiam audiendi: novimus enim à nativitate mutos non ægrè audientes. Atqui sicut se habet surdus ad mutum, ita mutus ad surdum: Ergo vel utroque alterum arguitur, vel neutro.

Compertam nihilominus, constantemque rei experientiam, ob rationis obscuritatem, indubium revocare, infirmitas mentis est, teste *Aristotele 8. Phys. text. 22.* neque enim minus vera sunt, aut reputanda sunt pleraque, quorum veras causas ignoramus. Reciprocantis maris æstus, magneticæque virtutis causam, *Motus*, ac *Temporis* constitutionis rationem, quis hætenus planè enucleavit? Num verò sanum illi caput esse contendas, qui de hujusmodi effectibus dubitaret?

Ergo surdos à nativitate, mutos etiam gigni, ab experimento accipiamus, cui suffragatur *Philosophorum Princeps 4. de hist. Animal. cap. 9.* Mutitatem scribens, ferè semper non ob aliud pueris accidere, nisi quia surdi sunt. Quamobrem autem id contingat inquirendum.

*Aphrodisiensis Alexander lib. 1. prob. 138.* quem explicat *Jandunus*, & sequuntur cæteri communi suffragio, hujus problematis resolutionem referunt, non ad internam aliquam impotentiam, aut vitium facultatum; sed ad extrinseci requisiti defectum. *Surdum* nempe à nativitate mutum quoque nasci volunt, non quod loqui non possit; sed quia non didicit. Quicumque enim vocem articulatur, seu loquitur humano more, format illam secundum aliquod idioma, in nullo autem idiomate loqui ullus potest; nisi illud per disciplinam didicerit. Atqui discere idioma contingit per auditum: quantumcunque enim characteres idiomatum, & linguarum oculis cernas; nisi alio præloquente, ac prædocente audiveris, sonum illorum efferre ne quicquam poteris: ut propterea ab *Aristotele* *Auditus* appelletur *sensus disciplina*. Qui ergo caret auditu, incapax est illius disciplinæ, quæ ad loquendum necessariò prærequiritur, & quæ per alterius sermonem contingit, *Sermo* enim *Audibilis* est, non *visibilis*: Quicumque igitur auditu privatus est, affatu quoque, & locutione privatur:

N n

vacur:

Apostolorum. Inde cum socios (2) ad memoriam Beati Michaëlis Archangeli, quæ in monte Gargano sita est, properare conspiceret, (3) simul cum eis iter arripiens, venit ad hoc Monasterium. Cumque Oratorium ingressi ante Corpus Sanctissimi Patris Benedicti, orationis gratiâ se pariter prostravissent,

vatur: Hoc autem extrinsecum est, & contingens, non ex rei natura.

Hieronymus Mercurialis lib. 2. de morbis Puerorum cap. 7. communi huic resolutioni calculum addens suum, sic discurret. Cum locutio sit opus facultatis voluntariæ motricis, non potest hæc excitari ad movendam linguam, & dearticulandam vocem, nisi à phantasmatis similibus locutioni excitetur: Phantasmata autem hæc non possunt recipi à facultate imaginativa; nisi medio sensu auditus: propterea sublato hoc sensu, necessarium locutio avertitur, & fit Mutitas. Receptæ nihilominus huic Resolutioni obstare videtur Primò, quòd infantes statim à nativitate vagiunt, vocemque aliquam inarticulatam emittunt, licet nihil didicerint. Ergo si surdi nati haberent integra organa, & perfecta ad formandam vocem, quamvis articulatam sonum non emitterent secundum aliquod idioma, impossibile tamen non esset eos aliquando sonum quempiam edere inarticulatam, & naturalem. Hoc autem in surdis non apparet: nam penitus obmutescunt: ergo defectus in ipsis loquendi non est ab eo, quòd non didicerint, seu ab extrinsecò; sed à læsione aliqua intrinseca.

Obstat secundò, quòd equi surdi non hinniunt, seu dicas, nitriunt (ideoque artis periti moment, emendos non esse equos, qui non hinniunt; signum enim est, eos esse surdos, ac subinde incapaces disciplinæ) & tamen hinnitus ab equis non discitur, sed natura comparatur. Argumento igitur est, internum aliquod impedimentum seu detrimentum interponi, non verò disciplinæ tantum, & phantasmatum defectum.

Quidam Arabs apud laudatum Mercurialem; mutitatem in pueris refert in eam causam, quòd cum lingua crassior facta fuerit, quam natura debuisset, auditorii meatus ex toto sunt obocæcati, & sanè si in reliquis surdis simile vitium probari posset, Problematis discussio jam esset ad umbilicum. Verùm Anatomicæ periti, an consentiant, ignoro.

Ad internum tamen vitium huiusmodi effectum reducendum generaliter docuit naturæ interpres Aristoteles Problem. 14. sect. 33 ubi quærens, cur surdi, ut plurimum loquantur è naribus, Responder, *An quia pulmo eorum vitiatum est: surditas enim detrimentum pulmonis est. Vix itaque fieri expedire non potest.*

Quod sanè, licet mirabile videatur; experimento tamen compertum est. Docent quippe Mulomedici, equos surdos pronos esse, ut *Bulsi* (sic vulgò loquimur) fiant, quod vitium pulmonis est. Ea verò, quæ ad vegetabilem, & sensitivam vitam pertinent, communia sunt homini cum reliquis animalibus: Ergo surditatem in hominibus ex eodem fonte derivari, consentaneum est.

Cæterum, qua ratione pulmo, & organum auditus consentiant, ut unius vitium in alterius defectum redundet, indicavit idem Aphrodisiensis loco allegato, asserens Pulmonem, & aures communicare invicem per quosdam cuniculos, & meatus, quod, si Anatomicæ peritis probatur, quæsitæ resolutioni oppidò favet.

Deinde conveniunt Pulmo, & aures in temperamento, organum enim Auditus procul dubio aëreum est, ex Arist. 2. de Anima. Aëreum etiam est temperamentum pulmonis, ut probat ejus levitas, omnisque ipsius constitutio corporalis, & profectò conveniens fuit, ita illum à natura constitui: cum enim aërem trahere, eoque repleri deberet, rationabile fuit, habere temperaturam conformem, quæ juvaretur, non læderetur aëris assumptione. Conveniunt etiam in objecto, &

cæteri post modicum ab oratione surgentes, eundem quoque, ut surgeret, secumque recederet, pulsare cœperunt. Verùm ille cœlesti visitatione compunctus, gemitibus cordis, mentisque vocibus, prout poterat, atque sciebat orationem protelans, Beati Patris Benedicti auxilium pectore fidissimo implora-

in effectu. Nam audirus habet effectum recipiendi sonum, pulmo faciendi; ergo conveniunt in sono, licet cum discrimine faciendi, vel recipiendi: ex hac autem diversitate faciendi soni, vel recipiendi, ad clariorem problematis discussionem lux emicat. Plura enim requiruntur ad facere, quam ad pati, & recipere: elaboratior ergo structura, ac temperatura requiritur in pulmone, & organo vocis efficiendæ, minus elaborata, & velut inchoata in organo receptivo soni: ergo difficilius est formare organa vocis, quam Auditus. Hoc admisso, sic juvat discurrere. Virtus, quæ potest difficilius in eodem genere, potest facilius: quæ verò non attingit facilius, multò minus potest in difficilius. Quandocumque igitur formatricis virtutis facultas ita est imbecilla, ut non possit formare organum Auditus, qui est minoris operis, & laboris, multò minus valida fuerit ad formanda organa vocis activa, & locutionis, quæ majoris sunt operis: ergo necessariò sequitur, surdos à nativitate fore etiam mutos. Contra verò non sequitur, nec convertitur, quòd mutus sit futurus surdus, quia si virtus non sufficit ad formandum magnum opus: sufficere tamen poterit ad formandum minus. Loquens autem non nascitur surdus, cum enim formata sint organa majoris difficultatis, formata etiam esse oportuit instrumenta minoris difficultatis in eodem genere.

Hæc autem, quæ dicta sunt de virtute formativa, aptari etiam possunt ad materiam, ex qua utriusque organa constanter, non enim ita exquisita esse debet materia ad formandum instrumentum soni recipiendi, quam soni faciendi.

Et ex his resolutio problematis ad causam intrinsecam ducta est probabiliter, ex quibus non ægrè responderi potest ad rationes dubitandi initio positas: etsi enim Auditus, & Affatus sint virtutes distinctæ, & separatae; sunt tamen invicem connexæ, utraque siquidem ordinatur ad sonum; licet pulmo, præter hoc, alia quoque munera sortitus fuerit: Provida enim natura utitur uno ad multa, sicut linguâ ad gustum, & ad sermonem.

Neque æqua inter utrumque, aut commutata proportio reperitur: sed majoris ad minus, & contra; plura quippe requiruntur ad formandum sonum, quam ad recipiendum, ut ex dictis liquet. Non ergo ita se habet mutus ad surdum, sicut surdus ad mutum. Quòd si in surdo apparent organa sermonis, integra & perfecta quoad figuram, non propterea perfecta fuerint quantum ad officium. Unde propriè non sunt organa vocis; sed impropriè, & æquivocè, sicut oculus cæci, & mortui non est oculus, nisi æquivocè.

(2) Frequens olim exteris, & nostratibus peregrinatio ad celeberrimam illam memoriam, tum spontè suscepta, tum ex imposta pœnitentiâ: spontanea, hic, & lib. 2. cap. 56. 81. lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 74. ex pœnitentiâ, lib. 2. cap. 24. *Causa pœnitentiæ, quam illi Beatus Romualdus injunxerat, abiit ad montem Garganum.* Nostratibus verò adeo communis, ut in Capitulari divisionis Principatus Beneventani, Princeps Radelchisus Principi Siconolfo peculiare adjecerit pactum de hac peregrinatione, sic locurus num. 8. *Et dimittam omnes homines vestra potestatis ire ad venerabilem Ecclesiam Beati Archangeli Michaelis recto itinere, quomodo temporibus Antecessorum nostrorum illuc ibatur.*

(3) Garganum ex occiduis partibus petentes, ad Casinense Monasterium divertebant, ut Divi Benedicti sacras exuvias venerarentur, infra lib. 2. cap. 56. & lib. 3. cap. 9. & lib. 4. cap. 74.

oratione surgentes, geret, secumque re-  
 unt. Verum ille cœ-  
 ctus, gemitibus cor-  
 , prout poterat, at-  
 protelans, Beati Pa-  
 pectore fidissimo im-  
 plora-

rus habet effectum reci-  
 o faciendi; ergo conve-  
 um discrimine faciendi,  
 ac autem diversitate fa-  
 endi, ad clariorem pro-  
 lux emicat. Plura  
 acere, quam ad pati,  
 or ergo structura, ac  
 in pulmone, & orga-  
 ninus elaborata, & ve-  
 receptivo soni: ergo  
 organa vocis, quam  
 , sic juvat discurrere.  
 ficilius in eodem gene-  
 verò non attingit fa-  
 potest in difficilius.  
 formatricis virtutis fa-  
 ut non possit forma-  
 ui est minoris operis,  
 valida fuerit ad for-  
 tiva, & locutionis,  
 : ergo necessariò se-  
 te fore etiam mutos.  
 tur, nec convertitur,  
 surdus, quia si virtus  
 ndum magnum opus:  
 ad formandum minus.  
 ascitur surdus, cum  
 na majoris difficulta-  
 e oportuit instrumenta  
 eodem genere.  
 unt de virtute forma-  
 unt ad materiam, ex  
 onstantur, non enim  
 materia ad forman-  
 recipiendi, quam

emaris ad causam in-  
 babiliter, ex quibus  
 ceit ad rationes dubi-  
 li enim Auditus, &  
 inctæ, & separata;  
 nexæ, utraque squi-  
 ; licet pulmo, præ-  
 nera forritus fuerit:  
 ur uno ad multa,  
 & ad sermonem.  
 e, aut commutata.  
 majoris ad minus,  
 requiruntur ad for-  
 ad recipiendum, ut  
 go ita se habet mu-  
 is ad mutum. Quod  
 ra sermonis, inte-  
 ram, non proprie-  
 rum ad officium.  
 gana vocis; sed im-  
 it oculus cæci, &  
 li æquivocè.  
 ostratibus peregrini-  
 i memoriam, tum  
 posita pœnitentiæ:  
 p. 56. 81. lib. 3.  
 ex pœnitentiæ  
 entia, quam illi  
 it, abist ad mon-  
 verò adeo com-  
 fissionis Principa-  
 adelchius Prin-  
 cerit pactum de  
 us num. 8. Et  
 a potestatis ire  
 at Archangeli  
 do temporibus  
 batur.  
 pecentes, ad  
 ant, ut Divi  
 entur, infra  
 9. & lib. 4.

NOTIS ILLUSTR

plorabat. Cùm ecce post non integram ho-  
 ram de loco se., in quo prostratus fuerat,  
 erigens, Benedictus & mirabilis Deus, re-  
 cepto auditu, & pariter loquela, (4) non-  
 solum in lingua patria, hoc est Anglica, sed  
 etiam in Romana, cœpit absolutissimè loqui.

De Concessionibus quorundam  
 in hoc loco.

CAPUT XIV.

(1) **H**Uic Abbati prædictus Arichis Prin-  
 ceptus concessit partes majores in-  
 territorio Gentianæ, super id, quod Giful-  
 fus Dux, jam Petronaci Abbati concesserat.

(2) sequenti etiam tempore Grimoaldus fi-  
 lius ejus (quem (a) HCarolo obsidem da-  
 tum præmissimus) ejusdem Regis concessione  
 post patris obitum Beneventum remissus, &

(4) *Linguam patriam* appellat, qua tunc in An-  
 glia patria loquebantur: ea verò tunc erat  
 lingua Saxonica: à qua deinde, & à Gallica  
 post adventum Normannorum exorta est lin-  
 gua nunc Anglicana. Ita cùm dicit, *Lin-  
 guam Romanam*; necesse non est accipere  
 Romanam linguam antiquam, nempe *Lati-  
 nam*: sed illam, quæ tunc Romanis in usu  
 erat.  
 Hic autem non unicum tantùm: sed geminum  
 agnoscere oportet beneficium; Alterum, quòd  
 mutus, & surdus, loquendi, audiendique,  
 quibus caruerat, facultatibus restitutus fue-  
 rit. Alterum, quòd statim in aliquo idioma-  
 te, quod non didicerat, loqueretur. Quan-  
 doque enim primum absque secundo patra-  
 tum reperimus. Hotgerus in vita Sancti Re-  
 macli lib. 1. cap. 18. apud Surium mense  
 Septembris. *Surdus, & mutus à nativitate,  
 auditum, & loquendi usum adeptus, instar  
 infantis didicit formare verba; non aliud  
 proferre valens, quàm quod ante ab alio pro-  
 nunciatum esset: unde satis constat, eum ha-  
 bñsus nec audivisse, nec locutum esse.*

IN CAPUT XIV. NOTÆ.

- (a) Regi Karolo.
- (b) fauce.
- (1) Hæc præcepta de Casa Gentiana igne absum-  
 pta fuerunt: eorum tamen notitia mansit ex  
 relatione Majonis Presbyteri infra cap. 48.,  
 & in Regesto Petri num. 187. in concessione  
 Grimoaldi. De eadem cap. 18. 46. 48. & lib.  
 2. cap. 2. & 16. Vide notas ad cap. 56. hujus  
 primi libri.
- (2) Regest. num. 183.
- (3) *Portus* inquit Isidorus lib. 24. cap. 8. *Locus est ab  
 accessu ventorum remotus dictus à deportan-  
 dis commerciis. Hunc veteres à bajulandis  
 mercibus, Bajas vocabant. Hinc portum,  
 juxta Puteolos, Bajas appellatas scimus. Cùm  
 itaque in fluminibus quoque hinc inde mer-  
 ces comportentur, & viatores, Portus etiam  
 in fluminibus dicuntur, & Portitores, qualis  
 à Poëtis fingitur Charon, per stygiam palu-  
 dem animas Cymba ad aliam ripam, trans-  
 vehens. Dicitur etiam *Trajectus*, quòd inde  
 trajiciantur flumina. Hinc oppidum, propè  
 locum, quà trajicitur Lyris, appellatum est  
 Trajectum, quo nomine scilicet vocabatur  
 portus ipse Lyris, generali appellatione; Du-  
 rat adhuc Portus nomen in fluminibus: quin  
 etiam navigium ipsum ultrò citròque trans-  
 vehens, Portus appellatur in Gallia Cisalpi-  
 na. A Portu, est importunus, importuosus.  
 Græcè Portus est *Limes*, unde *Limenarba*,  
 qui portubus præest.*
- (4) Utriusque hujus concessionis præcepta præfert  
 Regestum Petri num. 177. & 178.
- (3) Infra cap. 23. *Gualdum, qui Martoranus vo-  
 catur*, lib. 2. cap. 6. *Duo Gualda in finibus  
 Vicalbi*, & Regestum Petri num. 321. *Duo  
 Gualdora, &c.* Vossius de Vit. ferm. lib. 2.  
 cap. 8. *Gualdum ex Germanico Vvald. ne-  
 mus ait significare; Laudatque locum nostri  
 Tom. IV.*

ventanus Gastaldeus (7) in expeditione constitutus, obtulit in hoc sancto Cœnobio (c) filium suum nomine (d) Wachipertum, cum rebus inferiùs designatis. Casale in Tranc, ubi dicitur Cimilianum, Casale in Trepurio, Casale in Ariano, Casale in Virgilie, Casale in Terranea: aliud in Vicarium, aliud in Crosta cum oliveto, aliud in Culmo, aliud in Genne, aliud in Monte-nigro, & in Massa, & ad Ripam, & in Noceto, & in Corneto: in (e) Tamaro, in Latiniano, in Marfico, in (f) Trelicio, in finibus Potentiæ, & Casale in Sancta Agnete. Casam verò suam intra Civitatem (8) judicavit Tasie uxori suæ, in vita dumtaxat ipsius. (9) Servos autem suos, & ancillas omnes, libertati donavit, sub ditione tamen, & tutela Monasterii hujus, ita ut per singulos, singulas operas annualiter, ubi (10) nostri ordinati præciperent, exercerent.

(a) *Delatio de Paulo Diacono.*

### CAPUT XV.

Hujus tempore (1) Paulus Diaconus supradicti Regis Desiderii Notarius, post captionem ipsius Desiderii, & Arichis Beneventani Principis obitum, ad hoc Monasterium venit, & sanctæ (b) sibi religionis habitum induit. Quis autem, vel qualis, vel (c) unde Domnus Paulus hic fuerit, non est

(c) Filiolum.

(d) Guaquipertum.

(e) Tamaro.

(f) Trelicio.

(7) *Expeditio* ferè semper pro militari accipitur, neque aliter illam agnovisse videtur Cassiod. lib. 1. epist. 17. *Hanc meritò expeditionem nominavere majores, quia mens devota præliis, non debet aliis cogitationibus occupari.* Gregorius Turonen. hist. Franc. lib. 2. cap. 9. Quandoque tamen pro simplici Principis itinere, Lampridius in Alex. Severo. *In prociñctu, & in expeditionibus, apertis papilionibus prandit, atque cœnavit.* Ad quæ verba Salmastius ita commentatur. *Quicumque iret Imperator, id expeditio vocabatur.* Advocat Capitolinum in Pio, ad quem vide Casaubonum.

(8) *Infra* lib. 3. cap. 40. *Ad mortem veniens judicium fecit in hoc Monasterio de omnibus, &c.* lib. 4. cap. 16. Nicolaus Presbyter de Venastro judicavit, & tradidit huic Cœnobio *Eccliam Sancti Nicolai.* Hinc adjudicare, hoc est per judicium, & sententiam tribuere, assignare.

(9) *Supra* cap. 10. & *infra* ad cap. 54.

(10) Præpositi locorum, qui ordinantur ad officia obeunda, *infra* lib. 2. cap. 6. *Ordinatus super causas hujus Monasterii.*

#### IN CAPUT XV. NOTÆ.

(a) *Relatio.*

(b) *ibi.*

(c) *unde Domo.*

(d) *Teodelenda.*

(e) *Karolo.*

(f) *reminiscens magnæ nimis illius scientiæ suspir.*

(g) *At illi; dignè, inquit, tanto viro comparis, ô Rex; sed ne aliquando aliquas alicui contra vos litteras dirigat, jubete, si placet, ut &c.*

(1) *A secretis, ab epistolis, Cancellarius.* De quibus supra ad cap. 12. extat in Regesto Petri Diaconi Præceptum Desiderii Regis num. 101. cui subscribunt Paulus noster, & Desiderius. *Paulus Notarius, & Diaconus ex jussione Domini nostri Desiderii Serenissimi Regis scripsi. Actum Civitate Papiæ. Data verò anno Regni ejusdem gloriosissimi Regis quinto. Mense Decembris, per indict. 15. Desiderius gratia Dei Rex Langobard.*

A ab re perstringere. (2) *Iste siquidem ex Langobardorum gente originem duxit; (3) ejus namque abavus Lenpichis nomine, eo tempore, quo primùm in Italiam Langobardi ingressi sunt, cum eis venit. Cujus Pauli Pater nomine Warnefrid, mater (d) Theodelinda fuit. Qui à puero disciplinis liberalibus eruditus, maximum in Curia Desiderii Regis ob suam industriam familiaritatis locum obtinuit, atque Aquilejensis Patriarchii Diaconus extitit. (4) Hic post captam, ut supra diximus, Papiam, (5) cum Regi quoque (e) HCarolo pro sua prudentia admodum carus, & familiaris effectus esset, ac non multo post, (6) accusatus eidem Regi fuisset à quibusdam invidis, quòd eum propter fidelitatem Desiderii Domini sui voluisset occidere; fecit eum idem Rex comprehendi, & coram se adduci. Quem cum interrogasset utrum vera essent, quæ super morte sua de eo dicerentur; constanter respondit, se pro certo fidelissimum Domini sui fuisse, & in eadem se fidelitate cum vita perseverare. Ad hæc Rex subito ira succensus; præcepit eum manibus sine mora privari. Sed mox in se reversus, (f) & reminiscens sagacitatis ejus atque prudentiæ; suspirans ait, & si ejus manus abscidimus, ubi tam elegantem scriptorem reperiemus? & ait Proceribus assistentibus sibi, dicite, quid super hoc vobis videtur? (g) at illi; Jubete, inquit, ut eruantur ejus oculi, ne aliquando aliquas alicui*

(2) *De se ipsemet Paulus hæc tradidit lib. 4. de gest. Langob. cap. 39. ex quo Auctor noster.*

(3) *In editis Pauli est Leupbis, vel Leucbis, vel Leupchis, cui lectioni affinior est lectio Leonis. Pater Pauli vocatus Warnefrid filio cognomen tribuit; non raro enim appellatus invenitur, Paulus Warnefrid, usu illorum temporum. Mater Theodelinga, Frater Arichis. Diaconus extitit Aquilejensis Ecclesiæ. Ideoque frequentius Paulus Diaconus nuncupatus.*

(4) *Ex historia Langobardorum, quam in prologo præmonuerat suo chronico se adhibiturum, hæc accepit Leo, & signatè ex historia Anonymi Salernitani, quæ ut alias exposui eodem Codice continebatur.*

(5) *Virtus etiam in hoste laudabilis: & inter symbola facilis transitus. Facile ergo fuit Paulo egregiis animi dotibus instructo, Carolum demereri, Principem in primis eruditum, ut ea tempora ferebant.*

(6) *Invidiæ scopulum in aulæ pelago nulla penè, non vulgaris, virtus evasit. Utinam rariora suppeterent exempla.*

*Summi quique viri sortem experiuntur acerbam,*

*Pro meritisque ferunt tristia damna suis.* Camillus duris, & ferreis (ut cum Valerio loquar) sententiis in exilium actus est, alter Romani Imperii Conditor. Linternum migrare coactus Scipio major, cujus beneficio Annibalis faucibus Roma fuerat erepta. Solon, qui legibus Athenienses munierat, affecta jam ætate in Cypro vitam profugus transegit. Neque parvulum tantum comedit invidia: ipsos etiam Principes adurit. Lucanus à Nerone interfectus ob Poëtices gloriam, quam Nero affectabat. Peredeum Justinus obcæcavit, quòd ille magnum Leonem in theatro occidisset. Senecæ, & Germanici fata prætereo: neque enim finis sit, si omnes velim connumerare. Incedentibus per solem necesse est umbram comitari. Hæc tamen infortunia neminem à virtutis itinere debent avocare, quæ sibi est dulcissima, atque amplissima merces. Hæc autem Paulo non deperit. Quamquam Anonymus Salernitanus non per invidiam accusatum Paulum referat: sed scribè asserat, *Paulus bis denique Regi Carolo mortem molitus est, pro sui Regis Desiderii fide.*



) Iste siquidem ex Lan-  
 ginarum duxit; (3) ejus  
 his nomine, eo tem-  
 pte Italiam Langobardi  
 venit. Cujus Pauli Pa-  
 mater (d) Theode-  
 ro disciplinis liberali-  
 m in Curia Desiderii  
 iam familiaritatis lo-  
 quilejensis Patriarchii  
 Hic post captam, ut  
 (5) cum Regi quo-  
 sua prudentia admo-  
 effectus esset, ac non  
 us eidem Regi suis-  
 quod eum propter  
 hini sui voluisset oc-  
 Rex comprehendere,  
 m cum interrogasset  
 super morte sua de-  
 er respondit, se pro-  
 hi sui fuisse, & in-  
 vita perseverare.  
 succensus; præcepit  
 privari. Sed mox in-  
 nificens sagacitatis  
 pirans ait, & si ejus  
 am elegantem scrip-  
 Proceribus assisten-  
 super hoc vobis vi-  
 pete, inquit, ut  
 iquando aliquas ali-  
 cui

ec tradidit lib. 4. de  
 ex quo Auctor no-

, vel *Leuchis*, vel *Loup-*  
 est lectio Leonis. Pater  
 d filio cognomen tri-  
 appellatus invenitur,  
 illorum temporum.  
 rater *Arichis*. Diaco-  
 Ecclesie. Ideoque  
 onus nuncupatus.  
 m, quam in prologo  
 co se adhibiturum,  
 atè ex historia Ano-  
 alias exposui eodem

abilis: & inter sym-  
 cilè ergo fuit Paulo  
 structo, Carolum  
 primis eruditum, ut

pelago nulla penè,  
 it. Utinam rariora

m experiantur acer-

tristia damna suis.  
 t cum Valerio lo-  
 actus est, alter  
 Linternum mi-  
 , cujus beneficio  
 at erepta. Solon,  
 nerat, affecta  
 fugus tranlegit.  
 redit invidia:  
 Lucanus à Ne-  
 gloriam, quam  
 ulstinus obca-  
 nem in teatro  
 anici fata præ-  
 omnes velim  
 r solem necesse  
 ven infortunia  
 vent avocare,  
 plissima mer-  
 ruit. Quam-  
 on per invi-  
 : sed serid  
 Carolo mor-  
 siderii fide.

cui contra vos literas dirigat; & ubi, vel  
 quando, ait Rex, tam insignem Historiogra-  
 phum, aut Poëtam invenire valebimus? Illi  
 verò videntes circa illum Regis compassio-  
 nem, ac benivolentiam: suaserunt tandem,  
 ut (7) in Diomedis insula, quæ hodie, (8)  
 à tribus montibus Tremiti dicitur, eum exi-  
 liaret. Factumque est, ubi cum per aliquot  
 annos exulatus mansisset, homunculus qui-  
 dam, qui ei propter Deum obsequium facie-  
 bat, clam illum de ipsa insula expulit, &  
 cum eo pariter Beneventum perrexit. Quo  
 viso Arichis, qui filiam præfati Desiderii Re-  
 gis, Adelpergam nomine, uxorem habebat,  
 valde tam ipse, quam eadem ejus conjux ga-  
 visis sunt; eumque secum (h) in palatio ho-  
 norificentissimè retinuerunt. (9) Quo vide-

(h) deficit in Palatio.

(i) hic.

(7) Indefinitè habet Anonymus in *Insulam quan-*  
*dam*; alium ergo Auctorem secutus videtur  
 Leo, vel rei famam.

(8) Glossæ Latinogræcæ *Triplex*, idest *Trimitos*.

(9) Ex eodem Anonymo hæc, & alia nonnulla,  
 quæ inferiùs attextuit Leo.

Versus aliquot, quibus Ecclesiam Salernitanam  
 exornavit Paulus, reperies apud Ughellum  
 Italiae sacræ tom. 7. col. 498.

(10) De lucubrationibus Pauli Diaconi vide Vossium  
 de Historicis Latinis, & Joannem Baptistam  
 Marum in notis ad Petri Diaconi opusculum  
 de Vir. Illustr. Cas. In nostro Homiliario  
 Alcuini extat Epistola Caroli Magni, qua  
 testatur Paulo Diacono à se injunctum opus  
 ordinandi totius anni Lectiones de qua hic  
 Leo.

(11) In Codice Abbatis Joannis signato num. 353.  
 extat apud nos expositio in Regulam, cujus  
 initium, *tres enim sunt* &c. Paulo Diacono  
 inscripta, licet à recentiori manu. Hunc ip-  
 sum Codicem à Leone plectum fuisse, non  
 ambigendum; illum enim laudat in prologo:  
 exaratum verò ante Leonis ætatem, ostendit  
 imago Joannis Abbatis, quam præfert folio  
 primo. Vixit autem Joannes primus circa  
 annum 915. Codicesque plures exscribi jussit  
 ex capite 53. lib. 1. Tertius verò Joannes,  
 qui pariter eidem curæ incubuit ex lib. 2. cap.  
 25. Leonem ipse quoque præcessit, & præ-  
 rea characteres penè fugientes, Codicis sen-  
 tentem planè adstruunt, jam decrepitam. De  
 hac ergo expositione accipiendus est Leo: ne-  
 que enim illius vetustatis alia extat Casini.

Verum, quod Commentarius iste in Regulam  
 à Paulo Diacono editus fuerit, quin credam,  
 multa, nec leventia, mihi obstant argumen-  
 ta. Primum quidem, Pauli stylum, atque  
 Phrasim minimè subolet. Fuit enim Paulus,  
 ad ævi sui barbariem comparatus, auctor neu-  
 tiquam barbarus. Expositio verò illa barba-  
 rissimè sonat.

Deinde nec Paulus ipse, nec Trithemius, nec  
 antiquorum quispiam, inter Pauli lucubra-  
 tiones, Commentarium in Regulam centuriat.  
 Amplius. In Commentario Pauli multa de  
 veteri consuetudine Casinensis Cœnobii testa-  
 ta, scribit Ostiensis. Cum tamen ego, qui  
 Commentarium prædictum, non oscitanter  
 integrum ab initio ad finem pellegi, nedum  
 Casinensis Monasterii municipales, proprioque  
 ritus nullos in eo traditos repererim: sed ne  
 Casini quidem nomen uspiam memoratum,  
 quod opportunè, ac frequentissimè faciendum  
 occurrebat Casinati scriptori maximè in Re-  
 gulam, cum non rarè id præstiterit, in hi-  
 storia Langobardorum.

Præterea, Auctor Commentarii semper scribit  
*Abba*, Paulus ubique in aliis suis operibus  
*Abbas*. Item ad Cap. Commentator memi-  
 nit Monachi Canonici, quod inauditum per  
 ea tempora Casini.

Ad hæc, exterum, non nostratem se prodit Au-  
 ctor ille, cum cap. 35. de Italia loquens,  
*Mos*, inquit, *est illius terra*, & cap. 38. de  
 mixto commentans. *Illius terra consuetudo*  
*fuit, unde nos dicimus mordere, mixtum-*



bate, vel Fratribus; expositionem super Regulam Sancti Benedicti valde utilissimam edidit. Ubi multa de veteri hujus loci consuetudine necessaria testatur. (12) Nonnulla etiam alia scripta eleganti stilo composuit, inter quæ (13) versus quoque reciprocos, (14) & hymnos de singulis Beati Benedicti miraculis satis disertis sermone conscripsit. (15) Ad hunc præfatus Karolus Rex, qui eum exiliari iusserat, audito, quod in hoc loco Monachicum habitum assumpsisset, plurimum illi congratulans, satis affabiles, & jocundas litteras metricè compositas misit. De quibus aliquot hinc versus inserere libuit. Ait enim post aliquanta, cartulam suam alloquens.

*Hinc celer egrediens facili mea carta volatu  
Per silvas, colles, valles quoque (16) (k)  
perpete cursu,*

(K) præpete.

(l) amplectere dulcis.

(m) Dicens.

attestantibus, sed & reliqui nostrates usque ad nos eidem errori subscripserunt; & præterea Scipio, & Bucelinus.

Benedictus Hæsttenus propendet opinari, Auctorem hujus Commentarii fuisse Ruthardum. Mihi duo certa videntur, & ultra montes Commentarium scriptum, & ante septem, ut minimum, secula. Dum tamen Paulo non adscribatur, cui tribuendus fuerit, non contendo.

(12) Historiam quoque Gentis suæ, idest Langobardorum & nonnulla; &c.

Ex Codice B qui solam Leonis historiam exhibet, quod omisit Codex A. integram continens Leonis, & Petri.

(13) Elegiam illam indicat quam Paulus inseruit lib. 2. Historiæ Langobard. cap. 26. Ego quoque, ipsum audis, pro parvitate ingenii mei, ad honorem tanti Patris singula ejus miracula per singula disticha elegiaco metro hoc modo contexui.

*Ordinar unde tuos, sacer ò Benedicte, triumphos,*

*Virtutum cumulos, ordinar unde tuos. &c.*

Reciprocus versus appellat Ostiensis, quod Pentametri extremum Hemistichium reciprocatur Hemistichium prius exametri. Eodem metri genere Beda lib. 4. hist. Angl. cap. 20. aliam elegiam se scripsisse refert, cujus initium.

*Alma Deus Trinitas, qui secula cuncta gubernas,*

*Annue jam cœptis alma Deus Trinitas.*

*Bella Maro resonat, nos pacis dona canamus,*

*Munera nos Christi, bella Maro resonet,*

*&c.*

Hujusmodi cantoribus præcentor fuit ingeniosissimus Poëtarum in Faldis

*Qui bibit inde furit, procul hinc discedite,*

*quis est,*

*Cura sana menti, qui bibit inde furit.*

Et alibi

*Per cava saxa sonat pecudum mugitibus*

*echo,*

*Voxque repulsa jugis per cava saxa sonat.*

Metri nempe modulo reciprocantis Echo sonum scite repræsentans, ut propterea echoici versus à quibusdam vocentur. Propriori tamen appellatione echoicos dicamus, quorum extrema syllaba geminat antecedentem, aut simul antepenultimam; quo aliquid, sæpe inexpectatum, inferatur, ut in his.

*Quis gradus in terris homini tutissimus est*

*quis.*

*Quod genus est hominum caelesti in limite*

*quis.*

Et in Epigrammate vulgato.

*Quisnam clamor est amor, quisnam furor est*

*quis.*

Sed & reciprocus appellant, qui antrorsum, ac retrorsum in idem recidunt. Cujus formæ in ore puerorum hi circumferuntur.

A *Alma Deo cari Benedicti tecta require,  
Est nam certa quies fessis venientibus illuc.  
Hic holus hospitibus, piscis, hinc panis abundat,*

*Pax pia, mens humilis, pulchra, & concordia fratrum,*

*Laus, amor, & cultus Christi simul omnibus horis.*

(17) *Dic patri & sociis cunctis, (18) salve, valete.*

*Colla mei Pauli gaudendo (19) (l) amplectere benignè,*

(m) *Dicito multotiens, salve pater optime salve. & reliqua.*

B (20) Cui similiter idem Paulus verificè rescribere, & gratias pro visitatione, & salutatione sua, cunctorumque Fratrum referre maximas studuit. (21) Jam verò ætate maturus,

*Signa te, signa, temerè me tangis, & angis,  
Roma tibi subito motibus ibit amor.*

Et illud.

*Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebit.*

Correlativi porrò dicuntur hujusmodi.

*Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi,  
Capras, Rus, Hostes, fronde, ligone, manu.*

Leonini, quibus medium rithmicè consonat extremo. Ovid. Epist. ad Hermionem.

*Vir precor uxori. Frater succurre sorori.*

Quæ metrorum forma maximè placuit femipriscis, inquit Scaliger, ut videre est in omnibus ferè sepulchralibus inscriptionibus seculorum, quæ non aded vetusta sunt. Recentiorum unam accipe brevissimam.

*Hic jacet Erasmus, fuerat qui ridiculus mus.*

(14) *Hymnum quoque, Paulus ipse loquitur, singula ejusdem Patris miracula continentem metro jambico Archilochico ita teximus.*

*Fratres alacri pectore,*

*Venite concentu pari,*

*Fruamur hujus inclitya*

*Festivitatis gaudiis, &c.*

Inter hymnos tamen Pauli musâ modulatos, illum excellere, quo Præcursoris laudes cecinit, ut refert Petrus Diaconus, concors est eruditorum sententia.

*Ut quæant laxis resonare fibris.*

E cujus primæ strophæ emistichii Beatus Guido Aretinus, Cantus Ecclesiasticus, quo nunc utimur, notas, & rationem derivavit, desumptis inde initialibus syllabis.

Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La.

Quas uno versiculo inclusit recentior quidam apud Vossium.

Cur adhibes tristi numeros, cantumque labori  
UT RElevet MIserum FATum SOLitosque  
LABores.

Durand. lib. 7. cap. 14. & Bucelinus in Menologio.

(15) Paucos tantum Regiæ Epistolæ versus attulit huc Leo: plures habet Codex noster 257. sic autem exorditur.

*Christe Pater mundi, seculi radiantis origo,*

*&c.*

(16) Depravare pro Præpete, ut rectè habent Codex B. & 257.

E (17) Communibus salutationis officiis agit cum Abbate, & reliqua Congregatione, erga Paulum verò in teneriores sese fundit affectus.

(18) Lucianus in *Apologia pro lapsu inter salutandum*, eruditè ostendit, non ita proprium esse *Accedentium salve*, & *Recedentium vale*, ut alterum pro altero promiscuè usurpari veter ferula Grammaticorum.

(19) Antiquatum pro *Amplectere*, Venit à *Plecto*, quod est *Nectō*, unde *Amplectō circumnectō*.

(20) Metrica Pauli responsio apud nos non extat.

(21) Anno Christi 787. die 17. Maji, inquit Bucelinus. At Necrologium Casinense Cod. 47. sic habet. *Idibus Aprilis veneranda memoria Domnus Paulus Diaconus, & Monachus.*

turus, vitæ hujus cursu explevit, (22) & in claustris Monasterii juxta Capitulum honorabiliter est sepultus.

*De Capitulis, quæ fecit Imperator Ludovicus, & de pacto, quod fecit Beato Petro.*

## CAPUT XVI.

(1) **U**Ltimo hujus Abbatis anno, Ludovicus Imperator, qui cognomina-

(22) Petr. Diac. de Vir. Illustr. cap. 9. *Hildericus inquit, ejusdem Pauli Diaconi auditor, de origine præceptoris sui, vita, institutione, doctrina, religione, habitu, lucidissimos versus composuit.*

Hos versus legimus in Codice nostro 353. sub Epigraphe *Epitaphium Pauli Diaconi*, sub qua etiam illos evulgavit Joannes Baptista Marus in notis ad cap. 8. dicti opusculi de Vir. Illustr. In iis observandum, quod non advertit Marus, ex Acrostichis confici hunc versum.

*Paulus Levita, doctor præclarus, & insons.* Nam prima dictio versus vigesimi tertii legi debet sine Aspiratione, & sine diphtongo, et pro *Hæc*. Hildericus deinde Abbas fuit Casinensis. De versibus acrostichis meminit Cicero 2. de divinatio. & Eusebius de vita Constantini.

Idem Joannes Baptista Marus refert, *In pervertuto Codice manuscripto legimus, Paulum fuisse Diaconum S. R. E. Cardinalem: uti etiam dicto libro M. S. nostri Petri de ortu, & vita Justorum Casin. in cap. 25. inscriptione, bis verbis; De Paulo Diacono, atque Cardinali, &c.* Verum undecunque error hic promanavit, certè Codex Petri Diaconi à Maro laudatus nihil de Cardinalatu Pauli præfigit, sed absolute habet; *Paulus Diaconus Aquileiensis*, nimirum Diaconus, non Romanus.

Auctor notarum in librum de Gestis Langobard. seu Bonaventura Vulcanius, Paulum nostrum, eundem illum Paulum esse, agnoscit, qui Festi Grammatici fragmenta compilavit. *Quem nimis pot magno Reipublica literaria damno laceravit.* Sic ille. Mihi dubitandi argumentum præbet. Tum, quod neque ab Osiensi neque ab alio prisco auctore Compilatio illa Festi tribuitur Paulo nostro. Tum quia ibi cognominatur *Paulus Atheniensis* quid verò Aquilejæ, vel Italiæ cum Athenis? Num illud *Atheniensis* depravatum est, scribendumque *Atrienis*? quod (ut suspicatur auctor prædictus) tunc temporis *Atrienis* fuit, postea Diaconus, ultimò Monachus. Unde autem suspicioni ansa? Neque simile vero videri potest, virum tam ingenio artibus eruditum, quarum commendatione in magni Regis familiaritatem, & in honorificum *Notarii*, seu à secretis munus adscitus est, servili *Atrienis*, & studiis portentoso ministerio olim se deturpasse: cum præsertim honesto, nobilique loco natum non ambigam ex iis, quæ de sua genealogia ipsemet prodit. Denique in reliquis ejus opusculis incriptus invenitur, *Paulus Vvarnesfrid*, quod utique cognomen à prima ætate assumpsisse putandus est, nimirum à genitore, quando nullo adhuc cognomine alio distingui poterat ab officiis, & muneribus. Unde autem in sordidum *Atrienis*, cognomen patrium, aut ipse mutasset, aut aliis mutare in mentem venire potuit? est enim *Atrienis* servus Custos Atrii, *Mastro di Cortile*, vel, ut vult Fulvius Ursinus apud Vossium, *servus à suppellectili*: quia nempe servaret suppellectilem convivalem, veteresque cœnarent in atrio, hoc est in Culina, vel prope Culinam, ut auctor est Servius primo Æneid, sanè Saxo Grammaticus, lib. 8. Compilatorem Festi *Paulum* vocat, nullo præterea addito cognomine. Hæc mihi dubiam reddunt opinionem præfati Auctoris, Paulo Diacono adscribentis Festi Compilationem: Cum tamen videam viros eruditissimos illi suffragari, contentionis funem longius non traham.

tus est *Almus*, vel *Sanctus*, filius (a) *HKaroli* hujus, quarto anno Imperii sui in Aquigrani Palatio (2) cum plurimis totius Franciæ Abbatibus, Monachisque religiosis conventum faciens, (3) valde utilissima nostri ordinis observationi septuaginta, & duo generalia Capitula constituit: quæ ita ferè omnia (b) apud nos, ac si Beati Benedicti Regula, observantur. Hic (c) *Ludovicus* pactum constitutionis, & confirmationis fecit Beato

## IN CAPUT XVI. NOTE.

(a) Karoli.

(b) apud honesta Monasteria.

(c) *Lodeuvicus*.

(1) Cujus Abbatis? *Theodemarii*, si continentem scriptorum Codicum ordinem attendamus. At Auctores antiqui omnes, à quibus non abeunt recentiores, hæc Capitula edita fuisse affirmant anno Christi 817. qui fuit quartus Imperii Ludovici, ut Leo rectè adnotavit: nam imperare cœpit anno 814. obiit itaque *Theodemarius* anno Christi 817. quod aperte pugnat iis, quæ de antecedentium Abbatum temporibus idem Leo tradidit. Collige simul ab Abbatis *Petronacis* initis, & ab anno 720. singulorum subsequentium Abbatum annos, & habebis annum 817. qui est ultimus, non *Theodemarii* (hic enim mortuus est anno 797.) sed *Gisulfi*, qui ordinatus anno 797. obiit 817. 24. Decembris.

Vidit hanc in scriptis Codicibus repugnantiam *Lauretus*; Cæterum luxata membra suis redere locis nesciens, ad tempora hoc Concilium rejecit Abbatis *Apollinaris*. Cumque, sic stare nec posse, non ignoraret, audacter, suoque more annos immutavit; & ex proprio commentus est ingenio, *Leonem* scripsisse, condita fuisse hæc Capitula anno quarto Abbatis *Apollinaris*, non quarto Imperii *Ludovici*, idque transfudit in caput suum decimum nonum.

Ergo hujus primi libri capita quædam suo loco avulsa, & inturbata à Librariis fuisse, facile est advertere ex chronologia ab eodem Leone disposita, ut prædiximus, quare ut congruentibus locis luxata reponantur, hujus historiæ seriem sic disponi, ac reduci debere existimo. Post caput 15. & ejus ultima verba, *Honorabiliter est sepultus*, addantur quatuor ultimæ lineæ Capitis 16. ab illis verbis. *Præfatus autem Abbas Theodemar defunctus Nonis Junii, sepultus est juxta Ecclesiam Sancti Martini. Gisulfus Abbas decimus tertius, usque ad finem Capitis. Deinde subjungendus titulus. Quomodo Gisulfus Abbas fecit Ecclesiam Sancti Germani, quod propterea erit caput 16. non verò 17. Tum submittendus titulus. Qualiter idem renovavit Ecclesiam hujus loci, & erit Capitulum 17. usque ad illa verba Breviarium de Cellis, de Marca; & post hæc apponendus titulus ante omisus. De Capitulis, quæ fecit Imperator Ludovicus, & de pacto, quod fecit Beato Petro, usque ad illa verba, *A Josue ejusdem loci*. Dein sequatur ex cap. 18. jam notato, *Apollinaris Abbas quartodecimo loco, & sequentia. Demum De Miraculis Abbatis Apollinaris Caput 19.**

Et sic nihil addendo, vel demendo, quod fecit *Lauretus*, se ipso usus pessimo præceptore, sed luxata tantum in aptum locum reducendo, historiæ seriem bellè, & sine offensione decurret. Potuissem sanè, nec religione prohibebam, narrationem *Leonis* sic disponere in hac nostra Chronici editione; malui tamen scriptorum Codicum tenore, ut jacet, retento, de prædictorum Capitulorum luxatione lectorem admonere, ejusque judicio relinquere, num operæ pretium fecerim, ea sic reducendo.

Ut autem mea hæc reductio evidentior fiat, legendus *V. C. Peregrinus* in serie Abbatum, *Casinensium*, quam accuratissimè suppavit; est enim in quibusdam a meo computo discrepet, integra tamen summa totius, menti meæ, in hoc adamussim respondet.

Consulendus quoque *Bollandus*, tum alibi, tum ad

Beato Petro, ejusque Vicario (4) Domno Paschali ad instar priorum parentum suorum

ad Acta Latina Sancti Ignatii primo Februarii. Alium locum luxatum offendes infra cap. 47.

- (2) Enituit Ludovici pietas in Monasticum ordinem in hoc adunando conventu; movente, & promovente Sancto Benedicto Aniani, & Indæ Abbati, qui auctor perhibetur Concordiæ Regularum: defunctusque est anno 821. 12. Febr. ex Bucelino in Menologio. Bolland. 12. Febr. pag. 608.

- (3) Extat horum Capitulorum apud nos exemplum in sæpius laudato Abbatis Joannis membranceo Codice 353. quorum Epigraphe sic habet.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCXVII. Imperii vero gloriosissimi Principis Ludovici Quarto, Sexto Idus Julii, cum, in domo Aquisgrani Palatii, qua Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus unâ suis resedissent Monachis, hæc, quæ subsequuntur Capitula, communi consilio, ac pari voluntate Regularibus conservari decreverunt.

Sunt autem numero sexaginta novem: quædam enim aliis distincta, in unum Caput conjunxit Librarius. Hæftenus exhibet octoginta; & à nostris aliquantulum variantia. Ea habes in calce hujus Chronici.

- (4) Primo qui sedit ab anno 807. ad 824. 14. Maji defunctus.

- (5) Imperator ergo, & filii non subscripserunt, sed tantum signarunt: cæteri subscripserunt. Ad cujus ritus, aliorumque huc attinentium, notitiam illustrandam, libet paululum digredi à tramite consueto notandi.

#### DIGRESSIO HISTORICA.

##### De signaturis, & subscriptionibus.

**H**umanæ societatis chirographa, instrumenta, contractus, aliasque civilis vitæ scripturas, ut ratæ, firmæ, & authenticæ haberentur, contrahentium nominibus subnotari legitime institutum est, ac præterea Tabellionis (Notarium barbarè nunc dicimus) tanquam publici testis auctoritate muniri. Hinc Pontificum quoque, Imperatorum, Principum diplomata hujusmodi ritu stipulata conspiciamus. Varias tamen pro temporum, ac personarum varietate, subsignandi, subscribendique formulas, & ritus invenimus, & quidem frequentius, & usitatus Actoris principalis nomen propria manu subscriptum occurrit. Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Childebertus Rex Francorum subscripsi. Io el Rey. Carolus, leg. si Publicanus ff. de Publicanis, & Vestigalibus, significantur ipsi libello, manu sua subscripto.

Quandoque verò, qui subscribebat, signum etiam Crucis in eadem linea proprio nomini aut præfigebat, aut postponebat, aut interponebat. † Ego N. subscripsi. Ego N. subscripsi. † Ego Baldewinus Abbas. † S. Edmundi. Signum Vvilli † Elmi Regis Anglorum. Atque ita gemina quodammodo subscriptione, Cruce nimirum, & proprio nomine gesta firmabant, ut Crucis signo viderentur tacite jurare, rata se ea velle, quæ scriberent. Ex Meursio. Utrumque indicat sequens formula † Ego Plegmand Archiepiscopus subscripsi cum signaculo S. Crucis. Apud Monast. Anglic. Non raro signum tantum Crucis Actor, seu Donator paginae imprimebat, præsentibus Testibus, & Notario: Notarius verò, signum recognoscens, nomen signantis, vel signaturi exarabat. Nam & ante Notarii testificationem, & post illam appositum invenimus Crucis signum. Hoc autem dupliciter, vel enim Tabellarius loquitur in persona propria tanquam testis, vel in persona ipsa signantis. Exempli utriusque formulæ idem Monasterium Anglicanum abundè ministrat. Primæ, † signum manus Ætredi Regis Merciorum. † signum manus Esnevel, signum manus Esvi. † signum manus Egaldi † signum manus Bunan. †

Regestum etiam Petri Diac. num. 443. † Si-

Pipini, & Karoli, & (5) propriæ manus signaculo, ac trium filiorum suorum illud corro-

gnum Joannis Citto strenuissimo viro. † signum Octaviani nobilissimi viri, qui in banc donationis cartam fuit rogatus testis, & num. 444. 446. † signum manus superscriptus Dominus Petrus, qui propriis manibus feci, num. 454. † signum manibus istorum Arici, & Basilii jugalibus. † signum Lanfranchi, & Alberti, & cæteri alii plures de scopulo rogati testes.

Alterius formulæ exempla † Ego Sigereus Rex banc donationem à me factam signo Sanctæ Crucis propria manu scribendo firmavi, vel, Ego Eadwardus, Domino largiente, Anglorum Rex signum Venerandæ Crucis impressi † & in corpore diplomatis. Cartam istam conscribi, & sigillari jussi: & ipse manu mea signum Sanctæ Crucis impressi, & pagina 123. Hæc autem Cartula caraxata est anno Dominica Incarnationis 841. &c. bis testibus consentientibus, & signum Crucis Christi scribentibus, quorum subter nomina notata sunt, &c. † Ego Vvigles. Rex Merciorum. † Cunethryth Regina. † Croolnotb Archiepiscopi. † Cunda Episcopi, &c. In Regesto quoque nostro num. 435. Ego qui supra. Si Kelgrima Comitissa, qui scribere præcepi, & manus mea in hac Cartula Cruz feci, num. 438. † Ego Givaldus Consul banc Cartam à me factam signum Crucis feci, & num. 442. † Ego Majo Judex, & Leo Judex, & Zoffo, & omnes, quod superscripti sunt. Et num. 600. Ego Oderisus Comes banc Cartulam corroboravi, & subscribi me rogavi. Ego Bainerius de Rustico. Ego Guifonzellus de Gualfredu. Ego Robertus de Ildebrando, &c. hic interfuisimus, & scribere nos rogavimus testes. Quibus locis Notarius loquitur in persona signantium, quamquam ipse scribat.

Hujus ritus signandi sola Crucis impressione, originem duplicem, vel alterutram fuisse puto, vel quod Princeps puellus esset, & infans, unde de hoc ipso excusationem quandoque allatam reperio, sic. Et ego dum propter imbecillam ætatem minimè potui subscribere; manu propria subterfignavi, & Regina subscripsi. † signum Crucis Childerici Regis. Imnechildis Regina subscripsit: & in Monast. Angl. pag. 211. Ego Edmundus, Clito Legitimus præfati Regis filius Crucis signaculum Infantuli † florens ætate propria indidi manu, ubi puellus signans, & non subscribens, adhuc tamen dicit, Ego, quia nimirum Notarius ejus nomine scribebat.

Vel, quod Princeps, alique Contrahentes, aded idiotæ, & Analfabeti essent, ut ne proprium scirent nomen literis exprimere. Ideo Cancellarius illud exprimebat, Rex verò solum signabat. † signum Dagoberti Regis. Henricus Cancellarius recognovi. † signum Domini Henrici Romanorum Invictissimi Imperatoris Augusti. Theodericus Cancellarius, &c. recognovit. In nostro Archivo, & Monast. Angl. pag. 76. Et ego Frithevaldus, qui donator sum, unâ cum Erkenwaldo Abbate signum Sanctæ Crucis † pro ignorantia literarum expressi.

Quod respiciens Legislator noster Reg. cap. 58. schedulam petitionis, Manu sua, inquit, scribat, aut certè, si non scit literas, alter ab eo rogatus scribat, & ille novitius signum faciat, hoc est Crucis. Et hoc quidem ritu subignant etiamnum idiotæ, atque mulieres literas nescientes. Tabellio verò subdit, signum Crucis N. scribere nescientis, l. scimus. C. de Jur. deliber. Subscriptionem supponere heredem necesse est, vel si ignarus sit literarum, vel scribere præpediatur speciali Tabulario, ad hoc solum adhibendo, ut pro eo literas supponat, Venerabili signo Crucis antea manu heredis proposito. Cujacius ad leg. 15. C. de Decurion. lib. 10. Tabularii, inquit, dicuntur, qui &c. in rebus privatorum plerumque adhibebantur, vel, ut pro imperitis literarum scriberent: vel, ut pro stipulari nescientibus, stipularentur, quasi personæ publicæ. Vide etiam l. ult. C. de testam.

Porro, quod initio inductum fuit ob necessitatem, transisse deinde videtur apud aliquos in religionem: itaut illi etiam, qui literas non ignorarent, signum tantum Crucis in actis im-

prime-

corroborans, decem Episcopos, & VIII. Ab-  
bates, & Comites XV., Bibliothecarium,

5) propriae manus filiorum suorum illud corro-

tenissimo viro. † signum  
iri, qui in hac dona-  
tus testis, & num. 444.  
supra scriptus Dominus  
anibus feci, num. 454. †  
Arici, & Basilia ju-  
franchi, & Alberti, &  
opulo rogati testes.  
† Ego Sigereus Rex  
factam signo Sanctae Cru-  
endo firmavi, vel, Ego  
rgente, Anglorum Rex  
us impressi † & in cor-  
m istam conscripsi, &  
manu mea signum San-  
pagina 123. Hac autem  
no Dominica Incarna-  
bus consentientibus, &  
bentibus, quorum sub-  
† Ego Viglef. Rex  
† Regina. † Croalnotb  
Episcopi, &c. In Re-  
435. Ego qui supra  
qui scribere precepi,  
artula Crucis feci, num.  
nsul banc Cartam a me  
ci, & num. 442. † Ego  
lex, & Zoffo, & om-  
unt. Et num. 600. Ego  
Cartulam corroboravi,  
Ego Bainerius de Ru-  
de Gualfredu. Ego  
&c. hic interfuimus,  
is testes. Quibus locis  
na signantium, quam-

crucis impressione, ori-  
terutram fuisse puto,  
esset, & infans, unde  
quandoque allatam  
propter imbecillam  
ribere; manu propria  
subscripsi. † signum  
Imnebildis Regina.  
Angl. pag. 211. Ego  
us praefati Regis filius  
li † florens aetate pro-  
ellus signans, & non  
dicit, Ego, quia  
mine scribebat.  
Contraheutes, aded  
nt, ut ne proprium  
mere. Ideo Cancel-  
ex verd solum signa-  
legis. Henricus Can-  
num Domini Henrici  
Imperatoris Augusti.  
&c. recognovit. In  
ft. Angl. pag. 76. Et  
onator sum, una cum  
num Sanctae Crucis †  
expressi.  
nofter Reg. cap. 58.  
nu sua, inquit, scri-  
litas, aiter ab eo  
vitiis signum faciat,  
idem ritu subdignant  
mulieres literas ne-  
ddic, signum Crucis  
scimus. C. de Jur.  
ponere baredem ne-  
literarum, vel scri-  
Tabulario, ad hoc  
eo literas supponat,  
a manu baredis pra-  
S. C. de Decurion.  
dicuntur, qui &c.  
nque adhibebantur,  
um scriberent: vel,  
us, stipularentur,  
ide etiam l. ult. C.  
m fuit ob necessita-  
ur apud aliquos in-  
a, qui literas non-  
Crucis in actis im-  
prime-

primerent. Chrysof. Homil. de venerat. Cru-  
cis, signaculum Crucis appellata est, quod te-  
stamenta, & statuta divina omnia, qua acce-  
pimus, hoc quasi signo quodam Regio, & an-  
nulo obfirmamus.  
Monast. Angl. † Ego Sigereus Rex banc dona-  
tionem a me factam signo Sanctae Crucis pro-  
pria manu scribendo firmavi, coram Bregovini-  
no Archiepiscopo. † Ego Bregovinus Archie-  
piscopus ad petitionem Donatoris praedicti, con-  
sensi, & subscripsi. † signum manus Hereberti  
Abbatis. † signum manus Baeno Abbatis. †  
signum manus Bruno Abbatis. † signum ma-  
nus Aesvaldi Presbyteri, & alibi. † signum  
Regis Henrici. † signum Regina Matbildis. †  
signum Vuillielmi filii Regis. † signum Ran-  
nulfis Archiepiscopi Cantuariensis. † signum  
Turstani Archiepiscopi Eboracensis. † signum  
Vuillielmi Episcopi Exonia, & pag. 761. †  
signum Abgari Episcopi Constantiensis. † signum  
Hugonis Abbatis Cerasii. † signum Letii Abba-  
tis Montisburgi. † signum Theoderici Abbatis  
S. Landi. Apud Aymoinum, lib. 3. † signum  
Caroli Christianissimi Regis. Regest. Petri non  
uno loco, & Regestum nostrum Sancti Angeli  
ad formas pag. 72. † Ego qui supra Rainal-  
dus, Dei gratia, Cardinalis, & Casinensis Ab-  
bas signum Crucis feci. Vide etiam Italiam  
sacram Ughelli tum alibi, tum tom. 3. col.  
722. & seqq. & tom. 1. col. 962.  
Quis ergo sibi persuadeat, tot Episcopos, Archie-  
piscopos, Abbates, Cardinales, Reges, nescisse  
litteras? Id citius credendum videtur, moris  
aliquando fuisse, ut quod Crucis signaculo ob-  
firmatum esset, satis ratum, & authenticum  
haberetur, & signum pro subscriptione vale-  
ret. Cujacius ad allegatam l. scimus. Adeo  
fuit signum Crucis sanctum, ut instrumentis,  
pro fide, & subscriptione cederet. Ex his,  
quae huc usque producta sunt, lucem accipient  
alia; & primo, quod subscribentes nunc etiam  
dicuntur Firmare, & subscriptiones Firmae.  
2. Nomen signatura, quod in Principum Curiis  
usurpatur; Romae praesertim. Pleraque enim  
vocabula retinentur, etiam variato quadante-  
nus rei significatae usu, & ratione. Nunc ita-  
que Principes signare dicuntur, quamvis sub-  
scribant, sicut olim dicebantur subscribere,  
licet solum signarent.  
3. Illustratio alia dubitatio, qua doctos alioqui  
viros interdum urgeri advertimus: Cum enim  
in vetustis instrumentis omnium testium nomi-  
na simili caractere exarata viderent, ambige-  
bant, num essent authentica, & ut ajunt,  
originalia? quantumvis caetera adminicula non  
deessent, quae autographa esse probarent. Du-  
bitandum ergo proinde non fuerat: Apparebat  
enim, Cruces omnes diversis manibus fuisse  
formatas: licet postea Tabellarius nomina  
signantium ipse solus simili caractere, & in  
persona testium, ego N. testis. Ego N. testis  
perscriptisset. Quamquam aliquando testes nec  
subscriberent ipsi, nec signarent, sed Notarius  
eorum nomina tubnotabat, & praesentiam tes-  
tabatur. Sic. Testibus † Archiepiscopo Can-  
tuariensi. Roberto Episcopo Lincolnensi. Hi-  
lario Episcopo Cicestrensi, Villoelmo Comite,  
&c. Monast. Angl. pag. 688. & alibi saepissimè.  
Hujus rei testes sunt. Hujus donationis hi sunt  
testes, &c. Vide Ughell. Ital. sac. tom. 2. col.  
748. 755. 779. &c.  
Nostro aevio abolicus est usus signandi tantum,  
cum quis literas non nescit. Facile quippe  
fraudibus pater. Unde Justinianus apud Gret-  
serum de Cruce, refert, in Bithinia accidisse;  
quod, cum testatrix nondum absoluto testa-  
mento, emisset animam, quidam ex testibus,  
prehensa jam defunctae manu, & tam in trans-  
versum, quam recta linea ducta, effecerunt,  
ut defuncta Venerandae Crucis signum adscri-  
pisse videretur.  
Accessit aliis temporibus in signandis scripturis  
annulus sigillaris † Ego Cadwardus Rex An-  
glorum praefatam donationem cum titulo San-  
ctae Crucis confirmavi, & impressione sigilli mei  
consolidavi, & alibi, ut descriptio firma sit,  
Tom. IV.

(  
B  
C  
D  
E

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum Nomenclatorem Domno Paschali Papæ transfudit. (8) Hoc tempore pulchro fati opere constructa est Ecclesia Sancti Vincentii, quæ appellatur Major in loco supradicto juxta Vulturum à Josue Abbate ejusdem loci. (9) Præfatus autem Abbas Theodemar defunctus Nonis Junii, sepultus est juxta Ecclesiam Sancti Martini.

(10) Gisulfus Abbas tertius decimus à Beato Benedicto, ordinatus anno Domini septingentesimo nonagesimo septimo, fedit annis XX. & I.

*Quomodo Gisulfus Abbas fecit Ecclesiam S. Germani.*

### CAPUT XVII.

**H**ic (a) ex nobili Beneventanorum Ducum profapia ducens originem, mox ut Abbas effectus est, cœpit satagere, qualiter posset ad utilitatem (b) Fratrum, quorum tunc maxima deorsum pars morabatur, tam Ecclesiæ, quàm reliquarum officinarum angustias spatia. (1) Incitabat etenim illum ad hoc,

*Imp. moris semper fuisse, ut Romani per Calendas, Idus, Nonas numerarent? Ergo ex Varr. lib. de ling. lat. Primi dies mensum nominata Kalenda ab eo, quod iis calentur ejus mensis Nonas à Pontificibus Quinquagesima an septimana sint futura, in Capitolio, in Curia Calabria, sic Dies te quinque calo, Juno novella, septem te dies calo, Juno novella. Hæc Varro, & uberius Macrobius lib. 1. cap. 15. quem adi, & Meursium, Vossium, Martinium, qui addit, debuisse potius dici Calendas, quàm Calendas. Sed apud veteres magnam fuisse rudioribus illis seculis literarum confusionem, magis de vita, quàm de sermone sollicitis. De variis verò Nomenclatoris muneribus vide Casaubonum. De Idibus, & Nonis, eundem Vossium.*

- (8) Hic Josue, ut perhibetur lib. 2. chronici ejusdem Monasterii, fuit undecimus post Paldonem, electus anno 793. indict. prima, nostri Theodemarii tempore.
- (9) Anno 797. cum sedisset anno 19. ex chronico quoque Sancti Vincentii, apud Peregr. inferiori Abb. Cas. quem consulat. In Regesto Petri num. 102. extat exemplum Privilegii Caroli Magni ad Theodemarium, Ludovici Pii num. 104.
- (10) Utriusque scripti Codicis lectio est. Lauretus confictam de suo cerebro Leoni imposuit epocham anni 792.

#### IN CAPUT XVII. NOTÆ.

- (a) Qui.
- (b) Fratrum tunc deorsum manentium.
- (c) habitatio, & erat laboriosa plurimum.
- (d) Cuidam fratri Garioald.
- (e) Novi Monasterii.
- (1) *Amœnitas ex erumpentibus ibi aquis supra cap. 10. Fecit etiam Ecclesiam Sancti Michaelis Archangeli ad radices alterius montis in loco satis amœno. Auctor vitæ Sancti Bertoldi cap. 47. apud Surium in Julio. Erat autem in accessu Castri fons, muro contiguus magnæ amplitudinis, & amœnitatis. Aribio Episcopus Frisingensis in vita Sancti Corbiniani cap. 20. apud eundem in Septembri. Locus amœnus inter duos rivulos. Alexander Abbas Thelesinus lib. 2. cap. 18. De amœnitate loci lympharumque circumcurrentium magna abundantia fertur valde sibi complacuisse. Guilelmus Brito lib. 5. Philippidos. — Latus inde sinistrum Lene fluens per prata virentia Carus amœnat. Et l. 8. Inter aquam montemque situ splendet amœno. Quæ loca ad Monasteria maximè expetita, ut ex nostro Auctore præsignatis verbis aperitur, & infra lib. 3. cap. 36. Quoniam locus idem*

**A** & loci amœnitas, & opum copia non parvarum, simul etiam arta, & ardua montis (c) habitatio jam non erat sufficiens tam numerosæ multitudini Fratrum. Itaque (2) (d) cuidam Garioald, qui ejusdem loci post eum curæ fungebatur officio, mandat, ut super hoc negotio omni studio studeat, & ut eum locum, ubi prius à Porone Abbate Ecclesia parva Sancti Benedicti constructa fuerat, ad ædificandas (e) Monasterii officinas aptare protinus debeat, quod ille imperium promptus arripit, quoniam (3) instar paludis totus ille locus carectis, aquisque stagnabat, multis terræ rudibus, saxorumque aggeribus universa replevit, Atque (4) amplam Basilicam in loco prioris parvulæ in honorem Domini Salvatoris, opere fati pulchro construxit. Quæ videlicet Basilica marmoreis basibus, & columnis XXIV. hinc inde suffulta, & amplis porticibus circumseptâ, habet in longitudine cubitos LXXXII. In latitudine XL. & III. In altitudine XXVIII. Desuper autem satis mirificè trabibus, tabulisque cipressinis est laqueata, ac regulis co-operta, parietibus in circuitu figuris pulcherrimis insignitis. Jam verò pavimenti opus,

*valde amœnus, & satis aptus Monasterio erat. Andreas Abbas in vita Sancti Ottonis Bambergensis lib. 2. cap. 37. apud Surium in Julio, & quia locus nemorosus erat, & amœnus, & ligna ad ædificandum suppetebant, in honore Sanctæ Crucis ingentem Ecclesiam de nobili artificio fundavimus. Auctor vitæ Sancti Ginulfi lib. 1. cap. 16. Erat autem idem locus super fluviolum vocabulo Naon, satis mortalibus amœnitate sua gratissimus: cujus acceptabilem Beati viri prospicientes situm, & divino cultui judicantes aptissimum, peregrinationem suam tibi definire statuunt. Facit ad hoc, quod Amœnum. Festo est quod ad se amandum allicit. Vel, ut placet Vossio, Amœnum deducitur à Mœnibus, quorum magna solet esse amœnitas. Vide illum. Monasteria verò à Mœnibus, hoc est, extra mœnia ædificari, præci adamarunt Patres.*

- (2) Erat nempe Præpositus Monasterii inferioris.
- (3) Exodi 2. & exposuit eum in Caresto ripa fluminis. Carestum, inquit Servius in Eglogam 3. Virgil. locus est, Carices, herbas scilicet quasdam acutas, ac durissimas, spartibus similes generans. Columel. lib. 6. cap. 22. Melius nemorosus, herbis, & fructibus, & carectis, quàm lapidosus locis durantur ungula. Carex igitur, unde Carectum, est juncti genus acutum, & durum; dicta Carex non quia viribus careat, ut quidam putarunt: sed quia ob acumen, & duritiem idonea esset ad carendum, hoc est, carpendum, & abradendum, à qua carendi notione etiam Carduus dicitur. Plaut. Menæch. act. 5. scen. 2. Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Auctor noster Carectis usurpavit pro Caricis in Carectis nascentibus. In eodem sensu Gaudfredus Malaterra lib. 1. cap. 27. Fluvialibus, dixit, Carectis, & quarundam arborum corticibus, cum Castaneis, & quercinis, sive ilicinis nucibus, quas glandes dicimus, porcis subtractis, & mola post exsiccationem tritis, panes facere, modico milio admixto, tentabant.
- (4) *Basilos Græcè, Latine Rex, Dominus, ergo Basilica quasi Regia; unde maximæ, amplissimæque Ecclesiæ vocantur Basilicæ, quamquam aliter Isidorus apud Vossium. Hæc Sancti Salvatoris Basilica à Gisulfo ampliata extat adhuc, estque Collegiata insignis Civitatis Sancti Germani: non tamen Cathedralis. Cathedra enim Episcopi Casinensis est Ecclesia superioris Cœnobii: Adjacentis tamen illi olim Monasterii nihil superest, neque Campanariæ turris antiquæ, & Porticus, atque Atrii: Adhæret autem eidem Palatium Curia Casinensis.*



NOTIS ILLUS

opum copia non par-  
arta, & ardua montis  
on erat sufficiens tam-  
Fratrum. Itaque (2)  
qui ejusdem loci post  
fficio, mandat, ut su-  
studio studeat, & ut  
a Potone Abbate Ec-  
nedicti constructa fue-  
) Monasterii officinas  
, quod ille imperium  
oniam (3) instar pa-  
arectis, aquisque sta-  
deribus, saxorumque  
vit, Atque (4) am-  
prioris parvulæ in-  
oris, opere fatis pul-  
delicet Basilica mar-  
nnis XXIV. hinc in-  
rticibus circumsepta,  
bitos LXXXII. In la-  
altitudine XXVIII.  
ificè trabibus, tabu-  
teata, ac tegulis co-  
circuitu figuris pul-  
lam verò pavimenti  
opus,

is aptus Monasterio erat.  
a Sancti Otonis Bam-  
7. apud Surium in Ju-  
morosus erat, & ama-  
ficandum suppetebant,  
is ingentem Ecclesiam  
adavimus. Auctor vitæ  
cap. 16. Erat autem  
iolum vocabulo Naon,  
nitate sua gratissimus:  
pati viri prospicientes  
judicantes aptissimum,  
inibi definire statuunt.  
Amœnum. Fecit est  
allicit. Vel, ut placet  
ucitur à Manibus, quo-  
amœnitas. Vide illum.  
enibus, hoc est, extra  
i adamarunt Patres.  
s Monasterii inferio-

m in Caresto ripa flu-  
bit Servius in Eglogam  
Carices, herbas scilicet  
ariffimas, spartibosimi-  
lib. 6. cap. 22. Melius  
& frutetis, & carectis,  
urantur ungula. Carex  
, est junci genus acu-  
a Carex non quia viti-  
putarunt: sed quia  
em idonea esset ad ca-  
pendum, & abraden-  
nitione etiam Carduus  
h. act. 5. scen. 2. Inter  
, lanam cavere. Au-  
urpavit pro Caricis in  
In eodem sensu Gau-  
cap. 27. Fluvialibus,  
arundam arborum cor-  
& quercinis, sive ili-  
ndes dicimus, porcis  
& exsiccationem tritii,  
nilio admixto, tenta-

Rex, Dominus, ergo  
nde maxima, amplifi-  
ntur Basilica, quam-  
apud Vossium. Hæc  
ca à Gisulfo ampliata  
ollegiata insignis Civi-  
non tamen Cathedra-  
Episcopi Castensis est  
nobis: Adjacentis ta-  
rii nihil superest, ne-  
antiquæ, & Porticus,  
autem eidem Palatium

opus, quàm speciosum, quàm solidum, quàm A  
variorum lapidum sit diversitate conspicuum,  
& (5) circuitus chori, quàm sit pulchris,  
ac magnis marmorum tabulis septus, in-  
promptu videntibus est. In Absida porrò ejus  
Basilicæ mediana, ad quam per gradus VII.  
ascenditur, constituit altarium, in honore,  
ut diximus, Domini Salvatoris. In dextera  
autem Altarium Sancti Benedicti. In sinistra  
verò altarium fecit ad honorem Sancti Mar-  
tini. Ante eandem verò Basilicam fecit A-  
trium longitudine cubitorum XL. latitudine  
simili, & in marmoreis illud columnis nu-  
mero XVI. undique versus erexit, atque in  
circuitu ipsius lapideos canales juxta pavi-  
mentum, unde semper aqua decurreret, po-  
fuit. Porrò à parte orientali ejusdem atrii in  
conspectu Ecclesiæ absidam fecit, & altarium  
ibi Sancti Michaëlis constituit. In medio ve-  
rò ipsius (6) campanarium valdè pulcherri-  
mum super octo magnas columnas erexit.  
Ex utraque autem parte ejusdem Ecclesiæ,  
diversorum officiorum multas, & maximas,  
atque pulchras, tam ad suas, quàm ad Fra-

(5) Infra lib. 3. cap. 28. Frontem quoque chori,  
quem ferè in medio Basilica statuit, quatuor  
magnis marmorum tabulis sepfit. Durandus  
in Rationali lib. 2. cap. 3. nu. 35. eas tabu-  
las non admodum consuevisse elevari, descri-  
bit.

(6) Anast. Biblioth. in Leone 4. Fuit etiam ibi  
ipsum Campanile, & posuit Campanam cum  
malleo aureo. Campanæ usus, licet alio no-  
mine, fuit apud Gentiles. Paulinus Episco-  
pus Nolanus usum illum ad Ecclesiasticas fun-  
ctiones designandas, & ad populum convo-  
candum induxit, ex quo quidam putant, Cam-  
panam dictam Nolam à Nola Campaniæ Ci-  
vitate, & Paulini sede. Verùm de Nola in  
hac acceptione meminit Quintilianus lib. 8.  
cap. ultimo, tritum proverbium referens,  
Nola in cubiculo, de quo vide Rhodig. lib.  
29. cap. 11. antiquarum lectionum. Vixit au-  
tem Quintilianus sub Domitiano tribus ferè  
seculis ante Paulinum.

Reperitur quoque Campana apud Germanos di-  
cta Cloca, & Campanarium Clocarium. Cam-  
panarium verò Cæsario est, cui injuncta Cam-  
panarum cura. lib. 2. de Mirac. cap. 22. & D  
alibi. Eisdem verò usibus deputatas præcis  
seculis Campanas invenimus, quibus apud Chri-  
stianos, olim si quis è vita excessisset, æra,  
Campanæque pullabantur, ut perverus Theo-  
criti Scholiastes adnotavit; quod is tinnitus  
avertere crederetur spectra, dæmonumque  
ludibria. Atque hinc receptum arbitror, ut  
cælo tonante, Campanarum boatu perfrepar-  
tur. Non sum tamen nescius, aliam subesse  
causam, ut illarum complosu aërem longè,  
latèque diverberante, vis tonitruum infringatur,  
aut aliud comportetur. De Campanis legen-  
dus Angelus Rocca, & ante illum Hierony-  
mus Magius. Turcæ non utuntur Campanis.  
Ex prædictis Auctoribus.

IN CAPUT XVIII. NOTÆ.

- (a) Rursum.  
(1) Perperam Codex B. legit Rursum præmiserat E  
Leo, quæ deorsum Gisulfo molitus fuerat,  
nunc quæ sursum, hoc est, in Monasterio su-  
periori.  
(2) Paulus Vvarnefrid de Gest. Langob. lib. 3. cap.  
35. De quo auro (inestimabilis thesauri) ipse  
Rex postmodum Ciborium solidum mira ma-  
gnitudinis, & magni ponderis fecit. Ad quæ  
verba Adnotator Vulcanius sic habet. Poculi  
genus est in modum foliorum colocasiorum fa-  
ctum, ut interpretatur Scholiastes Horatii Por-  
phyrio ad illum term. lib. 2. Ode 7. verium.  
—obliviosa levia Massico  
Ciboria exple.  
Citaturque Hesichium, sed hæc nihil ad Ostien-  
sem & ad Paulum, Bulengerus de Donariis  
Pontificum lib. 2. cap. 18. ad vocabuli inter-  
pretationem accersit, præter laudatos à Vul-  
Tom. IV.



clesiæ altaria tabulis argenteis induit. (3) In loco etiam, qui Vallis Luci dicitur, Ecclesiam in honore Sancti Angeli construxit. (4) Necnon & Ecclesiam Sancto Christi Martyri Apollinari, in loco, qui tunc temporis Albanus vocabatur, nunc verò ex ejusdem Martyris nomine Sanctus Apollinaris dicitur, statuit. (5) Fuit autem (b) temporibus Beneventanorum Principum præfati Grimoaldi filii Arichis, & alterius Grimoaldi cognomine Thesaurarii, Romanorum autem Pontificum Adriani, & (6) Leonis Tertii videlicet, cui, oculis, & lingua à Romanis privato, Omnipotens Deus mirabiliter, & visum restituit, & loquelam, Imperatorum verò supradictorum Constantini, & Hirenæ. (c) Qui depositus IX. Hc†. Januarii sepultus est juxta Ecclesiam Beati Benedicti ante Capitulum introeuntibus in Ecclesia ad levam. (7) Huic prædictus Princeps Grimoaldus præcepto suo (8) firmavit omnes fœminas liberas, quæ servis hujus Monasterii fuerant copulatæ, (9) à tempore primi Gisulfi usque ad eam diem cum filiis, & filiabus, & universis eorum. (10) Alio quoque præcepto concessit in hoc loco Monasterium Sanctæ Mariæ (d) in Banze, quod situm est in finibus Acerentiæ, cum servis, & Ancillis, atque Colonis, & cum omnibus ex integro possessionibus, ac pertinentiis ejusdem Monasterii. Eodem tempore supradictus (e) Guacco Beneventanus obtulit in Ecclesia Sancti Bene-

A dicti, quam ipsemet in jure proprio intra Civitatem Beneventanam ad portam Rufini construxerat: omnia sua, idest casam propriam, eidem Ecclesiæ conjunctam, cum omnibus pertinentiis suis. Catale in Septimo: Casale in Sancto Angelo ad Pectæ: (11) hæreditatem in Salerno: Casale in Caudis: Casale in Forcle: Casale ad Sanctum Januarium cum servis, & Ancillis: Oliverum in Ariano: molendina sua (12) in fluvio Sabbato: (f) quinque pueros clericos, cum servis quamplurimis, præter multos alios, quos liberos dimisit. Eo tamen tenore, ut semper sub ditione prædicti Monasterii manerent. Iterum aliam casam intra Beneventum, ubi ipse manebat simul cum Curte sua, & coquina, & aliam casam novam juxta plateam, ubi est Sancta (g) Archellais cum Curte, & pertinentia sua. Casale sub Apice, & Toroniano (13) erga fluvium (h) Arbi: Casale in Autiano, & Ceppaluni: campum Neperarum: Casale in Crosta (i) cum oliveto. Optulit etiam idem Guacco (14) in Ecclesia Sancti Benedicti, quæ sita est in Liburia loco Casa Gentiana campum de Porcari: pratum quoque quod dicitur Porcile. & duodecim familias fervorum cum omnibus ex integro illorum pertinentiis, commanentes in vico, qui vocatur (k) Balufanu. Alios etiam servos, & ancillas suas in prædicta Casa Gentiana habitantes cum universis omnino rebus illorum. Hæc autem omnia ex integro simul cum præ-

- (b) temporibus supradictorum Imp. Constantini, & Hirenæ.  
 (c) deficit. Qui depositus, &c.  
 (d) in Banza.  
 (e) Vvacco.  
 (f) deficit quinque pueros, &c.  
 (g) Arthellais.  
 (h) Arvi.  
 (i) cum oliveto, item quinque pueros, &c. ut sup.  
 (k) Balufanus.  
 (3) Beati Nili, postea incolatu nobilitatam de quo infra.  
 (4) Non infrequenter ex nomine Ecclesiarum pagis & Castris indita nomina, præsertim in agro Casinate. Cujus Castra fere omnia ab initio fuerunt Monasteria, & Præposituræ, ut constat ex variis hujus chronici locis. Vide infra lib. 3. in cap. 19. d.  
 (5) Memoria lapsam Leonem censet Peregrinius, cum Gisulfum sedere cœpisse ait sub Hadriano. Nam sub Leone Tertio videtur electus, vixisse verò etiam sub Stephano 4. & sub Paschali, cujus mentio fit in cap. 16. è loco suo avu so; quæ luxatio hinc etiam probatur. Nam Paschalis creatus fuit 28. Januarii anno 817. quo etiam anno Gisulfus mortuus est 26. Decembris, ergo Caput illud 16. pertinet ad tempus Gisulfi.  
 (6) Variant scriptores in hac historia tradenda. Legantur Baron. ann. 799. Bolland. Bucelin. Thesaurus in Regno Italiæ.  
 (7) Filius scilicet Principis Arichis. Nam ad finem ejusdem præcepti in Regesto Petri num. 181. sic habetur. *Actum Beneventi in sacratissimo Palatio, nono anno Principatus, mense secundo, quinta indictione, nempe anno Christi 797. quo vivebat Grimoaldus prædictus.*  
 (8) Et infra cap. 60. ut uxor viri sortem sequeretur. Rex Rotharis in legibus Langobard. lib. 2. tit. 12. l. 2. sic statuit, *si Aldia, aut libera in Casa alieva ad maritum intraverit, & servum ad maritum tulerit, libertatem suam amittat.* Postea Luitprandus tales Conjuges Palatio post annum adjudicandos sancivit, eodem lib. 2. tit. 9. l. 3. utraque de causa fœminas liberas, &c. Grimoaldus legitime Monasterio tradidit.  
 (9) In ipso præcepto Grimoaldi hæc habentur verba. *Tempore Domni Gisulfi, & Domni Luitprandi, vel Domni sanctæ, & dulcis memo-*

ria Genitoris nostri. Genitor Grimoaldi, qui cognominatus est Thesaurarius, minimè fuit Princeps, ut ex hoc præterea argumento, sermonem hic esse intelligamus de Grimoaldo filio Principis Arichis. Qui autem supra cap. 5. appellatus fuit *Gisulfus junior*, ille idem nunc dicitur *Gisulfus primus*, nimirum quia primus omnium Beneventi Principum largiflua illa sua donatione nostrum Monasterium ditavit. Ergo à tempore *Gisulfi primi*; hoc est, à tempore *primi Donatoris*.

- (10) Regest. num. 182.  
 (11) Vide lib. 2. ad cap. 36. Extat exemplum hujus donationis in Regest. num. 179. & 180.  
 (12) Fluit prope Beneventum cum Calore item fluvio, cui adjungitur, & in Vulturum denique influunt. Est in Judæa fluvius *Sabbatius*, ita vocatus, quod sex diebus aridum alveum relinquit, Sabbatho fluit, ex Josepho de Bello Judaico lib. 7. cap. 24. Plinius verò lib. 31. cap. 2. Sabbatho siccat prodit. At de Judaico flumine Judæi potius historici, quam Romani standum testimonio. In Itinerario Antonini. *Ad fluvium Sabbatum*. Sed ibi sermo est de alio amne Calabriæ citerioris, vulgò *Savuto*.  
 (13) Hoc est *versus fluvium*, vel *apud fluvium*, in qua significatione sumi videtur ab Anast. Biblioth. in Leone 4. *erga Ecclesiam præfati Apostoli*, & sæpissimè sumitur ab Anonymo Salernitano.  
 (14) Quæ fuerit hæc Regio appellata *Liburia*, aliis quandoque dicta *Liguria* ob affinitatem secundæ, & septimæ literæ, ante quintam vocalem, facile discere est collatis locis nostri Auctoris infra cap. 34. *Maurus quidam de partibus Liburia in loco, qui dicitur ad Sili-cem, & cap. 35. venit Capuam, quam totam circum circa devastans, Canciam quoque, & Liburiam, nullo sibi valente resistere, peragrans, in campo Neapolitano tentoria fixit, cap. 55. usque Sarnum, & Nolam discurrentes, & devastantes omnia, cunctamque Liburiam, cap. 60. Nec-non de terris, & fundis in Liburia, loco, qui dicitur ad Trefone. lib. 2. cap. 86. Curtes, & terras in finibus Liburia loco Porano prope lacum Patria. Tempore à locis Erchenperti, & Ignoti Casinen-sis, aliorumque. De Casa Gentiana supra ad cap. 14. & infra ad cap. 56.*

dictis Ecclesiis (1) obtulit in hoc Beati Benedicti Cœnobio : dimissa medietate eorum, omnium usufructuariò uxori suæ (m) *Tafæ* in vita dumtaxat ipsius. Sub his quoque diebus (15) vir quidam Colo nomine de territorio (n) *Cajazzano* obtulit in Ecclesia Sancti Martini cella hujus Cœnobii, (o) quæ supra *Vulturum* sita est, integram curtem, suam in loco, qui dicitur (p) *Aditianus*, cum omnibus ad se pertinentibus rebus, tam in monte, quam in plano. (16) Similiter etiam *Maximus* quidam de prædicto territorio, ob-

- (1) ad obitum veniens obtulit, & delegavit.  
 (m) *Tafæ* sub *vela* Monasterii hujus.  
 (n) *Cajazzano*.  
 (o) quæ juxta.  
 (p) *Aditianus*.  
 (q) *pastionis*. Qui depositus nono Kal. Januarii, &c. ut supra.

(r) deficit Hujus temporibus, &c.

(15) *Regest.* numer. 184.

(16) *Reg. num.* 85.

(17) *Infra cap. 45. Libellario nomine ad consum-*  
*concefferant.* Contractus *libellarius* est quando sub vili denariorum pensione, seu censu, rem aliquam alteri, vel perpetuò, vel ad certum tempus renovando contractu, utendam quis concedit, interveniente chytographo, seu brevi scriptura, unde nomen *libellus*, & parum differt ab *emphyteusi*; unde jura loquentia de *emphyteusi*, habent locum in contractu *libellario*, & contra. Per *Jasonem* in *Authent. ingressi*, de sacros. Eccles. nisi quoddam *Emphyteusis* contrahitur sub lege meliorandæ rei, v. g. agri inculti ad culturam reducendi, & plantandi, unde nomen *Emphyteusis*, hoc est, *Infitio Plantatio*. Nam olim steriles agri hoc concedebantur sine, ut plantarentur. *Libellarius* verò Contractus hanc legem non habet.

Hinc *Libellatici*, qui *libellum* accipiebant, & hoc, cum sermo est de Contractibus. *Libellatica* quoque est ipsa pensio. *Gregor.* lib. 2. *Epist. 42. Sed ipsa etiam Libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur.* Alioqui apud veteres Ecclesiæ Patres *Libellatici* vocabantur Christiani illi, qui ne cogerentur *Idolis* sacrificare, accipiebant à Magistratu gentili *libellum* immunitatis (Italis *salva-guardia*) & pro ea libertate solvebant certam pecuniæ quantitatem, & hi *Libellatici* distinguebantur a *sacrificatis*, vel *Tburificatis*, qui scilicet metu malorum ed pertrahebantur, ut *Idolis* sacra facerent, & impio se cultu contaminabant. *Copiosè Cyprian.* lib. 4. *Epist. 2. & August.* *Epist. 164. Vide Magrum, Martinium, Vicecomitem de Missæ apparatu pag. 380.*

(18) Cujus valoris essent *solidi*, non est facile determinare, cum diversæ tunc fuerint *solidorum* species, ut constat ex auctore nostro. *Consule Budæum de Assè, & Latinium in Epist. D. Bernardi, in Legibus Langobard.* lib. 2. tit. 22. *De omnibus debitis solvendis per duodecim denarios solidi solvantur.* Hinc partes *solidi*, seu *Assis, Semissis, Bessis, Dadrans, &c.*

(19) *Infra cap. 45. Memoratorium, usus nomine Breviarii.* *Plin.* lib. 7. cap. 26. *Sueton.* in *Augusto* cap. ultimo *Breviarium Imperii*, & in *Galba. Breviarium rationum.* Latiniorebus vocatur *summarius*, nos vocamus *Inventarium.* *S. P. Benedictus Reg. cap. 32. vocat Brevem.* *Vide Juretum in Symmachum. Gutherium de officiis domus Augustæ. Vof. de vit. ferm.*

Sed & apud Ecclesiasticos *Breviarium* nunc vocatur *Codex* horarum *Canonicarum.* Cujus appellationis ratio ducta est ex eo, quod olim in uno *Codice* notabantur indices tantum, & *Capitula* *Lectionum, Psalmorum, orationum, &c.* singula verò hæc in singulis diversis *codicibus* habebantur. Ideo index ille appellatus est *Breviarium*, extant in nostra *Bibliotheca* membranacei plures hujusmodi *Codices*, & præsertim *Codex 199.* unde apparet, quod notavimus.

A tulit Beato Benedicto omnem ex integro substantiam suam in supradicto loco Sancti Martini. (17) Hic Abbas fecit libellum quibusdam hominibus de *Termule*, de omnibus rebus Sancti Benedicti, quas ibi possidebamus, (18) pro censu *XIV. solidorum*, & medietate totius (q) *pastionis.* Hujus (r) temporibus factum est (19) *Breviarium de Cellis de (20) Marca.*

(21) *Apollinaris Abbas* quattuordecimo loco in *Abbatiam prælatus*, sedit annis *XI.* Fuit autem temporibus *Romanorum Pontificum.*  
Pa-

(20) *Aliter, inquit Vossius, sumitur in re nummaria, aliter in terrarum appellationibus.* In re nummaria non uno modo enarratur à veteribus, & junioribus. Aliqui exponunt *Sellibrum.* *Uspersensis Libram, Cujacius duas libras.* *Marca* item, vel *Marcha* dicitur de finibus Imperii, estque à Germanico *Mark*, idest *Limeu*, termini signum, vel nota. *Mark* verò à *MerKen*, quod est signare; quia lapides, qui pro termino forent, signarentur. Cæterum cum *Marca*, sive *Marcha* proprie limitem donotaret, latius extensum fuit ad significandum totam aliquam ditionem, vel Provinciam, qua Imperium terminaretur, quomodo dicimus *Marcham Brandenburgicam, Tarvisinam, Anconitanam, Teatinam,* de qua sæpe Auctor noster hic, & alibi: *Dionysius Halicar. lib. 3. vocat Plagas terminales.*

A *Marcha* dicti sunt *Marchisii*, seu *Marchiones*: De quibus, ut omittam, quæ tradit *D. Thomas* lib. 3. de regim. Princip. cap. 21, *Zafius* apud *Frecciam* de feudis. *Marchio*, inquit, *nihil aliud est, quam limitibus Præpositus, qui adversus hostes excubias faceret, assignatis sibi militibus, & ut Republicam, limitesque tueretur, propria quadam tenimenta tenebat, ex quibus Beneficii commoda perciperet.* *Amerbachius Marchiones, seu Margrassi, vel Marchgraviis dicti, inquit, sunt eo, quod limitibus, quos Marchen appellant, Grassi, seu Graviis, hoc est Judices, Comites, Præpositi fuerunt.*

Alii, inter quos *Rhenanus, & Alciatus, Marcam* apud Germanos dicunt vocari *equum*, ut proinde *Marchiones* dicantur quasi *Magistri stabuli, & equorum*: indeque *Marescalli, & militare verbum Marchiare.* Alii aliter; sed prima derivatio probabilior, quam probant *Martinius, Vossius, Freccia, Claudius Turoneus.* Ergo *Marchio* est *Comes limitaneus*, qui præest *Marchia, seu limitibus.*

Constituerunt enim *Langobardi* in *Italiæ Regno* quatuor Ducatus, *Beneventanum, Spoletanum, Taurinensem, & Forojuliensem.* Duosque *Marchionatus* ad *Adriaticum mare, Firmianum* scilicet, & *Tarvisinum*, quibus tota ferè limitabatur *Italia.*

*Carolus Magnus, expulso Desiderio, septem Marchionatus* in *Italia* statuit, ut limites, finesque Regni contra vim exterorum tuerentur. Idem fecerat in *Francia*, quam multis circumsepit *Marchionatibus, & singula etiam Regna* suis limitavit *Marchionatibus, munitisque.* *Aymoinus lib. 5. cap. 4. Ut Ludovicus Neustriam cum Marchiis suis haberet, Carolomanus Burgundiam cum Marchiis suis, &c.* Quare *Marchiones* ipsi erant *Comites limitaneis regionibus præfetti.* Duces etiam *Comites* erant. In *Extravag. de Pace Constantiæ, Comes Henricus Dux Spoleticus.*

Hi autem *Marchionatus* ab initio officia erant, deinde in *Feudum* transferunt; & in *hereditarium Beneficium*, ut *infra de Comitibus* dicemus. Quidam apud *Martinium, Marchionem* synonymum esse volunt cum *Liminaribus*, quasi *liminibus præfide* & consentit eruditissimus *Vossius.* At *Freccia Liminarcham* distinguit à *Marchione*, est enim ipse *Præfectus Portuum custodiendorum*, nam *Limes* Græcè est *Latinis Portus*, sicque vox tota *Græca*, non verò ex *Græco, & Latino* hybrida, & subsignat *Martinium.*

(21) *LECTIO* est utriusque *Codicis. Nugator Lauretus* commentus est *quindecim.*

Paschalis, & Eugenii, & Siconis, (22) (f) qui eodem anno Beneventi Princeps effectus est.

*De miraculo Abbatis Apollinaris,  
& de oblationibus quorundam  
in hoc loco.*

### CAPUT XIX.

(1) **D**E hoc Sanctissimo viro celebris fama est, & seniorum nostrorum attestazione firmata; Quia cum quadam die, necessitate cogente, ad Monasterii possessiones visendas esset egressus, necesse illi fuit Lirim fluvium transvadare; sed cum navis deesset, qua transire potuisset, vir Dei fide repletus, salutiferæ Crucis se signaculo munivit, & ad fluminis oram accedens, ita ut erat indutus, & calciatus in eum intravit: sicque ad ulteriorem ripam miro modo, Apostoli Petri exemplo, (a) siccis pedibus est advectus, ut non super aquas ambulasse, sed super aridam terram crederetur. Sub hujus Abbatis diebus, quidam (2) vir nobilis nomine Arnipertus natione Compfanus obtulit Beato Benedicto curtes suas in diversis locis, numero quinque cum omnibus omnino pertinentiis earum, tam mobilibus, quam immobilibus, & cum servis, & ancillis quamplurimis; nec non & tunicam unam cum lista aurea, & circellos de auro, & listam unam auream cum margaritis, & (3) fibulatorium nihilominus aureum cum medietate omnium mobilium suorum, sed & Clericus quidam nomine (4) Daniel, natione Tarentinus, nobili genere ortus, (5) ad extrema veniens, & seipsum, & omnia sua cum plurimis servis, & ancillis apud Aquinum, & apud ipsam cellam Sancti Gregorii, quæ in ipsius vicinia sita est, per cartulam oblationis huic Monasterio tradidit. Unde nonnulli nostrum (6) (b) nunc usquequaque putant (7) de prædictis ejusdem Danihel servis, eos, quos hodieque habemus famulos propagatos.

(f) deficit qui eodem anno, &c.

(22) De suo intravit verba sequentia Lauretus. *Fuit creatus anno Domini 813.* Certè nec Principum Beneventi, nec Abbatum nostrorum series per annos ducta, hunc annum admittunt.

#### IN CAPUT XIX. NOTÆ.

(a) Siccis tam pedibus, quam vestibus super ripam.

(b) non usquequaque improbabiliter.

(c) Cannerus.

(d) habitabant.

(1) Ex Desiderio lib. 2. suorum Dialogorum.

(2) Regest. num. 189.

(3) In carta ipsa donationis, *Flebbatorium*, sic enim vulgus detorta voce loquebatur. *Fibulatorium* dictum reperitur in glossis Græcolatinis, & Trebellio Pollione in triginta Tyrannis. Vossius de Vit. ferm. lib. 3. cap. 12. *Fibulatorium* exponit *Amiculum, vel aliud, quod fibula stringitur.* Laudat Anast. Biblioth. in Gregor. 3. *Fibulatoria* numero quinque. & in Leone 4. *Fibulatoria* majora, & minora quinque. simulque Suidam, qui *Fibulatorium* interpretatur *Amiculum Persicum.* Lacerda in Adversar. cap. 95. num. 13. *A Fibula*, inquit, *dicitur quidquid apprehendit, & stringit.* Igitur *Fibulatorium* ipsa est *fibula.* Corpus nempe aliquod, ingrediens in foramen ad quippiam cohibendum, ne laxetur, aut prolatur, quasi findat illud, quod perforat. Vide Scaligerum exercit. 329. & Vossium in Lexico. Virgil. 4. *Æneid.*

*Aurea purpuream subnectit fibula vestem.*  
*Fibulatorium* verò pro *Amiculo* non ita propriè appellaretur *aureum.*

(4) Regest. num. 190.

A Similiter etiam (8) Dachenaldus quidam Capuanus genere, obtulit in hoc Monasterio universam omnino substantiam suam, in loco, qui dicitur (c) Cannerum, & per alia diversa loca Comitatu Cajazzano, cum terris, & colonis, atque animalibus diversis, & omnibus tam mobilibus, quam immobilibus suis. (9) Rodegarius quoque Gastaldeus Beneventanus fecit hospitale juxta Beneventum de propriis rebus suis, ubi obtulit, & casas suas intra Civitatem, & Ecclesiam Sancti Salvatoris, quæ sita est foris Casam majorem, & molendinum in loco Tassile, necnon & decimas omnium rerum suarum, & constituit illud sub hoc Monasterio. Per idem tempus (10) Trasemundus quidam nobilis de Benevento, obtulit in hoc Monasterio Casas suas intra Beneventum: Casalem quoque, quem possidebat in loco ad Pantanum, rebus Monasterii nostri conjunctum: alium casalem in valle de Caudis, ubi dicitur Laudecene: casalem in Forinum: Casalem in finibus Aliphanis, ubi dicitur Vulcanum, cum omnibus pertinentiis eorundem casaliu, servos etiam suos omnes liberos statuens, tres per mensem operas nostris ordinatis in loco, quo (d) habitant, exercere constituit. Sed & (11) Dachopertus quidam Capuanus genere, obtulit Beato Benedicto casalem suum in loco, qui Colimniana vocatur, (12) cum casis, & cortaneis, & omnibus ex integro pertinentiis ejus.

*De Radechis Comite Compfano, & de  
translatione Sancti Januarii  
in Beneventum.*

### CAPUT XX.

Porrò (1) Radechis Compfanus (2) Comes, qui interfecto Grimoald, prædictum Siconem Principem constituerat, non multo post pœnitentia ductus, relicto sæculo cervice tenus catena ligatus, huc ad Beati

D

(5) Proximè morituri habitum monachicum induebant, seque Religioni serid devovebant quamplures: id namque denotat, *se ipsum tradidit.* Vide infra notas cap. 42. & 46.

(6) Melius Codex B.

(7) *Famulos* Leo accipit pro *servis*, & infra lib. 2. cap. 67. ævo itaque Ostiensis nondum exoleverant servitutes. *Famulus* autem ab Otorum lingua venit, apud quos *servus Famul*, & *Famel* vocatur: unde familia propriè dicitur de servis, & non tantum abusive, olim *Famelia* à *Famel*. *Famel* autem à *Fame*, quasi *Famis minister*. Hinc *Dominus Paterfamilias*, *servi*, *Familiares* appellati sunt: & *Cella familiarica*, hoc est servorum, supra ad cap. 4. & Seneca lib. 6. Epist. 46. Quamquam prius *Familia* de liberis hominibus diceretur, ex Festo. Vide Martinium, Voilium, Lambinum in Lucret. Nunc verò *Famulum* accipimus pro *ministeriali*. lib. 2. cap. 58. *Ministerialis officium gerens.*

(8) Num. 192.

(9) Num. 188.

(10) Idem Regest. num. 187.

(11) Num. 193. sed præter has oblationes sub eodem Appollinari Abbate, facta est donatio à Benedicto Diacono Tarentino: de qua non meminit Leo, meminit Petrus in Regest. num. 191.

(12) *Cortaneis* à *Cors Curtis*. Vide supra ad cap. 2.

#### IN CAPUT XX. NOTÆ.

(1) Desumpta hæc sunt ex Erchemperro.

(2) Diximus ad cap. 18. de Marchionibus, monet nunc locus, ut de Comitibus dicamus, & Ducibus.

DI-

# NOTIS ILLUS

## DIGRESSIO PHILOLOGICA, ET HISTORICA.

### De Comitibus.

**C**omes ex primævo nominis etymo, est, qui cum alio it, & Incomes, quem nemo comitatur. Hinc appellati *Comites*, qui in comitatu Regis, & Cæsaris agunt, eum in militiam comitantes. Evasit postea nomen dignitatis, cujus inventum ad Constantinum magnum referunt Cassiod. lib. 6. variarum in formula Comitum primi ordinis, & Hæpingus de jure insignium. Ruffinus hist. lib. 1. cap. 10. refert Bacurium Iberorum. Regem à Constantino electum fuisse *Comitem domesticorum*. Dictos etiam Comites arguit Afflictus de prohib. Feudal. alienat. §. *præterea*: quia jus habent sedendi, & suffragandi in Comitibus Imperialibus. Ideoque in actibus comitalibus, etiam illi, qui Duces, & Marchiones essent, non Duces, & Marchiones se subscribunt, sed Comites, ut videre est in Comitibus pro eligendo in Regem Italiæ Carolum Calvum tom. 2. hist. Franc. pag. 459. ubi præter Bosonem Præsidem, & Legatum Imperatoris, cæteri omnes, licet essent præcipui Duces, & Marchiones Langobardorum, Comitibus tamen tantum titulo subscribuntur, ex observatione Adnotatoris in Regnum Italiæ Thesauri.

**A**b initio fuit nomen non perpetuæ, & hereditariæ dignitatis, sed officii personalis: signabaturque *Judicem, Præfectum, Gubernatorem*. In notitia Imperii legitur *Comes Ægypti, Comes Isauria, Africa, Italia*. Paul. Diac. lib. 5. cap. 16. *Transmundum, qui dudum Capus Comes fuerat*. hoc est, qui Capus, *Præfectus, Jux, Gubernator* extiterat: & auctor noster lib. 2. cap. 6. *Judicante Comite, & Episcopo renunciante*. In legibus Langob. sæpè *Comites* pro *Præfectis*, & *Judicibus* urbium usurpantur. lib. 2. tit. 46. leg. 2. *Neque ullus Comes Palatii nostri potentiores causas sine nostra jussione, finire presumat: sed tantum pauperum, & minus potentum ad justitias faciendas sciat sibi esse vacandum*. tit. 47. lib. 2. *Ad placitum Comitum nullus presumat venire, &c.* nam placitum est *judicium, vel judicii locus*, ut infra. tit. 51. lib. 3. *Comes ipsos testes recipiat, & causam diffiniat*. tit. 53. lib. 18. *Ut Comites, & Vicarii, & Centenarii propter justitiam pervertendam munera non recipiant*.

**A**pod Cassiod. plures recensentur Comitivarum formulæ. Comitum Patrimonii, Comitum sacrarum largitionum, idest magni Eleemosinarum, & tributa exigentis, cui in hoc regno Neapolitano correspondere videtur Magnus Camerarius. Comitum rerum privatarum, Comitum Palatii, qui & Major domus. *Comitibus etiam primi ordinis, secundi ordinis, tertii ordinis*. Cod. Theodof. de Decurion. quæ nomina non aliud, quam *Præfecturam* significant. Durat apud nos *Comestabulus*, vel *Comes stabuli*, & corruptè *Comestabilis*, Præfectus nempe Regii stabuli, simulque Dux militiæ. Auctor noster infra cap. 36. *Per quosdam suos Comites, militiæ Præfectos intelligit*. lib. 2. cap. 73. *Cum Drogone Comite, & cum multis aliis Capitaneis*. lib. 3. cap. 20. *Venerunt ad Robertum Viscardum, tunc quidem Normannorum tantum Apulia Comitem: postmodum verò totius Apulia, & Calabria, atque Sicilia Ducem*. Prius enim solis Apuliæ Nortmannis præerat, postea omnibus &c.

**E**tate Ammiani Marcellini *Comes* dicebatur, qui apud priscos Romanos *Legatus*, & apud nos *Locumtenens*, eo quod Comes, & focus daretur Imperatori, & Duci exercitus.

**H**æc ergo ab initio fuit nominis usurpatio, ut *Comes* officium, & præfecturam significaret temporariam, & quidem, vel ad determinatum tempus, vel ad integram vitam, maxime apud Langobardos. Sebastian. Munster. hist. Germ. lib. 3. pag. 30. Quamquam verò ex regio Comitatu in Provincias mitterentur, qui judiciis, & militiæ præessent: adhuc

Benedicti se Cœnobium contulit. Cujus nimis (a) austeræ pœnitentiæ diabolus condolens, & invidens, multis audientibus, circa Monasterii claustra (3) sæpissimè (b) clamitabat. Heu me, Heu me, (c) Benedicte, cur me sic instanter persequeris? non sufficit, tibi, ut me ipsum hinc expelleres, in super & meos fideles undecumque tibi vindicare non (d) desinis. (4) Iste Sico cum diu Neapolim obsedisset, & affixisset, tandem Sancti Martyris Januarii (e) corpus auferens, Beneventum detulit, & cum Sanctis Festo, & Desiderio, in ipso Episcopio honorabiliter recondidit, (5) sicut in Historia (f) Erchemperti refertur.

Quo tempore Saraceni Siciliam ingressi sunt.

CAPUT XXI.

(1) Hujus Abbatis tertio anno, (2) Saraceni à Babylonia, & Africa ve-

berent sedendi, & suffragandi.

Porro Ducis, Marchionis, & Comitituli in eundem quandoque concurrebant, infra cap. 49. *Dux & Marchio*, lib. 2. cap. 6. *Lambertus Dux & Marchio*, & *Mattilda nunc Ducissa & Duxtrix*, nunc *Comitissa* vocatur, in Pace Constantiæ, *Comes Henricus Dux Spoleten*. *Dux* verò nomen ab initio officiale, dein feudale, & hæreditarium evasisse, jam supra enarratum. Quemadmodum & de Principe.

Ex dictis, & ex temporum ratione diffiniri potest de Radechi Compiano Comite, num. hæreditaria, & feudalis in eo dignitas fuerit: an officialis.

(a) austeræ, ac per hoc fructuosæ.

(b) clamitabat dicens.

(c) Benedicte, cur tam nequiter mihi præjudicas? cur me.

(d) desinis? heu, heu me.

(e) corpus de loco, quo fuerat reconditum.

(f) Domini Erchemperti.

(3) Erchempertus versibus alligavit satanicas has querelas, illum adi num. 9. Eisdem ululatus ciere cœperat spiritus ille nequam ab adventu Sanctissimi Patriarchæ Casinum; ex cujus arce, expulsâ idololatriâ, eliminatus fuerat, ex Gregor. 2. Dialog. cap. 8. vide infra lib. 3. cap. 22. & 39.

(4) Exemplum secutus Aystulfi Regis Langobardorum, qui, ut tradit Bibliothec. in Stephano 2. *Romam frustra obsederat trium mensium spatio, ac tandem multa corpora Sanctorum effodiens, eorum sacra mysteria abstulit*. Januarii tamen Martyris sacra Lipsana Neapolim relata fuisse, legas apud historicos Patriæ.

(5) In Codice scilicet illo, qui complura opuscula ad res nostratium Langobardorum spectantia cum contineret, historiam præcipuè complectebatur Erchemperti, unde eidem Codici tributum fuit nomen: Hæc sane de Principe Sichardo ibi, sed ab Anonymo Salernitano.

IN CAPUT XXI. NOTÆ.

(a) Siciliam occupaverunt.

(b) annis sex temporibus Principum Siconis, atque, Sichardi.

(1) Locum hunc de more vexavit Lauretus, repouitque *anno septimo*, qui ut tandem ab anxio hoc labore corrumpendi Abbatum tempora se aliquando cessaturum, spem daret, de suo ad finem hujus capituli adjecit, obitum Patris Apollinaris contigisse anno 828. ad quem profectò illum referre oportet, sicut hæctenus ducta Abbatum series, rectè extensa, suadet.

(2) A Sara Abrahæ uxore, inquit Isidorus, vel Agareni ab Agar, ejusdem ancilla, quo nomine ad opprobrium à Græcis appellatos tradit Sabellicus Ennead. 8. lib. 6. fol. 208.

Verùm, cum gens ista ab Arabia veniat, cur Arabes dicti *Saraceni*, quibus Sara numquam imperavit, quos non genuit? Præterquam quod sustineri posset, Saracenos ab illa dictos, siquidem ipsa *Saraca*, non *Sara* dicta fuisset. Stephanus ait, *Saraca* esse Regionem

nientes, (a) Siciliam ingressi sunt, & Pa-normum ceperunt, Anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo, & vicesimo. (3) Obiit autem V. HC†. Decembris, & sepultus est prope Ecclesiam Sancti Benedicti, juxta gradus porticus, qua tunc pergebatur ad Ecclesiam Sancti Martini. (4) Deusdedit quintus decimus Abbas sedit (b) annis sex.

Quid Sico Princeps Abbati Deusdedit concesserit. Qualiter Princeps Sichardus eum occiderit.

CAPUT XXII.

(1) Hujus supradictus Sico Princeps fecit præceptum de fluvio, qui dicitur Lauri, cum omnibus limitibus, & piscariis suis, & omnibus, quæ juxta ipsum fluvium hinc, & inde ad jus sui Palatii pertinebant.

Mor-

Arabia, finitimam Habatæis, à qua *Saracenos* dictos putat. Vel dicti sunt *Saraceni* à *SaraK*, quod Arabicè sonat *Feroces*, ad quod facit auctor noster, cum infra cap. 27. ait, *Saracenorum ferocitas*. Nunc *Turcos* appellamus, quod significat *Vagos*. Ipsi verò se non *Turcos*, sed *Musulmannos*, hoc est *Salvetos*, vocant. ex Martinio. Quidam, ut Antoninus par. 2. tit. 19. cap. 4. §. 5. à Duce eorum, nomine *Turco*, dictos asserunt. Cum tamen idem Antoninus, priorem derivationem nobis prodatur, cum ait. *Vagabantur, & passim circumferebantur, non habentes urbes, vel oppida*. Eorum nunc Imperium amplissimum, *Osman*, vel *Osman* (quæ vox sonat *Augustum*) post annum Christi 1300. propagavit, & Constantinopoli demum anno 1453. occupata, Imperii sedem ibi statuerunt. Ita, Numine permittente, & Christianorum peccatis exigentibus, Catholici orbis, Græciæ præsertim, doctrinarum, artiumque Magistræ, florentissima regna, feræ nationis jugo, & servituti cesserunt.

(3) Sacrum ejus corpus ad lævam sacelli S. Martyris Bertharii olim reconditum Abbate Ignatio sub annum 1514. ad novum ejusdem Martyris sacellum, eodemque situ, reponendum, præstolatur splendida pietas Hippolyti Saltarelli, nostræ Congregationis Reverendissimi Abbatis, de quo alibi.

(4) Uterque manuscriptus Codex, aliaque Chronologica Tabularii Casinensis monumenta, præsertim membranaceus 199.

IN CAPUT XXII. NOTÆ.

(1) In Regesto Petri num. 195. habemus exemplum hujus præcepti, de territorio, sic habet, *in loco, qui nominatur fluvio Lawro*, donato Abbati nostro Deusdedit: non tamen à Principe Sicone, sed à Romualdo Duce Langobardorum gentis; ad cujus finem locus, & tempus exarati Præcepti his verbis notantur. *Acto in Gualdo ad Biserno in Palatio mense Octobrio, indictione secunda*. Facile mihi persuaserim, vel nostrum Leonem memoria lapsus, vel Librarios, aliud attendentes, unius Dynastæ nomen in alterius commutasse, erroreque non magni momenti traditionem ejus loci revera factam Abbati Deusdedit, ut in ipso præcepto asseritur; At quis fuerit Dux iste Romualdus, tempore prædicti Abbatis, quandoquidem Beneventani jam, non Duces, sed Principes appellari voluerant, nullusque remanserat, postquam Carolus magnus Italiæ Regnum obtinuit, qui Dux appellaretur Gentis Langobardorum, mihi plane incompertum, & quamvis multa possem comminisci, cur Leoni dictus fuerit *Sico*, qui in Præcepto dictus reperitur *Romualdus*, atque cur Notarius scripserit Ducem, quem Principem dicere oportuisset; ab hujusmodi tamen commentationibus abstinere, cum videam adjici *Indictionem secundam*, quæ nulli ex sex annis, quibus præfuit Abbas Deusdedit, competit. Nolui tamen hæc præteriens abscondere: quod, si inscitiam aperit meam, aperit & fidem.



gressi sunt, & Pa-  
 Incarnationis Do-  
 & vicesimo. (3)  
 embri, & sepultus  
 Benedicti, juxta  
 pergebatur ad Ec-  
 4) Deusedit quin-  
 b) annis sex.

Deusedit concessit.  
 eps Sichardus  
 erit.

XXII.

Sico Princeps fecit  
 fluvio, qui dicitur  
 itibus, & piscariis  
 iuxta ipsum fluvium.  
 Palatii pertinebant.  
 Mor-

labatæis, à qua Sara-  
 Vel dicti sunt Saraceni  
 sicè sonat *Feroces*, ad  
 er, cum infra cap. 27.  
 rocitas. Nunc Turcor  
 nificat *Vagos*. Ipsi verb  
*Musulmannos*, hoc est  
 Martinio. Quidam, ut  
 19. cap. 4. §. 5. à Duce  
 o, dictos asserunt. Cum  
 us, priorem derivatio-  
 cum ait. *Vagabantur*,  
 antur, non habentes ur-  
 Eorum nunc Imperium.  
 n, vel *Osman* (quæ vox  
 est annum Christi 1300.  
 antinopoli demum anno  
 petii sedem ibi statue-  
 permittente, & Chri-  
 gentibus, Catholici or-  
 tim, doctrinarum, ar-  
 lorentissima regna, ferè  
 vituti cesserunt.

lævam sacelli S. Mar-  
 conditum Abbate Igna-  
 d novum ejusdem Mar-  
 que situ, reponendum,  
 pietas Hippolyti Salta-  
 gationis Reverendissimi

Codex, aliaque Chro-  
 nica monumenta,  
 reus 199.

II. NOTÆ.

195. habemus exem-  
 de territorio, sic habet,  
 r fluvio *Lauro*, donato  
 dit: non tamen à Prin-  
 comualdo Duce Lango-  
 cujus finem locus, &  
 pri his verbis notantur.  
 ferno in Palacio mense  
 secunda. Facile mihi  
 rum Leonem memoria  
 alid attendentes, unius  
 erius commutasse, erro-  
 renti traditionem ejus  
 ati Deusedit, ut in-  
 ; At quis fuerit Dux  
 ore prædicti Abbatis,  
 tani jam, non Duces,  
 voluerant, nullusque  
 Carolus magnus Italia  
 Dux appellaretur Gen-  
 ni planè incompertum,  
 tem comminisci, cur  
 co, qui in Præcepto  
 adus, atque cur Nota-  
 quem Principem dicere  
 odi tamen commenta-  
 n videam adjici *Indi-*  
 e nulli ex sex annis,  
 Deusedit, competit.  
 teriens abscondere:  
 erit meam, aperit &

NOTIS ILLUSTR

Mortuo Sicone Sichardus filius ejus factus est A  
 (a) Princeps, (2) vir omnibus vitiis carna-  
 libus circumfessus, ac super omnia avarissim-  
 us. Hic prædictum (3) venerabilem Ab-  
 batem, virum omni sanctitate perspicuum,  
 causa pecuniæ cepit, atque custodiæ manci-  
 pavit. (4) Qui Sanctus vir, cum depositus  
 fuisset VII. idus Octobris, in loco ubi recon-  
 ditus est, multos febre detentos, diversisque  
 languoribus oppressos, ex fide poscentes ad  
 suos (b) cineres, pristinae salutis restituit.  
 (5) Hildericus Abbas sextus decimus, se-  
 dit diebus decem, & septem.  
 (c) Authpert ordine septimo decimo Ab-  
 bas effectus, sedit annis tribus.

Quid Lotharius Rex Authperto Abbati con-  
 cesserit, & quomodo Francorum Regnum  
 Rex idem diviserit, & de quo-  
 rundam oblationibus.

CAPUT XXIII.

(1) Hic (a) Lotharius Rex Franco-  
 rum filius supradicti Ludowici  
 præceptum fecit confirmans omnia, quæ huic  
 Sacro Cœnobio, tam à Regibus, quàm à  
 Principibus collata hæctenus fuerant. Præter  
 etiam magnum, qui vocatur Cervarius, &  
 servos, & (2) hæreditates plurimas (3)

- (a) Princeps, homo nequissimus.
- (b) cineres precibus, ac meritis suis.
- (c) Authpertus.
- (2) Ex Anonymo Salernitano.
- (3) Ex Erchemperto num. 13. qui ad Cineres ejus-  
 dem, languidos sæpissime curatos, tanquam  
 de re sui temporis, loquitur.
- (4) Martyrol. Romanum 9. Octobris. *Apud Casti-*  
*num Sanctus Deusdedit Abbas, qui à Sicar-*  
*do Tyranno in carcerem trusus, illic fame,*  
*& arumnis confectus, reddidit spiritum, eo-*  
*dem die colitur ejus memoria apud nos sub*  
*ritu duplici. Annus mortis, ex computo Pe-*  
*regrinii, 834.*
- (5) Tempora Abbatis Hilderici, & successoris ejus  
 Authperti, Laureris, adnotatis simul de suo  
 annis Christi, benè tamen consignat: Cum  
 Codices manuscripti de Christi annis ne ver-  
 bum quidem. De Hilderici Abbatis brevissi-  
 mo Magistratu nihil ad nos transmissum. Ejus  
 extat Epitaphium Paulo Diacono, de quo  
 supra.

IN CAPUT XXIII. NOTÆ.

- (a) Lutharius.
- (b) Lothgario.
- (c) Lodevicus.
- (1) Præceptum Lotharii, ut videre est in Regesto  
 num. 110. datum fuit *Nono Calendas Martias,*  
*anno Imperii 17. indict. 13. in Papia Civita-*  
*te. Qui fuit annus Christi 835.*
- (2) Num. 111.
- (3) *Fiscus* est faccus publicus. Hinc accipitur pro  
 pecunia publica, & inde *confiscare*. Differt  
 autem *Fiscus* ab *Ærario*, quòd *Fiscus* esset  
 Imperatoris, *Ærarium* Imperii, seu Reipub-  
 licæ, & Populi. Spartianus in Hadriano.  
*Damnatorum bona in Fiscum privatum adigi*  
*v tuit, omni summa in arario publico recep-*  
*ta. Tacit. l. 5. Bona ablata arario, ut in*  
*Fiscum cog. rentur. Lotharius ergo de rebus*  
 propriis donationem fecit, idest ad faccum,  
 & fiscum privatum suum pertinentibus.
- (4) Sæpius in hac historia *Pagus Marforum*, infra  
 cap. 37. lib. 2. cap. 34. lib. 3. cap. 19. etiam  
*Marforum Provincia* lib. 2. cap. 32. ex consue-  
 tudine scilicet Francorum, Nam *Marforum*  
 ditio sub Ducatu fuit Spoletino, qui Francis  
 paruit a tempore Caroli Magni. Franci autem  
*Pagos* dixerunt eas regiones, quibus plura ca-  
 stra, vel oppida continebantur, ut aliis obser-  
 vatum est. Nam alioqui ex origine *Pagus* sunt  
 Tom. IV.



Quo tempore Corpus Beati Bartholomæi Beneventum venerit, & de quorundam in hoc loco oblationibus.

## CAPUT XXIV.

**H**ujus tertio ordinationis anno, superstite adhuc præfato Principe Sichardo, (1) Corpus Beati Apostoli Bartholomæi de Lyp-paritana (a) Insula Beneventum translatum (b) est. His diebus (2) Agenardus Gastal-deus Capuanus fecit cartam oblationis in hoc Monasterio de omnibus omnino rebus substantiæ suæ, quæ possidere videbatur in territorio Capuano, & Teanensi, atque Calinulo, cum servis, & ancillis, & universis, quæ sibi jure hæreditario competebant. Sed & (3) Arnefrid quidam nobilis Alifanus obtulit Beato Benedicto Amelfrid filium suum Clericum cum integra curte sua de loco, qui dicitur (4) Patenaria, cum universis ejusdem curtis pertinentiis: nec non & integram portionem suam de Ecclesia Sanctorum Nazarii, & Vincentii de loco, ubi dicitur Anglena, cum ornamentis, & curtibus, & omnibus omnino pertinentiis, ac possessionibus ejus. Similiter etiam quidam (5) Majo Telefinus, ad extrema veniens, tradidit se ipsum in hoc Monasterio cum omnibus suis, idest curte una in Telese, vocabulo (c) Pulianellu, & alia in Alife, in qua est constructa Ecclesia vocabulo Sanctus Petrus, cum silva sua circa eandem Ecclesiam, & cum omnibus pertinentiis ipsarum curtium, cum servis quoque, & an-

## IN CAPUT XXIV. NOTÆ.

- (a) Insula ordinatione divina.  
 (b) est: In quam videlicet Insulam olim de Armenia mirabiliter fuerat cum faxea tumba itinere marino sine remige ullo transvectum.  
 (c) Pulianellum.  
 (d) Milazzanum.  
 (e) Cajatiæ Comes.  
 (f) unum, equos tres, &c.  
 (g) Rathelchis.  
 (h) contra se factione.  
 (i) occasione primum.  
 (1) Codex B. solius Leonis præfert de hac translatione nonnulla, quæ Codex A. non habet, his tamen pleniora tradidit Sigebertus, qui eam rejicit in annum 831. ad quem sic habet. *Saraceni Siciliam incurstantes, etiam Lyp-parim Insulam devastant, ubi corpus Beati Bartholomæi Apostoli quiescebat, quod olim loculo plumbeo injectum, & in mare mersum à Paganis, non ferentibus illud propter nimiam signorum claritatem ab omnibus venerari, ab India usque ad hanc Insulam ultra delatum fuerat. Cujus ossa modo à Saracenis huc, illucque dispersa, & à quodam Monacho, ipso revelante, collecta Beneventum transferuntur.*  
 (2) Regest. num. 400.  
 (3) Num. 308.  
 (4) In charta donationis Patenaria.  
 (5) Regest. num. 200.  
 (6) Num. 299.  
 (7) Hoc est, *Conventionis, Pa&ti lib. 2. cap. 6. Fecit cum eis convenientiam, ut edificarent, &c. & cap. 90. In banc tandem convenientiam cum eo venerunt. lib. 4. cap. 37. appellatur, charta conventionis.*  
 (8) Nomen adhuc manet, quo nuncupatur quidam Pagus in Diocesi Galatina. Vir Clarissimus Lucas Holstenius Vaticanæ Basilicæ Canonicus, & Bibliothecæ Custos, magno nuper Eruditorum mœnore vita defunctus, eundem locum, dictum olim reputabat *Scilla*, in Itinerario Peuringerii descriptum, non longè à Civitate Calatia. Mirè favent, & Codex B. qui habet, *Theodericus præterea Calatia Comes* & notula ejusdem donationis in Regesto Petri Diaconi num. 200. quamvis in ipsa chartula num. 398. simplex est nomen Theoderici, quæ data asseritur anno quarto Principa-

**A** cillis omnibus in eisdem curtibus commanentibus, & universis eorum. Per idem tempus (6) Gontarius Abbas Monasterii Sancti Modesti, reddidit Beato Benedicto res, quas Authpertus Abbas (7) per scriptum convenientiæ concesserat Sichardo Principi, idest curtem, quæ dicitur (d) Milastianum, cum Ecclesia Sanctæ Mariæ cum omnibus ornamentis, & pertinentiis suis in finibus Canosinis: curtem, quæ vocatur Plazanum, curtem in Campi, curtem in Pastena, & casam unam in canni, cum substantia sua, & cum piscatione in Mare, & cum omnibus pertinentiis eorum, quæ supradicta sunt. (8) Theodericus præterea (e) Comes testamento suo concessit in loco curtem unam, quæ dicitur Squille, scutellam argenteam I., (9) scattones III. (10) Garales II. (11) Bandum (f) aureum I. & alia nonnulla. Fuit autem hic Abbas temporibus Romanorum Pontificum, Sergii II. Leonis quarti, & tertii Benedicti, nec non & primi Nycolai, à quo etiam (12) Apostolicæ auctoritatis privilegium de hujus Monasterii libertate, & confirmatione recepit. Principum verò (g) Radelchis, & Siconolfi, (13) sub quibus Principatus Beneventanus Capuanorum (h) factione divisus est; Cur autem vel qualiter divisus sit, & qua (i) occasione Saraceni ab his invitati huc adventaverint, quoniam cladis eorum nos quoque pars maxima fuimus, necessarium inferere huic historiæ duximus.

## Qua-

- tus Radelchis, mense Majo, indictione sexta, scilicet anno Christi 843.*  
 (9) Et infra cap. 26. *Scattonem unum Constantinopolitanum. Scattones vocant apud nostrates eas scutellas, quibus arida venditores metiuntur, ut lupinos, & similia.*  
 (10) Et infra cap. 28. *Tulit in coronis, ac baziis, atque amulis, garalibus, & cocleariis argenti simul quingentas.*  
 (11) *Aureum, accipe auro textum; Bandum est fascia seu tenia latior, unde pro Vexillo usurpatur, Suidas, Bandum Romani vocant Vexillum militare: Paulus Diaconus in Heraclio. Tulerunt interea Romani Banda Persarum 28. & in hist. Langobard. lib. 2. cap. 1. Tato verò Rodulfi vexillum, quod Bandum appellant, abstulit. Constantinus in charta donationis. Dedit signa sua, & Banda Beato Silvestro. Pandulfus in Gelasio 2. Bandis, & insignibus præcedentibus. Adrianus Papa in Epistola ad Carolum Magnum. Qui Neapolitani ipsos Græcos cum bandis, & signis suscipientes. Anast. Biblioth. in Adriano. Eum cum Bandora susceperunt. Hinc vulgò Bandera Insegna, à Bander Vandalica voce, idem significante. Inde quoque Bandosorum Vexillifer. Leo Imperator de bellico apparatu lib. 3. Militum etiam turma vocatur Banda. Una Banda di soldati, quoddam sub una Banda, seu vexillo adunantur. Nisi malis ex eo ducere, quia, qui sub eodem bando militarent, arto nexu inter se ligarentur, nam Band Germanis est vinculum, nexus; ex Vossio. Theodorus Hæpingus de jure insignium pag. 867. Convocationem militum per editum, Bandum vocari putat, quoddam convocatio olim ad Bandum, seu ad Vexillum fieri consueverat. Alii distinguunt Bandum à Banno, & Bannum per duplex N. proscriptio, & Bannire, proscribere, unde Banniti, hoc est proscripti. Quamquam quandoque Bannum stet pro fustione, & mandato latiori significatione, & pro Pæna in legibus Langobard. nempe pro multa per Bannum statuta. Martin. & Voss.  
 (12) Regest. num. 4.  
 (13) Erchempert. num. 15. & Ignorus Casinenfis num. 8. apud Peregr. in hist. Langob. ex Codice nostro 353.*

Qualiter sit Principatus contra  
se divisus.

## CAPUT XXV.

(1) **C**UM supra memoratus Sichardus Princeps nequiter à suis fuisset occisus, præfatus (2) Radelchis Thesaurarius ipsius illi in Principatu successit. (3) Interea Capuani, quibus tunc Landulfus (b) Castaldeus præerat, propter multas nequicias suas prædictum Radelchis valde infensum habebant. Qua de causa illum nimium formidantes, ineuntes consilium ad Siconolfum filium supradicti Principis Siconis, qui tunc apud Tarentum exul morabatur, se conferunt: eumque sibi in Principem eligunt. Qui Siconolfus tam cum eisdem Capuanis, quam & cum maxima Beneventanorum manu, (4) qui prædictum Radelchis exosum habebant, Salernum ingressus, contra eundem Radelchis modis omnibus insurrexit: (5) cœperuntque ad invicem totis nisibus litigare. Sed, quoniam, ut ait veritas, omne regnum in seipsum divisum defolabitur, &, (6) ut ait quidam auctorum: Concordiâ parvæ res crescunt: discordiâ maximæ dilabuntur: (7) vicissim ab his Saracenorum exercitus ex diversis partibus orbis alter adversus alterum evocatus, (8) totum non modò Principatum, verumetiam Regnum Italicum sua disfectione ferro, & igni (9) per annos ferme triginta demoliti sunt. Primus itaque Radel-

## IN CAPUT XXV. NOTÆ.

- (a) Radelchis.  
(b) Gastaudeus.  
(c) muros.  
(d) prædictum quoque Pandonem.  
(1) Ex eisdem Auctoribus universa hæc narratio petita est. Nos loca conferemus notatu digniora.  
(2) Erchemperto num. 14. dicitur *Raldelgisus* Latina flexione, & commutatis CH, in G. more olim apud Langobardos consueto, sed quem hic, & apud Erchempertum cognominatum vides *Thesaurarium*, Ignotus Casinensis num. 8. appellat *Secretarium*, non quòd duplici fortè munere fungeretur, sed quia utrumque cognomen in idem recidit. Qui enim propriè *Thesaurarius* fuisset, simul in eandem significationem appellabatur *Secretarius*. Hinc Cella in Ecclesiis, qua pretiosæ res servabantur, puta vasa aurea, Reliquiæ, & alia ad sacrum usum spectantia, *Secretarium* dicebatur, infra lib. 2. cap. 99. & nihilominus nunc quoque *Secretarii* Præfectus alicubi vocatur *Thesaurarius*. Nam Thesaurus inter Cimelia, & secreta custoditur.  
(3) Capuanis quoque facinus hoc adscribit Ignotus Cas. num. 8. quos appellat Capuanites: sed Erchemperto num. 15. tribuit uni Landulfo Capuæ Gastaudeo. Sic etiam infra cap. 41.  
(4) Et mox eundem Radelchis, & infra, primus itaque Radelchis. Per casus igitur hoc, & consimilia nomina non inflectebant. De quo in auctore nostro, & in aliis plurima observare est exempla, supra *Ratcbis*.  
(5) *Præliari*, & è converso dixerunt *Confliktus* litium, dissidia; infra lib. 2. cap. 2. *Intentiones* quoque vocarunt, tum civiles in foro, tum militares in exercitu contentiones. Gregor. Turon. lib. 9. cap. 9. *Constringens se quasi tractaturum de pace, ut inter terminum utriusque Regni nulla intentio, aut direptio gereretur*. Rex Lotharius in legibus Langobard. lib. 2. tit. 14. l. 1. *Si intentio fuerit contra Curtem Regis, &c.* Luitprand. ibidem lib. 2. tit. 14. l. 2. *ut nullo tempore exinde intentiones, aut causationes procedant*. Aliique plures Auctores, apud quos etiam frequenter *Intentiones* idem valent, ac verborum altercationes.  
Tom. IV.

A chis in auxilium sui Saracenos invitat, per Pandonem quendam suum fidelem, qui tunc Barim regebat: quos dum idem Pando (10) juxta (c) murum urbis, & ora maris locasset improvidus, illi, ut sunt ingenio callidi, nocte intempesta urbem per loca abdita penetrant, multisque aliis interemptis, (d) prædictum patriæ proditorem marinis fluctibus donant. (11) Horum Rex fuit vocabulo Calphon, quos præfatus Radelchis, quia propellere urbe non poterat, cœpit quasi familiares excolere, & ad sui auxilium provocare. Cumque illis totam Siconolfi regionem devastans, (12) Capuam quoque universam redegit in cinerem. Siconolfus quoque, (13) è contra ex Hyspania Saracenos acciscens, frequentibus præliis omnes ferè in circuitu (14) præter Sipontum à Radelchis jure auferens urbes, Beneventum nihilominus expugnabat.

Quomodo Siconolfus Princeps omnem thesaurum  
hujus Monasterii abstulit.

## CAPUT XXVI.

C Septimus jam prædicti Abbatis annorum circulusolvebatur, cum præfatus (1) Siconolfus ad Beati Benedicti Monasterium veniens, (2) sup præstationis nomine Hyspanis tribuendum Agarenis, universum ferè thesaurum, quem (2) gloriosæ memoriæ Reges (b) HCarolus, & Pipinus frater ejus, &

- (6) Salustius.  
(7) Erchemp. num. 16. & 17. sed Luitprand. lib. 2. cap. 22. aliam adventus Saracenorum ad hæc loca causam tradit.  
(8) Ignotus Casinensis num. 4.  
(9) Toridem annos numerat Ignotus Casinensis num. 4. Saracenos ex his locis multo post nostrates Dynastæ, auxilio Græci Imperatoris, & Romani Pontificis omnino ejecerunt, infra cap. 52.  
(10) Athanasius Episcopus, & Dux Neapolis pari exemplo aliquanto post Saracenos apud Neapolim. *Infra Portum aquoreum, & urbis murum collocavit*. Auctor est Erchemp. num. 44.  
(11) Erchemperto dicitur *Calpho*. Ignoto Casinensi nu. 8. *Alphonfes*.  
(12) Ignotus ibidem, *Capuamque primariam redegit in cinerem*. Erchempertus præterit. *Leo universam cum dicit, ejus simul suburbia, & agros intelligit*.  
(13) Erchemp. num. 17. Ignot. Casin. num. 10. qui hos ex Hyspania ascitos, Capuæ eversionem præcessisse innuunt.  
(14) Ex Erchemp. num. 17.

## IN CAPUT XXVI. NOTÆ.

- (a) sub.  
(b) Carolus.  
(1) Hoc ferè caput integrum ex Ignoto Casin. num. 10. Leo accepit. Cum etiam adhibuerit alia nunc nobis incomperta antiqua monumenta: qua de causa, ut puto, eidem omnino concurs non est. Cæterum cum hac facti hujus Monasterii antiquissima, & prima expilatione sacrilega, confer recentiores, vel patratas, vel tentatas infra lib. 2. cap. 99. lib. 3. cap. 45. lib. 4. cap. 90. & 99.  
(2) Omnem hanc Regum Franciæ seriem Librarii tum incitiam, tum supina satis incuria corruerunt. Qui hoc loco dicitur *Carolus*, idem est ille *Carolomannus*, qui supra cap. 7. in hoc Monasterio Monachum induit, cui tunc, quæ secum certò certius detulit, etiam obtulit de more, regia dona, & præterea frater ejus Rex Pipinus multa alia munera cum ejusdem defuncti Fratris cadavere transmisit, de quibus nunc loquitur Leo.  
P p a

(3) (c) & Karlomannus, & Ludovicus filii ejusdem Pipini, & alii quamplures, seu Reges, seu Principes religiosi ibidem contulerant, abstulit. Prima siquidem vice tulit (4) in calicibus, & patenis, (5) coronis, ac erucibus, (6) fialis quoque, & amulis, (7) (d) bohcis, ac fibulis, auri purissimi libras centum triginta. (8) Saricam insuper sericam de Sylphori cum auro, & gemmis, pro quibus promisit se redditurum solidos siculos decem millia. Unde cognatus ejus Ursus, & Grimoald scriptum redditionis Monasterio fe-

A cerunt. Item secundo, trecentas sexaginta quinque in argento libras, (e) & XIV. milia solidos aureos figuratos. Item (9) bazias duas de argento, pensantes libras XXX. & (10) fundatos duplices octo. Item (11) in Anaglyphis baziam unam, & (12) scottonem unum Constantinopolitanum, utrumque argenteum, & inauratum. Alia vice post octo circiter menses, tulit in coronis, ac bazis, atque amulis; (13) galaribus, & cocleariis (f) argenti simul quingentas. Item post menses decem venit, & rupit ipsum Monasterii

(c) Carlomannus.

(d) boris.

(e) & XIII.

(f) argenti libras.

(3) Heu, quæ caligo vestris infederat mentibus: qua hæc mundi clarissima lumina, imperitissimi Librarii, contueri nequivistis? Porro hæc sphalmata non vidisse Lauretum non miror, cum solemnè illi sit etiam in clara luce cœcutire. Filii ejusdem Pipini fuerunt Carolus cognominatus Magnus à magnitudine gestorum, & Carlomannus. Ludovicum non Pipinus, sed modò dictus Carolus Magnus genuit, quod è mente exciderat utriusque Librarii, cum tamen non multò ante cap. 15. suis manibus id exarassent. Lege igitur. *Gloriosa memoria Reges Carlomannus, & Pipinus frater ejus, & Carolus Magnus, & Ludovicus filius ejusdem Caroli.*

(4) De Calicibus superfluum est loqui. De patenis videndus Bulengerius de don. Pontif. lib. 2. cap. 1. & Lacerda in adverb. fact.

(5) Et infra hic, in coronis, & bazis. Erant autem coronæ ampli quidam circuli, pendentes per catenulas (ut infra cap. 55.) è laquearibus in Ecclesiis: ad quas coronas appendebantur licni ad illuminandas tenebras in nocturnis vigiliis, & ad ornatum. Earum nunc usus exolevit: præterquam Mediolani, cujus Ecclesia priscorum rituum retinentissima perseverat. Ex coronæ ferebant Cruces; de quibus hic, & lib. 3. cap. 73. *Coronam argenteam deauratam, & lapidibus pretiosis ornata, ferens sex cruces.*

(6) Vasa liquoribus continendis deputata, alterum vino, aquæ alterum. Columella lib. 10. *Aut babilem lymphis amulam.* Apud Anast. in Adriano mentio est *amula offertorie* pendentis libras sexaginta & septem, & in Gregor. 3. lego, *amulas superauratas*, fortè non ad utrum, sed ad ornatum, vel *offertorias amulas* dixit, quia in iis populi oblationes recipiebantur, cum vinum offerrent. Reperies *Amas*, & *Hamas*, quibus veteres utebantur in comportanda aqua, præsertim ad extinguenda incendia. Cato de Re Rustica cap. 135. *Hama, urna olearia, urcei aquarii, urna vinaria, alia vasa abenea Capus emenda.* De Hamulis 3. Reg. 7. & alibi.

(7) Codex B. habet *Boris*, & ex eo sumpsit Lauretus, semper in pejora pronior

(8) Ex Ignoto Casinensi, qui tamen nescio amanuensis ne errore, an ex usu loquendi? habet *saricamque sericam de Sylphori*. Erat *Sarica* genus pallii, aut veli, ut putat Bulengerius de donar. Pontif. lib. 2. cap. 38. ex illis Anastasii verbis in Benedicto 3. *sarica de olovero cum erbysoclavo*. Quæ Anastasio dicitur *Sarica de olovero*, hoc est Purpurei coloris, ut interpretatur Nicolaus Alamannus in Notis ad arcanam historiam Procopii; nostro Leoni est *sarica de Sylphori*. In notis Latinogræcis *Blatta Silpbe*, & contra in Lexico Græcolatino *Silpbe Blata*. Porro *Blatta*, & *Blatteum* est purpura, & purpureum, quod obvium. Vide infra *Pannos Triblattos*. Bulengerius loco indicato cap. 44. nescit se expedire, quid sit *Sylphori* apud Anastasium in Nicolao, ibi, *de Sylphori, & de fundato pannos* appendit: & lectionem variis sollicitat modis, sed legendum *de Sylphori*. Magrus *Sipborus forte di drappo*. Verum, analogæ non explicant.

(9) Iterum paulò post in *Anaglyphis baziam unam, & tertio. Tulit in coronis, ac bazis*. Igno-

B

tus noster non uno appellat modo. *Bazias, Vacias, Baucias*, quas discriminat à *Vaucis*. Prima vice, inquit, *Baziam argenteam unam, Vaucas par unum in gemmis, & smaragdis*. Leo *Vaucas* non refert, quòd fortasse non diversas putaret à *Bazis*, *Baucas exauratas* legere est apud Anastasium in Leone Quarto. *Baucas ex auro purissimo in Benedicto Tertio*. Gregor. lib. 1. epist. 42. *Cui etiam Batiolam patris tui restitui volumus*. Apud Plautum *Richo Ag. 5. sc. 4. Quibus divitia Domi sunt, Scapbio, Lantbaris, batiolis bibunt*. Bulengerius cap. 28. *Baucas* exponit patrem esse genus, quod vulgò vocatur *Bocal*. Magrus *Vaso, & bocale*, infra lib. 3. cap. 73. ubi de baciliis. Opinari autem *Bazias* hic accipi pro ligulis coriaceis ex agnina pelle, ut quispian monebat, nil ad nostrum auctorem attingit.

(10) Hoc est *pannos de fundato duplici*. Nam & vasa aurea, & argentea fuissent, pondus adjecisset librarum, ut solet. Anast. in Adrian. *De Paliis Tiriis, atque fundatis fecit vela numero sexaginta quinque*. In Nicolao. *Pannos tam scilicet de stauraci, quam de fundato, vel aliis pulchris, varisque coloribus*. Item *de Sylphori*, jam monui legendum *Sylphori, & de fundato pannos* appendit. Non me fugit in eodem Anastasio frequenter legi *Gabatas aureas, & argenteas fundatas*, quæ vasa erant escaria concava, non panni. Bulengerius sæpè citato loco lib. 1. cap. 48. arbitrat fundatum in Anastasio accipi pro *Blattis*, esseque auro textum, acu pictum. In Leone Tertio. *Fecit vela oloferica majora sigillata, habentia periclysim, & crucem de Blattis, seu fundata*: ubi particula *seu* videtur explicare præcedentem vocem. At sæpè Anastasius ea particula utitur non interpretativè, sed conjunctivè. Magrus. *Fundatum, vel Fundata, Drappo di fondo d'oro*. Laudatque modò adductum Anastasii locum. At opportuniùs laudasset enarrationem.

(11) Ignotus Casinensis habet *Agrifis*, vitio amanuensis, an popularis corruptelæ? *Anaglypha*, seu *Anaglypta* vasa sunt celata, & signis aspera, figuris extantibus sculpta, nam verbum *Anaglypha* est sculpo. Sydon. lib. 9. *Gerult caput plicantes Anaglyptico metallo epulas superiores Humeris ferant omiffis*. Reperimus etiam servum *Anaglypharium*, hoc est *Celatorem*. Hoc planum est, sed in cæteris Oedipum quæro.

(12) Ab artifice scilicet Constantinopolitano, quod expressit Ignotus noster, cum diceret, *In Agrifis Baziam unam, & scottonem unam, Constantinopolitano deaurata, fabrefacta vasa opere*. Vide supra ad cap. 24.

(13) Cæsarius lib. 7. cap. 48. *de pixide, quam in manu portabat, electuarium per coclear bau-riens, singulis in os mittebat*. Et Martial. in Apophoretis epig. 220. *Sum cocleis habilis, sed nec minus utilis ovis, Nunquid scis potius, cur cocleare vocor.*

Vigebat apud priscos Romanos superstitio, ut ovorum, coclearumque calices cochlearibus pertunderent ad avertendum maleficium eorum, qui perforandis his, alios se lædere posse existimabant. Hinc Plin. lib. 28. cap. 11. *Defigi quidem divi deprecationibus nemo non metuit*. Huc pertinet, ovorum, ut exforbuerit quisque, calices, coclearumque, prostratus frangi, aut eisdem coclearibus perforari. Garales quid sint non reperio, nec solidi mazati, vel matsati, ut habet Ignotus Casinensis, & prædulati. Ariolari autem non libet.

Vestiarium, & abstulit inde solidos mazatos XIV. millia, pro quibus juraverunt Leo Episcopus, & Petrus, & Landenulfus Gastaldi ejus super Evangelia, & Crucem, & Corpus Sancti Benedicti, quod ab inde ad quartum-mensem, pretium illud Monasterio restituerent, & non habentes unde redderent, fecerunt hic præceptum de Sancto Nazario in (g) Canzie cum omnibus suis. Rursum alia vice venerunt (14) Lando, & Aldemarius Gastaldi ipsius, & portaverunt (h) solidos prædulatos duo millia. (15) Alia vice, quando Spolerum perrexit, Majo cognatus ejus, abstulit item solidos duo millia. (16) (i) Iterum, quando Romam perrexit, venit idem Siconolfus, & (17) abstulit coronam auream & smaragdinis gemmis mirificè decoratam, quæ patris ejusdem, Siconis Principis fuerat, pro solidis tribus millia. Et hæc quidem omnia ipse sacrilegus S. Benedicto auferens, neque sibi, neque patriæ aliquid inde profecit: neque ab illo tempore aliquam deinceps victoriam habere promeruit.

*Qualiter Deus à Saracenis locum istum eripuit.*

CAPUT XXVII

(1) **H**is temporibus, (a) decimo videlicet anno hujus Abbaris, (2) (b) Sergio Papa secundo in Sede Apostolica præfidente, à quo Ludovicus Imperator est coronatus, ingens Saracenorum multitudo ab Africa, classe Romam devescens, Ecclesias Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ex integro deprædati sunt, multosque illic interficientes, per Appiam viam iter aggressi, ad Fundanam Civitatem venerunt. Quam cum cepissent, & incendio cremavissent, cunctosque illius civis partim captioni, partim gladio destinavissent, universa quoque per circuitum vastavissent, secus (3) Cajetam ap-

- (g) Canzia.
- (h) hinc solidos.
- (i) ad postremum quando Romam.
- (14) Ignotus appellat Landonem Comitem, & Aldemarium Gastaldeum.
- (15) Ad cognatum suum Ducem Guidonem, vide Erchemp. num. 17. & 18.
- (16) Romam petiit, quando ibi aderat Ludovicus Lotharii filius anno 844. Anast. Bibliot. in Sergio secundo.
- (17) Ignotus Casin. Et sui Principis coronam Siconis, Genitorisque de auro, & gemmis smaragdinis ornata, scilicet quam in capite Sico Princeps ex instituto more à Principe Arichi, de quo supra cap. 9. gestaverat, nostroque Cœnobio, & divo Benedicto obtulerat.

IN CAPUT XXVII. NOTÆ.

- (a) Triennio post hæc.
- (b) Sergio secundo, &c.
- (c) defecit, Martyris Christi.
- (d) ibidem.
- (e) tam repentinè tradere.
- (1) Ex Ignoto Casin. num. 9. qui annum non prædit; adjecit Leo aliis edoctus monumentis. Annales Francorum, editi à Pithæo, sic habent ad annum 846. *His temporibus Mauri Romam cum exercitu venientes, cum non possent urbem irrumpere, Ecclesiam Sancti Petri vastaverunt. Abbas Bassacius ordinatus fuerat, ut afferit Noster, anno 837. Igitur anno decimo ejusdem Abbaris, Christi 846. hæc contigerunt.*
- (2) Tempora cum Leo supputasset; cognovit ad Sergii Secundi ætatem hæc esse referenda; nam Ignotus Cas. id omninò silet. Anast. Biblioth. in Leone Quarto, dum loquitur de Sergio jam dicto, *sub cujus, inquit, etiam*

applicantes castrametati sunt. Contra quos missus à Spoletio Francorum exercitus, turpiter superatus aufugit. Quos Saraceni instantius persequentes, tandem ad viciniam hujus Monasterii (4) trans flumen, quod Carnellum vocatur applicuerunt, Ecclesiamque Sancti Andreae Apostoli igne cremantes, ac demum (5) ad cellam Sancti (c) Martyris Christi Apollinaris in loco, qui dicitur Albianus, pervenientes, è vestigio ad hoc Monasterium, quod fama jam dudum vulgante audierant, quodque præsentialiter suis oculis ex eodem loco cernebant, totis properare nisibus satagebant. Sed quoniam tardior illos hora eodie cohibuit, ibidem tentoria figunt, futuro profectò, ut die huc altero properantes, Cœnobium omne destruerent, quæcumque fuissent hic reperta diriperent, cunctosque (d) ibi degentes, gladio trucidarent. Maxima tunc erat totius cœli serenitas, tantaque prædicti fluvii siccitas, ut pedes aliquis illum transvadare valeret. Itaque cum ad Fratrum aures hujuscemodi nuntius pervenisset, & tam subitam, tamque horrendam imminere sibi mortem aspicerent, maximo timore perterriti; omnes nudis pedibus, & cinere asperso capite cum letaniis ad Beatum conveniunt Benedictum, orantes Dei clementiam, ut eorum animas misericorditer dignaretur recipere, quorum corpora (e) tam repentinè morti tradere suo judicio decrevissent. Tota igitur nocte illa fratribus, vigiliis, orationibusque intentis, (6) sanctæ memoriæ Abbas, de quo supra retulimus, per visum interim Reverentissimo Abbati Bassacio apprensus, dixit: quid, inquit, fratres ira turbamini, vel quare siq. mœstum, timidumque geritis animum? cui Bassacius, propter mortem, inquit, Pater, omnium nostrum, quam ante oculos cernimus, & propter sancti hujus loci desolationem, quam protinus præstolamur. Nolite amplius, ait Apollinaris, timere, omnemque ab animo mœstitiam, ac folli-

- tempore Ecclesie Beatissimorum Principum Petri, & Pauli à Saracenis funditus deprædata sunt.
- (3) Ignotus Casin. Septembrio quoque mense secus Cajetam castrametati sunt. Ex eodem Auctore accepit Leo sequentia de Francorum exercitu, ejusque fuga, &c.
- (4) De Carnello supra cap. 5. & infra lib. 2. cap. 6. 36. & 62. Ipse est Liris, qui per Fregellas, & propè Sanctum Apollinarem delabitur, ut supra jam ostendimus; & ex mox sequentibus Leonis verbis, quæ situm indicant.
- (5) Supra cap. 18. de Abbate Gifulfo, Ecclesiam Sancto Christi Martyri Apollinari in loco, qui tunc temporis Albianus vocabatur, nunc verò ex ejusdem Martyris nomine S. Apollinaris dicitur, statuit. Ignotus Cas. de hoc ipso adventu Saracenorum, dum pervenissent, inquit, ad Cellam Præfulis Beatissimi Apollinaris, cognomento Albianum. Quod autem Ignotus Apollinarem vocet Præfulem: Leo verò Martyrem, non idèd discrepant: nam sanctus ille vir, & Præful fuit Ravenas, & Martyr; Quod notaverim, ne quis autemet, Ecclesiam illam ab Apollinari Abbate, inter Sanctos jam relato, appellatam fuisse; quod credidit Peregrinius; ex verbis Ignoti. Certè Gifulfus, qui eam statuit, præcessit Apollinarem.
- (6) Sic habent scripti Codices, nomen Apollinaris recentior aliquis induxit, ex quo Lauretus in sua retinuit editione. At ex genuina nostri Leonis lectione, nullius Abbatis nomen fuerat in hoc capite adhuc memoratum, ut verè dici potuerit, de quo supra retulimus, supra, inquam, non hic.



sollicitudinem pellite. Benedictus etenim Pater, vestram à Domino liberationem obtinuit, ipsumque pariter nobiscum in auxilium vestrum pro certo venisse noveritis, perficite tantum vota vestra, & supplicationes ad Dominum, quod etiam nos unà vobiscum ante conspectum Domini facimus, & estote certissimi, quòd nullam vobis, neque huic loco Saracenorum ferocitas nunc possit inferre molestiam. Cùmque Abbas experrectus hæc omnia Fratribus indicasset, universi procidentes in faciem cum lacrimis, ac singultibus, magnisque clamoribus, cœperunt Deo laudes, & gratias reddere, eumque immensis jubilationum vocibus glorificare, ac benedicere, cui per Beati Benedicti intercessionem taliter eos ab instanti placuit periculo liberare, atque quod erat noctis residuum, in Ymnis, & laudibus Dei, studuerunt peragere. Fidelis Dominus in verbis suis, & Sanctus in operibus suis, qui iusto polliceri dignatus est dicens: *Invoca me in die tribulationis tuæ, eripiam te, & magnificabis me.* (f) Cùm ecce post paululum subito cœlum, quod hætenus, ut diximus, undique serenissimum fuerat, nubibus operitur, coruscant fulgura, tonitrua mugiunt, tamque valida repente pluviarum inundatio facta est, ut supradictus fluvius, ultra ripas excrefcens, latius undique redundaret. Facto igitur manè Saraceni surgentes, ad fluvii properant oram, vident eminus, quem die præterito, sicut diximus, pedibus possent transire, vix nunc posse se illius vel ripas attingere; cœperuntque nimis diligenter scrutari, sicubi navem aliquam reperire valerent, qua fluvium transvadarent: sed cùm omni spe transeundi se viderent frustratos, totiusque prædæ illius, qua se tunc valde onustari putabant, vacuos redditos; sicut sunt barbaræ, immitisque naturæ, frementes, dentibusque stridentes, digitos sibi ceperunt, manusque præ furore corrodere. Cellas itaque hujus Cœnobii, Sanctorum Martyrum Georgii, ac Stephani vocabulis insignitas, igne succedentes, (7) per duos Leones ad sua castra Cajetam reversi sunt. (8) Post dies aliquot, cùm in propria reverti disposuissent, debilitatos, ac subnervatos equos suos universos dimittunt, & conscensis navibus versus Africam iter aggrediuntur. Cùmque jam ita proximi patriæ essent, ut montes vicinos aspicerent, & nautico more plausus inter se, & gratulationes efficerent, repente conspiciunt unam inter suas huc, illucque naviculam discurrentem, in qua duo tantum homines visebantur, quorum unus pulchra canitie clerici speciem prætendebat, alter verò habitu erat indutus Monastico, à quibus

(f) Cùm ecce circa matutinas vigiliis subito.

(g) partim inter montes & scopulos.

(7) Ad hos lapideos Leones Dux Gisulfus fines ab illo latere huic nostræ ditioni constituerat, ut supra cap. 5. quos proximi Fractenses, finium æmulatione, confregerunt, infra lib. 3. cap. 12. Non longè erant à Fractis, quâ Saraceni ad sua Castra redierunt.

(8) Ex Ignoto Casinensi, Anast. Biblioth. in Leone Quarto, tempus consignat sub ipsa ejusdem Pontificis electione, quæ contigit, calculos ducente Baronio, in anno 847. die 12. mensis Aprilis, sed alii discrepant in determinando hujus Saracenorum cladis anno, confundentes primum cum secundo eorum in Africam reditu.

(9) Cautius sibi prospexit Leo, quàm Ignoratus Casin. qui parum consideratè. *Nullus unquam ex eis penitus remansit, qui ceteris talia nuntiarent.*

A diligentissimè percontati unde tam hylares remearent, quidve in illis partibus, unde redibant, operati fuissent: ab Italia se, & ab ipsa Roma reverti, ibique se maximas cædes, rapinas, atque incendia perpetrasse fatentur. Petri quidem, inquit, ac Pauli Ecclesias devastavimus. Ad Benedicti verò Cœnobium deprædandum, quoniam fluvium transire nequivimus, cellas ejus trans ipsum positas igne succendimus. Cùmque demum & ipsi, ab eis requirerent, quinam essent, hujusmodi ab eis responsum recipiunt. Nos quidem illi sumus, quorum vos domos, & diripuisse, & cremavisse tantopere gloriamini, verumtamen qui nos simus, quantocius nosse habebitis, & his dictis subito pariter cum verbo disparuerunt. Repente igitur valida surgente procella tam ingens tempestas exorta est, ut universas illorum naves partim inter se collisas, (g) partim in montes, & scopulos impulsas, naufragare compulerit, (9) itaut vix aliquanti evadere potuerint, per quos hæc ad aliorum notitiam pervenerent. Hoc modo Petrus Apostolus suas injurias vindicavit. Hoc modo Benedictus Pater suum Monasterium liberavit. (10) Sequenti tempore Sanctissimus Leo quartus Papa effectus, ne aliquando amplius hoc contingeret evenire, muris optimis, ac firmissimis castellum non modici ambitus circa Beati Petri Apostoli Ecclesiam fecit, quod usque hodie ab auctoris nomine Leoniana Civitas appellatur.

*De Discursione, ac Vastatione Saracenorum, & generali, ac maximo terræmotu.*

#### CAPUT XXVIII.

Tunc etiam temporis, (1) Massar Saracenorum Dux in auxilium prædicti Radelchis Benevento residens, eodemque ipsos Beneventanos vilipendens, quocumque modo posset vehementer affligeret, Monasterium Sanctæ Mariæ in Cingla devastavit, Castellum Sancti Viti cepit, Telestinam (a) Civitatem siti ad deditioem cœgit, & universa in circuitu depopulatus est. Qui dum quadam die (b) secus Beati Benedicti Monasterium pertransiret, aded mens ejus barbara coelitus immutata est, ut (2) dum canis ejus unam in pratis Monasterii aucam cepisset, per semetipsum cum flagello cucurrerit, eandemque de ore illius extraxerit; veniensque ante januas Monasterii, mox claudi illas præcepit, ne scilicet aliquis suorum ingrediens, aliquam illic violentiam inferret. Sicque Aquinum pertransiens, & Arcem, cæteraque

E (10) Civitas hæc Leoniana, Burgum S. Petri comprehendens, ab Urbano Octavo amplioribus munitionibus circumseptæ est nostræ ætate.

#### IN CAPUT XXVIII. NOTÆ.

(a) civitatem antiquam siti.

(b) secus hoc.

(1) quod deorsum erat.

(2) Auca est Anser, unde nunc Italicè Oca: id alii observarunt. Lindenbrogius in Glossario, Bignonius ad Marculfum, Martinus in Lexico. Vossius de vit. ferm. lib. 2. cap. 2. & lib. 3. cap. 1. Barbari hominis, non utique barbaram erga Monasterium reverentiam, æternitate donare meritò voluit Oskienis ex Ignoto Casinensi. Usque aded sanctitatis nomen feras etiam mentes tangit, & inviolabile custoditur.

raque in circuitu devastans, Beneventum reversus est. (3) Eo tempore cum annus ab Incarnatione Domini octingentesimus, quadragesimus septimus volveretur, tam ingens terræmotus per universam Beneventi fuit regionem, ut Ifernina ferè tota à fundamentis corrueret, multusque ibi populus, & ipse cum eis eorum Pontifex interiret. Apud Monasterium quoque Sancti Vincentii terræmotus idem plurimas domos evertit: in hoc autem (c) monte meritis Beati Benedicti, ne unam quidem petram de loco suo movit.

*De pentifaria divisione Regni Francorum, & qualiter Ludovicus Saracenos devicerit, & Principatum aqua sorte dividerit.*

## CAPUT XXIX.

(1) **P**ER idem tempus, defuncto jam dicto Lothario, pentifariè Regnum Francorum divisum est. Nam, ut supra diximus, Ludovicus, & Carolus germani ipsius Bajoariam, & (a) Aquitaniam regebant. Primogenitus verò filius ejus Ludovicus nomine, est sortitus Italiam, secundus Lotharius potitus est Aquis. Tertius autem (b) Carlittus Saxoniam optinuit. Huic igitur Ludowico admodum adolescenti, ab afflictis varia peste Langobardis suppliciter (2) suggestum est per venerabilem Abbatem Bassacium, ut ad has partes venire, eosque nefandorum Saracenorum devastatione eripere, tantisque calamitatibus finem dignaretur imponere: quod & optentum est. Veniens igitur Ludovicus Beneventum, à (c) Radelchis Beneventanisque receptus est, eique omnes Saraceni traditi, quos omnes ipso die vigiliarum Sancti Pentecostes extra Civitatem duci, & jugulari præcepit: inter quos etiam Dux eorum Massar capite plectitur. Moxque idem Imperator, convocatis omnibus Langobardis totam Beneventanam Provinciam inter Radelchis, ac Siconolfum, æquo discrimine est

(c) monte similiter nihilominus cogitato.  
(3) Ignotus Casinensis num. 14. mensem non annum adjicit. *Mense Junio*, inquit, *generalis per totam Beneventi Regionem terræmotus factus est magnus, &c.* Anast. Biblioth. in Leone Quarto annum adjecit. *Hujus Beati tempore Prafulis terræmotus in urbe Roma per indictionem factus est decimam; itaut omnia elementa concussa viderentur.* Indictio decima sub Leone Quarto concurrit cum jam dicto anno 847.

## IN CAPUT XXIX. NOTÆ.

- (a) Aquitaniam.  
(b) Carlittus.  
(c) Radelchis, Beneventanisque honorificè nimis.  
(d) confirmantes.  
(e) deficit filii ejus.  
(1) Ex Erchem. num. 19. penè ad verbum. *Pentifariè*, hoc est: *In quinque partes*. Sic *Amfariam*, per amborum partes.  
(2) Ex Ignoto Caf. n. 18.  
(3) Servatur in Codice 353. exemplum integri hujus pacti, sive Capitularis, in quo hæc de immunitate hujus Monasterii, & Sancti Vincentii, verbis tamen paululum immutatis, habentur, editum reperies à Peregrinio in hist. Langobard.  
(4) Hinc Casinense Monasterium *Camera Imperialis* à Lothario, & aliis appellatur. Nul- lum tamen prædictæ Cameræ feudalem Census pendere consuevit, ut supra.

## IN CAPUT XXX. NOTÆ.

- (a) Ludovicus.  
(b) Saracenis qui Bari debebant.  
(c) à Principibus.

A partitus, Anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo. Sicque post dies paucos, prosperè est ad sua reversus. Porro demum prædicti (3) Principes Radelchis, & Siconolfus pactum divisionis Principatus inter se (d) firmantes, hoc Monasterium Sancti Benedicti, & Monasterium Sancti Vincentii extra sortem esse decreverunt, dicentes: (4) Hæc Monasteria ad nos minimè pertinent, quoniam sub tutela, & immunitate Dominorum Imperatorum Lotharii, atque (e) filii ejus Ludowici constituta sunt.

*Qualiter iterum (a) Ludovicus Italiam venit, vocatus per Abbatem.*

## CAPUT XXX.

**I**TERUM igitur (b) Saraceni Bari degentes Calabriam totam, omnemque Apuliam, universamque Provinciam Beneventanam affligere, ac devastare nitentibus, (1) rogatus (c) à Primatibus patriæ Bassacius Abbas, unà cum Jacobo Abbate Sancti Vincentii Franciam adiit, præfatumque Ludovicum cursus ad has partes venire coëgit. Qui veniens, Barim protinus adiit, cumque Saracenis per dies (d) aliquot sine effectu aliquo dimicavit, sed Capuanorum calliditate, ac fallacia cernens se nil proficere, (2) Siconolfi filio de Salerno exiliato, & Ademario Principatu concessio reversus est.

*De Capua, qualiter ad Pontem Casulini mutata sit.*

## CAPUT XXXI.

(1) **H**IS quoque temporibus, cum ob facinora commorantium, Capua, quæ & Sicopolis, quæ in monte Trifisco paulò ante quindecim annos ædificata fuerat, ab igne sæpius cremaretur, consilio habito, Lando Comes, & Landolfus Episcopus cum cæteris propinquis (a) suis, apud pontem illam

(d) aliquot variis eventibus dimicavit.  
(1) Ex Erchemp. num. 20. Petrus Diaconus in Libello de Viris Illustrib. cap. 12. inducit Saracenos Abbatem Bertharium aggressos, eidem exprobrasse, *Tues Bertharius, qui usque nunc Christianos defendisti, ac pro illorum liberatione ad Imperatorem bis ultra montes perrexisti.* Hæc de Abbate Bassacio jam vides vera fuisse. De Berthario Ignotus Casinensis num. 19. *Totis viribus contra Saracenos in Cajeta dimicavit.* Certè utriusque legationis tempore, nondum Bertharius Abbatiam obtinuerat, advivente adhuc Bassacio. Verùm Bassacio comitem ivisse Bertharium in Franciam, non ægrè mihi persuadeam. Quod autem Leo ait. *A Primatibus patris*, ulterioris hujus Italiæ Dynastæ accipio.  
(2) Ex Erchemp. num. 20. & ex Ignoto num. 13. qui perhibet puerulum illum in Franciam adductum. Nomen ejus unus prodidit Anonymus Salernitanus, cui dicitur *Sico*. Ex nomine scilicet *Avi*.

## IN CAPUT XXXI. NOTÆ.

- (a) suis multo aptius, & honorificentius.  
(1) Ignotus, & Erchempertus. In serie etiam Comitum Capuæ, quam habemus in nostro Codice 353. typisque alii evulgarunt, brevissimè hæc adnotantur numero 2. *Tempora.* Leo noster supputavit, edoctus, ut videtur, à jam dicta serie, seu Chronico, cujus auctorem credere Abbatem nostrum Joannem Capuæ, ex Archidiaconum, non habeo, cur V. C. & amico in primis, dum viveret, Camillo Peregrinio debeam refragari.



Iam Casulini, sicut hodieque cernitur, construxerunt, Anno Domini DCCC. (b) quinquagesimo sexto. (2) Hujus Abbatis maximum fuit tam sursum, quam & deorsum in Ecclesiis studium, & ipse renovavit omnia altaria de Ecclesia Domini Salvatoris.

*De consuetudine, quam habebat tunc temporis hoc Monasterium.*

### CAPUT XXXII.

**N**on autem otiosum videretur hoc in loco literis tradere, quæ consuetudo tunc temporis in hoc Monasterio diebus Paschalibus erat. (1) Tertiâ feriâ post Pascha valde manè universi fratres tam de Monasterio, quod deorsum erat, quam (a) & de hoc, quod sursum, vestibus sacris induti, assumentes cruces aureas ad procedendum, & turi-

(b) quinquagesimo sexto. Non multo post prædictus Abbas Bassatus obiit, &c. ut infra ad finem capitis seq.

(2) Ex ignoto Casin. num. 19. qui addit. *Et ipsi vidimus, qui scribimus, & carmina illius nobis descripta resonant.*

#### IN CAPUT XXXII. NOTÆ.

(a) & de eo.

(b) atque illis ascendentibus.

(c) qui deorsum.

(d) qui deorsum.

(e) seniores deorsum.

(1) Idè Theodemar, sive Paulus Diaconus in Epistola ad Carolum Magnum supra ad cap. 12. Tertiâ, inquit, feriâ post Pascha, quando nobis grandis festivitas est.

(2) Candelabra oblonga puto, quæ & cerosata. *Lampioni.*

(3) Postquam Beneventi Ducissa Scaunipergera Junioris Gisulfi uxor templum Idolorum in Beati Petri honorem convertit, ut Ostiensis tradit cap. 5. Civitas ipsa Casinum, à nova templi nuncupatione, novum accepit nomen, & civitas Sancti Petri, cœpit appellari; de qua hic procedentibus certè annis, atque condita nova civitate Sancti Germani, ibi nihilominus diù mansit *Castrum Sancti Petri* appellatum, de quo infra lib. 2. cap. 25. & præterea frequens mentio in nostris monumentis; per tempora præcipuè Abbatis Bernardi. In iis describitur etiam ejusdem Castri ager, circumductis finibus occidentem, versum, & meridiem, simulque fines contermini agri Sancti Germani describuntur ad Septentrionem, & ad Orientem.

(4) Beda in vita Sancti Cuthberti, cap. 36. *dixerat hæc, & data oratione, & benedictione, suam mansionem introierunt.* Anast. Biblioth. in Zacharia. *Ad Beati Petri Principis Apostolorum conjunxit limina, acceptaque à præfato Sanctissimo Papa oratione, Clericisque effectus, &c.* Nam oratio interdum dicitur *Benedictio.*

(5) Abbates tunc de more manebant, ut cum Leone loquar, de infra, vide lib. 2. cap. 59. & 64. Hinc, Solemnitate, de qua hic agitur, peracta, *Fratres*, ut idem Ostiensis inquit, *qui desursum venerant, vale dicentes Abbati, ac cæteris fratribus cum benedictione revertentur.* Itaque Abbas pridie hujus solemnitatis ascenderit montem, ut sequenti die ad solemnitatem descenderet. Illud quoque observandum ante salutationem, & osculum præmissum Responsorium, ex regulæ nempe præscripto, cap. 53. *Quod pacis osculum non prius offeratur, nisi oratione præmissa.*

(6) Hæc Missa deputata erat feriæ quartæ, ut ex Missalibus ejus ævi apud nos. Ergo, quod Leo ait, *Feria tertia*, accipiendum videtur, *Post Pascha* exclusivè, Feriâ nimirum Hebdomadis, quartâ.

(7) Promiscui hujus cantus in Græco, & Latino sermone, quam receptus fuerit in veteri Ec-

bula, atque (2) ceraptata, necnon & textus Evangeliorum, & capfas diversosque ornatus, atque Ecclesiasticos thesauros, procedebant, (b) & his descendentibus, illis conjungebat se pariter (3) ad civitatem Sancti Petri prope ipsam Ecclesiam. Tunc incipientibus illis, (c) qui de deorsum venerant Responsorium: Benedictus, qui venit in nomine Domini: illi quoque de sursum id ipsum subsequebantur. (4) Quo finito dabat sacerdos orationem. Dehinc singillatim per ordinem omnes, (d) qui de deorsum venerant, accedentes, salutabant, & (5) osculabantur tam Dominum Abbatem, quam & reliquos (e) seniores de sursum. Post hæc incipientes Letanias, omnes pariter ingrediebantur in Ecclesiam Sancti Petri, & iterum data oratione, (6) cantabant Tertiam & deinde Missam, Venite Benedicti Patris mei, (7) cum cantu promiscuo, Græco videlicet, atque

clesia, testis est Amalar. lib. 2. de Ecclesiast. Offic. cap. 1. *Sex*, inquit, *Lectiones ab antiquis Romanis Græcè, & Latinè legebantur (qui mos apud Constantinopolim hodieque servatur) ni fallor, propter duas causas. Unam, quia aderant Græci, quibus incognita erat Latina lingua, aderantque Latini, quibus incognita erat Græca. Alteram propter unanimitatem utriusque populi: & ut ad propria descendamus. Constitutiones Ecclesiæ Neapolitanæ in membranis. In die Resurrectionis, dicto Evangelio, Dominus Archiepiscopus incipit Credo in Græco sermone, si placet, & supradictus Archiepiscopus Sancti Georgii ad Mercatum cum sociis suis, & Archiepiscopus Sanctæ Mariæ Rotunda decantant in Græco sermone in conspectu Domini Archiepiscopi alta voce: & alii Cantores de Choro repetunt alternatim in Latino, cantando etiam alta voce; & deinde Missa finitur, ut consuetum est, & in vita Sancti Athanasii Episcopi Neapolitani. In qua (Neapoli) Laici simul cum Clericis assidue Græcè, Latinèque communi prece psallunt Deo, & iterum. Inter hæc Græca, Latinaque pars Sacerdotalis, &c. Ex quibus etiam apparet Ecclesias Neapoli fuisse, & Græcas, & Latinas. Neque id mirum, cum ea urbs Græca olim fuerit.*

Quin etiam Græco tantum, Latinove sermone ab universa Ecclesia peragi Missam statuit Joannes Octavus Epist. 195. scribens enim Methodio Archiepiscopo Pannoniensi. *Audivimus, inquit, quod Missas cantes in barbarâ, hoc est Sclavonica lingua. Unde jam literis nostris per Paulum Episcopum Anconitanum tibi directis prohibuimus, ne in ea lingua sacra Missarum solemnia celebraves: sed, vel in Latina, vel in Græca lingua, sicut Ecclesia Dei, toto terrarum orbe diffusâ, & in omnibus gentibus dilatata cantat. Licet postea idem Joannes Octavus, intercedente Cyrillo Sclaviæ Episcopo, Sclavonica, idest Illirica lingua Missam agere permisisset, ut prodit Æneas Sylvius Historiæ Boëmiciæ cap. 13. *Fecerunt Cyrillum, cum Romæ ageret, Romano Pontifici supplicasse, ut Sclavorum linguâ, ejus gentis hominibus, quam baptizaverat, rem divinam faciens, uti posset. Qua de re, dum in Sacro Senatu disputaretur, essentque non pauci contraditores, auditam vocem, tanquam de Cælo in hæc verba missam omnis lingua confiteatur ei: indeque datum Cyrillo indultum. Idem colligitur ex Epistola 247. ejusdem Joannis Octavi anno 870. quod indultum aliis quoque Nationibus fuisse concessum, constans adhuc testatur usus. Nam Armeni, Rutheni, & alii, vernaculâ suâ linguâ sacris operantur: sicut olim Latini, & Græci; in quo ultimo, cum videam nuperum auctorem dissentire, non erit, opinor, extra Chorum, ut ajunt, saltare, si, quod alias fecimus, à notulis hic quoque parumper digrediamur.**

DL

DIGRESSIO HISTORICA.

*Num sacra Liturgia sermone vernaculo, & vulgari apud Græcos, & Latinos primis seculis celebraretur, an secretiori, & vulgaribus ignoto?*

**J**oseph Vicecomes lib. 3. de antiquis Missæ ritibus cap. 19. & sequentibus. Missam apud veteres vulgari sermone nunquam celebratam, constanter opinatur; sed verbis plebi ignotis. Quocirca tam apud Græcos, quam & apud Latinos duo idiomata distingui, agnosque debere contendit. Alterum vernaculum, & pervulgatum, quo promiscuus populus loquebatur. Alterum vulgo ignotum, quo doctiores tantum uterentur: & in hoc sacram Liturgiam peragi consuevisse: Multosque Græcos laudat Auctores, hujus ritus testes in Ecclesia orientali. Pro Latina verò arguit tum à paritate rationis: tum quia, *Quandiu*, inquit, *Latinus sermo cum lacte nutricis fugebatur, plebejæ Idiomata diversum fuit ab eo, quod doctiores adhibebant viri. Quemadmodum significat Cicero in Epistolis, non uno in loco affirmans plebejo se usum sermone*, sic ille, qui quod Ciceronem perperam intellexerit mihi deceptus videtur. Neque à communi eruditorum sententia ob levissimas ipsius conjecturas, quibus in antiquis ritibus indagandis sæpè nimium indulget, recedendum est.

**P**rimum, quod attinet ad Græcos, cum plures fuerint inter ipsos dialecti, loquendique proprietates, Dorica, Jonica, Æolica, Attica, & communis in sacris peragendis Atticam præcipuè in usu fuisse, ostendunt Græcæ Liturgiæ, quæ extant. In eaque scripserunt Philopporum celebriores, Oratores, Poætæ. Plato, Aristoteles, Plutarchus, Lyfias, Demosthenes, Pindarus, Euripides. Nam Epicharmus, Molchus, Democritus in Dorica scripserunt. Et Attica quidem à populari Græcorum, ut purum ab impuro, secernebatur: multoque magis nunc secernitur, neque quicquam amplius probant a Vicecomite adducta testimonia, quod ex dicendis maximè constabit.

**N**am quod ad Latinos spectat, tamen non negaverim, sordidam plebem Romanam non eo sermonis lepore, munditia, & elegantia locutam, qua Rhetores, Oratores, Poætæ, doctioresque: unum tamen à toto genere, eundemque Plebis, ac Oratorum sermonem, tunc fuisse, omnino non ambigendum. Cujus nimirum compertissimæ veritatis, decuriatim testes rogare, supervacuum. Accedat nihilominus unus, vel alter.

**A**pulejus de Asino aureo. *Interrogavit miles Dominum meum, quorsum vacuum duceret Asinum? At Dominus meus Latini sermonis ignarus, tacitus præteribat. Quapropter cum à milite deturbatus esset hortulanus, suppliciter respondit, Sermonis ignorantia se, quid ille diceret & scire non posse. Ergo, igitur subjiciens miles, ubi, inquit, ducis asinum? Respondit hortulanus, petere se proximam Civitatem. Ex quibus satis apparet, primam militis interrogationem. Quorsum ducis, &c. ut pote elegantiorum, ac, ut ita dicam, latiniorum, ab hortulano capi non potuisse. Secundam verò rudiorem, minus cultam, & semibarbaram à rustico perceptam, ac proinde patet, ita rusticos quoque loqui tunc contuevisse: intra fines tamen Latini sermonis. Nam gemmare vites, inquit Tullius de Oratore lib. 3. *Luxuriam esse in herbis, latas segetes, etiam rustici dicunt, & in Bruto. Erant tamen, quibus videretur illius atatis tertius Curio, quia splendidioribus fortasse verbis utebatur; & quia Latine non pessimè loquebatur, usu, credo, aliquo domestico: nam literarum admodum nihil sciebat. Sed magni interest quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur. Legimus Epistolas Cornelia Matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone Matris. Auditus est nobis Lelia Caji filia sæpè sermo. Ergo illam Patris elegantia tinctam vidimus. Ergo ex testimonio Ciceronis illi etiam, qui erant Li-**

Tom. IV.

necnon & textus  
liverfolque orna-  
tauros, procede-  
ntibus, illis con-  
civitatem Sancti  
n. Tunc incipien-  
rum venerant res-  
i venit in nomine  
sursum id ipsum  
finito dabat sacer-  
gillatim per ordi-  
deorum venerant,  
(5) osculabantur  
quàm & reliquos  
Post hæc incipien-  
r ingrediebantur in  
& iterum data ora-  
ertiam & deinde  
ti Patris mei, (7)  
bræco videlicet, at-  
que

ar. lib. 2. de Ecclesiâ.  
inquit, *Lectioes ab an-  
, & Latine legebantur  
antimopolim budi:que  
, propter duas causas,  
Græci, quibus incogni-  
a, aderantque Latini,  
& Græca. Alteram pro-  
ritiusque populi: & ut  
damus. Constitutiones  
& in membranis. In die  
Evangelio, Dominus  
it Credo in Græco ser-  
supradictus Archiepiscopus  
Mercatum cum sociis  
yter Sanctæ Mariæ Ro-  
raco sermone in conspe-  
scopi alta voce: & alii  
repetunt alternatim in-  
iam alta voce; & deinde  
suetum est, & in vita  
piscopi Neapolitani. In  
ri simul cum Clericis as-  
que communi prece psal-  
Inter hæc Græca, La-  
talit, &c. Ex quibus  
stias Neapoli fuisse, &  
Neque id mirum, cum  
fuerit.*

tum, Latinove sermo-  
nia peragi Missam statuit  
ist. 195. scribens enim  
opo Pannoniensi. Audi-  
Missas cantes in barba-  
nica lingua. Unde jam  
aulum Episcopum Anco-  
prohibemus, ne in ea  
um solemniter celebrari:  
vel in Græca lingua,  
oto terrarum orbe diffu-  
entibus dilatata cantat.  
oannes Octavus, inter-  
via Episcopo, Sclavo-  
ngua Missam agere per-  
Eneas Sylvius Historiam  
ecerunt Cyrillum, cum  
o Pontifici supplicasse,  
ejus gentis hominibus,  
rem divinam facient,  
dum in Sacro Senatu  
ne non pauci contradi-  
, tanquam de Cælo in-  
is lingua consistatur ei:  
indultum. Idem col-  
ejusdem Joannis Octa-  
ndultum aliis quoque  
cessum, constans adhuc  
Armeni, Rutheni, &  
ingua sacris operantur:  
Græci; in quo ultimo,  
auctorem dissentire,  
tra Choram, ut ajunt,  
secimus, à notulis hic  
ediamur.

DI.

*Quid prius illustrem satyris, musaque pedestri?*

Oda etiam. 12. lib. 2. *Historias pedestres*.  
 Nam denique *foecus*, & *cothurnus* apud Romanos, non idiomate, sed stylo differebant. Alioqui Plebeji sermonis à Vicecomite somniiati, tamquam à doctrinali diverſi, aliqua extarent faltem fragmenta, cum extent nulla; præter majorem, minoremve ſcriptorum curam, elegantiam, puritatem in lingua, cæteroqui communi doctis, indoctisque promiſcûe. Sacram ergo Liturgiam vernaculo, & populari Romanorum ſermone Romæ olim celebratam, licet minus impuro, non eſt, cur à quoquam in dubium verti poſſit. Sanè conſecrationis, & Canonis, ut minimum verba, eadem tunc fuiſſe, quæ nunc, ex codicibus, & ex traditione conſtat. Verba autem illa popularia tunc exitiſſe, reliqua Latinorum oſtendunt monumenta. Præterea, Miſſa tota Catechumenorum, ab introitu ſcilicet ad Evangelium, ad inſtructionem dirigebatur audientium: ideoque clara voce elata; non ergo ignoto Catechumenis, cæteriſque audientibus ſermone dicebatur; cum præſertim Populus celebranti Sacerdoti tunc reſponderet ſimul, & concelebraret. Idque Laudatus pridem Amalarii locus planè confirmat; cum Lectiones utrâque lingua legi ſolitas teſtatur, quia aderant Græci, & Latini, quorum ſingulis ignota erat alterutra. Lectiones ergo, quæ in concione Populi legebantur, audientium captum non excedebant. Et hoc quidem ad Miſſam pariter referri debere, cætera poſt Amalarium, adducta teſtimonia, conteſtantur, ut propterea mirum non ſit utrâque lingua apud Caſinates quoque ſacra myſteria interdum celebrata fuiſſe, frequentibus tunc in hac noſtra Provincia Græcorum commerciis, à quibus etiam pleraque ad nos è Græco detorta vocabula permanarunt, & noſtra non rarè græciſcat dialectus. Præter alteram ab Amalario indicatam rationem, ut utriusque Populi, & Eccleſiæ unanimitas oſtenderetur. Quò reſpexiſſe videtur Anaſt. Biblioth. cum de Benedicte Tertio ſcripſit, *Dignum ſimiliter volumina præparare ſtudit, in quo græcas, & latinas lectiones, quas die Sabbato Sancto Paſcha, ſimulque & Sancta Pentecoſtes, Subdiaconi legere ſoliti ſunt, ſcripturas adjungi præcepit. Eodemque ſpectare ritus Pontificiæ Cappella in qua designatis celebritatibus, Græcè pariter & Latine Evangelium etiamnum canitur.*

At rogabit quiſpiam, quid ſit, quidd cum à primordiis rei Chriſtianiæ Liturgiam per annos ſermè quadringentos latino idiomate, quod tum erat pervulgatum, & quo non magis docti, & eruditi, quam redeuntes à furno, & à lacu ancillæ utebantur, celebrari mos fuerit; Hodie, contra, neque Gallicè Galli, neque Boëmicè Boëmi, neque nos Itali Italicè faciſtemus, ſed Latino, cujus lingua plebi, & multitudini eſt inſueta & proſus ignota? Rem altiùs, ac paulò diligentius indagandam pro tenui mea ſagacitate recipio, quod ſanè dum exequor, non erit abs re, caſus omnes, & ætates Latine lingue perſequi dicendo: crepundiaque etiam Italicæ lingue, & ejus progreſſiones enarrare. Sit ergo.

#### DIGRESSIO ALTERA HISTORICA.

*Latina lingua caſus, & interitus, & Italicæ ortus.*

**F**ecit ſanè Latina lingua, quod cætera ſolent; quæ ducta ab humili, veniunt ad ſummum, paulatimque ſe retro ferunt, ac denique ad interitum ruunt: habentque ſuos quaſi gradus, & orta à parvis admodum initiis ſenſim vires, roburque colligunt, tum quodam veluti flexu ætatis, ſenſcere incipiunt, & descendere. In hac vitæ fabula principio pueri ſumus, mox adoleſcentes, jam viri, vixque ſenes cum decrepiti, ut qui vagivimus in faſciis, cum æqualibus luſtavimus, adolevimus, Rempublicam adminiſtravimus, paulatim deſluamus, & fatiſcamus, donec telluri noſtra tellus reddatur. Fluvii primò venis exprimuntur exiguis, mox amnes

ignobiles, quos videlicet ſaltu tranſiliamus. Tum per varios anfractus, atque mæandros collectis eundo aquis, creſcunt in flumina, quæ pontibus junguntur, quæ naves patiuntur, ad extremum hauſta pelago etiam nomen amittunt.

Linguarum non diſpar ergo ſors eſt, & Latine quidem obſcura, atque humilia initia fuerunt; & quæ antequam certa ratio, & regulæ accederent, nihil habuit dignum ea ſumma dignitate, ad quam denique pervenit, florentibus Romæ rebus, ejus primordia, quando expiſcandi certa ratio nulla eſt, ſinamus latere in caligine ſeculorum, ſive enim ab Arcadibus ea quis velit reperere: ſive Pelagiſ aſſerere; ſive ea ſibi vindicent Aborigines, ſive commixti cum hiſce populis ii Trojani, qui poſt Patriæ funus, Duce Ænea in Italiam, novas ſedes quaſituri, venerunt, mutuo commercio genus hoc loquendi pepererunt: ſive denique ab alio quopiam fonte profluxerint (quid enim in tantis tenebris pronunciamus?) hoc inter omnes conſtat; non aliud vagientis Romæ idioma fuiſſe niſi Latinum, eo ſam Civitatem, quando fuit ſub Regibus, eo quandiu imperio Conſulari adminiſtrata fuit, rebusque poſtremò ad unum delatis, manſiſſe tamen Latine loquendi conſuetudinem. Qua cum veteres illi uſi fuiſſent horridiore, ſine cultu, & verborum delectu, adhiberi demum cœpiſſe obruſſam rationis, & eam loquendi formam impolitam, ac rudem cœpiſſe levigari, ac limari. Comitibus ſcilicet, & concionum uſus, optimus eſt loquendi magiſter. Is verd in liberis Civitatibus maxime dominatur, ut olim Athenis, & Romæ, hodie quoque Veneriis. Dum enim civis civi, ut cæteriſ rebus, ſic dicendi facultate ſtudet antecellere: ingenia mirum in modum exacuuntur: cumque melius aliquid in publicum ſemper aſſerre curant; magis, magisque quotidie lingua expolitur. Tullii ætate, ejuſdemque præcipue ingenio, ac induſtria penè ad ſummum perducta Latine lingue laus eſt: ut nihil ferme addi potuiſſe videretur. Sed ejus interitu viri, ac cæterorum, quos rabies Triumvralis propriis odiis devovit, ac ſuſtulit; quantum cœperit detrimenti Latinitas, neminem fugit. In uno Cicerone evulſa eloquentiæ Latine lingua eſt, ejuſque cæde penè obmutuit, & quamquam toto Auguſtiævo ſpiritum retentavit, cum decora non deſſent ingenia, quæ ad Carmen, atque ad Hiſtoriam ſcribendam artem non mediocrem aſſerrent: ab exceſſu tamen Auguſti, quis demum nitor, quæ puritas, ac dignitas literis Latinis ſuperſuit? Verſa tum propè in barbariem eſt eloquentia, atque ad imum celerius, quam aſcenderat properavit: ut deinceps in Romano ſermone nihil vetere fama, & exiſtimatione dignum agnoſceres. Cum verd Magno Conſtantino venit in mentem commigrare Byzantium, & eò ſedem tranſferre Imperii; tum Latine lingue ſecurim iniecit. Nam, quæ eam profectionem clades conſecuta ſint derelictæ Italiæ, notum eſt pueris. Cum enim abſitio Cæſarum deſpoliandam reliquiſſet Barbaris Italiam, vaſtandam, diripiendam, incendendam; Nationumque Dominam ſub jugum mittendam, eam aliæ poſt alias feræ gentes ſuperbè, crudeliterque victoriam exercentes, & cum primis inſcitæ nomini Romano, tam fœda populatione vaſtarunt, ut non à ſacris, non à profanis temperaverint: omnique calamitarum genere partem antea florentiſſimam Europæ deformaverint.

Eæ gentes illata barbarie inſuſcaverunt primò; tum etiam ſuſtulerunt Latinam linguam, cujus reliquias miſeras, & afflictas expugnaverunt demum Gothica tempora, & Langobardica: ut jam in uſu hominum de veteri ſermone ſupereſſet penè nihil.

Excurrebant Barbarorum alii more procellæ: & onuſti præda redierunt eò, unde pedem attulerunt. Gothi verd, & maxime Langobardi, ſitu, & opulentiâ Italiæ delectati, novum hic condiderunt Imperium; & per plura ſecula, graves ſcilicet incolis, & finitimis, Italiam Regum nomine, tyrannide oppreſſam, crudeliſſimè tenuerunt. Qui, cum cæteriſ

et salu transiliamus  
us, atque meandros  
crescunt in flumina,  
qua naves patiun-  
t pelago etiam nomen

go fors est, & Lati-  
que humilia initia  
quam certa ratio, &  
il habuit dignum ca-  
am denique pervenit,  
eius primordia,  
ratio nulla est, fina-  
eculorum, five enim ab  
reperere: five Pelas-  
vindicent Aborigines,  
ce populis ii Trojani,  
Duce Aenea in Ita-  
turi, venerunt, mutuo  
loquendi pepererint:  
opiam fonte profluxe-  
is tenebris pronuncie-  
es constat; non aliud  
a fuisse nisi Latinum,  
quando fuit sub Regi-  
erio Consulari admini-  
ostremò ad unum dela-  
atinè loquendi consue-  
veteres illi usi fuissent  
, & verborum delectu,  
sse obrusam rationis,  
nam impolitam, ac ru-  
, ac limari. Comitiam  
m usus, optimus est lo-  
verò in liberis Civitati-  
tur, ut olim Athenis, &  
te Venetiis. Dum enim  
rebus, sic dicendi facul-  
te: ingenia mirum in-  
: cumque melius aliquid  
asserere curant; magis,  
ingua expolitur. Tullii  
præcipue ingenio, ac in-  
num perducta Latinæ lin-  
il fermè addi potuisse vi-  
teritu viri, ac cæterorum,  
ralis propriis odiis devo-  
ntum cæperit detrimenti  
a fugit. In uno Cicerone  
atinæ lingua est, ejusque  
, & quamquam toto Au-  
retentavit, cum decora-  
, quæ ad Carmen, at-  
bendam artem non me-  
o excessu tamen Augusti,  
quæ puritas, ac dignitas  
uit? Versa tum propè in-  
ntia, atque ad imum cæ-  
erat properavit: ut dein-  
mone nihil vetere fama,  
num agnosceres. Cum  
ntino venit in mentem  
um, & eò sedem transi-  
Latinæ linguæ securim  
tam profectionem clades  
ictæ Italiæ, notum est  
bitio Cæsarum despolian-  
aris Italiæ, vastandam,  
endam; Nationumque  
mittendam, eam aliæ  
superbè, crudeliterque  
, & cum primis infecta  
n fœda populatione va-  
ris, non à profanis tem-  
calamitarum genere  
ssimam Europæ defor-  
ie infuscaverunt primò;  
Latinam linguam, cu-  
& afflictas expugnave-  
tempora, & Langobar-  
hominum de vetere ser-  
nihil.  
alii more procellæ: &  
eò, unde pedem attu-  
& maxime Langobardi,  
liæ delectati, novum  
rium; & per plura se-  
incolis, & finitimis,  
te, tyrannide oppress-  
erunt. Qui, cum cæ-  
ceris

teris bonis artibus vastitatem attulissent, La-  
rinitati pro sua feritate minimè pepercissent,  
fr quod in eam jus regium fuisset. Quid au-  
tem opus fuit edicto, aut legum sanctione?  
Conterrita insolitis armis Latina lingua pri-  
mo statim adventu Barbarorum accepit ma-  
gnum vulnus: moxque gementibus bonis con-  
ticuit, & expiravit; ut jam nusquam esset  
Latinitas, nisi alicubi abdita in paucis libris  
(nam & in libros ipsos sævitum) quos jam-  
perpauci evolverent, intelligerent omnino  
paucissimi. Neque tamen subito, & illatum  
vulnus est, quod diximus, & funus consecu-  
tum: sed spatio temporis aliquo contabuit  
post lethalem plagam lingua Latina, & emar-  
cuit. Cuncta invaserant Barbari. Ab eis jus  
petebatur, penes ipsos erat vitæ, necisque  
potestas, quid facerent Italiæ veteres Inqui-  
lini? quid Agrestes, & Oppidani? paulatim  
assueverunt Barbarorum moribus, & linguæ,  
ut possent cum eis commercia contrahere;  
ac intelligere, & intelligi possent. Nisi etiam  
pars quædam, & genus obsequii fuit migra-  
re in mores, & linguam dominantis natio-  
nis, & ad eorum aures notarum vocum as-  
ferre sonum. Cùm etiam Gothi ipsi, ac dein-  
ceps Langobardi latinas voces paulatim in-  
termiscerent, five invitati dulcedine Latini  
sermonis, five ita usu reposcente commercii,  
five etiam, quodd populare censerent fututum,  
& gratum in vulgus, si & ipsi Latinum ali-  
quid usurpavissent. Pellege Langobardorum  
leges, ac libros eorum, quibus per ea tem-  
pora scribere vacavit. Videas in eis barba-  
riem, sed non sine mixtura Latinarum vo-  
cum. Nusquam ita Langobardicam, quin  
interniteat alicubi Latinum aliquid. Nus-  
quam ita Latinam, quin scabrities appareat,  
& sribiligo Langobardica. Eò demum res  
evasis, ut dum utrique aliquid usurpant ex  
alteris: dum pars utraque in medium confert  
aliquid è suo, & velut ex condicto, nescio  
quid attemperat, & commiscet, nascitur ex  
utrorumque lingua tertium quoddam Idioma,  
& genus loquendi, quod appellamus Italicum:  
Nusquam tamen magis, quam in Gallia Ci-  
salpina, ubi Langobardorum Regum sedes  
fuit, exoticis dialectis, & rerum vocabulis  
peregrinis locus est, quæ hodie quoque inter  
loquendum interferunt Itali, ne se aut peni-  
tus oblitos ostendant servitutis, aut satis di-  
gnos probent libertatis.

Est ergo Italica vulgaris lingua ipsa Latina de-  
pravata, aut ex Latina, & Langobardica  
quiddam conflatum, velut cinnus ambarum &  
eo quidem tertio quodammodo Idiomate, te-  
merè primùm usi sunt nostri homines, absque  
legibus, & arte: donec post multos Consules,  
multasque, ut ajunt, aristas, ausi sunt quidam  
leges ferre, atque præscribere, quemadmo-  
dum Italicè loquendum foret: editisque etiam  
libris, præcepta propria, artemque ejus lin-  
guæ tradiderunt, & tum demum propriè ex  
alterata facta est altera.

Ab eo verò tempore, quo exclusa à foro, & à  
vulgari usu Latina lingua fuit, & ita anti-  
quata, ut ei nusquam locus remanserit; sed  
illi Italicè superinducta, hæc deinceps viva,  
illa mortua cœpit vocari, quodd hæc frequens  
fit in ore vivorum: illa tantùm in antiquo-  
rum monumentis delitescat; & nemini sit  
vernacula. Sic mortua etiam dicitur, & est  
Hetrusca lingua: hoc tamen discrimine à La-  
tina; quodd præscam illam Hetruscorum nemo  
nunc intelligit, si quæ ejus supersunt frag-  
menta. Latinam verò, & intelligunt eruditi,  
in eaque disertè scribunt. Quamquam, cùm  
veram Latini sermonis orthoepiam, hoc est  
rectam ejus prononciationem nesciamus, pro  
exploratissimo habeo, ut acutissimo Scioppio  
visum, si Cicero in terris hodie existat, &  
floquentissimum quemque ex nostris Latinè lo-  
quentem audiat, fore, ut ne unum quidem  
verbum satis percipiat: sicut neque nostrum  
quemquam declamante Cicerone, plus quam  
si Arabicè peroraret, intellecturum arbi-  
tror.

Hæc autem, quæ de Italicæ linguæ origine  
præfati sumus, ad Gallicam etiam, Hispani-  
cam, Anglicam, & omnes, quibus exteras  
Tom. IV.

que Latino, usque ad completum Evangelium. Presbytero verò cum ministris ad complendam Missam relicto, cæteri omnes simul egredientes cantando, atque psallendo deorsum pergebant, ac prope jam Monasterium ab ipso negotiantum foro Letanias incipientes, in Ecclesiam Domini Salvatoris intrabant. Eâ finitâ, lotis manibus, atque vestimentis induti solemnibus, procedebant omnes ordinatè in atrium ad altare Beati Archangeli Michaëlis, ibique subsistentes expectabant Abbatem. Quò cum pervenisset, di-

guas tribuit, alteram populi, haustam cum lacte nutricis, usque contritam, qua scilicet summi, & infimi uterentur: Alteram literalem, ac secretiorem, quæ sanè, quid sit, vix possum suspicari.

Illud quoque docuimus, in occidentali Ecclesia, nunquam alia, quàm Latina lingua, quæ omnium vernacula fuit, esse litatum, & cur desito Latino idiomate in communi commercio, ne tunc quidem desitum sit litari Latine: ac denique Italica lingua, unde extiterit.

At, quando huc ventum est, illud etiam non incommodè addiderim, utro tandem nomine nostram hanc vernaculam linguam appellari conveniat, Italicam, an Hetruscam, vel Florentinam? Paucis tamen agam, ut de parergo. Quid enim dubitem Italiæ litem adjudicare? neque enim in Hetruria dumtaxat, & Florentiæ nata est, & inolevit Italicè loquendi consuetudo: sed ubique quantum patet Italia. Aut certè, si qua alicujus partis Italiæ ratio præcipua est, ejus regionis est, quam nos Galliam Cisalpinam appellamus; cum Langobardi Reges præcipuè Insubriam infederint, Ticinumque Urbem rerum caput habuerint. Neque tamen inficias eo, sua maternam hanc nostram linguam, ornamenta, & qualemcunque perfectionem, Hetruscis acceptam referre; quorum in eo fuit industria mirifica, ut ex colluvie barbarorum natam linguam lamberent, comerent, expolirent, ac nitidorem efficerent, præsertim cum Republicam haberent: Aristocratiam siquidem, ac Democratiam nutriculas esse eloquentiæ, jam supra demonstravimus. Ergo quantumcunque nitor linguæ nostrati est, totus Hetruscis debetur, & Florentinis maxime. Qui tamen, quòd optimè sint de hoc idiomate meriti, non propterea justè faciunt, si postulant ex sese linguæ nomen imponere. Latine cum loquerentur in Latio universo: cum in universa Græcia Græcè: cui tamen venit in mentem, aut hanc appellare linguam Atheniensem, aut illam Romanam, cum tamen nusquam Latina lingua suam perfectionem acceperit, quam Romæ in arce Imperii; nec Græca, nisi Athenis, unde omnis, & eloquentiæ, & doctrinarum ratio profecta est? Agnoscimus quidem Atticæ regionis dialectum diversam à Megarensi, Romanam diversam à Prænestina, ut modò Florentinam à cæteris: Verùm, quòd inde solum toti idiomati nomen imponatur, non recipimus: nec longius quæstionem de nomine protrahimus.

Quæres denique, quodnam eorum, qui genus hominum profeminarunt, primum fuerit idioma? Peripateticis nullum hæc quæstio negotium fecerit. Cum enim mundum ab æterno extitisse, persuasum habeant ex Aristotelea opinione, nullos primos mortales, nullum primum idioma, nullumque primum tempus agnoscunt. Falsi tamen damnantur ab Ecclesia, quæ oraculis edocta divinis, fuisse aliquando, & primas velut metas temporis, docet, & primordia motus. Ridiculus verò mihi est Honorius Thorus noster, qui in suis de Physico auditu commentariis, triginta annorum casto labore, Aristotelem ab hac censura se vindicasse constantissimè profiteretur, de quo in opusculo singulari disputavimus. Sunt ergo (Peripateticis dimissis) qui He-

verfis, ac multiplicibus stipatus officiis ministrorum, (8) mox universis reboantibus signis, procedebant solemniter cum omnibus supradictis (f) ordinatibus, & ingressi Ecclesiam incipiebant canere missas ipsius diei: qua completa dicta sexta, ibant in refectorium cantando: Te Deum laudamus, gratias agentes Deo, qui illos, ab omnibus adversis eripuit: & cœnobium cum inhabitantibus incolume custodivit, & data oratione exeuntes expoliabant se indumenta sollempnia, & sic revertebantur ad comedendum. Eo siquidem die

braicæ linguæ primas defertunt, eique locorum putant generis humani protoparentem, & nihiloties alii firmissimè negant. scivisse Adam Hebraicè, & Hebraicè scriptas Leges, Moisi ab Angelo dictatas. Genesent quippe ab Esdra, post Babilonicam captivitatem, antiquum Hebræorum idioma, quin etiam Alphabetum immutatum. Quamquam quod attinet ad idioma, difficillimum hoc mihi in praxi videatur. Idiomatum enim immutationes, non Plebiscito, aut Senatusconsulto: sed sensim, diutinoque sunt tempore, & à populo.

Caldæam aliqui antiquissimam reputant, Scythicam nonnulli, nec defunt, qui Phœnicam, aut Ægyptiam: apudque ad suum quisque commentum lepidas affingit fabellas, sed opinionum multitudo, nugæque vix integro volumine possent comprehendere. Ego ita censeo, inditam homini à natura fuisse facultatem loquendi; tamen, ut loqueretur, industria, necessitate, & tacita quadam hominum conventionem factum esse. Cum enim animi sensa proferri ad humanum convictum opus esset, & aperiri, alias, nisi mortales invicem intelligerent, & intelligerentur, humanæ societatis ratio nulla esset: principio nutus, & signa: tum voces quædam rudes, & inconditæ; tum etiam certa vocabula cæpta sensim adhiberi, quæ postremò in stabilem, & receptum usum sermonis exierunt ex imitatione, & consensu cæterorum. Tanto tamen apud tam varias gentes discrimine, ac varietate, ut persæpè pago in uno, ac sæpissimè in eadem, oræ præsertim maritimæ, urbe; quòd undique mercatores, & peregrinos confluere mos est, sermo sit perquam varius, & dissimilis, & non diu constans, neque perpetuus, sicut etiam in magnorum Principum aulis ob similem rationem. Quòd quidem & Neapoli observavimus, & Romæ inter aulicos præsertim, & nobiles. Nam rustici, mulieres, minuzque plebes nativi sermonis tenaciores ubique sunt custodes. Cum ergo tam incertis initiis, & tam vario flexu idiomata ex aliis in alia commigraverint, frustra jam quærimus, quodnam ex omnibus primum fuerit, quo in orbe locuti sunt homines, sed à longa hac divagatione tempus jam est in viam redire.

(f) ornatibus.

(8) Hoc est Campanis, quæ dicta etiam fuerunt Klocca. Reperies etiam Glocam, & Glocam. In translatione Sanctorum Marcellini, & Petri lib. 2. cap. 9. Landulfus, cui tunc signi tangendi cura commissa fuerat, & infra. Qui cum secundum consuetudinem, surgeret, & signum moveret. Auctor vitæ Sancti Liobbæ cap. 6. apud Surium mense Septembri. Signum Ecclesiæ, quod vulgo Kloccum vocant. In vita Sancti Bonifacii auctore Othlono, lib. 2. cap. 22. Interea signum Ecclesiæ, quod vulgo appellari solet Glocca, absque humano motu sonare cepit. In Constitut. Caroli Magni, editis à Buisson. Ut cloccas non baptizent, nomen ductum est à sono, quem Campanæ edunt, Quemadmodum verbum Glocire de gallinis. Nunc etiam Campanæ apud Gallos vocantur Clocces, & Campanarium Clocher. Vide dictionarium Galloitalicum Petri Canalis. Angelum Roccha. Voss. & alios.



iparus officis mini-  
eris reboantibus fi-  
niter cum omnibus  
ous, & ingressi Ec-  
e missas ipsius diei:  
a, ibant in refecto-  
n laudamus, gratias  
ab omnibus adversis  
in inhabitantibus in-  
ta oratione exeuntes  
a sollemnia, & sic  
ndum. Eo siquidem  
die

deserunt, eaque lo-  
humani protoparen-  
alii firmissimè negant.  
è, & Hebraicè descri-  
Angelo dictatas. Cen-  
post Babilonicam ca-  
a Hebræorum idioma,  
im immutatum. Qua-  
d idioma, difficillimum  
eatur. Idiomatum enim  
Plebiscito, aut Senatuf-  
1, diutinoque sunt tem-

iffimam reputant, Scy-  
nec desunt, qui Phœni-  
m: aprèque ad suum quis-  
das affingit fabellas, sed  
lo, nugæque vix integro  
mprehendi. Ego ita cen-  
a natura fuisse fa culta-  
en, ut loqueretur, indu-  
e tacita quadam hominum  
esse. Cum enim animi  
umanum convictum opus  
alias, nisi mortales invi-  
& intelligerentur, huma-  
nulla esset: principio nu-  
voces quædam rades, &  
am certa vocabula cæpra  
uz postremò in stabilem  
ermonis exierunt ex imi-  
a cæterorum. Tanto ta-  
es gentes discrimine, ac  
pè pago in uno, ac sa-  
ræ præsertim maritimæ,  
mercatores, & peregrin-  
st, sermo sit perquam  
, & non diu constans,  
ut etiam in magnorum  
imilem rationem. Quod  
bservavimus, & Romæ  
im, & nobiles. Nam  
minuræque plebes nativi  
ubique sunt custodes.  
tis initiis, & tam vario  
llis in alia commigrave-  
uerimus, quodnam ex-  
erit, quo in orbe locuti  
longa hac divagatione  
am redire.

ue dictæ etiam fuere  
am ClocKam, & Gloc-  
Sanctorum Marcellini,  
Landulfus, cui tunc  
missa fuerat, & in-  
m consuetudinem, sur-  
ret. Auctor vitæ San-  
od Surium mense Se-  
esia, quod vulgo Klot-  
ancti Bonifacii auctore  
2. Intersa signum Ec-  
bellari solet Glacca,  
onare cepit. In Con-  
editis à Butzo. Ut clo-  
men ductum est à sono,  
Quemadmodum ver-  
is. Nunc etiam Cam-  
antur Clocbes, & Cam-  
ide dictionarium Gal-  
is. Angelum Roccha.

die (9) Major Præpositus prandium omni-  
bus faciebat. Expleta verò refectione, Fra-  
tres, qui de sursum venerant, vale dicentes  
Abbati, ac cæteris Fratribus, cum benedi-  
ctione revertentur. His item temporibus  
mos erat, ut pridie HCl. Septembris con-  
ventus ad hunc locum fieret, unà cum Præ-  
positis suis univerforum hujus Cœnobii in-  
circuitu Monachorum, docendi ab Abbate,  
quid facere, quid cavere, quidve corrigere,  
seu qualiter sub Dei præsentia, & timore  
cum regulari observatione vivere deberent.  
Sequenti verò die ordinabantur, & describe-  
bantur, atque (10) destinabantur in obedi-  
tias, per singulas, prout opportunum erat  
Provincias. (g) Non multò post prædictus  
Abbas Bassacius defunctus est XVI. videlicet  
HCl. Aprilis, & juxta Ecclesiam Sancti Be-  
nedicti in ipso Capitulo Fratrum digna vene-  
ratione reconditus.

Bertharius nonus decimus Abbas fedit an-  
nis XX. & VII. & mensibus VII. (h)

*De studio Abbatis Bertharii, & miraculo,  
quod contigit in constructione Arcis.*

CAPUT XXXIII.

**H**ic prædecessoris sui Bassacii fuit disci-  
pulus, cujus etiam in omnibus, & præ-

- (g) deficit. Non multo post, &c.
- (h) Fuit autem temporibus Romanorum Pontifi-  
cum, &c. ut infra.
- (9) Monasterii Sancti Salvatoris, quod deorsum-  
erat, ad differentiam minorum Præposito-  
rum, qui præerant Cellis, & minoribus Mo-  
nasteriis, ut mox infra, *Conventus ad hunc  
locum fieret unà cum Præpositis suis univer-  
forum hujus Cœnobii in circuitu Monacho-  
rum, docendi ab Abbate, &c.* Cujus anua-  
lis Synodi consuetudinem invenimus usque  
ad ætatem Andreæ Abbatis in Codice no-  
stro 47.
- In variis quoque Regesti locis Synodum Mo-  
nachorum congregandi privilegium Abbati  
Casinenfi concessum habemus.
- (10) Hoc est Cellas, Præposituras lib. 4. cap. 98.  
*Fratres, qui per obedientias positi sunt, &  
cap. 100., & 101. omnes obedientia per  
Campaniam, Picenam, &c. Alexander Ter-  
tius in Concil. Lateranen. cap. 10. Priora-  
tus quoque, sive obedientia pretii nulla da-  
tione tradantur sic dictæ, quod ex obedi-  
entia illuc Monachi destinarentur, unde Mo-  
nasterii quoque officia obedientia dicebantur  
lib. 2. cap. 48. nescio quid utilitatis obedi-  
entia sua, hoc est officii sui; erat enim Eccle-  
siæ Mansionarius. Monast. Anglic. pag. 152.  
Iste Abbas peroptimus multa beneficia Con-  
ventui contulit, & obedientias tenues beni-  
gnissimè ampliavit. Otho Frising. Hildebran-  
dus tum Prioratus, ut dicitur, obedientiam  
administabat, & Auctor noster lib. 2. cap.  
51. obedientiam Præpositura Monasterii bujus  
suscepit, & alibi sæpè.*

IN CAPUT XXXIII. NOTÆ.

- (1) Regest. num. 5. sed nec ipsis initiis suæ Abba-  
tis, nec Pontificatus Joannis Octavi, nam  
privilegium datum scribitur Indictione 15.  
Kalendis Junii anno Pontificatus decimo,  
Imperante Carolo anno secundo, qui fuit  
Christi annus 882. Bertharius autem Abbas  
est ordinatus anno 857. vel 856.
- (2) Doctus, eruditus, ut communiter accipitur,  
olim verò *Literati* vocabantur servi stigma-  
tici, idest *literis Notati*, nam candente fer-  
ro, in occulta primùm corporis parte, servis  
literas inurere mos fuit. Tum, si criminosi  
esse pergerent, in fronte, & in facie, ad  
majorem ignominiam inurebantur. Plaut.  
*Si hic me literatus sinat.* Apuleius, *frontes  
literatas* Leges Langobard. lib. 2. tit. 2. l.  
63. & ponat in eo signum in fronte, & in  
facie.



vit. Quo videlicet tempore, (6) dum supradicta mœnia Eulogimenopolis, idest Benedicti Civitatis contruerentur, vir quidam, qui jam per septem annos prævalida infirmitate, linguæ prorsus carebat officio, itaut nullum penitus posset edere verbum, in ejusdem operis ministerio inter cæteros (a) fervierat. (7) Cùm igitur quadam nocte in Ecclesia consueta Domino Fratres redderent laudes, idem mutus circa basim cujusdam columnæ ipsius Ecclesiæ residens, obdormivit: cui mox Beatus Benedictus in ipso sopore apparens, eumque baculo, quem gestabat, in caput blandè percutiens: huccine, ait, venisti dormire? surge protinus, & tribus in terram vicibus expue. Quod cùm evigilans ille fecisset, statim clara voce cœpit gratias agere Deo, & Beatissimo Patri Benedicto, per quem pristinum linguæ meruisset recuperare officium. Quo viso universi, & cognito qualiter illi hoc evenisset, benedixerunt Dominum, & Benedictum famulum ejus. (8) His diebus defuncto (b) Lupo Teanensis Ecclesiæ Præfule, Hilarius Diaconus, & Monachus hujus Monasterii, in eadem civitate Episcopus ordinatur.

*De oblationibus quorundam.*

#### CAPUT XXXIV.

(1) **P**ER idem tempus Maurus quidam de partibus Liburiæ vir dives, obtulit se ipsum in hoc Monasterio in manibus Angelarii Præpositi, cum duabus fortibus om-

(a) serviebat.

(b) Lupoald.

(6) Ex Ignoto num. 27. sed attende, statuisse Abbatem Bertharium, inchoatam à se civitatem, Sancti Benedicti nomine appellare (Eulogia enim Græcè est *Benedictio*) quod vel non præstitit, vel ejus successores non observarunt. Causa omnino later. Putant, id contigisse ex occasione sacrorum pignorum Divi Germani Capuæ Episcopi, cujus animam, ut enarrat Gregorius 2. dialog. cap. 35. Sanctissimus Benedictus vidit in sphaera ignea ab Angelis in Cœlum deferri; quibus Imperator Ludovicus Lotharii filius nostram Ecclesiam Domini Salvatoris ditavit, quando, sublato ejus corpore, quod tradit noster Leo infra cap. 38. Capua digressus, in Franciam revertebatur, anno scilicet plus minus 874. Sanè tunc novæ civitati incumbere Bertharius, advenientemque pridem in hanc Italianam Imperatorem cum uxore Angelbergæ Honorificè, ut scribit Ignotus num. 7. officiosissimè, ut Erchempertus num. 32. Maximo cum honore, ut Auctor noster infra cap. 36. susceperat. Hæc certa cùm sint, reliqua è conjecturis pendunt. Res tamen, quacunque de causa, eò devenit, ut nunc civitas ad hujus montis radices, circa Monasterium olim Domini Salvatoris, ad ejusque fortè tuitionem excitata, non *Divi Benedicti*, sed *Sancti Germani* nomine, ex antiqua traditione, & consuetudine nuncupetur, estque circumjacentis regionis, & finitimarum non ignobile emporium. Quàm frequens autem per ea tempora Græcæ linguæ usus apud nostrates viguerit, vel hinc elucet, cùm novam urbem in ipsis Latii finibus, Græco vocabulo nuncupari voluerint.

(7) Ignotus Casinensis num. 27. Dum Fratres in Oratorio Beatissimi Benedicti Deo laudes peragerent. Monachi scilicet, qui in Monasterio Domini Salvatoris deorsum debebant. At Abbas Gisulfus, ut tradit Leo supra cap. 17. ubi priùs à Potone Abbate Ecclesia parva Sancti Benedicti constructa fuerat, amplam Basilicam in loco prioris parvula in honore Domini Salvatoris, opera satis pulchro, con-

struxit. Duplici igitur nomine ea Basilica in ipsis suis initiis appellata fuit, ex priori nimirum, & ex recenti nuncupatione: accessit tandem tertia nuncupatio à nomine Divi Germani, quæ sola adhuc manet. Hic Poto Abbas, inquit Leo cap. 20. *adificavit deorsum Ecclesiam parvam in honore Sancti Benedicti in eo loco, ubi nunc est Ecclesia Sancti Germani.*

(8) Ex Ignoto Cas. num. 20. cui tamen demortuus Episcopus non *Lupus*; sed dicitur *Jupoaldus*, nisi fortè legendum, *Lupoaldus*.

IN CAPUT XXXIV. NOTÆ.

(1) Regestum Petri num. 200.

(2) Regest. ibidem.

(3) Anast. Bibliot. in Adriano. *In auro solidos mancosos numero ducentos. In Regesto Petri num. 261. componamus vobis in ipso supradicto Monasterio mancosi aurei quadraginta, & num. 375. pœna auro mancosi quinque millia. Joannes Papa Octavus Epist. 66. & 242 dabimus vobis nunc, & per singulos annos, sicut inter nos statutum fuit, decem millia mancosorum argenti, & isto presenti anno damus vobis pro benedictione supra mille mancosos. Nota hic pro benedictione, hoc est pro elemosyna, quod alibi notatum. Vossius de vit. ferm. lib. 3. cap. 23. Mancusa est idem ac Marca, ut mansuetus, quasi mansuetus, sic mancusa, quasi manu-cusa. Pro mancusa etiam mancosus dixere, ut intelligatur nummus. Sic Voisius, strictim datus, quem de cætero miror adhæsisse Ludovico de la Cerda in Advers. sacris cap. 95. §. 14. interpretanti de solido Monocosi, hoc est, Mancuso, illa Anastasii verba in Leone Quarto, obtulit Crucem de auro unam habentem in medio monocosm. An fortè legendum Monocosmum? est autem Isidoro Monocosmum, quod ab uno jumento ducitur, vehiculi genus. Vetus vocabularium Monocosmus, idest genus vehiculi, quod ab uno jumento trahitur, & hoc Monocosmum, idest currus unum tantum portans, & dicitur à Monos, & Cosmos, & in litera C. Cosmos mundus. Item cosmus, ornamentum Pontificis. Vide Martinium. Tu verò vaticinare.*

nobilium, quam dicitur ad Silicem. Iamque unica filia loque Telefinus Cito in hoc loco cum substantia sua, tam in diversis locis, dedit filia sua sancta, cum aliquantis Ecclesia Sancti Domini, quae erat cella, obas fecit libellum. Angelo de Varricum omnibus pertinentiis, cum terra vinearum quinquagintiarum recepit solvitaliter verò recipere. VII. Concessit etiam omnium usufruendi, die Ecclesiam Sancti Coloni, & servis, & annino rebus, & pertinentibus aliis Ecclesiis, idest Sancta Sancto Lencio in Molominus, & ancillis, is earum; nec-non & dicti in Auricino, & lano, & Sancti Abunacum Fucinum, cum s, & pertinentiis eapro omnibus his in annualiter autem pro in mense Septembrio.

Hu-

itur nomine ea Basilica in cellata fuit, ex priori nunti nuncupatione: accepta nuncupatio à nomine sola adhuc manet. Hic Leo cap. 20. edificavit parvam in honore Sancti, ubi nunc est Ecclesia.

20. cui tamen demor-Lupus; sed dicitur legendum, Lupoaldus. XIV. NOTE. 200.

triano. In auro solidos centos. In Regno Petri mus vobis in ipso supra-ncosi auri quadrangia, auro mancosi quinquaginta Octavus Epist. 66. & tunc, & per singulos an- atatum fuit, decem mil- enti, & ipso presenti au- benedictione supra mille c pro benedictione, hoc quod alibi notatum. Vol- 3. cap. 23. Mancusa est mansuetus, quasi manu- quasi manu-cusa. Pro- sus dixere, ut intelli- oilius, strictim datus, adhuc Ludovico de- cris cap. 95. §. 14. in- onocosi, hoc est, Man- rba in Leone Quarto, ro unam habentem in- fortè legendum Mono- sidoro Monocofmum, ducitur, vehiculi ge- um Monocofmus, idest ab uno jumento trahi- um, idest curus unum- citur à Monos, & Cof- ofmos mundus. Item- Pontifici. Vide Mar- gnare.

## NOTIS ILLU

Hujus Suabili filius Rodepertus, civis Beneventanus obtulit de substantia sua in hoc Monasterio Curtes numero XVI. cum omnibus earum pertinentiis, & unam domum novam intra Civitatem Beneventanam, cum curte, & ædificiis suis. Hujus temporibus (4) quidam vir nomine Majo de Comitatu Teatino (a) obtulit Beato Benedicto curtem suam, (5) quæ dicitur Fara Majonis, cum omnibus pertinentiis suis, quæ insimul continet quinque millia octingenti modia de terra, & aliam nichilominus curtem, quæ vocatur Malliæ, cum Ecclesia Sancti Petri, & cum omnibus similiter pertinentiis suis. Similiter quoque (6) Stephanus quidam genere Capuanus obtulit in hoc loco sancto per diversa loca curtes octo, cum servis, & ancillis, atque colonis ad easdem curtes pertinentibus, & cum omnibus omnino pertinentiis ipsarum, quarum prima vocatur (b) Juncianum, secunda Clabazanum, tertia Decatzenum, quarta Atdurum, in monte Marfico, cum integro territorio suo, prope curtem, quæ vocatur Campu Mutuli, quinta dicitur ad Casale, ibidem in monte Marfico, sexta ad Diripatum (7) in finibus Cantia, septima ad (c) Patricanu, octava verò vocatur ad Roselle, similiter in Cantia. (8) Todericus etiam quidam Capuanus fecit oblationem suam de prato de Patenaria, loco, qui dicitur (d) Spigiano.

*De nequitiis Saracenorum, & qualiter vastatum, & incensum sit Monasterium S. Vincentii.*

### CAPUT XXXV.

(1) **I**Nterea nequissimus Saracenorum Rex nomine Seodan Barim egressus venit Capuam, quam totam circumcirca devastans. Cantiam quoque, & Liburiam, nullo sibi valente resistere, peragrans, in Campo Neapolitano tentoria fixit, plurimos cotidie interficiens, ac diversas iniquitates exercens. Quo

- (a) obtulit in hoc Monasterio.  
 (b) Juncianum. Clabazanum. Decazanum. Ad-  
 durum.  
 (c) Ad Patricianum.  
 (d) Spigianus. His diebus Leo quidam cum Guilerona uxore sua obtulerunt B. Benedicto de rebus suis curtem unam in Canose, & aliam in S. Valentino, & cartam de Lacu Romani cum piscatione sua, & cum omnibus earundem curtiarum pertinentiis.

- (4) Reg. num. 200.  
 (5) Infra cap. 45. Fara Majonis, & Fara, quæ dicitur Biana, & iterum ibidem supra Faram de Laento. Paulus Diac. de Gest. Langob. lib. 2. cap. 9. Nisi ei, quas ipse eligere voluisset Langobardorum Faras, hoc est generationes, vel lineas tribueret, factumque est, & annuente sibi Rege, quas optaverat Langobardorum præcipuas profapias, ut cum eo habitarent, accepit. Leges Langob. lib. 3. tit. 14. l. unica, si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat intra Dominium Regni nostri cum Fara sua migrare quod voluerit. Curtis igitur illa à Majonis gente, ac generatione fortasse culta, & inhabitata ab ejusdem nomine, vel ab aliquo majorum suorum sibi cognomine, Fara Majonis dicta est, & sic quoque Curtes aliæ absolute nuncupabantur Faræ, quod singulæ tantummodò generationes, & familiæ aliis à sedibus fortasse digressæ, in iis insedissent. Infra lib. 2. cap. 31. Fara Ripa urfa. Mons bellus, &c. quod autem Fara Profapiam, Generationemque significet, non alium in voce Langobardica, inquit Vossius, cer-

Monachis partim occisis, partim in diversa dispersis, ad triginta usque & tres annos, ita desolatam permanit. Pessimus verò Seodan post diem tertium usque ad portas Capuanæ Civitatis accedens, plaustra onusta, & animalia diversa cum multis hominibus cepit, veniensque juxta Teanum castra metatus est. Quo Venerabilis Abbas Bertharius agnito, verens nimium tam loco, quam populo nequam illius adventum, (5) per Ragenaldum Diaconum suum aureos illi tria millia misit: sicque ejus ferociam mitigavit. (6) Inde Seodan (d) Venafrum contendens, eamque post paululum capiens, ac viciniam cunctam devastans, per aliquot dies ibi moratus est. Erat tunc initium quadragesimalium dierum, timentesque Monachi nefandissimi ac pessimi illius propinquitatem, omnes sursum ad Beatum Benedictum se contulerunt. Post paucos dies venit prope Monasterium, quod deorsum erat, nequam illius exercitus, quasi stadia duo, quod tamen ductoris evenit errore. Nanque dum vellent per montana ad Atinam descendere, vetulus quidam, qui eorum ductor erat, descendit cum eis in Vallem Rotundam, (7) dehinc in Rapidum. Cumque in plana venissent, ingressi Ecclesiam Sancti Helix tulerunt quod invenerunt. Inde per Circlarias in Ortum (e) Dominicum, perque Pascuarium in fontanam Lucii, venientesque (8) Peolam, (9) senem illum, qui eorum viam fefellerat, interfecerunt. Demum cesam Constantii, olivetum, nec-non & matronulam sollicitè perscrutantes, vaccaque Monasterii, & equas, quotquot invenerunt diripientes, (f) Venafrum ad suos reversi sunt, ac non multò post Barum regressi.

dem Abbate, die decimo Octobris Feria tertia, qua secunda lux Lucine rotam ducebat anno ab edificatione 165. edificatum autem prædixerat initio chronici in anno 708. indictione 15. sed temporum hi characteres non consistunt.

- (d) Venafrum.  
 (e) Dominicum.  
 (f) Venafrum.  
 (5) Ex Erchemp. num. 29. qui tunc quoque ab antedicto Monasterio Sancti Vincentii totidem aureos Saracenis solutos refert. Nomen Ragenaldi non exprimit, quod ex aliis documentis exposuit Leo.  
 (6) Ex Ignoto num. 33. ut & sequentia. Erat tunc initium quadragesimalium dierum, &c. & illud post paucos dies, &c.  
 (7) Supra cap. 5. In caput aquæ de Rapido. Loca reliqua, per quæ iter habuit infanda gens illa, nomina adhuc retinent, non tamen universa.  
 (8) Pagus erat prope olivetum sancti Michaëlis, ut ex ruderibus, adhuc extantibus, apparet.  
 (9) Simile quid de Annibale refert Livius, si memoria non destituor.

IN CAPUT XXXVI. NOTÆ.

- (a) per Soram Campaniæ urbem.  
 (b) sollempniter procedentibus.  
 (c) prædecessores.  
 (d) per quæ.  
 (1) Extat hujus expeditionis constitutio apud Ignotum num. 6. cujus initium. Quicumque de mobilibus Vvidrigid suum habere potest, pergat in hoste, qui vero medium Vvidrigid habet, duo juncti in unum, qualitatem instruant, ut bene ire possint, ubi Vvidrigid (vel Vvidrigilt, vel Vviregildus, aut Vverigeldus) Pretii, Compensationis, multæ Judicialis Censuræ nomen est. Vide Voss. de vit. ferm.

De tertio adventu Ludovici in Italiam,  
 & de bellis, quæ fecit cum  
 Saracenis.

CAPUT XXXVI.

Langobardi igitur videntes sese cœlitus pro suis iniquitatibus flagellatos, afflicti, ac magna demum necessitate artati, tertio jam Legatos in Franciam ad præfatum Ludovicum transmittunt, exorantes, ac flagitantes, ut iterum venire, eosque, ac Patriam à nefandissima Saracenorum gente dignaretur eripere. Tunc Ludovicus Rex generale edictum in universas Regni sui partes dirigens, (1) ut nullus omnino esset, qui se ab hac expeditione subtraheret, Anno Domini DCCCLXVI. immensum valde congregavit exercitum, (2) simulque cum Domna Angelberga Augusta conjugæ suæ iter arripens, Beneventi fines (a) per Soram ingreditur: ac mense Junio pervenit ad Monasterium hujus Sanctissimi Patris, quod deorsum est, ubi à Venerabili Abbate Berthario, universis Monachis illi (b) procedentibus, maximo cum honore susceptus est. Die altera montem adoraturus ascendit, ibidemque magna nichilominus honorificentia à Fratribus est receptus. Cumque universum Cœnobium circumiens perlustrasset, & optimè satis ædificatum laudasset, (3) præceptum confirmationis totius Abbatiae, juxta quod sui (c) de prædecessores Imperatores jam fecerant Beato Benedicto faciens, & regalia inibi conferens munera, Fratribusque se multum commendans, descendit. Post hæc inde digressus Capuam adiit, quam tribus obsessam mensibus cepit, eamque maxima ex parte delevit. Inde perrexit Salernum, dehinc navigavit Amalfim. (4) Puteolim quoque pergens, ejusdem utitur lavacris, (d) perque Neapolim.

re-

& quoniam in hanc sanctionem Imperialem incidimus, quæ jam apud Peregrinum edita est, non piget, aliqua præterea barbara ejus vocabula explicare. Cujuscumque proprietatis tulta fuerit, sublata, ablata, hinc Itali tolta. Bassi, hoc est clientes, alias Vassi, unde Vassalli. Imbreviare. In brevem, hoc est, in Inventarium, Summarium referre; Adnotare. Quicumque Caballum, Bovem, Friscingas. Friscinga porcus est, qui nondum ad justum pervenit incrementum. Carol. Magn. lib. 4. cap. 73. Episcopo dari debere, Friscingas tres, porcellum unum. Abbati, & Comiti Friscingas duas, porcellum unum, &c. Armiscara, vel Harmiscara, aut Harniscara, pœnæ genus est, qua quis infamis pronunciat, & ignominia multatur, ut hic sella ad suum dorsum, tanquam jumento imposita; & hoc quidem si liber homo sit: nam si servus, flagellandus paulo infra eadem armiscare sufficere (fortè sufferre) compellantur. Quod si clamor ad seniores venerit. Senior, Dominus, hinc hispanicum Señor.

- (a) Hæc, & sequentia, quæ ex Ignoto Casinensi, quæ ex Erchemperto, quæ ex chronico Comitum Capuæ, quæ ex Anonymo Salernitano non edito excepta sunt, ut conferentibus palam fiet.  
 (3) Regest. num. 105.  
 (4) Varro lib. 4. de ling. Lat. A puteis oppidum Puteoli, quod sint circa eum locum aque frigida, & calida multæ, nisi à putore potius, quod putidus sit odoribus sæpè ex sulphure, & alumine. Vide etiam Plinium lib. 32. cap. 2. Salernitanos medicos puteolana medica lavacra, invidia ductos, exturbasse, disiecisseque, Puteolanæ plebis fabella est.

ci in Italiam,  
fecit cum

XXVI.

entes sese coelitus  
flagellatos, affli-  
essitate artati, ter-  
iam ad præfatum  
exorantes, ac fla-  
e, eosque, ac Pa-  
cenorum gente di-  
udowicus Rex ge-  
us Regni sui partes  
mnino esset, qui se  
heret, Anno Domi-  
im valde congrega-  
alque cum Domna,  
iuge sua iter arri-  
) per Soram ingre-  
ervēnit ad Monaste-  
arris, quod deorsum  
obate Berthario, uni-  
) procedentibus, ma-  
ptus est. Die altera  
endit, ibidemque ma-  
orificentia à Fratribus  
universum Cœnobium  
t, & optimè satis ædi-  
præceptum confirma-  
, juxta quod sui (c)  
res jam fecerant Beato  
regalia inibi conferens  
se multum commen-  
hæc inde digressus Ca-  
bus obsessam mensibus  
ex parte delevit. In-  
dehinc navigavit A-  
quoque pergens. ejus-  
d) perque Neapolim.  
re-

sanctionem Imperialem  
n apud Peregrinum edita  
na præterea barbara ejus  
Cujuscumque proprietat  
ablata, hinc Itali tosta.  
s, aliàs Vassi, unde Vaf-  
In brevem, hoc est, in  
arium referre; Adnotare.  
Bovem, Frisingas. Fri-  
i nondum ad justum per-  
Carol. Magn. lib. 4. cap.  
debere, Frisingas tres,  
bbati, & Comiti Frising-  
unum, &c.  
iscara, aut Harnistara,  
quis infamis pronuncia-  
ulctatur, ut hic seila ad  
iam jumento imposta;  
er homo sit: nam si ser-  
lo infra eadem armisca-  
ferre) compellantur.  
iores venerit. Senior,  
nicum Señor.  
ià ex Ignoto Casinensi,  
quà ex chronico Comi-  
Anonymo Salernitano  
t, ut conferentibus pa-

Lat. A puteis oppidum  
ca eum locum aque fri-  
z, nisi à putore potius,  
ibus sapè ex sulphare,  
am Plinium lib. 32. cap.  
os purcolana medica la-  
, exturbasse, dissecisse  
is tabella est.

NOTIS ILLU

revertens, Sessulam adiit, demum apud val-  
lem Caudinam castra metatus; non multo  
post ingressus est Beneventum. Apud Luce-  
riam porrò Apuliz Civitatem universo suo  
congregato exercitu, consequenter cum Sa-  
racenis congregitur; A quibus primo certa-  
mine superatus, demum ex his, opitulante  
Deo, victoriam triumphalem adeptus, uni-  
versis eorum castris potitur. Inde Barim con-  
tendens quattuor illam annis obsedit. Mate-  
ram interim munitissimam illorum civitatem  
capiens, igne illam ferroque consumpsit. Post  
hæc venit Venusiam, & tam in ea, quam &  
in Canusio pugnatorum præsidio posito, Ba-  
rim hinc inde cœpit graviter expugnare, sic-  
que rediit Beneventum. Ibi itaque (5) cùm  
in ejus obsequio Abbas Bertharius moraretur,  
oratorum parvum, quod intra Monasterium  
Sanctæ Sophiæ prædecessor suus Abbas Bassa-  
cius inchoaverat, omni diligentia studioque  
complevit, & in honorem Sancti Patris Be-  
nedicti, (6) a Stephano Teanensis Ecclesiæ  
Præfule consecrari fecit. (7) Tunc temporis  
(e) prædictus Rex Beato Benedicto præcep-  
tum fecit de una Curte sua nomine (f) La-  
janu, in loco, qui dicitur Turturitus, & de  
Sancto Georgio cum omnibus rebus, & per-  
tinentiis eorum. Cùm autem Saraceni Barim  
degentes, undique angustati ad extremitatem  
ultimam pervenissent, misso Imperator exer-  
citu, & civitatem, & Seodan cum suis om-  
nibus cepit, (8) eosque universos gladiis  
trucidari jussit, deinde Tarentum obsideri è  
vestigio jussit. Nam, & ipsam olim idem  
nequissimi ceperant. Interea duo quidam Co-  
mites nisi sunt in Imperatorem insurgere:  
quod cùm cognovisset Imperator, persecutus  
est eos usque Marsiam, ubi illi non auden-  
tes consistere fugerunt Beneventum. Impera-  
tor autem, dum illos persequitur, venit Hi-  
ferniam, quam temptantem resistere expu-  
gnavit, & cepit. Inde Aliphas pertransiens,  
per Telesiam venit ad Civitatem, quæ nomi-  
natur Sancta Agathe, quam per dies pluri-  
mos, quoniam capere non poterat, obside-  
bat. Tandem Bertharius Abbas, quoniam  
Hifembardus (g) Gastaldio, qui ipsam Civi-  
tatem obtinebat ejus consanguineus erat:  
apud Imperatorem pro illo interveniens, &  
illi gratiam, & civitati veniam impetravit.  
(h) Adelchis etiam Beneventanus Princeps  
ad pedes ejusdem Imperatoris prostratus, tam  
præfatis, qui fugerant, quàm etiam sibi, qui  
eos recipere præsumperat, ipsius Imperato-  
ris gratiam adquisivit. Ludowico apud Be-  
neventum posito, Adelchis Princeps ipsius ci-

- (e) idem Imperator.
  - (f) Jаланum.
  - (g) Gastaldeus.
  - (h) Athelchis.
  - (i) suggestione diabolica.
  - (K) despolians ex civitate projecit.
  - (l) Africa.
  - (j) Cùm enim in hanc Italiam Imperator veniret,  
Abbas Casinensis, tanquam Imperii Magister  
Cappellanus, Imperialem Curiam sequebatur,  
sæpè in hac Historia, præsertim. l. 4. c. 125.
  - (6) Ital. sac. tom. 9. colum. 694.
  - (7) Regestum Petri num. 113.
  - (8) Præter Seodan, aliosque nonnullos ejus Pri-  
mates, de quo Erchempertus conqueritur num.  
37. & 38.
  - (9) Verolium: Latii Urbem in Hernicis, non lon-  
gè ab Alatro.
- IN CAPUT XXXVII. NOTÆ.
- (a) in confinio.
  - (b) usibus.
- Tom. IV.

in Marfia cellam Sanctæ Mariæ in Fundo magno, cum omnibus sibi subjectis Ecclesiis, vel rebus. Sanctum Euticius in Arestina: Cellam (d) Sancti Pauli supra ipsam Civitatem Marficanam Sanctæ Mariæ in Oretino: S. Gregorii in Paterno: Sanctæ Mariæ in Montorone: Sancti Salvatoris in Avezzano: Sancti Antimi ad Formas: Sancti Angeli in Alba: Sancti Cosmæ in Ellerito: Sancti Angeli in Carzolo, cum duabus Cellis suis: in Balva Ecclesiam Sancti Petri (e) in Barbarano: Sancti Salvatoris supra flumen: Sancti Angeli ad aquam vivam: Sancti Angeli ad Floretum, & Cellam, quæ est inter aquas posita: Sanctæ Fœlicitatis in Furcona: In Penne Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Cerqueto, & Petitionum: In Aprutio Monasterium Sancti Angeli de Marano, cum omnibus Cellis, vel rebus suis. In Asculo, Ecclesiam Domini Salvatoris, quæ dicitur (f) Caput aquis, cum omnibus pertinentiis suis: Sancti Angeli de stabulo: Sancti Angeli de Feltriano: Sancti Petri in (g) Pectiniano, Curtem de Casa Perende, (h) vicendas duas magnas, nec-non & servos, & ancillas multas diversis in locis, & alia plurima, quæ suis muniminibus continentur.

*Quo tempore Castellum Pontiscurvi  
constructum sit.*

#### CAPUT XXXVIII.

(1) **E**O etiam tempore Radoald Gasta-  
deus (2) in Aquinensi Villa secus  
Pontemcurvum Castellum construxit, quod  
videlicet ab ejusdem Pontis situ, & nuncupatione (3) Pons curvus nomen retinuit.  
Præfatus autem Imperator cum per annum  
serè Capuæ remoratus fuisset, (4) sublato  
corpore Beati Germani ejusdem Civitatis Episcopi,  
demum Franciam est reversus: moratus per diversa loca, in partibus istis per annos circiter sex.

(d) S. Paulum. S. Mariam. S. Gregorium. S. Mariam. Ecclesiam S. Salvatoris.

(e) in Barrano.

(f) Capudaquis.

(g) Pectiniano.

(h) deficit, vicendas duas magnas.

#### IN CAPUT XXXVIII. NOTÆ.

(1) Ex Ignoto. Cas. num. 26.

(2) Non quidd Villam acceperit pro Civitate, ut Gallis usurpatum: sed, In Aquinensi Villa, hoc est in agro Aquinensi.

(3) Ubi olim Civitas Fregelle; ad Lyrim amnem, non procul à loco, ubi Lyris Melpham excipit, in Valle Casinate, octo passuum millibus à Casino. Aquinensis Episcopi nunc sedes est. Olim sub ditione Casinensis Cœnobii, à qua jam sequifeculo excidit, & in jus Ecclesiæ Romanæ transfuit.

(4) Cujus capite ditavit novam Sancti Germani Civitatem, inde sic appellatam; ut fert traditio.

#### IN CAPUT XXXIX. NOTÆ.

(a) restituit.

(b) in Maurinis.

(c) Caroli.

(d) vel auferre.

(e) ad honorem, & utilitatem.

(1) Actio est judicialis ad repetenda jura sic dicta à Præcone clamante.

(2) Regestum num. 114.

(3) Aprutii, vulgo Atri, diversa ab Hadria, five Atria, à qua Hadriaticum mare dictum putant.

(4) Vide infra lib. 2. ad cap. 2.

(5) Lib. 2. cap. 4. In placito Marforum Comitum conventus, & convictus, cap. 16. In placito Andrea Marchionis. In placito Termulensi,

*Qualiter nobis (a) restituit prædictus Imperator  
Cellam Sanctæ Mariæ (b) in Maurinis,  
& de quorundam in hoc loco  
oblationibus.*

#### CAPUT XXXIX.

**C**umque in reversione sua apud Sanctum Apollinarem Ravennæ remoraretur, adiit eum Angelarius tunc Monasterii hujus Præpositus, (1) proclamationem faciens de Cella Sanctæ Mariæ in Maurinis, sita in Comitatu Pennensi, quam videlicet Hildebrandus Dux tempore (c) HCaroli Regis ante centum circiter annos, interveniente Benjamin Monacho in hoc Cœnobia, præcepto suo firmaverat: modò vero essent aliqui, qui quasi ex parte ipsius Imperatoris res ipsas se tenere astruerent: mox Imperator rei ejusdem cognita veritate, & prædicti Angelarii precibus inclinatus scripsit, & (2) Imperiali auctoritate præcepit, ut nullus deinceps ex eadem cella aliquid retinere, (d) vel attemptare, neque ex sua, neque ex alicujus alterius parte præsumeret, sed quæta, & omnimodis libera in pristinum Dominium Cœnobii nostri rediret, cum portu scilicet suo, & foce de Gomanio, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus suis, idest (3) ab Atria usque Gomanum, & usque in fluvium, qui dicitur Plomba, & usque in mare cum ipso littore ad piscandum, & cum Gualdo de Bolejano, modia videlicet terræ insimul undecim circiter milia. Insuper etiam præcepit Celso cuidam Præposito, & Grimaldo Episcopo, ut simul cum eodem Angelario mox venirent, eumque (e) ad utilitatem loci hujus ex parte sua de his omnibus investirent, (4) præcepto & sigillo suo super hoc illi concesso, ne quis unquam ista remove præsumeret. Circa hos dies Pergolfus Præpositus noster de Sancta Sophia proclamavit (5) in placito Heroici Judicis Beneventani super quendam

Lio-

& lib. 3. cap. 41. Cumque ad placitum res producta fuisset Forum, seu locus, ubi causæ aguntur, vel ipsum litigium. Hinc placitare, litigare, judicio experiri. Robertus Holkot in lib. Sap. cap. 2. ordinavit, quod nullus in Curia Regis placitaret, nisi in Gallico. Italicè Plaitire, & Piato. Neapoli chaito, chaitare. Hispanis Pleyto. Pleitear. Placitum dicitur, aut, quod publico consilio, seu placito instituantur lites, & judicia, aut ex Germanico verbo, quod Forum significat, ex Martinio, in legibus Langobard. lib. 2. tit. 43. l. 2. Ut nullus ad placitum banniat; nisi qui causam suam quarit, exceptis Scabinis septem qui ad omnia placita esse debent, & l. 3. Ut in anno tria solummodo generalia placita observentur: ad cetera verò Placita, quæ Centenarii tenent, non alius venire jubeatur, nisi aut is, qui litigat, aut qui judicat, aut testificatur. Erant autem Scabini, (ut obiter hoc notem) Judices, Comitibus, seu Præfibus dati, Vicarii, ut patet ex eisdem legibus. Centenarii verò Judices pedanei, minores. Dicti etiam Centravii. Eadem leges lib. 12. tit. 53. l. 3. Nullus homo in Placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, &c. judicetur: sed ea omnia in presentia Comitum, vel Missorum nostrorum judicentur, & l. 10. omnis controversia coram Centenariis diffiniri potest, excepta redemptione terræ, & Mancipiorum, quæ non potest diffiniri, nisi coram Comite. Frequenter de Placito in Capitulari Caroli Magni, & Can. Tibi Domino distinct. 63. In Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam. Placitum, & Mallum idem sunt. Pla-



NOTIS ILLUS

prædictus Imperator  
b) in Morinis,  
in hoc loco  
us.

XXXIX.

sua apud Sanctum,  
æ remoraretur, adiit  
alterii hujus Præpo-  
nem faciens de Cella  
is, sita in Comitatu  
t Hildebrandus Dux  
Regis ante centum  
iente Benjamin Mo-  
præcepto suo firma-  
aliqui, qui quasi ex  
res ipsas se tenere  
ator rei ejusdem co-  
cti Angelarii precibus  
2) Imperiali auctori-  
s deinceps ex eadem  
d) vel attemptare,  
alicujus alterius parte  
, & omnimodis libera  
n Cœnobii nostri redi-  
: suo, & foce de Go-  
s omnino pertinentiis,  
) ab Atria usque Go-  
fluvium, qui dicitur  
mare cum ipso littore  
i Gualdo de Bolejano,  
in simul undecim circi-  
m præcepit Celso cui-  
imaldo Episcopo, ut  
elario mox venirent,  
tem loci hujus ex par-  
investirent, (4) præ-  
per hoc illi concessio,  
emovere præsumeret.  
ollus Præpositus nostet  
amavit (5) in placito  
ntani super quendam.

Lio-

Cumque ad placitum res  
um, seu locus, ubi causa  
litigium. Hinc placitare,  
eriri. Robertus Holkot in  
vit, quod nullus in Curia  
si in Gallico. Italicè Pia-  
napoli chaito, chaitare.  
veitear. Placitum dicitur,  
onsilio, seu placito inti-  
dicia, aut ex Germanico  
significat, ex Martino,  
d. lib. 2. tit. 43. l. 2. Ut  
banniat; nisi qui cau-  
exceptis Scabinis septem  
ta esse debent, & l. 3. Ut  
modo generalia placita  
era verò Placita, qua  
n alius venire jubeatur,  
t, aut qui judicat, aut  
tem Scabini, (ut obiter  
Comitibus, seu Præsi-  
t patet ex eisdem legi-  
Judices pedanei, mino-  
rgravii. Eadem leges  
Nullus homo in Placito  
mortem, neque ad liber-  
tam, &c. judicetur: sed  
Comitum, vel Missio-  
entur, & l. 10. omnis  
tentariis diffiniri potest,  
terra, & Mancipiorum,  
ri, nisi coram Comite.  
ro in Capitulari Caroli  
bi Domino distincta. 63.  
citum, aut ordinationem  
& Mallum idem sunt.  
Pla-

Lioprandum de Curte, quæ est in loco, qui A  
dicitur Pantanum ad vicum de Atriano: quam  
idem Lioprandum dudum invaserat, & ostensa  
ratione, qualiter quidam Ursus una cum uxore  
sua, Venera nomine, obtulerat eam, cum  
omnibus rebus substantiæ suæ in Ecclesia San-  
cti Benedicti, quæ constructa est (f) juxta  
Beneventum in prædicto loco Pantano: cella  
hujus Cœnobii, judicante prædicto Heroico,  
recollegit eam. Per hos etiam dies Adelchis  
Princeps Beneventanus, rogatus à Criscio Præ-  
posito Sanctæ Sophiæ, per præceptum con-  
cessit huic Monasterio totam omnino substan-  
tiam Potonis cujusdam nobilis cum omnibus  
rebus, ac pertinentiis suis. Idem quoque B  
Præpositus (6) alio præcepto adquisivit ab  
Ajone Principe cuncta, quæ Poto Gastaldeus  
filius prædicti Potonis possidere videbatur, in  
pertinentiis Alifanis, & Telesinis, ad opus vi-  
delicet, & utilitatem Monasterii hujus. (g)  
De terris nichilominus præfati Sancti Benedi-  
cti de Benevento, quæ sunt in Valle de Cau-  
dis, idem Præpositus in præsentia Principis  
Adelchis super (h) Rodelgrimo quodam,  
qui eas fraudulenter receperat proclamans,  
protinus illas recepit: data ab eodem Prin-  
cipe publica jussione, ne quis esset deinceps,  
qui absque nostri Abbatis licentia aliquas ter-  
ras nostri Monasterii aliquo modo reciperet:  
propterea, quia prædictus Rodelgrimus, de-  
cepto Amelfrid Monacho nostro, nescio Ab-  
bate, quasi sub libello easdem terras receperat.  
In præsentia quoque (i) Ludovici Judicis  
proclamavit super (k) Guandelmario quodam  
infantulo de una Curte Monasterii San-  
ctæ Sophiæ, in loco, qui dicitur Faffone,  
prope Beneventum, quam idem Infantulus  
retinebat, ejusque illam judicio recollegit.  
His etiam diebus Benedictus, & Sichardus  
germani fratres de Salerno obrulerunt in hoc  
Monasterio omnem hæreditatem suam, quam  
habebant apud Teanum in loco, qui dicitur  
Scatunianus, & Purpuranus cum omnibus ex  
integro pertinentiis ejus.

Placitare, Mallare. Ex legib. Langob. lib. 2.  
tit. 52. l. 1. 2. & 3. & tit. 52. l. 11. Advo-  
cati eorum in Mallo publico ad presentiam  
Comitis veniant, & ibi legitimus terminus,  
&c. Tit. 56. leg. 27. & tit. 47. l. 1. nullus  
ad Mallum, vel ad Placitum, &c. Hinc  
Admallare, in jus vocare, ad litigandum in  
foro. Vide Voss. de vit. ferm.

- (f) deficit, juxta Beneventum.
- (g) de cæteris.
- (h) Rodelgrimo.
- (i) Ludovici.
- (k) Gaaldemario.
- (6) Extat in Tabulario Casin. capsula 12. num. 21.  
IN CAPUT XL. NOTÆ.
- (a) de pacto.
- (b) Carolus.
- (1) Ex Erchemp. num. 38. & 39. & ex Ignoro  
Cas. num. 17.
- (2) Nimirum Epistola 21. 30. 31. 32. 35. aliisque,  
quibus aperitur miseranda illorum temporum  
conditio.
- (3) Athanasius hic junior, & Sergius Dux Atha-  
nasia majoris sanctissimi Episcopi fratris filii  
extiterunt. Hujus majoris Athanasii vitam  
scriptam habemus à Petro Diacono Casinensi.  
Meminit Martyrol. Romanum. Idibus Julii  
Neapoli in Campania Sancti Athanasii ejus-  
dem Civitatis Episcopi, qui ab impio nepo-  
ta Sergio multa passus, ac sede pulsus, Ve-  
rulis, confectus arumnis, migravit in calum,  
tempore Caroli Calvi. Ad eum extant Epi-  
stolæ Joannis octavi 42. 76. 251. 281. & 307.  
cbitque ex Baronio in notis anno 877.
- (4) Ex Erchemp. num. 44. Confer præterea ejus-  
dem Papæ Joannis Epist. 227. 241. 265. & 270.  
Tom. IV.



precibus (a) præfatum Papam decipiunt, ut illis Episcopus sacraretur. Quapropter (4) venerabilis Abbas Bertharius, & Leo Episcopus Teanensis Romam profecti cœperunt obsecrare summum Pontificem, ut hac in re nullo modo flecteretur, unde gravis in populo Capuano ruina, & multa sanguinis effusio fieri deberet, & expressius, inquit Abbas, ð vir Apostolice noveris, quia si hoc consenseris, maximum profecto ignem, & usque ad te pertingentem accendis. Et primò quidem Apostolicus tanti viri constantia territus est; postremò tamen prævaluit iniquitas, & prædictus Neophitus est in Episcopum consecratus. Hac civili discordia Saraceni opportunitatem nacti, rursus universa diripiunt, iterum cuncta devastant, (5) propter idem Apostolicus bis Capuam est venire coactus. Videns igitur palam sibi contigisse, quæ noster illi Abbas prædixerat, valde pœnituit, ac demum habito consilio, Landulfum (quem supra expulsum retulimus) (b) in Ecclesia Beati Petri Apostoli in Capua vetere Episcopum consecravit. (c) Landulfum verò Ecclesiæ Capuanæ præesse constituit, cunctumque Episcopatum inter utrumque dividi æquali lance mandavit.

*Quomodo Princeps Guaiferius factus sit Monachus.*

#### CAPUT XLII.

(1) **P**ER hos dies suprædictus Princeps Guaiferius (2) languore correptus, Monachus factus est, rogans, se ad hoc Monasterium ferri, sed quoniam propter Saraceno-

- (a) præfato Papæ cœperunt insistere.  
 (b) In Basilica.  
 (c) Landulf verò Capuæ novæ.  
 (4) Erchempert. num. 47.  
 (5) Erchempert. & Chron. Comitum Capuæ. Vide præterea Epistolas ejusdem Papæ Joannis octavi 248. & 271.

#### IN CAPUT XLII. NOTÆ.

- (a) cum fuisset defunctus, delatum, atque humatum.  
 (1) Salernitanus, de quo cap. 40.  
 (2) Erchemp. num. 48. Cum autem deferretur ad nostrum Cœnobium, Teani substitit, & obiit; quod expressè tradit Anonymus Salernitanus ineditus. Plerique autem, tanquam de more, gravi aliquo morbo, per ea tempora, laborantes, monasticam vestem induebant, serid, si per vitam liceret, Monasticam professuri. Supra cap. 15. De Daniele Tarentino. Infra lib. 2. cap. 91. lib. 3. cap. 39. Aymoinus de Mirac. S. Benedic. lib. 4. cap. 3. Hic postmodum extitit Monachus, licet in extremis. Luitprandus Ticin. lib. 3. cap. 5. de Genitore suo. Post reditum verò ejus, paucis interpositis solibus, languore correptus Monasterium petiit, sanctæque conversationis habitum sumpsit, in quo post dies quindecim mortuus, me parvulo derelicto, migravit ad Dominum. Divus Anselmus lib. 2. Epist. 21. Vir ille, qui à nobis nuper moriens monasticum sumpsit habitum si etiam benedictionem assumpsit, mandate nobis nomen, & diem obitus ejus, ut in nostro Calendario scribatur. Cæsarius etiam lib. 7. cap. 8. & lib. 22. cap. 15. in vita S. Ottonis lib. 1. cap. 39. apud Surium in Julio, De ipso Episcopo Ottone, qui egrotans Monachi habitum flagitabat, veram Abbas gnarus, & prudens, & magni Consilii, obedientiam quidem egrotantis suscepit, desiderium laudans, & petitionem. Porro de habitu distulit geniosè. Hinc post aliquos dies melioratus egrotus, voti memor, habitum quarit Religionis, disponis de rebus

rum incursionem huc deferri non potuit, (a) defunctus, in Monasterio nostro apud Teanum corpus ejus humatum est.

*Qualiter Saraceni à (2) Cajetanis ad habitandum in Gariliano recepti sunt.*

#### CAPUT XLIII.

(1) **P**ost hæc Pandenolfus, qui tunc Capuæ præerat, in Papæ fidelitate consistens, rogavit eum, ut subderet Dominatui suo Cajetam. (2) Nam Cajetani eo tempore Romano tantum Pontifici serviebant, quod prædictus Papa, dum concessisset, cœpit idem Pandenolfus ita Cajetanos acriter incurfare, ut vel usque ad Molas illis egredi non daretur. Docibilis quidam tunc illis in Ducem præerat, qui tantum dedecus sibi, suisque illatum minimè ferendum ducens, misit Agropolim, & Saracenos ibi degentes asciscens, primò conduxit eos marino itinere ad Lacum Fundanum, in locum, ubi Sancta Anastasia vocatur, & inde per fluvium ascendentes usque Fundis, ibi quasi de vagina gladius, scaphis egressi, & cuncta in circuitu depopulantes, tandem Cajetam perveniunt, & (3) in Formianis collibus sua Castra componunt. His Papa auditis, ilico pœnitentia ductus, blandis alloquiis, & Epistolis, nec-non & pollicitationibus multis cœpit convenire Cajetanos. quatinus sibi reconciliarentur, & à Saracenis sequestrarentur. Cujus demum monitis Docibilis obsecundans, rupto fœdere cum Saracenis bellum iniit, in quo bello Cajetanorum plurimi, & cæsi, & capti sunt.

Rur-

*suis, ad Monasterium se portari mandat.*  
 Non omnes tamen voti sui memores. Quandoquidem non defuere, qui postquam convaluissent, & Cœnobium, & vestem reliquerunt. Cæsarius lib. 2. cap. 16. In acutis graviter laboravit, & cum mori timeret, ut in ordinem susciperetur, apud Abbatem nostrum obtinuit. Cum multa contritione tunicam induit, quam, facta cbrysi, celerius exiit, & cum quadam irrisione aufugit. Sed deridenda, imo deploranda fuit ejus, & Ludovici simul Lantgravii dementia; de quo idem Cæsarius lib. 12. cap. 2. Ludovicus Lantgravius maximus Tyrannus, cum moriturus esset, præcepit amicis suis dicens. Mox, ut mortuus fuero, Cucullam ordinis Cisterciensis mihi induite, & ne hoc fiat me vivente, diligentissimè cavete. Tunc enim mos increbuerat monasticas vestes induere post mortem, sic accipiendus Riccardus de Sancto Germano ad annum 1232. Rogerius de Aquila Fundanus Comes obiit, qui habitum suscipiens monachalem, apud Fossam novam sepeliri elegit. Equè dementes, quin & sacrilegi censendi clericij illi Capuani, de quibus infra lib. 4. cap. 72.

#### IN CAPUT XLIII. NOTÆ.

- (a) Calenensis.  
 (1) Ex quo Auctore Leo hæc acceperit, est mihi hætenus incompertum.  
 (2) Benè inquit, eo tempore, nam postea non sic, confer cap. 75. lib. 2. & cap. 12. lib. 3. In antiquis etiam chartulis nostris nonnulli Capuæ Principes, genere Nortmanni, Duces quoque Cajetæ inscripti reperuntur, cum interim eadem Urbs peculiaries suos simul Duces, seu Consules obtineret.  
 (3) Videlicet in Collibus inter Formias, Itrum, & Cajetam, in quibus extant etiamnum frequentes Casulæ, seu tuguria diruta, quæ constanti traditione à Saracenis tunc extracta & habitata fuisse asseruntur & sanè nihil præterea referunt.

Rurfus tamen Saraceni foedus à Docibile postulantes, accipiunt, redditisque Captivis, (4) (b) in Gariliano ab eodem Docibile ad habitandum directi sunt: (5) ubi per quadraginta ferme annos degentes, innumera circumquaque mala gesserunt, multumque Christianorum sanguinem effuderunt. In quo videlicet loco frequenter (6) à diversis nostris (c) Principibus requisiti, & oppugnati, sed iudicio Dei, usque ad prædictum tempus inexpugnati manserunt.

*Qualiter hoc Monasterium à Saracenis incensum sit, & Abbas Bertharius decollatus, & Monachi Teanum profecti.*

## CAPUT XLIV.

PER idem tempus Monasterium Beati Patris Benedicti, ubi sacratissimum ejus corpus humatum est, à prædictis Saracenis (1) invasum, destructum, atque incensum est, pridie Nonas Septembris anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo octogesimo quar-

(b) juxta Garilianum de Formianis collibus.

(c) Magnatibus.

(4) Codex B. folius Leonis legit. *Juxta Garilianum de Formianis collibus ab eodem Docibile, &c.* Qua loquendi forma deceptus (nisi ego decipior) V. C. Peregrinus, Garilianum hic accipiebat non fluvium, sed montem quasi illud de Formianis collibus intelligeretur in uno ex Formianis collibus, qui Garilianum dicitur. Laudabatque Luitprandum Ticinensem, qui in eodem sensu lib. 2. cap. 12. ait *In monte quippe Gariliano munitionem constituerant, & paulo post. Dum processu temporis has regiones dimitterent, Romam versus aciem giraverunt, montemque Garilianum, maxima pro tuitione sibi vendicaverunt, & cap. 14. Dum Christianorum partem Pæni prævalere conspicerent, in Gariliani montis summitatem confugiunt.*

Verum in Formianis collibus Garilianus mons ullus, neque nunc extat; nec extitit unquam, de quo Auctor quispiam ex nostratibus meminerit. Scio Montem Suesæ imminentem ab ortu, *Gaurum, Gauranum, & Gaurelianum* quoque aliquibus dictum, ac creditum. Quam longè tamen à vero absint, ipse Peregrinus eruditè ostendit in sua Campania à pagina 231.

Ergo Garilianus Ostiensis nostro hic non alius est, quam Fluvius Garilianus, ad quam mentem infra cap. 58. *Atenulfus Garilianum supra Saracenos venit, & constructo de navibus ponte juxta Trajectum transiens expugnabat eos, & infra. Saraceni terga vertere, & suis se Castris tueri coguntur, ubi aperte situs Castrorum Barbaræ illius gentis apud Garilianum in dextera ejus ripa describitur. Confer etiam cap. 52. Castra super Saracenos ex ista parte metatus est, nempe ad sinistram. Papa verò Joannes Decimus ex altera parte confedit, & ita eos hinc inde per tres menses continuos obsidentes, &c.* Quæ de monte accipere perquam durum videtur. Denique lib. 2. cap. 37. *Turris Gariliani, quæ adhuc superest, erecta dicitur à Joanne, Cajetæ Consule, pro Agarenorum dissipatione, quamquam ipsa Turris epigraphe non à Joanne Consule, nec tempore Joannis octavi, ut ait noster; sed à Pandulfo Principe, qui postea dominatus est, & jam exterminatis Saracenis, eam constructam ostendat, sic enim habet.*

*Hanc quondam terram vastavit gens Agarena,*

*Scandens hunc fluvium, fieri ne postea possit, Princeps hanc Turrim Pandulfus condidit heros,*

*Ut sit structori decus, & memorabile nomen.*

Erchempertus etiam num. 58. *super Saracenos, in Gariliano castrametatus. Cùmque & Erchempertus, & Ostiensis Garilianum sæpissi-*

to, indictione secunda. Nec multo post, undecimo videlicet Hcl. Novembris, Monasterium majus, quod (a) deorsum erat, similiter occupare, devastare, & incendere, multosque inibi perimentes, ipsum etiam sanctum, ac venerabilem Abbatem Bertharium (2) juxta altarium Beati Martini gladio trucidare. Cùmque eandem Domini Salvatoris Ecclesiam, diversis in locis igne summisso exurere molirentur, Dei iudicio, id perficere nequiverit, sicque ea tantum de toto hoc Monasterio Saracenorum flammis erepta, illi Monasterii spoliis onustati, lætantes, triumphantisque Garilianum reversi sunt. Monachi verò quicquid supellestilis, vel thesauri, seu, & muniminum hujus Monasterii furripere potuerant affumentes, unà cum Domino Angelgario tunc temporis eorum Præposito, Teanum habitaturi proficiscuntur: eundemque Angelarium sibi constituentibus Abbatem in Cella, quæ ad Beati Patris Benedicti honorem dudum ibi constructa fuerat, manere cœpere Anno, & indictione supra scripta. (3) Completis à Petronace Abbate usque ad istum,

mè nominent, nunquam verò distinguant flumen à monte, quid restat, nisi de flumine eos semper accepisse? Neque Luitprandi testimonio urgeor, ut à recepta sententia recedam: locorum enim imperitia laborans Luitprandus, quæ de Saracenis apud Garilianum absolute dictum audivit, de monte accepit, & scripsit, nisi fortè de Gaureliano ipse quoque intelligebat.

Nunc iterum ad Ostiensem. *Juxta Garilianum de Formianis collibus, sensus non est, quasi illud de Formianis collibus sit circumstantia loci, quod Saraceni perrexerant. Sed planissime ostendit locum, unde recesserant. Cùm enim prius confedissent in collibus Formianis. Docibilis Dux eos de Collibus Formianis ad Garilianum fluvium ablegavit, nempe ad planitiem Minturnensem prope ostia fluminis; ut ex laudatis locis manifestè conficitur.*

(5) Ad annum 915. ut infra cap. 52.

(6) Consule Erchemp. num. 58. & 66. & nostrum infra cap. 50.

## IN CAPUT XLIV. NOTÆ.

(a) deorsum est.

(1) In Regesto Petri num. 309. sub Angelario Abbate, Bertharii successore, signatur Indictio etiam secunda, mense Majo, ergo vel hic, vel ibi Indictionis numerus corrigendus, & anni. Vide infra ad cap. 51.

(2) Petr. Diac. de Vir. Illustr. cap. 12. *A Saracenis juxta Altare Sancti Martini pro fide Christi capite truncatus est, & in libro de ortu, & vita justorum cap. 28. In Monasterio Domini Salvatoris juxta altarium Sancti Martini pro fide Christi à Saracenis capite truncatus est. Ad altare confugerat, ut divinam opem invocaret, sicut virum decebat, & verè Christianum. Video à pictoribus Bertharium sacris operantem, in altari occisum depingi, quod tamen nemo prodidit antiquorum.*

Colitur Casini Sancti hujus Martyris natalis dies 22. Octobris. Corpus sepultum prius sursum in Capitulo Fratrum, ut perhibet Leo: inde sub Ara maxima Basilicæ, postea, Ignatio Abbate anno 1513. translatum ad Sacellum, in honorem ejusdem Martyris erectum. Denique renovata nuper veteri Ecclesia, ad novum sacellum in honorem ejusdem Sancti Martyris erectum.

(3) Expunxit hæc Lauretus in sua editione. Cur autem? Nemo est gratis malus; Pronum, promptumque est divinare ex iis, quæ pridem notata sunt ad cap. 2. num. 36. Ab anno 884. retrocedendo per annos 166. pervenitur ad annum 718. vel circa, quo Petronacis adventus Casinum, & Monasterii instauratio à Leone consignatur. Cùm ergo aliam sibi temerè confixisset epocham Lauretus, eadem temeritate suffulit alienam, quæ configebatur sua.

istum, annis centum sexaginta & sex (b) Sepultus verò est suprascriptus Sanctus Martyr Christi Bertharius sursum juxta Ecclesiam Sancti Benedicti in Capitulo Fratrum.

*Memoratorium ejusdem Abbatis de rebus Sancti Benedicti.*

CAPUT XLV.

**N**on autem videri superfluum est, si hoc in loco (1) memoratorium, quod prædicti Abbatis Bertharii, studio gestum reperimus de rebus, & Cellis hujus Monasterii apud Marchiam, in Teate dumtaxat, & Penne constitutis, quæ Beato Patri Benedicto à sanctæ memoriæ Regibus (a) HCarolo, Pipino, Lothario, atque (b) Ludovico, seu à cæteris quibusque fidelibus hætenus concessa noscuntur, annectimus. Quandoquidem, quæ specialiter à singulis quibusque collata sunt, incensis plerisque eorum oblationibus ignoramus. Primum scilicet est (2) Monasterium Sancti Liberatoris, quod situm est in Comitatu Teatino supra fluvium Laentum, ad radicem montis, qui dicitur Majella, cum Ecclesia Sancti Angeli, quæ est in latere montis plani, cum integro eodem monte, & cum Castello Sancti Angeli, cum universis suis pertinentiis, & curte, quæ dicitur Casale Prandi, & Curte de (c) Garifuli, & Castello Sancti Petri, & Curte Sancti Januarii, & valle plana, & Luciano, cum omnibus omnino pertinentiis, ac rebus suis, intra hos videlicet fines. Ab uno latere finis Torrens, ubi dicitur Cripta Latronis, qui est sub ipso Monticello, vocabulo Saracenicis, qui modo nominatur (3) Prætorium, & quomodo (4) ascendit inde ad ipsum Staphilum de Majella, (5) qui dividit inter regalia, (6) &

**A** causam Sancti Benedicti. De alio latere, quomodo descendit inde in aquam (d) Frassinigam, & sicut mittit in Rivum, qui dicitur Bacinnium; hinc verò ab ipso fossato in puteum de (e) Capetano, inde infossatum Sancti Januarii, & in Rosentem. De alio latere finis Bifara, inde in viam, quæ vadit in Lacunam supra Sanctum Donatum, hinc in Ficarium, inde in fossatum de Sancta Lucia, & ascendit per Aquam frigidam in limitem de monte plano, & sicut vadit sub ipsis limitibus infossatum Garifuli, & ita mittit in Alento. Inter quos utique fines nullam omnino sibi reservationem prædicti Reges fecere, quia tota hæc pertinentia regalis fuit, exceptâ Ecclesiâ Sancti Vitalis cum pertinentia decem dumtaxat modiorum, quæ pertinet ad Episcopum. Deinde Ecclesia Sanctæ Mariæ in Bacinnio cum pertinentia sua; Ecclesia Sancti Fœlicis in Pastoricio cum finibus, & pertinentiis suis, qui habet fines ab uno latere flumen Piscariæ, de altero Lavinum, de altero Ripas de Turri, cum ipsa curte, (f) ibi est Ecclesia Sancti Benedicti; de altero verò fontem de Troja, quomodo descendit in Lavinum. Ecclesia Sancti Viti supra flumen Lavinum. Ecclesia Sancti Helix in Sclangario, cum pertinentia sua, quæ est viginti milia modiorum. Curtis de Caramanico. Monasterium Sancti Comitii juxta rivum (g) Arulum, cum multis possessionibus. Ecclesiam Sancti Fœlicis in Pulverio, cum medietate ipsius curtis per fines suos, idest ab uno capite monumentum, ab altero prædicta Piscaria, ab altero Terra Sancti Thomæ, ab altero Rosentem, quomodo mittit in Piscariam; Quæ omnia Yelgarda Comitissa obtulit Beato Benedicto, Ecclesiam Sancti Calixti, Sancti Mammetis, cum tota Curte de Iliano, Sancti Marci, Sanctæ Mariæ in Pontiano, cum terræ mo-

(b) deficit. Sepultus verò est, &c.  
IN CAPUT XLV. NOTÆ.

- (a) Carolo.  
(b) Ludovico.  
(c) Garifuli.  
(d) Frassinigam.  
(e) Capetano.  
(f) ubi est.  
(g) Arrullum.  
(1) Non illud, quod de Cellis etiam de Marchia supra cap. 18. dixit confectum ab Abbate Gifulfo, appellavitque *Breviarium*: sed alterum de Cellis tantummodo in Teate, & in Penne constitutis adhibita fortasse diligentiori cura, postquam præsertim oblationum chartæ incensæ fuissent; ut perhibet Leo. Hujus exemplum est in Regest. num. 201.  
(2) In antiquioribus tabulis appellatur *Laentus*, in recentioribus non raro *Alentus*, litteris commutatis, sed & de altero Alento intra lib. 4. cap. 16.  
(3) Nunc *Prætor*.  
(4) In Capitulari Principis Radelchisi. *Inter Beneventum, & Conjam sit finis ad ipsum Staphilum ad Frequentum*. Sed quid propriè signet *Staphilus*, non adhuc reperi.  
(5) Vossius de vit. ferm. lib. 3. cap. 41. *Regalia* exponit *Regii Dominatus propria*, qua planè significatione infra lib. 4. cap. 35. & 40. nec alia apud Radevicum lib. 2. cap. 5. alioque: secundum quam acceptionem, quot, & quæ sint Regalia, videre est in lib. 2. Feudorum tit. 56. At *Regalia* dicta etiam fuere, quæ propria essent Pontificii Dominatus, ut in juramento fidelitatis præstito Papæ Gregorio Septimo à Capuæ Principe Richardo Primo, & à Duce Apuliæ Roberto Guiscardo, apud eundem Gregorium Epistoliarum lib. 1. post Epist. 21. & lib. 8. post Epist. 1. Apud Falconem quoque Beneventanum in Chronico ad annum 1114. in sententia depositionis

lata contra Landulfum Archiepiscopum Beneventi his verbis. *Quoniam regalia Beati Petri suscepisti, & claves portarum tenuisti, & Palatium invasisti, &c.* & quidem per analogiam quandam, sic enim etiam, quæ Imperialis essent juris, *Regalia* nuncupata fuere, & de his loquitur Auctor noster.

- (6) Hoc est, & *Res, & Bona Sancti Benedicti*. Italicè *la robba, le cose di S. Benedetto*. Infra lib. 2. cap. 55. *De causa proprietatis sua fecit Crucem argenteam majorem, septuaginta ferme librarum, & cap. 64. Quasi quidam Procurator causarum Principis existebat, lib. 3. cap. 23. Causam Beati Benedicti, quam nequiter arripuerant, ex integro redderent, & cap. 66. statuerunt violentam causam perficere. Capitularia Caroli Magni lib. 2. cap. 208. Si quis causam alterius tulerit de loco suo, ipsam illesam reddat, aut similem. In Regest. Petri num. 370. Cum omnibus suis causis, & pertinentiis cum omnia causa, & num. 377. De rebus proprietatis eorum, quod Leo idipsum referens dicit de causa juris sui. Sic Latine exponebant, quod vulgo, largiori etiam significatione dicitur *Cosa*. Infra lib. 2. cap. 65. *eisque Richerium Abbatem, universamque causam Monasterii nostri multum commendans, cap. 67. Aversam venit, & Rainulfo Comiti causam suam aperiens, cap. 73. De causa juris sui, quod alia phrasi explicat. De portione juris sui, cap. 89. De causa Monasterii hujus 700. modia de terra, lib. 4. cap. 53. Causam se ignorare dicebat, idest la Cosa. Hist. Miscell. lib. 21. Nosti, quàm forte causam in me operatus fueris? Et infra. Quod crebro Imperatori Constantino causas eorum per litteras indicaret, & lib. 24. Particularis historia onerosa est bis, qui compendiosas discere causas exquirunt.**

modiis D. & Infula, quæ est intra Pomarium, & Castrum, quod dicitur Calcaria, cum terra modiorum circiter CCCC. Ecclesia Sancti Eletherii, & Sancti Pauli, in pertinentia de Boclanico, loco, qui dicitur Rupi, cum terra septingentorum octoginta modiorum. Ecclesia Sancti Herasmi in Cerretu plano, cum pertinentiis, & finibus suis, ac molendinis omnibus, quæ intra ipsos fines constructa sunt, cum Ecclesia Sancti Salvatoris, & Sancti Martini, Ecclesia Sancti Benedicti, & Sanctæ Mariæ, & Sancti Comitii, & Sancti Silvestri in loco, qui dicitur in Orni, cum omnibus finibus, ac pertinentiis earum. Hanc Ecclesiam Sancti Silvestri construxit quidam Rainerius, & obtulit eam Beato Benedicto cum omnibus pertinentiis suis intra hos fines. (7) Ab uno latere finis ipsa Benna, ab altero septem viæ. Ab altero alia Benna, quæ se simul conjungunt. Fara Majonis, & Fara, quæ dicitur Biana, cum finibus, & pertinentiis earum. Hic Majo fuit consanguineus Poterici Præpositi Sancti Liberatoris, sub prædicto Abbate, & obtulit in hoc Monasterio eandem Faram; quæ continens est insimul quinque milium octingentorum modiorum terræ. Curte Sancti Calixti cum omnibus suis, Ecclesia Sancti Petri in loco, qui dicitur (h) Mallianellum cum omnibus pertinentiis, ac finibus suis, idest à capite Fossatum della vite, à pedem viam de ipso puteo, ab uno latere Bennam, ab altero fluvium de Argelli, quam etiam prædictus Majo hic obtulit. Intra quos fines est Ecclesia in honore Sancti Mauri, & Monasterium Sancti Renati, quod situm est inter Antonianum, & Pizzum Corvarium cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesia Sancti Calixti supra ipsum Laentum, in loco qui dicitur Vallis, cum terra modiorum sex milium sexaginta. Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Faram de Laento, cum pertinentia sua, à capite videlicet via, à pede Laentum, ab utroque latere fossatum. Ecclesia Sancti Savini in Trevanico, & Sancti Clementis in Plombata. Ecclesia Sancti Salvii ibidem. Qui videlicet Salvius ex Campania natus, hujus Monasterii extitit Monachus, & tenuit prædictam Ecclesiam Sancti Clementis in obedientiam, ubi cum defunctus fuisset, multa mirabilia Deus ad sepulchrum illius est operatus. Sanctæ Mariæ in Fluvio Foro, loco, qui dicitur Cannetum, cum terra modiorum quattuor milium LX. In ipsa aqua de eodem foro molendina quattuor. Ecclesiam Sancti Petri in (i) Jollianu, cum mille quadringentis modiis terræ. Monasterium Sancti Severini. Ecclesia Sanctæ Mennæ in pertinentia de Ripe. Sancti Andree in colle de Alve. Sancti Petri in loco, qui dicitur Ari. Curtis, quæ vocatur Fenestre. Ecclesia Sancti Angeli ante Civitatem Ortonam, cum modiis terræ octin-

A gentis. Castellum de Ungo cum tota pertinentia sua, & intra ipsam pertinentiam Grose, & medietas de Civitate Tazze, cum tota pertinentia de Rapini, & Comino. Ecclesia Sanctæ Crucis in pertinentia de ipsa Roma, cum mille quingentis terræ modiis, & medietatem ipsius Castri de Casale, cum pertinentiis suis. Monasterium Sancti Pancratii cum tota pertinentia sua. Castellum de Preta, & Gessi, & Civitella, & vallis Sancti Murrini, cum omnibus pertinentiis eorum. Ecclesia Sancti Petri in Civitate Teatina vetere, & ibidem juxta, Ecclesia Sancti Pauli. Ecclesia Sanctæ Teclæ, intra eandem civitatem novam cum ipsa porta, quæ respicit ad orientem, & quæ actenus porta Monastica vulgo vocatur. Ecclesia Sancti Theodori, & Ecclesia Sancti Salvatoris intra Civitatem Aternum, cum medietate de ipso portu, quem suprædicta Yselgarda Comitissa obtulit Sancto Benedicto. In Comitatu verò Pennense Ecclesia Sancti Felicis in stabulo: campus de Gale: Monasterium Sancti Benedicti in Lauriano, & Sanctæ Scholasticæ juxta fluvium, qui dicitur Tabe, cum integra curte de (k) Moscufe, & curte de Gemberuti, & Ecclesia Sancti Angeli in (l) Galvanico, cum integra ipsa curte, & cum medietate de Castro Laureto, ab ipsa videlicet Pila, quæ in ejusdem Castellii medio sita est, quomodo descendit in fossato de (m) Rosiccle, cum Ecclesia, quæ ibi constructa est in honore Sancti Felicis, & usque Trivium, quod est super Sanctum Felicem, & sicut pergit per ipsam Vallem in fossatum de Doreniano, & sicut ipsum fossatum descendit in flumen Tabe, & qualiter per ipsum flumen ascendit usque ad Paternum, ubi est Ecclesia in honore Sanctæ Mariæ, & sicut rectè ascendit in ipso fonte de Laureto, & sic venit ad prædictam Pilam: intra quos fines nulli omnino aliquid pertinet, nisi tantum Monasterio Casinensi. In Colle alto sex petiæ de terre permaxime: Medietas villæ de Laverano: Medietas de Podio Pollecanti: Curte de Colle alto: Tertia pars de Cartello Cesa: Medietas castri de colle Majo: Ecclesia Sancti Martini in Genetrula, cum tota curte: Ecclesia in (n) Salajano, cum mille septingentis modiis terræ: Quarta pars de Civitate Quana: Medietas curtis de Viculo. Curtis de Carpeneto, cum montanis, & planitiis magnis: In pertinentia (o) de Civitella, tria milia modiorum terræ: Monasterium Sancti Petri in Castroniano, cum Ecclesia Sanctæ Cecilie, & cum omnibus pertinentiis suis, & plurima alia, quæ hic scribere superfedimus. Quæ videlicet omnia usque ad id tempus Abbates hujus loci, sive ad jus proprium retinebant, sive libellario nomine ad censum nonnullis concesserant.

E (8) Angelarius Abbas à Beato Benedicto vi-

(h) Mallianellum. (l) Galbanico.  
 (i) Jolliano. (m) Rosiale.  
 (k) Moscufo. (n) Sajano. (o) de Civitate.  
 (7) Benna, quid sit, discere est ex his Elgaldi Floriacensis in vita Roberti Regis. Venientes ad portum Sequana, qui dicitur Caroli Benna, hoc est, Piscatorio, quæ erat difficultate transmeabilis, jussione ejus sancta, soli naviculam intravimus, est ergo hic Benna rivus, amnis, idque satis explicat noster cum subdit, quæ se simul conjungunt, hoc est, confluunt. Reperies apud Festum, Benna, linguâ Gallica, genus vehiculi appellatur, unde vocantur Combennones, in eadem Benna sedentes, sed hæc nihil ad præsens.

Multa ex his, quæ hoc memoratorio continentur, possidet etiamnum Monasterium Sancti Liberatoris, pleraque etiam ab ejus jure subducta sunt.

(8) Erchempertus num. 61. Monasterium Beati Benedicti à Saracenis prius dirutum, ab Angelario venerabili Abbate captum est readificari mense Augusti. Quod quamvis majus, & proinde majoris operis, quia tamen in planitie ad montis radices, non difficili admodum labore, & impendio perfici poterat. Hoc autem in vertice Montis instaurare, deinde cæpit Abbas Leo, ut Auctor noster perhibet infra cap. 51. Ecclesiam renovavit Abbas Joannes cap. 54.

viceſimus ſedit annis VI. Hic, ut ſupra jam diximus, de Præpoſitura hujus Monafterii apud Teanum Abbas effectus, poſt bicanium cœpit paulatim reſtaurare Monafterium Domini Salvatoris, quod à Saracenis incenſum ſuperius diximus. Fuit autem temporibus Aponis Principis Beneventani, & Stephani Quinti Papæ, & ſucceſſoris ejus Formoſi, (9) quem videlicet Formoſum, Stephanus Papa, qui ei ſucceſſerat, de ſepulchro ſuo extrahi, abicique mandavit; cunctaque ipſius ordinationes irritas eſſe ſtatuit, pro ea ſcilicet, quod cùm Oſtienſis Epiſcopus eſſet, contra ſacrorum Canonum decreta, Apoſtolicam Sedem invaſerat.

*De oblationibus quorundam ſub Abbate Angelaria, & quomodo idem Abbas Teanenſis Epiſcopus factus eſt.*

### CAPUT XLVI.

**S**ub hoc Abbate oblata eſt in hoc Monafterio terra illa, quæ nuncupatur Brezze, prope Capuam, quod eſt pratum magnum, & ſilva à quodam Caſtulo ejuſdem loci habitatore. (1) (2) Hermefrid quoque civis

(9) Luitprandus Ticinenſis, qui eo tempore vixit, Formoſum, non Oſtienſem, ſed Portuenſem Epiſcopum fuiſſe ſcribit: Cui attestantur cæteri. Contra Canonum verò decreta Formoſus Pontificatum Romanum adeptus aſſeritur à Leone, hoc eſt, contra Regulas Eccleſiæ, quibus ſtatutum eſt Epiſcopum de proprio Urbis Clero aſſumendum, & ſanè Romæ ante Formoſum, nemo niſi ex Presbytero, vel Diacono Cardinalibus Eccleſiæ Romanæ Pontifex Summus factus eſt, ex Ciaconio, & aliis, ut primus Formoſus fuerit, qui contra hunc ritum ex alia Eccleſia ad Romanæ culmen evectus fuerit. Pontifex alioqui religioſiſſimus Luitprando. Quod Formoſi cadaver de ſepulchro extrahi, abicique ſucceſſor Stephanus mandaverit, fabuloſum eſt Ciaconio, Baronio, Panvinio, meliorisque notæ Scriptoribus. Lege Baron. tom. 10. anno 891. & 897. Lauretum hic prætereo, ſingula enim perſequi tædet. Vide Marum in notis ad Petr. Diac. de Vir. Illuſtr. cap. 30.

#### IN CAPUT XLVI. NOTÆ.

- (a) Hermefrit.  
 (b) Gualmefrit.  
 (c) Anathafius.  
 (1) Natu minores, & pueri offerebantur à Genitoribus, ut in Regula cap. 59. & mox infra ad cap. 47. In Adultis verò, & patria poteſtate ſolutis, ſpontaneæ traditionis ad Monafterium Inſtitutum hæc erat formula, ut ſibi manu propria comam inciderent, & ſe traderent, quod etiam faciebant poſtea pueri, à Genitoribus quondam oblati, cùm ad intelligibilem ætatem perveniſſent. In Tabulario Sancti Martini Turon. apud Bignonium in notis ad Marculfum lib. 2. cap. 2. Ego Gualfardus Sancti Martini humillimus levita dono, trado Deo, nec non Sancto Martino, ubi parentes mei me (tunc puerum) obtulerunt, novo ordine traditionis (natu deinde major) per capillos capitis mei illic comam relinquens, proprium meum, qui mihi ex ſucceſſione parentum meorum mihi obvenit, &c. Sed promiſcue olim omnes, cùm eſſent Capillati, tonſurâ deponebant comam, & qui ſe Monachos, & qui Clericos ſe reddebant. Gregor. Turon. hiſt. lib. 3. cap. 18. ſibi manu propria capillum incidens, Clericus factus eſt. Auctor vitæ Sancti Genulfi lib. 1. cap. 18. Plurimi verò, ſuas illi tradentes poſſeſſiones, comam capitis ibidem pro Deo deponebant, ac ejus ſervituti ſedula ſe mancipabant. Qui ritus à Gentiliis fluxiſſe videtur Religione, veriùs ſuperſtitione. Fuerat enim apud veteres ethnicoſ mos, ut ju-

**A** Aſculanus, vir dives Subdiaconus officio, obtulit ſe ipſum per Capillos capitis ſui Præpoſito noſtro nomine (b) Walmefrid, cum omnibus omnino mobilibus, & immobilibus ſuis de partibus illis. Quidam etiam Ingius nomine de Benevento expeditionem Romæ facturus, obtulit huic Sancto Cœnobio res ſuas, ideſt curtem unam de loco, qui dicitur Turri: Aliam de loco, qui dicitur Murece. Aliam verò in loco Mattici, cum univerſis finibus, ac pertinentiis illarum; ſed & Walmir quidam ejuſdem Civitatis indigena ſe ipſum in hoc loco ad Monachatum tradens, obtulit in Eccleſia Sancti Benedicti de Benevento, ubi dicitur ad Xenodochium, cella hujus Cœnobii, curtem unam magnam in finibus de Ariano loco, qui dicitur Tricium, cum omnibus ex integro curtis ipſius pertinentiis. Huic Abbati Adelmarius quidam Capuanus vendidit integram curtem ſuam in loco Anglena prope Eccleſiam Sancti Vincentii nobis pertinentem, cum Campis, & ſilvis, & pratis, & terris omnibus ad ipſam Curtem pertinentibus. Eodem tempore (c) Athanaſius Neapolitanus Epiſcopus manifeſtavit ſe Monafterio huic de obedientia noſtra in Caſa Gentiana, ut nullam ibi poteſtatem, neque ipſe,

venes comas reſcinderent, eaſque vel fluminibus ejus loci, vel Diis aliis conſecrarent. Ajax Telamonius Iliſſo flumini crinem vovit, Romani adoleſcentes, vel Eſculapio vovebant. Statius lib. 3. Sylva 4.

*Accipe laudatos juvenis Phæbeie crines,  
 Quos tibi Caſarius donat puer, accipiat*

*Intonſoque offendo Patri.*

Vel Jovi, idem Poëta lib. 6.

*Jupiter hunc crinem voci reus ante dicaram.*

Vel Baccho, ex eodem Thebaid. lib. 8.

*Ille genas Phæbo, crinem hic paſcebat Jaccho.*

Barbam Apollini oblatam, refert, Baccho crinem.

Navigantes quoque, urgente tempeſtate, comas evellebant, & in fluctus, Neptunum placaturi, eiciebant. Petron. in ſat. Eaſque fortè ratione ſervi, libertate donati, capillos abſcinderent, quod ſervitutis tempeſtatem effugiſſent, ſicut, qui naufragio liberati, ſolent. Vocabanturque hæc vota capillitia, Vide Jacobum Philippum Thomafinum de donariis cap. 11.

**D** Quemadmodum igitur ex Gentiliis ſuperſtitionibus pleraque in Chriſtianam Religionem traducta, de quo alibi nobis dictum, ſic etiam mos iſte conſecrari, ſanctificari, & ad veri numinis cultum transferri meruit, ut devovendi, initiandique, capillos detondeant ſibi, velut ejurantes ſæculares faſtus, vanitates, & pompas, & perpetuam capillitatem amplectentes, quos comprum capillitium minimè decet, libidinis nempe incitamentum, ex Apuleio, & ſymbolum vanitatis, quem ritum in noſtris ſanctimonialibus præfertim, obſervamus. Sunt, inquit Synchius de Calvatio, *Crines quiſquiliæ, & gluma animalis, & putamina quadam fruſtuum, natura ludibria, & imperfecta materia ſuffrutices.* Hebræi etiam nuptis mulieribus capillamentum detrahunt, ut, (inter alias rationes) longiùs ab adulterandi abſint illecebra, quod crimen ipſis ſceleſtiſſimum. Hinc *Virgo in Capillo* dicitur, quæ nondum nupta, & ut ſic dicam, nondum devota viro. Leges Langob. lib. 2. tit. 14. l. 20. *ſi quis Langobardus, ſe vivente, filias ſuas nuptui tradiderit, & alias poſt mortem in Capillo in Caſa reliquerit.* Conſtitutiones hujus Regni lib. 3. tit. 24. *Filia in capillo poſt mortem Patris in domo manentes, majores ſorores conjugatas, & dotatas, de bonis paternis excludunt.*



NOTIS ILLUS

ipse, neque successores sui habeant, vel licentiam in ea aliquem ordinandi, vel conditionem ponendi; sed sicut antiquitus nobis pertinuit, ita deinceps in nostra ex integro potestate, & ordinatione rediret. Per idem tempus Laurentius Diaconus, & Monachus noster, Præpositus Monasterii Sanctæ Mariæ (d) de Cingla, fecit concambium cum quodam Landoario Capuano de quibusdam Terris in Calvo, & Calinulo, cum licentia, consensu præfati Abbatis, & (e) Radelchisæ Abbatis. Idem quoque fecit & Johannes Sacerdos, & Monachus, ac Præpositus præfati Monasterii de Cingla de quibusdam aliis Terris eidem Landoario, per licentiam nichilominus, & consensum ejusdem Abbatis Angelarii, & Abbatis Gairudæ. Prædictus autem Abbas non multo post, defuncto his diebus Episcopo Ecclesiæ Teanensis, in eadem civitate à Clero, & populo electus, & ordinatus est. Ubi etiam & defunctus est, & sepultus Nonis Decembris.

(2) Ragemprandus primo & vicefimo loco Abbas electus in eodem Monasterio Teanensi, sedit annis novem, mensibus decem. Qui videlicet Abbas Johannem Papam novum, ut sibi more prædecessorum suorum privilegium faceret, petiit, & accepit.

De oblatione, & studio Herchemperti Monachi.

CAPUT XLVII.

(1) Hoc præfidente, (2) Adalgarius quidam (a) nobilis (3) obrulit

(d) de Cingula.  
(e) Radelchisæ.  
(2) Cujus exemplum videre est in Regesto Petri Diaconi num. 5. factumque asseritur. Ragemprando Religioso Diacono, & Abbati, cum hac temporis consignatione. Scriptum per manum Leonis scriniarii S. R. E. in mense Martii Indiæ. 2. hoc est, anno Christi 899. In nostro emortuali Codice 47. Obavo Idus Novembris Regimprandus Levita, & Abbas hujus loci.

IN CAPUT XLVII. NOTÆ.

- (a) nobilis de Teano.
- (b) quinque solummodo.
- (c) Arenulfus.
- (d) prædicto Arenulfo.
- (e) deficit, per Majonem Abbatem.
- (1) Suo loco mota est præfens narratio: oblatio enim Herchemperti non Ragemprando, sed præfidente Angelario facta est, ut inferius constabit.
- (2) Codex B. Adalgarius quidam nobilis de Teano, & quidem satis opportunè, ut Patriam, nendum genus agnosceremus Erchemperti, historici rerum Langobardicarum sui temporis, si non merito elocutionis, & sapientiæ, certè penuria meliorum, deteriorumque, verè singularis. Firmat hanc electionem Erchempertus ipse num. 44. innuens, se ab ipsa pueritia Castrum Pilanum incoluisse, quod intra fines Comitatus Teanensis in agro Castri, quod dicitur Conca: describitur nostro Leoni lib. 2. cap. 36. & lib. 3. cap. 19. Hinc proclive est inferre, Pilanum illud possessum fuisse ab ejus genitore Adalgario, genere planè nobili, & Langobardo, ut & status rerum, & ipsa nomina satis ostendunt.
- (3) Hæc est altera oblationis forma. Nam Clericum sive Monachum (verba sunt Concilii Tollet. 4. can. 48.) aut paterna devotio, aut spontanea devotio facit. De hujusmodi traditione facta à genitoribus exempla habes supra cap. 14. & 24. infra lib. 2. cap. 8. & lib. 4. cap. 66. quam pueri, jam adultiores, firmare tenebantur. Capitula Aquisgrani cap. 36. Ut puerum Pater, aut Mater tempore oblationis offerant Altari, & petitionem pro eo, coram laicis testibus faciant, quam tem-

Tom. IV.

aconus officio, ob-  
os capitis sui Præ-  
Walmesfrid, cum  
is, & immobilibus  
idam etiam Ingius  
peditionem Romæ  
sancto Cœnobio res  
de loco, qui dicitur  
qui dicitur Murece.  
tici, cum universis  
llarum; sed & Wa-  
vitatibus indigena fe-  
onacharum tradens,  
i Benedicti de Bene-  
enodochium, cella-  
a unam magnam in  
qui dicitur Tricium,  
o curtis ipsius perti-  
delmarius quidam Ca-  
am curtem suam in-  
lesiam Sancti Vincen-  
cum Campis, & filvis,  
ibus ad ipsam Curtem  
tempore (c) Athana-  
opus manifestavit se-  
edientia nostra in Casa  
i potestatem, neque  
ipse,

derent, easque vel flumi-  
el Diis aliis consecrarent.  
Illo flumini crinem vo-  
lescentes, vel Esculapio  
lib. 3. Sylva 4.  
juvenis Phæbe crines,  
us donat puer, accipe.

e Patri.  
peta lib. 6.  
rinem voti reus ante di-  
dem Thebaïd. lib. 8.  
o, crinem hic pescabat  
aram, refert, Bacchocti-

urgente tempestate, co-  
in fluctus, Neptunum.  
c. Perron. in sat. Eaque  
libertate donati, capillos  
servitutis tempestatem.  
ui naufragio liberati, fo-  
que hæc vota capillitia,  
ippum Thomasinum de

ur ex Gentilium supersti-  
Christianam Religionem  
bi nobis dictum, sic etiam  
sanctificari, & ad veri-  
nsferri meruit, ut devo-  
capillos detondeant sibi,  
ulares fastus, vanitates,  
peruam castitatem ample-  
ptum capillitium minimè  
empè incitamentum, ex-  
plum vanitatis, quem ri-  
timonialibus præsertim.  
nquit Synesius de Calvi-  
ia, & gluma anima-  
adam fructuum, natura  
ecta materia suffrutices.  
mulieribus capillamen-  
(inter alias rationes)  
di absint illecebra, quod  
amum. Hinc Virgo in-  
e nondum nupta, & ut  
devota viro. Leges Lan-  
1. 20. si quis Langobar-  
lias suas nuptui tradide-  
ortem in Capillo in Casa  
tiones hujus Regni lib. 3.  
illo post mortem Patri  
majores sorores conjuga-  
e bonis paternis exila-



tigo hisdem diebus à Bari Teanum cum exercitu veniens, eisdem Saracenos nisus est agredi: sed nil præsumens, ad propria rediit. Hic Abbas concessit Ageltrudæ Augustæ, quæ fuit mater Lamberti Regis, libellario more, diebus tantum vitæ ipsius, duas cellas hujus Monasterii, cum omnibus rebus suis (9) in finibus Lombardiæ, unam in loco, qui dicitur Laude, & altera in Persiceta: unde per singulos annos mittebat illi eadem Augusta census gratiâ tres libras argenti. Fecit etiam Libellum Gotfrido cuidam Marficano, de Sancto Gregorio in Serviliano cum servis, & ancillis, & omnibus omnino rebus, ac pertinentiis ejus in eodem Comitatu Marforum, pro quo annualiter recipiebat censum (10) tritici modia XV. (f) & quindecim modia de vino, & pisces centum in mense Octob. Per hos dies Sichelfrid quidam Capuanus reddidit huic Monasterio (11) inclitam curtem in loco (g) Patenara, quam Avus ejus à Bassacio Abbate per scriptum convenientiæ retinebat.

*Qualiter Monasterium Teanense crematum est.*

### CAPUT XLVIII.

(1) **H**ujus autem Abbatis septimo anno, (a) indictione XIV. (2) Monasterium, quo in Teano Fratres degere cœperant, occulto Dei judicio ab igne crematum est, (b) cum omnibus opibus suis. Ubi etiam & (3) regula quam Bearus Benedictus manu sua conscripserat, necnon & sacci, in quibus jussu Dei, cœlitus eidem Patri Benedicto escæ delatæ sunt: insuper & plurima

(f) toridemque de vino.

(g) de Patenaria.

(9) Lauretus maluit Lombardiæ. At Ostiensis retinuit originem nominis, nam à Langobardia decurtatum est Lombardiæ.

(10) Modius propriè mensura est aridorum, continens sexdecim sextarios. Populari tamen sermone Modius dicebatur, tam aridorum, quam liquidorum mensura.

(11) Inclitus, vel Inclutus, seu Inclutus (nam i, & u, cognatæ sunt literæ, quarum est proclivis permutatio) *admodum clarum, nobilem* significat, ab in præpositione augente, & clutus, quod est clarus, insignis, nominatus à Cluso verbo, hoc est dicor, Audio, qualis enim quis audit talis dicitur; & qualis verè dicitur, talis est. Inclutus ergo est *multum clarus, admodum nominatus*. Cæterum apud Ostiensem hic, & alibi, Inclitus accipi videtur pro integro. Confer sequentes locos lib. 4. cap. 34. *Manifestavit, & renuntiavit se de inclita parte sua de Castello Mortula*. Hic verò cap. præcedenti. *Vendit integram curtem suam, & cap. 54. cum integro Gualdo lib. 4. cap. 20. Integram claranam*. In Regeſto Petri num. 426. *Totum, & inclitum Monasterium Sancti Erasmi, & num. 432. Tota, & inclita pars*. At num. 435. *Totam & integram nostram portionem*, ut videas inclitam, & integram permutari. In vita Gelaf. II. apud Cajetanum pag. 85. legitur Instrumentum ex Archivo Ecclesiæ Cajetanæ, ubi sic. *A presenti namque die vendidi tota, & inclita ipsa petia de terra nostra, &c.* In alio verò Instrumento pag. 29. *Ideoque ego Landulphus venundedi integram sextam partem ex integra curte*. Epicharmi Comici Poëtæ dictum, sic Latine reddidit Interpres.

*Nihil est, inclita terra, muliere gravius.*  
IN CAPUT XLVIII. NOTÆ.

(a) deficit. Indictione XIV.

(b) deficit, cum omn. opib. suis.

A hujus Cœnobii munimina, plurima quoque præcepta donationum à singulis Imperatoribus, Ducibus, atque Principibus eidem Monasterio collata, incensa sunt. Inter quæ etiam præcepta, quæ de Casa Gentiana facta fuerant pariter sunt ab igne consumpta. Namque temporibus Johannis Abbatis, qui tertius ab hoc Ragemprando fuit, cum die quadam ante eundem Venerabilem Abbatem exortum fuisset inter Fratres colloquium, à quibus Principibus prædicta Casa Gentiana huic Monasterio concessa fuisset, quidam (4) Majo Presbyter, atque Grammaticus, homo senex, & veracissimus, hoc exinde senosse certò certius affirmabat. Aiebat namque præfato Domino Abbati, sicut legi, inquit, in tribus præceptis donationum, quæ hic fuere in scrinio Domni Angelarii Abbatis. In primis Gisulfus Dux concessit (c) Domino Petronaci Abbati in Monasterio Sancti Benedicti territorium Gentianæ. Postea verò Arichis Princeps similiter (d) concessit Theodemario Abbati partes majores ibidem in Gentiana. Iterumque Grimoald filius ejus per præceptum donationis concessit Sancto Benedicto omnia Domnicalia sua, cum servis, & ancillis in eodem loco casæ Gentianæ, & cellam Sancti Agapiti, & plurima alia, quæ modò non recordor. Similiter etiam in eisdem præceptis continebatur donatio ipsorum Principum de portu Trajecti, & de portu Vulturmensi: sed & de Piscaria Lesinensi. Hæc, inquit, omnia ego legi, & (e) in aliis membranis ego renovavi ex jussione Domni Angelarii Abbatis. De supra dicto itaque incendio Teanensis Monasterii, quicquid à Fratribus de thesauro Ecclesiæ potuit, quomodolibet eripi: (5) in Episcopio

(c) deficit. Domino Petronaci.

(d) concessit in hoc eodem Monasterio.

(e) in aliis cartis.

(1) Anno scilicet Christi 896.

(2) Ex duobus incendiis Leoni in prologo notatis, hoc alterum est; quo plurima Cœnobii Casinensis monumenta perierunt, & præsertim

(3) Regula &c. De quo vide notas ad cap. ult. Regule à Ferrario evulgatæ anno 1659.

(4) Quod Presbyter iste dicatur Grammaticus, non continud censendus est didascalum, & Pædagogum egisse, nam per ea secula, nulla, vel admodum debili, & infuscata bonis artibus illucescente facula; qui Grammaticam callerent, in magno honore habebantur, isque titulus eximio erat decori. Paul. Vvarnes. de Gest. Langob. lib. 2. cap. 13. *In arte Grammatica, sive Rbetorica, seu etiam metrica clarissimus exitit*. lib. 6. cap. 7. *Eo tempore floruit in arte Grammatica Felix, patruus Flaviani præceptoris mei, quem in tantum Rex dilexit, ut ei baculum argento, auroque decoratum, inter reliqua sua dignitatis munera, condonaret*. Quin etiam apud Romanos clarorum Grammaticorum decus fuit, ut ex libello de claris Grammaticis. At homines, inquit Scaliger in Manilium, *bonarum literarum contemptores, omne, quod ignorant, Grammaticam vocant*. Utinam verò diutius in hac arte perdiscenda pueros detineremus!

(5) Infra lib. 3. cap. 4. & cap. 20. *Portas Episcopii Amalfitani*. Cathedralem Ecclesiam, vel Episcopi Dommum intellige. Quandoque pro *Diœcesi Episcopali* usurpatur. In vita Sancti Guilielmi Abbatis Divionensis apud Bolland. tom. 1. pag. 58. *Episcopus Bruno omnia in suo Episcopio Monasteria ipsius delegavit providentiæ; est autem Episcopus ex Græco superintendens, in spector ab epi supra, & scopos spectator, nec Ciceroni aliter acceptum*. lib. 7. Epist. ad Atticum. *Vult Pompejus me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora babeat Episcopum*.

pio ejusdem Civitatis repositum est. Unde postmodum non parva ejusdem thesauri pars in Ecclesia ipsa remansit.

*De captione Beneventi à Grecis.*

CAPUT XLIX.

**H**is temporibus (a) Symbaticius Patri-  
cius veniens à Constantinopoli (1) ob-  
fedit Beneventum per menses circiter tres,  
cepitque illam XV. Hcal. Novembris anno  
Domini DCCCXC. primò. (2) Completis  
videlicet CCC. & XXX. annis à Zottone  
primo Duce Beneventi: Per cujus temporis  
spatium Langobardorum tam Duces, quam  
Principes eandem civitatem tenuerant. Hic  
Symbaticius cum esset (3) Imperialis proto-  
spatarius, & Stratigo Macedoniæ, Traciæ,  
Cephaloniæ, (4) atque Langobardiæ, (5)  
Entilma fecit prædicto Abbati de Monasterio  
Sanctæ Sophiæ de Benevento, & Sanctæ Ma-

IN CAPUT XLIX. NOTÆ.

- (a) Ymbaticius.
- (b) Plombariola.
- (c) eam tenuisset.
- (d) Guidego.
- (e) Rachelchis.
- (f) deficit, anni duo.
- (g) centum sepruaginta & VI.
- (1) Scilicet à tertio Idus Julii ad decimum quin-  
tum Kalendas Novembris, ut præfert quædam  
notula in nostro Codice 353. jussu exarato  
Abbatis Joannis primi, quem ab ejus nomine  
chronicon Abbatis Joannis sæpius libuit ap-  
pellare.
- (2) Germanissima est lectio utriusque nostri Codi-  
cis, & planè ad mentem Offiensis, qui hæc  
exceperat ex modo laudata notula, quæ sic  
habet. *Sibbaticius stratigus in eam ipse in-  
gressus est, eodem die, completis trecentis  
triginta annis, & aliquot mensibus à Zottone  
primo Duce Beneventi, quibus Langobardi  
Principatum tenuere Beneventana Provincia.*  
Lauretus, cum nesciret se explicare, quo pa-  
cto ab anno 891. regrediendo per annos 330.  
perveniri posset ad annum 568. quo Lango-  
bardi in Italiam advenerant, & Beneventa-  
nam Dynastiam eo anno, aut paulo post in-  
stituerant, propriam in amanuensium vertit  
inscitiam, per quos numeri annorum insol-  
enter excrevissent, ideoque à summa anno-  
rum 330. denos annos detraxit, iraut Bene-  
ventani Ducatus initia, omni inconvenientia  
remota, inciderint in annum 571. Hujus im-  
posturæ ignarus vir doctus, & eruditus An-  
tonius Caracciolus, aded sententiam est am-  
plexatus, ut peculiari etiam dissertatione eam  
propugnaverit in Propylea ad quatuor anti-  
quos chronologos, quos typis Neapolitanis  
evulgavit. Et quidem consentaneum veritati  
esse posse, non pertinaciter recusaverim, pro-  
ditam tamen à nostro Leone, nec admiserim,  
nec aliam, quam ipse tulerit, auferim divi-  
nare.  
Summa autem annorum 330. quæ certè exce-  
dit annos delapsos ab adventu Langobardo-  
rum in Italiam usque ad annum 891. non alio  
calculo confecta videtur, quàm collectis simul  
singulorum Ducum, & Principum Beneventi  
intervallis, in quibus plerique anni reputati  
fuerint solidi, & integri, qui fuere, vel com-  
munes, vel cavi, quo pacto ea collectio aded  
insolenter excreverit. Sanè Xiphilinus ex  
Dione lib. 66. advertit, olim commissum à  
non nemine similem errorem de annorum in-  
tervallo à morte Neronis ad Principatum Ves-  
pasiani. Quidquid tamen de hoc flatuas, hoc  
certè stat, germanam Offiensis lectionem hanc  
esse, quam posui, & exposui.
- (3) Præceptum Symbaticii in Regeſto Petri Dia-  
coni num. 136. præfert initio hoc ipsum ejus  
elogium, & ad finem asseritur *bullatum cum  
bulla plumbea, mense Junio, indiſt. 10.* hoc  
est anno 892. Cæterum de dignitate protospa-  
tarii, ut & de strategi munere, de quo supra  
consulendi Georgius Codinus, & qui de Gre-  
cæ aulæ officiis scripsere.
- (4) Et infra lib. 2. cap. 2. à Mariano Imperiali  
Tom. IV.

lurima quoque  
ulis Imperatori-  
pibus eidem Mo-  
unt. Inter quæ  
sa Gentiana facta  
ne consumpta.  
nis Abbatis, qui  
do fuit, cum die  
rabilem Abbatem  
es colloquium, à  
a Casa Gentiana  
fuisse, quidam  
ue Grammaticus,  
is, hoc exinde fe-  
bat. Aiebat nam-  
i, sicut legi, in-  
donationum, quæ  
i Angelarii Abba-  
Dux concessit (c)  
n Monasterio San-  
Gentianæ. Postea  
liter (d) concessit  
es majores ibidem  
irimoald filius ejus  
is concessit Sancto  
lia sua, cum fer-  
i loco casæ Gentia-  
apiti, & plurima,  
ecordor. Similiter  
is continebatur do-  
i de portu Trajecti,  
: sed & de Piscaria  
omnia ego legi, &  
ego renovavi ex jus-  
Abbatis. De supra-  
eanensis Monasterii,  
de thesauro Ecclesiæ  
ripi: (5) in Episco-  
pio

pnaci.  
n Monasterio.  
96.  
eoni in prologo notatis,  
p plurima Cœnobii Ca-  
berierunt, & præsertim  
moras ad cap. ult. Regu-  
æ anno 1659.  
catur Grammaticus, non  
st didaschalum, & Pe-  
per ea secula, nulla,  
, & infuscata bonis ar-  
tula; qui Grammaticam  
honore habebantur, isque  
ecori. Paul. Vvarnei, de  
cap. 13. In arte Gram-  
ca, seu etiam metrica.  
b. 6. cap. 7. *Eo tempore  
matica Felix, patruus  
mei, quem in tantum  
sculum argento, auroque  
liqua sua dignitatis mu-  
in etiam apud Romanos  
orum decus fuit, ut ex  
maticis. At homines,  
nilium, bonarum lite-  
omne, quod ignorant,  
. Utinam verd diutius  
a pueros detineremus!  
cap. 20. *Portas Episc-  
thedralem Ecclesiam,  
intellige. Quandoque  
li usurpatur. In vita  
batis Divionensis apud  
E. 58. Episcopus Bruno  
io Monasteria ipsius de-  
est autem Episcopus ex  
s, in spector ab epi su-  
ator, nec Ciceroni aliter  
pitt. ad Articum. Vult  
nem tota hæc Campania  
eat Episcopum.**

*De pugna nostrorum cum Saracenis  
ad Garilianum.*

## CAPUT L.

**I**Nterea præfatus Atenulfus, (1) unà cum Gregorio Neapolitano, nec-non (2) & cum Amalphantis, non parvo exercitu aggregato, Garilianum supra Saracenos venit, & (3) constructo de navibus ponte juxta Trajectum, in loco, qui Setra vocatur, transiens expugnabat eos. Ibi igitur illis consistentibus, quadam nocte, dum minus cautè suas custodias agunt, repentè Saraceni cum Gajetanis super eos irruunt, deque illis plurimos sternunt: reliquos usque ad pontem acriter insequuntur, sed ibi tandem nostris fortiter resistentibus, Saraceni terga vertere, & suis se Castris tueri coguntur. Obiit autem supradictus Abbas octavo Idus Novembris.

(4) Leo vicissim & secundus Abbas, similiter apud Teanum, fedit annis XV. mensibus septem: temporibus (a) Leonis Imperatoris, (5) & Papæ Christophori, qui de Papatu expulsus, & Monachus factus est, nec non (6) & Sergii tertii Papæ, à quo idem Abbas privilegium de more recepit.

## IN CAPUT L. NOTÆ.

- (a) deficit, Leonis Imperatoris.  
(1) Duce, de quo infra cap. 52. sic cap. 61. *Invasit Regnum Italiae Berengarius Forojulienensis, filius Eberardi Marchionis.*  
(2) Navalibus rebus tunc inclitis. Quorum gloriam illustravit ante annos ferme trecentos Flavius Civis, vel conterraneus, (Aliis Joannes Goja, sed perperam) mirabili illo, unaque in primis utili invento Nauticæ Pixidis, qua tot sulcantur maria, veteribus nec navigata, nec nota; nam, Pixide nautica, nondum inventa, longè & simplicior, & infeliciores navigatio erat, quàm nunc est. Quippe tunc ad Ursam majorem, & minorem cursum navigantes dirigebant. Verùm, cum stellas illas humanis visibus caligo interciperet, ubi locorum essent nautæ nesciebant. Libet porro, quandoquidem hic pervenimus, nauticum hoc directorium ex Martinio describere.
- Vasculum est ligneum, planum, & rotundum, altitudine duorum, aut ad summum trium digitorum. In hujus vasculi fundo, rotula quadam est versatilis papyracea. Hanc rotulam papyraceam plenam, sustinet ferramentum tenue, & velut bipartitum. In centro verò enea quadam, & acuminata turricula defixa est, quæ stylo, seu cuspidi acute insidet; atque hinc inde volvitur in equilibrio. Ubi autem conquiescit ejus pars, quam lilii imaginis nautæ insignant, & in qua ligula, seu ferramentum, magnete confricatum desinit, ibi septentrio, & Polus arcticus ostenditur, quocumque contorto clavo, navis impellatur. Qui autem fiat, quòd pars ferramenti, sive ligula, & quæ ad magnetem affricata est, septentrioni obvertatur, id nullius hominis adhuc ingenium potuit pervestigare. Ceterum in ejus, quam diximus, rotulæ circulo ductæ sunt à centro ad circumferentiam 32. lineæ, equaliter distantes in hunc usum. Primò, ut designent cæli Cardines, & ventos, quos 32. nautæ numerant. Secundò, ut denotent terræ, ac maris spatia celebrioribus partibus distincta per gradus, in quos lineæ incurrunt. Huc utque Martinus, Cui tamen parcendum, quòd nominum proximitate seductus, & ab his regionibus longè distans, Melphim cum Amalphi confundit. Hæc enim urbs est litoralis post Minervæ promontorium in Picentinis. Illa mediterranea in Lucanis, Apulis finitima. In eodem errore fuit doctissimus Vosius, apud quem Antonius Panormitanus de hac Pixide. *Prima dedit Nautis usura magnetis Amalphis.**
- (3) Oppidum non longè à dextera fluminis ripa, in colle, sic appellatum, quòd flumen prope

*De studio Leonis Abbatis, & ipse cepit  
restaurare hunc locum.*

## CAPUT LI.

**A**Cquisivit etiam & à præfato Principe Atenulfo præceptum confirmationis omnium oblationum, seu concessionum, ac possessionum hujus Monasterii propter id, vel maximè, quòd & prius in hoc loco à Saracenis, denuò verò apud Teanum monimina hujus cœnobii igne consumpta essent. Hujus Abbatis interventu (1) concessus est ab eodem Principe mons Sancti Eleutherii in Monasterio Sanctæ Mariæ (a) de Cingla, pro pascuis videlicet animalium ipsius loci, nec non & pro lignis faciendis ad diversas utilitates. Fluvius etiam, qui dicitur Ete, ab ipso ortu suo, usque ad fluvium Vulturum, & deinceps ipsum Vulturum usque pedem, in prædicti montis Sancti Eleutherii, quem admodum ad jus palatii pertinuit, ad faciendum in ipsis aquis quicquid eidem Monasterio necessarium fuerit. (2) Hic Abbas quinto anno ordinationis suæ cepit reedificare hoc Monasterium, (3) quòd videlicet per sep-

illud trajiciatur; ut aliàs diximus. Fluvii trajiciendi commoditas in Capitulari Principis Sicardi num. 13. apud Peregr. appellatur *Trajecta. Ut in ipsa Trajecta sit licentia transendi tam negotiantibus, quàm, &c.* sæpè de eo infra lib. 2. cap. 35. & 98. lib. 3. cap. 58. 59. &c. Confer caput præfens cum cap. 43. de Saracenorum incolatu ad Garilianum.

- (4) Ejus nominis in oriente sexti.  
(5) *Deo illi condignam, inquit Ciaconus, retribuente pœnam, ut quæ Domino suo Leoni Papæ Quinto fecerat, ille paulò post pateretur. Monasticam vitam, unicum calamitosorum refugium obire cogitur. In Monasterium namque, tanquam insulas, Clerici de Ecclesia malè merentes, tum relegabantur, qui postea à Sergio, è monasterio extractus, in vincula conjectus est, ac demum arctiori custodia mancipatus, in illa misera conditione vitam moriens, ad Sanctum Petrum transfertur.*  
(6) In Regest. num. 7. extat Sergii Privilegium. Leoni Abbati de ordinandis Clericis à quocumque mallet Episcopo.

## IN CAPUT LI. NOTÆ.

- (a) de Cingula.  
(1) Regest. num. 203.  
(2) Anno Christi 904. quòd, ducto dupliciter calculo, constare potest. Cæsus est Bertharius anno 883. Adde annos sex Abbatis Angelarii, & annos decem, quamvis non integros, Abbatis Ragemprandi, & tandem decurrentem annum quintum Leonis, pervenies ad quem dixi annum 904. Præterea, quo tempore Monasterium apud Teanum igne crematum est, numerabatur, ut perhibet Ostiensis supra cap. 48. annus septimus Abbatis Ragemprandi, simulque indictio 14. quæ annum Christi designat 896. Ragemprandus fedit annis ferè decem, obiit igitur anno 866. Adde quinque annos Leonis, ad annum pariter pervenies 904. ex quo argui potest, ultra melior sit lectio capitis 44. cum vastationem hujus Monasterii à Saracenis refert Ostiensis ad annum 884. an verò reponendus ibi sit annus 883. Sic habent nostri Codices, ut suorum amanuensium sæpius deploratam incertiam liquidissimè manifestarent. Num enim tam rudis, & ignavus censendus est Ostiensis, ut annos supputans à cæde Bertharii, & ab anno 883. vel 884. ad instaurationem hujus cœnobii, aggressam à Leone, & ad annum 904. eos enumeraverit viginti septem, qui ut summum, cavis scilicet acceptis pro solidis, fuere viginti duo? Ergo, scripserat planè Ostiensis. *Per XXII. annos penitus fuerat destitutum, somniculosus Librarius, novum ex ejus autogra-* pho

septem & viginti annos (4) penitus fuerat destitutum. (5) Huic (b) Waimarius Salernitanus Princeps per præceptum concessit curtem unam magnam, in loco, qui dicitur Rota, cum casis, & silvis, & arbutis, vineis, & castaneis; fervis quoque, & ancillis, & cum omnibus (6) ejusdem curti ex integro pertinentibus. Hic idem (c) Guaimarius alio præcepto concessit in hoc Monasterio medietatem curtis in finibus Sarni, loco vocabulo (d) Lentiaria, quæ fuit Agnardi, cujus videlicet medietatem idem Agnardus jam Beato Benedicto obtulerat, cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus. Hic fecit libellum cuidam Adelario civi Romano de Ecclesia Sancti Benedicti, quæ ibidem nobis antiquitus pertinuit, ea conditione, ut quotiens, vel Abbas, vel Monachi nostri Romam pro aliqua utilitate perficienda perrexissent, honorabiliter in eadem Ecclesia reciperet, quandiu ibi remorari necessarium esset, & omni anno pro censu LX. denarios Monasterio nostro transmitteret. Defunctus verò est prædictus Abbas XVI. Hcl. Septembris. Uterque autem hic Ragemprandus videlicet, atque Leo, in ipso Teanenfi cœnobio, ubi commorati sunt, ibi & defuncti sunt, & sepulti.

*Qualiter Saraceni de Gariliano exterminati sint.*

CAPUT LII.

**P**ER idem tempus cernens præfatus Princeps, non sine manu valida, & brachio

pho conficiens codicem, addidit literalem notam V. ac reddidit XXVII. quod posteriores Librarii, non advertentes, tanquam operæ pretium facturi, eas notas numerales expressis verbis repræsentarunt, scripseruntque per septem & viginti annos, somniculosi æque & ipsi Ex hac autem annorum viginti duorum firmata collectione, firmitus constare potest, necem Abbatis Bertharii contigisse, anno 883. non anno 884. ut paulo ante indicabam. De Laureto, & de Vicentino hic supersedeo.

- (b) Guaimarius.
- (c) Guamarius.
- (d) Jentiaria.

(4) Et tamen initio lib. 2. non penitus, sed quasi penitus destitutum dicit. Nempe destitutum penitus iusta congregatione: Non penitus aliquibus excubitoribus.

(5) Regest. num. 204. infra Guaimarius, utroque enim modo, & scribitur, & effertur ex affinitate inter G. & V. confonans. Vvastalla, & Guastalla. Vvardia, & Guardia. Vvanus, & Guantus.

(6) Librarii mendum non emendavimus.

IN CAPUT LII. NOTÆ.

- (a) valeat.
- (b) Neapolitanorum.
- (c) deficit, Capuanis.

(1) Didascalus noster correxit Constantinopolim. Non advertens communissimam illorum temporum phrasim, utendi in hujusmodi, sexto casu pro quarto. lib. 2. cap. 11. in hoc Monasterio delatum. sæpissimè apud D. Gregorium, aliosque sequitoris ævi.

(2) Qui paucis ante annis fœdera conjunxerat Gregorius Dux cum Principe Adenulfo ad expugnandos Saracenos, re postmodum infeliciter gesta, ut Ostiensis exposuit supra, excolere eos cœpit, reddereque studuit sibi familiares, fœderatos, Atenulfo interim (qui dictus reperitur Magnus Princeps, in quodam scripto in membranis codice sacri Monasterii Cavenfis) ejusque filii constantissimè in proposito manentibus. Sed nec Gregorius, & cum eo Dux Cajetæ Joannes sincera fide Saracenorum amicitia videntur posthac renunciasse;

A extento Saracenos posse de Gariliano expelli, Landulfum filium suum (1) ad Leonem Imperatorem Constantinopoli destinavit: Suggesterens omnia, quæ per tot annos ab Agarenis perpeffi fuerant mala, orans, & supplicans, ut dignaretur quantocius afflicta, ac desolata ab eisdem Saracenis patriæ subvenire, atque illos de Gariliano (a) valeant extirpare, auxilium exercitus sui non dedignetur illi transmittere. Quem Imperator honorificè satis recepit, & cuncta, quæ suggererat, benignè se impleturum spondit. Cum interim prædicto Atenulfo defuncto apud Capuam, Landulfus impetratâ ab Augusto, licentiâ revertitur, atque à fratre Atenulfo multo cum honore recipitur. Imperator autem suæ sponfionis non immemor, Nycolaum Patricium, cui Picingli cognomen erat, consequenter asciscens, cum valida hunc Græcorum manu ad has partes transmisit, eique, ut Saracenos præcipuè Gariliano degentes, funditus delere sitageret, mandatis Augustalibus imperavit. Veniens igitur prædictus Patricius & fortitudine valida, & prudentia maxima cumulatus, eos primùm, quos (2) familiares sibi, ac fœderatos Saraceni habebant, idest Gregorium Ducem (b) Neapolitanum, & Ducem Cajetæ Johannem, (3) patriciatu illis honorem ab Augusto deferens, ab eis disjungere studuit. Deinde conjunctis prædictis fratribus Landulfo, & Atenulfo Principibus (c) Capuanis, advocato etiam Guaimario Principe Salernitano; Apulis quoque, & Calabris omnibus transmarino exer-

quos in extrema suarum rerum desperatione, cum nequirent opere, utcunque consilio adjuverunt, ut infra hoc capite aperit Ostiensis.

(3) *Patriciatu* variis temporibus, variisque sub Principibus, quàm fuerit varius, Joannes Mercurius in Glossario Græcobarbaro, Bignonius in notis ad Marculfum, Bulengerius de dignit. & offic. Imper. Roman. lib. 3. cap. 1. aliique, tum intentâ curâ, tum obiter exposuere; nec pauca à nobis de Patriciatu Tertulli. cap. 1. notata sunt. Quod attinet ad præfens, Patriciatu à Græcis Imperatoribus per ea tempora, de quibus nunc est sermo, pro magno munere viris, vel virtute, vel nobilitate, vel utraque eximiis; & si exteris, deferri consuevit: sæpius tamen suis Magnatibus, & quandoque suis etiam Eunuchis, quos apprimè deligerent, probatosque fide, & opere haberent. Hinc in Græcis historiis patricii è Græca gente quàm frequentissimi, quibus præcelliora munia, nempe ductandi exercitus, administrandæ Provinciæ, nobilitium legationum, & similia committebantur. Unus ex nostraribus complura, & ad fatietatem exempla suggerit Lupus Protospata in suo Chronico, exteri quoque, ut prædixi, eodem hoc honore ab Imperatoribus Orientis decorati non semel fuerunt, & ad præstanda obsequia illekti: qui, ab aula sepositi, nullo obeundo muneri destinabantur: Sed sub patrocinio orientalis Imperatoris manere in maximum suæ dignitatis augmentum, nec omnino sine fructu, & emolumento aliquo referebant. Abundè satis hæc probantur ex iis quæ tradidit Ostiensis hoc loco de honore Patriciatu delato Ducibus Neapolitano, & Cajetano, ut ii in officio manerent, & Saracenorum amicitia renunciarent; Quibus adde tradita ab Erchemperto num. 67. de Guaimario Salernitano Principe. *Guaimarius Princeps Constantinopolim ad Augustorum vestigia, confusus abscessit, à quibus benignè susceptus est, Patricius ab eis factus, cum honore ad propria remissus est.* Adalgisus quoque, Desiderii Regis filius, qui cum Patre regnaverat in hoc honore obiit Constantinopoli, ut cap. 1. retulimus.

exercitui additis, (4) castra super Saracenos juxta Garilianum ex ista parte metatus est. Quo cognito Papa Johannes Decimus, qui ex Episcopatu Ravennate triennio ante Romanam Sedem invaserat, unâ cum (d) Alberico Marchione, cum valida pugnatorum manu superveniens, ex altera nichilominus parte confedit, & ita eos hinc inde per tres menses continuos obsidentes ad extremitatem ultimam perduxere. Cùmque jam Saraceni fame nimia laborarent, neque ullo ingenio, ullo umquam modo se evasuros nostrorum manus sperarent, ipsamque jam mortem præ oculis cernerent, consilio tandem (e) supradictorum Ducum Gregorii, atque Johannis (5) omnes domos suas incendunt, sicque facto unanimiter impetu (6) fugientes per montes, silvasque proximas disperguntur. Quos nostri instantius persequentes, vix paucissimis de tanta multitudine evadentibus, omnes interemere, atque hoc modo auxilio, & misericordia Dei (7) funditus de partibus istis eliminati sunt. Anno Incarnationis Dominicæ nungentesimo quintodecimo, indictione tertia, mense Augusto. Johannes Abbas vicissimus tertius à Beato Benedicto, sedit annis decem & novem, & mensibus septem.

*Qualiter Johannes Abbas ordinatus sit,  
& quomodo Capuam cum fratribus  
pergens ibi Monasterium fecerit.*

## CAPUT LIII.

**H**ic nobilium Capuanorum ortus familia, eo tempore, quo præfatus Abbas Leo decessit, Archidiaconi officio in Capuana Ecclesia fungebatur, religiosis valde, & onestis moribus præditus, sed cùm aliquanto tempore (a) Congregatio Monachorum, quæ Teani consistebat, pastore esset proprio destituta, nec inveniretur inter eos aliquis hujusmodi qui tantæ Prælationi (b) esset idoneus, tunc

(d) Adelberico.

(e) supradic. Imp. Ducumque.

(4) Ex ista parte Gariliani, fluminis, non montis. In quo, aut ego fallor, aut acutissimus Peregrius cœcutivit in Hist. Lang. B. pag. 62. qui montem huc, Garillianum inuexit, subdit enim Leo, *Una cum Alberico Marchione ex altera nichilominus parte confedit: & ita eos hinc inde per tres menses continuos obsidentes &c.* quæ de monte intelligere perquam durum videtur, cùm præsertim Leo nusquam de monte Gariliano meminerit, sæpissimè de Gariliano fluvio, sub uno verò nomine, sine ulla distinctione, montem, flumenque confundere, Leonis diligentiam minimè præfert.

(5) Quas militari more in tam diuturno incolatu sibi paraverant.

(6) Confer cap. 90. lib. 2.

(7) Luitprandus Ticinensis, lib. 2. cap. 14. non admodum varians ab Auctore nostro eadem narrat, non injucunda curioso Lectori.

## IN CAPUT LIII. NOTÆ.

(a) Congregatio Fratrum.

(b) videretur idoneus.

(c) deficit, Capuani cum Monachis ineuntes.

(d) Ordinatus itaque.

(e) deficit, nepos, &c.

(f) deficit, juxta ipsam Civitatem.

(1) Scrupulum hic movet, & removet Michaël Monachus in suo sanctuario Capuano pag. 160.

(2) Id enim exoptabant Principes quibus præ temporum conditione, morem gerere oportebat. Agapetus Papa in Epistola ad Capuanum Principem Landulfum juniorem in Reg. Petr.

**A** Landulfus, & Atenulfus (c) Capuani Principes ineuntes consilium: præfatum Archidiaconum adiere, eumque tam monitis, quam precibus, ut ejusdem Congregationis regimen reciperet, compulere: quo tandem annuente, mox Monachus, factus, nec multo post à Fratribus universis, juxta morem electus, atque (1) à supradicto Domino Johanne Papa honorificè consecratus est. (2) (d) Factus itaque Abbas, cœpit monere Fratres, ut relicto Teano, Capuam habitaturi secum pariter pergerent. Quæ videlicet Civitas, & circumpositarum Civitatum primaria esset, & in ipsa Domini ejusdem patriæ Principes habitarent. Qui obsecundantes ejus Imperio: Capuam omnes simul habitaturi profecti sunt. Verùm in eadem Civitate Monasterium adhuc non erat ædificatum, sed in eo loco, ubi nunc constructum est, juxta portam scilicet Sancti Angeli perparva nimium & (3) exilis erat Ecclesia, ac secus eam alia similiter parva, vilisque domuncula stabat de lignis contexta, ubi tres tantum, aut IIII. Fratres vetuli morabantur. Hunc siquidem locum Majo Abbas Sancti Vincentii, (e) nepos videlicet illius, sub quo Monasterium construendum, olim à Principibus adquisierat, & eandem, quam diximus Ecclesiam, atque domunculam ibi construxerat. Sed cùm post eum Godelpertus Abbas factus fuisset, locutus cum prædicto Abbate Johanne, permissione, seu licentia præfatorum Principum, concambiavit cum eo ipsum locum, recipiens scilicet pro eo locum alium tantundem ambitus, ubi prius idem Johannes Abbas Monasterium suum ædificare statuerat, & consequenter ipse Godelpertus ad Principes jam dictos accedens, adquisivit ab eis alium locum (f) juxta ipsam Civitatem, & super ipsum fluvium Vulturum: & cœpit ibi ædificare Monasterium in honore Sancti Vincentii, & Monachos, qui per diversa dispersi fuerant congregare, & res, atque possessiones ipsius Monasterii jam dudum perditas recolligere. Noster autem Johannes, tam

**B**

num. 10. qua Monachos Casinenses Capuam tunc, minus circumspicè degentes, ad hoc Monasterium studuit revocare; *Quod malum, inquit, in caput quondam Landulfi tui genitoris respicit, qui quasi Monasterium intra Capuanam Civitatem ædificans, non ob Dei reverentiam; sed temporalis gloria honore cupidus, parvipendens animarum periculum, suo dominatui Monasterium subdere cupiens, perverso more cum morbo gregis recumbens desiderans, ut totius possessio jam dicti Monasterii, suis quasi hæreditario jure relinqueret.* Vide Peregr. in serie Abb. Casin.

(3) Infra lib. 2. cap. 51. *Ibi cùm parvulam admodum Ecclesiam, & valde obscuram reperisset: ceteras vero officinas, & ligneas, & vetustas. Lib. 3. cap. 11. Domum etiam, in qua Abbates manere consueverant, qua & vilissimis ligni furculis ab inferiori parte sustentata, & viminibus ex parte maxima videbatur constructa, à fundamentis ædificare constituit. Sic nempe ferebat ruditas temporum, quin miserrima undique calamitas. Sat fuit, si etiam Ecclesiæ non construerentur ligneæ, quod extra Italiam frequens. Gregor. Turon. Hist. lib. 5. cap. 2. Ad Basilicam Sancti Martini, qua supra muros Civitatis ligneis tabulis fabricata est, confugium faciunt. Idem Mirac. lib. 1. cap. 51. In capsâ argentea reconditos in Ecclesiam, ligneis constructam tabulis in altari sancto collocavit. In vita Sancti Dunstani cap. 33. apud Surium in Maio. Ligneam Ecclesiam fabricavit, quam ipsemet dedicans, &c. & cap. 1. Ecclesia Glasbonia antiquitus de lignis miro opere ædificata, & alibi pluries.*

**C**

**D**

**E**



propinquorum, quàm amicorum non parvis adjutus solaciis, cœpit nichilominus in eodem, quo diximus, loco Monasterium in honore Beati Patris Benedicti à fundamentis construere, atque intra non multum tempus magnam, pulchramque Ecclesiam: nec-non & officinas, diversis Monasterii officiis congruas decenter fecit, (4) ibique quinquaginta, & eo amplius Monachos victuros regulariter aggregavit. Cujus etiam studio, & cura, Dei præcedente gratia, factum est, ut ipsum Monasterium subito allevatum, atque diversis in tus, & exterius opibus ditatum sit. Fecit siquidem ibi inter cætera idem Abbas codicem missalem unum cum tabulis argenteis deauratis, (g) & gemmis. Evangelium quoque simili opere decoravit. Altarium verò undique in circuitu (h) argento vestivit. Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis, ac smaltis ad procedendum fecit. Ceroteraria argentea duo: (5) Urceolum quoque cum aquamanili suo similiter argenteum. (i) Vascula de auricalco, vel ære ad diversos usus appendentia libras sexcentas. Codices Ecclesiasticos totius anni diversos, & multos. Planetas, Pluviales, & Albas, nec-non Dalmaticas, universamque tam in Ecclesiasticis, quàmque & in familiaribus usibus supellectilem sufficientissimè præparavit. Hoc tempore satis mirabile signum in eodem Monasterio contigit. Nam (6) altare majus ipsius Ecclesiæ ab hora diei tertia, usque ad mediam ferè noctem tantam aquarum abundantiam guttatim instar sudoris effudit, ut omnia indumenta ejusdem altaris madeferent.

(g) deficit, & gemmis.

(h) argento sculpto.

(i) Vascula ærea.

(4) Intentè hoc adnotavit Ostiensis, quod Joannes Abbas attentè curaverat. Ne scilicet nostri Monasterii dignitas sub minori Monachorum numero capite diminuta videretur. In legibus enim Langobardorum lib. 2. tit. 55. l. 18. tribuitur prærogativa quædam Abbati duntaxat, qui per regulam, juxtaque præceptum Domini vivat, & subiectos Monachos habeat usque quinquaginta, vel amplius, qui cum eo regulariter vivant.

(5) Infra lib. 3. cap. 73. Urceum, cum aquamanili suo. Ordo Romanus. Aquamanile, hoc est vas manuale. Anast. Biblioth. in Greg. 2. Aquamanile Argenteum par unum. In sergio 2. Aquamanilia de argento parva tria. Quandoque appellatur Aquamanus. Idem in Leone 3. Aquamanus de argento mundissimo par unum, & Aquamanilia, infra lib. 4. cap. 90. Urceolum verò appellatum reperio Scyppum. Isid. de Ecclesiast. off. lib. 2. cap. 10. Ab Archidiacono scyppum aqua cum Aquamanili, & manutergium accipiunt. Varro de vita Populi Romani apud Nonium de generibus Valorum. Urceolum Aquamenale vocamus, quod eo aquam in trulleum effundatur. Sed hoc etymon improbat Bulengerius de Donar. Pont. lib. 2. cap. 23. Melius, inquit, à manibus lavandis, quod confirmatur veterum ritu, qui aquam ante cibum his verbis poscebant. Aquam manibus. Plaut. Persa act. 5. scæn. 1. Date aquam manibus. Apponite mensam.

(6) Idem accidit in majori altari hujus Casinatensis Ecclesiæ anno 1627. & ad prodigium relatum ab aliquibus fuit. Miracula esse putantur, quorum causas ignoramus, agebat Philofophus: & ad pauca respicientes facillè pronuntiant. Ecclesiæ igitur centuræ in hujusmodi standum.

IN CAPUT LIV. NOTÆ.

(a) Castanieto.

(b) ac filiabus, & universis eorum.

(c) Sancti Benedicti de Pantano.

(d) cella videlicet.

(1) Regest. num. 205. datum septimo Calendas

Quomodo idem Abbas in hoc etiam loco studuerit.

CAPUT LIV.

**A** Pud Casinum verò post renovationem totius majoris Ecclesiæ, cum aliquot Ecclesiastica ornamenta idem Abbas fecisset: Altarium quoque majus, ubi Sancti Patris Benedicti corpus humatum est, marmoreis tabulis albis induit. (1) A prædictis etiam Principibus Landulfo, & Atenulfo præceptum confirmationis totius Abbatie suscepit. Nec non & (2) aliud de Curte Perræ Mellariæ, cum integro Gualdo, & (a) Castaneo, omnibusque pertinentiis suis, (3) & IV. Aldiones cum filiis, (b) ac filiabus suis eorum. Sciendum autem, quoniam prædictam Curtem de Petra Mellaria pro Cambio nobis dedere præfati Principes, & recepere à nobis curtem (c) de Pantano, prope Beneventum, & obtulerunt eam in Sancta Sophia, quæ (d) videlicet obedientia erat Monasterii hujus. Hic fecit libellum Adelberto filio Rainerii de Rastello, de aliquot curtibus hujus Monasterii in Comitatu Mutinensi fundo, qui dicitur Perficeta, ad jugera octingenta, reddentibus per annos singulos censum septem solidorum. Alium etiam libellum fecit eidem Adelberto de quibusdam possessionibus hujus loci in fundo Adili: quique Adelbertus postmodum obtulit per scriptum in hoc Monasterio aliquot alias Curtes suas, quæ

Maias anno 28. Landulfi, & anno 18. Atenulfi indict. 1. quod est anno Christi 928.

(2) In eodem Regest. num. 206. Sub iisdem annis Principatus utriusque, eodem die, & indictione. Sed omnia præcepta, oblationisque cum Regesto Petri Diaconi, & cum tabulis nostris (in iis, quæ Petrus omisit) conferre supervacuum deinceps duco, nisi peculiaris ratio id exigat, nam tunc labori non parcam.

(3) Sæpissimè de Aldionibus in Legib. Langobardorum lib. 1. tit. 8. Si quis Aldium alienum, aut servum ministerialem percusserit, &c. & l. 2. & 3. tit. 9. l. 26. tit. 11. tit. 15. l. 2. Est autem Aldius, vel Aldio, libertus cum obligatione operarum. Quos enim libertate donabant, aut omni onere solvebant, aut obnoxios relinquebant operis faciendis, ut supra cap. 10. & 14. & hos Aldios, & Aldiones vocabant. In iisdem Legib. lib. 1. tit. 25. l. 92. Præcipimus, ut nova conditio Aldionis à Domino suo non imponatur, & lib. 2. tit. 1. l. 9. Si quis Aldiam alienam, aut suam ad uxorem tollere voluerit, faciat guiderboram, ubi Glossa Guiderboram, idest absolutam ab omni conditione. Proptiè enim Aldia dicitur illa mulier, quæ manumissa est cum aliqua conditione, Guiderbora, omnino libera. Ludovicus secundus in suo præcepto apud Petrum Diaconum in Reg. num. 105. Cum Colonis, & Colonabus Aldionibus, & Aldiabus. Legg. Lang. lib. 3. tit. 20. l. 1. Aldiones, vel Aldia ea lege vivant in Italia in servitute Dominorum suorum, qua Fiscalini, vel Lidi vivunt in Francia. Ubi Fiscalini sunt, de quibus cura est Fisco. Aimoinus de Gest. Franc. lib. 3. cap. 42. de Fiscalinis ortus servis. Lidi verò, vel Liti, vel Liddi, qui ingenuitatem suam spontè, & pretio addiderint servituti. Lex Salica tit. 14. §. 15. Si quis lidam alienam in conjugium sociaverit, &c. Albertus Abbas Stadenfis in anno 917. Plures autem se eis dederunt proprios, & qui ab eis vivere sunt permisi, litones sunt ab eodem vocabulo nuncupati. Inde Litones in provincia Saxonia sunt exorti. Conlule Voff. de vit. serm.



quæ in eodem fundo Adili, tunc (e) possidere videbatur. Obiit autem pridie Hel. Aprilis, & apud Capuanum Monasterium decenti est sepultura (f) reconditus. (4) Circa hos dies expulsus est à Romanis supradictus Papa Johannes inuasor Apostolicæ Sedis, & Leo sextus ordinatus.

(5) Adelpertus vicefimus IV. Abbas, (g) anno Domini DCCCCXXXIV. VI. die post depositionem sui Prædecessoris ab universis Fratribus ordinatus, sedit annos IX. ibique apud Capuam & commoratus est, & defunctus. Fuit autem temporibus Stephani septimi Papæ, & Johannis Papæ Undecimi, qui fuit filius Sergii Papæ.

*Qualiter super Capuam Ungari venerint, & cuncta in circuitu devastantes, demum apud Marsos devicti sint.*

## CAPUT LV.

(1) Quarto Abbatibus hujus anno, (a) indictione decima (2) venientes innumerabiles Ungari super Capuam,

(e) ei pertinere videbantur.

(f) depositus est.

(g) deficit, Anno Domini DCCCCXXXIV.

(4) Non circa dies obitus Abbatibus Joannis, quamquam Ostiensis id indicare videatur, rerum tamen ordinem adamussim non secutus. Nam Joannes Pontifex, ut ostendit Baronius, expulsus est in anno 928. Abbas verò noster Joannes obiit in anno 934. ex computo Peregrinii, & Leonis, ut mox.

(5) Lectio est utriusque Codicis A. & B. quæ sanè concordat ductæ hæctenus chronologiæ. Lauretus & hanc, & sequentem temporum designationem perturbavit.

## IN CAPUT LV. NOTÆ.

(a) deficit, indictione decima.

(b) Cùm nullus inveniretur, qui tantæ multitudini resistere posset, iterum Capuam.

(c) pondo libræ.

(d) Castaneas.

(1) Electus fuerat in anno 934. quo indictio numerabatur septima: ergo in anno ejus quarto Indict. erat decima; hoc est Christi anno 937.

(2) Vvitichindus extremo fine suæ historiæ. Hujus anno primo, qui est à Dominica Incarnatione 937. Ungari Franciam, Alemanniam, & Galliam usque Oceanum, Burgundiamque devastantes, per Italiam redierunt. Hermanus Contractus ad annum 937. iisdem verbis. Quin tantum abest, quod hæc devastatio contigerit in anno 939. ad quem Lauretus vult eam à nostro Auctore relatam, ut à Lupo Protospata in chronico referatur in annum antecedentem. Anno 936. venerunt Ungari Capuam. Cui concordat Ignotus Barenis. Anno 936. indict. 9. venerunt Ungri in Capua.

Ungari, qui & Hunni à Scythia in Pannoniam advecti, Pannonia nomen Ungaria indiderunt, eorum historiæ scripsit Joannes Turocius, seu de Thurocz.

(3) Territorio Capuano. Vide Peregrin. hist. Langob.

(4) Homines alicujus sunt, qui ad illius domum pertinent, ut Famuli, servi, Aldiones. Capitulinus in Pertinace. Tam lucri cupidus fuit, ut ad Vada Sabbatia (prope Savonam in Liguria) mercaturas exercuerit Imperator per Homines suos, non aliter, quàm privatus solebat. Symmachus Lib. 3. Epist. 27. Homo meus, & lib. 5. Epist. 54. Aliquando homo meus sumitur pro Vassallo, idest Homine, cujus fides mihi addicta est, est liber sit. Infra lib. 2. cap. 49. Mandabat ei, ut sibi fidelitatem faceret, & homo ipsius per manus deveniret, & cap. 59. Universos Monasterii Homines in suam fidelitatem jurare faciens.

Hinc Homagium, Hominium, Hominatus. Genus clientelæ, seu obligatio servitutis liberi hominis, facta Domino per stipulationem, promittente nimirum libero homine domino suo fidelitatem. & constituyente se hominem, seu Vassallum illius; His vel similibus verbis.

A omnia in circuitu ipsius deprædati sunt. Similiter etiam Beneventi fecere, usque Sarnum, ac Nolam discurrentes, & devastantes omnia, cunctamque Liburiam peragrantes: (b) iterum Capuam reversi per XII. dies (3) in Campo Galliano commorati sunt. Quo videlicet tempore (4) multos de nostris hominibus captivos duxere. In quibus recolligendis multa expendimus, quorum hæc summa est. Coronam de argento magnam, cum Catenis argenteis. Pocula argentea IV. Turbulum argenteum deauratum. Coclearia argentea III. (c) (5) penso libræ unius. (6) Tarenos XX. (7) Planetam diarodinam (8) de bizanteis XV. Aliam Planetam cum listis argenteis de bizanteis XVI. (9) Aliam planetam cum Leonibus. (10) Urnas de pallio longitudine passuum IV. latitudine palmorum trium. Pannum de altare diarodinum de bizanteis XVI. Tapeta optima XVI. pro bizanteis LXVII. (11) Pannum admasurum pro bizanteis VIII. Hostiales III. pro bizanteis XIII. (d) Astaneas duas pro bizanteis VIII.

Pul-

Ego N. juro, quod ero fidelis ei, ut Vassallus Domino. In lib. de Feudis. tit. 2. & apud Aymoinum de gest. Franc. lib. 5. cap. 24.

Ostiensis verò hic homines Monasterii intelligere videtur Aldiones, & servos, max enim eos refert, Monasterii ære à captivitate redemptos. In quibus, inquit, recolligendis multa expendimus. Adi Jurisconsultum de Feudis, & l. 4. C. de dignit. & ad l. Faviam de Plagiariis.

(5) Cod. B. habet Pondo, à Ponso fluxit Italicum Ponso.

(6) Antiquissima omnium, quas hæctenus legerim, mentio Tarenorum, infra frequens lib. 2. cap. 73. lib. 3. cap. 57. lib. 4. cap. 44. & 97. Vendebatur canis jecur tarenis decem, inquit Petr. Diac. lib. 3. cap. 44. loquens de obsidione Salerni. Tarenorum aureorum nova moneta Amalphia mentio est de anno 1144. in Regesto Sancti Angeli ad Formas apud nostrum Tabularium.

(7) Et paulo post Pannum de altari diarodinum, lib. 2. cap. 43. Planetam optimam diarodinam, lib. 3. cap. 20. Pluviale diarodinum, & alibi non semel. Rodon Græcè Rosam Latine signat, ergo diarodina planeta, hoc est Rosæ, seu Rosæ coloris, seu texturæ. Xerampelinus color vocatur à Græcis. Scalig. in Cardanum.

(8) Moneta tunc satis frequens: nec infrequens ejus mentio nostro Auctori. In supradicta Salerni obsidione, ut traditur infra lib. 3. cap. 44. venditum fuit modium tritici quadraginta quatuor bizantibus. Commercia cum Græcis, eo tempore frequentata, orientales numeros huc advehebant.

(9) Infra lib. 3. cap. 31. Pallium magnum cum Elephantis, lib. 2. cap. 43. Planetam purpuream optimam aureis listis menjium duodecim signa habentibus in circuitu, cap. 61. Pannum alterum cum Aquilis, lib. 3. cap. 57. Planetam purpuream cum friso, & cum Aquila de margaritis. Anast. Biblioth. in Greg. 4 Vela de fundato quinque, habentia leones, & pauld post Vestem de fundato cum leonibus, & alibi non uno loco. Nec Leones tantummodo, & Elephantis, & Aquilæ in velis, in pannis, in palliis, in planetis, in vestibus, sed etiam Unicornes, Caballi, Aves, Grypsi, Anates, Arbores, Arbusta, & alia hujusmodi sexcenta apud eundem Anastasium, eaque, vel in texta, vel acu picta. Idem in Leone Quarto, Pannos desuper sericos, pretiosa Aquilarum historia textos. Ibidem. Velum acu pictum est, habens hominis effigiem, sedentis super Pavonem unum. In Paichali. Vela de quadrapulo, diversis historiis circumfuta.

(10) Et lib. 3. cap. 11. Gypsea Urna.

(11) Nunquam alias nec Ostiensis noster, nec Anast. Biblioth. apud quem antiquas has ferè omnes pannorum, & sacrarum vestium species est observare, nec alii ulli, quos legerim Auctores, Pannu admasuri, & Astanearum meminere. Rogo, quid significant?

Pulvinaria ferica tria pro bizanteis decem. Dehinc victoria tanta elati, & præda tam magna onusti, Marforum regionem ingressi, similia facere cœperunt incendentes, ac depopulantes universa. Omnipotentis itaque nutu, Marfi, ac Peligni simul convenientes, positis (e) insidiis irruerunt super eos, & universos ferè interficientes, ingentem nimis prædam, in auro, & argento, palliis, ac (f) tapetis, nec non & diversi generis animalibus, de illorum manibus extorsere. Quotquot autem illorum evadere Marforum gladios potuere, fuga dilapsi, in sua reversi sunt.

*De oblationibus Johannis Consulis, & Ducis Neapolitani, & aliorum.*

CAPUT LVI.

**H**Uic Abbati, (1) Johannes Consul, & Dux Neapolitanorum suo præcepto confirmavit, atque concessit Ecclesiam Sanctæ Cecilie intra Neapolim sitam, (2) in platea, quæ cognominatur Palmarum, antiquitus huic nostro Monasterio pertinentem, cum universis omnino pertinentiis ejus. (3) Nec non & Cellam Sancti Severi in Surrento, cum omni pariter substantia, ac pertinentia ipsius. Sed & (4) Cellam nostram de Casa Gentiana, cum Gualdo, & terris, & silvis, & omnibus omnino nobis in eodem Territorio pertinentibus, & ut in tota civitate Neapoli nullum (5) plateaticum, sive (6) portaticum nostri Monachi aliquando darent. Eodem tempore Agelmundus quidam nobilis de Vicalbo, obtulit huic Monasterio Curtem suam, quæ dicitur de Pranduli, cum omnibus pertinentiis ejus. Aliamque Curtem in Patenara cum vi-

(e) insidiis in locis artissimis.  
(f) deficit, tapetis.

IN CAPUT LVI. NOTÆ.

- (a) Manupello.
- (b) Guajelani.
- (c) deficit, genere Francus.
- (1) Quam Reipublicæ formam tunc retineret Neapolis, quamve olim habuisset, eruditi Gives, Camillus Peregrinus Capuanus, Sigoniusque Mutinensis disputarunt. Recoctam crambem nos non apponimus.
- (2) Ubi nunc est Ecclesia Sanctæ Mariæ Palmarum. Consulendus Camillus Turinus lib. de origine sedilium Neapolis, in quo fusè agit de ejusdem urbis plateis, & vicis.
- (3) Julius Cæsar Capacijs in Latina Historia Neapolitana lib. 1. cap. 12. ubi de Joanne Duce 27. Quoniam, inquit, ab eodem Duce Sancti Severi ades Surrenti iisdem (Monachis Casinatibus) permessa est, Surrentini ei Duci paruisse visi sunt. Et quidem Surrentum olim, & simul Amalphis, præter alia complura Castellata sub Duce Neapolis quandoque fuerunt Capitulare Principis Sichardi initio. Vobis Joanni Eleto S. Ecclesia Neapolitana, & Andrea Magistro militum, vel populo vobis subiecto Ducatus Neapolitani, & Surrenti, & Amalphi, & ceteris Castellis, vel locis, in quibus Dominium tenetis terra, marique, &c. Potuit tamen ea Sancti Severi Ecclesia, sive dicas Cella, ad ipsum Joannem spectare hæreditario aliquo jure, & proprietatis.
- (4) Casam Gentianam in Liburia primùm nobis concesserat Beneventi Dux Gisulfus, de quo supra cap. 6. Deinde ejus partes, quas dicebant majores, donaverat Princeps Arichis supra cap. 14. Athanasius postmodum Neapolitanus Episcopus (idem ille, qui excæcato fratre, & Duce Sergio, factus est Dux cap. 40.) manifestavit se huic Monasterio cap. 46. de obedientia nostra in Casa Gentiana, ut nulli ibi potestatem, neque ipse, neque successores sui habeant, vel licentiam in ea alii-

Tom. IV.

neis, & pratis, omnibusque pertinentiis suis. Nec non & omnia, quæ illi jure hæreditario pertinebant tam in Civitate Sorana, quàm & in Castello, qui dicitur Sclavi. Sub hoc Abbate, Johannes Præpositus Sancti Liberatoris fecit libellum de rebus hujus Monasterii apud Marchiam in (a) Manupello, & Oliveto, & Turri, & in aliis diversis locis. Pro quibus recepit solidos ducentos, & centum modia de terra in villa (b) Gaulejani. Similiter etiam & Garipertus Præpositus diversarum per Marchiam cellarum ab hoc Abbate ordinatus, fecit libellum de quibusdam casis nobis pertinentibus in Larino. Hic ipse Abbas fecit libellum cuidam Grimoaldo de Camerino de omnibus rebus hujus Monasterii, quæ sunt in pertinentia Termulensi intra Bifernum videlicet, & Asinaricum fluvios, & villa de Guilliolisi, & mare, receptis ad præfens pro pretio solidis centum, pro censu verò annuali solidis octo.

(7) Baldoinus Abbas, (c) genere Francus, vicesimus quintus à Beato Benedicto. Fuit temporibus prædictorum Principum Landulsi, & Atenuisi, & fratris ejus Landulsi. Iste recepit Privilegium à Domino Marino Papa secundo, de consuetudine Monasterii hujus.

*Judicium Papæ Marini de Monasterio Sancti Angeli ad Formas, sive ad Arcum Dianæ.*

CAPUT LVII.

**H**IS temporibus, Sico Episcopus Capuanus, contra divina, humanaque statuta agere non formidans, (1) Ecclesiam Sancti Angeli, (2) quod (a) tunc ad Arcum Dianæ appellabatur (b) (quia templum ejusdem Dianæ

quid ordinandi, &c. Præcepta itaque isthæc Abbates Casinenses expetebant, obtinebantque à Ducibus Neapolis, qui eam regionem jam cœperant sibi asserere; quamvis indefinenter obfistentibus Capuanis. Vide Erchemp. num. 44. 56. 58. 65. 72. & pactum Gregorii Ducis Neapolis, & ejus Nepotis Joannis, qui fuerunt illimeriphi nostro Auctori supra cap. 50. & hinc sigillatim memorati.

- (5) In Constit. Neapol. l. 1. tit. 76. jus Plateatici in ditone Casinensi notatur in secundo Regesto Bernardi num. 20. *signare sigillo, & Merco Curia Casinensis mensuras, & pondera*, nunc appellatur *Jus Portulania*. Voss.
- (6) Vectigal in Porta Civitatis pendendum. Alias dictum *Portarium* in Glossis Cyrilli apud Vossium. *Pontaticum* ad pontes solvendum.
- (7) Datum anno Pontificatus in mense Januario indit. 2. scilicet Christi 944. Regest. Petri num. 8. quod noto, ut constet temporum series: quotus autem annus fuerit Pontificatus, adjectus minimè fuit, cum esset primus. Quandoquidem nec primus ordine, sive annus, sive Pontifex, aut Princeps dicendus est, nisi accesserit secundus. Donec enim accesserit terminus, non confurgit relatio, norunt pueri dialectici.

IN CAPUT LVII. NOTÆ.

- (a) Hujus Papæ temporibus, Sico Epif. Cap. homo utique, & sæcularis, & illiteratus, antiquitus ad Arcum.
- (b) def. quia templum ejusdem Dianæ inibi fuit.
- (1) Antiquitatis peritum se prodidit, qui in Codice A hæc verba addidit explicativa, quippe Dianæ Tifatinæ (à Tifata monte proximo) templum ibi fuisse, & si Auctores silerent omnes, ex solis lapideis literatis monumentis, ibidem adhuc extantibus, habere potuit.
- (2) Idiorismus frequens Petro Diacono, ponendi *neutraliter quod, pro quæ, vel qui*. In titulo Regulæ. *Simplicius, quod Christi famulus*. Intra lib. 4. c. 125. *Per anulum, quod manu gestabat*, ex Italico *che*. Reperitur & in aliis semibarbaris Scriptoribus.

T t

Dianæ inibi fuit ) nunc verò ad Formam dicitur , ( 3 ) quam prædeceffor fuus ex longo jam tempore Monacho noftro ad Monafterium ibi conftituendum concefferat, violenter aufereus , cuidam Diacono fuo in beneficium dedit . Quod cum auribus prædicti venerabilis Papæ Marini per eundem Monachum intimatum fuiffet, mox Apoftolicæ auctoritatis ( 4 ) litteras Epifcopo præfato tranfmifit , quibus acriter in illum invectus , & de canonum ignorantia , & de inciticia litterarum , & de familiaritate sæcularium , & de præfumptiva transgreffione prædecefforis fui conftitutorum, eum diftrictè redarguit . Mandat etiam , ut fine aliqua mora præfatum Ecclefiam Monacho illi reftituat , ut in ea , ficut ab antecelfore fuo , fub anathematis etiam obligatione difpofitum fuerat , Monafterium fiat , quod videlicet Monafterium, tam ab ipfius Epifcopi, quàm & ab univerforum fuccefforum fuorum, ex tunc, deinceps inquietudine, ac moleftia liberum , fub custodia , & poteflate Monafterii Sancti Benedicti , quod tunc in Capua erat , perpetuò permanfurum conftituit . Diaconum verò illum , cui prædictus Epifcopus eandem Ecclefiam concefferat, præter in fervitio altaris , ab omni confortio eufdem Epifcopi privatam effe percenfit . Quòd fi omnibus his aliquatenus inobediens effet , & Sacerdotali fe honore privatam , & excommunicationis vinculo innodatum fciret . ( 5 ) ( c ) Hugonis quoque , & Lotharii Regum, de univerfis hujus loci poffeffionibus ad hunc Abbatem, præceptum confirmationis habetur . Quique Reges eo tempore præ-

( c ) deficit Hugonis quoque &c. quæ habentur infra in hoc libro cap. 59.

( d ) deficit . His porro &c.

( 3 ) Monachi tanquam apes , ex cœnobiali alveario de more egressi , nova Monasteria , five dicas Cellas conftituere amabant . Vide infra , & lib. 2. cap. 30. 66. de licentia tamen Abbatis . Capitular. Caroli Magni . lib. 6. cap. 138. Ut nullus Monachus Congregatione Monasterii derelicta , ambitionis , aut vanitatis impulfu cellam conftituere sine Epifcopi poffeffione, vel Abbatis fui voluntate præfumat .

( 4 ) Lubet eas ex parte huc adferre , quas integras exemplavit Petrus Diaconus in fuo Regefto num. 9.

Qui in Epifcopali culmine conftitutus , teipsum prius , deinde alios imbuere debueras , fed quia laicali mente , & habitu in principali aula nutritus ad famulandum , ut auditu didicimus , perftitiffi , fecularia magis , quàm jura Epifcopalia meditaris : magisque conventicula Laicorum , quàm Clericorum cœtus defideras , immemor , imo nefcius illius Calcedonenfis Concilii Capitulo oltavo, quòd Epifcopus nullo modo ad Comitatum ire debeat, & cætera in eodem Concilio cap. 9. ut nullo modo improbitas Epifcoporum nitatur ad Comitatum pergere , & reliqua . Hæc , & alia multa magis contra Canones exercens .

Infuper ignoras ftudia literarum , non cum difciplinatis , neque peritiffimis , qui te quiverant instruere : fed cum viliffimis , atque indifciplinatis Laicis , & Clericis imperitis quotidie vaga , atque fecularia meditaris : unde nec Deum , nec homines metuens , plurima contra Sanctam fcripturam agere pertemptas . Sed , quid mirum ? cum etiam , quod benefactor tuus inftituit , qui te ab Agarena emit gente , tu , contumacia , atque imperitia ductus , nec Deum , nec Sanctos Canones metuens aufus es rumpere , nec veritus faltem es transgredere quòd prædeceffor tuus venerabilis Antiftes , qui canonicè eft ordinatus , inftituit , & fub anathematis vinculo religavit , & canonica confirmavit auctoritate , in tantum hoc pro nibilo duxiffi , ut fcriptura cujufdam doctoris teftatur , imperito , & indifciplinato tuo

A ceptum proprium Monafterio Sancti Angeli de Barregio facientes , idque ab Agarenis defolatum, ad priftinum ftatum revocare volentes : univerfa inibi , quæ priores Reges , eidem Regia donatione contulerant , firmaverunt . ( d ) His porro temporibus , cum Cinglenfis Ecclefia à Saracenis divaftata fuiffet , Johannes eufdem Cellæ Præpofitus , quicquid fubpellectilis, vel thefauri quoquo modo fubripere potuit affumens , cum confenfu Abbatis noftri , ( 6 ) Capuas pergit , ( 7 ) atque ibi Monafterium conftituere cœpit . ( 8 ) Quo etiam tempore venerabilis Papa Marinus eandem Ecclefiam Sanctæ Mariæ de Capua , cum omnibus poffeffionibus fuis Cafinenfi Cœnobio per privilegium ex integro confirmavit . ( 9 ) Quod id ipfum fimiliter confirmaverunt , Johannes quintus decimus , Benedictus octavus , Benedictus nonus , Leo , ac Stephanus nonus : Abbatibus noftis Balduino , Aligerno , Manfoni , Atenulfo , Theobaldo , ac Friderico .

B Qualiter Balduinus Abbas Monafterium Sanctæ Sophiæ de Benevento bis recepit .

### C A P U T L V I I I .

C PER idem tempus , cum Monafterium Sanctæ Sophiæ de Benevento Principum violentiâ , per annos aliquot ab hoc Cœnobio fubtractum fuiffet , hic idem Abbas , oftentis Romanorum Pontificum , Regumque præceptis , qui prædictum Monafterium in hoc loco firmaverant , ( 1 ) recollegit illud , & fub ditione Monasterii hujus redegit . Poft hæc , cum à fupra-

D Diacono Ecclefiam Monasterii Sancti Angeli demonte , jam multis annis fub regulari tramite Monachorum confirmatam , tradens , ut ibi ficut quondam , faltationes , & vagationes fiant . Certè fi Dei timorem in animo contineres , non hoc perpetuare , fed contradicere debueras ; etiamfi , quod non credimus , filius nofter tuus Princeps , qui ut agnus innocens in talibus perfeverat , facere voluiffet , & fi , quod abfit , ille in talibus confenfit , tuis eum credimus aftutis , & machinationibus feductum . Unde , &c.

In noftro Tabulario fervatur Codex membranaceus , titulo Regefti Sancti Angeli ad Formas , in quo coloribus expreffæ Principum , Comitum , Abbatum imagines , antiquarum rerum ftudiofis non injucunda præbent argumenta vetuftatis .

( 5 ) Regeft. Petri num. 115. quòd datum afferitur . Idus Majorum anno Dominica Incarnationis 942. Regni Dom. Hugonis Regis 17. Lotharii 13. Indiç. 1. datum in Palatio Ticinenfi .

( 6 ) Pro Capuam , vel ex errore Librarii , vel quòd plurali etiam quandoque numero diceretur , novam & veterem urbem comprehendit .

( 7 ) Qui Saracenorum gladios , & ignes evaferant , viri , mulieresque religiofæ , Capuam , tamquam ad Afylum convolarunt . Primum illuc fe contulerant Monachi Sancti Vincentii ad fontes Vulturni , fupra cap. 53. Deinde noftri Cafinates , de quo ibidem : tandem hæc Moniales Sanctæ Mariæ in Cingla , tuis jam Monasteriis exuftis , ac deletis .

( 8 ) Eomet ipfo Privilegio , quo Abbatiam univerfam Abbati Balduino confirmavit , de quo in fine capitis præcedentis .

( 9 ) Horum , aliorumque Pontificum Privilegia collegit in fuo Regefto Petrus Diaconus n. 12. 14. 15. 16. 18. 20. & 21. videndus etiam n. 39. & 41.

### I N C A P U T L V I I I . N O T Æ .

( 1 ) Extrat Præceptum Landulfi de reftitutione Sanctæ Sophiæ in Reg. Petri num. 207. datumque afferitur . Tertio Calendas Februarii in anno 43. Principatus Domini Atenulfi , & Quarto Principatus Domini Landulfi filii prædicti Landulfi gloriofi Principis indiç. 1. anno fcilicet Chrifti 943.

supradicto Domino Marino Papa Romæ evocatus fuisset, eique quoniam magnæ prudentiæ, ac (a) potentiæ videbatur, (2) Abbatiam Sancti Pauli idem Pontifex commisit, rursus à Principibus Monasterium Sanctæ Sophiæ pervasum, & à nostra ditione subductum est. Sub his fermè diebus, cum defuncto Marino, Agapitus in Sede Apostolica successisset, eique super hoc idem Abbas conquestus fuisset, (3) scripsit protinus prædictis Principibus idem Apostolicus, increpans eos acriter, cur talia agere præsumpsissent: monens pariter, & obsecrans, ut idem Monasterium præfato Abbati sine aliqua mora ex integro restituerent, quòd si aliter facerent, scirent se vinculo anathematis innotandos. Hujus imperio parens protinus Atenulfus Princeps, & ipsum Monasterium Abbati nostro restituit, & per suum præceptum, quemadmodum à Domino Arichis primitus hic oblatum fuerat, cum omnibus, quæ ibi postmodum à singulis Principibus concessa sunt in hoc cœnobio, in perpetuum confirmavit. Quo etiam tempore, (4) octo familias (b) liberorum hominum in Cella Sancti Benedicti de Caudis ab eodem Abbate rogatus concessit. (5) Nec-non & aliud præceptum illi de totius Abbatiaë pertinentiis fecit.

*Item Judicium Papæ Agapiti de Monasterio Capuano, & de Sancto Stephano de (a) Terracina.*

## CAPUT LIX.

Circa hos dies, cum Monasterium quoque nostrum, quod tunc Capuam erat, (1)

(a) deficit, potentiæ.

(b) deficit, liberorum.

(2) Quam, & simul nostram hanc Casinensem à Balduino administratam fuisse, inferendum videtur ex iis, quæ de Abbate Aligerno tradit Ostiensis infra lib. 2. cap. 1. *Hic itaque Neapolitanus genere in Monasterio Sancti Pauli apud Romam sub prædicto Abbate Balduino Monachus factus est: postmodum autem ab eodem Abbate hic translatus, &c.*

(3) Non inmetipsis, qui pridem eam Ecclesiam Sanctæ Sophiæ nostro Monasterio reddiderant: sed absolute Principibus Beneventanis, qui tunc rerum potiebantur. Nam sedente Papa Agapeto obierat jam longævus ille Princeps Landulfus. Apostolicarum literarum exemplum retulit Petrus in Regesto num. 11.

(4) In Codice B. deficit *Liberorum*. Verba autem ipsius Præcepti in Reg. num. 208. sunt hæc. *Per rogum Balduini venerabilis Abbatis Carissimo Patri nostro concessimus in Ecclesia Sancti Benedicti, quæ est Cella in loco Caudis hos homines Liberos, Leonem, Bernardum, Lupum, &c. & sanè liberos homines, nulla præcedente culpa, servituti adjicere, insolens per ea tempora, mihi que adhuc inobservatum, nisi Codex A. Liberorum hominum accepit, larga significatione, pro libertate donatis sub conditione operarum, quod est Libertis, & Aldionibus, de quibus supra cap. 54.*

(5) Præpostero ordine meminit extremo hoc loco Præcepti, dati eadem die, quæ Abbas Balduinus prima vice Monasterium Sanctæ Sophiæ, ut exposui, altero Præcepto recuperaverat. Regest. num. 311.

## IN CAPUT LIX. NOTÆ.

(a) Terraceno.

(b) quodammodo sæculariter.

(c) monstraverat. Hugonis etiam &c. *quæ notantur supra cap. 57.*

(1) A quo nec Principes, qui his succedere, omnino se temperarunt. Vide infra lib. 2. cap. 58. 61. 64. 93. lib. 3. cap. 8. 45.

(2) Has literas ex parte retulimus supra in notis ad cap. 53.

(3) Scilicet, ut Capuanum Monasterium ad sua initia rediret, quando ibi in Ecclesiola, ac

*Tom. IV.*

A sub sua jam ditione cupiditatis, seu lucri gratia, Principes redeissent, & hac occasione Fratres ibi degentes (b) omnino sæculariter viverent: cognito hoc supradictus Papa Agapitus, per suggestionem nostri Abbatis, (2) mandat confestim præfatis Principibus Apostolicæ auctoritatis acres nimium litteras; redarguens vehementer, & increpans eorum nequitiam, cur tantum nefas committere ausi fuissent, præcipiens insuper, ut nullam ulterius in eodem Monasterio dominationem exercere præsumerent. Monachi verò universi ad proprium cœnobium Casinense, (3) relictis ibi duobus tantum, aut tribus senibus Fratribus, (4) cum omnibus Monasterii rebus protinus reverterentur: ibidem sub Abbate proprio regulariter Domino servituri. Quòd si, vel Principes, vel certè Monachi aliter agere præsumerent, aut aliquis aliquid de rebus ejusdem Monasterii invadere, vel aliquam inde (5) ordinationem præter Abbatem facere temptarent, scirent se, nisi resipiscerent: auctoritate Apostolica excommunicandos. (6) Aliud etiam Privilegium adquisivit præfatus Abbas ab eodem sancto Pontifice de Monasterio sancti Stephani juxta Terracinam, (7) quod Beatus Benedictus (sicut in vita ipsius legitur) per visionem mirabiliter apparens, ædificari (c) monstraverat.

## De

Domuncula de lignis contexta, quas extruxerat Majo Abbas Sancti Vincentii, tres tantum, aut quatuor fratres vetuli morabantur, ut supra cap. 53. & quidem prudentissime *Vetuli*. Juniores enim non in parvis degere Monasteriis, sed in amplioribus decet erudiri.

(4) Nec tamen omnes tunc reversi. Intra lib. 2. cap. 1. *Jam tamen paulo ante, sub Balduino scilicet Abbate, Monachi nostri, qui eatenus primò apud Teanum, postmodum verò apud Capuam commorati fuerant, præcepto Agapiti Papæ Secundi, ex parte reversi erant.* Sed nec, qui Balduino successit Abbas Majelpotus, tunc reversus ad hoc Monasterium videtur. Quippe Ostiensis in prologo hujus libri primi, septem Abbates, post necem Bertharii, apud Teanum, & apud Capuam commoratos fuisse refert, inter quos, procul dubio, enumeravit Majelpotum, quo septenarius hic numerus expletur. Hi fuere Angelarius, Ragemprandus, Leo, Joannes, Adelpertus, Balduinus, & Majelpotus, omnium postremus. Indeque factum reor, ut Ostiensis secundum librum ab Aligerno inchoaverit, qui scilicet primus Monasterium Casinense reinchoavit, ut ipse loquitur. Jussit ergo Agapitus Papa Monachos Casinum redire; sed justificatione morali, & ex regulis prudentiæ exequenda: multa quippe præmittenda erant, ut executioni mandari posset.

(5) Hæc verba ex Codice B. induximus, quæ deerrant Codici A. Sensus autem non est, quòd Abbatis ordinatio ad Principes spectaret, sed quòd nihil, nisi ab Abbate, ibi ordinaretur, ut ex verbis liquet.

(6) Reg. num. 12.

(7) D. Gregorius 2. Dialog. cap. 22. Perduravit hoc Monasterium sub ditione Casinensis Cœnobii ad annum 1637. cum ab Abbate, cujus memoria nunquam in benedictione erit, alienatum est, sanioribus Monachis ægerimè ferentibus, verustissimam possessionem, Sanctissimi Patriarchæ egregio miraculo consecratam, & quæ iniquo etiam pretio redimi meruisset, nulla necessitate cogente, Casinatus post undecim secula deperire.



De Studio Abbatis Majelpoti, & de oblationibus quorundam sub eo, & qualiter Aligernus Abbas sit ordinatus.

## CAPUT LX.

(1) **M**ajelpotus Abbas vicesimus sextus, fedit annis VI. (2) (2) Fuit temporibus Imperatorum Romanorum, & Nicephori. Hic de Præpositura Monasterii hujus Abbas effectus, (3) recepit à prædicto Principe Landulfo præceptum de omnibus generaliter rebus, & possessionibus hujus Monasterii. (4) Nec-non de terris, & fundis in Liburia, loco qui dicitur ad (b) Trefone, tam nostro Monasterio, quam & ejus palatio in loco ipso pertinentibus. Aliud etiam præceptum fecit prædictus Princeps eidem Abbati specialiter de aqua Saonis Fluvii, & cæterarum aquarum cum ripis, & limitibus suis, & de fœminis liberis, quæ essent servis Monasterii copulatæ: necnon & de pertinentia Abbatæ totius. Sub hoc Abbate, (5) Leo quidam Presbyter civitatis Larinensis, qui postea Episcopus factus est, obtulit huic Monasterio Ecclesiam sancti Benedicti, quæ sita est intra eandem Civitatem, cum omnibus rebus, & pertinentiis suis, quam etiam postmodum tempore Aligerni Abbatis, præ-

## IN CAPUT LX. NOTÆ.

- (a) deficit, fuit temporibus, &c.  
 (b) Trefone.  
 (c) deficit, Landulfus.  
 (d) ejusdem loci.  
 (e) deficit, Judici.  
 (f) Per eos dies, cum Basilius Imperialis, &c. quæ habentur cap. LVIII.
- (1) non integris. Nam erat Abbas *Tertio Cal. Septembris Indictione secunda*, anno scilicet Christi 944. quando recepit Præceptum totius Abbatæ à Principe Landulfo, de quo paulò post. Aligernus autem electus fuit post ejus transitum, *Octavo Kal. Novembris*, ut ad finem hujus capituli, anno videlicet 949.
- (2) Multipliciter hunc locum vexarunt inepti Censores. In Codice B. tota hæc clausula deficit, vel quia Leo illam omisit, ut mihi vero est similis, vel quia ab aliis expuncta est. Editio Veneta deletit verba illa, *Temporibus Imperatorum Romanorum*. Lauretus in Neapolitana, expuncto nomine Nicephori, nomen substituit Constantini, deletis simul verbis illis *Imperatorum Romanorum*: Lectio à nobis expressa, ex fide est Codicis A, qui Leonis, & Petri universum Chronicon complectitur, nec tamen omnino nobis probata. Nicephorus enim multos post annos à sede Majelpoti, imperavit, nimirum ab anno 963. ad exeuntem annum 969. sedente Abbate Aligerno. At recta, & probanda quoad illud *Temporibus Imperatorum Romanorum*. Nam, quod ait, *Romanorum*, non ad Imperatores Occidentis Romanos referendum est: sed ad Imperatores Orientis, qui propriis nominibus vocati sunt Romanus Secundus, & Romanus Tertius: vel potiùs ad Filios Romani Lacapeni, Stephanum, & Constantinum, qui exulato Patre, simul imperarunt cum Constantino Porphyrogenito Filio Leonis, per annos Christi 944. & 945. de quibus legendus Cedrenus pag. 522. & 523. Hæc autem nominum, cognominumque æquivocatio, ignorata à prædictis, in discordes, absonas, & ineptas coëgit eos abire sententias. Infra lib. 3. cap. 32. *Romanus Diogenes*.
- (3) Cujus exordium in Regeſto Petri, nam. 209. tale est, *Adelpertus venerabilis Episcopus Sanctæ Capuana sedis exoravit nostram clementiam, ut pro amore Dei, & mercede, ac redemptione animæ nostræ concederemus, & confirmarem in Monasterio Beatissimi Be-*

A fatus Princeps (c) Landulfus in hoc Monasterio suo præcepto firmavit. Similiter etiam quidam (6) Johannes Monachus natione Capuanus obtulit in hoc loco Ecclesiam sancti Viti, (7) quæ constructa est in monte sanctæ Agathæ supra Capuam, (8) prope locum qui dicitur Ferruzanum, cum ipsa aqua, & molendinis, & cum omnibus omnino (d) ejusdem Ecclesiæ pertinentiis, necnon & universis mobilibus, & immobilibus suis. Hic fecit libellum cuidam Aregisi Teanensi de Ecclesia sancti Adjutoris de Alife, cum omnibus pertinentiis ejus, & cum silva, quæ dicitur Carulifca, & cum aliis nonnullis possessionibus, quas in ejusdem Civitatis Territorio tenere videbatur: receptis ab eo præter annualem censum (9) vifanteis quattuor. Cuidam etiam Urſo (e) Judici fecit libellum in annis quindecim de omnibus aquis, & piscariis, seu terris de tota pertinentia Lesinensi: pro tribus vifanteis, & quadringentis anguillis bonis, (f) per singulos annos mense Novembrio. (10) Basilius quoque Imperialis Protospatarius cum esset apud Salernum, adeuntibus illum Monachis nostris, carrulam restitutionis, & confirmationis fecit de omnibus pertinentiis Monasterii hujus, per totam Apuliam, quas eo tempore perditas habebamus, idest Ecclesiam sancti Benedicti de Lesina, cum omnibus pertinentiis suis, & ca-

C

nedicti, situ in Castro Casino, ubi nunc, Deo favente, Magelpotus venerabilis Abbas regimen tenere videtur, & in fine. *Data Tertio Calendas Septembris anno 5. Principatus Domini Landulfi, &c. Indiſt. 2.* Qui, ut monui supra, annus fuit Christi 944.

(4) Regeſt. num. 210.

(5) Regeſt. num. 211.

(6) Regeſt. eodem num. 211.

(7) Primitus appellabatur mons *Tifata* nunc dicitur *mons Sancti Nicolai* ab ædificula, in ejus cacumine extructa; ubi olim munitissima fuit arx. Infra lib. 2. cap. 60. *Uſque ad Ecclesiam Sancti Marci, quæ est ad radicem montis Sanctæ Agathæ*, cap. 61. *In Arce, quam in monte Sanctæ Agathæ, qui Capus imminet, paulò ante construxerat*, cap. 65. *In Roccam Sanctæ Agathæ*, & Desiderius lib. 1. *Dialog. In arce, quam non longè à Capuana urbe, in monte, qui Sanctæ Agathæ Martyris dicitur, construxerat, & infra iterum.*

D

(8) Adhuc dicitur *Ferruzano*, sed non adjacet monti Sanctæ Agathæ, à quo intermeante Vulturno fluvio, dirimitur. Michael Monachus in Sanctuario Capuano parte 2. ubi de S. Offa credit pro *Ferruzanum, Sarzanum* scribi debuisse. Nam *Ferruzanum*, inquit, nunc *Ferranzano*, ultra fluvium est: *Ecclesia autem Sancti Viti post tergum montis. Nomen adhuc extat, & ruina supersunt.* Sic ille, *Sarzanum*, indicans locum, qui ex desito ibi pago, hoc retinet nomen, eique ad radices montis à latere septentrionali, ubi & Sancti Viti Ecclesia. At huic Michaelis Censuræ obstat primò, quòd in Sarzano nullæ aquæ ad molendum sufficientes, nisi quas potui apras Capuani formarum operà in tuam urbem ducendas curarunt. Secundò, quia Sarzanum non Joannis hujus Monachi oblatione Casinensi Monasterio cessit, sed Principis Ricardi Primi, ut infra lib. 3. cap. 36. *Leviora tamen sunt hæc, ut ad ea concilianda, diutiùs hæreamus.*

E

(9) & paulò infra *Bifanteis tribus*. Frequens enim græcisantibus illis ætatibus V. consonam, & B. permutare, quòd à Vasconibus nunc retentum, notans Scaliger, Vasconibus *Vivere, Bibere esse*, iussit Epigrammate.

(10) Regeſt. num. 112. Cujus tamen tempora, vel Interpretis Latini, vel imperitiâ Librarii, nulla ex parte subsistunt.

fas aliquot dirutas intra eandem Civitatem, Piscariam de Lauri, & aliam Piscariam ibidem. In Asculo Casam solariatam, & curtes, & puteos. Ad Melesianam curtes, & puteos. Ad Sanctum Johannem in Ruliana curtes. Ad Sanctum Decorentium terras. In Canusio vetere Ecclesiam Sancti Benedicti, & molendinum, & Curtes. In Minervio speluncam, ubi est Ecclesia Sancti Salvatoris, & terras. In Andre vineas, & olivas. In Rivo, qui dicitur de Monacho curtem. (11) Hæc omnia præfatus Basilius reassignari fecit Fratribus nostris: confirmans eadem per cartam proprio sigillo bullatam. Post transitum igitur supradicti Abbatis, cum convenissent in Capitulo Monasterii Capuani Dominus (g) Adelbertus egregius Præsul Ecclesiæ Capuanæ, & (12) Dominus Ardericus Episcopus, Leo quoque venerabilis Abbas Sancti Martyris Christi Vincentii, nec-non & nobilissimi iudices prædictæ civitatis, Arechis, & Sadelfrid, & (h) Adenulfus Castaldeus (13) VIII. Hcl. Novembris omnibus unanimiter anauentibus, atque laudantibus, electus est ab universis Fratribus, cum maximo (i) gaudio, atque lætitia in Abbatem, Dominus Aligernus Præpositus tunc Monasterii hujus,

(g) Adelpertus.

(h) Atenulfus.

(i) voto, atque.

(k) divina scientia.

(11) Hinc intelligimus omnia eadem loca hic descripta, tunc à Græcis possessa.

(12) Cujus sedis? Videtur *Ardericus* ille *Calatina Ecclesia Episcopus*, qui subscripsit Bullæ Stephani Cajacensis Episcopi in prædicto Sanctuario Capuano pag. 775. Ea urbs inter Capuam, & Gaudium olim in Via Appia jam defecerat, cujus Episcopalis sedes translata fuerat in proximam novam urbem Casertam: sed Episcopus prisicum suæ sedis in multos annos servavit nomen. Pari omnino exemplo ac Episcopus *Calinensis*, sive dicas *Calenus*, diutius dictus fuit Foroclaudienfis, ut in actis Sancti Martini apud Regestum Sancti Placidi in nostro Archivo, & ex collatione Bullæ Alexandri Secundi de Consecratione Ecclesiæ Casinensis, cum historia dictæ Consecrationis. Nam in descriptione ejus solemnitatis, recensetur nomen *Joannis Episcopi Caleni*: Bullæ autem subscripsit cum cæteris Episcopis, *Joannes Episcopus Foroclaudienfis*. Episcopus nimirum desitæ non longe à Calinio urbis Foroclaudii, & ex actis Sancti Bernardi Episcopi Calinensis.

(13) Annum fileat, sed ex tempore sedis antecessoris Majelpoti statuendus est annus 949. ut ex notatis.

(14) non qua ille infra lib. 2. cap. 58. *seculari ingenio vebemens*: nec qua ille lib. 4. cap. 42. *seculari astutia callidus*.

## IN CAPUT LXI. NOTÆ.

(a) Denique post mortem.

(b) *deficit*, felici forte.

(c) filius Evardi.

(d) *deficit*, Tunc temporis, &c. usque ad illa, Guido autem.

(1) Imò erit valde opportunum, vel ob id præcipue, ut hinc valeamus agnoscere ulterioris etiam Italiæ per ea tempora luctuosissimam conditionem, quando ejus Reges, sive (ut cum Sigeberto loquar ad annum 937.) *ejus Tyranni, quasi conductivi Mercenarii, alter alteri succedentes, miserè eam dilaniarunt*. Aded tamen compendiosè Auctor noster hanc materiam enarravit: ut implexè potiùs, & saltuatim. Rem conabimur planam facere, & extricare.

(2) Ludovici nempe secundi, filii Lotharii primi, qui culmen Imperii monastica demissione commutavit.

(3) Cap. 29. 30. & 36. quæ magna ex parte accep-

A vir venerabilis & valde honestus, & (14) tam (k) divina, quàm sæculari prudentia præditus.

## Qualiter Regnum Italiæ à Francis ad Teutonicos sit translatum.

## CAPUT LXI.

(1) **H**oc loco, qualiter Regnum Italiæ à Francis ad Teutonicos sit translatum, non videtur otiosum compendiosè perstringere. (2) (a) Post mortem Ludovici filii Lotharii, (3) de quo superius plura jam diximus, qui videlicet cum fratribus, Lothario, & Carlitto Francorum Regno partito: Italiam (b) felici forte per tempus aliquot retinuerat. (4) Invasit Regnum Italiæ Berengarius Forojulienfis (c) filius Eberardi Marchionis: sed mox (5) in ipsis suis primordiis, (6) à Guidone filio Guidonis Comitis, duobus præliis superatus. (7) Veronam tandem aufugit. (8) (d) Tunc temporis defuncto supradicto Agapito Papa Secundo, Joannes undecimus natione Romanus Alberici Romanorum Consul filius, illi in Pontificatum succedit. (9) Guido autem cum per annos cir-

ta sunt ab Ignoto Casinensi, universa verò ex Erchemperto locis ibidem allegatis.

C (4) Compendiosè ista nimis: Post mortem enim Ludovici secundi filii Lotharii Italiæ Regnum successivè obtinuerunt Carolus, hoc nomine secundus, cognomine Calvus, Carolus tertius, cognomine Crassus. Igitur non immediate post mortem Ludovici, sed post Carolum Crassum, Berengarius Italiæ Regnum invasit. Erat autem Berengarius ex Langobardis Principibus lineam ducens, eorumque jure Regnum repetebat. Schedelius chron. universalis pag. 176. Berengarium, in *bellicis artibus prudentissimum* vocat Sigonius, *Religiosum, & mitem*. Italiæ autem Regnum quandoque *Langobardia* appellatum reperitur in divisione Caroli Magni, *Italiam verò, quæ & Langobardia dicitur Pipino dilecto filio nostro*.

(5) Variâ fortunâ dimicavit Berengarius, & per vices diutius regnavit.

D (6) Spolerti Duce, Stephani sexti Pontificis fratris filio; & ab eodem Pontifice in filium adoptato. Epitom. Baron. anno 885 Francorum. Rex à regni proceribus postulatus Guido, & à Stephano declaratus. Sigon. an. 887. Hist. Franc. tom. 3. pag. 223. dum Regnum adepturus Gallias petit, à Gallis rejicitur, indignantibus, eum sibi Regem imponere, cujus Majordomus, in Regalibus pompis parandis fordide se gessisset. Luitprand. lib. 1. cap. 6. Fuerat autem Guido arctissimo amicitiaæ fœdere Berengario primùm obstrictus. Tum, regnandi cupiditate, fœdistragus inimicus.

(7) Verona Berengario non semel Asylum, & Veronensium sanè incorrupta erga illum fides. At ibidem à Flamberto, seu Phamberto sibi in primis caro, & Compatre, in templi aditu proditus, & confossus interiit. Constant. Porphyrogen. cap. 36. *Cum Veronam abiisset Berengarius, occidit eum Compatre ipsius Phambertus*, Luitpr. lib. 2. cap. 29.

(8) Clausula hæc nec Leonem agnoscit Auctorem, nec suo loco collocata. Petrus Diac. nisi fallor, Gentilis sui memoriam opportunè importunè intrusit. Ideoque infra addidit, *supradictus*, quod minimè scripserat Ostiensis. Cæterùm hunc Joannem filium Alberici alii numerant duodecimum. Quippe undecimus non Alberici, sed Sergii Papæ nothus filius perhibetur, successitque Joanni Decimo, non Agapito secundo.

E (9) Diuturnius Guidonis Regnum alii faciunt, ejus privilegium de anno 892. Imperii ejus primo, reperies apud Ital. sacr. tom. 2. col. 120.



circiter sex, Regnum obtinisset, (10) vomitu cruoris extinctus, (11) (e) tradidit illud filio suo Lamberto. (12) Quo etiam similiter post sex annos defuncto: (13) Ludovicus filius Bosonis Regis Provinciae regnavit per annos tres. (14) Contra quem rursus filius Regis Burgundiae Rodulfus nomine Italiam venit. (15) (f) Posthac supradictus Johannes Papa Undecimus, junctus cum Magnatibus Italiae: depulit ex ea Rodulfum, & mittens (16) invitavit Hugonem Aquitaniae Ducem, qui tunc, & prudentia maxima, & virtute multa pollebat. (17) Qui Rex protinus ordinatus, una cum filio Lothario strenue satis, ac viriliter Italiae Regnum per aliquot annos obtinuit. Cum hoc Ugone venit Italiam Azzo (g) Comes, avunculus Berardi illius, qui cognominatus est Franciscus, (h) propinquus ejusdem Regis, à quo videlicet Marforum Comites procreati sunt. (18) Non multo post praefatus Hugo, coronato filio, (19) & nobilissima illi conjugē Adelaide, ex proceribus Tusciae conjuncta, cum ab eodem, utpote senex, aliquas jam coepisset molestias, atque ingrattitudines pati, relicto ei Regno, ipse in Burgundiam cum omni thesauro suo, & universis divitiis, recessit, ibique Monasterium de propriis sumptibus ditissimum con-

- (e) reliquit illud filio suo Jamperto.  
 (f) Interea Johannes.  
 (g) Comes. Burgundiae.  
 (h) deficit, propinquus ejusdem Regis.  
 (i) Adelachis ad Ottonem.  
 (10) Cum enim Arnulfum Germaniae Regem, qui Berengario favebat, vehementius insequitur, venà pectoris repente abrupta, ad Tarum fluvium in Emilia, vitam profudit cum sanguine. Luitprand. lib. 1. cap. 10. Puteanus lib. 5. pag. 26.  
 (11) Sigon. lib. 6. an. 894. *Italici, qui Vidonem secuti fuerant, Berengarii adversus se iracundiam veriti, Vidonis partes tueri perseverant: & se ad Lambertum Vidonis filium Regem, qui Spoleti sedebat, contulerunt, eumque ad repetendum Regnum, à Berengario occupatum, auxilia sua polliciti, incitarunt.*  
 (12) Fato non suo: nam ab Ugone, cujus patrem Manfredum Ducem Mediolanensem, Lambertus occidi jusserat, ipse Lambertus inter venandum occisus. Luitprand. lib. 1. cap. 12.  
 (13) Narbonensis Gallia dicta quandoque Regnum, quandoque Comitatus. Hic Ludovicus semel, & iterum in potestatem veniens Berengarii, clementer, generosèque dimissus fuit, secunda vice exoculatus.  
 (14) Riccardi filius superbissimus. Luitprand. lib. 2. cap. 16.  
 (15) Alii Ugone à Joanne Decimo invitatum tradunt.  
 (16) Italiae Primates, Lambertusque Archiepiscopus Mediolanensis vir potentissimus, Joanni Pontifici consentientes, Hugonem vocant Ducem Aquitaniae, inquit Leo, alii Comitem. At saepius confunduntur. Genebrardus Regem *Arrelatensem* vocat.  
 (17) Hugone in Italiam adventante, Rodulfus in Sueviam, subsidia à Burcardo socero petiturus, aufugit. Hugo Mediolani à Lamberto praedicto Italiae corona redimitur. Inde Manruam ad Joannem Pontificem abit; cum quo foedus init. Sigon. lib. 6. an. 926. Certè annus 929. erat quartus Hugonis regni, ex ejus diplomate apud Ital. sac. tom. 2. col. 197.  
 (18) Lothario.  
 (19) Adelaïs variè scripta, & pronunciata invenitur pro varietate dialecti, Latinae, Italicæ, Gallicæ, Teutonicæ. Constant. Porphyrogen. lib. 6. de administ. Imper. cap. 26. Latine redditus. *In Burgundiam profectus est Rex Ugo, & Rodulfi uxorem Bertam sibi junxit: Filiam verò ejus Adbelesam dedit Lotbario filio.* Luitprand. lib. 4. cap. 6. *Burgundiorum Rex Rodulfus mortem obiit, cujus viduam*

A struens, quod Sanctus Petrus de Arle nuncupatur: in eodem (20) Monachus est effectus. (21) Lotharius deinde post IV. ferme annos in subitam frenesim incidens, ultimam diem explevit: & ita ipse Francorum Regibus deinceps in Italia regnandi terminum dedit: Quo defuncto uxor ejus (i) Adelaïs ad Attonem propinquum suum (22) in Canussam, Arcem valde munitissimam, confugit. (23) Cum interea praedictus Berengarius cum filio Alberto strenuissimo valde viro, rursus Regnum invadere cupiens, ac per hoc praedictam Reginam capere modis omnibus satagens, per triennium ferme, praefatam arcem obsedit. Atto interim cum Regina consilio habito, (24) nuntium ad Ottonem Saxoniae Ducem, Ungarorum tunc victoria gloriosum, transmittunt. Qui ei omnia, quæ circa illam gerebantur referret, eumque oraret, quatinus ad Italiam confestim transire, eosque de Berengarii obsidione liberare, Reginamque ipsam in conjugium simul cum Regno deberet recipere. Jam ferè praedicta Arx ad deditonem h. stium cogeatur: cum ecce dispositione Dei, transmissus à Regina nuntius subito rediit, & quoniam propter diligentissimam obsidionem, nullus illi in Arcem dabatur ingressus, (25) litteras, & anulum, quem à Duce

- C *nomine Bertam Rex Ugo, Alda Lotbarii Regis filii sui matre defuncta, maritali sibi conjugio sociarat: sed & filio suo Regi Lotbario, Rodulfi, & ipsius Bertæ natam, nomine Adbeleidem, tum forma honestissimam, tum morum probitate generosam conjugem tulit.* Coegrad. etiam Upergens. & alii. Lotharius Adelaïdi verò Papiam nomine dotis assignavit. Puteanus lib. 4. quæ ibidem, hoc est Papiæ, magnifica regie pietatis monumenta reliquit.  
 (20) Vide Sigon. an. 949. Bucelinum ad annum 944.  
 (21) Sigon. ibidem. Qui calamitate vexatur, etiam si sapiens sit, delirat. Quamquam hoc Sophoclis dictum improbatum à Plutarcho in Phocione, cui adversa fortuna non diminuit sapientiam. Sed neque Tragici, neque Chronici generaliter vera est propositio. Quibusdam vexatio dat intellectum, & calamitas virtutis occasio est. Quosdam demerit; prout, vel naturâ, vel disciplinâ variè sunt preparati.  
 (22) *Canussa* ad Anitiam fluvium (vulgo Lenza) in agro Regienfi, nunc etiam *Canossa* vocatur.  
 (23) Minimè *Praedictus*, quem Guido è regno deturbat, & Veronæ occisum praediximus: sed Berengarius secundus, primi ex filia nepos. Sigbertus ad annum 940. *Berengarius junior, Berengarii senioris ex filia nepos, timens Regem Ugone se persequerentem, pro eo, quod Regnum Italiae affectaret, ad Ermandum Suevorum Ducem, & per eum ad Ottonem Regem fugit.* Itaque ob nimiam festinationem Ostiensis noster, cum ex variis Auctoribus exciperet, hanc sanè implexam admodum Italicorum Regum seriem, geminos hos Berengarios in unum conflavit. Cui fortasse imposuit Auctor quispiam antiquus æquè, ac rudis, qui apertè eos non distinxerat. Sicuti nec palam discrevisse videtur nostro Leone recentior Otto Frisingensis lib. 6. cap. 15. & 19. In diplomate hujus Berengarii, & Adelberti apud Ughellum Ital. sac. tom. 2. col. 150. annus 950. perhibetur primus regni eorum.  
 (24) Non sic Vvitichindus lib. 3. cujus hæc sunt verba. *Cumque eum (Ottonem) virtus praefata Regina non lateret, simulato itinere, Romam proficisci statuit. Cumque in Langobardiam ventum esset, aureis muneribus amorem Reginae super se probare tentavit. Vvitichindus secutus est Abbas Upergens. Auctor verò noster sectatus est Reginonem, Flodoardum, aliosque. Utramque tamen narrationem complexa videtur Hrosuitha de Gestis Otronum carm. 20.*  
 (25) Vide lib. 2. ad c. 2.

Duce detulerat, callidè fatiſ ſagittæ inferuit, & arrepto arcu, nemine id ſuſpicante, in Arcem illam trajecit. Tenor itaque literarum hujusmodi erat, quòd idem Dux (k) cum exercitu jam tranſiſ Alpibus Veronam veniſſet, ejuſque filius Litulfus Mediolanum ſe præceſſiſſet: in proximo illis venturo auxilio viriliter agerent: ſe, tam de conjugio, quàm de aliis Regni utilitatibus, pro illorum voto, auxiliante Deo, facturum. E veſtigio igitur Duce veniente, & (25) fugato Berengario, atque (l) Alberto: ſoluta obſidio eſt, captis duabus ejuſ filiabus, atque in Teutoniam terram tranſmiſſis exilio, (27) moxque (m) Adhelaidis conjugium Otto fortitus, Teutonicis Regibus ex tunc, & deinceps in Italia regnandi initium extitit, (28) ac non multò

(K) *deſcit, cum exercitu.*

(l) *Alperto.*

(m) *Adelaidis.*

(n) *nongentefimo.*

(26) *Friſingenſ. lib. 1. cap. 19. Rex (Otto) Italiam ingreſſus, Reginam, à captivitate liberatam, uxorem accepit, pulſoque Berengario, Natale Domini Papia celebravit, & ſic verno tempore in patriam rediens, Conradum Ducem ad perſequendum Berengarium ibidem reliquit. Nec aliter alii Friſingenſe antiquiores.*

(27) *Italicum Regnum tunc quidem ſuſcepit, non tamen detinuit Otto, qui in patriam cum nova conjuge reverſus, non multò poſt, beneficiario jure illud Berengario reſtituit, ejuſque filio Alberto, ſeu Adelberto, qui per aliquot annos regnarunt. Conſule Vvitichindum lib. 3. Friſingenſ. lib. 6. cap. 29. Hermanum Contractum ad annum 951. ſed tandem Italiam Otto repetens, querimoniis fatigatus Itolorum, Berengarium obſeſſum in Caſtro nuncupato Mons Leonis, aliis Mons Fere-trius, nunc *Montefeltro*, dedentem ſe, captivum abduxit unà cum ejuſ Conjuge, & filiis. Ex Vvitichindo, Friſing. Flodoardo, Reginone, & aliis.*

(28) *Verè Poſt, ſcilicet ſecunda jam diſta vice, qua in Italiam rediit, ac Berengarium captivum fecit, ſecumque reduxit. Joannes verò hic duodecimus filius Alberici Comitis Tuſculani, & in Urbe principis viri, nepos Marociæ, quæ mater fuerat Alberici, quamquam penè puer Pontificatum adeptus eſſet, legitimus nihilominus Pontifex fuit. Certè Otto, cum ab eo coronam accepit, puerum illum.*

A poſt Romam ingreſſus, coronam Imperii de manibus Johannis Duodecimi Pontificis Romani, recepit, (29) anno videlicet Incarnationis Dominicæ (n) nongentefimo ſexageſimo ſecundo. Nos itaque jam ſicuti in præfatiuncula hujus operis dixiſſe reminſcimus, tempus eſt, ut primo huic libello terminum demus. Nam ita certè libri termino Lectoris refocilatur intentio, ſicut viatoris labor hoſpicio. Simul etiam dignum exiſtimamus, ut reſtauratio: immo, ut ſic dicamus, reinchoatio tanti Monafterii, unà cum novo Abbate, ſui libri inchoationem, ſeu exordium, annuente Domino, habeat, & ſequentia tempora, ſequentis quoque libri narrationibus proſequantur.

vocabat. *Joannes, inquit, puer eſt.* Luitprandus lib. 6. ubi minutiffimè rem narrat, nec omnino diffiretur Baronius anno 964.

(29) *Vel exeunte anno 961. vel incunte 962. nam octavo Kal. Januarii ea ſolemnitas peracta ſcribitur. Apud Ughell. Ital. ſacr. tom. 2. col. 201. in diplomate hujus Ottonis Magni, annus 692. aſſeritur primus Imperii ejuſ, & in alio diplomate col. 130. annus 963. conſignatur ſecundus ejuſdem. Hac ergo Ottonis inauguratione Italiæ Regnum, & Romanum Imperium cum reliquo Occidentis Imperio revinctum, & copulatum fuit; hætenus poſt mortem Caroli Magni ſæpiùs diviſum, & laceratum. Hic Otto Feudorum leges à Carolo Magno antea diſpoſitas, diſtinctiùs digeſſit, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Capitaneis, Valvaſoribus, Valvaſinis ſeriatim conſtitutis. Sigon. lib. 7. anno 974.*

Filius fuit Henrici, cognomento Aucupis, Regis Germaniæ, Imperatoris electi, non tamen coronati, ideo Auguſti nomen non fortiti, nec inter Imperatores computati. Mater ejuſ Mattilda, Theodorico Saxonum Rege genita. Parùm piè initio Regnum adminiſtravit. Poſtea egregia beneficia Eccleſiæ contulit. Glaber. Sigon. aliique. *Theatrum hiſt. Otto tam læta indolis fuit, ut ab omnibus Amor mundi diceretur, & re ipſa poſteà ſeverum mundi amorem eſſe, in Imperio evidenter demonſtravit.*

In editione Veneta, & Pariſienſi numerus Capitulum primi libri ad 64. exceſſit, quod pro libito præſtitit illius editionis curator Laurentus, vel alius, à quo ipſe acceperit.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

IN-

I N C I P I T  
L I B E R S E C U N D U S  
H I S T O R I Æ H U J U S  
C Æ N O B I I C A S I N E N S I S .

(1) **A** Ligernus Abbas septimo ac vicesimo loco à Beato Benedicto in hoc Monasterio feliciter ordinatus fedit annis XXX. & septem. (2) Fuit autem temporibus primi & magni Ottonis Imperatoris de quo supra diximus, & filii ejus Ottonis Secundi. (3) Principum verò (a) Capuanorum Landulfi, (4) & Pandulfi filii ejus, cui cognomen Caput ferreum fuit, & fratris ejus Landulfi, (5) & item (b) filii Landulfi, (6) Romanorum quoque Pontificum à Johanne duodecimo, usque ad Johannem quintum decimum. A quibus ferè omnibus diversis temporibus nichil negligens tam privilegia, quam præcepta recepit. Inter quæ quintus decimus Papa Johannes ad honorem, & reverentiam hujus loci hoc (7) in suo privilegio super cæteros (c) auctoritate Apostolica addidit. Interdicens omnibus Episcopis, ut nulli liceret ab universis populis huic Monasterio subiectis, vel ab omnibus ubique terrarum sibi pertinentibus Ecclesiis decimas vivorum, aut defunctorum oblationes per quamlibet occasionem auferre.

*De Ordinatione & Studio, seu Captione  
Aligerni Abbatis.*

C A P U T P R I M U M .

**H**ic itaque (1) (a) Neapolitanus genere in Monasterio S. Pauli apud Romam.

I N L I B R I I I . P R Æ F A T I O N E M N O T Æ .

- (a) *deficit*, Capuanorum.  
(b) filii ejus.  
(c) *deficit*, auctoritate Apostolica.  
(1) Ex fide utriusque MS. Codicis, & præterea Venetæ, & Parisiensis editionum. Neapolitana Laureti, cui nil, pro more, imperturbatum, duobus annis demptis, prætulit *triginta quinque*. Cæterum, cum in hujusmodi adnotandis, ac refellendis fidem nostram, Laureti que malè sanam audaciam plusquam satis primo jam libro probaverimus: huic labori deinceps sæpè parcentes, ad seriem Abbatum Casinensium, à Peregrinio summâ diligentia enarratam, Lectorem nunc amandamus.  
(2) Quæ igitur capite ultimo libri primi Ostiensis in unum congestis, per anticipationem in eum angulum rejecta sunt, ne Aligerni actorum ordinem interrumperet: Nam Aligernus fedit ab anno 949. Otto verò coronatus anno 962. à Joanne Duodecimo, ut supra.  
(3) nempè *Secundi*.  
(4) scilicet *Tertii*.  
(5) Hujus nominis *Quarti*. Hæc ex Peregrinio, qui advertit in hac Principum Capuanorum serie deesse Landenulfum.  
(6) Cap. 2. *Minimè negligendum ducens*, & supra primo lib. prolog. sæpè Sanctus Pater Benedictus utitur in Regula.  
(7) Dato Pontificatus anno quinto, mense Novembri, Indiçt. 3. Regest. Petri num. 13.  
I N C A P U T I . N O T Æ .  
(a) Neapolitanorum genere.

**A** sub prædicto Abbate Balduino Monachus factus est, postmodum autem ab eodem Abbate huc translatus, atque post transitum Majelpoti, ut supra dictum est, de Præpositura hujus loci Abbas effectus, super id quod Leo, atque Johannes Monasterii hujus Abbates olim incœperant, restaurare cœpit hunc locum. Qui nimirum à tempore Abbatis Bertharii, quo à Saracenis incensus est per septem & sexaginta circiter annos usque ad se neglectus, ac destitutus, & quasi desolatus penitus fuerat. Jam tamen paulo ante, sub Balduino scilicet Abbate, Monachi nostri, qui eatenus primò apud Teanum, postmodum verò apud Capuam commorati (b) fuerant, præcepto Agapiti Papæ secundi ex parte reversi erant, sicuti jam supra relatum est. Non tantum autem Monasterium, sed & cuncta in circuitu ipsius planities, ita tunc erat Saracenorum infestatione destituta, ut rarus (c) immo ferè nullus inveniretur, qui servis Dei ibi degentibus aliquod obsequium exhibere deberet. Super hæc præterea Teanenses Comites (2) usque ad monticulum Monasterio proximum, qui Torocclus dicitur, res ejusdem Monasterii invadendo pervenerant. Aquinenses verò, quibus Adenulfus quidam cognomento (d) Megalu. in Castaldeum præerat, (3) ab ipso ferè Casino, qui non integris duobus milibus à Civitate Sancti Germani abest, (4) totam, ut vulgo loquar, Flumericam cum universis adjacentis retinebant. Cœpit igitur prudens Abbas Monasterii pos-

(b) necessariò fuerant.

(c) immo nullus.

(d) Megalii.

(1) Ad cætera, eaque egregia Aligerni decora & hoc à Patria elogium accessit. Sapienter, sicut & omnia, illud etiam scripsit ingeniorum Phœnix, Purpuræ nunc magnum decus Pallavicinus. *Tanti est optima Patria, quanti optima educatio. Amplissimus proinde ad felicitatem aditus erit, ibi nasci, ubi virtus in pretio sit, ubi colatur ingenium, bonæ artes alantur, foveanturque. Maximè sanè juvat nobilis Patria ad concipiendas à puero nobiles ideas, & magnifica phantasmata, quæ postea magnorum sint instrumenta facinorum, & incitamenta virtutum.*

(2) Vulgò *Trocchio*, in cujus latere ad ortum vicus ad nostram usque ætatem habitatus, nunc penitus destitutus, paucis ejus colonis ad proximum Castrum Cervarium demigrantibus.

(3) Nominis æquivoco: hinc traductus doctissimus alioqui Geographus recentior, antiquæ urbis Casini situm longius à Sancto Germano agnoscere planè cogebatur: cum tamen exploratissimum sit, vix quingentis passibus ab illa distare. Appellatione igitur hic non venit vetusta Casini civitas, sed rivulus nomine *Casinus*, Indigenis *Le Fontanelle*, *Qui non integris duobus millibus*, ut Leo perhibet, à civitate Sancti Germani abest, supra lib. 1. cap. 8. *Non longè à Casino in loco, qui Plumbariola vocatur*, est autem Plumbariola non longè à rivulo prædicto: & lib. 2. cap. 69. *In Casini Campo*, lib. etiam tertio cap. 39. aper-

US  
NSIS.

loino Monachus fa-  
m ab eodem Abba-  
post transitum Ma-  
est, de Præpositura  
super id quod Leo,  
hujus Abbates olim  
cepit hunc locum.  
Abbatis Bertharii,  
est per septem &  
usque ad se negle-  
quasi desolatus peni-  
culo ante, sub Bal-  
Monachi nostri, qui  
num, postmodum  
morati (b) fuerant,  
secundi ex parte re-  
pra relatum est. Non  
um, sed & cuncta  
ies, ita tunc erat Sa-  
desertura, ut rarus (c)  
ireretur, qui servis Dei  
obsequium exhibere  
æterea Teanenses Co-  
onticulum Monasterio  
us dicitur, resejusdem  
pervenerant. Aquinen-  
nulfus quidam cogno-  
Castaldeum præerat,  
no, qui non integris  
itate Sancti Germani  
t vulgo loquar, Flu-  
is adjacentis retine-  
lens Abbas Monasterii  
pos-

egia Aligerni decora &  
m accessit. Sapiens  
etiam scripsit ingenio-  
ræ nunc magnum decus  
est optima Patria, quanti  
plurimum proinde ad se-  
ibi nasci, ubi virtus  
latur ingenium, bonæ ar-  
urque. Maxime sanè ju-  
ad concipiendas à puero  
agnifica phantasmata,  
m sint instrumenta faci-  
tra virtutum.  
jus latere ad ortum vi-  
terarem habitatus, nunc  
icis ejus colonis ad pro-  
arium demigrantibus.  
c traductus doctissimus  
centior, antiquæ urbis  
Sancto Germano agno-  
: cum tamen explora-  
ngentis passibus ab illa  
igitur hic non venit ve-  
sed rivulus nomine Casi-  
fontanelle, Qui non in-  
us, ut Leo perhibet, à  
nani abest, supra lib. 1.  
Casino in loco, qui Plum-  
autem Plumbatiola non  
cto: & lib. 2. cap. 69.  
ab. etiam tertio cap. 39.  
aper-

NOTIS ILLU

possessiones, quas antiquitus possederat ubi-  
que terrarum, & maximè contiguas quasque,  
& in vicinia positas sollerter exquirere, &  
ab his qui bellicis eas temporibus diripue-  
rant, inventis, atque ostensis concessionibus,  
ac præceptis eorum, qui hinc illas dudum  
tradiderant conamine toto repetere. Sed cum  
videret se nullis precibus, nullis rationibus  
irrationabilium latronum posse ad ea resti-  
tuenda animos inclinare, (e) Capuano Prin-  
cipi Landulfo super ista conqueritur. Quo  
cognito adversarii, & ejus studio, ac dili-  
gentia vehementer offensi, cernentes se cum  
illius sollicitudine non posse quiescere, me-  
ditabantur in dies qualiter, vel eum cape-  
rent, vel certè illi molestias, quas possent,  
inferrent. (f) Agebantur autem hæc omnia  
nutu, ac dispositione Dei, qui ejus captio-  
nem, ac dedecorationem, ad loci hujus pro-  
videbat fieri restaurationem. Cum igitur  
quadam die (g) in construenda Rocca, quæ  
Janula nuncupatur, (g) & Ecclesiæ Beati  
Germani desuper imminet, operam daret,  
subitò præfatus Adenulfus, qui & (h) Me-  
galu, cum militibus aliquot superveniens,  
eundem Abbatem vi cepit, atque Aquinum  
veluti prædam maximam asportavit. Ibi ve-  
rò in spectaculo publico ursino illum tergo-  
re vestiens, canes ei undique, sicuti revera  
urso ad circumlatrandum immisit, & injuriis  
plurimis virum honorabilem vir nequissimus  
dehonestavit. His prædictus Princeps auditis,  
& plurimum super tanti viri tanto dedecore  
indignatus, mandat protinus Adenulfo, ut  
Capuam vadat, coramque se legali judicio  
Abbati, justitiam faciat. Ille verò prospici-  
ens se legaliter ob hoc morti debere suc-  
cumbere, rebellare magis elegit, & de Aquin-  
ensi satis munitione confidens, ad Principis  
Curiam ire contempsit.

apertius. Cumque ad aquam, qua Casinus  
vocatur, advenisset. Cujus aquæ fontem  
Capo Casino ruriculæ etiamnum, quamquam  
alia fabulantes, appellant. Quemadmodum  
Pontem supra eundem, Ponte di Casino.  
Hunc rivulum certè perennem, Strabo flu-  
men appellat, cum Aquinum ultimum Op-  
pidum Latinorum statuit inter Lirim, &  
Casinum flumina. Licet rectius à Plinio, in-  
quit Sigonius, Aquinum in Campania collo-  
cetur; & fortassis de hoc loquitur idem Plin-  
nius, lib. 2. cap. 103. In Casinate fluvius ap-  
pellatur scatebra, frigidus, abundantior æsta-  
te. In eo, ut in Arcadia Stymphali, ena-  
suntur aquatiles musculi. Itaque Casini no-  
mine aliquando accipitur antiqua Casini ci-  
vitas, quandoque pro ipso Casinenfi Cœnobio  
lib. 1. cap. 6. Hic in Casino. Quandoque  
denum pro fluvio Casino: qui in Lirim  
Ostiensis brevi cursu immittit, in loco, ubi  
dicitur Li Saracini. Vide notas ad vitam  
Sancti Patris Benedicti. Sub Aligerno ita-  
que Teanenses Comites usque ad Torocclum,  
Aquineses usque ad Casinum fluvium Casi-  
nensem ditionem invaserant, detinebantque  
iniquo jure.

- (e) deficit, Capuano.
- (f) deficit, agebantur &c. usque ad illa. Cum  
igitur.
- (g) deficit, & Ecclesiæ, &c.
- (h) Megalii.
- (4) Castra scilicet, & Villas circa flumen Lirim,  
quæ Casinenfis agri pars nunc quoque appel-  
latur la Firmara.
- (5) Sic dicta videtur, quod antiquitus Jano tem-  
plum ibi erectum fuerit, ut in actis Sancto-  
rum Demetrii, & sociorum, Petrus Diaconus  
Tom. IV.

etiam aliud specialius præceptum ab eisdem Principibus de Castello Sancti Angeli, & de Turre Sancti Georgii, nec non & de omnibus Castellis, sive Turribus, quæ in pertinentiis Monasterii deinceps construi deberent, singillatim sibi fieri postulavit. Itemque aliud de Gualdo Casæ Gentianæ, & aliud insuper de tota Piscaria Lesinenfi cum ipsa Focæ sua, & cum Ecclesia Sancti Focatis, quæ ibi est, nec non & de aliquot casis intræ eandem Lesinam. Postmodum verò tam à prædicto Pandulfo, quam & à Landulfo filio ejus, (d) interveniente supradicto Adenulfo Gastaldeo, rursus aliud præceptum recepit de universis finibus, ac pertinentiis Monasterii hujus. Non tamen super omnia hæc, quotiens dabatur occasio, quiescere valebant veritatis adversarii; sed nunc quidam de Aquino, nunc quidam de Pontecurvo, nec non & de Teano, de finibus hujus Monasterii contendere nitentur. Verùm quotienscumque cum nostris in placito se conjunxerunt, totiens summis rationibus victi, quod fallaciter contendebant, refutare veraciter cogebantur.

(d) deficit, interveniente, &c.

(e) deficit, Eo quoque tempore usque ad illa. Per idem tempus à Mariano.

(3) Infra cap. 37. Filius Docibilis Hypati. Vide notas ad eum locum. In Regesto num. 153. Sigillum factum à Mariano Antipato.

(4) Verba præcepti sic concepta sunt. Sigillum factum à Mariano Antipato Patritio, & stratico Calabria, & Langobardia, & datum vobis Aligerno venerabili Abbati Sancti Benedicti. Liceat te ambulare in tota tbenia Langobardia, & perquirere omnem hereditatem prædicti Monasterii, & nullam contrarietatem patiaris à quolibet Judice de ipsa tbenia, &c. in calce verò; Cum plumbea bulla nostra istum presentem sigillabimus sigillum nostrum, & concessimus prædicto Abbati, in mense Decembrio, Indictione quinta decima. Ex quibus liquidd constat sigillum hic accipi pro Præcepto sigillato, seu sigillo munito, supra lib. 1. cap. 60. Per cartam proprio sigillo bullatam. In eodem Regesto num. 142. titulo Præceptum Potbi Protospatarii. In corpore verò. Sigillum factum à Potbo Protospatario, & Catepano Italia, &c. & infra. Ut faceremus ei robustiore sigillum, & tandem. Hæc omnia reperientes ita continentem in prædicto sigillo. Supra lib. 1. cap. 39. Præcepto, & sigillo suo super hoc illi concessio; ne quis unquam ista removere præsumeret, & lib. 4. cap. 106. Sigillum suum illis concessit ex parte sua præcipiens, &c. Leo Imperator in suo Præcepto apud Regestum num. 149. sufficiant omnes solum monstrandum, & ostensum nostrum fidelem sigillum, factum per mensem Februarium nona Indictione. (Barbariem ne fastidias) Guilelmus Brito, lib. 2. Philipidos.

Hoc mihi donavit genitor tuus, hoc meministi,

Te mihi regali jam confirmasse sigillo.

Anast. Biblioth. in Constantino, suscepit sigillum Imperiale per Theophanum Regionarium continentem ita. Ubi, ubi denominatus contingeret Pontifex, omnes judices ita eum honorificè susciperent, quasi ipsum presentialiter Imperatorem viderent.

Sinecdochicè igitur, sigillum, hoc est Præceptum accipimus, quandoque etiam Epistolam. Gotfridus Vindociensis lib. 4. Epist. 5. Ferè duorum mensium jam præterit spatium, ex quo nobis usque Pictavim nostrum transmisit sigillum, sicut locutus fueram vobiscum. Quandoque sigilla sunt etiam Bullæ, quæ ad ornatum. Idem Anast. in Silvestro. Ante corpus Beati Laurentii Martyris argento clausam passionem ipsius sigillis ornatam, & infra. Ante sepulchrum Beatæ Helenæ Augustæ fecit, ex metallo porphyretico exculptis sigil-

bantur. Unde etiam contigit, ut hæc occasione, plurima apud nos hujusmodi conflictorum, seu renuntiorum monimina, habeantur. (e) Eo quoque tempore idem Abbas ad Principes jam dictos accedens, rogavit, ut darent Cellæ nostræ Cinglensi locum foris portas Sancti Angeli, ad Monasterium construendum Ancillis Dei, quia Monasterium, quod intus erat nimium strictum, & incompositum habebatur, Ancillis Dei ibi manentibus. Illi verò concedentes, statuerunt locum foris murum Civitatis, ubi Castrum, & Monasterium construerentur, cuique concesserunt foris murum, qualiter vadit usque in flumen. Per idem tempus (3) à Mariano quoque Imperiali Anthipato Patricio, & Stratico Calabriae atque Langobardiæ, prædictus Abbas (4) sigillum recepit, ut securè, & absque alicujus contradictione, seu impedimento liceret ei perquirere omnes hereditates, sive possessiones Monasterii hujus, & recolligere eas, justa dumtaxat, & competent ratione ostensa.

De

lis, Pbaracantara viginti ex argento purissimo. Erant autem Pbaracantara (ut & hoc non omitam) candelaborum species, frequenter ab Anastasio memorata, à Damaso, & ab aliis. Sed quoniam de sigillis incidit fermo: non pœnitendum operæ pretium me facturum reor, ad ea, quæ allata sunt, magis illustranda, de Anulis, & Sigillis copiosius agere.

## DIGRESSIO HISTORICA.

De Anulis signatoris, & Sigillis.

**A**nuli, seu Annuli, & Sigilli idem olim usus, & finis, & sanè antiquissimus, isque duplex. Primò ad fidem dictis asserendam, sponsonemque firmandam. Secundò in argumentum potestatis, & administrationis, quæ Domesticæ, quæ Politicæ.

Et de priori quidem usu Genes. 38. Thamar perit sibi à Juda & anulum, & armillam, & baculum dari pro arrhabone, quod hædum de gregibus illi Judas mitteret. Ubi pro Anulum Hebræus habet sigillum, ut advertit Liranus, eoque conficitur, vulgatum interpretem Anulum, & sigillum pro eodem accepisse, quod magis constabit inferius.

Athenæus Dipnosoph. lib. 13. Sigillo, inquit, misso, Laidem Corinthiam amator quidam ad se venire jussit. Plutarch. libello de Curiositate. Servis, & Peregrinis facilius credimus Epistolas, atque literas, & sigilla, quàm amicis, & familiaribus curiosis. S. Ladislaus Ungariæ Rex lib. 1. Statutorum. cap. 42. Si quis Regis sigillum super aliquem projiciens, & ipse in Curiam venire neglexerit; rationem perdat, & quinque pensas persolvat, & lib. 2. cap. 25. Possit Judex sigillum suum mittere super quoscunque, exceptis Presbyteris, & Clericis. Colomanus quoque Ungariæ Rex, si Clericus habet causam cum Laico, per judicis sigillum Laicus cogatur, si verò Laicus habet causam cum Clerico, per sigillum Episcopi Clericus cogatur. Unde Ludovicus Romanus in singulari suo 643. docet, sigilli ostensionem probationem inducere de mandato. Et hic est primus Anuli usus, & sigilli.

Porro ad posteriorem usum, & finem, commissa videlicet potestatis domesticæ, attinere videtur Anulus pronubus, sponsæ traditus, supra lib. 1. cap. ultimo. Adelaidi Otto Literas, & anulum mittit. Acta Sanctæ Agnetis, Anulo suo subarrhavit me Dominus. Alchemius de Laudib. Virginit. Anulo subarrhatam sortitur Virgunculam. Non enim ornatus causa pronubum anulum sponsæ dari, olim fuit institutum, sed domesticæ custodiæ, & administrationis. Testis Clemens Alexand. ibi.



lib. 3. pedag. cap. 11. *Anulus datus semel sponse, loco arrhae, non ornatus causa dabatur; sed ut obsignaret, qua domi essent, & Macrobius Saturn. lib. 7. cap. 13. Veteres non ornatus, sed signandi causa anulum secum circumferabant: unde nec plus habere, quam unum licebat, nisi libero, &c. ideo jus anulorum famuli non habebant. Hinc I. Signatorius ff. de Verb. signific. cautum est, signatorum anulum ornamentum appellatione non contineri: Nam, ut declarat Cujacius L. Divus de Bon. damnat. Anulos non ornatus causa fabricavit, sed necessitas non minus, quam claves, & seras. Vopiscus in Aureliano. Uxori, & filia anulum sigillatricium, quasi privatus instituit. Ubi Casaubonus, Filia, inquit, natu grandiori, & jam in matrimonio collocata, & Papinianus in L. cum Patre. ff. de legat. 2. Pater, pluribus filiis heredibus institutis, moriens, claves, & anulum, custodia causa, majori natu filia tradidit.*

At verò in argumentum politicæ, publicæque potestatis, traditum olim anulum, & sigillum, vetustissima sacre Genesii prodit historia cap. 41. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus Populus obediet. Dixitque rursus Pharaon ad Joseph. Ecce constitui te super universam terram Egypti: & ut tesseram commissæ potestati illi unâ daret, Tulit anulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus. Assuerus Esther. 8. Tulitque Rex Anulum, quem ab Aman recipi jusserat, & tradidit Mardocheo. Quem scilicet, loco Aman, secundum post Regem constituebat. Antiochus Machab. 1. cap. 6. Vocavit Philippum unum de amicis suis, & preposuit eum super universum Regnum suum: & dedit ei diadema, stolam suam, & anulum.*

Et ut prophanos quoque rogemus testes, Alexander, referentibus Justino, & Curtio, jam moriturus exemptum digito anulum, ipsum Perdiccæ, Copiarum duci, tradidit, Quo judicatum fuit, inquit Curtius, ab Alexandro Perdiccæ optimum existimatum, cui summa Imperii deferretur. Augustus animam agens, Agrippæ anulum suum, in signum potestatis, commisit. Xiphilinus ex Dione lib. 53. Caligula spiranti extremum halitum Tiberio, anulum detrahi iussit. Sueton. in Calig. cap. 12. Id ipsum Ptolemæus in Alexandrum, jam defunctum, fecisse scribitur ab Hegeippo lib. 1. cap. ultimo.

Huc spectat, quod Episcopis, & Abbatibus in eorum consecratione, vel investitura anulus traditur, ut sæpè apud Auctorem nostrum, & alios passim, quippe, non in ornamentum dignitatis, sed in argumentum potestatis. Quod ostendunt verba ritus. *Accipe anulum discretionis, & honoris, fidei signum; ut, qua signanda sunt, signes, & qua aperienda sunt, prodas.*

Doctoribus similiter, cum laurea decorantur, anulus tradi consuevit, eo quod, interprete Alciato Parerg. lib. 8. cap. 10. *anulo consignata, responsa antiquitus jureconsulti reddere consueverunt. Stephanus tamen Forcatulus putat, anulum dari Doctoribus, quod Equibus dignitatis, ac virtutis insigne sit. Ideoque Episcopis, & Doctoribus permittitur; non simplici Clerico; Glossa in cap. Ut Apostolica de Privileg. in 6. ubi Doctores, Clericos gestantes anulos, aut Episcopos, aut suos esse oportere, pronuntiant. Equites quidem, & Senatores aureo anulo utebantur apud Romanos, cæteri ferreo: sed luxus omnia permiscuit: nam, & servi, & libertini aureis etiam anulis, nigro colore fucatis, utebantur; sicque aurum gestabant, nec gestare videbantur. Lacedæmoniis certè legibus sanctum fuit, *Anulus in digito tantum ferreus sit.* lib. 3. tab. 6. instit. 8. & Deiparæ Virginis pronubus anulus ferreus perhibetur; qui Perusii in templo Divi Laurentii ostenditur. Bucelinus verò in Menologio, illum refert asservari in Monasterio Semimurenfi in Burgundia.*

Porro, sicut Anulus diminutivum est ab Anus, quod est Annus, (nam veteres non geminabant Consonantes) ita sigillum ex origine diminutivum est à signo, quasi parvum signum,

Tom. IV.

*Imaguncula. Icuncula, præsertim fidei Martialis. in Apophoretis Epigram. 167. Cujus Epigraphæ, Bruti Puffo.*

*Gloria tam parvi non est obscura sigilli. Istius pueri, Brutus amator erat.*

Et Epigram. 174. Cujus lemma, *Hercules fidei.*

*Sum fragilis: sed tu, moneo, ne sperne sigillum.*

Non pudet Alciden nomen habere meum. Ubi Raderus ex Plinio lib. 34. cap. 8. *sigilla, inquit, sunt icuncula, infra humanam staturam, quas Saturnalibus miscebant, & apud Gruterum tit. Diis dedicatarum. Sigillum marmoreum posuit. Quarum imaguncularum originem, utrumque in Saturnalibus, luculenter tradit Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 13. Consule etiam Alex. Neapolit. lib. 3. cap. 4.*

Atque hinc sigilli nomen usurpatum existimo pro Anulo signatorio, quod ab initio in Anuli gemma parvula imagines insculptæ essent. Plaut. Pseudol. Act. 1. Scen. 1.

*Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem:*

D. Augustinus Epist. 217. *ad Victorinum. Hanc Epistolam signatam misi anulo, qui exprimit faciem hominis, attendentis in latus.* Augustus in anulo sphingem primum habuit: Postea Imaginem Magni Alexandri: Demum suam, Dioscoridis manu sculptam, ex Sueton. Galba Canem, Sylla Jugurtham, Mæcenæ Ranam, Pyrrhus Apollinem cum musis. Seleucii anulus Anchoræ insignis fuit, Darii Aquila, Draconem unguibus tenente. Alii Harpocratem incisum habuerunt in sigillo. Egyptii sua Numina: Demum quidam amicorum imagines anulis gestasse indicantur à Val. Max. & ab Ovid. primo Tristium Eleg. 6.

His domesticæ res; merces, Epistolæ, Testamenta, Præcepta, aliaque miscilia, vel cultodienda obsignabantur. Eademque ratione Nummi, & Monetæ *as signatum* dicitur. Nam ex una parte sigillum, hoc est parvam imaginem, vel caput Principis: ex altera symbolum aliud cusum habent. Hinc ex Macrobi. cap. 7. *Cum Janus primus ara signasset, servavit & in hoc Saturni reverentiam (quem Regni societate grati animi ergo muneraverat ut, quoniam ille navi in Italiam advectus fuerat, ex una quidem parte signati aris sui capitis effigies; ex altera verò Navis exprimeretur, quo Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Deinde subdit. *Es ita fuisse signatum bodieque intelligitur in alea lusu, cum pueri denarios in sublime jactantes Capita, aut Navim, lusu teste vetustatis exclamant.* Macrobio prævit Plinius lib. 33. *Nota aris fuit ex altera parte Janus geminus; ex altera rostrum Navis.**

Et quidem anno 1649. repertus est Cajetæ æreus numus vetustissimus, qui Macrobi, Pliniique testimoniis attestatur: Quippe, qui ex altera parte Jani bifrontis caput exprimit; ex altera navis rostrum: extatque adhuc apud me, ex dono Illustrissimi Ducis Marzani Andreæ Laudati. Ad Macrobi quoque conjecturam, ex lusu sui ævi puerorum, alludit nostri etiam ævi puerilis ludus. Pueri enim eandem ludentes aleam, *Caput, aut Crucem* intonant, ut, lusu teste vetustatis, intelligamus, Numos in Christiana Politia, ex altera facie Crucem signari consuevisse: ex altera Principis capite, quod hæcenus in aliquibus Numis videmus usurpatum, & sanè antiquitus in monetis Sanctorum effigies nullas impressas invenimus, sed interdum Crucem.

Signata etiam legimus, sigillo ferè omnia Cella vinaria. Plaut. in Casina Act. 2. Scen. 1. *Obsignate Cellas, referte anulum ad me.* Tertull. in Apolog. cap. 6. Refert Plinius lib. 14. cap. 15. Catonem ideo propinquis mulieribus osculum dari consueverum, dixisse, *ut scirent, An tomatum olerent. Hoc tunc nomen vino erat, unde & temulentia appellata.* Non enim licebat fæminis vinum bibere Romæ, ex eodem, lege Gellium lib. 10. cap. 23. Fontes, & Putei obsignabantur. Cant. 4. *fons signatus.* Ambros. de Virginitate. Cicero ad Atticum lib. 1. epist. 8.

Signabantur & Gladii. Gladiis militum anuli signum impressit Pompeius, ne quem in via

V u 2

lode-

De Reconciliatione terræ hujus, seu  
Restauracione Monasterii.

## CAPUT III.

**P**orrò demum prudens Abbas à vicinis terris, (a) quæ vastatæ non fuerant, agricolis undique mox evocatis, in possessiones illos Monasterii quotquot cultoribus indige-

læderent. Rodolphus Ferrer. Rerum quotid. lib. 1. cap. 29.

Lingua, & os signata. Alexander Ephesionis os anulo signavit. Plutarch. lib. 2. de Fortuna Romanorum. Hinc Ecclesiast. 22. *Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum certum?* & Psalm. 240. *Pone Domine custodiam ori meo, &c.*

Signati milites in manibus. Ætius lib. 1. De militia Romana. *Stigmata vocant, quæ in facie, aut alia corporis parte inscribantur, qualia sunt militum in manibus.* Ambrosius orat. de obitu Valentinian. Imperatoris, *Character domini inscribantur & servuli, & nomine Imperatoris signantur milites.* De servis verò signatis alibi dictum. Libri quoque signati. Daniel. 22. *signa librum usque ad tempus statutum.* De septem sigillis libri Apocal. 5.

Literæ, & Epistolæ communiùs obsignatæ. Simmachus Epist. 21. lib. 2. *Cupio cognoscere, an omnes obsignatas acceperis, & anulo, quo nomen meum magis intelligi, quàm legi promptum est.* Hæc autem obsignatio per linum, & cretam fieri cœpta, postea per cretam, & ceram promiscuè. Cicero pro Flacco. *Hæc, quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ ferè est omnibus nota nobis, quæ utuntur omnes, non modò in publicis, sed etiam in privatis literis, & infra. Nostra igitur laudatio consignata creta est: in illo autem testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse vidimus.* Plaut. Bacchid. Act. 4. Scæn. 4. *Cedo tu ceram, ac linum ætutum, Age oblige, obsigna citò.* Confer Lucianum in Pseudolo, & Cælium Calpurnium de oraculis.

Signatas quoque legimus Cistulas, crumenas, sepulchrum Christi, sacculos. Job. 14. *Signasti quasi in sacco delicta mea.* Sinesius Epist. 127. *Publico sigillo aurum obsignaverunt in marsupiiis:* Et Avari tandem dimidios etiam Raphanos ex mensa relictos, obsignabant. Theophrastus cap. de obsœnit. Salinum cum sale, teste Plauto in Perla Act. 2. Scæn. 3. Armenta verò, & greges urente ferro, & antiquitus, & apud nos signari consuetum. Anacreon.

*Equi solent inustum*

*Coxis habere signum.*

Apuleius Afin. aur. lib. 2. *Necnon & equum illum quoque meum nota dorsualis cognitione recuperavimus.* Virgil. primo Georgic.

*Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.*

& lib. 3.

*Continuoque notas, & nomina Gentis inu-*

*runt.* Nomina Gentis pecoribus inusta dixit omnis eruditionis fons Virgilius: olim quippe sigillis nomen etiam Domini ingeniosè, & per Ziferas insculpebant. Attestante paulò ante laudato Simmacho: & ad nostram usque ætatem ducta consuetudine. Pecori tamen nostri Monasterii, simplici S. B. utimur signando. Epistolaris verò sigilli Casinensis antiqua facies, nunc quoque usu trita, Manum representat, benedicens formâ, de qua alibi.

Pontifices prisco more bullaticis sigillis in uno latere nomen tantùm Pontificis, in altero Petri, & Pauli Apostolorum capita effingebant. Quòd verò in illis dexteram Paulus obtineat, sinistram Petrus (idque alibi etiam est observare) non propterea factum putes, quasi Apostolorum Principi Paulus præferatur: sed quia sinistram dextera digniorem censerent veteres. Et certè sinistra interior, dextera exterior

A bant, cum universis eorum familiis habituros, induxit: (1) placito tam cum eis, quos ibi invenerat, quàm cum eis, quos ipse conduxerat, libellari statuto, (2) ut de tribus totius ejusdem terræ redditibus, hoc est tritici, & ordei, ac milii partem septimam, de vino autem tertiam annualiter Monasterio darent. Cætera in suis, suorumque usibus possiderent, quod usque hodie stabiliter, ac perhenniter observatur. Tali ergo modo habita-

putabatur. Virgil. 5. Æneid. *Radit iter lævum interior,* ubi Servius interior hoc est sinister. Meridies, etiam dignior orbis pars sinistra est: Septemtrio dextera. Hinc in Græcis Ecclesiis Christus ad sinistram Matris Mariæ collocatur; & in Conciliaribus sessionibus digniores Patres ad lævam sedebant. Ad mysticos sensus hoc refert Petrus Damiani lib. 2. Epist. 16. ad Desiderium nostrum. *Paulus enim fuit de tribu Benjamin: Hebraicè autem Benjamin, latinè filius dextera; quid ergo mirum, si ad dexteram constituitur, qui vocabulum dextera ex paterno jure sortitur?* Plura de his cupienti promptum est Baronium adire ad annum 213. num. 6. & ad ann. 325. à num. 56. Casalium de veter. Christian. ritibus. Jacobum Goar. in Rituali Græcorum pag. 110. Georgium Longum integro libello de Anulis signatoris; quem in tota hac digressionem laudatum volumus. De Bullis autem redibit sermo lib. 4. ad cap. 109.

## IN CAPUT III. NOTÆ.

(a) quæ ab Agarenis.

(1) Conventione judiciali, per libellum, supra lib. 1. cap. 18.

(2) Similia jura possidet etiamnum Casinense Connobium in agro Pedemontis, & Villæ Sanctæ Lucie, & in Castro Fellæ apud Calabros, alibique. Dubitabant verò quandoque rustici, An, cessante, vel intermisso usu ferendi in eodem agro semina, in libello expressa, & inductis novis seminum speciebus, ut speltæ, avenæ, & leguminum, vel etiam agro fativo in oliverum permutato, tenerentur agricolæ, ex novis etiam proventus, in libello non expressis, pensum Domino solvere, proportionali ratione? Qua in re attendenda sunt verba libelli, & contractus, ex quibus rimanda intentio contrahentium. Aut enim semina expressa sunt *taxativè*, & *exclusivè* quoad reliqua, & tunc, agro non ferente ejusmodi proventus, sine culpa coloni, & emphyteutæ, vel ferente alios fructus, non debetur Domino census reliquorum. Videtur quippe Dominus in hanc conditionem consensisse, ut ex illis tantùm, non ex his quoque fructus solverentur. Si verò semina expressa sunt *demonstrativè*, seu *exempli causa*: Tunc tenetur Emphyteuta, seu Conductor (æqua enim est utriusque ratio, præterquam in tempore) solvere de quibuscunque, provenientibus in agro, fructibus: alias liceret hac fraude Dominum suo jure privare, qui tamen, omnia intendens exprimere, in quibusdam tantùm exempla posuit, quia tunc fortè ea semina tantùm in agro feri consueverant.

Utrum præterea, fundo locato non ferente taxatos fructus, possit Conductor solvere in pretio tantundem valoris? Distinguendum similiter, vel enim Conductor promisit solvere fructus, provenientes ex fundo conducto, puta Tritici, hordei &c. & tunc si fundus, absque culpa Conductoris, vel Emphyteutæ, non ferat eos fructus, poterit in pretio solvere: sin autem generaliter, independenterque à collectione fructuum agri Emphyteutici, vel conducti, promisit tales fructus, debet eos aliunde parare, & solvere, si Dominus exigat fructus, non contentus pretio. Aliud enim pro alio invito Creditore solvi non potest l. 2. §. *mutui datio ff. de reb. cred. si cert. petat.*

Sed hæc Jurisconsultorum sunt. Legendi Gratian. discep. Forens. cap. 432. num. 2. & Carocc. de loc. & cond. par. 5. fol. 255

bitatoribus diversarum partium hujus Monasterii terra ex maxima parte repleta, (b) atque disposita, ad reparandas, five meliorandas Monasterii officinas, quemadmodum à prædecessoribus suis, Leone, atque Johanne jam dudum inchoatum fuerat, animum posuit; Ecclesiamque primitus totam, quam prædictus Johannes construxerat, novis trabibus, ac lignis cipressinis contignans, tegulis cooperuit; parietes verò illius undique fatis pulchrè depinxit, pavementum etiam (c) ante Altare Beati Benedicti multimoda lapidum varietate constravit. Ipsum quoque Altarium argenteis tabulis in circuitu decoravit, nec-non & anteriorem faciem Altaris Beati Johannis argenteam fecit. Fecit etiam & Crucem argenteam deauratam non modicam, & textum Evangelii undique contextum argento inaurato, & smaltis, ac gemmis, Coronas argenteas tres. Calices quoque, & turibula, & varia Ecclesiastica ornamenta, nec-non & codices plurimos, ac diversos. Interea, & habitacula nonnulla ejusdem loci restaurans, ac si alter Petronax cœpit juxta tenorem regulæ, & priscam Monasterii consuetudinem cum Fratribus conversari. Apud Capuanum verò Monasterium cum ornamenta Ecclesiastica nonnulla, & campanas, atque Codices aliquot effecisset, in Ecclesia etiam (3) titulum cum confessione sua à parte occidentali fatis decorum adauxit, atque depinxit.

*Item de Præceptis Imperatorum, tam de hoc loco, quàm Sancto Angelo in Barregio.*

CAPUT IV.

PER idem tempus primus (1) ac magnus Otto, tertio Imperii sui anno, per interventum conjugis suæ Adhelaïdis Imperatricis generale præceptum huic Monasterio fecit, con-

(b) atque locata.

(c) deficit, ante Altare Beati Benedicti.

(3) Et cap. 32. titulo addito ampliatis, cap. 51. Titulum quoque cum Confessione construxit, lib. 3. cap. 27. In titulo verò sex longas, & rotundas fenestras, & cap. 28. Tam navis, quàm tituli. Ex quibus locis planè patet Titulum hic accipi pro transversa templi parte in capite navis, sic fortassis dicta, vel quia sicut titulus est in capite libri præfixus, ita pars illa in capite templi. Vel quia cum templi formam crucis referrent, transversa illa pars titulo crucis respondere videbantur, unde & nomen Crucis adhuc retinet, quod Crucis formam expleat: Vel denique quia ibi titulus Ecclesiæ, seu nomen Divi, in cujus honorem Ecclesia erecta esset, stare consueverit, sumptâ analogiâ à rebus forensibus, nam cum olim fisco addicebantur privatorum bona, imponebant illis velum, imaginem referens Imperatoris, quo indicabatur, bona illa in jus Imperialis Cameræ cessisse. Hinc Titulare, titulum, vel nomen indere. Si verò Tituli etymon, rejectis Grammaticorum ineptiis, noscere cupias, pete à Vossio. De Titulis autem Cardinalium, plerique cum scripserint, nihil in præsens addimus.

Contellio penitior est illa templi pars sub armaxima, ubi Martyrum primùm, dein etiam Confessorum Reliquiæ recondebantur. Nam Græcè Martyr, Testis, & Confessor, & Martyrium, Testimonium, Confessio. Infra lib. 4. cap. 18. Deorsum ante Confessionem Beati Petri. Liber de Roman. Pontific. In oratorio Sanctæ Crucis fecit Confessionem, ubi posuit lignum Domini. Cassiod. lib. 20. var.

A firmans omnia, quæ hæcenus per diversa loca à quibuslibet hîc fuerant contributa. Item post quattuor circiter annos (2) Paulus Abbas Sancti Vincentii eum adiens, eumque ex parte prædicti nostri Abbatis efflagitans, aliud ab eo præceptum plenius de confirmatione totius Abbatiæ de more priorum Imperatorum obtinuit. (3) (a) Nec multò post per aliud præceptum idem Imperator Abbati nostro Monasterium Sancti Angeli de Barregio cum omnibus Cellis, ac pertinentiis suis concessit. Quod videlicet Monasterium eo tempore Albericus Marforum Episcopus in tempore vitæ suæ per scriptum ab eodem retinebat Imperatore. Quique Imperator eidem

B Monasterio Sancti Angeli præceptum de confirmatione omnium rerum ipsius jam ante quinquennium fecerat. (4) A Secundo etiam Ottone cum præcepto confirmationis totius Abbatiæ prædictum quoque Sancti Angeli Monasterium eidem Abbati reconfirmatum est. Albericus quoque præfatus Marforum Episcopus in præsentia ejusdem Imperatoris, qui tunc apud Marsiam in monte vocabulo (b) Cedici morabatur, cartulam (c) renuntiationis illi de eodem (d) Barregensi Monasterio faciens, quietum de cætero sub hoc Monasterio manere constituit. Cum idem Episcopus ante sex annos sua sponte prædictum Sancti Angeli Monasterium per oblationis suæ cartulam Beato Benedicto contulerit. De quo etiam Monasterio cum post aliquot annos Guinifus Marforum Episcopus filius prædicti Alberici quæstionem movere voluisset, quod quasi Ecclesia sua præceptum Imperatoris inde haberet, à Monachis nostris in placito Marforum Comitum conventus, atque convictus tacere coactus est. Atque pro hac occasione tria Imperatorum præcepta, quæ de eodem Monasterio pater ejus adquisierat, nobis reddita sunt. (5) (e) Eo tempore Benedicto Papa Sexto vita decedente, Benedictus Papa Septimus propinquus supradicti

C Al-

D Epist. 11. Quomodo Confessiones illas, quas videre universitas appetit, Roma felicior in suis finibus habere promeruit, dicta metonymicè Confessio pro loco Confessoris, hoc est Martyris. Nos vocamus Tugurium. Neapoli Succorpo. Alibi Criptam. Vide Baron. not. ad Martyrol. 6. Julii, Bolland. 9. Febr. pag. 330.

IN CAPUT IV. NOTÆ.

(a) deficit, nec multo post.

(b) Cediti.

(c) refutationis.

(d) Barregensi.

(e) deficit, eo tempore, &c.

(1) Regest, num. 118. Anno 964. Indictione 7. anno Imperii Magni Ottonis Imperatoris Augusti tertio. Actum in Villa Paterno in Comitatu Pennensi.

(2) Regest, num. 117. Anno 967. Indict. 12.

(3) Regest num. 119. Anno 970. Actum in loco, ubi silice dicitur, Capuano territorio.

(4) Regest. num. 120. 121. 122. & 123.

(5) Hanc clausulam historiæ Leonis addidisse puto Petrum Diaconum; cujusmodi plures additas ab eodem erit observare, quæ gentiliū suorum Comitum Tusculanensium decora respicerent, infra cap. 27. & 57. Inter Benedictum sextum, & Benedictum septimum alii interponunt Bonifacium septimum. At Baronius Petrum nostrum secutus, Bonifacium verum Pontificem non agnoscit, sed invasorem Apostolicæ Sedis: sic etiam Bellarminus, alique chronologi. Certè plurimis dissensionibus per ea tempora vexabatur Ecclesia Romana.

Alberici Romanorum Consulis in Apostolicam Sedem (6) inthronizatur.

*Quo tempore Corpus Matthæi Apostoli Salernum venit.*

### C A P U T V.

(1) **Q**uinto hujus Abbatis anno, qui est à Nativitate Domini (2) ungentesimus quinquagesimus quartus,

(6) *In folio collocatur. Joan. Major de Scotorum gestis lib. 4. cap. 17. apud Voffium de vit. serm. Licitum est Regem ambiguum in simili casu exauctorare, & ambiguum intronizare. Hebernus in præfatione miraculorum Sancti Martini. Consulem Ingelgerium intronizaverunt, & defensorem Ecclesia fecerunt. Gemma Auctor, cum dixisset, Intronizare esse idem, ac novum Episcopum in templum inducere, addit: Potest etiam pertinere ad mulieres, qua post partum (Ecclesie) introducuntur.*

#### IN CAPUT V. NOTÆ.

- (a) nongentesimus.  
 (b) Britanniam, demum verò apud Lucaniam.  
 (1) Sic legit uterque scriptus Codex, & congruit stabilitate chronologicæ. Nam Aligerus electus est anno 949. Perperam Laureus legi voluit, secundo hujus Abbatis anno. Translatio Sancti Matthæi refertur 6. Maji. Adeundus Baronius; non enim omnem lapidem movere instituimus.  
 (2) Geminos istiusmodi soles Græci *Parelios*, seu *Parelia* vocant, à *Para* præpositione, quæ valet *Prope*, *contra*, *juxta*, & *Elios* quod est sol, quasi *contra solem*, vel *prope solem*, nam è regione solis contingunt. Seneca lib. 1. natural. quæstion. cap. 2. vocat *Imagines solis*. Gæza *Parelios* vertit *sol geminatus*: sed dum prodigiosi effectus causam inquiramus, Licæum non pigeat tantisper ingredi.

#### DIGRESSIO METEOROLOGICA.

*De Pareliis, & de Dulcedine Maris.*

**G**eminos pluresque soles non semel visos, narrant historici. Plinius lib. 1. cap. 31. *Trinos soles antiqui sapius videre & nostras atas vidit Divo Claudio Principe. Ipso Nativitatis Christi die, tres conspectos, qui postea in unum coiverunt, scribit Bergomensis in Octaviano. Duos post Christi mortem, Zonaras in Vitellio. Tres anno 1466. teste Palmerio. Tres Trojæ in Apulia anno 1532. ex Alberto. Totidem Romæ anno 1619. Ternos viderunt Tigurini anno 1528. & Venetiis anno 1532. undecimo Aprilis hora diei secunda, à se visos refert Cardanus lib. 14. de Variet. cap. 70.*

Illud prodigiosius, quod prodit Surius, Anno 1514. *Vitembergæ visi sunt tres soles, quibus singulis cruentus inerat gladius. Plures simul, quam tres visi, ad hoc avi numquam produuntur*, inquit Plinius laudato loco. Cæterum Poloniæ Regi anno. 1525. sex simul apparuisse, scripserunt Vicomercatus, Gemma, Resta, & alii.

Quidam apud Bodinum, & ipsi quidem stultè, opinati sunt apparentias istas, illusiones esse oculorum, ebriorumque phantasmata. Alii ad miraculum eas referunt. Scitè Aristoteles. Miraculo accidere credimus, quorum causas ignoramus: neque tamen miraculosè interdum fieri, negavit August. Epist. 80. ad Nefichium. Quamquam regulariter naturalis aëris impressiones censerentur, rarè contingentes, ut mox explicabimus.

Fiunt ergo Parelii, inquit Aristoteles, circa solem: itaut sol medium locum obtineat: non unquam desuper, neque subter, sed ex lateribus: neque valde prope solem, neque longè nimis. Suffragantur Seneca citato loco, & Plinius ibidem. Hæc nihilominus propin-

quitas, vel distantia non est realis, & absoluta; sed apparens, & respectiva ad oculi situm. Peripateticis enim hæc accidunt in ea aëris regione, quam nubes inumbrant: à qua longius abest corpus solare. Aristoteles autem locutus videtur ex communi apprehensione, ut in similibus solet.

Omnibus diei horis contingere possunt Parelii: sed præcipuè matutinis, cum sol circa orientem versatur. In omnibus plagis: præsertim verò septentrionalibus, ut refert Olaus Magnus: in quibus sol prope Orizontem perpetuè decurrit. In omnibus anni tempestatibus: frequentius tamen Vere, & Autumnus. Nam æstate nimius calor nubes dissipat, quæ materiam Pareliis præbent, ideoque in meridie rariùs apparent: licet Aristoteles meridianum Parelium in Bosphoro referat, ubi aër frigidior, magisque roridus, & in Borealis regionibus æstate faciliùs contingunt: ipsis enim æstivus calor non ita fervidus.

Productionis modus non itaque aptius explicari potest, quam per Analogiam ad speculum: Quemadmodum enim speculum, propter eam, quod planum, densum, tersum, & ex postica parte plumbo opacatum, objectorum imagines ad oculos reflectit. Ita, cum contingit, ut nubes aliqua, fortuitò plana, densa, æquabilis, & tersa ex anteriori parte evaserit: retro verò densiorem, opacamque nubem habeat adjacentem, quæ instar plumbi in fundo speculi, non permittant solis radios, & species permeare, ultroque transire; ac denique taliter situata sit, ut unum sui lateris foli obvertens, ejus radios tamen terram versùs reflectat: Tunc solis imaginem, tanquam in speculo, in ea videbimus. Quod Seneca explicavit exemplo placidi fontis, aut lacus, in quo nostram videmus effigiem. Quia tamen tot præscriptæ conditiones rarè in nube adunantur; rarè etiam parelii contingunt. Cum alioqui necessariò obveniant, concurrentibus omnibus circumstantiis, totque erunt Parelii; quot nubes, casu contigerit, licet naturaliter, tales dispositiones sorti; ut solis effigiem aptè sint videntibus referre. Nec de his plura.

Quid autem Parelii significant, atque portant? Et naturaliter quidem, nil, nisi imbres, pluvias, tempestates, aut ventos; Argumento enim est, Aërem vaporibus onustum, ac densum, ad pluvie generationem pronum. Cum verò subrubrum colorem præ se ferunt, exhalationes admixtas produunt, quæ flatuum sunt materia, & origo.

Politice porò ex Pareliis Cardanus, si tres soles paruerint, Triumviratum prædicit: & suo ævo, significasse ait Imperia Caroli Quinti, Henrici secundi Gallorum Regis, & Solymani Turcarum Sultani. Cornelius Gemma Cosmograph. lib. 1. cap. 8. Nova fœdera, conspirationes clandestinas ominatur, ut quempiam fastigio suo dejiciant, vel vi, vel dolo, & malis artibus. Apparentibus sex solibus Franciscus Gallie Rex in potestatem Hispanorum Papie venit. Verùm aniles, vanisque istiusmodi prædictiones, & ad Cardani, similisque farinæ ingenia accommodatas proscribere, prudentioris est Philosophi. Posse nimirum generale quidpiam significare, politiceque portendere, non inficior: & de Cometis certè probabiliùs, ut pote activioribus id planè admiserim. At quod ajunt, Triumviratus, Captivitates Regum, & his similia inde portendi, vana est observatio, & deridenda. Vanior verò, & superstitiosior, Christianæ

De oblationibus quorundam in hoc loco, nec non Commutationibus aliquot ab Abbate factis.

CAPUT VI.

Tunc temporis (1) Benedictus Papa, cuius supra meminimus, quasdam curtes suas in Comitatu Aprutii eidem Abbati per privilegium concessit. Per hos etiam dies prædictus Princeps Pandulfus per præceptum

stianæ Religionis factofancta Mytheria ex Pareliis vaticinari, feridque deducere: nisi, quantum Concionatorum sibi licentia usurpavit.

Quæ de Pareliis, hoc est geminatis solibus, hætenus dicta sunt, ad *Paraseneles*, quod est plures Lunas, cum proportione transferre licet. Frequenter enim eas apparuisse cecinit Pontanus.

*Sapè etiam duplicem in tenebris est cernere Lunam.*

*Nube cava referente aliam sub imagine formam.*

Plinius quoque cap. 32. *Luna trina, ut Cn. Domitio, C. Fannio Coss. apparuerit, quos plerique appellaverunt soles nocturnos. Rarius tamen id accidit. Cujus raritatis ratio (si Cardano credimus lib. 4. de subtil.) est, quia non fit, nisi Luna in Oriente, vel Occidente, & non nisi in plenilunio; cum alio tempore sit imbecillior. Portendit autem pluvias. Nubes enim Lunam referens, proximè accedit ad qualitatem aquæ, arguitque ejusce materiæ abundantem tunc esse aërem, ut in imbres facile possit coagulari. Cæteros Planetas, & Firmamenti astra hujusmodi speculis geminari huc usque non est observatum. Hæc de Pareliis. Nunc*

De Maris dulcedine.

Primò statuendum, nullum mare sine falsedine esse: licet non omnia sint æqualiter falsa, & sanè mare amarum est, in quem saporem degenerat sal impurum, & adustum, dicitur etiam Salum à salis sapore, (vel, ut alii malunt à jactatione, quod fluctuet) Innaturalis ergo est illi dulcedo.

Statuo deinde; omnia maria communicare, sive manifestè, sive occultè cum Oceano, qui manifestè falsus est: unde plus, minusve falsedinem inde participant; dixi, *vel occultè*, nam Caspium, seu Hircanum mare, Caspiis, Hircanisque montibus, & littoribus, undique circumclusum; quod idcirco *stagnum* ab Aristotele nuncupatur; per occultos nihilofecius meatus, & cuniculos cum Euxino, & cum Scythico Oceano commisceri creditur, & profectò probabiliter. Caspium siquidem magna flumina recipit, eaque patenter non reddit. Verisimile autem non est, tam copiosam fluvialem aquam per solam evaporationem inde exhauriri. Credere ergo oportet, per occultas vias dilabi in Euxinum: ab Oceano verò Scythico falsedinem trahere, aliàs per ingressum tot fluminum, falsedinem eiecisset.

His præmissis, Narrationes de dulcedine maris Seneca suspectas habet. Nullum enim mare sine falsedine aliqua. Potest tamen ea interdum aded exigua sentiri, ut à Nautis, non delicatioris palati, nulla judicetur; ideoque mare illud dulce appellari quodammodo meruerit. Sanè quædam sunt maria, quorum falsedo, magnitudine influentium amnium, maximè delinitur, & propemodum vincitur; præsertim circa littus, ut proinde vix discerni queat. Refert Ramusius per plures leucas propè littora dulcescere Peruanum mare, in quod se exonerat fluminum maximus Maragnonius. Idque proportionaliter experimur in maritimis nostris oris, in quas fluvii decurrunt, ac magis, minusve, prout inæqualiter dulcibus aquis maria mitigantur. Præter hæc. Cum falsedinis marinæ causa sit,

A suum concessit in hoc Monasterio totam substantiam Arechis filii Janiperti, quam habuerat in Teanensi tam intrus, quam & foris, unà cum Ecclesia sancti (a) Silvri, quæ intra eandem civitatem constructa est, cum omnibus omnino pertinentiis ejus. Aliud etiam præceptum fecit ei de aqua fluvii Saronis cum ripis ex utraque parte positis. Huic Pandulfo proclamavit præfatus Abbas super Bernardum Comitem de Alifis, eo quod minabatur incendere, & destruere unum Castellum hujus Monasterii de loco, ubi Curvara dici-

B vel solis exsiccantis activitas; vel ignes subterranei: vel substantes montes salis: vel adustæ exhalationes (per me enim licet nunc quid libet opinari) quis negare ausit, non cuilibet mari contingere æqualiter aut solis actionem, aut ignem adurentem, aut salis fodinas, aut halitus exsiccantes? Indeque accidit, ut idem mare magis, vel minus falsum sentiat in superficie, vel in fundo, propè terram, vel à littore longius, unà tempestate vel aliis, sub una Zona, vel sub alia. Quæ quidem militant, etiam ab origine Mare falsum fuerit, sic à Deo creatum.

C Hinc tandem conjectare possumus ejus effectus causam, quem hic narrat Ostiensis, Mare dulce evasisse à Neapoli usque Cumas: alteriusque pariter, à Plinio memorati lib. 2. cap. 100. ubi, est, inquit, in exemplis Dionysio Sicilia Tyranno, cum pulsus est ea potentia, accidisse prodigium; ut uno die in portu dulcesceret mare. Potuit enim utrobique id contingere, quod latens prius dulcis aquæ abundans vena, repente circa littus eruperit, aliqualemque littoralibus aquis dulcedinem asperserit, quam fama de more, auxerit, ex vulgi semper in mirandos eventus prona credulitate: Quin etiam id ipsum accidere potest in maris medio testante Plinio lib. 5. cap. 32. In Pænicio mari, inter Arados & continentem, quinquaginta cubita alto mari, è fonte dulcis aqua, tubo è coriis facto, usque à vado trahitur ad littus, & lib. 31. cap. 10. Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo. In insula quoque Sancti Jacobi novi Orbis, mille intra mare passibus fons assurgit suavissimi saporis, & supra æquoris superficiem ad altitudinem humani brachii emergit, nulla ex mari contracta falsedine; ut refert Ovet. hist. lib. 6. cap. 12. Cui verò fides hæreat, non in Americam, sed Puteolos pergat, ubi & fontem dulcis aquæ ex mari exilientem gustare poterit, & pleraque mirabilia conspiciere. Cur ergo non potuit aliquando ejusmodi fons de novo erumpere, quo littorales aquæ dulcescerent? & sanè de novo erupit olim, quicunque à seculis fluere nunc cernitur. Multa novant Terræ motus, Alluviones, Conflagrationes: Demumque omnia fert ætas. Puteolis anno 1538. 29. Septembris una nox novum montem parturit. Tragicas Vesuvii novitates quis ignorat? An ergo cunctabitur quispiam credere, ex ejusdem Vesuvii Cavernis, unde ignes evomuntur, dulcium etiam aquarum profluvium tunc erupisse, qui recta in occidentem impulsus, littoralem illam totam plagam usque Cumas, edulcaverit: Quod autem ultra Cumas non apparuerit, evenisse, quod inde pelagi amplitudine vinceretur? Potuit etiam ea dulcis aquæ vis è Puteolanis antris exilire, vel ex diversis fontibus simul, & australibus tunc ventis flantibus circa littus cogi Neapolim versùs. Post duos verò dies, clausa voragine, & eruptione cessante, redierit mare ad nativam falsedinem. Interim redeamus & nos, unde digressi sumus. Alias enim hujusmodi prodigiosi effectus causas comminisci Philolophis relinquimus.

IN CAPUT VI. NOTÆ.

- (a) Silvestri.
- (1) Datum 4. Idus Januarii, anno III. Pontificatus, Regest. num. 12. In quo exemplata sunt cætera Privilegia, Præcepta, oblationes, quæ hoc capite recensentur. Supervacuum propterea esset singula conferre.



dicitur, & homines ejusdem Castellum prædari, & cædere. Quapropter idem Princeps flexus clamoribus ejus, sigillato præcepto constituit, ut sive prædictus Bernardus, sive quicumque homo sub sua ditione positus aliquam molestationem, vel minimam, aut eidem castro, aut habitatoribus ejus inferre præsumeret, (2) componeret aureos bizanteos mille (3) super illam dumtaxat compositionem, quam legibus est statutum componere. (4) Gisulfus quoque Salernitanus Princeps, filius Guaimarii majoris, (b) unâ cum Gemma uxore sua fecit cartam in hoc Monasterio de quarta parte omnium, quæ (c) Lambertus Dux & Marchio possedissent in Comitatu Marficano, & Balua, Forcone, Amiterno, nec non & Marchia Firmiana, & Ducatu Spoletino, exceptis, servis, quos omnes libertati donavit, quæ videlicet omnia ex parte Itæ principissæ (d) Avie ipsius Gemmæ sibi in hæreditatem (5) ovenerant. Sed & Borellus Comes de Petra abundantanti fecit in hoc Monasterio Cartam oblationis de Monasterio Sancti Eustasii, in finibus ejusdem Catri, loco qui dicitur ad Arcum, cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis ipsius, & cum pertinentia terræ modiorum mille sexcentorum viginti trium. Præterea quidam Joseph Presbyter de Civitate Larinensi obtulit in hoc Monasterio Ecclesiam Sancti Laurentii, quam ipse construxerat in hæreditate sua, juxta eandem civitatem, cum omnibus rebus, & pertinentiis suis. Quidam etiam Aquinenses viri nobiles filii Rodiperti Gastaldei obtulerunt omnes res suas Beato Benedicto in territorio Aquinensi loco, qui Publica vocatur, Plana, & Montana per plurima. Hildebrandus quoque Comes de Sora, simul cum Fratribus suis fecerunt cartam Sancto Benedicto de medietate Lacuum Taurini, & Juliani, qui procedunt à Posta, cum omnibus pertinentiis medietatis eorum. Quos videlicet Lacus totos ex integro, unâ cum Rivo (e) de Carnello in hoc Monasterio Pandulfus, & Landulfus Principes, cum omnibus eorum pertinentiis firmaverunt. Sed & Rachis Gastaldeus de Vicalbo donavit Beato Benedicto curtem suam cum Ecclesia Sancti Victorini prope prædictos Lacus, ubi modò Posta vocatur, nec non & duo Gualda in finibus Vicalbi, unum in loco, qui dicitur

A tur Silvaplana, alterum (6) in monte Alberto cum omnibus finibus, ac pertinentiis ipsorum. Per idem tempus homines de Vicalbo adquisierunt à Prædicto Abbate Podium, ubi nunc est civitas Sancti Urbani, quod huic Monasterio antiquitus pertinebat, ut facerent in eo castellum, & reddiderunt in Vicalbo duplo tantum terræ, quam acceperant. Reservavit autem sibi Abbas ipsam Ecclesiam Sancti Urbani, cum pertinentiis proprietatis ipsius, & cum tota curte intra civitatem, in omni videlicet parte, pedes centum. Hic idem Abbas dedit in concambium (f) Aimerado cuidam de territorio Marficano Ecclesias, & terras huic Monasterio pertinentes ibidem, idest Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Montorone, Sancti Abundii in Arcu, Sanctæ Mariæ in (g) Oretino, Salvatoris in Avezzano, & Antimi in (h) Vicu, & recepit ab eo in Comitatu Teatino Ecclesiam Sancti Helix, & Sancti Viti, cum quinque milibus modis de terra. Item dedit Ecclesiam Sancti Comitii, & Sancti Viti, & Sancti Helix (i) in Teate, & (k) recepit in eodem Comitatu Ecclesiam Sancti Tenestri cum tribus milibus modis terræ, & in Comino quinque milia, inter Atinam scilicet, & Vicalbum, & Furcam Sancti Leutherii. Item de Ecclesia Sancti Felicis in Polverio, quod est modiorum terræ mille centum, tulit solidos centum, pro censu verò annuali solidos V. Per hos dies in placito Marforum Comitum proclamante illo, resutata est ei ripa Fucini cum Piscaria sua, ab ipsa videlicet Ecclesia Sanctæ Mariæ de Montorone, usque in Sanctam Mariam de Palude, qui locus (l) tunc Altoranum nuncupabatur. Nec non & duæ fervorum familiæ cum omnibus suis. Proclamavit etiam in placito (7) Andreæ Marchionis missi Domni Ottonis Imperatoris, (m) & Oderisi Comitis de Balua apud Sulmonam super prædicto Comite Oderisio, qui retinebat duas Ecclesias nostras (n) de Balua in Valle de Pectorano, idest Sancti Stephani, & Sancti Eleutherii, & facta inde manifestatione, recollegit eas. Hic convocatis aliquot hominibus de civitate Termulensi, fecit cum eis convenientiam, ut ædificarent ibi (o) in pertinentia hujus Monasterii, in loco qui Riga Orsa vocatur, juxta fluvium Trinium unum Castellum, ubi ipsi habitarent,

- (b) deficit, unâ cum Gemma uxore sua.  
 (c) Lampertus.  
 (d) Avie conjugis ejus Gemmæ obvenerant.  
 (e) de Garpello.  
 (f) Aimirado.  
 (g) Oritino.  
 (h) Vico.  
 (i) in eadem Teate.  
 (k) recepit ibidem.  
 (l) deficit, tunc.  
 (m) deficit, & Oderisi Comitis de Balua.  
 (n) deficit, de Balua.  
 (o) in pertinentiis nostris.  
 (2) Componere forense verbum, multam, pœnam, præsertim pecuniariam significat. Infra hic apposta compositione mille solidorum, & alibi frequentissimè legg: Langob. lib. 1. tit. 19. lib. 2. Damnum componat ferquidum, ubi Ferquidum est simile. Reg. Petri num. 393. & restaurare nobis ferquidum, idest simile.  
 (3) Dumtaxat hic ponitur abusivè, pro scilicet (quo sensu usurpatur à Lucretio) super illam scilicet compositionem. Alioqui propriè est Adverbium exclusivum. Vide Martinium.  
 (4) Minus circumspèctè (inquit Peregrinius in expanso Remmate Principum Salerni) dictus Major. Nam Gisulfus filius fuit Guai-

- marii minoris, hoc est secundi.  
 (5) Emendandum ex alio Codice, obvenerant. Contra verò in illo emendandum ex isto Carpello in Carnello.  
 (6) Albetu planè habet cartula apud Regestum num. 321. & tamen Lauretus edidit Alberto.  
 (7) Regest. num. 233. Infra cap. 10. Hugo Marchio missus ab Imperatore, & cap. 36. Benzonis Missi Henrici Imperatoris. Missus pro Legato, Nuntio. In legg. Franc. lib. 4. cap. 7. & 12. legg. Langob. lib. 2. tit. 52. l. 5. à Misso nostro, & Comite, & tit. 53. l. 2. si Comes in suo Ministerio justitiam non fecerit, tunc Missus noster de hac causa, &c. & l. 9. Ut Judices, sive Missi nostri fiscalini, de qualibet causa non exigant Fredam (est autem Freda, seu Fredum multa, quæ Principi deberur, vide Vossium, & Lindebrogium) & l. 17. Legatio Missorum nostrorum hac &c. Nicolaus Pontifex. Lothario Regi, ut pro perficienda Synodo Missos è latere nostro dirigere dignaremur. Unde Auctor noster infra cap. 89. Missos, & Nuntios pro eodem accipit Ital. sac. tom 1. col. 959. Petrus Episcopus de Pavia, & Gubertus de Dertona Missi Sacri Palatii: Ignotus Casinensis num. 6. Episcopus per suum Missum, quem meliorem habet.

rent, & laborarent ipsas terras nobis pertinentes, ita ut tertiam tantum partem huic Monasterio de omnibus, quæ operarentur, & de ipso castello tribuerent, quas verò sibi haberent. Per idem tempus Sadelfrit Diaconus civitatis Lesnensis obtulit in hoc Monasterio unam Ecclesiam juris sui, vocabulo Sanctus Martinus, constructa juxta eandem civitatem in loco, qui dicitur Alchin, cum omnibus ornatibus, & pertinentiis ejus. Id ipsum quoque fecerunt Guarnerius, & Laidulfus, & Bassq (p) Larienses, de Ecclesia Sancti Germani in loco, qui dicitur Aquarola, (q) apud Larinum. Eodem modo oblatae sunt huic Monasterio tres Ecclesiae in Lumifano, idest Sancta Maria, Sanctus Petrus, & Sanctus Benedictus in loco Maccla bona, cum omnibus rebus, & pertinentiis earundem Ecclesiarum. Guido etiam Ascularius obtulit curtem suam de Casali, loco, qui dicitur, Force, quæ est terra modiorum circiter mille quingenti: obtulit autem illam in Ecclesia Sancti Salvatoris de prædicto Asculo, ad opus Monasterii hujus. Emmo etiam quidam Marficanus optulit huic loco hæreditatem suam de Comino, quod est centum modia de terra, in loco, qui dicitur Ferrara, ad Vicalbum. Circa hos dies Gifepertus Præpositus Sanctæ Sophiæ de Benevento, ordinatus super causas hujus Monasterii in Lesina, & (r) Thermole, recollegit ab Adelchiso Lucerino Episcopo libellum, quem ei dudum Angelarius Abbas fecerat, de omnibus, quæ in prædicta Lesina, huic Monasterio pertinebant, dimissa ei iterum per libellum medietate ipsius Faucis, & fluvio Lauri usque in quintumdecimum annos, censu auri libra una per annum. Hic idem Gifepertus proclamavit in placito Termulensi coram multis, qui ibi aderant nobilibus, atque iudicibus super quodam Castalgardo, qui ei contendebat quandam curtem nostram in eadem Termula, loco, qui vocatur Casale Mari, ad Sanctum Georgium, quæ curtis appellatur de Theodosio, quam videlicet curtem Deusdedit Abbas noster olim emerat ab Adelperto, Avq ejusdem Castalgardi, quingentis solidis aureis. cum Casis, terris, vineis, silvis, pratis, & aquis, simul cum ipso pascuo ejus, quod habebat in (f) Termuleto, per designatos fines ab uno capite rivus, qui decurrit à Sancto Georgio in Vicarium, & usque Bifernum. Ab altero capite mare, à latere Bifernum, ab alio latere rivus vivus, qui decurrit in mare, & ita ostensa ratione sua, judicantibus illis, manifestavit, se inde prædictus (t) Castalgardus per scriptum apposita compositione mille solidorum, si hoc aliquando remove voluisset. Constantius quoque Præpositus Sancti Benedicti (u) de Lariano, proclamavit in placito (x) Madelfrid Comitis, super Azonem Episcopum ipsius ci-

A vitatis, de Ecclesia Sancti Benedicti (y) in Pertinari, quam idem Episcopus cum omnibus possessionibus ejus sibi vendicaverat, & ostensa ratione, ac justitia nostra, judicante Comite, & Episcopo renuntiante, recollegit eam, & quoniam destructa erat, à fundamentis eam restaurans, ibi Monasterium, quod hæctenus infra civitatem fuerat, esse constituit, ibique (z) cum Monachis religiosè vivere cœpit.

*De Pertinentiis Sanctæ Mariæ in Luco.*

CAPUT VII.

B (1) **H**ic Abbas fecit libellum de Monasterio Sanctæ Mariæ in Luco, Raynaldo Comiti Marforum, secundum illas scilicet pertinentias atque fines, quibus Gualterius Sacerdos, & Monachus eandem Ecclesiam à Doda Comitissa sibi oblatam in hoc Monasterio, ante annos ferme viginti traderat, quod est modiorum terræ sexcenti. Quod videlicet Sanctæ Mariæ Monasterium diversis postmodum, ac multiplicibus longè latèque Ecclesiis, seu possessionibus (a) & nonnullis fidelibus est ditatum, de quibus hic aliquanta scribamus, quæ investigare potuimus. Sancta Maria in Colle longo, (b) Sanctus Martinus in Transaquas, Sancta Crux in valle (c) Ortucce, Sanctus Laurentius in Vico, Sanctus Johannes (d) in Besenge, Sanctus Cyprianus in civitate Marficana, Sanctus Salvator in Giro ejusdem civitatis, Sancta Barbara ibidem, Sanctus Ambrosius in Secunzano, Sancta Maria in Cesis, Sanctus (e) Leucius in Marano, Sanctus Blasius in (f) Muscoli, Sanctus Hierasmus in Pomperano, Sanctus (g) Silvester in Pireto, Sanctus Salvator in (h) Camarata, Sanctus Germanus in (i) Petrella Romani, Sancta Restituta in Morrei, Sanctus Stephanus, & Sanctus Nicolaus, & Sanctus Donatus in Valle Sorana, Sancta Maria in Passarano, & Sanctus Sebastianus ibidem. Omnes istæ Ecclesiae, cum universis possessionibus, & pertinentiis eorum, mobilibus, & immobilibus, prædicto Monasterio antiquitus pertinere. Insuper & hæreditas Petri Maimonis in (k) Auritino magna, & bona, & hæreditas Apici in Paterno, & hæreditas Bettonis Rattrudæ in Avezano.

*De Libellis, quos faciebant idem Abbas, qua intentione (a) faceret, & de censu eorum.*

CAPUT VIII.

E **P**ræterea ubicumque depopulationibus nostri Monasterii, quæ prioribus temporibus amissæ fuerant, præfatus Abbas investigare certius potuit, maximum præ omnibus re-

(p) Larienses  
(q) apud Larinum. Similiter fecerunt Johannes, & B. nucus cives Thermulenses de Ecclesia S. Trinitatis, quam ipsi construxerant super mare in ripa, quæ nominatur Petra Hermerissi eodem modo, &c.  
(r) Thermule.  
(f) Termuleto.  
(t) Castalgardus.  
(u) de Lariano.  
(x) Madelfrit.  
(y) in Pertinari.  
(z) cum Fratribus.

IN CAPUT VII. NOTÆ.

(a) à nonnullis.  
Tom. IV.

(b) Monasterium S. Martini.  
(c) Artucce.  
(d) in Besenle.  
(e) Eleuticius.  
(f) Muscoli.  
(g) Silvester.  
(h) Camerata.  
(i) Ptrella.  
(k) Auritino.  
(1) Præpositura insignis fuit. Retinet adhuc nomen, collata Presbytero sæculari, cum onere annui Canonis, ut vocant, solvendo Casinensi Cœnobio.

IN CAPUT VIII. NOTÆ.

(a) faceret.

colligendi, & conquirendi, seu etiam redimendi, nec non libellos faciendi studium habuit. Libellos autem quamplurimos, sive de rebus hujus Monasterii, sive Sancti Angeli de Barrejo, ut in eisdem libellis habetur, ideo studiosissimè faciebat, ut & hoc Monasterium dudum à Saracenis destructum de ipsorum pecuniis reconciliaret, & ut per hoc indicium, ad hujus cœnobii dicionem, universa illa pertinere, in futurum tempus ostenderet. Nam filii cujusdam Gifonis de Aprutio libellum faciens de curte (b) de Vignano quadringentorum circiter modiorum, recepit inde in præsentem solidos sexcentos: annualiter verò pro censu solidos XX. Item in Aprutio de Curte Tulliana solidos trecentos, pro censu solidos viginti tres. Item ibidem de Curte, quæ dicitur Bassanum solidos centum, pro censu solidos XV. Item ibidem loco Arole de quadringentis modia terræ solidos (c) sexcentos, pro censu solidos IV. Item ibidem de Curte (d) Mariana solidos VII. Item ibidem de Curte Tulliana, & aliis rebus libras sedecim, pro censu solidos XX. Item de eadem solidos trecentos: pro censu solidos sedecim. In Comitatu verò Pennensi, de Curte (e) Sancti Siluri de Doliofa solidos quadringentos: pro censu solidos quindecim. De curte Sancti Georgii de Colline solidos ducentos: pro censu solidi decem. De terris in loco, qui dicitur Ciccle, solidos quingentos: pro censu solidos decem. De terris in Paterno, & Casa (f) Punzi solidos centum sexaginta: pro censu solidi quattuor. (1) In Marfia de Sancto Victorino in (g) Celano, & Sancto Benedicto in Tilia (h) libræ sex: pro censu (2) Tremisse VIII. In Balua de Sancto Mercurio, & Sancto Cesidio, (i) &

- (b) de Bigano.  
 (c) ducentos.  
 (d) Mariana solidos CLXVIII. pro censu VII. Item.  
 (e) S. Silvestri.  
 (f) Punti.  
 (g) Celano.  
 (h) libras sex: pro censu tremisses VIII.  
 (i) deficit, & aliis rebus in Flaterno.  
 (K) libras duas.  
 (1) pro censu solidorum duorum.  
 (m) bizanteorum.  
 (n) aliis per diversa loca, seu Provincias.  
 (1) Regione, non civitate, ut in prologo notatum.  
 (2) species numi, valens tertiam partem Assis, seu solidi; hoc est, quatuor denarios. Tremissis, inquit Vossius, *fixere Latinobarbari pro Triente, sive tertia parte aurei; nempe cum semissis audirent dici de dimidio Asse, putarunt etiam posse Tremissis dici de tertia parte: At secus est: quia in semissis habemus M. unde semissis, quasi As. Ut ait Varro in 4. de Ling. Latin. At in Tres, vel Ter, aut Tertius nullum est M. quod cum aliqui viderent, commenti sunt, Tremissis dici à triplici missu, quoddam ter missus faciat assen.* Auctor notarum in Paul. Diac. de Gest. Langob. sive Vulcanius ait, Tremissis, dici pro Treffis: Atqui Treffis est: Tres Asses: Tremissis verò, sive Triens unius Assis tertia pars, quæ plurimum distat. Reperias Trimissium ex Græco, quibus dicitur Tremissus. Anast. Biblioth. in Silvestro. *Domum in regione Rossea intra urbem, quæ præstat solidos 58. & trimissium, & in exilio Sancti Martini. Nam nec semel de regione ista, usque ad unum Trimissium, frumentum potui comparare. Ubi Trimissium est Tremissis. Ut omnino fallantur, tum quibus placet Trimissium esse à Trimedio: tum qui factum volunt ex Trimensio, hoc est Trium mensium spatium, ut putarunt Ludovicus de la Cerda in Advers. Sacr. &*

A aliis rebus in Flaterno libræ quattuor: pro censu Tremisses decem. Item ibi de Ecclesia Sancti Benedicti (3) in Prætorio (k) libras duas: pro censu solidos duos. Fecit etiam libellum cuidam Johanni Presbytero, & Maraldo Gastaldeo civitatis Cannensis de piscaria ejusdem civitatis, in loco, qui dicitur Zapineta, usque in decem annos, pro censu super singulos annos (4) quattuordecim ligaturas sepium, quadraginta bonas sepies per singulas ligaturas (5) habentibus. Nec non & de Ecclesia Sancti Benedicti sita in eadem Canni, (1) pro censu duarum pellium confectarum. Fecit & libellum Landulfo Comiti Hiserniensi de tota pertinentia terrarum, ubi dicitur Capriata. Quas idem Comes, non multo post, ex integro reddidit in hoc Monasterio, (6) tradito hinc ad conversionem filio suo parvulo. De Piscaria quoque Lesinensi, & fluvio Lauri libellum fecit pro censu triginta (m) bizanteorum. In Valle quoque de Caudis, loco Paulisi, de Ecclesia Sancti Andreæ, & omnibus pertinentiis ejus libellum fecit cuidam Leoni Presbytero, & Johanni Genco (7) pro Xenii, & servitiis eorum. Similiter fecit & de innumeris (n) aliis, quæ hinc superfluum scribere duximus.

Qualiter primò factus sit Capuanus Archiepiscopus.

### C A P U T IX.

(1) Hujus Abbatis nonodecimo anno, (2) Johannes Papa (3) de Roma exiliatus venit Capuam, & rogatus à præfato Principe Pandulfo, tunc primùm in eadem civitate (a) Archiepiscopatum constituit, con-

Dominicus Magnus in sua Notitia vocabulorum Eccles. In legg. Aleman. tit. 78. *Optimus Bos quinque Tremisses valet. Medianus quatuor Tremisses valet. Minor, sicut adpretiatus fuerit: optimam Vaccam quatuor Tremisses, &c.* In legg. Langob. tit. 101. §. 62. In legg. Ripuar. tit. 23. *Tremissis exponitur, quatuor denarii: Lamprid. in Alexandro Severo. Atque etiam cum ad tertiam partem aurei vestigal decidisset, Tremisses, subaudi solverent.*

- (3) nunc Pretora.  
 (4) Alibi anguillas, & pisces pro censu reperies, infra cap. 13.  
 (5) Mendosè, pro habentes: & tamen Lauretus abstulit emendare.  
 (6) Vides hinc puerulum tradi ad conversionem, quod est, ad monachatum: non ad scholam tantum, quod alibi observatum.  
 (7) nempe, ut pro censu pecuniario, solverent operas, & honoraria quædam Xenia: nostra ætate usu perdurante hujusmodi Xeniorum.

### IN CAPUT IX. NOTÆ.

- (2) Archiepiscopum.  
 (1) Christi 968. vel 967. non 971. ut de suo cerebro Lauretus.  
 (2) Decimus tertius.  
 (3) Baronius ad annum 968. num. 67. ad hæc Ostiensis verba sic commentatur. *Porrò consignatum tempus (nempe 968. qui erat decimus nonus Aligerni) non ad Joannis exilium, quod longè ante contigit (nimirum anno 965. ex eodem Baronio) sed ad collatam illi Ecclesie Archiepiscopatus dignitatem referri necessariò debet. Consule Peregrinum in Aligerno. Joannes decimus tertius obiisse traditur anno 972. sepultusque jacet in Basilica Sancti Pauli, ingredientibus ad dexteram: Revocatus enim Romam, & Pontificatu pacificè deinceps potitus, ejus injurias severè vindicantem Ottone magno; in pace tandem quievit 8. Idus Septembris.*

consecrato ibi Johanne fratre ejusdem Principis Archiepiscopo. Post quem Dominus Leo hujus Cœnobii Monachus in eadem Civitate quattuor annis, & dimidio, Archiepiscopatu functus, Gilberto nihilominus hujus loci Monacho (4) (b) successionem Archiepiscopatus reliquit. Sequenti anno, defuncto primo Ottone, Otto secundus Imperator filius ejus cognomento Rufus venit Capuam, & abiit Tarentum, ac Metapontum, & deinde Calabriam. Unde prosperè ad sua reversus, Anno Domini (c) nungentesimo octogesimo tertio, iterum magno exercitu congregato, cum Saracenis in Calabriam dimicaturus descendit: sed, divina permissione, superatus ab illis, vix ipse cum non multis evadere poruit. In quo etiam prælio Landulfus Princeps filius Principis Pandulfi cum fratre suo Atenulfo, aliis pluribus mortuus est. Imperator autem Capuam reversus, (5) firmavit Principatum relicta Pandulfi Principis Aloaræ, & filio ejus Landenulfo. Ipse verò, pro recolligendo milite, ac certamine restaurando, Romam rediens, (6) eodem tempore defunctus est, (7) atque in atrio Ecclesiæ Beati Petri Apostoli in labro porphiretico sepultus, (8) (d) introëuntibus in Paradysum ejusdem Ecclesiæ ad lævam, (9) & filius ipsius Otto tertius Regnum accepit.

(b) sui successionem honoris.

(c) nongentesimo.

(d) deficit, introëuntibus in paradysum ejusdem Ecclesiæ ad lævam.

(4) Ad quam mentem Maximus Taurinensis de Eusebio Vercellensi, *Plures*, inquit, *è discipulis reliquit sui Sacerdotii successores quod est, Plures illi è suis discipulis successerunt.* Non enim hæreditate possidendum relinqui potest sanctuarium Dei. Quoddam autem Clemens à Petro successor Pontificatus destinatus dicatur in Epistola ejusdem Clementis ad Jacobum Fratrem Domini, ex Apochryphis venit. Illam quippe Epistolam, ut & aliam Joannis Tertii ad Episcopos Germaniæ, ex qua hausit Gratianus, supposititias censent Bellar. de script. Ecclesiast. Baron. ad an. 69. §. 43. Turrecremata summa de Ecclesia lib. 2. cap. 101. aliique; & revera Clemens non fedit post Petrum immediatè, sed electus à Clero post Linum, & Clerum, ut communiter doctiores. Quoddam autem Bonifacius secundus, convocata Synodo, Vigilium sibi successorem elegit, timens, ne Pontificis electio à Gothorum Regibus usurparetur, idem Bonifacius retractavit, in præsentia sacerdotum, & Cleri, & Senatus decretum illud cassans, & comburens. Baron. an. 531. Gravina, Bzovius, aliique ex Anastasio Biblioth. qui distinctè rem narrat. Confer noranda ad cap. 64. lib. 3.

(5) In Archivo Monasterii Sancti Laurentii Averse extat chartula scripta anno 4. Principatus Landonolfi. *Ego Aloara relicta Principis Paldolfi, filia Petri Comitit, cum consensu supradicti Landonolfi Principis, & Gifulfi germanis filiis meis, &c.* apud Peregr. hist. Lang. pag. 218. lib. 1. & apud nos in Reg. Petri num. 234.

(6) Vide eundem Peregrin. pag. 221. ubi Ostiensis hæc verba paraphrastice explicat, & in serie Abbatum Casinensium pag. 39.

(7) Non enim intra Ecclesiam olim tumulata cadavera, sed in Atrio, vel Cœmeterio; Ut supra lib. 1. observare est in sepultura plurium Abbatum. Infra c. 11: *Sepultus juxta Ecclesiam, & lib. 4. cap. 62. Atque in Atrio Ecclesiæ Beati Benedicti reconditum est.*

(8) Quod ante dixit *Atrium*, nunc appellat *Paradysum*. Infra lib. 3. cap. 27. *Fecit & Atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradysum vocitamus.* Paradyfus locus amœnus, & desiderabilis: Hortus septus, & Vivarium etiam ferarum, Græcis. Quoniam Tom. IV.

*Qualiter Princeps Landenulfus occisus sit, & qualiter vindicatus.*

## CAPUT X.

(1) PRædicta verò Aloara, cum vixisset in honore suo annis circiter octo, reliquit in Principatu filium Landenulfum, (2) qui post quattuor menses à quibusdam infidelibus suis Capuanis crudeliter occisus est apud Ecclesiam Sancti Marcelli ipsa quinta Feria Sanctæ Paschæ, ad quam, (3) de more principali ejusdem civitatis, eadem die (a) processerat. Quo cognito Transmundus, Teatinus Comes, & Marchio, propinquus ejusdem Principis, ad ulciscendam ipsius interfectionem, congregato non parvo exercitu, simul cum Rainaldo, & Oderisio Comitibus Marforum, venit super Capuam post duos ferme menses, & obsedit eam, ac vastavit per quindecim dies. Postmodum verò, pro hac eadem Principis ultione, venit Capuam unà cum prædictis Comitibus Hugo Marchio missus ab Imperatore, & obsedit eam undique per multos dies, quousque ii traditi sunt illi, (b) qui prædictum Principem interfecerant. Quos accipiens (4) sex de illis in furca suspendit; cæteris, verò diversis, ac variis pœnis multavit.

De

igitur Atrium Vaticanæ Basilicæ picturarum fortè amœnitate, auroque illito, decorum, ac nitidum, vel, quia, cœlestis gloriæ expressione ornatum erat, Paradisi nomen meruit: eademque ratione Atrium Casinensis Ecclesiæ.

(9) Otto Secundus cognomento Rufus imperavit annos decem, menses septem, dies duos: Otto Tertius annos 17. mensem unum, dies 21. ex Panvin. & aliis.

## IN CAPUT X. NOTÆ.

(a) solempniter.

(b) qui præfatum.

(1) Infra cap. 52. *In omni prosperitate sui honoris*, lib. 3. cap. 16. *Post mortem fratris Humfridi, honore ipsius recepto.* Ejus videlicet Dignitate, Potestate, & in Vita Sancti Menantis idem Leo. *In toto honore meo.* Alex. Telefin. lib. 3. cap. 27. *Ducali honore.* Infra cap. 65. *Principatus honorem.* Aloara igitur cum vixisset in Principatu (quem sibi, & filio Landenolfo firmaverat Otto Secundus) annis circiter octo, reliquit in Principatu filium Landenulfum. Chartula Monasterii Cavenfis apud Peregrin. pag. 307. *Landenulfum deposuit ipse Imperator de honorem suum.*

(2) Rem narrat auctarium quoddam ad Chronicon Comitum Capuæ Abbatis Joannis in Codice nostro 353. editum à Peregrinio lib. 1. pag. 125. Illum adi, & pag. 305. ex Archivo Cavenfi.

(3) Nempe, *sicut de more Principes consueverant.* *Principalis cognitio*, apud Trebonianum, l. final. ff. ubi pup. educ. *Principalis auctoritas.* Papinian. l. 50. ff. de hæred. *Principalia arma.* Velleius Patere. lib. 2. *Antequam Aricis ad dignitatem perveniret Principalem.* Anonymus Salernitanus parte 1. apud Peregr. *Reversus est Guido ad Italiam, quo principare cupit.* Erchempert. num. 82. & in Reg. Petri num. 213. *Si quis autem banc nostram principalem concessionem, &c.* & alibi sæpissimè, *spiritu principali confirma me.* Psal. 50. *Principale* igitur à Principe. *Principale* à Principio.

(4) Scribit Nicephorus lib. 7. cap. 46. supplicium Crucis à Constantino sublatum, & ejus loco introductam furcam. Sozom. lib. 1. cap. 8. Hinc reperies *infurcare*, pro *suspendere*. Dicta est autem furca à similitudine furcæ rusticæ, à qua appellati sunt *Furciferi*, servi, qui, ob facinus aliquod commissum furcam collo gestarent in pœnam, & ignominiam.

X x 2

*De Terræmotu mirabili, & qualiter Lignum Sanctæ Crucis (a) in hoc Moñ. delatum sit.*

## CAPUT XI.

**A**Nte hoc fermè biennium ingens terremoto factus est, tam in Capua, quam Benevento: itaut in Capua plurimas domos everteret, & Campanas ejusdem civitatis per se sonari faceret. In Benevento autem (1) viperam dejecit, & subvertit quindecim Turres, in quibus centum quinquaginta homines mortui sunt. De Ariano, & Fregento magnam partem destruxit. Compsanam civitatem propè mediam evertit, ejusque Episcopum cum plurimis aliis occidit. (2) Romam verò cum univèrsis ferè in ea manentibus summersit.

Eisdem fermè diebus Frater hujus Aligerni Abbatis Leo nomine, Monachus professione (3) portionem ligni Dominicæ Crucis non parvam, auro, gemmisque pretiosis, ac margaritis circumdatam, revertens à Jerusalem detulit, & huic Sancto Cœnobio devotissimus obtulit die Nonarum Novembrium. (4) Depositus est autem prædictus Abbas nono Hcl. Decembris, & sepultus juxta Ecclesiam Sancti Benedicti.

## IN CAPUT XI. NOTÆ.

- (a) in hoc Monasterio.  
 (1) *Vipera collis, seu mons in agro Beneventano, & in eo Castrum. Infra lib. 3. cap. 60. Comes de Castro Vipera. In Reg. Petri num. 498. De Castello Vipera. In Bulla Calixti Secundi, Innocentii Tertii, &c. Ecclesia Sancti Eustasii in Vipera. Apud Bullarium Margarini. Hoc ergo Castrum dejecit Terræmotus, nisi Vipera aliud quidpiam fuerit.*  
 (2) Terra erat non longè à Compsa; quam etiam Urbem prope mediam evertit, ejusque Episcopum occidit.  
 (3) Inter Cimelia Casinensia veneramur adhuc non parvam sacri ligni portionem. An verò illam, quæ à Leone Monacho huc allata est? non constat.  
 (4) In Necrologio antiquo cod. 47. *Nono Kal. Decembris Aligernus Sacerdos, & Abbas hujus loci. Anno 986. ex Computo Peregrin. In Codice 333. habetur Epitaphium Aligerni, quod hic subnectimus.*

## EPI T A P H I U M

*Domini Aligerni Abbatis.*

**H**ic Pater egregius Aligernus pausat humatus  
*Pignere vivifico resliturus item  
 Nativa bonitate cluens summus, & inclitus orbi,  
 Urbe Neapoleos satus, & altus erat.  
 Ast Domini præcepta librans, patriam quoque  
 linquens,  
 Quo caput orbis habet, pervolitabat ovens,  
 Ecclesia Doctoris enim delegit Asylum,  
 Sub Patre Balthuvino subdere colla Deo.  
 Dogmate normali virtutum culmina postquam  
 Attigit; hoc sacrum regere Gimnasium  
 Promeruit, quo cuncta micant spiramina lucis,  
 Per mare, per terras, per juga, perque chaos.  
 Quod quia frustratum fuerat tam temporis, ille  
 Nisibus omnigenis enceniarat bias.  
 Tigna novans, tegulasque locans dissepta resarsit,  
 Picturamque nidem fecit habere domum.  
 Quid valeat, quid non, quò virtus, quò ferat  
 error,*

*De introitu Mansonis Abbatis.*

## CAPUT XII.

(1) **M**Anso vicefimus octavus Abbas fedit annis undecim. Iste (2) fuit consobrinus Pandulfi Principis, qui cum eo tempore, quo (a) Aligernus Abbas defunctus est, (3) Monasterio sancti Magni juxta Fundanam civitatem posito, præset, (4) propinquorum Principum fretus solacio: non autem (b) omnium hujus loci Monachorum consensu, Cœnobii hujus, Abbatiam indeptus est, unde factum est, ut nonnulli (c) de Prioribus hujus Monasterii Fratibus (5) potius hinc egredi, quam manere sub illo eligerent. E quibus (d) Johannes Beneventanus, qui postmodum Abbas extitit, unus fuit: alter verò (e) Theobaldus nichilominus postmodum Abbas effectus; Domnus etiam Liutius de religiosis hujus loci Monachis, ac Prioribus unus; nec non & quinque alii, quorum nomina non recoluntur, quibus omnibus tres priores Jerusalem profecti sunt. Quinque verò alii in Lambardiam, quos, cum ob maximam hujus loci devotionem (6) Hugo Marchio nimis reverenter suscepisset, ex ejus largitione, atque concessione quinque Monasteria in illis partibus construxerunt, ibique juxta traditionem hujus Monasterii omnem ordinem posuerunt. Ex cujus etiam Marchionis dono duo hic argenteæ coronæ habentur.

*De*

*Noverat ipse sagax, propostique tenax.  
 Non persona potens fuerat, quæ temperet illum,  
 Quæ placeantque rogat, quo dare cuncta queat.  
 Gravis erat moribus, Monachorum specula  
 extans,  
 Cuncta gerens placido, ingenioque pio.  
 Jam meritis Pater ille pius, talibusque refertus,  
 Latus ab æthereis sumitur ecce choris.  
 Conditur bis septis ter ternis ritè HCalendis  
 Romulæi mensis ipse December adest.  
 Hoc piè Cœnobium ter denos rexerat annos,  
 Septenosque simul, sic adiitque polum.  
 Nunc monachibile decus titulum cum legeris istum,  
 Dic, & in æternum nunc habeat requiem.  
 Amen.*

## IN CAPUT XII. NOTÆ.

- (a) Aliernus.  
 (b) deficit, omnium hujus loci.  
 (c) de Prioribus, ac melioribus.  
 (d) Domnus Johannes.  
 (e) Domnus Theobaldus.  
 (1) Non tamen complectis, ex Peregr.  
 (2) Laidolfus etiam Princeps consanguineum suum appellat in suo Præcepto apud Regest. Petri num. 235.  
 (3) Concesso à nostris postea Monachis Oliverianis, imposito annuo censu, Casinensi Monasterio solvendo.  
 (4) D. Gregor. lib. 1. Epist. 13. *Huic vos solatiari, in quo sibi necesse fuerit, admonemus, & Epist. 19. Solatiante Domino nobis.*  
 (5) Non tamen absque Abbatis licentia. Prodidit hoc Desiderius lib. 2. Dialog. de uno ex his Monachis Joanne Beneventano. *Petita, inquit, ab Abbate suo licentia, Jerusalem perrexit. Ab uno disce omnes.*  
 (6) Qui & Comes alibi dicitur; Abbatie Florentinæ fundator, & aliarum, ut hic asseritur, Casinensium Monachorum Magisterio usus in earum institutione. De eo Petrus Damiani Epist. 12. lib. 7. ad Gothifredum Hugonis successorem.  
 In editione Veneta, & Parisiensi integrum hoc duodecimum caput desideratur; cum in utroque nostro Codice integrè habeatur.



De quorundam oblationibus, seu Libellis.

## CAPUT XIII.

PER idem tempus supradictus (1) Otto Tertius interventu matris Augustæ Theophanii, præceptum huic Monasterio fecit, confirmans de more omnes pertinentias ejus. (2) Gisulfus præterea Teanensis Comes fecit oblationem in hoc Monasterio de loco, (a) & castello, quod dicitur casale Caspuli cum finibus, ac pertinentiis ejus. Berteramus etiam

## IN CAPUT XIII. NOTÆ.

(a) five Castello.

(b) deficit, de civitate.

(1) Lauretus interpungit sic. *Interventu matris Augustæ, Theophanii præceptum huic Monasterio fecit, sed ineptè; Quasi verb Theophanii ad præceptum referatur.*

Theophanium proprium nomen est Augustæ Matris Ottonis Tertii, uxoris Ottonis Secundi, filie Imperatoris Constantinopolitani, neque domesticum nomenclatorem desiderare potuit. Petrus Diac. in Reg. num. 126. ubi Otto ipse sic loquitur. *Interventu dilectæ genitricis nostræ Augustæ Theophanii nos corroborasse, &c. Præter Antoninum. 2. part. hist. tit. 16. cap. 3. §. 2. ubi: adveniente, inquit, festo Dominicæ Nativitatis Otto (primus) fecit filium suum Ottonem à Leone Papa coronari: illique Theophaniam filiam Constantinopolitani Imperatoris matrimonio copulavit. Luitprandus quoque in lib. de legatione sua ad Nicephorum Phocam. Misit me Dominus meus ad te, ut si filiam Romani (proprium est nomen, ut supra) Imperatoris, & Theophaniam Imperatricis Domino meo filio suo Ottoni Imperatori Augusto in conjugium tradere volueris, &c. Theophana autem, seu Theophania latinâ formulâ, Græcè est Theophanium, ut Glicerium, Pampbilum.*

(2) Regest. num. 236. Berteranus num. 238. Petrus quidem Presbyter num. 237. Temmarius num. 238. ubi vocatur Tetmari, Transmundus, &amp; Grimoaldus itidem.

(3) Cap. 22. *ex illustri Beneventanorum civium-præsapia. cap. 77. & Leonem de Manso illustrem virum. cap. 93. Cujusdam illustri viri Lucensis. lib. 3. cap. 60. Gregorius illustri. Illustri duplicem habet notionem, vel communem, quod est Nobilis, vel pro titulo dignitatis specialis, quam antiqui vocabant Illustratum. Cujus institutio, quando cæperit, non satis constat. Guido Pancirolus in Notitia utriusque Imperii cap. 2.*

Officia igitur, dignitates, & Magistratus apud Romanos olim, Alii erant *Majores*, Alii *minores*, Alii *medii*. Majores appellabantur *Illustres*, cujus ordinis erant Præfectus Prætorio Orientis, Præfectus Urbis Romæ, Præfectus Illirici, complectentis tunc Italiam, Germaniam, Macedoniam, Thraciam, Epirum, & Adriaticum mare, usque Danubium. Magister militum, Quæstor, & alii: Consul verò audiebat *superillustris*. Loco tamen supra laudato lib. 3. Gregorius Consul à Petro Diacono vocatur *Illustri*. *Illustrissimi* autem appellationem non invenimus apud veteres Romanos, quæ nunc frequentissima usque ad nauseam. Medii Magistratus dicebantur *Spestabiles*, Comes Orientis, idest Procurator rerum Cæsaris in Oriente: Præfectus Augustalis, Prætor, &c. Minores tandem *Clarissimi*, ut Præfectus Vigilum contra nocturna incendia, Præfectus Annonæ. Hæc ex Panvinio.

Apud Cassiodorum extant formulæ *Illustratus* lib. 6. *Spestabilitatis, & Clarissimatus* lib. 7. *Cape igitur pro fide, & laboribus tuis Comitativa domesticorum Illustratum vacantem. Ideo te spestabilitatis honore decoramus. Clarissimatus igitur honorem Regia Tibi largitur auctoritas, &c. & hæc quidem ævo Cassiodori: Nam antequam quitus Clarissimi nomen Senatoribus primùm est attributum, ut colligitur ex l. De terre ff. de Adult. & l. spe-*

A nobilis vir de Comitatu Pennensi obtulit res suas sancto Benedicto, in loco, qui dicitur Fonte tecta cum Ecclesia sancti Flaviani, & medietate Castellum de loco Carello, & Castellum de monte Petitto, & cum aliis curtibus suis, quod est terra modiorum septingentorum. Sed & Petrus quidam Presbyter (b) de Civitate Campomaurani obtulit in hoc loco Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quam ipse in hæreditate sua construxerat super ipsos lacus ejusdem Civitatis, cum multis terris, & omnibus pertinentiis ejus. Temmarius quoque (3) vir quidam illustris de Aprutio fecit

San-

B

ciosas ff. de verb. signific. Quod jam Imperante Tiberio introductum fuerat. Pancirol. citat. Vide etiam Guerr. de Romanorum, & Venetorum Magistrat, inter se comparatione; Alciarum, & Martinium, nec præterea Vossium, verbo Lustrum.

Quemadmodum sine animadversione prætereunda mihi non videtur scioli cujusdam arrogantia, qui, cum Romæ, ad Sanctæ Mariæ de Populo, in Epigraphe sepulchrali Chifiorum vidisset, non per duplex LL. sed per N. scriptum *Inlustris*: ita sibi ad audendum perfricuit frontem, ut vetustate, & eruditione commendatam orthographiam non sit veritus reprehendere, & cavillare; nempe, sus Minervam, ut qui nesciret, non dico Aimoinum, apud quem reperies pagin. mihi 57. *Vir Inluster*, sed Lucretium lib. primo scripsisse.

*Nec me animi fallis Grajorum obscura reperta*

*Difficile inlustrare latinis versibus esse, & l. 3. initio.*

*Inlustrans commoda vita.*

C Plinium quoque Epist. ad Minicianum, quæ est 2. libri VIII. *exitus inlustrum virorum*, & in Epigraphe cujusdam portæ urbis, nunc tamen clausæ ad latus portæ Majoris, in qua legitur. *Ex suggestione V. C. & inlustris Comitibus, & Magistris utriusque militia Stiliconis*. Quam inscriptionem integram ad me misit Vir doctrina, & omnigenâ virtute Reverendissimus Jacobus Lentius in Curia Romana Congregationis Casinensis Procurator generalis. Nam, ex observatione Pierii 4. *Æneid.* usque ad M. Aurelii Antonini tempora integras servabant Præpositiones. Quamquam non ubique id verum est. Quando, ut idem agnoscit, *Accipio* gemino CC. Pompei magni ætate scribi solet: ut colligere est ex inscriptione in Minervæ delubro, quam ex manubus condidit. In ea enim legas, *In deditionem acceptis, & In fidem acceptis*. Reperies itaque *Adcipio, & Accipio; Adfero, & Inritum, & Irritum, & similia* sexcenta. Ergo *Illustris, & Inlustris*. Porro Lambino *Inlustris* est à particula privativa *In*, quæ est non, & *Lustrum*, quali *Non lustris*. *Lustrum* autem Cubile est ferarum, fœdum, obscurum, lama lutosa, à qua similitudine, inquit Isidorus, *qui in locis abditis, & sordidis, ventri, & desidia operam dant, dicuntur in lustris agere*. Quare *Inlustris* idem erit, ac, non sordidus, non obcurus, sed clarus, nobilis, nitens. Aliis verò, quibus adhæret Martinus, placet *Inlustris esse ex In* particula augente, & *Lustro*, quod est *expio, purgo, ut incurro, immitto, imprimio, injicio*. Quasi *multum purgatus*, nempe à sordibus plebis, & à tenebris nominis, nam Veteribus tenebræ polluere mentes credebantur: ideoque lumini *lustrationem*, hoc est, *purgationem* tribuebant, ex notatione doctissimi Vossii, Unde Servius ad illud Virg. 4. *Æn.*

*Postera Phœbea lustrabat lampade terras, Lustrabat*, inquit, *idest purgabat*. Atque hinc Populi purgationem per sacrificia quinto quoque anno, *Lustrationem* Romani vocarunt, & *Lustrum*, spatium quinquennale. Plurimè à Vossio in Lexico, tatis enim, superque nos inepti magistelli audaciam redarguimus. An verò Temmarius ab Ostiensi appellatus fuerit *Illustris* titulo Magistratus, vel generali honoris notione? alii quærant.

C

D

E

Sancto Benedicto cartam de omni pertinentia sua in Penne, & Aprutio, cum Ecclesia Sancti Pauli, & Sancti Johannis de (c) Buffeta, & curtibus per diversa loca, terram modiorum mille, & centum. Similiter fecit & Transmundus clericus de curte sua in Aprutio, quæ dicitur Celli, cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis suis, quod est terra modiorum trecentorum. Id ipsum fecit & Grimoaldus Judex Aquinensis de Ecclesia Sancti Angeli, in monte, qui dicitur Aspranus, cum terris non paucis, & cæteris pertinentiis suis. Hic fecit libellum Landenulfo Lucerinæ Sedis Episcopo de Piscaria Lasinensi; unde idem Episcopus per singulos annos reddebat censum in natali Præposito Sanctæ Sophiæ de Benevento ad opus Monasterii hujus bizanteos biginti sex. Fecit etiam libellum Rainaldo Comiti Marforum de Ecclesia Sancti Pauli, quæ sita est in territorio Communensi in pertinentia Castellii septem fratrum, cum rebus, & pertinentiis suis, trecentis videlicet terrarum modis, recipiens ab eo in præfenti quidem solidos quinquaginta: annuatim verò Tincas quingentas. Fecit etiam libellum de Ecclesia Sancti Felicis in Pulverio, & Sancti Maximi in Comitatu Teatino, pro quo recepit solidos trecentos: pro censu verò solidos octo. De Sancto Angelo de Galiano in Pennensi Comitatu solidos centum: pro censu septem. Item ibidem de Sancto Bonito solidos quinquaginta; pro censu solidos tres. Item ibidem de terris ad Coronulas, & ad fontem Ermonis solidos C. pro censu solidum unum. Item ibidem de terris in Pastina, & in valle Albina solidos centum sexaginta; pro censu solidos VIII. Item in Aprutio cuidam (d) Odemundo de ipsa curte de Mariano ad ipsam cisternam, (4) & in colle de Morta terram modiorum (e) centum, & pro censu solidos quinque. Ille fecit libellum juxta tenorem Abbatis Aligerni quibusdam nostratibus, & posuit eos circa Sanctum Heliam, ut & ipsam Ecclesiam à Barbaris destructam restaurarent, & terras in circuitu ipsius juxta terminos statutos excolerent. Eodem tempore Terracinenfes cives commoniti à Johanne Episcopo suo propter cladem quandam, quam tunc patiebantur, ipso die Sancto Paschæ, unanimiter omnes devoverunt, ac promiserunt, daturus se per singulos annos in hoc Monasterio (5) sex millia anguillas, & scriptum inde fieri, terribili anathemate supposito, ad posterorum memoriam præceperunt.

(c) Buffeta.

(d) Ademund.

(e) centum: pro solidis nihilominus centum, & pro censu.

(4) Supplendum ex alio Codice. *Terram modiorum centum, pro solidis nihilominus centum, & pro censu solidos quinque.*

(5) Paulò supra *Tincas quingentas*, & cap. 8. *quatuordecim ligaturas sepiarum*; & infra cap. 57. & alibi: *Monast. Anglic. pagin. 340.* Vvillhelmus Comes donat annuatim Monachis Sancti Albani duo millenaria, & dimidium anguillarum. Carnium Xenia Monachis tributa, non æquè reperio. Ad id Carolus Magnus de Monasterio Casinensi.

*Hic olus hospitiis, piscis, hic panis abundat.*

Exemplum verò hujus Terracinenfium oblationis extat in Regesto num. 241. Vicissim autem à Mansone Abbate, & Monachis habuerunt chartam Fraternalitatis.

#### IN CAPUT XIV. NOTÆ.

(a) dicitur Aspranus.

A] *Qualiter Laidulfus Princeps eidem Abbati juraverit, & quid ei concesserit.*

#### CAPUT XIV.

Hic itaque, cum (1) à Johanne Papa quintodecimo privilegium juxta solitum recepisset, (2) à Landenulfo etiam Principe, qui, ut jam diximus, à Capuanis apud Ecclesiam Sancti Marcelli crudeliter interemptus est, præceptum confirmationis totius Abbatiae accepit, secundum tenorem scilicet præcepti patris ipsius. Laydulfus quoque ejusdem Landenulfi frater, qui illi in Principatu successit, quindecim illi familias in Aquinensi civitate de majoribus, quæ ibi erant, concessit. Cui etiam nono Abbatiae ipsius anno (3) præceptum de Castro Cœli, cum toto monte, qui (a) dicitur Sancti Angeli in Asprano, per suas pertinentias, faciens, juravit illi omnem securitatem, & ut de tota omnino Abbatia se vivente illum fideliter adjuvaret. In præfati itaque montis summitatem idem Abbas ascendens, cum nonnulla inibi veterum ædificia repperisset, voluit ibi Castrum construere; sed propter aquæ penuriam id facere dissuasus, descendit, & in latere ejusdem montis (4) Roccam, quæ Sicca nuncupatur, ædificavit.

B] *Quomodo Landulfus de Sancta Agathe Princeps factus huic Abbati juraverit, & quales ei concessionem fecerit.*

#### CAPUT XV.

C] *Supradictus itaque Imperator Otto, (1) deposito Laidulfo, quem supra diximus, & ultra montes exiliato, eo quòd in necesse fratris sui consensisse dicebatur, Ademario cuidam Capuano filio Balsami clerici, quem secum à puero educatum unicè diligebat, (a) quemque ante paululum Marchionem fecerat, Capuanum tradidit Principatum. (b) Non multo post, idem Ademarius à Capuanis Principatu depellitur, & Landulfus de Sancta Agathe filius Landulfi Beneventani Principis in Principem subrogatur. Hic Princeps supradicto Abbati jurejurando firmavit, & jurando, firmare fecit duodecim (c) nobiles Capuanos totam ex integro Abbatiam, cum omnibus omnino intra Capuanum Principatum pertinentiis ejus, sicut eam tenuit sub præ-*

(1) Regest. num. 15.

(2) Et simul ab Alaora matre Reg. num. 234.

(3) Num. 235. Castrum cœli possideretur nunc à Duce Soræ sub annuo censu quinquaginta ducatorum solvendo Casinatibus. Præceptum datum est 4. Idus Decembris, indi. 8. hoc est, inchoata à Septembri anni 994.

(4) Paulò post ab Adenulfo Summucula funditus everfam, cap. 16. Iterumque instauratam, ac demum in Aquienfium Comitum jus migratam. Ubi auspiciatissimo sidere primam lucem aspexit magnum Ecclesie lumen Thomas Aquinas, Casinensis Cœnobii alumnus primum, incliti dein Prædicatorum Ordinis maximum jubar.

#### IN CAPUT XV. NOTÆ.

(a) *deficit*, quemque ante paululum Marchionem fecerat.

(b) Non multò post idem post menses IV. idem Ademarius.

(c) de nobilibus Capuanis.

(1) Illustrata hæc habes apud Poregrin. pag. 307.

præfata Alora Principissa, & Landenulfo filio ejus, à quibus ei dudum fuerat confirmata. (2) Comitatum etiam Aquinensem totum ex integro, simul cum Episcopatu ejus, (d) & Castellum Arcis, cum omnibus pertinentiis eorum, sicut eo tempore tenebat, & dominabatur. Insuper & castellum de Bantra, quod fuit Landonis Comitum, cum universis pertinentiis ipsius, tenore, quo supra dictum est, confirmavit, cum diversis videlicet aliis conditionibus, quas à prædicto Principe Abbati eidem requirere visum fuit, quemadmodum in ipsius sacramenti ferie continetur.

*Qualiter sit à Capuanis deceptus, atque cœcatus.*

CAPUT XVI.

PRæter multa igitur illius strenuè, & quodammodo, ut suppressius de tanti loci patre loquar, sæculariter gesta, cum & Equites sibi plurimos, & non paucos fericis indumentis indutos famulos paravisset, & ultramontani Imperatoris curiam nichilo segniter frequentaret, præcipuè ob suprascriptæ Arcis constructionem, maximum sibi invidiæ, atque odii fomitem in universo Principatu accendit: adeò ut non multò post, fraude invitatus, à Capuanis (1) captus, atque cœcatus sit, quòd quasi non solum Abbatiam, sed etiam Principatum sibi vindicare satageret. Accessit ad hanc invidentiam etiam Alberici Marforum Episcopi nequitia, qui videlicet, dum filio suo, quem de quadam meretrice susceperat, tradidisset Episcopatum, ad hujus loci Abbatiam adipiscendam, si quo modo posset, animum dederat. Comperiens itaque prædictum Abbatem ob ea, quæ supra diximus, valde Capuanis infestum, locutus primò cum quibusdam nequissimis Monachis; postmodum verò cum aliquibus Deum ignorantibus civibus Capuanis pactus tandem est, centum se libras Papiensis monetæ illis daturum, si illi, cœcato priùs Abbate Casinense, sibi Monasterium contraderent, quod deinceps, eorum fultus auxilio, sine alicujus contradictionis obstaculo possideret. Ita videlicet, ut medietatem ipsius pretii ad præfens illis per suos necessarios mitteret: medietatem verò alteram tunc destinaret, cum Abbatis oculos in manu sua conspiceret. Quod cum ita inter eos firmatum fuisset, cœperunt utrique. hic de pecunia, illi de nequitia pro posse studere. Congestâ igitur Pseudo-episcopus ille undecumque pecuniâ, misit, quemadmodum pollicitus fuerat. Quam nequam illi suscipientes, illos quidem, qui detulerant, in qui-

(d) & Castellum Teramense, & Castellum Arcis.  
(2) Beda histor. Anglic. lib. 3. cap. 4. Omnes Episcopos Hiberniæ, & Scotiæ subditos fuisse refert Abbatem Sancti Columbani in Insula Huvensi. *Habere, inquit, solet ipsa Insula Rectorem semper Abbatem Presbyterum, cujus juri, & omnis Provincia, & ipsi etiam Episcopi, ordine inusitato, debeant esse subjecti, juxta exemplum primi Doctoris illius, qui non Episcopus, sed Presbyter extitit, & Monachus, nempe Columbanus. Hoc itaque commune fuit Abbati Casinensi Mansoni.*

IN CAPUT XVI. NOTÆ.

(a) conceperant dolorem.  
(b) oculus.  
(c) qui Mezius vocatur.  
(d) à Marfia veniens.  
(1) In vita Sancti Nili, & apud Petrum Damian

A busdam abditis absconderunt. Ad Abbatem verò venientes dolosè precantur, ut Capuam adeat, & si quam adversus illorum aliquem querelam haberet, legalem inde justitiam sumat Abbas autem, quoniam illorum invidiam jam dudum compertam, & malitiam suspectam habebat, negat illuc posse se aliquatenus ire. (2) Tunc illi Deum negare parum quid æstimantes, & eum, qui universorum inspector est, fallere se posse credentes, mox adhibitis Evangeliiis, jurant, quòd saluum illum, & incolumem Capuam ducant, saluumque nichilominus, & incolumem ad Sanctum Benedictum reducant. Hoc illi jurantes, fraudulentè in mente sua statuerant, ut posteaquam Capuam illum duxissent, ad Ecclesiam Sancti Benedicti, quæ in eadem civitate est, eum deducerent, ut quasi hoc fraudis ingenio perjuriùm devitarent. (3) Deceptus itaque hujusmodi fraudibus Abbas credidit, & Capuam unâ cum illis, nichil suspicans mali, perrexit. At illi, qui jam dudum (a) ceperant dolorem, pepererunt tandem iniquitatem, moxque ut in Capuanum Monasterium illum introduxerunt; quemadmodum disposuerant, capiunt, ejusque oculos sine mora evellunt, atque diligenter linteolo involutos, clam, ut Domino suo ferrent, Episcopi nuntiis mittunt. Quos illi suscipientes, & valde hylares effecti, festinanter ad Dominum suum reverti cœperunt. Sed ô, nunquam dormitans divini judicii (b) oculos. Jam illi prope Marsiam in campo (c) Mezio pervenerant, ibique jam securi subsistentes, cibos ab itinere fatigati percipiebant. Cum ecce subito Peregrinus quidam (d) superveniens, ac perquisitus ab eis, juxta quod viantibus consuetudo est, aliquid novi. Episcopus, ait, hujus terræ defunctus est. Qua illi voce vehementer attoniti, eumque fallacem, atque impostorem, cum aspernatione nimia, esse dicentes, prorsus credere dubitabant. Sed cum ille rem certo certius, atque instantius affirmaret, & diem, horamque illius obitus diligenter notatam eis referret, confestim illi, in eodem loco defossis oculis, quos jam frustra ferebant, ad Domum Episcopi, quæ non longius aberat, conscensis equis perniciter advolant, atque reperiunt eadem horâ vita privatum Episcopum, qua prædictus Abbas lumine privatus fuerat oculorum, quæ videlicet dies (4) octavo decimo HC. Decembris extitit. Ex his autem nuntiis, quos in tantum scelus jam dictus Pseudo-episcopus destinaverat, unum Andream nomine Presbyterum (5) ego ipse, cum adhuc essem puerulus, vix sese in lecto movere valentem recolo me vidisse, qui ultra centenariam

E lib. 4. Epist. 8. ad Mainardum Episcopum Eugubinum.  
(2) Qui Deo Providentiam adimunt, Deitatem quoque adimere convincuntur. Deum ergo negare videbantur, qui Deum se fallere posse credebant. Cæterum proditores isti cum æquivocatione jurarunt, ut ex sequentibus liquet.  
(3) *Pueros talis, homines juramentis circumveniendos, impiè ajebat Lyfander.*  
(4) supra cap. 13. *Biginti sex*, & infra cap. 32. *Biginti quatuor librarum*, cap. 37. *Benafrani Comites*, lib. 4. cap. 73. *Audegabensi*, cap. 32. *Tribio*, ubi Codex B. legit *Trivio*. *Monast. Anglic. pag. 149. debet etiam habere Caritatem de Cellario ad prandium singulis diebus octavarum principalium festivitatum, quæ octabas habent.*  
(5) In Marficana civitate, se natum, vel educatum, hic indicat Leo noster.

nariam jam vivens ætatem, hæc omnia feriatim avunculo meo sanctæ memoriæ Johanni Sorano Episcopo, quotiens interrogabatur; cum lacrimis confiteri solebat, ne quis fortè existimet fabulosum. Præerat eo tempore in Aquinensi Gastaldatu (6) Adenulfus cognomento Summucula, abavus scilicet eorum, qui nunc dicuntur Aquinensium Comitum, qui mox ut Abbatem cœcatum agnovit, hylaris effectus Roccam vocabulo Siccam, quam idem Abbas paulo ante construxerat, funditus evertit. (e) Hic Abbas in territorio Capuano construxit Ecclesiam in honore Sancti Apollinaris, & in Liburia ad Casam Gentianam Ecclesiam Sancti Johannis, & in Casale Ecclesiam Sancti Confessoris Christi Mauri. Huic porrò Abbati successor ejus Johannes Ecclesiam Sancti Martini juxta Vulturum, & Ecclesiam Sancti Secundini, (f) quæ in Cajazano territorio sitæ sunt, cum omnibus omnino pertinentiis, ac possessionibus earum, (g) diebus vitæ ipsius ex toto contradidit, ut ibidem suo arbitrio, quandiu adviveret, honorificè conversari (h) valeret.

*De Adventu Sancti Adelberti ad hoc Monasterium.*

## CAPUT XVII.

**P**ER idem tempus, (1) Beatus Adelpertus Sclavorum Episcopus, relicto Episcopatu suo ex licentia Romani Pontificis, ad hoc Monasterium venit, cupiens Jerusolymam ire. Sed cum à prædicto Abbate, & à nonnullis hujus loci prioribus dehortatus inde fuisset, quasi divinitus datum sibi consilium sumens, statuit totâ vitâ suâ hic degere, & nusquam amplius omnino procedere. Sed, cum quadam die quidam de Prioribus hujus Monasterii affectuosè cum ipso loquentes, dixissent: Bonum est Pater, ut hic nobiscum maneat, hic habitum monasticum induas, hic Deo placitum vivere ducas; quoniam, (2) cum sis Episcopus, & Ecclesias nostras dedicare, & nostros clericos ad gradus Ecclesiasticos promovere decentissimè poteris. Hoc ille verbum satis molestè accipiens, mox

(e) *deficit*. Hic Abbas, &c. usque ad Confessoris Christi Mauri.

(f) *deficit*, quæ in Cajazano territorio sitæ sunt.

(g) *deficit*, diebus vitæ ipsius.

(h) *deficit*. Defunctus, &c. ut *infr. cap. XIX. ad finem*.

(6) Confer Peregrinium pag. 194. & seqq. ubi etiam de Divo Thoma Aquinate.

## IN CAPUT XVII. NOTÆ.

(a) *deficit*, videns se nihil proficere.

(b) *Item deficit*, in præf. S. Bonifatii Monasterio.

(c) Iterumque Sclavoniam remissus, cum prædicare, &c.

(d) Otto suscepit. Non multò post, &c. *quæ habentur cap. sequenti ad finem*.

(1) Et in titulo *Adelberti*, alibi Adalbertus. Ejus Acta, & Martyrium habes apud Surium 23. Aprilis, quo die colitur in factis Christianis, Vide etiam Baron. in notis ad Martyrol. Hieron. Platum de bono stat. Relig. lib. 2.

(2) Observa hic spiritualis Jurisdictionis Casinensis usum, ut Abbas à quocumque mallet Catholico Episcopo suos Clericos promoveri faceret, & Ecclesias consecrari, nec inobservatum dimittas, quod *Clericos* inquit *promoveri*, nam ordinatos ab Abbate in minoribus, ad superiores ordines ab Episcopo promoveri sinebat, ex indulto Pontificum alias allegato, & in originaria Casinensis Ecclesiæ prærogativa fundato.

(3) Sancti hujus viri memoria celebratur 26. Se-

**A** descendit, atque (3) ad virum Sanctissimum Nilum, quem tunc apud Vallem Luci, cum aliquot Græcis Fratribus, religiosissimè conversari perceperat, satis devotè profectus est. A quo, dum ejus genibus humiliter provolutus, opportuna consilia quæreret, seque ab illo non posse recipi cognovisset: pro eo enim, quòd ita de Monasterio nostro recesserat, asserebat prædictus Pater, non audere se illum retinere, ne fortè ob hoc & ipse cum suis inde expelleretur, consilio tandem ipsius Romam reversus in Monasterio Sancti Bonifatii Martyris aliquandiu conversatus est, nec multò post iterum ad Episcopatum suum à Pontifice Romano directus. Rursus itaque (a) videns, se nichil ibi proficere, Romam revertitur, & (b) in præfato Sancti Bonifatii Monasterio remoratur, (c) iterumque ab Archiepiscopo suo Maguntino ad Sclavoniam remittitur. Ubi cum prædicare cœpisset, ab infidelibus capite pro Christo truncatus Martyrium sumpsit. (4) His quoque diebus Imperialem coronam de manu Romani Pontificis tertius (d) Otto suscepit.

*Item de Adventu S. Romualdi, & S. Bonifatii ad hunc locum.*

## CAPUT XVIII.

**C**EO etiam tempore (1) vir Dei Romualdus, (2) unà cum Beato Bonifatio Imperatoris consanguineo, qui paulò post apud Russiam Martyr effectus est, & cum aliis pluribus Teutonicis de prædicti Imperatoris exercitu ad hoc Beati Benedicti Monasterium, orationis gratiâ venit. (3) Ubi graviter infirmatus: sed quantocius divinâ misericordiâ convalescens, reversus est, eo scilicet tempore, quo idem Imperator (4) Crescentium Romanum Senatorem, qui se in Castello Sancti Angeli de Ponte Sancti Petri, contra eum rebellans, munierat, Sacramento deceptum cepit, & mox quasi reum majestatis capite obruncavit.

*Qua-*

ptembris. Græcus fuit ex magna Græcia, ut ex ejus vita, scripta ab ejus discipulo. Martyrol. Rom. In agro Tusculano Beati Nili Abbatis Fundatoris Monasterii Cryptæ ferratæ, magnæ sanctitatis viri. Vide notas Laurenti ad cap. 11. & 16. & ejusdem Sancti vitam.

(4) Anno 996. 5. Idus Maji die Pentecostes. Pontifex Gregorius Quintus, qui septem viros Augustales, seu Electores Imperatoris primus constituit ex Baronio, Bellarmino, & aliis, contra quam Panvinius censuit, qui ad Gregorium Decimum id refert.

## IN CAPUT XVIII. NOTÆ.

(1) Ejus vitam scripsit Petrus Damiani. Baronius multa de eo. Bucelinus, Yepes, moritur anno 1027. ætatis circa centesimum vigesimum. Colitur 7. Febr.

(2) Martyrol. Rom. 19. Junii. Bucelinus, aliique, cusa enim non recudimus, nisi operæ sit futurum aliquod pretium. Quinfridus primum, tum Bonifacius vocatus est. Vvilibaldus ejus discipulus Magistri vitam, eleganter quidem, sed obscurius descripsit; quam alius Scriptor apertius tradere conatus est. Eam legas apud Surium. Martyrio coronatus est in Fritia anno 754., vel 755. Nonis Junii, in Oppido, quod dicitur *DocKum*. Vossius de Hist. Lat. lib. 2. cap. 29.

(3) Ex Petro Dam. in vita S. Romualdi, cap. 26.

(4) Vide infra ad cap. 39. lib. 4.

*Qualiter huc Comes Olibanus venerit.*

## CAPUT XIX.

**C**IRCA hæc tempora Olibanus quidam Galliciarum Comes ditissimus à prædicto viro Dei Romualdo; cui peccata sua confessus fuerat, commonitus est, ut, relicto sæculo, ad Beati Benedicti Monasterium sub prætextu orationis veniret, ibique se divino servitio irrevocabiler (a) manciparet. Nil ergo moratus, sua relinquens filio, cum multa divitiarum copia, (1) quindecim scilicet onustis thesauro sagmariis, ad hoc se Monasterium contulit, & his, qui secum venerant, valedicens, nil tale de ipso hætenus suspicantes, ipse nusquam de cætero profecturus, sientes ad propria remeare coëgit. (2) Depositus est autem prædictus Abbas VIII. Idus Martii, & in claustris hujus Monasterii reverenter reconditus.

*Qualiter, vel qua de re, Johannes Abbas ultro Abbatiam dimiserit, & de Libellis ipsius.*

## CAPUT XX.

(1) **J**ohannes Abbas vicesimus nonus fedit anno uno. Qui videlicet Venerabilis Abbas, cum jam senectute pariter, & infirmitate gravatus, tanti regiminis pondus ferre non posse (a) perspiceret, consensu, atque electione cunctorum fratrum Abbatem sibi substituit: ipse verò Abbatiam relicta in proximam heremum in loco, qui hodie Piretum appellatur, cum quinque Fratribus secessit, ibique, in honorem Sanctorum Cosmæ, & Damiani, parvulam constructam Ecclesiam, solitarius quodammodo degens, in spiritalibus operibus reliquum vitæ suæ tempus exegit. Audivi à quodam sene, quòd dum quadam die (2) super municipium hujus Monasterii vocabulo Piniatarium, cujus habitatores olim rebellare temptaverant, hostiliter perrexisset, Ecclesia quædam juxta idem

## IN CAPUT XIX. NOTÆ.

- (a) manciparet, quandoquidem aliter nequaquam salvari posset.  
 (1) *Equis sarcinariis. Petrus Damiani in vita Sancti Odilonis cap. 13. Repente sagmarius per montis devexa collabatur. Petrus Blefensis Epist. 14. Sagmarius instans sagmaris. Hinc sagma, & corrupte sauma, onus jumentis. Italis soma, salma. Indeque saumarius, & summarius, somaro. Matth. Parisius, anno 1190. Duos Palafridos, & totidem summarios, & anno 1245. Dedit Domino Papa triginta Palefridos, cum totidem equis clitelariis, quos summarios vocamus. Leges Langob. lib. 1. tit. 14 l. 7. & tollant ad saumas suas.*  
 (2) Abdicato regimine post obsecrationem, secessit, ex concessione successoris Joannis, ac Ecclesiam Sancti Secundini, ut supra in calce cap. 16.

## IN CAPUT XX. NOTÆ.

- (a) perspiceret, sponte sua, &c.  
 (b) sedens.  
 (c) deficit, de Aprutio.  
 (d) nomine datis.  
 (1) Nempe ab obsecratione Mansonis anno 996. ad 997. obiit sedente Theobaldo, ut cap. sequenti, hoc est post an. Christi 1022. prid. Id. Martii.  
 (2) Municipii nomen abusive usurpat, pro Oppido, Castro ad municipale, seu proprium Monasterii jus pertinente. Alias propria notione Municipia sunt Urbes, & Oppida proprio Tom. IV.

**A** Municipium posita ab his, qui secum ierant, cum aliquot eorundem (3) rusticorum mapaliis igne succensa sit, & ob hanc causam in multis se maximisque lamentis (b) dedens, Abbatiam, hujusmodi occasione inventa, dimiserit. Iste fecit libellum Trasmundo cuidam Clerico (c) de Aprutio de quibusdam Curtibus nostris in eodem Aprutio huic Monasterio pertinentibus per diversa loca, modiorum quasi quadringentorum pro solidis ducentis, & censum solidorum octo, de aliis quoque terris in loco Ciccle libellum faciens, pretii tantundem recepit. Idem etiam de tertia parte curtis de Moscuse, & aliis terris libellari (d) nomine, recepit solidos quadringentos; pro censu verò per annum solidos XXIV.

*Qualis Visio in ejus obitu visa sit.*

## CAPUT XXI.

**H**IC cum tempore jam Theobaldi Abbatris defunctus fuisset, ipsa nocte religiosus (1) quidam Frater Johannes nomine (2) in Monasterio Sancti Laurentii, quod Capuæ situm est, cum vigilias Fratrum de more præveniens, orationibus esset intentus, subito respiciens vidit quasi super montem maximam lucem in aëre, atque intra eandem lucem, cernit Johannis ipsius animam cœlum conscendere. Cumque facto mane cuperet reddi certus de visione, perrexit ad Andream, qui (a) tunc Monasterio nostro, quod intra Capuam est, præsidebat, eique visionem, quam perspexerat pandens, obnixè rogat, ut hominem suum ad hoc Monasterium protinus mittat, qui omnem rei veritatem diligenter addiscere, eisque revertens debeat intimare. Pergens itaque nuntius, cum pars illi adhuc itineris aliqua superesset, quendam obvium habuit, qui ab hoc Monasterio Capuam se proficisci diceret, ut præfati Venerabilis viri Johannis obitum Fratribus ibi degentibus nuntiaret. Quem cum de hora obitus ejusdem sollicitè perquisisset, eam illum horam ex hoc sæculo migrasse accepit, qua Capuanus ille

Jo-

jure, suisque legibus viventia. Hinc *Municipalis Lex*, quæ propria cujusque Municipii. De nominis etymo vide Lexicographos, Vossium præcipuè. Piniatarium parvus nunc est vicus, quarto, vel quinto lapide distans à Sancto Germano in Austrum. An à Pinis sic dictum? eas certè arbores ferre solet.  
 (3) *Agrestibus Casis. Ab Afris Numidis sic vocatis, vel potius Magaliis, vel Magariis. Nam lingua Pœnorum Mager est Villa, habitatio rustica. Hebræis quoque Magur habitationem significat, & Syris Magar, ex Vossio. D. Hieron. præfat. in Amos. Seneca Apocolot. Vos mera mapalia fecistis. Virgil. Raris habitata mapalia testis.*

## IN CAPUT XXI. NOTÆ.

- (a) tunc Capuano Monasterio præerat.  
 (1) Tota ferè hujus capituli narratio sumpta est ex Desiderio lib. 2. dialog.  
 (2) Cessit postea in jus Monasterii Sancti Laurentii de Aversa, sed præter Ecclesiam, nec amplam, nec vetustam, penè nihil antiquæ fabricæ superest, porro Monasterium S. Laurentii propè Aversam fluxisse ex Cœnobio S. Vincentii ad fontes Vulturum, quo desolato, & Capuam demigrantibus Cœnobitis, demum Aversam ad Sancti Laurentii commigrarunt; ex monumentis ejusdem Aversani Monasterii constare Auctor mihi est Paulus Riveglia, Auditor olim meus, & interioris notæ Amicus, ingenii felicitate severioris, amœniorisque literaturæ præstantiâ cum primis numerandus.

Y y



Joannes ejus animam cœlum conscendere se vidisse asseruit. Tunc ad illos, à quibus legati fuerant uterque reversus, aliter Capuæ Johannis depositionem, alter verò Casini retulit, quæ super illius obitu visa fuerat, visionem, obiit autem pridie Idus Martii.

*Qualiter Abbas Johannes huc venerit, & cur  
Jerusolimam ierit, & quomodo per  
Visione de Reditu monitus  
Abbatiam recepit.*

## CAPUT XXII.

(1) Johannes tricesimus à Beato Benedicto Abbas effectus (2) sedit annis duodecim, mensibus sex. Hic ex illustri Beneventanorum civium prosapia genus nobile ducens: sed nobiliores ab infantia mores possidens, cum in Ecclesia civitatis ejusdem Archidiaconatus honorem gereret, divino tactus amore, temporibus Aligerni Abbatis, ad hoc Sacrosanctum Cœnobium venit, & universæ sæculi vanitati renuntians, vestem Monasticam induit. Qui cum aliquantos sub sanctæ conversationis studio peregisset annos, atque post Aligerni transitum, Manso in Abbatiam, ordine, quo jam diximus, successisset, egressus hinc Jerusolimam orationis causa profectus est, atque in monte Syna per sex continuos annos commoratus. Inde verò in Græcia, (3) in monte, qui Agionoros vocatur, per aliquot temporis spatia conversatus est. In quo loco Sanctus Pater Benedictus illi quadam nocte per visionem apparens, pastoralem virgam, quam manu gestare videbatur, ei contradidit, atque ut ad Monasterium Casinense sub omni festinatione reverteretur indixit. Quam visionem, cum mane facto Patri Monasterii retulisset, monere illum, atque hortari idem Abbas curavit, ut quoniam voluntatis hoc videretur esse divinæ, minimè neglegendum duceret: sed (a) mox ad Beati Benedicti Monasterium, cœlesti gratia comitatus, reditum maturaret. Visioni igitur, & commonitioni Johannes obtemperans, ad hunc locum, Christo duce, reversus est, quem mox prædecessor ipsius

## IN CAPUT XXII NOTÆ.

- (a) mox ad suum Monasterium.  
 (b) Silvestri.  
 (c) deficit, quo etiam tempore.  
 (1) Hujus nominis Tertius.  
 (2) Alius nostræ Bibliothecæ codex subtiliùs Johanni dat annos duodecim, menses quatuor, dies viginti novem. Vide Peregrin.  
 (3) Agios Sanctus, Oros mons. In monte sancto, & hæc ex Desiderio accepit Ostiensis. Hunc montem Geographi Athon vocant, estque in Macedonia. Plura sunt in eo Monasteria, in quibus degit ingens Monachorum multitudo, atque apud Græcos in tanta est sanctimonie æstimatione, qua Roma apud nos. Mons adeo elatus est, inquit Pomponius Mela, ut credatur altius surgere, quam unde imbres cadunt. Longitudo trium dierum, latitudo dimidii diei iter habere dicitur.  
 (4) Silvester creatus anno 998. Kal. Novembris, obiit tertio Idus Maji 1003. cui successit Joannes 17. qui sedit mensibus quinque, diebus 26. eique subrogatur Joannes 18. Leo verò noster primi, & ultimi tantùm meminit, suo more.  
 Silvestrum Secundum Magiæ nomine apud vulgus malè audientem ab impostura vindicarunt Baron. Ciacon. Cajetanus, aliique. Imperiti, quæ non capiunt, carpunt. Apuleius magiæ accusatus, cujus defensionis extant hæctenus

A Johannes Abbas Præpositum ordinans, non multò post, quia ipse & infirmitate, & senio gravabatur, sicut supra diximus, eundem sibi substituit, & illo in heremum secedente, hic in Monasterii curam, univerforum Fratrum electione, succedit. (4) Fuit autem temporibus (b) Silvri Papæ secundi, & octavidecimi Johannis. (5) Hic primo anno ordinationis suæ recepit præceptum confirmationis totius Abbatie ab Ottone tertio Imperatore, aureo sigillo bullatum. (c) Quo etiam tempore idem Imperator hic per dies aliquot remoratus, duas coronas argenteas Beato Benedicto obtulit.

*De Sancta Maria in Cellis.*

## CAPUT XXIII.

PER idem tempus Rainaldus Comes Marforum fecit Monasterium de Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ dicitur in Cellis, (1) territorio Carseolano, idque in circuitu non parvis possessionibus ditans, Castellum etiam, quod nunc Celle vocatur, tunc autem Castellum Sancti Angeli nuncupabatur, cum omnibus ejus pertinentiis, in eodem Monasterio confirmavit. Petrus quoque Presbyter quidam de civitate Tiburtina in eodem Monasterio de Ecclesia Sancti Pastoris, cum omnibus ejus pertinentiis, juxta eandem civitatem sita, cartulam oblationis, cum omnibus suis parentibus fecit.

*Ut Otto Imperator Beneventum perrexerit,  
& quæ in his partibus egerit, &  
qualiter, vel ubi decefferit.*

## CAPUT XXIV.

HUJUS Abbatis anno tertio, qui est millesimus ab Incarnatione Domini, supradictus Imperator Beneventum venit, & causam penitentiae, quam illi Beatus Romualdus injunxerat, abiit ad montem Garganum. Reversusque consequenter Beneventum, (a) petiit ab eis Corpus Sancti Bartholomæi Apostoli. Qui nichil tunc illi negare (b) audentes,

libri. Apollonius Tyanæus, & Menippus Magi habitati sunt, & videri etiam voluerunt, cum uterque Philosophus esset. Boethius lib. 1. de Consol. idem crimen sibi objectum, lamentatur. In quam suspicionem multò faciliùs incidere contigit Silvestro, qui cum præter Theologiæ, Philosophiæque, Mathematicæ arcana didicisset, in iisque egregia, & admiranda opera evulgasset, aded tamen imperitum nactus est sæculum, ut, qui summis laudibus ornari meruisset, ex beneficiis convicia retulerit, & imposturas. Verùm Otto Imperator, qui ejus eximiam doctrinam, à qua etiam institutus fuerat, penitus noverat, & sanctitatem, post Infulas Ravennates, supremum quoque Pontificatum illi conferri, auctor in primis fuit. Monachus fuerat Floriacensis.

(5) Datum 8. Kal. Junii anno Christi 998. Regest. num. 125.

## IN CAPUT XXIII. NOTÆ.

(1) Prope Talleacorium, seu Taliequitium.

## IN CAPUT XXIV. NOTÆ.

(a) petiit à Civibus.  
 (b) audentes, habito cum Archiepiscopo, qui tunc eidem urbi præerat, consilio, &c.

tum ordinans, non  
 & infirmitate, & senio  
 diximus, eundem sibi  
 eremum secedente, hic  
 niverforum Fratrum.  
 ) Fuit autem tempo-  
 secundi, & o. Stavide-  
 ic primo anno ordina-  
 ceptum confirmationis  
 one tertio Imperatore,  
 . (c) Quo etiam tem-  
 hic per dies aliquot re-  
 s argenteas Beato Bene-

*laria in Cellis.*

**T XXIII.**

Rainaldus Comes Marfo-  
 sterium de Ecclesia San-  
 tur in Cellis, (1) terri-  
 que in circuitu non par-  
 ans, Castellum etiam,  
 atur, tunc autem Castel-  
 incupabatur, cum omni-  
 , in eodem Monasterio  
 s quoque Presbyter qui-  
 burtina in eodem Mona-  
 ncti Pastoris, cum omni-  
 , juxta eandem civitatem  
 tionis, cum omnibus suis

*Beneventum perrexit,  
 partibus egerit, &  
 el ubi decesserit.*

**T XXIV.**

anno tertio, qui est mille-  
 nariatione Domini, supra-  
 beneventum venit, & causam  
 illi Beatus Romualdus  
 montem Garganum. Re-  
 ter Beneventum, (a) pe-  
 Sancti Bartholomæi Apo-  
 nc illi negare (b) auden-  
 tes,

us Tyaneus, & Menippus  
 r, & videri etiam voluerunt,  
 filosofus esset. Boethius lib.  
 em crimen sibi objectum, la-  
 nam suspensionem multo faci-  
 tigit Silvestro, qui cum præ-  
 Philosophiæque, Mathematici-  
 ller, in iisque egregia, &  
 evulgasset, aded tamen im-  
 st sæculum, ut, qui summa  
 heruisset, ex beneficiis con-  
 & imposturas. Verum Otto  
 jus eximiam doctrinam, à  
 s fuerat, penitus noverat,  
 ost Insulas Ravennates, su-  
 pontificatum illi conferri,  
 uit. Monachus fuerat Flo-  
 i anno Christi 998. Reges.

**XXIII. NOTE.**

, seu Taliequitium.

**XXIV. NOTE.**

cum Archiepiscopo, qui  
 præerat, consilio, &c.

**NOTIS ILLU**

tes, (1) callidè illi pro Corpore Apostoli,  
 Corpus Beati Paulini Nolani Episcopi, quod  
 satis decenter apud Episcopium ipsius civitatis  
 erat reconditum, ostenderunt, & eo sublato  
 recessit tali fraude deceptus. Quod postquam  
 rescivit, nimium indignatus; corpus quidem  
 Confessoris, quod detulerat, honorificè satis  
 apud Insulam Romæ recondidit. Sequenti ve-  
 ro tempore, perrexit iterum super Beneven-  
 tum, & obsedit eam undique per dies multos:  
 fed nichil adversus eam prævalens Romam  
 reversus est. Unde vix ad sua (c) reverti in-  
 cipiens, (2) mortuus est (3) apud Oppi-  
 dum, quod nuncupatur Paternum, non longè  
 à civitate, quæ dicitur (d) Castellana, ab  
 uxore, ut fertur Crescentii Senatoris, quem  
 superius ab illo retulimus decollatum, qua  
 impudicè abutebatur, potionatus. Sed ante-  
 quam mors ejus à circumstantibus dinosci  
 posset, corpus ipsius aromatibus conditum à  
 suis ultra montes delatum est, (4) & Hein-  
 ricus Dux consobrinus ipsius constitutus est  
 Rex.

*De operibus ipsius Abbatis Johannis.*

**CAPUT XXV.**

**H**ic Abbas fecit Capsam magnam argen-  
 team inauratam cum smaltis, & gem-  
 mis diversorum colorum. Fecit & cerofera-  
 ria (a) duo librarum quindecim, nec non &  
 duo turibula argentea librarum sex: Codices  
 quoque Ecclesiasticos (b) renovavit magnos,  
 & pulchros; (1) totius etiam Monasterii  
 ambitum in circuitu muris, turribusque mu-  
 nivit. Construxit præterea & Ecclesiam in  
 honore Sancti Confessoris Christi Nycolai (2)

- (c) reverti disponderet.
- (d) Castellina.
- (1) Aded variant hac de re scribentes, ut quid planè  
 sciendum sit, agrè determinari possit. Nam  
 Frisingens. Gotfridus, Viterbiensis, aliique, ve-  
 rum Corpus Apostoli Bartholomæi Romam  
 delatum afferunt: sed ab Ottone secundo an-  
 no 983. Martinus Polonus chron. lib. 4. Ot-  
 tonem Tertium è monte Gargano redcun-  
 tem Corpus Sancti Paulini Nolani à Bene-  
 ventanis, nullo deceptum dolo, accepisse  
 tradit, Auctor noster vulgarem fortè Bene-  
 ventanorum famam secutus est; & in hujus-  
 modi quidem, mirum, quàm discordes obti-  
 neant traditiones apud hanc, vel illam gen-  
 tem, & civitatem. Vide Baron ad an. 1000.
- (2) Antonin. 2. part. tit. 16. cap. 3. §. 4. *Et quia  
 uxor Crescentii Imperatorem, spe regnandi,  
 ad amorem sui pellexerat, dolens de ejus dis-  
 cesso, venenum ei misit. Quo illo poculo as-  
 sumpto, inter remeandum, in Italia moritur.*  
 Alii non poculo, sed chyrothecis missis, ve-  
 neno infectis, extinctum tradunt. Theatr.  
 hist. Sigon. lib. 7. anno 1002. Baron. eo-  
 dem anno. Fuit autem hæc Crescentii reli-  
 cta, non uxor Ottonis, ut perperam scribit  
 Glaber; sed concubina, ut benè Ostiensis.  
 Nam eo tempore, Otto filiam Orientalis Im-  
 peratoris sibi uxorem petebat: quod ab hac  
 impudica rescitum, spe dejectam imperandi,  
 quam muliebri vanitate conceperat, in im-  
 mane illud facinus impulit.
- (3) Anonymus Casinensis obiisse scribit Sutri an-  
 no 1001.
- (4) Rex, inquit, scilicet Germaniæ, nondum Im-  
 perator Augustus dicendus, nisi accepta coro-  
 na, & benedictione Pontificia, ut præter  
 alios testatur Desiderius noster lib. 3. dialog.  
 post initium apud Lauret. pag. 294. quam  
 Henrico contulit Benedictus octavus infra  
 cap. 31. & ob id hic Henricus, qui & Al-  
 mus, hujus nominis primus numeratur. Nam  
 Henricus Auceps, Pater Othonis Magni, Ger-  
 maniæ Rex, Imperii coronam non accepit à  
 Tom. IV.

rifius ultimo Abbatis hujus anno, unà cum Gibbarga conjuge obtulerunt huic Monasterio Ecclesiam Sancti Felicis in Comino, (c) quæ videlicet Sancto Angelo de Barregio olim pertinuit, pertinentia Sancti Urbani, cum centum modis terræ in circuitu ipsius, & aliis centum apud (d) Atinum in loco Vallis bonæ, & cum omnibus ejusdem Ecclesiæ pertinentiis. Eodem tempore, (2) abierunt tres de Monachis nostris ad Gualterium Comitem de Lesina, & in ejus præsentia contenderunt cum (e) nobilibus illius terræ de Piscariis ejusdem Lesinæ, & de (f) Molendino de Lauri, & de Ecclesia Sancti Petri ibidem, & de cæteris rebus Sancti Benedicti, sicut in eorum libello continebatur; & cognitâ, prædictus Comes, justitiâ nostrâ, jussit scripto suo universa illa monachis nostris ex integro restitui, appositâ insuper pœnâ compositionis duo millium bisanteorum, qui exinde amplius contra nos contendere voluisset. Per hos etiam dies Hubertus Firmanæ civitatis Episcopus obtulit Beato Benedicto de causa juris sui in Fundo Oppiano terras, & vineas, silvas, prata, & oliveta, possessionem non parvam: & in fundo Paterno similiter. (3) Sed & Galderifius quidam de eadem Civitate Firmana fecit cartam in hoc Monasterio de una Ecclesia juris sui vocabulo Sanctus Benedictus, in loco, qui dicitur Sambucetum, cum rebus, & pertinentiis suis. (4) Landulfus quoque Salernitanus Princeps, sub hoc Abbate Monachus factus, obtulit huic Monasterio omnes res ibi jure hæreditario pertinentes in Comitatu Sanctæ Agathæ, Domos scilicet, & curtes nonnullas, cum olivetis, vineis, & molendinis, & omnibus earum pertinentiis. Sed & Transmundus Clericus dives, ac nobilis de Aprutio, cujus jam supra meminimus, Ecclesiam Sancti Nycolai, quæ constructa est juxta fluvium Trutinum, loco Sumusiano vocabulo, rebus suis ditatam, Monasterium esse constituit, idque per suæ oblationis cartulam sub hujus Cœnobii jure contradidit. Similiter autem & Teuto filius Teutonis de eodem Aprutio obtulit huic Monasterio Ecclesiam Sancti Johannis, in loco, qui dicitur Scorzone, quam videlicet ipse propriis rebus ditatam, sanctimonialium Monasterium fecerat. (g) Eodem etiam modo Rainerius filius Joseppi obtulit Beato Benedicto unam Ecclesiam juris sui, vocabulo Sancti Nycolai in Comitatu Pennensi, loco, qui dicitur Sambuceta, cum omnibus ornamentis, & pertinentiis ejus. Quique Rainerius ante annos circiter sex fecerat (h) cartulam in hoc Monasterio de omnino rebus, ac pertinentiis proprietatis suæ, quæ possidere videbatur in Comitatu Pennensi, Asculano, Teatino, atque Aprutiensi. De castello videlicet Ambleto, & de Pharaone, & de Murro, & de Cantalupu, & de Aterno, & de Arche, & de plurimis curtibus suis, quod est terræ octo milia modiorum. Per idem

(c) deficit quæ videlicet S. Angelo de Barr. ol. pert.  
 (d) Atinam.  
 (e) quibusdam nobilibus.  
 (f) molendinis.  
 (g) eodem tempore, & eodem modo.  
 (h) cartam.  
 (i) Roffridus.  
 (K) in Fauniano.  
 (l) in Caufiano.  
 (m) S. Gregorio.

A tempus cives Terracinenfes admoniti à Johanne Pontifice suo, obtulerunt in Monasterio Sancti Stephani de Terracina unam Piscariam, quæ est ab ipso fluvio suprascriptæ civitatis, loco, qui dicitur Gambarà, usque in mare, appositâ pœnâ trium librarum auri obrizi. Similiter etiam (i) Roffridus Patricius obtulit ibidem unam piscariam suam in Pantano Trafectu in prædicto fluvio de Terracina. Circa hos dies, Franco quidem Presbyter, & Monachus, fecit cartam in hoc Monasterio de una Ecclesia proprietatis suæ, vocabulo Sanctus Benedictus, in finibus Monticelli, loco Salabuca juxta Bifernum cum rebus, ac pertinentiis ejus. Huic Abbati Lupus filius Azzonis de Aprutio fecit oblationem omnium rerum suarum, cum quinque Ecclesiis, idest Sancta Victoria in Murro, Sanctus Calistus in Colle, Sanctus Antimus in Comelano, Sanctus Archangelus (k) in Faumario, Sanctus Andreas in Cefule, cum terra quingentorum circiter modiorum, & cum omnibus omnino sibi pertinentibus rebus in toto Aprutio. (5) Adam etiam, cognomento Salichus, obtulit in hoc Monasterio unam Ecclesiam juris sui, vocabulo Sanctus Martinus, in Territorio Teatino, loco, qui dicitur Corneclanum, cum centum terræ modis in circuitu ejusdem Ecclesiæ, & cum reliquis pertinentiis ipsius. Hic Abbas fecit libellum de Sancto Bonito, & pertinentiis ejus; Sancto Angelo de Galiano, Sancto Salvatore de Seriole, Sancto Petro de Castriano, Sancto Felice de Montaniano, Sancto Felice inter flumina, Sancto Valentino, & Sancta Maria (l) in Aufano pro solidis quadringentis, & censu solidorum biginti. Item fecit & Otteramo Gastaldeo Marforum de Sancto Clemente in Avezano pro solidis centum, & censu staminearum quinque. Item de (m) Sancto G. de Serviliano pro solidis triginta, & censu pisces C. Item de eodem censum piscium quadringentorum. Fecit & libellum cuidam Monacho, nomine Trafari, de Sancto Benedicto in Canusio, de Sancto Salvatore (n) in Menorbino, loco Strajuniano, de Sancto Benedicto in Juvenazze, loco Orofano, de Sancto Focato in Barano, cum ipsa (o) piscatione de Lacu Romani, de Sancto Cassiano in Filone, simul & de omnibus pertinentiis hujus loci in civitate Tranenfi, cum omnibus simul earundem Ecclesiarum pertinentiis. Idem fecit filiis (p) Adelberti de Papiniano & quadringentis modis terræ in Aprutio pro solidis ducenti: censu solidorum VIII. Fecit & commutationem cum Tresidio quodam Teatino, à quo recepit Ecclesiam Sanctæ Lucie in Castellone, loco, qui dicitur Insula, cum omnibus rebus ipsius Ecclesiæ, & terra modiorum centum, datis ei per diversa loca apud Teatem terræ modis septuaginta.

De

(n) in Monorbino, de S. Benedicto de Juvenazze.  
 (o) piscatione in Lauromari.  
 (p) Adelperti, de quadringentis modis.  
 (2) Vides hic Comitem Judicis munus obire, quemadmodum ad cap. 20. lib. 1. observavimus.  
 (3) Regest. num. 248.  
 (4) Num. 243. cæteras hic notatas oblationes in eodem quoque Regesto congerit Petrus.  
 (5) Erat enim de gente Francorum, ut perhibet ejus chartula num. 300.

De Sancto Benedicto apud Sueffam.

## CAPUT XXVII.

(1) (a) **H**Oc præterea tempore, Sergio Quarto Papa defuncto, Benedictus Octavus, natione Tusculanus, ex Patre Gregorio, Romanus Pontifex ordinatur. Per idem tempus ædificatum est Monasterium Sancti Benedicti apud Sueffam, foris portam, quæ dicitur Ermemari, à Domno (b) Johanne Sacerdote, & Monacho, ubi præfatus Abbas concessit omnes curtes, & terras hujus Monasterii, quæ sunt intra Comitatum prædictæ civitatis loco Oronica, & (c) curtes de Iota Alfani, nec non & curtes (2) de loco Lauriana. Ita dumtaxat, ut per singulos annos ex eadem curtè Lauriana perfolveretur nobis census, modii fabarum centum.

De secessu prædicti Abbatis ad Capuam, & de Abbate Docibili.

## CAPUT XXVIII.

**P**rædictus autem Abbas, cum plurimas à vicinis Comitibus pateretur angustias, Capuam ad tempus remoraturus abscessit. Et quoniam plursquam satis austerus in monachos fuerat, studueratque, contra Benedicti decretum, timeri magis à Fratribus, quam amari, illi æstimantes, immo optantes, huc eum ulterius non reverfurum. (1) Docibilem quendam natione Cajetanum, vitæ simplicis virum de Congregatione in Abbatem substituit. (2) Qui, cum, de more Abbatum, possessiones Monasterii revifurus Marchiam perrexisset, & multis ibi donatis equis, aliisque non parvis muneribus, jam rediret, Benzoni filii quidam de ejusdem partis magnatibus subito illum apud Pennas invadunt, & violenter universa, quæ ferebat diripiunt. Quo cognito, Bernardus Comes mox ad eum accessit, seque super hac re valde dolentem ostendens, totidem illi equos, quot fuerant

## IN CAPUT XXVII NOTÆ.

- (a) deficit. Hoc præterea tempore, &c.  
 (b) Johanne hujus loci Monacho.  
 (c) curtes de Gariliano ad ipsos currentes, & terras, atque curtes de Lauriana.  
 (1) Tota periodus deest in Codice Leonis; inducta à Petro, ob rationem, ut reor, notatam supra cap. 4. Sergius Quartus Monachus Benedictinus creatus anno 1009. sedit annos duos, mentes novem, dies duodecim, Baron. ad annum 1012. Benedictus vero obiit 1024. ex eodem.

(2) Villa erat, ubi nunc, vel prope, est Villa nostra Sancti Crestensis.

## IN CAPUT XXVIII. NOTÆ.

- (a) septem integros.  
 (1) Ita res exigebat, ut post Joannis severitatem, Docibilis simplicitas, lenitas, & indulgentia desideraretur. Homo siquidem animal superbum, retractarium, superioritatis impatiens, domini frenum refugit, quantum potest. Qui autem pollent ingenio, natura dominantur, inquit Philosophus in Politicis: ergo, ne geminato quodam, naturæ, & civilis potestatis jure alter alteri dominetur, malunt homines simplicem, & enervem sibi virum imponi, quam egregiæ virtutis, verèque virum, ut quasi dimidiatum sustineant jugum. Divina tamen providentia aliter sæpè disponit.  
 (2) Interrogatus equivo quidam (ut est in Apophthegmatis) Quid maximè saginaret equum? Oculus, inquit, Rgis. Et agricola quisnam finis fecundando agro aptior? respondit, Domini vestigium.

A sublati vir liberalis restituit. Veniens autem præfatus Abbas in locum, qui Furca Pennensis vocatur, conversus universos Benzoni filios maledixit: Bernardum verò cum suis omnibus benedicens, ut domui ejus domus Benzoni semper subdita esset, & ut nunquam de domo ejusdem gladius iræ Dei recederet, terribiliter imprecatus est. Quod videlicet fieri nos hodieque videmus. Sed cum post (a) septem non integros menses pacatis, atque compositis rebus, Johannes Abbas huc fuisset reversus, Docibilis Cajetam se contulit, ac non multo post, languore detentus, ad hoc se Monasterium referri postulans, quieto sine defunctus est. Abbas quoque Johannes, cum jam longævus esset, & ipse nichilominus defunctus est XV. HC. Aprilis, atque juxta Ecclesiam Beati Benedicti sepultus.

De exclusione Rotunduli, & substitutione Atenulfi.

## CAPUT XXIX.

**E**O autem, quo defunctus est, anno (1) quendam nepotem suum (2) Johannem cognomento Rotundulum, quem (a) ante dies non plurimos Monachum fecerat, ad mortem veniens in Abbatiam substituit, paucis admodum super hoc sibi consentientibus, vel potius coactè id sufferentibus monachis. Quorum autem pars potior, (b) ac favior erat, nimis hæc indignè ferentes, & Neophitum tantæ Congregationi præesse minimè congruum judicantes, post mentes aliquot (3) mandaverunt Pandulfo Principi Beneventano, ut veniret, filiumque suum Atenulfum illis in Abbatem ordinandum adduceret: nulli enim magis, quam ipsi honor hujus loci competere. Quem videlicet Atenulfum, cum Otto Imperator puerum à patre obsidem accepisset, ultra montes in quodam Monasterio nutriri, ac custodiri mandaverat: Post tempus verò aliquantum, (4) monitus à papate suo, ut sine suspitione alicujus fugere posset, mona-

## IN CAPUT XXIX. NOTÆ.

- (a) deficit ante dies non plurimos.  
 (b) ac sanior.  
 (1) Fratris, vel Sororis filius: nam *Nepos* propriè est filii, vel filia filius: barbarè tamen pro fratris quoque filio accipitur.  
 (2) Paucis mensibus, nec tamen legitime, sedentem Rotundum in serie Abbatum Casinensium minimè numerandum, quidam putant, ut neque Docibilem.  
 (3) Pandulfo scilicet Secundo. *Mandare* hic non pro *Jubere*, sed pro *Mittere* usurpatur. Intra cap. 34. *Angelum Episcopum, cum aliquot Fratribus ad eam solenniter dedicandam mandavit*, & cap. 60. *Mandavit Sergio Duci*, cap. 65. *Pandulfus interea mandat per necessarios Imperatori, veniam postulans, trecentas autè libras pollicens se daturum &c.* & cap. 69. *Remandant*, hoc est, *Respondent*, *Remittunt*, & cap. 71. *in custodiam mandant*. Exodi 18. & *mandavit Moysi dicens, &c.* Italicè *mandare*.  
 (4) Profundè ineptit Laurerius, cum *Papate* vertit in *Patre*: Ad præsentaneum quippe consilium, Atenulfo filio suggerendum, qui in Aula Imperatoris ultra montes tunc agebat, ejus Patrem Pandulfum Benevento illuc tranvehere, qua machina potuit Laurerius? Ergo ad fidem, & mentem utriusque codicis *Papate* legendum: est autem *Papas*, Nutritius, Pædagogus, Hispanis *Ajo*. Isidor. Glot. *Papas Pædagogus, qui sequitur studentes*. In Actis Sanctorum Viti, & Modesti apud Surium tom. 3. *Angelus autem Domini apparuit*

monastica veste indutus fugam arripuit, atque in redeundo graviter infirmatus, cucullam, quam fugæ occasione simulanter induerat, spontè se deinceps gestaturum, devovit. Sicque ad patrem rediens, cum ab eo in palatio retineri non adquiesceret, in Monasterio Sancti Modesti, quod intra eandem Beneventanam Civitatem (c) prope Episcopium situm est, usque ad id temporis mansit. Lærus igitur Princeps Casinum protinus venit, & consensu, atque amminiculo Monachorum, excluso Rotundulo, filium in Abbatiam substituendum, lætantibus universis contradidit. Rotundulus igitur tali ordine pulsus Beneventum rediit, atque patrocinio propinquorum, & consensu, ac concessione præfati Principis, superscripti Monasterii Sancti Modesti Abbatiam recepit.

*Qualiter sit Albaneta Monasterium factum.*

### CAPUT XXX.

Circa hæc tempora reversus Dominus Liutius, (1) quem superius tempore Mansonis Abbatis hinc egressum Jerusolimam perrexisse, monstravimus: primo quidem (a) apud Salernitanum Principatum (2) in quadam Heremo, ubi nunc Monasterium Sanctæ Trinitatis, ad Cavam cognomento, constructum esse dinoscitur, aliquandiu remoratus est. Ubi à Guaimario Principe agnitus, atque in maxima est reverentia habitus. Postmodum verò in monte hoc, (3) loco, Albaneta vocabulo, usque ad suum est obitum, religiosissimè conversatus. In quo videlicet loco ante non multum tempus, cum quidam vir Dei mansionem sibi remotiorem elegisset, atque in cisterna vetere, quam ibi dirutam reppererat, Oratorium fabricare disposuisset, cogitanti ei, in cujus potissimum nomine Ecclesiam ipsam construeret, fertur quendam puerulum scolare ibi tunc supervenisse. Qui à prædicto viro Dei perquisitus, utrum peritiam cantandi haberet, & ille habere se promptulè respondisset, iussus ab eo cantare est quidquid sibi primum in mentem

*ruit Papati ejus, religioso viro, Modesto nomine. Ex Petrus Damiani Epist. 12. lib. 7. Dimissus itaque puer in medio sine papate, vel gerula cepit ire, & cum Pater sederet inter vulgus, nec ab aliis videretur ulla subfellii varietate distinctus, contemptis omnibus, puer ad eum signanter accessit.*

Juvenalis sat. 4. Papatem prægustatorem facit.

*— Timidus prægustet pocula Papas.*

idest Nutritor. Sabinus in Epigramm. ad Joannem Carionem apud Martinium.

*Unde Papa factum sit nomen, Cario, quæris, Pastoremque suum, cur ita Roma vocet?*

*Vox ea, si nescis, mammam sonat, atque Papilla,*

*Quòd quasi nutritor sit Papa, nomen habet, &c.*

A domestico itaque nutritore monitus Atenulfus obfes Imperatoris, monasticam vestem induit, & fugam arripuit. Scio Papatem quandoque accipi pro Patre, sed non erat hic locus, nec licuit Laureto insolens illi nomen, insolentiùs permutare.

(c) deficit, prope Episcopium.

#### IN CAPUT XXX. NOTÆ.

(a) apud Salernum.

(b) placere.

(c) deficit prædicti Guaimarii filium.

(d) Commanentium usus non modicæ.

(1) Cap. 12.

(2) Ante primum Cavenis Cœnobii Abbatem Al-

venisset, statutum scilicet habens in corde suo, ut in cujuscumque sancti honore puer ille cantasset, in ejus nomine Ecclesiam eandem construeret. Mox puer responforium imposuit, veni electa mea, totumque illud suavi fatis modulamine cecinit. Valde itaque vir Dei exhilaratus, & intelegens per hoc Beatissimæ Dei Genitrici (b) placare, suum in loco eodem honorari vocabulum, confestim juxta possibilitatem suam parvulam ibi Ecclesiam in honore ejusdem Genitricis Dei ædificavit, ibique usque ad exitum suum fatis devotus in ejus servitio perduravit. Cum autem post aliquantum tempus præfatus Dominus Liutius ibi venisset, & plurimum sibi locus ipse complacuisse, elegit ibi usque ad mortem consistere, & in servitio Dei Genitricis ipsius perseverare. Regressus igitur ad Principem Guaimarium (c) prædicti Guaimarii filium, cui dudum & Pater spiritualis, & familiaris super omnes extiterat, multa ab eo, & diversa ornamenta Ecclesiastica, & codices quamplures, necnon & aliam ad Fratrum usus non modicam suppellectilem, adquisivit, libentissimè illo ac liberaliter cuncta, quæ vellet accipere, concedente. Mox itaque prædictam Dei Genitricis Ecclesiam multò fatis, quam erat in omnibus amplio-rem efficiens, atque depingens, habitacula quoque in circuitu, ad diversos (d) commanentium usque non modicæ quantitatis ædificavit, ibique cum triginta circiter Fratribus religiosissimè conversari cœpit. Ipse autem præ cæteris omni vilitate, & extremitate contentus, tam humili se officio mancipaverat, ut farinam in pistrino ad panem faciendum, famulorum more discuteret, cum interim de ore illius Davitica modulatio numquam cessaret. In cujus vitæ humilitate, atque nimia abstinentiæ austeritate, usque ad extrema vitæ, indefessè perdurans, Richerii Abbatis tempore in Monasterio isto defunctus, atque sepultus est.

(4) Atenulfus Abbas tricesimus primus sedit annis undecim, vir quanto nobilis, tanto humilis, & humanus.

*De*

ferium, vel fortè cum eodem Alferio tunc heremicola, cryptæ illius habitator extitit Liutius Casinensis. Crevit postea in amplissimam dignitatem Cavenis Monasterium; In Cathedralem erectum sequentibus temporibus à Bonifacio Nono, Jurisdictionemque exercuit ordinariam in totam Cavenis regionem; civitatis tunc etiam titulo decoratam. Cui demum Episcopus datus à Leone Decimo: Cœnobio interim ab antiquo suo jure non decedente.

(3) quingentis ferè passibus à Casinensi Cœnobio in Occidentem distito, ubi nunc quoque parvum Monasterium, uno, vel altero Monacho habitatum, cœptum instaurari anno 1581. absolutum anno 1640. Ibi Magnæ Societatis Institutor Ignatius, religioso secessu ad exercitia spiritualia peragenda cum Petro Ortizio aliquandiu mansit. In cujus deinde honorem cubiculum à Sancto Viro habitatum, in ædiculam consecratum est, à Casinatibus, tanti hospitis memoriæ obsequentibus.

(4) Brevi clausula amplissimum Atenulfo texit encomium Ostiensis; Principem virum nihil æquè, quàm factus dedecet, & supercilium. *O ter miseri, inquit Menander, omnes, qui de se magnificè sentiunt, inflati! Ignorant enim hominis conditionem. Humilitas tua, si qua gravitas accesserit, pulchra apud alios videbitur.*



*De Concessionibus Imperatoris Heinrici, & de Operibus Abbatis Atenulfi.*

## CAPUT XXXI.

**H**Ujus anno ordinationis tertio, anno videlicet Domini millesimo quarto decimo, (1) quo tempore Paschalis festivitas ipso die Sancti Marci, juxta calculi ordinem extitit, Henricus Rex, de quo supra diximus, venit Romam, & coronam Romani Imperii de manibus Benedicti octavi Papæ recepit, à quo etiam Papa idem Abbas (2) privilegium sumpsit. Necnon & ipse Imperator Henricus ab eodem Abbate, & universa hujus loci congregatione rogatus, (3) per præceptum aureo sigillo bullatum, universas pertinentias hujus Monasterii hic confirmavit. Specialiter autem, ac nominatim res de Comitatu Thermulensi, quarum videlicet fines sunt. A capite Rivus planus, à pede mare, ab uno latere flumen Trinium cum aqua, & portu suo, ab altero Rivus, qui dicitur (a) Ticcle cum castellis Petra fracida, Ripa mala, & cum Monasterio Sancti Benedicti ibidem constructo. Item Fara, Ripa urfa, mons bellus, Pescioli, cum universis omnino finibus, ac pertinentiis eorum. Item alibi in eodem Comitatu juxta Bisernum, habens fines, à capite pertinentia Sancti Gregorii, à pede mare, ab uno latere Bisernum, cum aqua, & medietate portus, ab altero Rivus vivus, cum omnibus adjacentiis sibi pertinentibus, necnon & Ecclesiam Sanctæ Trinitatis, & Sancti Georgii in eadem Civitate Thermulensi, cum universis possessionibus ac pertinentiis earum. Insuper etiam duo Castella Cominensis territorii, idest (b) Vicum album, & Sanctum Urbanum alio suo præcepto, postquam ultra montes regressus est, (c) in hoc Monasterio confirmavit. De quibus videlicet jam pridem (4) post Patris mortem Pandulfus Capuanus Princeps frater suus eidem Abbati præceptum fecerat, necnon & de Monasterio Sancti Valentini in eodem territorio Cominensi cum universis rebus, ac pertinentiis ipsius, quod videlicet Monasterium ex plurimo jam tempore à Saracenis destructum, non multo ante restauraverat Pontius quidam filius Allonis de Comitatu Marforum. Qui cum agnovisset illud huic Monasterio antiquitus pertinuisse, ita ut erat restauratum pro Dei amore in jus, & potesta-

## IN CAPUT XXXI. NOTÆ.

- (a) Tiale.  
 (b) Vicalbum.  
 (c) per rogationem Belgrimi Colonienfis Archiepiscopi in hoc Monasterio.  
 (d) Berardo.  
 (1) Raram Paschalis diei incidentiam absque notatione præterire noluit Auctor noster. Baronius tamen ex Ditmaro ejus ævi scriptore, & alii coronationem Henrici ad 6. Kalendas Martii referunt.  
 (2) Regest. num. 16.  
 (3) Reg. num. 129. & infra, num. 130.  
 (4) Atenulfus Abbas filius fuit Pandulfi Secundi Beneventani Principis, Frater Pandulfi Tertii Principis Capuani. Infra cap. 34. 39. in margine, & 40. & ex tenore ipsius Præcepti in Reg. num. 256. dati à Pandulfo, & Landulfo fratribus Atenulfi Abbatis.

## IN CAPUT XXXII. NOTÆ.

- (a) Fecit etiam in fronte ejusdem Ecclesiæ Campanarium.  
 (b) Adelperti.  
 (c) deficit Restauravit præterea, &c. usque pertinuerat.  
 (d) Sub hoc Abbate oblata est.

**A** tem hujus loci ex integro remisit. Hic etiam Pontius unà cum (d) Bernardo filio manifestaverunt, & renuntiaverunt nobis in placito Marforum Comitum totam pertinentiam de Opi, & Peraccle in territorio Marficano, quæ olim Sancto Angelo de Barregio pertinuerat.

*De quorundam in hoc loco Oblationibus.*

## CAPUT XXXII.

**H**ic Abbas fecit in Ecclesia Sancti Benedicti (1) coronam argenteam viginti quattuor librarum. (a) Fecit & Campanarium altum, & optimum, in cujus medio altarium in honore Sanctæ Crucis construxit. Præterea juxta ostium majoris Ecclesiæ dextrâ, lævâque supra marmoreas columnas (2) cameras duas erexit, in quarum una altarium in honore Sanctæ Trinitatis: in altera verò altarium statuit in vocabulo Sancti Bartholomæi Apostoli (3) Absidam verò majorem, auro, diversisque coloribus depingi pulcherrimè fecit. Ecclesiam porrò Sancti Stephani, quæ juxta portam Monasterii de foris sita fuerat, jam ferè ruentem renovavit, & ampliavit, atque in ea altarium Sancti (b) Adelberti, quem superius factum Martyrem diximus, ab occidentali parte adjunxit. Civitatem deorsum circa Ecclesiam Domini Salvatoris, quam supra diximus à Sancto Martyre Christi Abbate Berthario inchoatam, ex magna parte construxit. (c) Restauravit præterea in territorio civitatis Atinæ Monasterium S. Nazarii Martyris, quod antiquitus huic nostro cœnobio pertinuerat. Ecclesiam Sancti Angeli, quam olim Gisulfus Abbas in valle Luci construxerat jam vetustam restaurans, titulo addito ampliavit, atque depingens, possessionibus non parvis adauxit, & diversas ibi ad Monachorum utilitates officinas instituens, nostratum Monasterium esse constituit, (4) quod eatenus Græcorum extiterat. (d) Hoc tempore oblata est in hoc Monasterio (5) Ecclesia Sancti Petri, quæ nuncupatur ad Iscleta in Campania territorio Ciccanense, cum maximis circa se possessionibus ab Hubberto, & Amato Comitibus Ciccani, & Segniæ. Ecclesia quoque Sancti Angeli in territorio de Ceperano, loco, qui dicitur (e) Canuzzu, cum omnibus pertinentiis, & finibus suis (6) à Landuino, & (f) Racterio Consulibus Campaniæ. Sed & Saphirus

- (e) Cannuzo.  
 (f) Ratherio.  
 (1) Ex qua lampades penderent, ut alibi explicatum.  
 (2) Hoc est Fornices.  
 (3) Jam primo libro hæc, & alia, quæ nunc prætermittimus.  
 (4) Nili videlicet, & fociorum, qui ad Cryptam ferratam demigraverant.  
 (5) Infra cap. 80. libri quarti *Monasterium Sancti Petri in Iscleta*, & tamen utrobique Laurentus legi maluit *Ifoleta*. Doceri potuisset, nondum à Regesto num. 268. & à plerisque Pontificum Privilegiis in eodem Regesto, ubi memoratur *Ecclesia Sancti Petri in Esclata*: sed ex ipsis æreis tabulis, quæ præfixæ sunt valvis Basilicæ Casinensis, *Sancti Petri ad Esclata*, ac denique ex hujus etiam Capitis narratione. Nam *Ifoleta* est in Territorio Ciccanensi: *Ifoleta* verò in Ceperanensi; quæ duo Territoria hic distinguuntur. Campaniam hic accipe ad mentem Gregorii in vita S. P. Benedicti: indeque petenda expositio nominis.  
 (6) De civitate Berulana, inquit chartula eorum num. 273.

us Presbyter obtulit huic Monasterio Ecclesiam juris sui vocabulo Sanctus Benedictus apud Capitanatam civitate Murrone, cum omnibus rebus, & pertinentiis suis. Necnon & Petrus Presbyter, (g) & Monachus, & Martinus Presbyter, (h) & Monachus similiter obtulerunt Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Apollinaris, & Sanctæ Mariæ ibidem in Murrone, loco vocabulo Casale planum, cum omnibus ad se pertinentibus. Id ipsum fecit (i) Odmundus quidam Firmanus de Ecclesia Sancti Michaëlis de (k) Torpelliano, cum universis pertinentiis ejus. Quidam etiam nobilis vir de Marforum Provincia Faidolfus filius Gueltonis tradidit in hoc loco omnem substantiam juris sui, quam in eadem provincia possidere videbatur, & duas Ecclesias sibimet pertinentes, idest Ecclesiam Sancti Thomæ in Beruge, & Sancti Magni in Castuli, cum omnibus earum pertinentiis, atque rebus. (l) Leo quoque Presbyter, & Monachus de territorio Bovianensi, simul cum aliis Fratribus suis optulerunt in hoc loco Ecclesiam Sancti Salvatoris, & Sancti Christofori de Castello Petrofo, cum nonnullis possessionibus suis. Similiter etiam Temmo filius (m) Teudelafii obtulit Ecclesiam Sancti Felicis in Carruse, cum omnibus pertinentiis ejus. Per idem tempus prædictus Oderisius Marforum Comes, cum (n) Giborga uxore sua reddiderunt Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Pauli sitam in Comino, (7) quam videlicet Pater ipse à Mansone Abbate per libellum receperat. Eodem quoque tempore simili tenore oblata est in hoc Monasterio Ecclesia Sanctæ Justæ apud Baranellum, justa Bifernum, & alia similiter Ecclesia Sanctæ Justæ apud Castrum Eudolini, & Ecclesia Sancti Andree de Cantalupo territorio Bojanensi. Necnon & Monasterium Sancti Benedicti, & Ecclesia Sanctæ Lucie apud castrum Baniolum, loco, qui dicitur Molinum vetulum, & Ecclesia Sanctæ Mariæ de Cruce, cum maximis earum rebus, ac pertinentiis. Apud Aprutium quoque loco (o) Tribio Ecclesia Sancti Benedicti similiter cum omnibus rebus suis. (p) Sub hoc Abbate, Rainerius Gastaldeus Soranæ Civitatis obtulit Beato Benedicto de rebus hæreditatis suæ in finibus Arpini, locum, qui vocatur (q) Colles de infula, cum omnibus adjacentiis, ac pertinentiis, ejusdem loci. Sed & Albo quidam Aprutiensis obtulit in hoc Monasterio integram medietatem de Castello Salinæ, sibi jure hæreditario pertinentem, unâ cum Ecclesiis, & universis omnino rebus, ac pertinentiis earundem Ecclesiarum, (r) & prædictæ medietatis, quod sunt terræ modica circiter septingenta. Adelpertus etiam cujusdam Azzonis filius id ipsum fecit de curtibus, & de portionibus suis (8) de duobus Castellis apud Aprutium, & Ecclesiis aliquot cum terra modiorum quadringentorum. Lupus

- (g) deficit Monachus.  
 (h) deficit Monachus.  
 (i) Odmundus.  
 (k) Torpelliano.  
 (l) deficit Leo quoque, &c. usque similiter & Temmo.  
 (m) Teudelaufi.  
 (n) Giborga.  
 (o) Trivio.  
 (p) Per idem tempus Rainerius.  
 (q) Collis.  
 (r) deficit, & prædictæ medietatis.  
 (8) deficit, filius cujusdam Azzonis.  
 (7) supra cap. 13. Caterarum oblationum, quæ

necnon (f) filius cujusdam Azzonis de Aprutio similiter fecit de portionibus suis in quatuor Ecclesiis, idest Sanctæ Victorie, Sancti Antimi, Sancti Archangeli, Sancti Andree, & cum littore, & piscatione propria in mare, & quinque milibus modiis terræ. Stephanus quoque, & Silvester Presbyteri Lirinensis Civitatis obtulerunt in hoc loco Ecclesiam suam, vocabulo Sancta Maria, loco, ubi dicitur monumentum, cum omnibus pertinentiis suis.

*Qualiter delata sit in hoc Monasterio pars de Linteo Salvatoris.*

### CAPUT XXXIII.

**H**is diebus Monachi quidam ab Ierusalymis venientes particulam lintei, cum quo pedes discipulorum Salvator extersit, secum detulerunt, & ob reverentiam sancti hujus loci devotissimè hinc optulerunt, sexto scilicet Idus Decembris, sed cum à plurimis super hoc nulla fides adhiberetur, illi fidentes protinus prædictam particulam in accensi turibuli igne desuper posuerunt, quæ mox quidem in ignis colorem conversa, post paululum verò, amotis carbonibus, ad pristinam speciem mirabiliter est reversa. Cumque excogitarent, qualiter, vel quam in parte pignera tanta locarent, contigit, dispositione divina, ut eodem ipso die, (a) transmissus sit in hunc locum locus ille mirificus, ubi nunc recondita est ipsa lintei sancti particula, argento, & auro, gemmisque (1) Anglico opere subtiliter, ac pulcherrimè decoratus, ibi ergo christallo superposito venerabiliter satis est collocata. Morisque est singulis annis, ipso die Cœnæ Dominicæ ad mandatum Fratrum eam à Mansionariis deferri, & in medium poni, duoque candelabra ante illam accendi, & indefinenter per totum mandati spatium ab Acolito incensari. Demum verò juxta finem mandati à singulis per ordinem Fratribus flexis genibus devotissimè adorari, & reverenter exosculari.

*De Restauratione Monasterii Barregensis, & de Obitu ejus, qui illud restauravit.*

### CAPUT XXXIV.

**D**E Monasterio præterea Barregensi, cum (1) à prædicto fratre suo Pandulfo Principe idem Abbas præceptum cum omnibus suis finibus, possessionibus, ac pertinentiis recepisset, quendam ibi Fratrem hujus Congregationis valde religiosum, qui Azzo dicebatur, ut ejus restaurationi, ac reconciliationi pro posse studeret, transmittere protinus studuit. Nam ex eo tempore, quo Saraceni

hic recensentur, exempla habemus in Regesto Petri.

- (8) Et hic, & non semel alibi; *Aprutium* nomen est Regionis, non Oppidi, unde nomen Regionis.

#### IN CAPUT XXXIII. NOTÆ.

- (a) à quodam nobili transmissus.  
 (1) nisi legendum *Anaglyso*, quod minus probo, *Anglico* dixit subtiliter decorato; similibus enim subtilibus operibus Anglici artifices excellunt, ut sæpe vidimus.

#### IN CAPUT XXXIV. NOTÆ.

- (1) Regest. num. 256.

m Azzonis de Apru-  
tionibus suis in quat-  
tae Victorie, Sancti  
geli, Sancti Andree,  
tione propria in ma-  
nodiis terræ. Stepha-  
ster Presbyteri Lari-  
nt in hoc loco Eccle-  
Sancta Maria, loco,  
m, cum omnibus per-

in hoc Monasterio  
Salvatoris.

XXXIII.

hi quidam ab Ierufoly-  
particulam lintei, cum  
rum Salvator extersit,  
t ob reverentiam sancti  
è hic optulerunt, sexto  
ris, sed cum à plurimis  
adhiberetur, illi fide  
dictam particulam in-  
desuper posuerunt, quæ  
s colorem conversa, post  
oris carbonibus, ad pristi-  
liter est reversa. Cum-  
qualiter, vel quam in  
locarent, contigit, dif-  
t eodem ipso die, (a)  
ic locum locus ille mi-  
ondita est ipsa lintei fan-  
to, & auro, gemisque  
subtiliter, ac pulcher-  
ergo christallo superpo-  
is est collocata. Moris-  
s, ipso die Cœnæ Domi-  
Fratrum eam à Mansiona-  
edium poni, duoque can-  
accendi, & indefinenter  
spatium ab Acolito in-  
ro juxta finem mandati à  
Fratribus flexis genibus  
& reverenter exosculari.

Monasterii Barregensis,  
ejus, qui illud  
auravit.

T XXXIV.

raterea Barregensi, cum  
fratre suo Pandulfo Prin-  
ræceptum cum omnibus  
tionibus, ac pertinentiis  
ibi Fratrem hujus Con-  
gigiosum, qui Azzo di-  
urationi, ac reconcilia-  
et, transmittere proti-  
eo tempore, quo Sara-  
ceni

exempla habemus in Rege-

el alibi; Aprutium nomen  
Oppidi, unde nomen Re-

XXXIII. NOTE.

infirmis.  
liso, quod minus probo,  
tiliter decorato; similibus  
peribus Anglici artifices ex-  
vidimus.

XXXIV. NOTE.

ceni à Marfis, Pelignisque superati, atque  
fugati ibidem se contulerunt, seque ibi ali-  
quandiu, quoniam locus excelsis valde ædifi-  
ciis munitus erat, tutati sunt, sed ab iis, qui  
eos insequabantur, unà cum Monasterio, &  
ipsi pariter conflagrati sunt, per diversas exin-  
de fugientibus Monachis, ita succrescentibus  
undique silvis, horridum fuerat, & inhabita-  
bile redditum, ut vix pauci admodum Fra-  
tres juxta parvam Ecclesiolam antiquam,  
quæ ignem evaserat, pro venerabilis loci  
amore, commanere paterentur. Erat tunc  
prædictus Azzo, Præpositus Monasterii Sancti  
Benedicti in Pago Marforum, quod videlicet  
Monasterium eo tempore tam cellis, quam  
fundis, ac prædiis, atque colonis diversis per  
Marfiam locis copiosis ditatus erat. De qui-  
bus hic aliquanta perstringimus. Cella San-  
cti Benedicti in (a) Oretino, cum modiis  
terræ quingentis. Sanctus Gregorius in Pen-  
toma, cum modiis mille. Sancta Maria in  
(b) Hyllara, cum modiis trecentis. Vicen-  
da in Avezzano modiorum centum. In ca-  
stello Veneris, loco, qui dicitur Cafale ab  
ipso monte, usque in aquam. Ex alio latere  
aquæ (c) Veneris ad Cafalem (d) Adelardi  
modii XX. In loco, qui dicitur Calabrettum  
modii mille. Hæreditas Gueltonis ibidem,  
similiter modii mille. In valle, quæ dicitur  
Aquirana (e) à Sancto Quintiano usque in  
Aquiranum modii mille plus minus, & cæ-  
tera multa, & maxima, quæ longum scribere  
judicavimus. (f) Hujus itaque universam  
omnino substantiam tam in codicibus, quam  
& in animalibus, quàmque & universis uten-  
silibus (g) ex æquo divisit, partemque al-  
teram ad prædicti Monasterii restorationem  
assumpsit, & convocatis artificibus, Eccle-  
siam primitus, cujus fundamenta tantum re-  
manserant, dehinc officinas cæteras restaurare  
protinus cœpit. Reversusque consequenter ad  
Abbatem, hominibus, quos in possessionem  
ejusdem Monasterii necessarium erat inducere,  
libellos ab eo adquisivit, moxque castellum

- (a) Auretino.  
(b) Illiara.  
(c) deficit, Veneris.  
(d) Adelardi.  
(e) deficit, à S. Quintiano usque in Aquiranum.  
(f) Hujus itaque Monasterii.  
(g) Ex æquo præfatus Azzo.  
(h) Quo factò non multò post idem Azzo quen-  
dam ibi Fratrem Dominicum nomine, quem  
ipse Monachum fecerat, sua vice præficiens,  
jam se.

- (i) & ipsum se Beatus.  
(2) Periodum à Librariis malè habitam, mem-  
brisque luxatam, facile est sic restituere.  
Quo factò, quendam ibi Fratrem, nomine  
Dominicum, quem ipse Monachum fecerat,  
vice sua ordinans, non multò post idem Azzo  
jam senex, &c.

- (3) Tunc enim Dormitorium, ex Instituto Regu-  
læ, aula ampla erat, in qua sub una conca-  
meratione, vel contignatione, lecti plures  
strati. Paulatim verò, discretis primùm le-  
ctisterniis aliquo velo: tum tabulis, deinde  
muris, in eam demum, qua nunc cernuntur,  
formam constructa sunt.

- (4) Cum somnia, ex Philosopho, reliquæ sint  
earum rerum, quas vigilantes sensu percipi-  
mus: vel visa ex motionibus à vigilantibus  
sensu perceptarum rerum, animantibus inter  
dormiendum objecta: Cumque ea, quæ à  
vigilantibus sensu percepta sunt, non statim  
ac sensus afficere desierint, evanescent, sed  
in memoria plus minus maneat: mirum  
non est, dormientibus nobis eorum imagines  
objici, quæ vigilantes, aut egimus, aut  
locuti sumus, aut vidimus, aut cogita-  
Tom. IV.

Placitum, seu Renuntium (1) Ducum  
Cajetanorum de confiniis Mona-  
sterii hujus.

## CAPUT XXXV.

**P**ER idem tempus contentio Cajetanorum Ducum, & Comitum Trajectensium orta est contra hoc Monasterium, eo quod coepissemus repetere terras quasdam, & silvas in confiniis Aquini huic Monasterio antiquitus pertinentes, quas ipsi ante non multos annos à Papa Johanne octavo, & à Johanne Papa decimo per privilegium receperant, pro eo scilicet, quod super destructione Saracenorum Gariliano degentium potentissime se intromiserint. Sed cum (2) apud Argenteum Castrum ad placitum res hæc perducta fuisset, in quo cum Principe Capuano, & ejusdem Civitatis Archiepiscopo, necnon & cum Duce Neapolitano, & Cajetano Episcopo Domnus Atenulfus Abbas, & plurimi de diversis partibus Nobiles, Judicesque conveniant, relecta sunt primitus in omnium præsentia præfata privilegia illorum, demum verò relecta sunt à parte nostra præcepta Regum (a) HCaroli, Hugonis, atque Lotharii, qui easdem terras huic Monasterio concesserant, & firmaverant. Quo facto, (b) decretum à Judicibus est, (3) tam ex Romanis legibus, quam ex Langobardis, nequam posse Cajetanis terras (c) illas aliquatenus pertinere, sed nos eas omnino legaliter, ac firmiter opinere debere. Cumque hæc Judicum sententia, & à Principe, & ab universis assidentibus collaudata, simul & confirmata fuisset, præfati Duces, ac Comites, videntes se legum auctoritati contradicere non posse, cartulam protinus manifestationis, seu renuntiationis de universis rebus illis fecerunt, & apud nos remiserunt, pœnâ centum auri librarum appositâ, si umquam vel ipsi, vel sui hæredes hæc aliquatenus dirumpere, seu remove quæsisent.

## IN CAPUT XXXV. NOTÆ.

- (a) Karoli.  
(b) ostensum protinus à Judicibus.  
(c) illas primitus Monasterio delegatas.  
(1) lib. 3. cap. 67. *Septimo Idus Magi*, lib. 4. cap. 12. & 46. *mensis Magio*, cap. 54. *Ducatu Cajetano*, 57. *Cajetana Ecclesia*, 64. *Cajetana*, 90. *Castro Sugii*, 109. *Imperialis Magestas*. Tertiam enim vocalem dum crassiori spiritu efferebant, degenerabant in sonum G.  
(2) Visuntur ejus rudera in monticulo prope Minturnas, sub Trajecto.  
(3) Alterutris vivere legibus licebat, ut ex eisdem legibus constat. In Regeſto Petri num. 567. *Adalbertus filius Raynerii, qui professus sum lege vivere Romana*. In plerisque conveniebant, Langobardorum, Romanæque leges: in aliquibus discrepabant, quas discrepantias in unum collegit Andræas de Barulo.

## IN CAPUT XXXVI. NOTÆ.

- (a) Zunzonis.  
(b) Beato Benedicto se ipsum, cum omnibus ex integro rebus substantiæ suæ tam mobilibus, quam immobilibus. Insuper etiam & Insulam, quæ Limata.  
(1) Regeſt. num. 275.  
(2) Fundum, Prædium, ex hæreditate habitum, ut *Allodium*, dicitur & *Hæredium*. Cornel. Nepos in *Catone*. *Versatus est in Sabinis, quod ibi hæreditum à Patre relictum, habebat*. Varro de *Re Rust.* cap. 10. aliique.  
(3) Melpha deinde non longè à Ponte Curvo in-

De oblatione Insula, quæ Limata  
vocatur.

## CAPUT XXXVI.

**E**odem quoque tempore Pandulfus, & Gifulfus Teanenses Comites, proclamante eodem Abbate in judicio Capuani Judicis, & Archiepiscopi, manifestaverunt se, & renuntiaverunt nobis totam pertinentiam de Cefima, appositâ nichilominus pœnâ centum librarum auri, si eandem renuntiationem remove aliquo modo temptavissent. Id ipsum etiam fecerunt filii (a) Unzonis de castro Conca, & de omnibus pertinentiis ipsius, & de Pilano, & Sancto Felice, & Cefima, proclamante Andræa Præposito nostro in placito Antonii Capellani, & Benzonis missi Heinrici Imperatoris, appositâ pœnâ, si removerent, quinque millium bizanteorum. Per idem tempus quidam Aquinensis vir, nomine (1) Magipertus obtulit (b) Beato Benedicto (2) hæreditatem, quæ Limata vocatur, (3) Carnello, & Melpha circumdatam centum æstimatione modiorum, quam videlicet ipse ab hominibus de Pontecurvo emerat, ab uno latere habens (4) passos CCCCX. & VII. ab altero CCCXX. & III. ab alio verò CCC.

Qualiter Normanni primum in partes has  
venerint, & qualiter cum Græcis,  
Melo Duce conflixerint.

## CAPUT XXXVII.

(1) **H**Ujus Abbatis anno septimo coeperunt Normanni Melo Duce expugnare Apuliam. Qualiter autem, vel qua occasione Normanni ad has partes primò devenerint, & quis, vel unde Melus hic fuerit, & qua de causa eisdem Normannis adhæserit, opportunè referendum videtur. (2) Ante hos circiter sedecim annos, quadraginta numero Normanni in habitu peregrino, utpote à (a) Jerusolimis, ubi causâ orationis perrexerunt, revertentes, Salernum applicuerunt, (3) viri equidem & statura proceri, & spe-

fuit in *Carnellum*, qui & *Lirim*. de hac *Limata*, seu *Insula* iterum infra cap. 66.

- (4) Passus à passis pedibus, quinque pedum esse dicitur, hoc est duorum gressuum: ut gressus sit duorum pedum, ac semis, quod forte intellexit chartula, cum dicit, *Ad passum justum mensuratum*.

## IN CAPUT XXXVII. NOTÆ.

- (a) Jerusolimis.  
(1) Anonymus Casinensis in annum refert 1017. *Normanni*, vel pleniore scriptura *Nortmanni*, à *Nort*, quod est Septentrio, & *Mann*, vir, quasi *Septentrionales viri*. Hæc enim gens ex insula Scandinavia, seu ex Norvegia, & Suetia, exiens, in Galliam irrupit, eamque Regni partem occupavit, quæ *Neustria*, vel potius *Vestria*, dicitur, quasi *Regnum Occidentale*, aut *Na Austria*, hoc est *Post Austriam*. Na enim est *post*, & quæ ab ipsis vocata est *Normannia*, continens quicquid à Parisiis, & Aurelianis interjacet inter Ligerim, & Sequanam. Martinus. Melus autem Dux aliis *Mel*. Lupus Protospata an. 1017.  
(2) Nempe circa annum Christi millesimum ex Anonymo Casinensi, ideoque Ostiensis dixit *circiter*, non enim exacto calculo se obitringere voluit.  
(3) Quales Septemprionales, & frigida Regionis, nam, contra, adustæ, pusillo sunt corpore, & venusti potius, quam pulchri. Pulchritudo enim viris non tribuitur, nisi statura eminentibus, ex Aristotele.

NOTIS ILLU

specie pulchri, & armorum experientia summi. Quam à Saracenis obsessam reperientes, accensis nutu Dei animis, (4) à Guaimario majore, qui tunc Salerni principabatur, equis, armisque exoptulatis, inopinatè super illos irruunt, & pluribus eorum peremptis, cæterisque fugatis, mirabilem victoriam, Deo præstante, adepti sunt. Attolluntur ab omnibus in triumphum, donis à Principe amplissimis honorantur, utque secum manere debeant multis precibus invitantur. Illi verò, se amore tantum Dei, & Christianæ fidei hoc se fecisse asseverantes, & dona recusant, & ibi manere posse se denegant. Tandem itaque prædictus Princeps consilio habito simul cum eisdem Normannis, legatos suos in Normanniam dirigit, (5) & veluti alter Narsis poma per eos cedrina (b) amigdalas quoque, & deauratas nuces, ac pallia Imperialia, nec non & equorum instrumenta auro purissimo insignita illuc transmittens, ad terram talia gignentem illos transire, non tam invitabat, quàm & trahebat. Per eos dies duo Magnates partis illius, Giselbertus scilicet, qui & Buttericus, & Guilielmus, cognomento Repostellus acriter inter se disidentes, ad id tandem (c) exitii devenerunt, ut Giselbertus Guilielmum occideret. Quod cum (d) Robbertus Comes terræ ipsius comperisset, vehementer iratus mortem Giselberto interminatus est. Giselbertus igitur iram Domini sui præcavens, assumptis IV. Fratribus suis, Rainulfo, Asclittino, Osmundo, atque Rodulfo, & aliquot aliis, cum equis tantum & armis, juncti nostrorum legatis aufugiunt, & Capuam tandem perveniunt, ubi eo tempore prædictus Melus cum Pandulfo Principe morabatur. Hic itaque Melus, ut retro aliquantulum redeam, Barensum civium, immo totius Apuliæ primus, ac clarior erat, strenuissimus valde, ac prudentissimus vir. Sed cum superbiam, insolentiamque, (e) ac nequitiam Græcorum, qui non multò antea, tempore scilicet primi Octonis, Apuliam sibi. Calabriamque fociat in auxilium suum (f) Danis, Rurhis, & Gualanis vendicaverant, Apuli ferre non possent, cum eodem Melo, & cum Datto quodam æquè nobilissimo, ipsiusque Meli cognata-

quo Limata

XXXVI.

ore Pandulfus, & Gionites, proclamante o Capuani Judicis, & averunt se, & renunpertinentiam de Cefinus poenâ centum lim renuntiationem rempravissent. Id ipsum a) Unzonis de castro pertinentiis ipsius, & Felice, & Cefima, proposito nostro in placito Benzonis missi Heinrichi poenâ, si removerent, anteorum. Per idem nensis vir, nomine (1) b) Beato Benedicto (2) mata vocatur, (3) Carcumdatam centum æstiquam videlicet ipse ab arvo emerat, ab uno lassos COCCX. & VII. ab I. ab alio verò CCC.

primium in partes bas caliter cum Græcis, e confixerint.

XXXVII.

is anno septimo cepe- manni Melo. Duce expuliter autem, vel qua oc- has partes primò deve- unde Melus hic fuerit, dem Normannis adhæse- ndum videtur. (2) An- m annos, quadraginta- a habitu peregrino, ut- his, ubi causâ orationis ates, Salernum applicue- em & statura proceri, & spe-

qui & Lirim. de hac Li- iterum infra cap. 66. bus, quinque pedum esse- tuorum gressuum: ut gressus, ac semis, quod fortè in- cum dicit, Ad passum ju-

XXXVII. NOTE.

is in annum refert 1017. leniore scriptura Norman- est Septentrio, & Mann, rionales viri. Hæc enim- ndinavia, seu ex Norve- tens, in Galliam irrupit, tem occupavit, quæ Neu- vestria, dicitur, quasi Re- aut Na Austria, hoc est enim est post, & quæ ab rmannia, continens quic- Aurelianus interjacet inter nam. Martinus. Melus au- Lupus Protospata an. 1017. Christi millesimum ex Ano- deoque Ostiensis dixit cir- exacto calculo se obtrin-

ales, & frigida Regionis, itæ, pulillo sunt corpore, uam pulchri. Pulchritudo buitur, nisi statura emi- prele.

- (b) amigdalas.
- (c) flagitii.
- (d) Rotpertus.
- (e) deficit, nequitiam.
- (f) Danis, Russis.
- (g) requirebant.
- (h) deficit, una cum uxore, & filiis.
- (i) deficit, ob Heinrichi Imperatoris fidelitatem.
- (k) repugnatione.
- (l) associat, cum quibus pariterque cum ipsis ornamentis statim.
- (m) Bojano.
- (4) Ad discrimen minoris Guaimarii filii ejus, supra cap. 30. alioqui hic Guaimarius Tertius hujus nominis extitit. Vide Peregrin. in stemmate Princ. Salern.
- (5) Similibus muneribus Langobardos ad Italiam invadendam allexit Narses, supra lib. 1. ad cap. 2.
- (6) Si de Turri loquitur, quæ ad ostium Gariliani adhuc extat, illa non à Joanne Duce Cajetæ tempore Joannis Octavi, sed à Pandulfo (fortè primo Caputferreo vocato) post expulsio- nem Saracenorum constructa asseritur ab inscriptione lapidea eidem Turri affixa, ut supra lib. 1. cap. 43. Repete illa.
- (7) Hypatus, vel Hypathus, est summus, qualis Consul in Republica. Fuerant autem tum Joannes, tum Docibilis Consules, & Duces Cajetæ, lib. 1. cap. 43. & 56. unde quod Tom. IV.



cilius perdidit. Feruntur in ea pugna Normannorum ex ducentis quinquaginta numero, decem tantummodo remansisse, de Græcis autem innumerabilem turbam (n) accubuisse. Melus verò cernens se militum auxiliis destitutum, Normannos superstitis, partim apud Guaimarium, partim apud Pandulfum constituens, ipse ultra montes ad prædictum Imperatorem, abiit ut ad expellendos (o) Græcos, vel ipsum per se ad has partes venire suaderet, si posset, vel militum ab eo auxilia acciperet, si non posset. (p) Tunc temporis Benafрани Comites in possessione hujus Monasterii, quæ Vitecufum dicitur, ingredientes, Castrum ibidem, & in loco, qui dicitur Aqua fundata, ædificare cœperunt. Quod dum Abbati Atenulfo nuntiatum fuisset, missis militibus, illos injuriis affectos, verberibus honustos, de hujus Monasterii finibus expulit, & quæ ædificaverant à fundamentis evertit.

*De Normannis apud Piniatarium constitutis, & quomodo captus sit Dattus.*

## CAPUT XXXVIII.

Interea, cum præfatus Abbas, immo potius hoc Monasterium magnis Aquinensium Comitum infestationibus urgeretur, & neque fervorum Dei hic commorantium, neque ipsius Sancti Patris Benedicti reverentia aliquatenus illorum nequitia sedaretur, magna demum Abbas necessitate coactus, fortissimos aliquot sibi ex præfatis Normannis ascivit, eosque juxta se in oppido, quod Piniatarium nuncupatur, non longè à civitate Sancti Germani ad Monasterii bona tutanda constituit, quod quidem illi, quandiu Abbas ipse superfuit, strenuè satis, & fideliter executi sunt. Per hos dies prædictus Catapanus Bojano concessit in hoc Monasterio totam ex integro hæreditatem, vel substantiam Maraldi cujusdam Tranensis, tam intra eandem civitatem, quam & de foris, ubicumque ipse aliquid possidere videretur. Itaque cum Capuanus Princeps latenter faveret Constantinopolitano Imperatori Basilio, (1) fecit interim fieri claves aureas, & misit ad illum, tam se, quam Civitatem

quod ex Francia venissent, nempe ex Normandia, ut supra.

Pluribus hic agendum esset ad ea, quæ in hoc capite scribit Noster, enuclearius enarranda: Cæterum, cum ea videam diligentissimè à Peregrinio, etsi sparsim in hist. Princip. Langob. & à plerisque aliis elucidata, & ad nostra non admodum pertinere, ab hoc labore consultò superfedeo, ne in immentum opus excrecat, quod mihi brevissimum proposueram, eodemque consilio utar in sequentibus, cum præsertim ad ea deinceps tempora accedamus, quibus historicorum fax minimè desideratur.

(n) occubuisse.

(o) ex Apulia Græcos.

(p) deficit. Tunc temporis, &c. usque ad finem.

IN CAPUT XXXVIII. NOTÆ.

(a) & mox idem Catapanus, armato.

(b) quidem qui inibi.

(c) paucos dies ipsius Catapani præcepto.

(1) Clavium oblatione subjectionem designari, potestatemque in Domino agnoscere, durans adhuc realis metaphora abundè declarat. Sic Christus Matth. 16. Ecclesie Principatum symbolo clavium Petro contulit. *Tibi dabo claves Regni cælorum.* Isaiæ 22. deposito Sobna sacerdote, Eliacim substituendus eadem describitur metaphora. *Et dabo clavem David super bumerum ejus: & aperiet, & non erit, qui claudat: claudet, & non erit,*

A Capuanam, immo universum Principatum ejus per hæc Imperio contradens. Prædictus præterea Bojano non parvam pecuniæ summam eidem Principi transmittens, rogat, ut si revera fidelis Imperatori Basilio esset, permetteret se ad capiendum Dattum transire. Permissum est: (a) & armato non parvo exercitu ad Garilianum venit, turremque, in qua Dattus, nichil tale suspicans, residebat, per biduum oppugnans, vi tandem, cum omnibus, qui secum inerant, comprehendit, & Normannos (b) quidem inibi fuerant ab eodem Bojano prædictus Abbas multis precibus adquisivit. Dattum verò nullo umquam modo ab ejus manibus eripere potuit, quem videlicet vincitum Barim reducens, post (c) paucos dies (2) infutum culleo, more parricidarum, in medio mari præcipitari mandavit.

*Quomodo Imperator Einricus (1) super Troilam cum exercitu venerit, & qualiter Abbas eum fugiens in mare mortuus sit.*

## CAPUT XXXIX.

HIs omnibus Augustæ memoriæ Imperator Heinricus auditis, Græcorum scilicet invasionem, Principis tergiversationem, Datti denique crudelissimam necem, reputans, amissa Apulia, ac Principatu Romam quoque, ni maturaret, ac per hoc Italiam totam consequenter sibi, & in proximo amittendam, cum jam Melus bis ad eum hac de causa profectus ultra montes defunctus fuisset, minimè amplius remorandum ratus, anno Incarnationis Dominicæ millesimo vicesimo secundo, immenso valdè totius Regni congregato exercitu, Italiam venit. Et ipse quidem cum maxima ejusdem exercitus parte (2) per Marchias transit. Archiepiscopum verò Poppum cum undecim milibus, ut perhibent, armatorum per Marforum regionem direxit. (3) Belgrimum autem Colonensem Archiepiscopum, cum viginti milibus, ad Principem, & Abbatem capiendum per Romam præmisit. Enimvero ipse Abbas cum fratre Principe infimulatus apud Imperatorem super captione, ac

qui aperiat. Beda homil. de Apostolis Petro, & Paulo. *Ideo Beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore sequutus; specialiter claves Regni cælorum, & principatum judicariæ potestatis accepit.* Sed de omni clavium ratione, ac figura, vide, quæ accuratè scribit Salmasius in exercitationibus ad Solinum.

(2) Culleus, inquit Isidorus, est uter ex corio factus, in quo parricidæ cum simia, & gallo, & serpente inclusi, in mare præcipitantur. Vel Tunica ex sparto in modum crumensæ facta, quæ linebatur à Populo pice, & bitumine, in qua includebantur Parricidæ, cum simia, serpente, & gallo, insuta mittebatur in mare, & contendentibus inter se animantibus, homo majoribus pœnis afficiebatur. Vide Ciceron. pro Roscio Amer. Institut. Juris Civilis in fine.

Est & Culeus mensura liquidorum, sexaginta capiens urnas, ex Fannio.

IN CAPUT XXXIX. NOTÆ.

(1) Cap. seq. *Trojam*, nisi utriusque Codicis Librarius in hoc titulo dormitavit, *Troila* dicta fortassis est per diminutionem, quasi *parva Troja*. Huic enim Apulæ Trojæ nomen indiderunt Græci in memoriam magnæ Trojæ, quæ & Ilium in Phrygia minori.

(2) Firmanam, & Teatinam Adriatici limitaneas.

(3) Cap. seq. tit. *Velgrimo*, & in narratione Pili-grimum, cap. seq. *Belgrimus*.

ac morte Datti plurimum fuerat. Quod cum Abbas, amicis nuntiantibus, persensisset, nusquam se tutum posse consistere à facie tantæ potestatis existimans, cum Marforum quoque Comites, & filii Borrelli libentissimè se illum recepturos pollicerentur, deliberato (a) tandem consilio iræ locum dare decernit, cupiensque Constantinopolim ad Imperatorem confugere, Ydrontum mare ingressurus perrexit. Eiusdem interea Civitatis Episcopo Beatus Benedictus in visione apparens, vade, ait, & dic Abbati, ut nullatenus hac vice mare pertemptet, quoniam, si fecerit, sine dubio peribit. Et ille quidem huiusmodi visioni minimè fidem accommodans, audacter mare ingressus est: sed ut verax prohibentis auctoritas probaretur, occulta Dei dispositione, atque iudicio, cum omnibus sociis in mare (4) naufragium passus, atque (5) demersus est. Quod cum fuisset Imperatori relatum, fertur dixisse, Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foveam, quam fecit. Inter cætera, quæ idem Abbas hinc egrediens secum auferens (b) asportavit, novem præcepta Imperatorum aurea bulla bullata, nec non & præceptum de casa Gentiana, & de Piscaria Lesinenfi secum auferens asportavit, quæ omnia cum eo in maris profunda demersa sunt.

*Qualiter Princeps Pandulfus sponte se Velgrimo tradiderit, & qualiter per eum idem Princeps à morte ereptus sit.*

CAPUT XL.

(a) **B**elgrimus interea, quoniam Abbatem non repperit, verens ne fortè & Princeps Fratris exemplo fuga simili laberetur, Capuam festinanter adiit, eamque mox

- (a) tandem, & communicato cum fratre consilio.
- (b) asportavit, sive in libris, sive in ornamentis, novem quoque præcepta, tam Imperatorum, quam Principum secum detulit, & cartam de loco, qui dicitur Publica in pertinentia Pontis curvi, & Concambium de Calinulo, & præceptum de monte Asprano, ubi est Castrum Celli, & duas cartulas oblationis de S. Erasmo de Capua. *Nec plura in hoc cap.*
- (4) Anno 1022. Quo autem die? Peregrinus in Atenulto, ejus obitus diem, cum nemini credidisset adnotatam, refert in Junium mensem, ea ductus conjectura, quod Theobaldus successor illi datus est 4. Kal. Julii. At in emortuali Casinensi, ab ipso quoque Peregrino alias allegato, Atenulfi obitus aperte consignatus reperitur 30. Martii. *Tertio Kal. Aprilis Dominus Atenulfus sacerdos, & Abbas bujus loci, & sanè Atenulfus, timens sibi ab Henrico, apud quem insimulatus fuerat, inquit noster, super captione, & morte Datti, iræ locum dare decernens, non expectavit Imperatoris in Apuliam adventum. Cum igitur Henricus fuerit Casini 4. Kal. Julii, postquam res in Apulia prosperè gesserat; postquam novum Principem Capuæ imposuisset, non unius tantum mensis spatium ab obitu Atenulfi ad electionem Theobaldi intercessisse oportuit. Præter hæc, antequam Hydrunto Casinum de Abbatis morte nuncius perveniret: antequam Monachi ex non vicinis Præposituris ad novam electionem convocarentur, & adunarentur Casini, & ipse in primis Theobaldus ex Marchia, hoc est Sancti Liberatoris Monasterio; antequam demum de electione maturè deliberarent; cum interim in obsequiis Apostolici, & Imperatoris, simul occuparentur, non exiguum temporis intervallum necessarium fuit decurrere.*
- (5) Mortem in aquis limum esse omnium exi-

A undique, armato milite cinxit; Princeps autem metuens civium prodicionem, quam pro certo facturos eos sciebat, sponte ad Piligrimum exiit, seque non ita, ut dicebatur, Imperatori monstrans esse culpabilem, justitiam se coram illo de his, unde insimulabatur, facturum spondit. Lætus Piligrimus, accepto sub custodia Principe, ad Imperatorem abiit, ubi jam super (1) Trojam Græcorum civitatem, quam eodem anno (2) idem Græci (3) facere cœperant, castra posuerat. Exhilaratus itaque de captione Principis Imperator, (b) & aggregatis universis suis Magnatibus tam Italicis, quam Ultramontanis, in eorum iudicium illum inducit, accusatoribus innumeris præsentibus, & ejus nequitas in faciem ipsius obicientibus, decernitur uno omnium, parique iudicio mortis illum debere subire sententiam. Verum (c) Belgrimum, cujus fidei idem Princeps commiserat, dictam sententiam nimis graviter ferens, supplex ad Imperatorem accessit, & multorum adminiculo (d) fletus, tum orationibus, tum rationibus vitam ipsius obtinuit, (4) ferreo tamen campo Imperator vincendum, secumque in Germaniam asportandum mandavit.

*Qualiter idem Imperator Capuanum Principatum Pandulfo Teanensi Comiti tradidit.*

CAPUT XLI.

**P**ost paucos dies sponte Trojanis deditio-nem sui facientibus, & ad Imperatoris vestigia universis à minimo usque ad maximum suppliciter procurrentibus, Imperiali clementia veniam tribuit. Et quoniam propter æstivum tempus gens continuè assuetæ frigidibus in partibus istis diu remorari non pote-

tium, & supremam totius hominis perditionem, ex arcanis Homericæ Theologiæ mysteriis prodidit Synesius Episcopus Cyrenensis. Putantes enim Animam corporeæ, tenuis, igneæque esse naturæ, ex doctrina Stoicorum; aquæ elemento contrario penitus extingui, & interire persuasum habebant. Ideoque Heroicos viros Achillem, Ajacem, & similes, mortis alioqui timore minimè perterritos, in aquis nihilominus suffocari maxime exhorruisse: non tantum, quoddam inglorium, & obscurum id genus mortis, & absque virtutis experimento: sed quoddam penitus exitiale, totiusque hominis destructivum. Quod de argumento Petri la Sena viri clarissimi Civis mei posthumam, utinam integram, eamque peregrina eruditione refertam, dissertationem, Cleombrotus titulo præferentem, Romanis typis excusam habemus. In qua tamen doctissimi Auctoris, unaque piissimi, censura, ethicorum Philosophantium errorem severè perstringit.

IN CAPUT XL. NOTÆ.

- (a) Belrimus.
- (b) aggregatis Magnatibus suis.
- (c) Belgrimus fidei se.
- (d) fletus.
- (1) 1022. ex cap. præcedenti. Cujus calculo magis fidendum, quam recentioris Blondi, id referentis ad annum 984. & Marini Freccie de subfeudis lib. 8. ad annum 1008.
- (2) Pro *idem*.
- (3) Græcorum Coloniam illuc deducentes. Ibi Castra Annibalis olim fuisse scribit Sabellicus, quod improbat Albertus, *Ecbananam* potius, antiquam urbem ibidem locans, ex Consentino apud Frecciam de feudis.
- (4) *Camus*, inquit Isidorus, capite ultimo libri ultimi, *genus asperi freni est, quo Caballi superbi cæcervi solent*. Nobis *Capezzone*, non raro tamen largius sumitur.

poterat, reditum dies singulos maturabat. Veniens igitur Capuam, (1) Pandulfo Teanensi Comiti tradidit Principatum. Stephano autem, Melo, & Petro nepotibus prædicti Meli, quoniam propria illis recuperare non potuit, (2) (a) Comitatum concessit, quibus etiam in auxilium (b) Normannos, (3) Giselbertum, & Gosmannum, Stigandum, Torstainum, Balbum, Gualterium de Canosa, & Ugonem Fallucca, cum aliis decem & octo reliquit.

*De ordinatione Abbatis Theobaldi.*

CAPUT XLII.

Imperator autem post dies paucos, ordinatis suis negotiis omnibus, venit ad hoc Monasterium, unâ cum Romano Pontifice Benedicto. Interea Fratres in unum collecti coeperunt ad invicem, juxta tenorem regulæ, (1) de eligendo sibi Abbate (a) tractare. Vivebat adhuc, & eidem concilio præfens erat Johannes Abbas ille, quem superius reliquisse Abbatiam, & in Heremum secessisse monstravimus: aderat etiam tunc & Dominus Theobaldus vir utique & genere, & moribus clarus, qui eo tempore Marchiæ Præposituram, unde & (b) ortus fuerat, naviter administrabat. Extiterunt igitur aliquot, qui prædictum Abbatem Johannem in Abbatiam restitui consulebant. Sed quoniam decrepitæ jam erat ætatis, (c) sapientiorum Fratrum consilio inutilis tanto oneri judicatus, post nonnullas, ut in talibus fieri assolet, ac diversas diversorum sententias, tandem communi omnium voluntate Theobaldus dignus decretus (2) à Fratribus Abbas eligitur, ipso etiam Imperatore, quem tunc præsentem esse contigerat, unâ cum Prædicto Papa eandem electionem valdè laudantibus, sicque die altera nativitatis Apostolorum Petri, &

IN CAPUT XLI. NOTÆ.

- (a) Comitatum Cominensis Terræ.  
 (b) *deficit*, Normannos de Fallucca, Normannos cum aliis.  
 (1) Pandulfus verò ille prior nunc captivus, hujus nempe nominis quartus, Principatum iterum recepit vinculis jam solutus, Imperatore defuncto, infra cap. 58.  
 (2) Teanensem.  
 (3) Cur Gosmannum, Nortmannis gentile nomen, Lauretus verterit in Constantinum, ignoro; illud planè scio, Lauretum ferè semper ineptire.

IN CAPUT XLII. NOTÆ.

- (a) tractare ipso Apostolico, & Imperatore præsentibus.  
 (b) *deficit*, unde & ortus fuerat.  
 (c) tam præsentis Imperatoris, quàm & sapientiorum.  
 (1) Codex B. addit ipso Apostolico & Imperatore præsentibus. Qua electione nulla ante celebrior: supremis Reipublicæ Christianæ capitibus, eorumque aulis præsentibus, cum Episcopis Archiepiscopis, & Abbatibus ferè totius Galliæ, & Italiæ ex diplomate Benedicti octavi infra citandi.  
 (2) Consulto à Fratribus dixisse videtur. Ostiensis ut indicaret, neque Apostolicum, neque Augustum, quamvis præsentem, electioni se immiscuisse; sed eam tantum laudasse, ut subditur.  
 (3) Quod antea non unquam, testimonium perhibente ipso Benedicto octavo in suo diplomate apud Petr. Diac. num. 18. Igitur quia postulastis à nobis, quatenus Monasterium sancti Benedicti in Monte Casino situm, cujus Abbatis consecrationem nuper ex dono piissimi Henrici Imperatoris Romani suscepimus, &c. Tibi à nobis consecrato, successoribus-

Pauli (3) ab eodem Beatissimo Papa honorabiliter consecratur.

*Qualiter eundem Imperatorem Beatus Benedictus sanaverit.*

CAPUT XLIII.

(1) **P**atiebatur eo tempore Imperator ilii dolorem permaximum, atque ut ipse postmodum referebat, (2) quamvis nimiam circa hunc locum devotionem gereret, & nusquam terribilius, ac venerabilius Oratorium se vidisse assereret: sæpius tamen dubietatis scrupulo movebatur, utrum-nam Pater Benedictus corporaliter hoc in loco quiesceret. Præ dolore igitur jam dicto, nec plenè dormienti, nec ex integro vigilanti Beatus Benedictus apparuit, & quasi causâ visitandi ad eum accedens, ubi pateretur inquiri. Cui languorem protinus confitentur: Scio, inquit Benedictus, quoniam tu me hætenus hinc dubitasti quiescere, sed ne super hoc amplius aliquatenus dubites, meumque in loco isto certissimè quiescere credas corpusculum, hoc tibi signum erit. Cùm primùm hodie surrexeris in egestione urinæ tuæ tres lapillos non parvos mingere habebis, & ex tunc dolore isto amplius non laborabis. Ego autem sum Frater Benedictus, & his dictis præstò disparuit. Evigilans Imperator confestim surrexit, & juxta visionis ordinem sanitati pristinæ redditus Deo, & Patri Benedicto gratias ineffabiles rerulit. Manè autem facto veniens in conventum Fratrum post Capituli verba sollempnia: Quid, inquit, Domini mei me consulitis dare medico, qui me curavit? Cùmque responsum illi fuisset, ut quicquid sibi placeret de Monasterio, se libentissimè dantibus, tolleret, ac medico daret. Non ita, inquit, oportet: sed quoniam Benedictus Pater hac nocte mei curam egit, oportet me de

que tuis à nostris successoribus in perpetuum nulla pravitate simoniaca interveniente, consecrandis &c. anno 1023. indit. 9. quæ tamen consignanda erat sexta ex alio Privilegio Henrici num. 131. Annus etiam ex cap. 39. videtur fuisse 1022. ut habet Præceptum ejusdem Henrici de hac re, num. 87. in quo Imperator jus consecrationis prædictæ Romano Pontifici concedit, & prandium in eundo Beneventum, & redeundo, & Præceptum donationis Vandræ num. 128. Ritum verò hujus consecrationis infra dabimus opportunius.

IN CAPUT XLIII. NOTÆ.

- (1) Integra hæc miraculi, & oblationum narratio ferè ad verbum exemplata est ex diplomate ejusdem Apostolici in Reg. Petri numer. 19.  
 (2) Nicolaus Serarius in cap. 12. Tobie, quæstionc. 14. Beatum Patrem Benedictum ab Henrico Imperatore inter præcipuos tutelares cultum fuisse, sic testatur. In templo siquidem Basiliensi, quod Augustus ille Henricus magnificè restauravit, donisque plurimis, condecoravit, eminet lamina illa aurea, lignea tabula adharens, septem millibus florenorum æstimata, qua ipse privatim inulario suo, cùm viveret, usus est: unde & tutelares divos refert, quos ipse præcipuè coluit: nempe quatuor Angelos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, Urielem, & Benedictum, ac in horum medio stantem Christum, cujus pedibus ipse cum uxore Cunigunde advolvitur. Idem habet Beatus Rhenanus lib. 3. rer. Germanicarum. Tandem, aliquando oculis, calamoque Laureti hæc debemus, nec inviti. Utinam frequentius!

(3) de mea Camera illius remunerare medelam. Et hæc dicens cum lacrymis gaudium mistis retulit omnibus quæ vidisset, atque audisset, adiciens: Nunc pro certo cognovi, quia venerabilis est locus iste, & nulli mortalium est ulterius dubitandum, quin cum sorore pariter sua hic Benedictus Pater quiescat. Ad fidem autem verborum suorum tres illos lapillos, quos secundum tenorem visionis, ante paululum minxerat, palam omnibus ostendebat, Universis itaque super tanta visione, tamque mirabili, ac celeri sospitate Imperatoris obstupescens, ac Deo laudes, & gratias referentibus optulit ipso die Imperiali munificentia Beato Patri Benedicto munera hæc. Textum Evangelii de foris quidem ex uno latere adopertum auro purissimo, ac gemmis pretiosissimis: ab intus verò (4) uncialibus, ut ajunt, literis, atque figuris aureis mirificè decoratum. Calicem aureum, cum patena sua gemmis, & margaritis, ac smaltis optimis (a) adornatum, (5) planetam diapistin listis aureis adornatam, (6) stolam quoque & (b) manipulum, atque cingulum singulas intextam auro. (7) Pluviale etiam diasprum cum listis auro textis, nec-non & tunicam ejusdem subregminis aureis operibus exornatam, simul cum & mappa diapistin auro nichilominus decorata, stulam quoque, & coppam argenteam quantitatis non modicæ, cum qua videlicet Fratres in præcipuis festivitatis biberent. Recollegit præterea à Judæis vestem unam de Altario Sancti Benedicti, quæ quondam fuerat Caroli Regis, quam idem Judæi retinebant in pignore pro quingentis aureis, nec non & (8) calicem argenteum saxonicum majorem cum patena sua, quem Theodoricus Saxonum Rex B Benedicto olim transmisserat. Quæ omnia pariter in Fratrum præsentia super Altare Beati Benedicti ponens, obtulit, prædictumque Papam suæ auctoritatis scriptionem de ipsis omnibus in hoc loco facere rogavit, Apostolici Anathematis innovatione eidem scriptioni apposita, ne quis

(a) laboratum.

(b) mappulam.

(3) De meo Fisco. Ex quo dicimus *Regiam Camera*, *Cameram Imperialem*, & *Cameralter* aliquid statui, hoc est Regalis Camere edito.

(4) *Unciales literæ* propria notione sunt, pollicis crassitudine exarata, ex Budæo de Assæ, & Frontino de Aquæductibus, est enim pollex uncia, seu duodecima pars pedis Geometrici. Auctor verò noster, & Pontifex Benedictus largiori significatione nomen accepisse videntur pro *magnis*, ut infra.

(5) *Diploma & planetam de pallio diapistin*. *Pistis Græcæ fides*. Fidei verò ceruleus, seu Hyacinthinus color attribuitur à symbolicis. Quare *Pallium diapistin*, coloris, ad fidem exprimendam attinentis, fuisse conjecto. Vide infra lib. 3. cap. 20.

(6) Codex Leonis legit pro *manipulo mappula*, accepit ex diplomate, ut hinc haberegius *Manipulum*, & *Mappulam* idem sonare, nam olim manipulus mappulæ fungebatur ministerio, ad ludorem, inter sacra, abstergendum.

(7) Ad colorem quoque referendum. *Aspron* posterioribus Græcis est *Album ex Meursio* in lexico Græcobarbaro, hinc *Asprum* nunc vocant Turcæ Constantinopolitani argenteum denarium.

(8) Minores calices in usu erant Missæ privatæ. Majoribus utebantur, cum Populus communicabat, nō mpe sub specie etiam vini. Ordo Romanus *Calicem*, & *patenam majores*. Anast. Biblioth. & alii communiter. *Saxonicum* appellat à Donatore, nisi fortè ab opere: sed illud verius.

A unquam, vel hæc quæ diximus, vel alia, quæ in antea idem Imperator huic Monasterio concesserit, subtrahere præsumat. Idem quoque Apostolicus Imperatoris saluti valdè congratulans, obtulit & ipse Beato Benedicto eadem die, (9) planetam optimam veneti coloris, listis nichilominus aureis decenter ornatam, & (10) stolam unam optimam auro brustam; cum manipulo suo. Sed & Belgrimus Archiepiscopus ob gratiam Imperatoris sanitatis similiter obtulit Beato Benedicto planetam purpuream optimam aureis listis (11) mensium duodecim signa habentibus in circuitu adornatam, & stolam cum auro, & pluviale unum. Post hæc idem Christianissimus Imperator adhuc parum quid existimans, se præ nimia hujus loci dilectione fecisse, admonitus ab eodem Piligrino, & à Theoderico Cancellario suo, altera die (12) fecit præceptum concessionis in hoc loco de Rocca, quæ dicitur Vantra, cujus possessores, ac si latrunculi quidam hoc Monasterium frequentissimè infestabant, ac propterea illam de manibus eorum ereptam, ad usus servorum Dei hujus loci in perpetuum habendam, & retinendam contradidit. (13) Fecit & aliud præceptum de universis ubique terrarum hujus loci possessionibus, juxta tenorem videlicet Imperatorum antecessorum suorum, per quod etiam præceptum Monasterium Sanctæ Mariæ in Canneto in finibus Termulensis Imperiali auctoritate in hoc Monasterio confirmavit, sicque commendans se plurimum Patri Benedicto, & omnibus Fratribus, cum illorum benedictione, reversus ad propria est. Et ne tanti benefactoris sui beneficium oblivisci aliquatenus videretur, mox ut domum rediit, planetam optimam diarodinam aureis listis pulcherrimè decoratam, unâ cum alba, & cingulo, stola, atque manipulo, qualia Imperatorem mittere deceret, huc ad Beatum Benedictum cum maximis gratiarum actionibus transmittere studuit, (14) tantæque de cætero circa hunc sanctum locum devotionis extitit, ut si aliquantò diutius viveret,

D (9) *Venetum colorem, viridem Marinum* intelligit Vossius, dictum *Venetum*, quod Venetæ genti in usu fuit, quæ marinas oras colens, marinum colorem adamavit. Græcis *Callaicum*: & *Tbalassinum* Lucretio, & Plauto. Nec idcirco tamen hosce omnes colores omnino eundem esse putandum. Namque alius color maris in litore, alius in profundo: item alius placidi, alius turbidi maris. In ludis Circensibus Prasini, & Veneti, Aurigarum factiones his coloribus, hoc est, viridi, & marino, aliis ceruleo, distinguebantur. Tertull. de spectaculis cap. 9. Plin. lib. 7. cap. 33. & lib. 37. cap. 10. Sueton. in Domit. cap. 7. Cassiod. lib. 3. Variar. Epist. 13. Notator, sive Vulcanius, in Paulum Diaconum de Gest. Langobard.

E (10) *Auro pbyrgiatam*, seu acu ex auro pictam.

(11) Acu picta, ut in vetustis palliis videmus.

(12) Quam vocatam infra reperies Vantram Comitalem, quod esset in Comitatu Teanensi, ad discrimen Vantræ Monachorum, quæ intra fines Territorii Casinensis, à Gisulfo donati, continebatur. Hujus autem donationis chartulam recenset Petrus in Regeſto num. 128. datam anno 1022. ex quo corrigendus annus Privilegii Benedicti 8. supra cap. præced.

(13) Regeſt. num. 131.

(14) Scipio noster in elogio Henrici (ex quo accipit Castilioneus in notis ad Regnum Italiae Theſauri) Henricum, deposito diademate, professionem Monasticam assumpsisse, non tantum voto concepisse, scribit. At mihi legitimis testibus non probatur. Propositum sane Monachum induendi invenio apud Leonem

ret, relicto Imperii fastigio, Deo se sub sanctæ professionis habitu hic servitutum sponderet.

*Qualiter idem Imperator juxta comburi falsa scripta translationis ejusdem Patris.*

## CAPUT XLIV.

**S**anè quoniam de Corpore Beati Benedicti, quod in hoc loco veraciter requiesceret, tum revelatione quam viderat, tum sospitate, quam senserat, fuerat certissimus redditus, ubicumque postmodum (1) scripturam Translationis ejusdem Beati Patris reperire potuit: flammis exussit, narrans omnibus, quæ sibi Dominus hoc in loco ostenderit, quæve præstiterit ex ipsius falsæ translationis serie rationabiliter ostendens, hæc frivola esse, ac confictitia, dum sicut ibi refertur unus, idemque Angelus, & illos hortabatur ad surripiendum, & Romanum Pontificem instigabat ad persequendum, rursusque illis insistebat ad fugiendum. (2) Qui verò Pauli Diaconi veracis utique, & insignis historiographi testimonio super hoc se fulciri existimant, noverint consuetudinem hanc esse rerum gestarum scriptoribus, ut in narratione sua opinionem vulgi sequantur. Nam & apud Lucam Beata Maria Joseph. patrem Domini appellat, dicens: Ego & pater tuus dolentes quærebamus te, & apud Marcum Herodes pro eo, quòd puella capud Baptistæ quæserit, dicitur contristatus, quod utrumque nequamquam verum fuisse, nemo qui nesciat.

*Qualiter idem Imperator divina vindicta percussus, fuit, ideo quòd equos non timuit ponere in Capitulo cujusdam Monasterii S. Benedicti.*

## CAPUT XLV.

**V**erum & hoc ipse religiosissimus Imperator multis referre solitus erat, quòd ipsum languorem, unde (a) nunc per Beatum Benedictum convalescere meruerat, per

nem nostrum hic, & coavos scriptores, atque Rhenanum rer. Germanic. lib. 3. fol. mihi 140. Habitus assumptionem non invenio, quod maximè fulcitur ex iis, quæ cap. 46. tradit Leo, Henricum jam jam expiraturum, præsentibus Episcopis, atque Abbatibus conjugem Cunigundem, non adhuc defloratam, propinquis tradidisse virginem. Non ergo monachum tum induerat.

## IN CAPUT XLIV. NOTÆ.

- (1) Justo volumine de hoc egit Lauretus.  
 (2) Vulgi opinionem secutum Paulum, ait Leo: & quidem in priori parte sui testimonii, nam in posteriori, statim subdit, ex propria, nostrorumque sententia: *sed certum est nobis os illud venerabile, & omni nectare suavius; & oculos semper cælestia contuentes, cætera quoque membra, quamvis in cinerem defluxa remansisse.*

## IN CAPUT XLV. NOTÆ.

- (a) tunc.  
 (b) deficit, ultra montes.  
 (c) audacter, ac pertinaciter, ut est illud hominum genus, equos.  
 (1) Baculum accipio Abbatialem; quem de more manu gestare solebant Prælati, ut pluries in hoc chronico.

## IN CAPUT XLVI. NOTÆ.

- (a) marcis.  
 (b) Chuonradi.  
 (c) Cunigundæ.  
 (1) Repete notas ad cap. 18. lib. 1.

**A** eundem nichilominus dolori ipsi jam pridem addictus extiterat, occasione videlicet hujusmodi. Cùm ducatus adhuc sui tempore iter agens in Monasterium quoddam (b) ultra montes Benedicti Patris nomini dedicatum hospitatum fuisset, quoniam multitudini equorum ipsius stabula sola nequaquam sufficerent, in ipso Fratrum Capitulo, quod juxta Ecclesiam erat, ejus stabularii (c) audacter equos aliquot locare, minimè veriti sunt. Nocte igitur eadem Benedictus Pater eidem Duci torvo, ac terribili valde intuitu apparens, eique multa, quòd ita domum suam tractaret, comminans, (1) virgâ, quam manu gestabat, illius latus percussit, & ex tunc dolore illi torqueri vehementissimè cœpit.

*Qualiter idem Imperator construxit Ecclesiam Sancti Georgii, & uxorem suam, tanquam castè vivens in morte Episcopis, & Abbatibus præsentibus Virginem resignavit.*

## CAPUT XLVI.

**H**ic idem Augustus ex proprii patrimonii sumptibus construxit Ecclesiam ad honorem S. Georgii in Babenbergense, & advocans Benedictum Papam, ab ipso illam consecrari fecit, atque Episcopalem in ea sedem constituens, beato Petro ex integro obtulit, statuto censu per singulos annos equo uno optimo albo cum omnibus ornamentis, & faleris suis, (1) & centum (2) marchis argenti. Postmodum verò Leo nonus Papa (2) vicariationis gratiâ Beneventum ab Henrico (b) Corradi filio recipiens, prædictum Episcopium Babenbergense sub ejus ditione remisit, equo tantum, quem prædiximus, sibi retento. Super cæteras autem bonitates, seu virtutes, quas idem Imperator habuisse narratur à Deo, fertur vixisse castissimus, ut ad mortis articulum veniens coram præsentibus Episcopis, atque Abbatibus (c) Cunibundæ Conjugis suæ propinquis, eaque illis tradita, fertur. (3) Recipite quam michi tradidistis virginem vestram.

*Qua-*

(2) Vice scilicet Bambergæ, recepit Beneventum, infra cap. 84.

(3) Martyrol. Rom. 14. Julii Bambergæ Sancti Henrici Primi Imperatoris, qui cum uxore sua Cunegunde perpetuam virginitatem servavit. Quæ de Henrico dici possent, obvia, tritaque sunt, nec nostri instituti.

Post hæc verba; In Codice B. solius Ostiensis sequitur caput quadragesimum septimum, referens visionem cujusdam servi Dei in morte Henrici, quæ desideratur in Codice A. Dignum tamen ducimus pios Lectores ejus lectione non fraudare, quæ sic habet. Libet hoc in loco dignam planè memoria, & multis ædificationi futuram inferere visionem, à religiosis certè, & prorsus veracibus mihi relatoribus traditam, quam in obitu ejusdem Imperatoris cuidam servo Dei voluit Dominus demonstrare. Hic itaque cùm nocte illa, qua prædictus Imperator moriebatur, fenestræ cellulæ suæ incumbens, de more Dominum precaretur, subitò audivit immanem quorundam festinanter transeuntium strepitum, cachinnantium simul, & gratulantium. Quod cùm arrectis auribus, quidnam illud esset curiosè vellet addiscere, & oculis undique circumspiceret, vider confestim, quam hominum autumaverat, innumerabilem turbam, dæmonum esse. Territus primò, dehinc resumptâ constantiâ, salutiferæ crucis signo se muniens, innuit uni ex illis ad se venire; paruit proripus nequam spiritus, & accessit;

*Ad*



olori ipsi jam pridem  
 asione videlicet hujus-  
 ihuc sui tempore iter  
 quoddam (b) ultra  
 is nomini dedicatum.  
 nam multitudini equo-  
 nequaquam sufficerent,  
 ulo, quod juxta Eccle-  
 rii (c) audacter equos  
 imè veriti sunt. Nocte  
 ctus Pater eidem Duci  
 valde intuitu apparens,  
 ita domum suam tracta-  
 (i) virgâ, quam manu  
 percussit, & ex tunc do-  
 hementissime cœpit.

ator construxit Ecclesiam  
 uxorem suam, tan-  
 ens in morte Episco-  
 atibus presentibus  
 m resignavit.

U T XLVI.

stus ex proprio patrimonii  
 onstruxit Ecclesiam ad ho-  
 in Babenbergense, & ad-  
 Papam, ab ipso illam  
 que Episcopalem in ea se-  
 beato Petro ex integro ob-  
 u per singulos annos equo  
 cum omnibus ornamentis,  
 ) & centum (a) marchis  
 im verò Leo nonus Papa  
 rariâ Beneventum ab Hein-  
 filio recipiens, prædictum  
 benbergense sub ejus dicatione  
 um, quem prædiximus, fi-  
 cæteras autem bonitates,  
 idem Imperator habuisse  
 ertur vixisse castissimus, ut  
 am veniens coram præsen-  
 que Abbatibus (c) Cuni-  
 æ propinquis, eaque illis  
 ) Recipite quam michi  
 vestram.

Qua-

berga, recepit Beneventum,

14. Julii Bambergæ Sancti  
 Imperatoris, qui cum uxore  
 perpetuam virginitatem ser-  
 Henrico dici possent, obvia,  
 nec nostri instituti.

In Codice B. solius Ostiensis  
 quadragiesimum septimum, re-  
 cujusdam servi Dei in morte  
 desideratur in Codice A. Di-  
 uimus pios Lectores ejus le-  
 dare, quæ sic habet. Libet  
 nam planè memoria, & mul-  
 turam inferere visionem, à  
 & profus veracibus mihi re-  
 m, quam in obitu ejusdem  
 am servo Dei voluit Domi-

Hic itaque cum nocte illa,  
 perator moriebatur, fene-  
 incumbens, de more Domi-  
 subito audivit immanem  
 anter transeuntium strepi-  
 um simul, & gratulantium.  
 is auribus, quidnam illud  
 et addiscere, & oculis undi-  
 et, videt confestim, quam  
 averat, innumerabilem tur-  
 esse. Territus primo, dehinc  
 ntia, salutiter crucis signo  
 ur uni ex illis ad se venire;  
 equam spiritus, & accessit;  
 Ad

NOTIS ILLUS

Qualiter fuit quæsitum ab Adam Monacho  
 per Abbatem S. Pauli de Urbe utrum  
 Corpus S. Benedicti hæc quiesceret.

CAPUT XLVII.

Quoniam autem de Corpore Sanctissimi  
 Patris Benedicti paulò ante necessariò  
 fecimus mentionem, gratum hic com-

Ad quem vir Dei, adjuro te, inquit, per eum  
 qui judicaturus est vivos, & mortuos, & se-  
 culum per ignem, ut non abscondas à me  
 veritatem, & dicas mihi, quid est hoc, vel  
 quò sic festinanter tenditis, cum tantis plaufi-  
 bus, & tripudio; Henricus, ait, noster ami-  
 cissimus moritur, & properamus ad suscipiend-  
 am animam illius, quoniam; nisi fortè in-  
 justiciam inde, seu violentiam nobis inferre  
 voluerit Deus, quod certè minimè credimus,  
 noster debet esse individuus socius; Ad hæc  
 vir Dei graviter ingemiscens; Non hoc per-  
 mittat, ait, misericordissimus Deus, ut tan-  
 tus vir in vestræ potestatis jura deveniat; &  
 confido planè, & certus sum de magnitudine  
 pietatis ipsius, quòd nullam prorsus in eo vo-  
 bis est daturus potentiam, quin potius inanes,  
 ac vacuos cum digna vos confusione remitter:  
 Veruntamen impero tibi per ipsum Redempto-  
 rem mundi Dominum nostrum, ut nullo mo-  
 do dimittas, quin ad me huc, cum redieris,  
 redeas, ac mihi quicquid ex hoc fieri conti-  
 gerit, veracissimè referas, ad hanc vocem  
 evanuit spiritus nequissimus, & abscessit; ser-  
 vus autem Domini instantius, quàm solebat  
 orationi incubuit. Cum ecce post biduum  
 malignus ille spiritus, dejecta facie, mœrens  
 & lugubris, quemadmodum adjuratus fuerat,  
 ad hominem Dei reversus est; A quo cum  
 tantæ expeditionis suæ, ac sociorum ipsius  
 requisisset eventum. Ne, inquit, me super hoc  
 interrogas, cum ex habitudine mea patenter  
 id possis advertere. Nec certè hodie huc re-  
 didissem ob verecundiam, nisi adjuratione tua,  
 quam minimè violare præsumpsi, tenerer astri-  
 ctus. Etenim, quòd & nos timebamus, &  
 tu pessimè præfagisti, hoc totum contigit  
 nobis. Nam cum prædictum Henricum,  
 sicut nostræ justitiæ pertinebat, parati stare-  
 mus recipere, & post multas Angelorum con-  
 tentiones, illum adjuvare, & nobis auferre  
 nitenium, decretum tandem utrimque fuisset,  
 ut positus in trutina operibus ipsius, tam bo-  
 nis, quàm malis, præstolaremur, quænam  
 opera haberent præponderare, cœpit pars  
 nostra paulatim increfcere, & non parum, ut  
 tibi fatear, declivior esse; Nobis itaque  
 plaudentibus, & jam jamque illum rapere  
 properantibus, ecce ex improvîsu semiarsus  
 ille Laurentius anhelus accurrit, & calicem  
 aureum quantitatis non modicæ bajulans,  
 quem idem Henricus in Basilica illius olim  
 obtulerat, nil moratus, nihilque interrogans,  
 super adversam nobis trutinam, tanto illum  
 impetu, & furore conjecit, ut usque ad imum  
 illam ponderare coegerit. Tali occasione vi-  
 ctoribus Angelis, eum lætanter excipientibus,  
 nos omni spe frustrati, quemadmodum cernis,  
 cum verecundia, & confusione ingenti recessi-  
 mus: Ne autem existimes, me aliquatenus  
 super ista mentitum, mitte ad Ecclesiam  
 usulati illius, & fac perquirere calicem illum,  
 quem dixi, & nisi inveneris unam ex an-  
 calicis ejusdem contritam, namque tam præ-  
 cæpiter in trutina positus est, ut cadens ex ea,  
 confRACTUS sit, ne adhibeas fidem univèrsis,  
 quæ dixi, si autem ita inveneris, crede pro-  
 cul dubio verum esse, quòd utinam non fuisset,  
 omne quòd dixi. Et hæc cum dixisset,  
 confestim velut umbra disparuit. His servus  
 Dei auditis, cadens in faciem gratias egit  
 Deo, & volens certius addiscere, utrum ve-  
 rum esset, quòd sibi mendax dixerat spiritus,  
 misit protinus ad præfatam Basilicam pretiosi  
 Martyris Christi Laurentii, & ita prorsus in-  
 venit actum de calice, sicut fuerat ille con-  
 fessus. Valde igitur, & nimium super his om-  
 Tom. IV.

scilicet, atque Adam spiritualia quaedam ad invicem verba conferent, coepit Abbas sciscitari, utrum vera, an falsa essent, quae fama tunc per multorum oraolvebat, scilicet, quod Corpus Beati Benedicti hic nequaquam quiesceret, sed ultra montes furtim sublatum, delatumque fuisset; addensque, ut rei, inquit, huic fidem addant, qui ista disseminant, ideo ajunt, nullum apud vos signum, nullum miraculum fieri, illuc verò, ubi illum delatum astruunt, innumera per dies singulos ejus meritis dicunt signa patrari. Ad hæc Adam vehementer suspirans, apprehensa manu ejusdem Abbatis ad Altare illum Beati Pauli Apostoli duxit, ibique, solis astantibus, manum suam super Altare idem Adam posuit dicens. Per corpus hoc, inquit, Doctoris gentium Beatissimi Pauli, quod hic absque ulla hæsitacione requiescere Christiana universitas credit, quoniam hoc, quod tibi modò dicturus sum, veracissimum, & sine omni mendacio est. Enimvero, & ego aliquando de Corpore Beati Benedicti multotiens talia audiens, non modò, in hæsitacionem, sed etiam in desperationem, ac tristitiam inductus adeò fueram, ut jam ferè nullam circa ipsius Altare devotionem, nullam possem dignam gerere reverentiam. Taliter me per aliquantum temporis fluctuante, & tristi, ac trepido animo incedente, cum die quadam post completorium devotiori solito apud ejus sepulcrum, fusa oratione cubitum me collocassem, idem Sanctissimus Pater mihi per visionem apparere dignatus est dicens. Quare Frater Adam tam demissus, ac tristis, incedis? & quare de me tam malè sentire seduceris, quasi ego hic corporaliter minimè jaceam? verum quoniam servitium, & devotio tua valde est placita coram me, amodo esto certissimus, me hic pariter cum Scolastica sorore mea quiescere, meque simul cum ipsa in die examinis ultimo in hoc loco debere resurgere, vobiscum etiam, tam die, quam nocte quotiens devotè psallitis, attentibusque oratis, ac decenter proceditis, me pariter esse. Ut autem te super his omnibus indubium reddam, cum matutinali hora primus, ut es solitus, ingressus, Ecclesiam fueris, si videris de sepulcro meo, quasi virgulam fumi aromatis procedentem, altaque petentem, crede universa, quæ dixi (a) esse verissima, & hoc dicto disparuit. Evigilans itaque protinus, mecumque mysterium tantæ visionis pertractans, gaudio simul, lacrimisque perfusus, coepi benedicere Dominum, patremque Sanctissimum Benedictum, moxque licet tremens, ac pavidus Ecclesiam ingressus, aspexi, & vidi, & credidi, juxta id quod mihi indignissimo fuerat revelatum. Porrò quod dicunt apud nos nullum ab eo miraculum ostendi, omnino scias esse falsissimum. Si enim cuncta possem tibi referre, vel quæ à prioribus nostris percepi, vel certè quæ nostris temporibus ad ejus tumulum signa

A patrata sunt, liquidò pervideres, hoc non, nisi aut de invidia, aut potius de ignorantia dictum. Unum tamen tibi de multis non ab aliquo mihi relatum, sed oculis istis perspectum pro omnibus miraculum referam. Dæmoniacus quidam Andreas nomine de Barenfi civitate die quadam ad Monasterium venit, atque ut est consuetudinis, à propinquis, qui eum adduxerant, ante Altare ejusdem Patris jactatus est. Cumque Fratribus in choro psallentibus ineptas quasdam, & horrendas nequam ille spiritus per os miseri illius vociferationes emitteret, in parte mihi stanti, atque oranti, subito Sanctissimus Pater Benedictus ante ipsum Altare stare visus est, qui (2) alapa non modica maxillam vexati illius percutiens, malignum ab eo spiritum protinus expulit, & ita sanatus ille cum affinis Deo, & Patri Benedicto gratias agens ad propria recessit. Hæc omnia prædictus Adam, Leoni Abbati ante ipsum Corpus Beati Apostoli Pauli magna quodammodo necessitate confessus, humilitatis gratiâ, cæteris adeò, dum vixit, occuluit, ut nemo Fratrum hujus loci, de his aliquid nosse potuerit, quousque idem Abbas Leo quibusdam Fratribus nostris, (3) (b) è quibus supradictus Roffridus unus fuit, à quo ego percepi, jam illo defuncto, retulerit.

C Qualiter idem Adam vidit Sanctos Protum, & Jacinthum in habitu Monachali.

#### CAPUT XLVIII.

Sic ipse Leo retulit etiam aliud quiddam magnum ex ipsius nostri Adam veridico sibi ore relatum. Aiebat enim, quod cum die natalicio Sanctorum Martyrum Proti, & Jacinthi idem Adam ad (1) nescio quid utilitatis obedientiæ suæ portas Monasterii fuisset egressus, ecce mox duo pulcherrimi Juvenes in habitu Monastico sibi obviam fiunt, quos cum de more Monasterii humiliter salutasset, & quinam ipsi essent reverenter interrogasset, audivit ab eis, Protum, & Jacinthum se nuncupari; venisse autem se ad visitandos Fratres, qui eorum sollemnia ipso die satis devotè in psalmis, & canticis honorassent. Quibus dictis cœpto itinere, Cœnobium ingressi sunt. Hujusmodi Adam responsis attonitus paululum subsistit, moxque in semet reversus, post eos properanter currere coepit, (a) & quoque obvios percontari, quonam Monachi, qui se paulò præcesserant devenissent, respondentibusque neminem se vidisse, æquaquam adhibens fidem, coepit huc, illucque discurrere, & item itemque singulos obviantes (b) de illorum visione diligentissimè investigare: sed minimè nequaquam illi ulterius eos videndi, seu alloquendi est concessa licentia.

Qua-

- (a) deficit, esse verissima.  
 (b) deficit, è quibus supradictus Roffridus unus fuit, à quo ego percepi.  
 (2) Peritus exorcista Benedictus experimento noverat (in ejus vita cap. 30.) superbam invasorem ignominia depellendum.  
 (3) Vacant Verba hæc in Codice B. folius Ostiensis: & tamen pronomen ego, non alium indicare videtur auctorem, quam Ostiensem: longius enim à Petro Diacono aberat Roffridus, ut ab eo id percipere potuerit Petrus,

& clausulam istam addere. Utcunque fuerit, illud supradictus omnino perperam indatum: cum nulla de Roffrido prius mentio præcesserit: ideo à Laureto subditum rectè; sed non ex fide. De eodem Adamo infra iterum cap. seq. & 49. & 61.

#### IN CAPUT XLVIII. NOTE.

- (a) & quosque obvios.  
 (b) de illis investigare.  
 (1) Officii, numeris sui. Erat enim Ecclesiæ Mansionarius. infra cap. 61. supra notatum.

*Qualiter idem Dominus Adam construxit Cellam Sancti Benedicti de Clia, & Sancti Nazarii iuxta fluvium Melfiam.*

CAPUT XLIX.

**H**ic idem Dominus Adam (1) in monte proximo, qui Cariae adjacet, Clia vocabulo, cellam in honore Sancti Benedicti construxit, nec-non & in Cominensi territorio juxta Melfam fluvium Ecclesiam Sancti Nazarii, Presbytero quodam, cui jure hæreditario pertinebat sibi concedente, ad usus, & necessitates obedientiæ suæ adquisivit, easque nonnullis terrarum possessionibus emptis, diversisque Ecclesiasticis ornamentis, atque codicibus sufficienter ditavit.

*Quomodo Provincia Capitate vocatur Capitinata.*

CAPUT L.

**E**A tempestate suprædictus Bojano Catapanus (2) Græci Imperatoris, cum jam dudum Trojam in capite Apuliæ construxisset, Draconariam quoque, & Florentinum, ac civitatem, & reliqua municipia, quæ vulgo (1) Capitinata dicuntur, ædificavit, & ex circumpositis terris habitatores convocans, deinceps habitari constituit. Sanè sciendum, quoniam (2) corrupta vulgaritate, Capitinata vocatur, cum pro certo ab officio Catapani, qui eam fecit, Catapanata debeat appellari.

(3) Theobaldus Secundus, ac Tricesimus hujus Cœnobii Abbas sedit annis tredecim.

*De Ortu, & Infantia Abbatis Theobaldi, & de Renovatione Sancti Liberatoris de Majella.*

CAPUT LI.

**H**ic apud Teatinam Marchiam nobili ortus profapia, quartodecimo ætatis suæ anno, relicta domo, parentibus, omnique substantia tempore Aligerni Abbatis ad hoc

IN CAPUT XLIX. NOTÆ.

(1) Innumera Pontificum, Regum, Principum diplomata præferunt *Clia*, vulgus usque adhuc eundem montem appellat *Cbia*, inter Belmontem, & Sanctum Eliam ad Boream, & ortum Cauri, & nihilominus Lauretus edidit, *Celia*.

IN CAPUT L. NOTÆ.

(a) *deficit*. Græci Imperatoris.  
(1) Olim *Daunia*. Apuliæ, Regni que Neapolitani Provincia. *Puglia Piana*. Virgil. lib. 8. *Æneid.*

*Gens eadem, que te crudeli Daunia bello Insequitur.*

(2) Vulgo nihil sanum: quid non corrumpit in moribus? quid non in vocibus? Hoc autem, quod commune videtur omni vulgo, nescio, quo fato, propriissimum obtigit huic nostræ Cistyberinæ Italiæ, maxime verò Neapoli, cujus plebi penè nihil incorruptum in vocabulis. Cum, cætera, ejus idioma, quæ verborum copia, quæ figuris, quæ proverbis, quæ denique mellito quodam loquendi caractere, admodum excellat.

(3) Hoc est ab anno 1022. ad 1035. 3. Nonas Junii, quo die è vivis excessit, infra cap. 63. Dictus quandoque *Theopaldus* alii.

IN CAPUT LI. NOTÆ.

(a) Jerosolimam.  
(b) *deficit*, & in latitudine tres adjunxisset. *Tom. IV.*

**A** Monasterium venit, atque ab eo benigne susceptus, & habitu est sanctæ religionis indutus. Sed cum post Aligerni transitum Manfo, ut jam dictum est, Abbas effectus fuisset, egressus hinc (a) Jerosolimam abiit, reversus à Johanne Abbate obedientiam Præposituræ Monasterii hujus suscepit, quam cum per annos aliquot satis strenuè administrasset, ab eodem Abbate in Monasterio Sancti Liberatoris, quod in Comitatu Teatino juxta Laentum fluvium situm est, Præpositus est ordinatus. Ibi cum parvam admodum Ecclesiam, & valde obscuram reperisset: cæteras verò officinas, & ligneas, & vetustas intra parvum tempus ab ipsis fundamentis omniæ illud

**B** Monasterium petrinis parietibus ædificavit. In Ecclesia verò, cum ab introitu ipsius duodecim fermè cubitos in longitudine, (b) & in latitudine tres adjunxisset, titulum quoque ab Orientali parte non parvi ambitus cum confessione construxit, universamque Ecclesiam picturis, ac (1) specularibus decoravit. Ante majus verò altarium tabulam de argento à propinquis accepto confecit, quam & ex parte non modica deauravit. Fecit etiam in eadem Ecclesia duo magna turibula ex argento librarum decem opere pulchro, & ex parte inaurato, & aliud turibulum argenteum pulcherrimum, quod fuerat patris ipsius, ibidem contulit. Fecit & Calicem de argento cum patena sua librarum sex, & alium librarum duarum & dimidia, cum duobus aliis minoribus, & uno turibulo. Fecit & crucem de auro purissimo, ubi posita est particula de ligno Sanctæ Crucis, cum aliis Sanctorum reliquiis. Fecit ibi & Campanas non parvas numero quinque, & alia diversarum specierum Ecclesiastica ornamenta perplurima, quæ hic inserere superfedi. Inter quæ etiam & codices diversos describi jussit numero sexaginta, è quibus quattuor pallio investitos (c) bullis aliisque argenteis operibus decoravit. Hic eo tempore, quo Imperator Henricus in Apuliam descendit, ut jam supra retulimus, eidem per Marchiam transeunti obvius exiit, atque ad honorem, & commendationem hujus loci strenuissimè deservivit. Quo etiam in loco, qui dicitur Sanctus Petrus (d) in Planaci residente cum universis Magnalibus

**C** bullis aliisque argenteis operibus decoravit. Hic eo tempore, quo Imperator Henricus in Apuliam descendit, ut jam supra retulimus, eidem per Marchiam transeunti obvius exiit, atque ad honorem, & commendationem hujus loci strenuissimè deservivit. Quo etiam in loco, qui dicitur Sanctus Petrus (d) in Planaci residente cum universis Magnalibus

**D** in Planaci residente cum universis Magnalibus

(c) *deficit*, bullis, aliisque.

(d) in Palatio.

(1) Specularis lapis erat, inquit Vossius, vitri modo translucidus, qui ex Hispania, Cappadocia, Arabia portabatur, coque in tenues laminas, sive tessellas dissecto, utebantur in fenestris loco vitreorum, quæ nunc in usu. Plin. lib. 32. *Specularis verò (quoniam & hac lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues crustas. Specularium in fenestris ex hoc lapide meminit Seneca Epist. 86. & 90. Cornei specularis meminit Tertullian. quo utimur in laternis, Plaut. Amphit. quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? & Lucret. lib. 2. Præterea lumen pro cornu transit. An autem Ostiensis specularibus intelligat ex suprædicto lapide (nobis Talco) factis, vel ex vitro, quæ etiam specularium nomine venire solent, non constat. Jam enim longè pridè vitrum in usu fuerat, quin Plinius lib. 36. cap. 26. Ferunt, inquit, Tiberio Principe excogitatum vitri temperamentum, ut fluxibile esset, & totam officinam artificis ejus abolitam, ne aris, argenti, auri metallis pretia detraberentur. Addit tamen, eaque fama crebrior (aliis celebrior) diu, quam certior fuit. Idem narrat Dio lib. 57. Petronius Arbitr, Isidorus lib. 16. cap. 15.*

bus suis, in eorum omnium præsentia proclamavit super (e) Attonem, & Pandulfum Comites de rebus Sancti Benedicti in Comitatu Thermulensi, quæ ipsi tunc temporis retinebant, quæ sunt nominatim castella quinque, idest Petra fracidæ, Pescioli, Guardia, Ripa urfa, & Montebellu, cum Monasterio Sancti Benedicti, & Sancti Nicolai, & cum aliis Ecclesiis intra eorundem Castellorum pertinentias positis intra hos fines. A capite Rivus planus, à pede verò mare, cum ipso litore suo, & portibus, atque piscationibus, ab uno latere flumen Trinium, ab altero (f) Rivum Teclum, quæ omnia in præsentia prædicti Imperatoris, & Magnatum ipsius præfati Comites refutaverunt (g) in manus ejusdem Imperatoris ad partem hujus nostri Monasterii cum universis omnino rebus, ac pertinentiis eorum intra ipsos, quos diximus terminos, & ipse Imperator manu sua investivit supradictum Dominum Theobaldum de omnibus ipsis obligans tam illos, quam & omnes, qui deinceps ista aliquo modo invadere præsumpserint, poena duum millium librarum auri in hoc Monasterio. Sequenti etiam tempore proclamavit in placito (h) Trasmundi Comitis super quodam Tresidio, qui retinebat de Terra Sancti Liberatoris multas possessiones, & manifestante se illo, ac refutante, omnia recollegit. (i) Eodem verò tempore Pandulfus Princeps ad hoc Monasterium veniens, (2) præceptum fecit Sancto Benedicto de Monasterio Sancti Nazarii, quod situm est in territorio civitatis Atinæ, cui etiam loco (3) præceptum confirmationis de omnibus pertinentiis ejus, ad opus hujus nostri Cœnobii fecit, locumque ad molendinum faciendum concessit. (k) Sed cum idem Dominus Theobaldus in jam dicta Præpositura annos plus minus quindecim peregisset, ad Abbatiam Monasterii hujus, ordine, quo supra monstravimus, Deo favente, translatus est.

*Qualiter idem Abbas multa bona eidem Monasterio acquisivit.*

#### CAPUT LII.

**H**ic itaque præfato Papa Benedicto, qui eum sacraverat, (1) consuetudinarium

- (e) Ottonem.  
 (f) Rivus qui dicitur Teclæ.  
 (g) deficit in manus ejusdem Imperatoris.  
 (h) Trasmundi.  
 (i) deficit Eodem verò tempore, &c. usque ad finem bujus cap.  
 (K) Sed cum, &c. insunt capiti sequenti.  
 (2) Reg. num. 276.  
 (3) num. 279. Multa, quæ occurrunt in hoc capite, explicata sunt lib. 1.  
 IN CAPUT LII. NOTÆ.  
 (a) Sancti Severi Casinatis Episcopi in loco, qui vulgo ad Voltam S. Severi antiquitus.  
 (b) edictum Legis Langobardorum.  
 (1) Regest. num. 18.  
 (2) Hic enim obiit anno 1025.  
 (3) Dominicalis processionis usum communem olim Ecclesiæ, retinet hæc tunc Monasterium Casinense. *Proprium hoc habet hæc dies, quam fecit Dominus, Rupertum audis Tui-tiens. de Divinis officiis lib. 7. cap. 20. loquentem de Dominica Resurrectionis: Idque ab ea sumpsit omnis prima Sabbati, quod, (aqua benedicta populis aspersis), agitur processio solennis. Agebatur autem ea processio ante Tertiam ex eodem lib. 9. cap. 10. Sola namque processio Dominicalis, quia tunc aqua benedicitur in memoriam, & venerationem Sacri Baptismatis, sicut aliis jam-*

A privilegium sumens, (2) per biennium, quo supervixit Imperator Henricus in omni prosperitate sui honoris degens, plurima hæc ornamenta Ecclesiastica adquisivit. (3) Crucem argenteam ad procedendum diebus Dominicis, & duas campanas magnas valde, ac pulchras fieri jussit. Altare Sancti GG. argentea tabula valde pulchri operis decoravit. Fecit & capsulam argenteam, ubi portionem ligni Dominicæ Crucis, quam superius à Leone Monacho huc allatam ostendimus, reverenter locavit. (4) Virgam quoque pastoralem cum titulo nichilominus argenti, opere pulchro vestivit. Ecclesiam parvulam in honore Sancti Nycolai (5) juxta Abbatiam Cameram Ecclesiæ Beati Benedicti à Septemtrionali parte adjunxit, necnon & aliam nichilominus (6) parvulam Ecclesiolam in honore (a) Sancti Severi antiquitus vocabatur, ædificavit. Muros etiam altos ac tures duas hinc inde ante atrium Ecclesiæ in modum claustrum construxit. (7) Codices quoque nonnullos, quorum hic maxima paupertas usque ad id temporis erat, describi præcepit, quorum nomina indicamus. Augustini de civitate Dei partem 2. Gregorii omelias XL. primam partem moralium. Augustinum super Psalmos divisum in duo volumina. Claudium super Epistolas Pauli. Rabanum Ethimologiarum. Augustinum de Trinitate. Itinerarium rotius orbis cum Chronica Jeronimi. Historiam Romanorum. Historiam Longobardorum (b) Edictum Regum. Martyrologium Jeronimi plenarium. Pontificale Romanum. Isidorum officiorum. Concordiam Canonum. Librum Canonum; Decreta Pontificum. Bedam super Marcum. Duo etiam Hymnaria in Choro habenda.

*Qualiter per Abbatem Cluniacensem fuit Bra-chium Sancti Mauri ad istud Monasterium deportatum.*

#### CAPUT LIII.

**P**ER idem tempus (1) Dominus Odilo vir venerabilis vitæ, ac famæ, Cluniacensis Cœnobii Abbas ad hoc Monasterium nimis devotus advēnit, & ob maximam, quam in Beato Patre Benedicto, atque per eum in loco isto

- dictum est, sola, inquam, ejusmodi processio Tertiam præcedit, &c.* Apud nos verò benedictio, & asperio aquæ, atque processio intercurrit inter Tertiam, & Missam solennem.  
 (4) Titulum, puto, accipit pro apice & summitate virgæ recurva, quæ olim erat exemprilis, ideoque non importunè, & ipsa quoque argentea fuisse describitur.  
 (5) Camera hic pro Cubiculo, sic etiam usi sunt non pauci Latine scribentes. Antiquis tamen Latinis Camera est Fornix, testudo, hoc est tectum in curvitate formatum ex Nonio.  
 (6) Manifestus est periodi defectus ex alio Codice supplendus. *Parvulam Ecclesiolam in honore Sancti Severi Casinatis Episcopi, in loco, qui vulgo ad Voltam S. Severi antiquitus vocabatur, ædificavit. Ædicula hæc sæpius renovata, extat adhuc ibidem. Locus dictus est ad Voltam, quod inde per montanam semitam via devolvitur euntibus Aquinum versus, relicta ampliori ad Sanctum Germanum ducente.*  
 (7) Quorum aliquos in nostra habemus Bibliotheca, quamquam non semel expilata.  
 IN CAPUT LIII. NOTÆ.  
 (1) Ejus vitam scripsit Petrus Damiani. Sedit in regimine annos sex, & quinquaginta, obiit ætatis anno 87. Christi 1048. Kal. Januarii, quo die Martyrol. Romanum. *Apud Silvanicum*

isto reverentiam gerebat, pedes montem totum ascendit. Qui cum de Monasterii more in capitulum (a) ab Abbate, vel Fratribus honorificè ductus fuisset, (2) (b) post susceptionum tanti hospitis verba sollempnia, sicut audivimus, inquit vir reverentissimus, ita & vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, & in monte sancto ejus. Moxque nimis humiliter ad Abbatem conversus, donum, ait, à te pater maximum expeto, michique, ut sine contradictione

cum Sancti Odilonis Abbatis Cluniacensis, qui primus commemorationem omnium fidelium defunctorum prima die post festum omnium Sanctorum in suis Monasteriis fieri præcepit: quem ritum postea universalis Ecclesia recipiens, comprobavit. In suis, inquit, Monasteriis, innumera enim Cluniacensi, sanctitate tunc florentissimo, parebant Cœnobita. In nostro tamen emortuali dies obitus Odilonis sic consignatur. 2. Kal. Jan. Dominus Odilo Sacerdos, & Abbas Cluniacensis.

(a) deficit ab Abbate, vel Fratribus.  
(b) post sollempnem in adventu hospitem lectionem.

(c) postero die festivitatis.  
(2) In alio codice, Post sollempnem in adventu hospitem lectionem.

Lectiones istæ, coram hospitebus in Capitulo legi solitæ extant apud nos in Codice 47. cum hac Epigraphe. Hæc Capitula divina auctoritatis, edita à Beato Gregorio Urbis Romæ Pontifice, legenda sunt coram hospitebus in Capitulo, juxta præceptum Sanctissimi Patris nostri Benedicti, ut adificentur. Quorum initium. Pensemus Fratres charissimi super nos divitias conditoris nostri. Peccare nos videt, & sustinet &c. Lectis verdè hospitalibus lectionibus, S. Odilo subdidit. Sicut audivimus, ita, & vidimus in civitate Domini virtutum & in monte sancto ejus. Quæ Lauretus videtur retulisse ad verba solemnia: sed perperam.

(3) Petit sibi proximo munere concedi altissimæ abjectionis, & humilitatis officium, quod illi maximè gloriosum. Humilitas enim Gloria. Cum vellet Deus Josue Principem Israëliti Populi post Moysem constituere, ait Moyse, Dabo illi partem gloria tua. Hebræus legit Partem humilitatis tua. Uno hoc modo crescere potest, qui crescere nequit, si se ipse submittat.

(4) Codex B. legit Postero die festivitatis, hoc est Postero die, qui fuit festivitatis, quo sensu supra cap. 42. sicque die altera nativitatis Apostolorum, nimirum ipso Nativitatis die, non ergo discrepant Codices.

(5) Hospitali urbanitate in exemplum trahenda. Hic verdè illud est observare; quàm verustum more unius Monasterii Abbas alterius Cœnobii Abbatem ad Missam Pontificalem in sua Ecclesia celebrandam, consuetum fuerit inducere.

(6) De Privata verdè Missa meminit noster infra cap. 93. Ad quarum discrimen, & ritus illustrandos, & simul ad Recentioris cujusdam obloquentiam retundendam, necessarium duco non pauca hic digrediendo subnotare.

#### DIGRESSIO HISTORICA.

##### De Missis publicis, & privatis.

Publica Missa prioribus Ecclesiæ seculis illa dicebatur, in qua Populus, statâ horâ, hoc est Tertiâ, statisque diebus, Dominicis præsertim, & Festivis, ad Ecclesiam conveniebat, atque operanti sacerdoti, simul cum Ministris cooperabatur, suoque modo consecrabatur, respondebat, communicabat. Privata verdè ea erat Missa, qua uno tantum, vel altero respondente, à solo agebatur sacerdote quotidie, ideoque appellata etiam Quotidiana, singula rogatis testibus fulciamus.

Et Publicæ quidem Missæ in hoc sensu memi-

A aliqua concedatur, votis omnibus flagito; volo, inquam, atque (3) desidero omnium Fratrum vestigia devotissimus osculari. Annuuit Theobaldus, licet invitatus, nec reniti devotioni tam maximæ aliquatenus potuit. (4) Post hæc autem (c) ipso die festivitatis ejusdem Beatissimi Patris nostri, (5) ab eodem Abbate Theobaldo gratia præcipuè religionis multis precibus invitatus Missarum sollempnia celebrare. (6) nullo modo cogi potuit eo præsentem Missas publicas agere. Cùmque

B nerunt ex prisca Auctoribus Concilium Carthag. 2. coactum circa tempora Papæ Siricii, cap. 3. Reconciliare quemquam in Publica Missa Presbytero non licere. Ordo Romanus tit. de dedicanda Ecclesia, & per totam Hebdomadam Missa publica in ipsa Ecclesia celebraretur, usque dum octo dies completi sunt. Gregor. Epist. 43. lib. 4. ex qua defloratus est Canon Luminoso 18. quæst. 2. Alcuinus, Amalar., alique de sacris ritibus differentes. Privatæ verdè Missæ, seu Quotidianæ testimonium perhibent Acta Sancti Apostoli Andrea: Ego omnipotenti Deo quotidie immolo agnum immaculatum. Vita Sancti Concordii Presbyteri Spoletani. Salus mea Christus, cui quotidie sacrifico. Micrologus cap. 53. de Sabbaro sancto. Post baptismum Presbyteri demum possunt Missam, si necesse fuerit, privatim celebrare, videlicet post Missam sollempnem, in qua Baptismus celebrabatur. Gregor. 4. dialog. cap. 56. & Epist. ad Joannem Siracul.

C Quod autem in publicis Missis, quæ Legitima quoque, & Canonice dictæ sunt, Populus oranti sacerdoti responderet, & concelebraret: ipse sacra Liturgiæ ordo sæpissimè exprimit, ubi de circumstantibus, & de Populo loquitur.

Liturgia Sancti Jacobi. Postquam sacerdos ingressus est altare, dicit, Pax omnibus: Populus, & cum spiritu tuo. Sacerdos. Nos ipsos, & inter nos, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus. Populus. Tibi Domine, & alibi. Populus, Amen. Populus dicit ter: Domine miserere.

Liturgia Sancti Marci. Sacerdos. Pax omnibus. Populus, & spiritui tuo. Diaconus, orate. Populus. Kyrie eleison.

Liturgia Sancti Basilii. Sacerdos. Tibi corda nostra. Populus. Habemus ad Dominum.

D Constitutiones Apostolicæ lib. 8. cap. 16. Es omnis Populus simul dicat: Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & alibi sæpè. Cæsarius Arelatensis homil. 5. de divinis Mysteriis. Cum maxima pars Populi, imò, quod pejus est, omnes, recitatis lectionibus, exeunt de Ecclesia, cui dicturus sacerdos, sursum corda? nunquid respondere possunt, quando deorsum in plateis, & corpore simul, & corde discedunt? Greg. ad Joan. Siracul. apud Joan. Diac. in vita Gregorii. Kyrie eleison nos neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur, quia in Græcis omnes simul dicunt: apud nos verdè à Clericis simul dicitur, à Populo respondetur, ac demum attestante Micrologo cap. 2. Sancti Patres in Aurelianensi Concilio, Capitulo tertio constituerunt, ut ad salutationes sacerdotis, non solum Clerici, & Deo Dicati; sed & omnis plebs consensu voce respondeat. Concil. etiam Anchar. primum cap. 21. Justinus. Dial. Triph. Cyprian. de orat. Domin.

E In eadem quoque publica Missa fiebat olim à Populo Panis, & Vini oblatio, pro sacrificio; ad arbitrium tamen offerentium: non enim cogebantur. D. Thomas 2. 2. quæst. 86. art. 1. ex quibus oblationibus Sacerdos partem aliquam seligebat consecrandam: reliquas à sacerdote benedictas (& propterea Eulogias appellatas) Clerici inter se, & fideles (non verdè Catechumeni) dividebant. Usque aded verdè offerendi ambitio crevit, ut aliquando nomina eorum, qui obtulerant, publicè recitarentur. Hieron. in cap. 11. Hieremias lib. 2. Nunc (inquit) publicè recitantur



tur offerendum nomina: & redemptio peccatorum mutatur in laudem, & in Ezech. lib. 6. cap. 18. publice Diaconus in Ecclesiis recitat offerendum nomina. Porro, dum à Populo fiebat oblatio, Chorus cantabat Antiphonam, quæ hucusque retinet nomen offerentis, olim offerenda. Quemadmodum Graduale, quod ascendentibus ambonem per gradus Diacono, Subdiaconoque, recitaretur. Communio, quia communicante populo cantabatur.

Aquam in sacro ministerio Cantores exhibebant, ex Amalario lib. 3. cap. 19. & Alcuino, & ex antiquo Levitarum ritu.

Quod attinet ad Communionem, non omnifaculo universus Populus in Missa communicasse reperitur. Primis quidem nascentis Ecclesiæ temporibus in usu fuit. Deinceps non generaliter observatum. Microlog. cap. 51. Populus autem, etsi quotidie in quadragesima conveniat: non tamen quotidie, ut deberet, communicat. Vide etiam Stephan. Durant. lib. 2. cap. 4. neque obstat testimonium Divi Gregorii 2. Dial. cap. 23. nam, ut ad eum locum notavimus, sermo illic non est de Communione Eucharistica Sacramentali: Sed de Communionem Canonica, prout distinguitur ab excommunicatione.

Et hi quidem olim fuerunt sacræ publicæ Liturgiæ ritus, & consuetudines. Nunc autem, in Ecclesia Orientali servatur sanè usus respondendi populariter operanti sacerdoti, teste Authore Liturgiæ Æthiopum tom. 6. Biblioth. Patrum. At in Ecclesia Latina mos ille jam pridem est antiquatus: inducitur ritu, ut respondeat vel Chorus, vel destinatus Minister in Missis privatis. Ex quo autem tempore id desierit, planè non liquet: ex antiquata illa consuetudine ortum reor, ut Romani Pontifices, ad officia Ecclesiastica decenter celebranda, scholas Cantorum instituerint. In Pagis tamen, & Villaticis Ecclesiis perseverant usque hodie Populi simul cum Clericis Fectis diebus Vespertina officia decantare. Retinet etiam Orientalis Ecclesia oblationem Populi inter Missarum solennia: sicut nec illam antiquavit Mediolanensis Ecclesia: statutus viris, ac mulieribus, ut sacerdoti, vel Episcopo, ad oram Presbyterii sedenti, adstantibus Ministris, Hostias, vini que amulas offerant ad sacrificium.

Cessante verò generaliter apud reliquos Latinos ritu respondendi, & offerendi populariter; Publicæ nihilominus Missæ nomen retentum fuit, ad signandam Missam solennem, communem, Conventualem, quæ scilicet ad Tertiam (vel ad Nonam pro tempore) cum Ministris sacra veste indutis, Choro concinente, celebratur.

Privatæ contra nunc dicuntur, quæ privatim à solo sacerdote, & uno, vel altero Ministro, licet publicè in Ecclesia fiunt, non enim in angulo, aut secreto aguntur, ut Angularis Missæ nomen ex Luthero mercantur. Ipsum quippe Liturgiæ vocabulum, Munus publicum sonat, ex Suida, neque aliter ab Ecclesia usurpatur, unde Missæ omnes, & sunt, & dici debent publica, eo sensu, quo Publicum secernitur à secreto, & occulto. Durant. pag. 113. num. 3. Appellatas autem aliquando solitarias invenies, non ad eam mentem, quasi à sacerdote in solitario, & secreto angulo fierent: sed quia non in concione, & conventu Populi ex condicito agerentur. Ideoque vocatæ etiam sunt Quotidianæ, Populus enim non quotidie conveniebat, cum quotidie sacerdotes celebrarent. Quin festivis etiam diebus agebantur Missæ privatæ, seu Peculiares. Gregor. lib. Capitular. cap. 45. Missæ, quæ per dies Dominicos peculiares à sacerdotibus fiunt, non ita publicè fiunt, ut per eas Populus à Publicis Missarum solennibus, quæ bonâ Tertiâ canonicè fiunt, abstrahatur, ubi apparet, Peculiares, seu privatas Missas publicè quidem agi consuevisse: quamquam non ea frequentia, & solennitate, qua Conventualis, & Publica Missa fieret.

Et hæc privatæ Missæ introductæ primùm fuerunt maximè in Ecclesiis Monachorum; Colligitur ex Odone Cameracensi. Cum primitus Missa sine Collecta (hoc est Populi colle-

ctione, & concursu) non fierent: postea mos inolevit Ecclesiæ solitarias, & maximè in Cænobiis fieri Missas. Stephan. Eduensis de Sacram. Altaris cap. 13. Sciendum est, quod si unus tantum sit presens, vel nulli sint presentes, ut in Missis solitariis; non ideo mutantur, quæ pluraliter solent fieri, orationes. Primò enim non solebant Missa celebrari sine collecta fidelium multitudine. Postea mos inolevit, solitarias, sicut Monachos, celebrare, quod eis concessum est ex indulgentia. Quod itaque Cænobitis indultum primùm fuerat, postea ad reliquos manavit sacerdotes. Ita tamen (inquit Gregorius Capitular. cap. 7.) ut sacerdos Missam solus non celebret, & Concil. Nannetense cap. 30. Nullus Presbyter presumat solus Missam cantare. Cui enim dicit, Dominus vobiscum. & Gratias agamus, cum orat. Unum tamen, aut alterum adesse sufficit. Innoc. III. lib. 2. cap. 25. D. Thom. 3. part. quæst. 83. art. 5. ad 12. Licet enim pluraliter loquatur sacerdos, dirigit mentem ad Ecclesiam, & ad Angelos presentes.

Ex hoc autem, quod privatas, seu solitarias Missas Monachis indultum primùm fuerit celebrare: dubitabit quispiam, utrum Publicas Monachis agere Missas liceret? nam de facto apud Monachos celebratas, præter innumeros, testatur Auctor noster tum hic, tum lib. 3. cap. 22. Nec non & omnibus per annum quotidianis diebus orationem pro fulgure ad Missam publicam, & ad Psalmos speciales, edici.

Joseph Vicecomes lib. 5. de Missæ ritibus cap. 3. & lib. 2. de antiquis Missæ ritibus cap. 29. non dubitat asserere, in Ecclesiis Monachorum Missas publicas fieri interdictum. Et tamen hodie, subdit, nullibi celebriores, aut frequentiores Synaxes sunt, nescio an ejus rei facultate à Romanis Pontificibus impetrata? An, quia temporis diuturnitas sicut plerumque fit, ejus interdicti memoriam oblivione deleverit, sanè utcumque res habet, Fideles ad Monachorum Ecclesias variis convenire velim. At videamus, quibus cardinibus vertatur tam rigidæ criminationis audacia. Magnus, Vicecomes inquit, Gregorius lib. 4. Epistola ad Castorium Missas Publicas in Cænobiis fieri omnino prohibemus. An verò sonantius, aut severius audiri potest interdictum?

Fide tamen laborat hæc Gregorii advocatio. Quippe Vicecomes, alienis, fortasse, oculis cum vidisset Gregorii Epistolam, mutilam, ex ea clausulam refert, sinistramque interpretatur. Ergo, ut Vicecomiti respondeamus, integra Pontificis verba sunt proferenda, quæ sunt hujusmodi. Luminosus Abbas Monasterii Sanctorum Andrea, & Thoma, in Ariminensi civitate constituti, quas nobis lacrimabiliter preces effuderit, inditus textus petitionis informat. Deinde statuendo subnectit. Missas autem illic (in Monasterio) Publicas per Episcopum fieri omnimodo prohibemus: ne in servorum Dei recessibus popularibus occasio prebeat ulla conventibus, & simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat frequentior quoque mulierum introitus. Sic legit antiquissimus Codex noster 353. nec abludunt editi. Audis nunc bone vir? Per Episcopum, inquit Gregorius, non per Monachos fieri prohibemus. Questus nimirum fuerat, Luminosus Abbas, quod Episcopus, inter alia, Publicas Missas in Ecclesia Monasterii celebrare voluisset, Pontifex per Episcopum id fieri de cætero interdicit; Rogo, odiosum id Monachis interdictum, an favorabile? Quod ut tibi apertius innotescat, ejusdem Gregorii juvat proferre decretum de libertate Monasteriorum, ubi in eadem serè decernit verba. Obeunte quoque Abbate, Episcopus, &c. Missas quoque Publicas ab eo in Cænobio fieri omnino prohibemus, &c. Et non longè à Gregorio Zacharias. Nisi ab Abbate, vel à Præposito fuerit invitatus, Missarum solennitatem nullus Episcopus celebrare presumat in eisdem Possessionibus, Monasterii Casinenfis.

Quartus quoque Gregorius anno 835. pro Monasterio Sancti Petri Perusii. Et omnes Episcopos,

que jam paratis sollemniter ad procedendum Fratribus, Pastoralem baculum idem noster Abbas reverenter ejus manui obtulisset, longè humiliter ille refugit, dicens: Nequaquam dignum esse se in magnitudinis ejus præsentiâ, hujusmodi virgam gestare, nimis pro-

Afecto indecens, & contra omne jus esse percensens (d) quempiam Abbatum manu pastora-lem virgam præferre, ubicumque (7) Benedicti Vicarium, (8) cunctorum scilicet Abbatum præsentem adesse contingeret. Eo igitur reverti parante, cum multis illum

*scopos, ceterosque Clericos in præfato Monasterio, nec Missarum sollemnitate ibidem, quispiam præsumat celebrare; nisi à vobis, vestrisque successoribus Abbatibus fuerit invitatus, ubi Missas publicas appellat solennes: eodem tenore loquitur Joannes Pape Ragemprando Abbati Casinensi, Marinus Secundus Balduino, Benedictus Septimus, & Joannes Decimus quintus Aligerno, & Mansono, Innocentius Tertius Abbati Sancti Laurentii Averſæ, & omnibus his anterior Sanctus Germanus Episcopus Parisiensis Monasterio Sanctæ Crucis, apud Aimoinum, lib. 3. Sancimus, ut nullus Metropolitanus, aut aliquis suffraganeus ejus, causa alicujus ordinationis, illuc ingredi præsumat; nisi solummodo ab Abbate ejusdem loci vocatus, venerit ad Sanctitatis Mysterium celebrandum. Quo loco Aimoinus. Prævidebat mens sancta, quod huic immunitati, vel libertati Monasteriorum postmodum consentiret Sancta, & Apostolica Romana Ecclesia, sicuti etiam Beatus Papa Gregorius postmodum in decretis suis sanciendo confirmavit.*

Atqui dices, motivum Gregorii fuit, ne popularibus conventibus occasio præbeatur, &c. Quæ ratio militat in Missis etiam Publicis Monachorum. Verùm in primis motivum legis non restringit legem, quando aliunde Principis constat intentio. Intendebat Pontifex Monasteria ab Episcoporum jure subducere. Quæcunque autem ejus subductionis fuerit occasio, finis, & motivum, non ideo legem, & privilegium coarctat, ad eas tantum rei circumstantias; idque indicant Pontifices, cum de licentia Abbatum fieri permittant, & tamen eadem ratio tunc etiam militaret. Deinde Zacharias in suo diplomate libertate statuit, *Ut nullus Episcopus prohibeat, Christianum Populum ingredi in eisdem Ecclesiis; vel in eisdem de suis rebus aliquid offerre, ut solet fieri religione pia.* Et septimus Benedictus. *Constituimus, ut quispiam Præsul non præsumat segregare ab Ecclesiis, dictis Monasteriis pertinentibus, Populum ibidem percurrentem ad audiendum verbum Dei, & consistentem delicta sua, tam in urbibus, quam extra urbes; sed canonicè ingrediatur ibidem, & egrediatur devotus populus, & Ecclesia, vestris ditionibus subdita, omnibus pateant.* Longè demum diversa ratio est de Missis Publicis Episcoporum, quæ olim erant in usu, ut explicatum est, ac de Missis publicis Monachorum, ut conferenti planè patebit.

Non igitur memoria nobis exciderunt Gregorii, Zachariæ, Benedicti, & aliorum Pontificum statuta: sed tenaciter illa retinemus, quibus, & Episcopis interdictum, & Monachis indultum Populi synaxes in nostris Ecclesiis fieri. Quod, si minus placet uni Vicecomiti, placuit nihilominus ante annos mille summis Hierarchis Catholicæ Religionis; Placet etiamnum fidelibus, qui, non violenta manu, sed sponte sua, soloque divinatorum, mysteriorum decore, majestatem, nitore allec-ti, Monachorum Ecclesias, & frequentare pridem cœperunt, & adhuc frequentant. Cæterùm hujusmodi in Monachos querelæ recentes minimè sunt. *At peragit cursus surda Diana suos.* Aciat. Emblem. 165. Nolim mihi vitio verti, quod eruditum Vicecomitem in jus vocavi, cum in clivæ urbi Mediolano, ejusque humanissimis Civibus plurimum me debere, & sentiam, & profitear. In primis autem Principi Viro Bartholomæo Arerio Insulariæ Senatus Illustrissimo Præsidi, cujus Heroica planè virtute Respublica regitur, nititur, vegetatur. Invitus, ac repugnans id egerim, neque propterea de mea in benemerentes observantia deperire quicquam

velim. Contentiones enim ingeniorum, ait Philosophus, non pariunt rixas.

Illud præterea hic observandum venit. In Missa quidem Publica, non item in privatis, consuevisse antiquitus dici. *Ite Missa est.* Microlog. cap. 45. *Congruè autem & festis diebus, Ite Missa est, dicitur, quia tunc generalis conventus solet celebrari, qui per hujusmodi denunciationem licentiam discedendi accipere debet. Ad quotidiana autem Missarum solennia, non generaliter ab omnibus, sed religiosis, convenitur, qui plus spiritualibus negotiis, quàm secularibus invigilant, qui reliqua, dum licet, officia, quotidie frequentant.* Quem locum laudans Vicecomes Religiosos interpretatur Cœnobitas Regulares, aut saltem Clericos, sed nugatur suo more. Micrologus enim apertè loquitur de laicis secularibus, quos vocat Religiosos, in proprietate sermonis, hoc est, pios, devotos, Religionis actibus deditos. Auctor noster lib. 4. cap. 42. *Laici quamvis religiosi sint; nullam tamen disponendi Ecclesiastica, habent facultatem.* Vide notas in cap. 13. Vita Sancti Patris Benedicti.

Supereft denique inquirendum, an Publicæ, atque Privatæ Missæ vestigium aliquod apud priscos Gentiles inveniatur? Pleraque enim ex eorum sacris ad nos transivisse alibi observavimus. Certè non obscura de utraque. Et de Publica quidem in Græcorum Orgiis facturus sacerdos hoc primùm præfari solebat. *Quis hic?* Adstantes respondebant. *Multi, & boni.* Apud Latinos verò, Publici, & Privati facti meminit Cicero lib. 2. de legib. *Ad Divos adeunto casti. Pietatem adhibento. Sacerdotes salutem Populis auguranto. Nocturna mulierum sacrificia ne sunt: præter olla, quæ pro Populo ritè fient. Sacra privata perpetuò manento.* Et de claris orator. *Cum Marcus Popilius sacrificium publicum cum lana faceret, &c.* Erat autem Lana toga duplex, amictus auguralis. Ex Servio 4. Æneid. Vestis sacerdotalis. Vide Etymologos.

Quare, quæ contra usum Privatæ Missæ putido ore blasphemavit Lutherus, Theologorum judicio relinquimus castiganda, ne dum enim in recta fide peccant, verùm etiam in historia, & eruditione. Hoc demum non omiserim, plures Missas eundem sacerdotem eodem die celebrasse, olim non rarum. *Fidelium relatione virorum* (verba sunt Strabonis nostri de reb. Ecclesiast. cap. 21. *in nostram usque pervenit notitiam, Leonem Papam (Tertium) sicut ipse fatebatur, una die septem, vel novem Missarum solennia, sapius celebrasse.* Concilium Salegustadicense ad tres restrinxit. Alexander Papa ad unam. cap. sufficit de Consecr. De Missa Vespertina, post prandium celebrata, unius Sozomeni adducam testimonium lib. 7. cap. 29. *Apud Egyptios præter consuetudinem, communiter apud omnes consecratam, sub Vesperam Sabbato convenientes, ac jam pransi, mysteriorum participes fiunt.* Fundamentum hujus consuetudinis communicandi, postquam prandissent, sumebatur ex historia Evangelica, *Postquam cœnatum est, &c.* Alibi Missa agebatur quidem Vesperti, sed à Jejunis. Hic ritus Missæ Vespertinæ duravit alicubi usque ad annum 430. Abrogatus deinde à Concilio Carthag. 3. excepto die Cœnæ Domini: sed hoc etiam abolitum est postea à Concilio Tarraconen. & Laodicano, & à 6. Synodo Generali.

Nos verò iter nostrum è digressionem iteram capeffamus.

(d) vel se, vel quempiam.

(7) Vide supra lib. 1. ad cap. 8.

(8) Infra lib. 4. cap. 60.

illum Fratribus Theobaldus usque ad januas Monasterii prosequens, tandem suppliciter exoravit, ut si quid unquam posset de Beati Mauri (9) pigneribus, (10) aliquam (e) benedictionem Monasterio isti transmitteret. Quam postulationem vir venerabilis valde lætus accipiens, & posse se confidenter respondit, & libenter facturum, vita comite repromisit. Sicque vale dicto recessit. Post septem porrò annorum vertigines, os integrum Brachii Beatissimi Mauri capsella decenter inclusum argentea, opere pulchro turrium instar aptata, per sex sui Monasterii Fratres huc delegare curavit. Ad cujus adventum innumerabilis totius terræ istius populi cœtus devotè nimis occurrit. Excitus enim fuerat ab hoc rumore hujusmodi, ut quoniam Beatus Maurus ex longo jam tempore ultra montes transmissus in obedientiam fuerat, modò cum esset reversus, debere se illi dignissimè obviare. Jam autem prædictus Abbas noster Capuani Principis persecutionem aufugiens, in Marchias secesserat, sicut in sequentibus pleniter ostendemus. Verùm universus Sancti hujus loci conventus inæstimabili super hoc jocunditate repletus, omnes (11) indumentis sollempnibus induti, cum cereis, ac thimiamatibus plurimis (12) usque ad portam veterem aliquanto extra Monasterii ambitum procedentes, obviam cum devotione maxima exierunt, statimque ac si viventem illum in carne conspiceret meruissent, omnes pariter in terram procidentibus adoraverunt, surgentesque sanctum illum loculum devotissimè, ac reverenter cum lacrimis gaudio mistis, omnes exosculati sunt, & cum hymnis, ac laudibus nimis honorificè prosequentes in Monasterium induxerunt, eumque super magistri ejus Benedicti venerabili altario posuerunt. (13) Quàm dissimilis autem, quàmque diversa hæc processio receptionis Beatissimi Mauri fuerit ab illa, qua Pater Benedictus cum omni eum Congregatione usque januam Monasterii profectus ultra montes olim transmiserat, quamvis utraque piis plena lacrimis fuerit, devoto considerandum Lectori relinquimus. Fuere interea aliqui Fratrum, non quidem ex toto dubitantes, verùm certissimi super hoc reddi volentes, qui clanculo prædictum loculum, ab inferioribus, unde argentea clavicula referabatur, ac claudebatur aperientes, visis Sacrosanctis Reliquiis, tam sibi, qui viderant, quàm cæteris, qui non viderant causa certissimæ fidei extitere. Quod cum Prioribus relatum fuisset, valde illorum præsumptionem redarguerunt, verentesque ne illorum deinceps exemplo, dum à pluribus conspici desiderarentur Sanctæ Reliquiæ, aliquatenus aliquando mutilarentur, diligentissimè prædictum claudentes locellum, protinus clavam

A in frustra comminuerunt, sicque ex tunc, & deinceps usque hodie sacer ille loculus clausus, irreferatusque permanfit.

*Qualiter medietas Castri Surgii huic Monasterio fuit collata, & alia Donationes quamplurimæ.*

#### C A P U T L I V.

Circa hos dies (1) Hugo vir nobilis natione Cajetanus ad extrema veniens, fecit cartam in hoc Monasterio de medietate Castri, quod Sujum vocatur, nec non & de omnibus omnino rebus, tam quæ sibi in Cajeta, quàm in prædicto Sujo à parte parentum competere (2) videbatur. Hoc eodem tempore, quidam Aprutii Comitatus nobiles, (2) Lupus, & Albertus, similiter obrulerunt Beato Benedicto unam Ecclesiam juris sui vocabulo, Sanctus Laurentius, loco, qui Collenori vocatur, prope fluvium Salinum, cum omnibus pertinentiis, & rebus ejusdem Ecclesiæ. Sequenti etiam anno Benedictus quidam (b) cum uxore sua Marenda de Castello Monte Metulo fecit oblationem suam in hoc Monasterio de Ecclesia Sancti Johannis, quæ sita est in finibus ipsius Castri, juxta fluvium Trinium, cum terra modiorum ducenti LXX. ubi ipsa Ecclesia ædificata est, & cum cæteris omnibus rebus ipsius. Similiter quoque Presbyter quidam de territorio Bovianensi, Leo nomine, obrulit Sancto Benedicto Ecclesiam Sancti Christofori de castello Petroso, quæ sibi, quam ipse à fundamentis construxerat, cum universis rebus, & pertinentiis ejus. Alius etiam Presbyter, Franco nomine, genere Arpinas cartulam oblationis huic Monasterio fecit, de una Ecclesia sibi pertinente in territorio prædictæ Civitatis, vocabulo Sancta Lucia, cum plurimis circa se terris, & cæteris rebus, ac pertinentiis (c) ejus. Sed & Ecclesia Sancti Angeli de Civitate Morrone, quæ sita est supra rivum, in loco, qui dicitur Johannes Scutari simili modo hoc in loco oblata est, cum omnibus suis. (d) Raptus quoque nobilis quidam Termulensis obrulit in hoc Monasterio omnes res suas, & curtes, quas in Larino habebat, cum ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ de Plano, & cum Ecclesia Sancti Petri, atque Ecclesia Sancti Terentiani intra prædictam Larinum, cum casis, & terris, & ornamentis omnibus, ac pertinentiis earundem Ecclesiarum.

Qua-

(e) Benedicto Magistro ipsius transmitteret.  
 (9) Et lib. 3. cap. 29. *Diversorum sanctorum pignora. Pignora. & Pignora* dixere veteres. Unde *pignero*, & *oppignero* supersunt. *Falitur Agratius* (censura est Vossii) cum scribit, *Pignora esse rerum, Pignora filiorum, & affectuum, nam non magis hæc distant, quàm Bonus, & Bonus; Hemo, & Homo; Apello, & Apollo, similiaque sexcenta*, non ergo mutandum. Vide notas Ferrarii in Regulam. Reperio, etiam Corperum, pro Corporum in sequiori ævo. lib. 4. prologo.  
 (10) *Munusculum, Eleemosynam. Græcè Eulogiam*, non semel notatum.

(11) Sacris.  
 (12) Illam intellige, quæ prope Ædiculam Sanctæ Agathæ, aditum pandit in aream ante Cœnobium. Infra lib. 4. cap. 73.  
 (13) Digna Leonis pietate, ac religione observatio.  
 IN CAPUT LIV. NOTÆ.  
 (a) videbantur.  
 (b) def. cum uxore sua Marenda.  
 (c) ejus per diversa loca. Ecclesia quoque Angeli.  
 (d) Rappotus.  
 (1) Reg. num. 296.  
 (2) Num. 282. ut & cæteræ oblationes, quæ hinc recensentur.

*Qualiter Aldermodus Saxonicus effectus Monachus fecit fieri Crucem argenteam. LXX. ferme librarum.*

## CAPUT LV.

**H**is temporibus (1) Adelmodus Presbyter natione Saxonicus ob amorem, ac devotionem Beati Benedicti ad hoc Monasterium veniens, habitumque Monasticum devotissimus induens, (2) de causa proprietatis suæ fecit crucem argenteam majorem, septuaginta ferme librarum, ejusque partem non modicam deauravit.

*Qualiter Paulus Monachus missus ad Sanctum Benedictum de Capua sanctam vitam gessit, in cujus obitu lux magna apparuit.*

## CAPUT LVI.

(1) (2) **H**isdem quoque diebus Paulus quidam sanctæ postmodum conversationis vir ad istud Cœnobium venit, (2) atque de manibus prædicti Abbatis Monasticæ religionis vestem adeptus, ad Monasterium Beati Benedicti intra Capuanam Urbem siti, ab eo ad commanendum transmissus est, ubi sub Sanctæ Professionis disciplina ita ferventissimè conversatus est, ut ejus vita prioribus, & religiosis quibusque viris esse posset exemplo: namque vitæ ipsius exitus docuit, quàm Omnipotenti Deo ejusdem conversationis vita placuerit. Cum enim languore correptus ad extrema venisset, nocte ipsa qua transiturus erat, quidam reverendæ vitæ Episcopus de Galliarum partibus ad memoriam Beati Michahelis Archangeli in monte Gargano positam pergens, in eadem Capuana Civitate, juxta Ecclesiam Sancti Martyris Laurentii fuerat hospitatus. Qui cum intempesta nocte surgens devotè ante prædictam Ecclesiam orationi incumberet, subitò

## IN CAPUT LV. NOTÆ.

(1) Intit. *Aldermodus. Laureto Adelmandus. Insupererat, fortè, diligentius Regeſum Baptizatorum Saxonie.*

(2) De suis rebus Infra cap. 65. *Universamque causam Monasterii nostri multum commendans.*

## IN CAPUT LVI. NOTÆ.

(a) *def. cap. hoc integrum.*

(1) Integrum hoc caput deficit in Codice B. Additum puto à Petro Diacono, vel ab alio quopiam, sumptumque ex lib. 2. dialog. Desiderii.

(2) Theobaldus his diebus non erat Casini: sed in Marchia, ut supra cap. 53. Ergo quod Auctor ait *Hisdem diebus*, cum aliqua latitudine accipi debet.

(3) *Quæ* refertur ad *Campana*, & propterea perperam à Laureto corrigitur in *Qui*. Hunc ritum adhuc retinemus.

## IN CAPUT LVII. NOTÆ.

(a) Landenulfo.

(b) Comite Prefenzani.

(1) Quid sibi vult, supra corpus Landenolfi oratorium constructum? Num enim otiosam, aut generalem loci circumstantiam his verbis prodit Ostiensis? Imo eruditam, & observatione admodum dignam. Codex noster 353. sæpe laudatus, post chronicon Comitum Capuæ ab Abbate Joanne concinnatum, subneçit; recentiori tamen manu, quamquam rei coæva, notulam de morte Principis Landenolfi. *Concilium fecerunt Capuani, qualiter interficerent Landenolphum Principem, &c. Infra verd. Sed omnipotens Deus illis, qui hunc innocentem peremerunt Principem, ostendere est dignatus, quia in suo eum Regno recepit. Nam quadam die claudus quidam ad ejus sepulchrum veniens, obtinè Cbristum rogare cepit; atque in intercess. Dominum Landenol-* Tom. IV.

**A** ad dexteram orientis plagam convertens obtutus, vidit de præfato nostro Monasterio lucem maximam, instar solis egressam, cœlestia penetrare; cumque ad visionem ipsam attonitus stuperet, pariter & exultaret, (3) mox Campanæ Monasterii sonitum, quæ fratris obitum de more significaret, audivit; agnovitque profectò, talem ibi aliquem fuisse defunctum, cujus anima digna fuisset in luce, quam viderat petere cœlum. Statim igitur idem Sanctus Antistes, id quod viderat, sociis referens, è vestigio legatum transmissit ad Monasterium, ut agnosceret, quis ibi ea nocte defunctus fuisset, sibi que ex nomine nuntiaret; quò facto decrevit venerabilis Episcopus, Pauli ipsius nomen, sibi quandiu viveret, intra Beatorum nomina memorandum.

*Qualiter Comes Teanensis construxit Monasterium Sancti Johannis in Capua, & de obitu Benedicti Papæ.*

## CAPUT LVII.

**H**oc tempore præfatus Princeps Pandulfus, qui fuerat Teanensis Comes. (1) construxit Oratorium Beati Johannis Baptistæ, juxta Ecclesiam prædicti Monasterii Capuani, supra corpus videlicet Domni (a) Landenolfi Principis, quem supra interfectum à Capuanis retulimus, & obtulit in eodem Oratorio ad ejusdem Monasterii utilitatem integram medietatem de curte, quæ nominatur Anglum cum omnibus omnino pertinentiis ejus. Porro alteram ejusdem curtis medietatem longè post, tempore scilicet Desiderii Abbatis, emit Dominus Benedictus Præpositus à Pandulfo Comite, qui cognominatur à (b) Præfenzano, cui pertinere jure hæreditario videbatur. Tunc temporis (2) Abbatissa quædam Raimburga nomine, de civi-

*nolfum Principem (ut per intercessionem Landenolfi Principis, edidit alius) cujus corpus illic quiescebat; qui etiam sine causa à suis occisus fuerat, ei pristinam sanitatem reddere dignaretur. Mira res! statim super eodem sepulchro soporatus, totam quietavit noctem: mane autem factò, ita sanus surrexit, ac si nullam debilitatem membrorum unquam babuisset. Sic ex autographo edidit Peregrinus pag. 125. primæ partis Hist. Langob. ex quibus colligitur, Landenolfum à Capuanis habitum fuisse, tanquam Beatum, & mirabilium patratores: Porro ex Petro Damiani in vita Sancti Romualdi Oratorium, vel altare construi super corpus defuncti, ritus erat, quo inter sanctos colendus defunctus ostendebatur, de quo vide notanda à nobis ad cap. 27. lib. 3. ubi de sepulchro Sancti Patris Benedicti. Construens igitur Pandulfus Oratorium supra corpus Landenolfi Principis, idque signanter narrans Ostiensis, quid aliud, nisi Landenolfi sanctitatem, ejusque cultum indicarunt? vide supra ad cap. 10.*

(2) Reg. num. 283. *Ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi sunt millesimo tricesimo secundo, & regnante Domino Corrado Imperator anno Imperii ejus sexto, & mense Octobris, per indictione quartadecima, sed indictio signanda erat, quintadecima; si annus erat 1032. & mensis October. At tam densæ Tabellionum ignorantie, errata hujusmodi condonanda. Afferitur autem celebrata hæc oblatio à Raimburga Abbatissa per consensum sororum suarum, ancillarum Dei. Verùm in hac, & aliis chartulis recensendis ordinem temporum adamussim Leo non servavit, ut conferenti constabit. Nos reliquas cum Regeſto conferre omittimus.*

civitate Firmana obtulit in hoc Monasterio Monasterium suum vocabulo Sancta Maria, loco, (c) Levarino, & Ecclesiam Sancti Johannis de Garzania, & castellum de Barbulano cum Ecclesia Sanctæ Mariæ, & Sancti Blassii, cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorundem locorum. (3) Petrus quoque filius Rainerii de civitate Sorana, (d) oblationis cartulam fecit huic Monasterio de Ecclesia Sancti (e) Silstri, quæ constructa est in territorio Arpinensi, loco, ubi dicitur Valle de Frassu, cum universis pertinentiis, & rebus ipsius. Fecit præterea per hos dies idem Abbas libellum de Sancto GG. de Paterno in Comitatu Marficano (f) Rocconi cuidam, cum omnibus pertinentiis ipsius, pro solidis LX. & censu annuali piscibus octingentis. Idem fecit & de monte, qui dicitur (g) Sabucu supra Antum, pro quo recepit solidos XL. & censum pisces CC. Idem fecit & filiis Guanengi de terris in Calabretto pro solidis LX. censu denariis XII. Item ibidem filiis (h) Guillelmi pro solidis XL. censu solidis II. & pisces CC. similiter & in territorio Pennensi fecit de curte, quæ dicitur Bocetula pro solidis CXL. & pro censu solidorum sex. Necnon & de Ecclesia Sancti Benedicti in Lambardia in fundo Pasturini pro censu solidorum decem. (4) (i) His diebus Romæ Benedictus Octavus Papa defunctus, Johannes frater ejus nationis Tusculanæ ex Patre GG. illi in Pontificatu succedit.

(c) Levariano.  
 (d) oblationem fecit.  
 (e) Silvestri.  
 (f) Racconi.  
 (g) Sabucus.  
 (h) Guillelmi.  
 (i) def. His diebus, &c.  
 (3) In vita Sancti Dominici Loricati, de quo inf. c. 61. Hic Petrus asseritur Soræ Dominus.  
 (4) Hanc Periodum à Leone prætermittam, à Petro immittam, non dubito: Cui gentilium suorum memoriam ad posteros transmittere, cordi erat; ut ex antecedentibus, & consequentibus patet, cap. 62.  
 Benedictus octavus expeditionem adversus Saracenos, suscipiens, eos tota ferè expulit Italia, ex Ditmaro, & Baronio ad annum 1016. art. 1. sedit annos undecim, menses octo, dies 21. Ciacon. ejus animam precibus S. Odilonis à Purgatorii pœnis redemptam scribit, Petrus Damiani Epist. 9. ad Nicolaum Secundum, & vita Sancti Odilonis, obiit anno 1024. 3. Kal. Martii, & Joannes frater ejus ex Patre Gregorio ei subrogatur. Quem Platina numerat hujus nominis vigesimum primum, eo quod in numerum Pontificum perperam refert fabulosam Joannem fœminam, & Joannem 17. qui illegitimus fuit Pontifex. Hic tamen Joannes in suis diplomatibus decimum nonum se vocat. Ciacon. & alii, sedit annos octo, menses novem, dies decem. Decessit 6. Idus Novembris anno 1032. ex eodem Ciacon. Pontificatu se abdicasse scribitur à Petro Damiani; Baronius tamen arguit, Joannem post abdicationem, legitima ejus electione celebrata, legitimum jam Pontificem fuisse, & usque ad obitum perseverasse. Idemque coronavit Conradum, de quo cap. sequenti.

## IN CAPUT LVIII. NOTÆ.

- (a) def. Catapano.  
 (b) def. Rainulfo, & Arnolino.  
 (c) à præfato Bajano unâ cum omnibus suis.  
 (1) Anonymus Calinensis eodem anno; etsi alii anno præcedenti.  
 (2) Antoninus 2. par. hist. tit. 16. cap. 4. §. 1. distinguit Conradum à Conone. Mortuo, inquit, Henrico, quidam, nomine Cono, Dux Impe-

Qualiter mortuo Henrico Imperatore, & Conrado assumpto in Regem, & expulsiione Abbatis Theobaldi.

## CAPUT LVIII.

(1) Defuncto igitur augustæ memoriæ Imperatore Henrico anno Domini MXXV. (2) & Chuonrado Duce, qui & Cono dictus est, (3) ejusdem Henrici electione in Regem levato, precatu Guaimarii, tandem solutus à condignis sibi perpetuò vinculis Princeps Pandulfus revertitur, atque totius mansuetudinis, & humilitatis se virum ostendens, ad hoc Monasterium venit, omnemque amicitiam, & fidelitatem jurejurando repromittens, Abbati, quasi Patrem, & Dominum se illum habiturum de cætero pollicetur. Mox itaque pristinos illos suos fautores de Apulia, unâ cum Bojano (a) Catapano Græcos asciscens, Guaimario quoque cognato suo cum Normannis (b) Rainulfo, & Arnolino, Comitibusque Marforum omni conamine annitentibus, Capuam per annum integrum, atque dimidium obsessam, & expugnatam, tandem ingreditur. Pandulfus autem Teanensis, quem Principem Capuæ factum ab Imperatore prædiximus, receptus in fide (c) à Catapano Bojano, unâ cum Johanne filio, & omnibus suis Neapolim est perductus: sed anno sequenti & ipsa quoque Neapoli à Capuano Principe capta, & (4) Sergio magistro militum exinde pulso, rursum

rium ambiebat, tandem repudiatur, quare electio hujus Conradi per biennium prorogatur, licet illum Henricus Imperii reliquerit successorem. Communiter tamen Chonradus Franconiæ Dux idem, qui Cono, ut vult Otkiensis, fuisse perhibetur. Vide Speculatorem, Baronium, & alios.

(3) Idem Antoninus §. præcedenti. Anno 22. Imperii sui, qui fuit ultimus, Henricus, cum se morti appropinquaturum cernebat, super substitutione successoris, consentientibus Principibus, ad quorum auctoritatem spectabat electio, Conradum, virum egregium, de regali stirpe progenitum, Regni pariter, & Imperii designavit, adhuc vivens successorem. Quare, non hæreditate, sed electione, quasi per compromissum in personam Henrici, vel, eo proponente, ab electoribus, substitutus est Conradus.

(4) Qui nimirum Urbi erat Præfectus, unde infra cap. 60. de eodem. Clam mandavit Sergio Duci Neapolitano, & cap. 61. Sergius magister militum, qui Neapolitanæ præerat urbi, & lib. 3. cap. 20. Cum Argiro Barensum magistro. Lupus verò Protospata anno 1042. Argirum vocat Principem Barensem, & Ducem Italiæ. Vide Peregrin. in notis ad Lupum. Erchemp. num. 26. 27. & alibi. Magister enim propriè est potestatis nomen; non sapientis: Aliud enim Magister, aliud præceptor. Præceptor propriè est artium doctor, à præcipiendo, hoc est, docendo; quomodo dixit Flaccus, quicquid præcipies, esto brevis. Magister vero est Præfectus, unde Magister Curia apud Plautum. Magister societatum apud Ciceronem. Vicorum, Pagorum, Navium. Pecoris. Unde honoris gratiâ nomen Magistri tributum artium doctoribus, at si propriam significationem spectemus, potius signat ludi, aut discipulorum Præfectum, quam Doctorem. Hæc strictim ex Vossio. Hinc Magistratus appellatur Præfectura, vel alia politica quæpiam potestas, quam, cum quis capessit, Magistratum dicitur inire. Magister Portulanus, Neapoli appellatur Præfectus Viarum, ponderum, &c. Magister Justitarius Judicibus præfectus. Magistrum Capellatum reperies infra in Auctore nostro, aliis-



sum Teanensis Pandulfus à facie ipsius Romam aufugiens, ibidem exul defunctus est; tenuitque Neapolim Capuanus Princeps per annos ferme tres. Dehinc Sergius, recuperata Neapoli, Rainulfum strenuum virum affinitate sibi conjunxit (5), & Averfæ illum Comitem faciens, cum fociis Normannis ob odium, & insectationem Principis (d) manere constituit. (6) Tumque primum Averfæ cœpta est habitari. Pandulfus præterea à prioribus suis nequitiis nequaquam deficiens, deque hujus Monasterii devastatione, quasi pro Imperatoris odio suæ satisfacere malitiæ ambiens. Theobaldum Abbatem simulatâ benivolentiâ secum apud Capuam, quasi pro utriusque securitate remorari rogavit, immo coëgit: Ita ut jam illum minimè huc redire permetteret; (7) præceptum tamen ei de confirmatione totius Abbatie de more (e) Principum fecit. Erat tunc Præpositus in Capuano Monasterio quidam Basilus, genere Calaber, sæculari ingenio vehemens, qui olim apud Episcopium Sancti Stephani (8) ministerialis officium gerens, pro eo, quod erat familiarissimus Principi, adventu Henrici Imperatoris territus, ad hoc Monasterium fugerat. Postmodum verò à prædicto Abbate Monachus factus, & in maximo aliquandiu apud eum honore fuerat habitus. Sed cum Princeps reversus Capuam, ut diximus, recepisset, eundem ad se Basilum evocans, Præposituram ei tradi Capuani Monasterii fecit. (9) Qui nequaquam beneficiorum, quæ sibi Abbas præstiterat memorans, quicquid illi molestiæ poterat, inferebat, & Principis amicitia elatus, ita (10) super chorum Fratrum, quasi alter Abbas, ad officium stabat.

aliisque passim, & signanter *Magistrum Militum* ad hanc mentem sæpè apud Gregorium Magnum in Epistolis, & Joannem octavum. Ergo Sergius hic *Magister Militum* dicitur personali, propriæque dignitate; cum simul politicum regimen Neapoli exerceret. Id verò nomen post Imperii declinationem audiri frequentius cœptum, & ab Imperialibus potissimè exercituum Ducibus usurpatum, quando, & *Magistri Peditum*, & *Magistri utriusque Militiæ* apud eosdem invalere nomina, observatio est Peregrinii par. 1. lib. 2. pag. 31. quem consulens, quid de Magistro Militum Neapolis sentiendum, haurire poteris, ac pleraque huc attinentia, & erudita, ut solet.

(d) ibidem manere.

(e) priorum Principum.

(5) Hoc est Normannis, qui Averfæ erant, in Capitanæum statuens, ex Peregrin. stemm. 1. Princip. Norman. & lib. 2. par. 1. pag. 86. Repete notata nobis cap. 20. libri primi. Confer noranda infra cap. 65.

(6) Anno 1030. ex Regesto Monasterii Sancti Blasii ejusdem Urbis apud Peregrin. loco primùm citato.

(7) Regest. num. 279. Datum asseritur indictione quintadecima, quæ si rectè est adnotata, signat annum Christi 1032. Cum Theobaldus in Marchia apud Sanctum Liberatorem moraretur.

(8) Actoris, œconomi rerum Episcopialium. Ut à magis est *Magister*, ita à minus, vel minor est *Minister*.

(9) *Ingratus est, qui beneficium accepisse se negat, quod accepit. Ingratus est, qui dissimulat. Ingratus, qui non reddit. Ingratissimus omnium, qui oblitus est. Illi enim aliquando ad referendam gratiam converti ex aliqua causa possunt; si illos pudor admonuerit, si* Tom. IV.

*Qualiter Pandulfus Princeps Capuanus istud Monasterium ad tantam paupertatem deduxit, quod non habebatur vinum pro sacrificio offerendo.*

## CAPUT LIX.

(1) **P**andulfus itaque universos Monasterii homines in suam fidelitatem jurare faciens, & universa castella, seu villas Monasterii, præter Sanctum Germanum, & Sanctum Petrum, Sanctum Angelum, & Sanctum Georgium, Normannis, qui sibi tunc adhærebant, distribuens, Todinum quendam de Monasterii famulis nequitiæ suæ complicem eisdem ipsis, quæ Monasterio superesse videbantur, præfecit, eumque apud Sanctum Germanum in ipsa Abbatis mansione manere constituit, insuper & Roccam, quæ Vantra dicitur, illi contradens, ad suam fidelitatem cunctos illi tam Normanos, quam cæteros quosque parère præcepit. Jam verò quàm pessimus, quàmque impius idem Todinus, (a) placere per hoc Principi satagens, in Dei servos extiterit, in quantam eos, sanctumque hunc locum penuriam dedecus redegerit, nos ex toto referre, etiamsi adesset facundia non valemus. Adèd scilicet, ut ex his pauca perstringam, ut in ipsa Sanctæ Dei Genitricis Assumptione etiam (2) ad ministerium altaris vinum eis defuerit. Præterea si quem de Monachis ex Monasterio prohibere veller, quasi dedignans illi hoc dicere, (3) tollebat tantum de loco mensæ justitiam ipsius, & ponebat in pavimento, ut ex hoc liquidò ille valeret causam expulsionis agnoscere, & ex tunc non audebat amplius in Monasterio remorari. Præter cætera autem, (4) vilissimos etiam quosque de Monasterii familia laicos in refe-

*invitaverit facilis occasio. Hic nunquam fieri gratus potest, cui totum beneficium elapsum est, numquam enim voluit gratus esse, qui beneficium tam longè projecit, ut extra conspectum suum poneret. Seneca de Benef. lib. 3. Calaber verò Basilus non tantum non meminit beneficiorum; sed nullos magis odit, quàm quibus plurimum debet. Nullum enim est odium perniciosius, inquit idem Moralis, quàm ex beneficii violati pudore, nam, qui putat turpe non reddere, non vult esse, cui reddat. Turpissimum sanè ingratitude vitium est: sed tamen, heu quàm vulgare! Attamen beneficia non respondeant potius, quàm non dentur. Etiam post malam segetem ferendum est. Fœnerator est, non Benefactor, qui Beneficium vendit.*

(10) Servili arrogantia, ut cap. sequenti Todinus. Nihil insolentius humili, cum surgit in altum.

## IN CAPUT LIX. NOTÆ.

(a) deficit, placere per hoc Principi satagens.

(1) Usque adèd sanctum illis erat juramentum, ut etiam in extortum, servandum putarent. *Homines Monasterii accipe*, ut lib. 1. cap. 55. Pandulfus hic Quartus ejus nominis fuit.

(2) Non enim paucillum tunc vini in amula sufficiebat, cum sub utraque specie communicarent.

(3) *Justitiam ipsius*, annonam videlicet, & portionem illi competentem. In Regestis Regiæ Cameræ Neapolis legas *Justitia Comitum Boamundi*, & aliorum *Justitia Corredium* dicta apud Monast. Anglic. infra lib. 4. in cap. 4.

(4) Servitores enim mensæ, ex Regula, Monachi esse debent. Todinus verò lux sortis pares in Triclinium inducebat famulos, ut annonam parcè imponerent, sordidèque reliquias colligerent. Laicos autem in Refectorium, neque ad manducandum, & bibendum

B b b 2

un-

refectorium Fratrum, in quod tunc usque nemo laicorum ausus fuerat ingredi, ad panem, vinumque mensis imponendum induxerat. Adeò nihil reliqui tunc Monachis erat, quam cum Jeremia in lamentum prorumpere. Servi dominati sunt nostri, nec fuit, qui eriperet nos de manibus eorum. Supererat adhuc Domnus (5) Leo ille major Ecclesie custos, qui die quadam refectorium ingressus, cum servos, quos diximus, ad exequendum id ministerium repperisset, zelo religioso succensus, illos quidem foras cum magno dedecore expulit, ad confratres verò conversus, quousque tandem, ait, sub tanto nostri Ordinis opprobrio, sub tam iniquo, & impio servorum nostrorum dominio remoramur? sequimini me, & omnes unanimiter hinc exeuntes, ad Imperatorem ultra montes pergamus, eique nostrae calamitatis lamentabilem historiam referamus. Mox itaque ad hanc exhortationem omnes pariter animos arrigentes, simul omnes illum sequi coeperunt. Quod per nuntium audiens (b) Theodinus, festinanter nimis ascendit, & jam illos longiusculè à Monasterii porta reperiens, protinus equo defiliit, & ad illorum vestigia corruit, orans, & multis, magnisque satisfactionibus exoptulans, ut dignarentur reverti, ad eorum libitum se de cætero cuncta pollicens correcturum. Et illi tantam ejus satisfactionem, ac pollicitationem conspicientes, ut erant benigno, ac compatiendi pectore, sine mora reversi sunt, parum tamen levaminis, ac consolationis hoc facto adepti sunt. (c) Sed quoniam prædictus Todinus in sua nequitia perduravit, non post longum tempus, sub Richerio scilicet Abbate, vindice Deo, à quibusdam nostris (6) captus, & tonsoratus, nec non sacco indutus, & (7) ad cernendam farinam, more famulorum (8) in pistrino positus est.

unquam immitti olim consuetum. Paulus Diac. sive Ruthardus in Regulam cap. 53. Capitula Aquisgrani num. 41. *Ut laici causa manducandi, ac bibendi in Refectorium non ducantur, & sanè prudenti consilio. Nam, ut observavit Chrysostomus, seculares, si quempiam Monachum animadvertunt, qui non usquequaque corpus suum inclementer tractet; ac vel tantillum illius necessitati subueniat, hunc conviciis, calumniisque proscindunt; derivatque ab uno in cunctos proterviâ, petulantiaque, universos pariter lurcones quosdam, & belluones appellant. Putant enim seculares, quod Monachi aliam naturam induerint, exuta humanitate. Prudentes tamen, & honestos aliquos seculares decet admittere, ex eodem Chrysostomo.*

(b) Todinus.

(c) deficit. Sed quoniam prædictus Todinus in sua nequitia perduravit.

(5) De quo supra cap. 11. & 52.

(6) Ad ignominiam, & opprobrium tonderi, & radi tunc usitatum. Paul. Diac. lib. 6. de Gest. Langob. cap. 20. *Comprehensumque Rotharit Pseudoregem, ejus caput, barbamque radens, Taurinis in exilium retrussit. Tangit Sidonius lib. 8. Epist. 9.*

*Sic tonso capiti senex Sicamber,  
Postquam victus es, elicis retrorsum  
Cervicem ad veterem novos Capillos.*

Divus Petrus Antiochiæ rarus ad ludibrium. Apud Hebræos captivos radendi usus viguit, Deuter. 22. de puella captiva. *Quæ radet Casarim*, Leges Langob. lib. 1. tit. 17. l. 11. *ubicunque tale malum perpetratum fuerit inter se flagellentur, & capillos suos vicissim detondeant, & tit. 25. l. 63. & si postea ipse iterum in furto tentus fuerit, decalvet eum.* Bulgatorum Rex, cum recens Ecclesie Catholice adjunctus esset, ut aliquo indicio

*Qualiter Theobaldus Abbas expulsus fuit de Monasterio.*

#### CAPUT LX.

Abbas interea in Capuano Monasterio, quasi Abbas quidem manebat; re autem vera, quasi captivus aliquis extra urbem absque custodia progredi nusquam audebat; Quod cum per annos (a) ferme IV. sustinisset, (1) clam mandavit Sergio Duci Neapolitano, ut constituto, atque condito die cum militibus ad locum designatum veniret, seque reciperet, quod & factum est. Nanque condito die (2) egressus Capuam, quasi spatiandi gratiâ, perrexit usque ad Ecclesiam Sancti Marci, quæ est ad radicem montis Sanctæ Agathæ, atque inde paulatim se, ac pedetemptim militibus præfatis conjungens, Neapolim abiit, indeque post dies aliquot in Marchiam est profectus. Ubi in prædicto Monasterio Sancti Liberatoris, in quo prius Præpositus fuerat, per quinque circiter annos usque ad obitum est honestissimè conversatus.

*Qualiter idem Princeps mandavit vasa astuli sacra de Monasterio, necnon de morte Sancti Dominici Monachi.*

#### CAPUT LXI.

Præterea Princeps post dies aliquot cuidam fidelissimo suo, nomine Adelgisio, jubet, ut quantocius ad hoc Monasterium veniat, eique (1) planetam, & calicem Imperatoris, & nonnulla alia, (2) quæ non recolo, Ecclesie præcipua ornamenta Aquini, & Sexti Comitibus in pignore ponenda perniciter deferat: cumque ille veniens rem-

pro-

suam erga Apostolicam Sedem summisionem, & clientelam testaretur, refectum propria manu crinem legatis Apostolicis tradidit, in datæ fidei tesseram, & argumentum servitutis. Omnes, inquit, Primates, & cuncti Populi Bulgarorum terra, cognoscant ab hodierno die, me servum fore, post Deum, Beati Petri, & ejus Vicarii, hoc est successorum ejus. Anast. Bibliot. in Adriano, ubi Vicarium interpretatum vides successorem.

Mos etiam vetus fuit, in luctu supercilia nudari, seu radi, ex Artemidoro de somnior. interpret. lib. 1. cap. 27.

Contra, alere comam ingenuorum erat; & præcipuè in Gallia, eorum, qui Regio prognati essent sanguine. Unde, cum Clotarius, dolo captis Clodovei filii, ad Clotildem matrem Arcadium misisset, qui una manu forcem, altera nudum ensem præferret, faceretque optionem, ut quod mallet illa, filioli suis eligeret; Mater elegit potius filios necari, quam tonderi, quod servile putabatur, & abdicatio dominii: Baron. tom. 9. an. 743.

(7) Farinam cernere famulorum erat: nam panem conficere ad Monachos antiquitus attinebat, quod ad meam usque adolescentiam alicubi viguit.

(8) A' Pinfo est Pistor, & Pistrinum: olim siquidem frumentum in mortario pindebant. Postea inventæ molæ trusatiles. Demum aquatiles. Primævum tamen Pistrini nomen retentum.

#### IN CAPUT LX. NOTÆ.

(a) ferme tres.

(1) Misit, direxit nuntium: supra in cap. 29.

(2) Et Capua & Capuam rectè; sciunt Abecedarii.

#### IN CAPUT LXI. NOTÆ.

(a) deficit, quæ non recolo.

(1) supra cap. 43. & infra hic, aureum calicem, & cap. 75.

propter quam transmissus fuerat, indicasset, aliquanti verò (b) nequaquam retinenda, ne pejora, irato Principe, experirentur, censebant. Sed cum ille prorsus instaret, (2) (c) Adam, qui tunc Ecclesie curam gerebat: Ego, inquit, hæc, quæ requiris, neque tibi, neque alicui hominum daturus aliquando sum, sed ea super ipsum Beati Benedicti altarium ponam, inde illa, qui voluerit, aut præsumpserit auferat. Quod cum fecisset, mox ille præsumptor audacter accessit, & cum jam jamque ad altare manus (d) extenderet: mirabile dictu! protinus in faciem corruit, & vehementissima subito (e) Epilepsia, pariterque Paralisi correptus, universis astantibus, mirum, ac potius miserum, de se spectaculum præbuit. Et de infirmitate quidem ipsa altera die aliquo modo convaluit, atque sine effectu reversus ad Principem est, distorto tamen ore, atque oculo usque ad obitum permanens, cunctis se interrogantibus, qualiter hoc illi contigerit, non sine admiratione audientium maxima, referebat. Princeps verò hoc factò, aliquantulum quidem reveritus est: sed non in longum tempus in mala mente potuit volutas bona durare. Post non multum etenim tempus, iterum præfatum Basilium (f) Præpositum misit, (3) omneque hujus loci thesaurum per illum ad se asportari præcepit. De Capuano verò Monasterio abstulit tres coronas de argento, & codicem unum gemmis ornatum, & (4) planetam (g) cetrinam optimam, & tres pannos de altari, unum cum albis, alium cum cruce, & friso, & albis, alterum verò cum aquilis, atque in arce, quam in monte Sanctæ Agathæ, qui Capuæ imminet, paulo ante construxerat, omnia simul condens, reposit. In qua etiam arce innumera diversarum aliarum Ecclesiarum, nec non viduarum, pupillarumque spolia tum dolo, tum violentia rapta coacerbaverat, (5) (h) Sed qualiter à justo Judice Deo pro jam dicto calice post mortem idem Princeps dampnatus sit,

- (b) nequaquam ea mittenda: aliquanti verò nequaquam retinenda, ne.
- (c) Adam superadictus.
- (d) extenderet, in parte stantibus Monachis, atque mœrentibus, mirabile dictu.
- (e) deficit Epilepsia.
- (f) deficit Præpositum.
- (g) diocetrinam.
- (h) Sed qualiter, &c. *deficiunt usque ad illa*. His diebus, &c. *ad finem hujus capituli*.
- (2) De quo cap. 47. & seq.
- (3) Sacram suppellectilem; hinc *Thesaurarius* minus Latinis, qui Græcis *Cimeliarcha*: Custos Theauri, & Cimeliorum Ecclesie. Isidorus Epist. ad Laudofredum. *Ad Thesaurarium pertinet Basilicarii, & Ostiarii ordinatio*.
- (4) Codex B. *Diocetrinam*. Cedrini, accipio, coloris, cedrinae texture; Sic *diarodanam*, alibi *diapyssin*, &c.
- (5) In Codice folius Leonis tota hæc narratio vacat, à Petro, ut conjecto, addita ex Desiderio primo dialog. Sed per anticipationem, ut observavit Laurentus, qui tamen perperam Leoni hæc tribuit. Pandulfus certe diu post supervixit. Verùm Petrus, vel quicumque hæc præsentis capiti inseruit, ea addidisse videtur, ut crimen à vindicta non separaret. Subdit enim. *Hæc idcirco huic operi inseri curavimus, ut videlicet quicumque hæc audierit, pertimescat &c.*
- (6) & mox infra. *Puero. Pytagora nomine*. Paul. VVarnefr. lib. 3. cap. 8. *Ad quem puer Mummulo adveniens, literas ei directas à Mummulo, porrexit*. Cicero lib. 1. ad Atticum. *Nam puer festivus anagnostes noster Sosibeus decesserat*. Pueri appellatio sic posita, fa-

referam. Quodam itaque tempore Sergius Magister militum, qui Neapolitanæ præerat urbi, venatum in ipso Sancto Paschali Sabbato pergens, silvam (6) suis cum pueris, ut apros caperet est ingressus, tensisque retibus, ad insequendos eos, sese cum canibus huc, illucque unanimiter omnes per silvam diffundunt: sed antequam aper à retis laqueo fugiens involveretur, occupatus à venatoribus confusus, captusque est. Cum autem hora jam tardior esset, & sol ad occasum vergens, atram umbram jam penè induceret terris, prædictus Magister militum, ne noctis tenebris occuparetur, sumpta, quam ceperat, venatione, omni cum clientela, domum quantocius redire cœpit, uni tantummodo puero, Pytagora nomine, ut retia colligeret, & se perniciter sequeretur, imperavit. Igitur, cum puer, qui relictus fuerat, collectis retibus recto calle suum Dominum sequeretur, subito duo Monachi reverendi admodum vultus ei se in itinere contulerunt. Cumque timore exterritus, quinam essent, inquireret, illi ne timeas, inquiunt, tantummodo sequere nos. Cum itaque aliquantulum simul per eandem silvam graderentur, venerunt ad quendam lacum cœnosum valde, atque horribilem aspectu, (7) ibique Pandulfum Capuanum Principem, cujus superius memoriam feci, (8) qui non longo ante tempore defunctus fuerat, ferreis nexum vinculis, atque in illius cœnolaci ad gulam usque demersum ei miserabiliter ostendunt. Interea (9) duo nigerrimi spiritus (10) retortas ex agrestibus vitibus facientes per gulam eum ligaverunt, ac in ipsam lacus profunditatem miserunt, iterumque sursum extraxerunt. Cumque hæc sæpius facerent, prædictus puer Pytagoras, tremula licet voce, eum alloquitur, ut sibi, qua de causa talia pateretur ediceret. Ille verò flens, & ejulans ad verba interrogantis pueri mox tale responsum protulit, dicens. Quamvis ò puer (11) ex innumeris meis sceleribus mihi plurima, & infinita pœna præparata sit, ta-

- D mulum, servum significat. Unde, *Omnes servos pueros appellamus*, inquit Paulus Jurisconsultus l. 204. de verb. signif. ducta origine ex eo, quod servuli ferè puerili ætate eligerentur, ut vult Eustathius, ea enim ætas ministerii aprior. Hinc Galli eos, quos Livius Pueros Regios appellat, vocant *Pages*. Itali *Pagi*, à Pædagogii vocabulo: nam *Pædagogium* cætus est famulorum puerilis ætatis. Hinc quoque à nomine Domini appellatos reperies servos apud Priscos, cum uno servo contenti essent. *Marcipor, Publipor, Quintipor*, hoc est Marci puer, Publii puer, Quinti puer, seu servus; nam Veteres O pro U pronunciabant. Quintilian. lib. 1. cap. 4. *In servis*, inquit, *jam intercidit illud genus, quod ducebatur à Domino unde Marcipores, Publiporesque*. Nam multiplicatis luxu servis, non amplius à Domino appellari poterunt, sicut, cum unico essent contenti. Vulcanius, Vossius, Martinius, alique.
- (7) Ad notas ad cap. 83. ubi de Pandulfo iterum.
- (8) Hoc tempore defunctus non erat, ut supra observatum. Vide infra cap. 83.
- (9) nigerrima scilicet corpora affumentes, neque alia congruebant spiritibus tenebrarum: & præsertim pollinctoribus, atrus enim color funeribus, & mortuis aptus, ex eoque ductum fortassis nomen, nam Græcè mortuus est *Necros*, unde *Niger*, & Italicum *Negro*. C. in G. abeunte; consueta permutatione.
- (10) Adhuc re, & nomine usuales.
- (11) Plurima quoad magnitudinem, & intensiorem: infinita verò quoad durationem, si Pandulfus damnatus erat. Nam sceleribus debetur quidem

men ob nullam aliam causam hanc, quam cernis patior pœnam, nisi propter aureum calicem, quem de Monasterio Beati Benedicti, sacrilega ductus cupiditate abstraxi, eique etiam moriens reddere neglexi. Sed obnixè deprecor, ac per Jesum Christum Dominum Salvatorem omnium, cujus ego miser præcepta contempnens, in hanc sum voraginem mortis demersus, te obtestor, ut Capuam ad uxorem meam, vel ipse pergas, vel nuntium dirigas, qui ei, & tormenta, quæ patior, & ut calicem Monasterio Sancti Benedicti reddat, insinuet. Et ille, quid prodest, inquit, si ei nuntiavero? non enim, quod te vidissem, vel quod talia patiaris, mihi creditura est. Cui ille respondit. Hoc sibi signum ex mei parte denuntia, quod Pandulfus Guale filius calicem ipsum pro pignore habeat, & ut datis solidis, quos ei debuimus reddere, illum recipiat, atque Sancti Benedicti Monasterio, omni postposita mora restituat, sibi celeriter, rogo, insinuare ne differas. Quibus dictis, visio illa ab oculis ejus ablata est. Puer verò statim ut domum regressus est, infirmitate detentus, intra paucos dies defunctus est. Ea verò, quæ viderat, quæve sibi dicta fuerant, omnibus ad se venientibus patefecit. Pandulfus etiam ipse, qui causâ pignoris calicem apud se habebat, hoc ipso tempore, nescio, qua de causa, Neapolim pergens, hæc omnia ex ore ipsius Pythagoræ se audivisse, (12) mihi retulit, per quem quoque idem Pythagoras

dem magna pœna: non tamen infinitè intentâ: tum quia hæc est impossibilis; tum quia neque peccatum est malum infinitum: ejus enim malitia mensuranda est non ab objecto offenso infinito: sed à conatu voluntatis offendentis finito. Debetur autem peccato pœna æterna, hoc est, semper duratura: quia in damnatis ipsum peccatum est æternum, semperque duraturum: est enim irreparabile. Durante igitur in perpetuum peccato, perpetuè etiam duratura est peccati pœna, & hæc quidem pœnæ perpetuitas providentissimo consilio, ne dum iustissimo à Judice, & supremo moderatore Deo statuta fuit, ut homines à peccato absterreret, timor perpetuæ miseris, cum, naturâ, perpetuam desiderant felicitatem. Si enim, æterna cum sit futura pœna damnati, adhuc tamen peccare non timent; & impœnitentes aliquando mori: Quid si, quantumvis longa, perpetua tamen futura non esset? An non facillimè contemneretur? non enim privaret spe perpetuæ felicitatis, quam summè amamus. Sed hæc ad Theologos attinent: Quemadmodum illud quoque quid profuturum esset animæ Pandulfi, quod uxor restitueret calicem aureum, Divo Benedicto ablatum? Nam in Inferno nulla est redemptio, vide mox infra.

- (12) Non Petro, qui hæc scripsit, neque Leoni, qui fortè non scripsit: sed Desiderio, ex quo alteruter hæc exscripsit: non advertens illud michi ad se non pertinere; sed ad primum auctorem.
- (13) *Parentela* nomen hic venit pro *cognitione* Leges Langob. lib. 1. tit. 10. l. 1. & 2. *Proximi parentes succedant per gradum*, lib. 2. tit. 56. l. 1. *Si quis ex parentibus, idest Barbarus, quod est Patruus, aut quicumque proximus, &c. Leges quoque Salicæ, Burgundicæ eadem notione nomen accipiunt: quin etiam Capitolinus in Gordianis, & Auctor Vitæ Sancti Philberti. Mater prudentissima, nobili parentela. Acta Sanctæ Agathæ. Ingenuum, & ex spectabili genere; ut omnis parentela mea testatur. Latinis verò Parentes sunt Pater, & Mater tantum.*
- (14) His verbis indicari videri potest Pandulfum in Purgatorio fuisse, ut inde liberari potuerit, piis, iustisque operibus propinquorum. Alias tamen Pandulfus impœnitens obiisse videtur,

uxori illius omnia, quæ de viro ejus viderat, vel quæ ipse ei mandaverat, Capuæ nuntiavit. Illa autem sibi potius, quam marito consulens, pretium, quod vir ejus accommodaverat, reddere nolens, nec calicem recipere, nec Monasterio reddere curavit. Hæc iccirco huic operi inferi curavimus, ut videlicet quicumque hæc audierit, pertimescat, & à rapinis hujus cœnobii mentem, manusque compescat, ne & ante mortem sese pœnitere non liceat, & post mortem (13) parentibus, propinquisve (14) ea pro quibus ipse à suppliciis liberetur, (15) operari non libeat. (16) Sicque fiat, ut pro eis supplicia æterna possideat, quæ Dei timore postposito, in vita positus, nullatenus perpetrare formidat, & jam veniam non mereatur in vita illa, quam bonis, sanctisque operibus neglexit promereri ista. (17) His diebus anno scilicet Domini millesimo trigesimo primo (18) Beatus Dominicus mirabilium patrator innumerum, & cœnobiorum fundator multorum apud Soram Campaniæ civitatem jam fermè octogenarius migravit ad Domini, & sepultus est in Monasterio Soræ vicino, quod nunc ejusdem vocabulo nuncupatur.

*Qualiter Sancta Scolastica de Gajeta fuit constructa, & de Miraculo Mallei ibi facto.*

#### CAPUT LXII.

**T**unc temporis (1) constructa est à Fratribus hujus Monasterii intra Cajetanam Civi-

videtur, ex his, quæ hic, & cap. 83. narrantur, ex ejusdem Pandulfi assertionem.

- (15) Faruum est expectare ab hærede, quod tibi ipse non præstitit.
- (16) Pro sceleribus videlicet, non pro eo, quod propinquis opera pietatis non libeat pro defunctis offerre.
- (17) In Codice A. illud *Trigesimo* superinductum est diversa manu: at nihilominus antiqua. Codex verò B. integram habet clausulam, rectamque anni consignationem.
- (18) *Martyrol. Romani 22. Januar. Soræ Sancti Dominici Abbatis, miraculis clari. De eodem Petrus Damiani lib. 1. Epist. 19. ad Alexand. II. lib. 6. Epist. 30. ad Teuxonem Monachum: Epist. verò 27. ad Petrum Cerebrosium pluribus agit de genere disciplinæ per loriam, quo se Dominicus macerabat: unde appellatus est *Dominicus Loricatus*, lib. etiam 7. Epist. 19. ad Blancam. Natus est Fulginis, Patre Joanne, Matre Ampa, genere, & religione illustribus. Puer traditus à Parentibus in Monasterio Sancti Silvestri, cui Aferi cognomentum est. Inde ex Abbatis sui licentia Eremicola. Tum rogatu Uberti Marchionis construxit in ejus ditione Cœnobium Sancti Salvatoris in Scandria. Postea precibus Burrelli majoris, Monasterium in Sangro, quod ab enormi arbore Avellana, quæ juxta olim constiterat, Sancti Petri de Avellana nuncupationem accepit. Deinde ad locum, qui Trifaltus dicitur, per revelationem profectus, ibi juxta fontem limpidissimum erexit Monasterium Sancti Bartholomæi (quod nunc à Carthusiensibus incolitur) Demum à Petro Rainerii, Soræ Domino, rogatus aliud Monasterium in honorem Sanctæ Dei Genitricis juxta Soram ædificavit. Cui postea Sancti Dominici nomen inditum, ut ait Osiensis, & Albericus Diaconus Casinensis, qui Sancti Viri vitam scripsit, ex quæ pauca hæc defloravimus. Extat in Codice nostræ Bibliothecæ, signato num. 101.*

#### IN CAPUT LXII. NOTÆ.

- (1) Utrum tunc esset intra veterem murorum ambitum, præter Leonis testimonium non invenio. Nunc certè constructa est, non intra, sed juxta antiquam civitatem propè Ecclesiam Virgini Annunciatæ, subditurque etiam num. ordinario Juri Abbatis Casinensis.

Civitatem Ecclesia in honore Sanctæ Virginis Christi Scolaſticae, juxta veterem, quæ inibi fuerat nominis ejuſdem Eccleſiam, quæ videlicet largitione bonæ memoriæ Domni Stephani ejuſdem Civitatis Epifcopi, ideo illis fuerat olim conceſſa, ut ſi quando gratiâ emendi aliquid inibi eos proficiſci contingeret, proprium, ubi hoſpitarentur, locum haberent. Ubi quale, quantumque miraculum per merita Beati Benedicti Deus effecerit, ad ejuſ gloriam enarrare decrevimus. Cùm enim die quadam quidam ex operariis de monte proximo, qui mari imminet, petras, quibus Eccleſiæ ipſius parietes fabricarentur, excinderet, ſubito ferrum illud, quo operabatur, de manubrio exiens, præcepſit in maris voraginem decidit. Quo Fratres per eundem, cui contigerat, agnito, aliud pro illo malleum, quo inſtanter cœptum opus perficeretur, fieri mox decernunt. Cùm repente unus eorum fide ferventior, (a) nequaquam, ait, ſed omnes ſimul fiducialiter ad locum, quo ferrum decidit, accedamus, manubrium in aquam mittamus, miraculumque, quod in Gothi falcaſtro Pater Benedictus exhibuit, in malleo etiam per eundem Patrem mox fieri indubiè præſtolemur. Quid pluribus? Inſpiratione divina placet conſilium omnibus, & descendentes ad mare (2) naviculam omnes aſcendunt, ſinumque girantes, ad locum, quo ferrum deciderat, veniunt. In quo loco, quamvis nimiam profunditatem aquarum inefſe conſpicerent; nichil tamen impoſſibile Deo eſſe credentes, & de meritis Beati Patris Benedicti (b) nichilominus præſumentes, (3) manubrium in mare fideliter mittunt, moxque divino imperio ferrum idem ad manubrium ſuum reverſum, non ſine maxima multorum admiratione recipiunt. (4) (c) Per idem tempus, deſuncto Romæ ſupranominato Johanne, Benedictus nepos illius, natione Tuſculanus ex Patre Alberico Patricio in Apoſtolicam Sedem Pontifex ordinatur.

- (a) nequaquam ita, inquit, ſed ſimul omnes.  
 (b) ejuſque beatiffimæ ſororis nihilominus.  
 (c) deſicit. Per idem tempus, &c.  
 (2) Graphicè ſitum deſcribit loci, unde faxa excidebantur, ubi nunc dicitur *ad Foſſatum*, quod, niſi girantes marino itinere promontorium, accedere non poterant: eſt autem ibi & prærupta montis arduitas, & maris alta profunditas.  
 (3) Fideliter, hoc eſt ex fide atque fiducia, locutione aliis uſurpata.  
 (4) Et hanc periodum à Petro Diacono ſuperadditam non ambigo; ex alibi obſervatis.  
 Joannes Decimus nonus creatus anno 1024. deceſſit 1032. 6. Idus Novembris, ut ſupra cap. 57. Benedictus Nonus aſſumptus 3. Idus Novembris. Vide infra cap. 79.

## IN CAPUT LXIII. NOTÆ.

- (a) cum laude qualicumque.  
 (1) Anno verò 1035. Conſule Peregrinum in Theobaldo: nec pœnitebit. Inde ſiquidem doceberis erroris, qui irrepiſit in Anonymo Caſinenſi, jam edito ex Codice noſtro 47. Nos actum non agimus.  
 (2) Ut quoquomodo legitima videretur electio: Coactus, tamen conſenſus non eſt conſenſus.  
 (3) Quemadmodum enim univerſos Monafterii homines in ſuam fidelitatem jurare Pandulfus coegerat, ſupra cap. 59. Ita futurum Abba-

Qualiter poſt mortem Abbatis Theobaldi fuit de Baſilio electio celebrata.

## CAPUT LXIII.

(1) PRæſatus autem Abbas ſenex jam, & plenus dierum apud jam dictum, Sancti Liberatoris Monafterium III. Nonas Junii deſunctus eſt, ibidemque honorabili ſepultura locatus. Quo deſuncto Monachi quidem nullam electionem abſque Principis nutu facere præſumebant. Princeps verò jam dudum prædicto Baſilio dare Abbatiam decreverat, (2) non tamen abſque Fratrum conſenſu, licet iniquus, & impius agere id volebat. Erat etiam alter in hoc Monafterio quidam Frater Antonius nomine, genere Capuanus, litteris utcumque imbutus. Hunc itaque Princeps Capuam ire jubet, nam & ipſi quoque eandem olim repromiſerat Abbatiam. Cùmque per dies plurimos ſpe hujusmodi utrumque ſuſpenderet, & jam ferè annus evolveretur, tandem aliquando Antonium præſficere diſſuaſus, (3) quoniam jurare ſibi nullatenus adqueſcebat, Baſilium eligere complacet. Mandat igitur (4) ille ſummus Archimandrita, ut aliquot de hujus loci prioribus ad eum Capuam pergant, quatinus eorum conſilio Abbatem illis conſtituat. Itum eſt, & in palatio ejuſ prædictus Abbas electus, indeque ad Monafterium ejuſdem Civitatis eſt (a) cum laude tranſmiſſus, præbito prius ſuis manibus ſatis turpiter Principi Sacramento, ut ultra viginti ſolidos per annum de rebus Monafterii, omnibus ei traditis, nil retineret.

Qualiter idem Baſilius in Ordinis gubernatione malè ſe gerens, Principis procuratoris officio ſungebatur.

## CAPUT LXIV.

(1) BAſilius Abbas triceſimus tertius ſedit annis duobus. Hic indignè quidem, ac ſæculariter ordinatus, ſed longè indigniùs, ac turpiùs, quandiu præſuit, converſatus: non enim quaſi tanti Monafterii Abbas; ſed (2) quaſi quidam procurator cauſarum Principis

tem ſibi fidelitatem jurare volebat. Renuit autem Antonius Capuanus: non renuit Calaber Baſilius: ſed ſatis turpiter Principi ſacramentum præbuit. Tantum audeſt ambitio.

(4) Ironiè, & cum ſtomacho. Nam Pandulfus illegitimè, & per vim Abbatiali electioni ſe immiſcuerat, ac ſi eſſet Monachorum ſummus Hierarcha. *Mandra*, ovile, ſtabulum. Accipitur autem pro Cœnobio, ut enim *Ovile* dicitur pro Eccleſia, ita *mandra* pro Monafterio: tanquam in quo ſint oves Chriſti. A *Mandra* eſt *Archimandrita*, *Mandra*, ſeu Cœnobii Præſectus etiam infra lib. 4. cap. 88. *Summi Archimandrita*. Leges etiam *Mandritam* pro Cœnobiarcha.  
*Huc Leſtor propera, Mandritam corde ſaluta.*  
 in tumulo Gaitelgrimæ apud Peregrin. pag. 247.

## IN CAPUT LXIV. NOTÆ.

- (1) nempe à menſe Junio anni 1036. (nam ferè per annum poſt obitum Theobaldi, ſedes vacaverat) ad pridie Idus Maji anni 1038. quo Richerius ejuſ ſucceſſor electus eſt. Peregrin. in Baſilio.  
 (2) hoc eſt rerum Principis, ſupra ad cap. 45. Libri primi.



cipis existeret; ita ut ab ordinatione sua usque ad quinque circiter continuos menses Capuæ remoratus in servitio potius Principis, quam in cura studuerit Monachorum. Nam, verò quotiens illum huc venire aliqua necessitas cogeret, quoniam (3) Todinus Abbatem deorsum curiam, ut supra diximus, obtinebat, nequaquam sibi illic remorari dabatur, sed, quasi alter quidam extraneus huc ascendens, & hic etiam (4) in nulla à Fratribus reverentia, in nulla solita Abbatibus honorificentia habebatur, nisi quantum ipse ab invitis, atque nolentibus extorquebat. Sub hoc Abbate (5) Alferius, & Stephanus Presbyteri de Oppido Minianensi obtulerunt huic Monasterio unam Ecclesiam juris sui vocabulo, Sanctus Bartholomæus, prope prædictum oppidum, cum una Domo sua, & cum omnibus ejusdem Ecclesiæ rebus, & pertinentiis. Hic fecit libellum de Castello, quod dicitur Petra fracidia, cum pertinentiis ejus quibusdam Termulensibus, pro quo recepit solidos mille ducentos: pro censu verò solidos quadraginta.

*Qualiter Corradus Imperator Capuam adiit revocaturus mala Monasterii illata.*

#### CAPUT LXV.

CUM autem jam Deus omnipotens tantis iniquitatibus, tantisque hujus sancti loci (a) direptionis decerneret modum imponere, & orationes, ac gemitus servorum Dei, Orphanorumque, ac viduarum, & pauperum singultus, ac lacrimæ à maxilla in cælum intra ipsum exauditionis Sacrarium essent admixtæ, Anno divinæ Incarnationis MXXXVIII (1) Chuonradus Imperator, cum valido nimis exercitu, transitis Alpibus, Italiam introivit, venitque Mediolanum: namque ejusdem Civitatis Archiepiscopo vehementer erat (b) invisus. Ibi de nostri Monasterii prioribus aliquot, qui ad eum ultra montes proclamationis gratiâ jam dudum perrexerant, illum adeuntes, universa, quæ per tot annos à Pandulfo mala pertulerant, flebilibus ei querimoniis denuo retulerunt, orantes, ac supplicantes, ut tandem

(3) *Infra cap. 7. Ad Abbatis curiam venit. In Monasterio inferiori Sancti Salvatoris Abbatiale Tribunal, seu Curia pro subditorum, jus petentium, commodo residebat. Desito tandem ibi Monasterio, ejusque Ecclesiâ in Canonicam sæcularem transmutatâ, permansit nihilominus ibidem Curia Abbatialis, amplumque palatium, à Cellerariis, & Vicario Generali jugiter habitatum: Ab Abbate verò, cum opus fuerit; Hospitibus præsertim patens, quorum apud nos quotidiana frequentia.*

(4) *Nemo ab aliis contemnitur; nisi qui se prius ipse contemnit: Indignissimè verò Basilius in Principis se abjecerat servitute.*

(5) *Regest. num. 297. Pater asseruntur, & filius. Data verò scribitur Indictione secunda, quæ tamen neutri Basilii anno congruit, cum nihilominus de Basilio Abbate in ea fiat mentio.*

#### IN CAPUT LXV. NOTÆ.

(a) *direptionibus.*

(b) *invisus.*

(c) *Quorum Imperator.*

(1) *Inimicitia causam accipe ab Antonino 2. par. tit. 16. cap. 4. §. 1. ex antiquioribus Auctoribus. Cum Conradus esset in Germania, pars magna Langobardorum rebellavit, quo audito, Imperator magno cum exercitu subito in Italiam venit, omnes hujus rebellionis incentores in vinculis conjectos, carceri man-*

A) *dignaretur venire, ac Beati Benedicti Conobium, quod eatenus sui antecessores sub sua tutela reverenter nimis habuerant, de tanti tyranni manibus dignaretur eripere. (c)*

(2) *Quod Imperator querimoniis, ac precibus, ut erat valde piissimus inclinatus, Romam concitus venit, ubi etiam innumerabilium aliorum, tam videlicet Ecclesiasticorum, quam reliqui ordinis virorum innumeras super Pandulfo querelas accepit. Habito itaque cum Magnatibus suis consilio, Deumque timentium virorum adhortatione communitus, strenuos aliquot à latere suo Principi Capuam destinavit viros, mandans, ut nisi indignationem suam vellet protinus experiri, ante omnia Monasterio Casinensi universa, quæ abstulit bona, restitueret, captivos cujuscumque ordinis seu generis viros statim dimittat, bonaque unicuique sua, sine diminutione aliqua, celeriter reddat. Legati igitur Imperatoris Capuam adeunt, atque cum Pandulfo multis frustra sermonibus habitis ad Imperatorem sine effectu aliquo revertuntur: induraverat enim cor ejus Dominus, ut quondam induraverat Pharaonis, ut quod spontaneus contempserat, invitus facere cogeretur. Imperator autem cernens se à Pandulfo contempni, ira succensus, sumpto exercitu, venit Casinum, cujus Ministri, qui præmissi de more fuerant ad apparatus regium exigendum, cum Monasterii curiam introissent, præfatus Todinus valde perterritus clanculo inter homines exiit, & festinanter Roccam properans aufugit. Quod cum Fratribus sursum fuisset relatum, in mediana se propriens unus ex prioribus, Azzo nomine; Tempus, inquit, Fratres, tacendi pertransiit, & loquendi tempus advenit. Ecce illuxit dies redemptionis nostræ, descendamus igitur, & regiis ministris quæque sunt necessaria, coaptemus. Quo facto, honorificè satis quantum ad illos Imperator receptus, & hospitatus, altero die (3) cum uxore pariter, & nuru sua Beato Benedicto, & Fratribus se commendaturus ascendit ad Monasterium. Quem cum Fratres multa honorificentia (4) gratulentissimè suscepissent, post orationem illos allocuturus capitulum est ingressus. Quo residente, omnes simul Monachi confurgentes, ante ejus se*

*cepavit. Cepit præterea Mediolanensem Archiepiscopum, qui totius conjurationis inventor, & auctor (ut dicebatur) extiterat, & carceri mancipavit. Alioqui Conradus Ecclesiæ Catholicæ addictissimus fuit, virtute militari strenuus, sapientia, & scientia juris maximè florens, ex eodem Antonino.*

(2) *Quorum, nemo non videt legendum. At Lauretum non imitamur ejusque didascaliam.*

(3) *Conjux Gissa, ut cap. sequenti. Nurus Gujuldus, filia Regis Anglorum, pulchritudine insignis puella. Quæ de adulterio per calumniam accusata, cum juridicè se purgasset, Viro suo repudium dedit: nec minis postea, nec blanditiis induci à quoquam potuit, ut cum viro remaneret; sed sanctæ conversationis habitum induens, in Dei servitio vitam finivit. Henricus verò ejus vir, postquam repudium à prima uxore accepisset, Pictaviensis Ducis Guillelmi filiam secundis nuptiis sibi junxit. Hoc tamen, inquit, Antoninus, secundum communem legem fieri non potuit, si non fuit aliquod impedimentum dirimens. Quid autem Nurus Conradi, quæ cum socero Casinum venit, Gujuldus fuerit, ipsa temporum ratio prodit: Ad secundas enim nuptias post mortem Conradi Henricus transiit.*

(4) *Non placuit Laureto, pro quo Gratulentissimè ædificavit.*

se faciem prostraverunt, surgentesque: Ita vos, inquit, omnes pariter expectavimus, ita faciem vestram contemplari desideravimus, ita denique vestrum prætolati adventum sumus; ac si iustorum animæ in inferno Redemptoris adventum prætolasse noscuntur. Ad hæc lacrimis Imperatore suffuso, omnes iterum in faciem corruunt, ac demum surgentes, quæ, & quanta (5) à Pandulfi reversione per duodecim circiter annos mala perpeffi fuerunt, ordine referunt, utque tantis calamitatibus finem dignetur imponere, per Deum, & per Beatum Benedictum obtestantes, exposcunt. Tunc Imperator jurejurando affirmans, se ob eam solummodo causam ad has partes transisse, sequelocum hunc ex toto corde suo honoraturum, ac protecturam, quandiu viveret, devotissimè pollicens: Juber demum, ut duodecim ex eis ad se Capuam pergant, ubi quicquid super hoc negotio agendum sit, illorum consilio peragat, sicque perita benedictione, Capuam est profectus, ut Beati Benedicti Cœnobium de servitute nequissimi Principis liberaret, ac devotissimè se illorum orationi commendans, posuit super Altarium Beati Benedicti coopertorium purpureum valde pretiosum, auro friso ad mensuram palmi in circuitu pulcherrimè adornatum. Interea Pandulfus Capuæ Augustum prætolari minimè ausus, una (6) cum prædicto (d) Abbate suo in Roccam Sanctæ Agathæ, (e) quam summo studio undique communierat, arreptâ fugâ, se contulit. Imperator verò Capuam in ipsis vigiliis Sancti Pentecostes introivit. Altera die civitatem egressus, apud Capuam veterem tentoria figit. Assunt & Monachi rogantes, ut opere compleat, quæ promisit, Abbatem sibi ante omnia constitui postulant. Ad quos Imperator ex consilio, non est meum hoc, inquit, vos eligite unum ex vestris. Respondentibus non se habere idoneum, neque esse congruum in tantis perturbationibus in tanta domo aliquem sine magno vigore, & potentia ordinari; & iccirco de suis magnum aliquem illis oporteret præficere, Imperator in priori sententia perdurans, nequaquam, ait, sed de congregatione vestra, sicut Beati Benedicti Regula præcipit, idoneum vobis Abbatem eligite. Illi verò

A nihilominus in petitione pristina permanentes, Augustæ etiam suffragiis fulti, Richerium tandem, qui tunc Leonensem (f) Abbatiam regebat, in Abbatem sibi dari exposculant. Super quo Imperator valde mœstificatus: erat enim sibi nimium carus, & in omnibus suis negotiis utilissimus, quamvis primò negare satis institerit, victus demum Monachorum vel ratione, vel precibus acquievit, eumque advocatum, licet plurimum flentem, ac repugnantem, (g) in Abbatem eligendum Fratribus tradidit. Pandulfus interea mandat (h) per necessarios Imperatori, veniam postulans, trecentas auri libras pollicens se daturum, si ejus veniam cum gratiamereretur, cujus quidem auri medietatem ad præsens dare, pro medietate verò altera filiam, & Nepotem obsides transmittere sponder. Annuit Imperator, ille pecuniam delegat, & obsides. Quo facto, Pandulfum facti protinus pœnitet, & æstimans se civitatem recedente Augusto facile posse recipere, reliquum auri mittere denegat. Imperator itaque, consilio, tam cum suis (i), quam cum Capuanis Magnatibus, habito, (7) Guaimario Salernitano Principi Capuani tradidit Principatus honorem. (8) Rainulfum quoque ipsius Guaimarii suggestione, de Comitatu Aversano investivit, Adeulfum etiam Capuanum Archiepiscopum, quem pessimus Pandulfus carceri mancipaverat, sedi suæ restituit, eisque Richerium Abbatem, universamque causam Monasterii nostri multum commendans, ut sua hanc vice tueri, & procurare deberent, Pandulfi secum obsides ferens Beneventum concessit, indeque ultramontes (k) post dies non plurimos per Marchias repedavit, (l) atque (9) post non integrum annum defunctus, (10) Heinricho filio reliquit Imperium. (11) Eodem tempore Guaimarius, Normannis faventibus, Surrentum cœpit, & (12) fratri suo Guidoni contulit. Amalfim nihilominus suo dominatui subdidit. Interea Pandulfus, (13) relicto in præfata Rocca, ad expugnandam quoquomodo posset Capuam, filio, ipse cum Basilio suo Constantinopolim abiit ad Imperatorem, causâ adjutorii, (m) sive pecuniæ. Cui Imperator non solum nil adjutorii contulit, verum etiam, à nuntiis Guaimarii præmonitus, eum in

(d) Abbate suo magis quam nostro.  
 (e) deficit, quam summo stud. undique commun.  
 (f) Ecclesiam.  
 (g) in Abbatem ordinandum.  
 (h) deficit, per necessarios.  
 (i) quam cum nostratibus.  
 (k) deficit, post dies non plurimos.  
 (l) atque post non longum tempus, integrum annum scilicet.  
 (m) sive exercitus, sive pecuniæ.  
 (5) Ex Germania, post Henrici obitum; apud quem victus tenebatur, supra cap. 38. Solutus à condignis sibi perpetuò vinculis Princeps Pandulfus revertitur.  
 (6) Magis quam nostro, ex Codice Leonis, & infra. Cum Basilio suo, & cap. 69. Basilius Pandulfi Abbas. Jure enim ab auctore, & promotore cognominatur, non ita pius Conradus, qui rogatus à Monachis, ut Abbatem sibi constitueret. Non est meum hoc, inquit. Vos eligite unum ex vestris. Et infra. Imperator in priori sententia perdurans, nequaquam, ait, sed de Congregatione vestra, sicut Beati Benedicti regula præcipit, idoneum vobis Abbatem eligite, ac denique victus precibus, Richerium, in Abbatem eligendum. Fratribus tradidit.  
 (7) hujus nominis quarto, de quo consule Peregrin. stemm. Principum Salerni.  
 Tom. IV.

(8) Supra cap. 58. nu. 5. Rainulfum à Sergio Magistro militum Neapolis Normannis, qui Aversæ erant, præfectum in Comitum, & Judicem militarem. Nunc ab Imperatore ejus Comitatus investituram accipit, qua videtur Dominium, & ditionem urbis affectus: hoc enim Imperatorum jus erat, nam alioqui præfecturam Normannorum Aversæ jam obtinuerat, nisi hanc ipsam Præfecturam tantum, ei ab Imperatore confirmatam dicas, secundum mentem Peregrinii, loco ibidem laudato, quod aliis diffiniendum dimittimus.  
 (9) Anno 1039. prid. Nonas Junii. Cum imperasset ab anno 1025. ut supra cap. 58.  
 (10) Quem secundum, vel tertium vocatum invenies, prout, vel ab Henrico Aucupe, vel ab Henrico Claudio, seu sancto numeratur, ut jam observatum.  
 (11) Vide Peregriniam in stemmate Principum Salerni; & in Richerio, & notas ad cap. seq. nu. 3.  
 (12) Retento tamen sibi titulo Ducis Surrenti, ex eodem ibidem.  
 (13) Supra Todinus aufugit in Roccam, quam de Vantra intelligi puto. Hic verò de Rocca Sanctæ Agathæ, quæ est prope Capuam, accipiendum reor, ubi se Pandulfus munitur, ut supra in hoc capite.

in exilium misit, ubi miser per duos & eo amplius annos, usque ad mortem videlicet Imperatoris remoratus, tandem relaxatus, ac sine effectu aliquo reversus est. (14) His diebus, cum à principio ferè Maji mensis, usque ad quintum diem ante Hcldas Augusti vix, vel tenuiter pluvialis imber arva rigasset, die, qua diximus, rusticus quidam in vicinia Monasterii commanens, postquam segetes agelli sui, quem juxta radicem montis habuerat, messuit, mox stipulis, quæ remanserant, ignem supposuit; repente igitur flamma paulatim succrescens, non jam contenta tantummodo paleis, sed oviantia quæque, & ipsam quoque silvam devorare perniciousè cœpit. Jamque contiguus Monasterio ignis, non dubium illi imminenti incendiis ostendebat exitium. Cum ecce superna omnipotentis misericordia Benedicti Patris precibus inclinata de superis Cœlorum hunc locum respexit, & exilem prorsus nubeculam in immensa aëris vastitate repente creatam cum largissima imbrium inundatione super totius Monasterii ambitum insperatè perduxit, cujus quidem fluentis, non modo voracis incendiis flammam restinxit, sed & universum sancti hujus loci circuitum abundanter, ac copiosè rigavit. Mira Omnipotentia Creatoris, ut patenter ostenderet nubem illam ad solam loci hujus Venerabilis creasse liberationem, cum tota undique cœli orbita serenitate continua ruralaret, ita se ad Monasterii mensuram eadem nubes cohibuit, ut quæque adjacentia hubertim perfunderet: finitima verò penitus non attingeret. Rusticus itaque, qui tanti mali, licet ignarus, auctor extiterat, ut Monasterio ignem propinquare conspexit, amarissimè lamentans, & pœnitens, statim descendit, & sola conscientia torquente, ac pertrahente, sponte se carcere publico condemnavit. Quod Abbas, & Fratres alii, & religiosi perpendentes, & illum quidem illæsum abire sinerunt, & misericordie Deo pro tanti loci liberatione gratias innumeras reddiderunt. (15) (n) Eodem quoque tempore, dum piscatores hujus Monasterii retia in mare, quo pisces ad refectorem Fratrum caperent, misissent, Normannus quidam mente tumidus, ac inflatus superbia, furibundo spiritu

A supervenit, & (16) ut sunt ad rapinam avidi, ad invadenda aliena bona inexplebiliter anxii, comprehensum unum è piscatoribus, vestimentum ei, quo erat indutus abstraxit, sibi que mox induit, dein naviculam ingressus, piscatorem cogere cœpit, ut retia ex alto educeret, quatinus pisces, qui in ea inventi essent, secum abstrahens deportaret. Cumque piscator renueret, & se pisces ad Monachorum, non ad Normannorum refectorem, capere velle se diceret, valde cæsus ab eodem Normanno in mare projectus est. Cum verò isdem Normannus piscium præda avidus retia ex alto per semetipsum trahere, & pisces regere cœpisset, subito in mare ex Navicula cecidit, atque (17) interclusus (o) ab æquo spiritum exalavit. Sed, mirabile dictu! ante illum unda mortuum projecit in litore, quam piscator, qui ab eo projectus in aquas fuerat, vivus natando venire potuisset.

(18) Richerius natione Baugarius tricesimo quarto ordine Abbatiam hujus loci sortitus, sedit annis XVII. mensibus sex.

*De Ordinatione, & Studio Abbatis Richerii, & quomodo facta fuerant multe donationes Monasterio.*

#### CAPUT LXVI.

C (1) **H**Uic Chuonradus Imperator (a) anno Domini millesimo tricesimo octavo, quo Abbas ordinatus est, per preces Gislæ Conjugis suæ, & Henrici filii, nec non & Cadeloi Episcopi, atque Cancellarii sui apud Beneventum præceptum aureo sigillo bullatum juxta morem Priorum Augustorum de universis Monasterii pertinentiis fecit. Sed & (2) Benedictus Papa nonus privilegium nihilominus illi secundum Romanorum Pontificum consuetudinem scripsit. Eodem tempore (3) Guaimarius Princeps fecit præceptum Beato Benedicto cum aurea bulla de universis Monasterii pertinentiis: specialiter autem de Sancto Urbano, & Vicalbo, & decima parte totius civitatis Atinæ, de alveo quoque Carnello, qui fuit circa (4) (b) Insulam cognominatam, centum videlicet passos super eandem Insulam, & centum inferiori,

(n) deficit, Eodem quoque tempore, &c. usque ad finem hujus cap.

(o) ab æquore.

(14) Ex Desiderio primo Dialog. ex quo etiam, quæ de adventu Conradi in Italiam, & de Pandulfo supra retulit Ostiensis. Simile ab igne periculum mea ætate bis Monasterio accidit. Verum nec semel, torquente conscientia, quisquam se publico carcere condemnavit, quod fecit hic rusticus.

(15) Ex Desiderio ibidem; quæ tamen Ostiensis omiserat.

(16) Militari more, non tantum Normannis proprio.

(17) In Codice manuscripto est: *Interclusus ab æquo*: manifesto librarii errore, corrigendo ex Desiderio, unde narratio sumpta est. Te nihilominus licentiæ meæ monitum volui.

(18) Ex Abbate Leodiensi, (supra Leonensem vocat Auctor noster) Casinensis Abbas electus anno 1038, Kalendis Junii, ex computo Peregriini in Richerio. Baugarius, seu Bavarus, Bajoarius natione.

#### IN CAPUT LXVI, NOTÆ.

(a) deficit, anno Domini millesimo tricesimo octavo.

(b) Insulam cognomento Limatam.

(1) Regest. num. 133. in fine *Signum Domni Chuonradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Kadelous Cancellarius, vice-*

*Hermanni Archicancellarii, recognovit. Datum Nonis Junii Anno Dominica Incarnationis 1038. Anno Domini Conradi regnantis 14. Imperantis 13. Indictione 6. Actum Benevento feliciter. Amen. Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Henricus Rex, Roma caput mundi regit orbis frenâ rotundi!*

(2) Num. 20. *Carissimo nobis in Domino Jesu Christo filio Richerio Venerabili, & Religioso Abbati à nobis consecrato, &c Richerius jam ante Casinensis Monasterii adeptam insulam, Abbas erat: & tamen à Benedicto Pontifice consecratus asseritur: ergo Casinensis tantum Abbatis ea erat prærogativa, non omnium ejusdem Ordinis. Infra verò. Cujus Abbatis consecrationem nuper ex dono piissimorum Henrici, & Conradi Imperatorum Romanorum suscepimus, idemque reperit Leo nonus in eodem Regest. num. 21. scriptum indit. 6. quæ signat annum Christi 1038. Kal. Julii.*

(3) Num. 363. *Datum 2. Idus Junii. Anno vicefimo secundo Principatus Salerni, & secundo anno Principatus ejus Capuæ, ac secundo anno Ducatus illius Amalfis, & primo anno Surrenti. Confer tamen Regestum num. 369. & 370. nobis enim non vacat cuncta excutere.*

(4) Lege, cognomento Limatam, ex Codice B.

rius, cum ripis, & limitibus utriusque partis. (5) Alio etiam præcepto concessit in hoc Monasterio Ecclesiam Sancti Nycolai apud Amalphim, cum universis possessionibus suis, nec non & alii ejusdem Civitatis nobiles Ecclesiam Sanctæ Crucis, cum omnibus rebus suis huic Monasterio optulerunt. Hoc tempore (6) Nantarus quidam Sacerdos, & Monachus de Venafro obtulit in hoc Monasterio Ecclesiam Sancti Nazarii, quam idem nuper à fundamentis construxerat in ipso colliculo de Peperozzu super rivum de centesimo. In qua videlicet Ecclesia, cum nonnullos Fratres ad Dei servitium aggregasset, & Codices aliquot, necnon & ornamenta Ecclesiastica, cum non parvis terrarum possessionibus inibi adquisisset, eorum omnium consensu, eandem Ecclesiam cum omnibus omnino pertinentiis ejus huic Cœnobio contulit. (7) Jeroninus quoque Civis Draconariensis, & Johannes Presbyter obtulerunt in hoc Monasterio Ecclesiam Sancti Nicolai sitam juxta eandem civitatem, cum omnibus mobilibus sibi pertinentibus. (8) Johannes etiam Comes, qui cognominatus est Scintus, per cartam oblationis contulit Beato Benedicto Monasterium Sancti Nicolai, (c) quod situm est in pertinentia Pontifcurvi in pede montis, qui dicitur Sancti Leucii prope Castellum Pica, necnon & aliam Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ non longè à prædicto Monasterio sita est, cum omnibus ex integro rebus, & possessionibus, ac pertinentiis earundem Ecclesiarum. Fecit etiam cum suprædicto Abbate commutationem, confirmans in hoc loco Monasterium Sancti Sabini, quod adjacet rupi præfati montis Sancti Leuci, cum universis pertinentiis, ac rebus ipsius: recipiens verò unam curtem (d) in pertinentia Capuæ, loco, qui vocatur Baniolum, quam videlicet curtem ipsemet Johannes antea in hoc Monasterio donaverat. Hic Abbas fecit libellum Berardo Comiti Marforum de Sancto Salvatore in (e) Avezzano pro censu CCC. piscium. (9) Adelferius quoque Comes de Beneventano Principatu fecit Beato Benedicto Cartam oblationis de Monasterio Sancti Eustasii, quod nuncupatur de Pantasia, constructum prope Castellum Sancti Juliani, cum IV. Ecclesiis sibi subjectis, & cum universis rebus, ac pertinentiis ipsius. Id ipsum fecerunt (10) Johannes, & Ademarius Comites de Civitate Morrone de Ecclesia Sancti Angeli sita intra eandem civitatem super ipsam portam majorem. (11) Sed & Petrus quidam

(c) quod situm est prope Castellum Pica.

(d) in finibus Capuæ.

(e) Avezzano.

(f) Capud de ripa, extremo hoc cap. enarrantur, quæ descripta habes cap. 73. hujus libri, & cap. 78.

(5) Regest. num. 370. In Calce † Maurus filius Pantaleonis Denticis testis sum, quam memoriam omittere nolui, in gratiam Illustrissimæ familiæ Denticis.

(6) Regest. num. 383.

(7) Regest. 379. Geroinus Judex, Joannes Sacerdos, & Monachus.

(8) Num. 387.

(9) Num. 381. Monasterium nunc commendatum Eminentissimo Cardinali Odescalco, cum onere annui Censui solvendi nostro Sacro Monasterio.

(10) Num. 382.

(11) Num. 344.

(12) Num. 386.

(13) Num. 330.

(14) Num. 332.

Tom. IV.

A Abbas de eadem Civitate similiter fecit de Ecclesia Sancti Johannis, quæ est constructa in loco, qui dicitur ferra major, cum alia Ecclesia Sancti Bartholomæi, & cum omnibus earundem Ecclesiarum possessionibus. (12) Ragenaldus quoque, & Leo Presbyteri Aquinensis Civitatis pari modo obtulerunt Beato Benedicto Ecclesiam Sanctæ Barbaræ, & duas casas suas, cum omnibus rebus Ecclesiæ ipsius, quæ sita est prope prædictam civitatem, in loco, ubi dicitur (f) Caput de ripa. Similiter & (13) Stephanus Presbyter ejusdem Civitatis fecit de Sancta Maria de Gualdo loco, qui dicitur Urfitrude. (14) Lando etiam ipsius Civitatis id ipsum fecit de Ecclesia Sancti Stephani, quam ipsemet in proprio jure suo à fundamentis construxerat intra eandem Civitatem juxta portam, quæ est prope ipsam fistulam. Idem fecit & (15) Bonifatius Judex ejusdem Civitatis de Ecclesia Sancti Nicolai de Infula, cum omnibus sibi pertinentibus in toto Comitatu Aquinensi. (16) Pari etiam modo oblata est in hoc Monasterio Ecclesia Domini Salvatoris apud Castrum, quod vocatur Vicalbum, cum omnibus pertinentibus sibi: Nec non & Ecclesia Sancti Blasii in territorio Marsicano, in monte, qui dicitur Sabucu, cum terris, & pertinentiis suis.

C Qualiter Corpus Sanctæ Lucie ex Sicilia in Constantinopoli fuit translatum, & de Adventu Roberti Guisardi.

CAPUT LXVII.

D PER idem tempus (1) (a) Maniacus Dux ab Imperatore Constantinopolitano, cum exercitu ad debellandos Saracenos in Siciliam transmissus, cum Apuliæ, atque Calabriæ milites in auxilium advocasset, ad Guaimarium quoque Legatos direxit, exorans, ut Normannorum illi suffragium mitteret. Qui ejus precibus annuens, (b) Guillelmum Drogonem, & Umfridum Tancredi filios, qui noviter à Normannia venerant, cum trecentis aliis Normannis illi in auxilium misit. Cùmque maxima jam pars Siciliæ recepta esset, & Siracusana Civitas capta, à sene quodam præfato Duci mausoleum Sanctæ Virginis Lucie proditum, ejusque sacrum Corpus inde sublatum, & in argentea theca, cum omni reverentia positum Constantinopolim est transmissum. Sed post paululum in sua revertentibus Græcis, atque Normannis, mox Saraceni cuncta, quæ amiserant, receperunt. (2) Præfato itaque Maniaco, eo quòd ad Imperium

(15) Num. 339.

(16) Num. 342. ab Adamo filio Petri, & aliis simul donantibus.

IN CAPUT LXVII. NOTÆ.

E (a) Maniachis.  
(b) Guillelmum.  
(1) Maniacus, legit Codex A. & B. non Maniacus, ut edidit Peregrinus. Castigat. in Lupum Protospata pag. 82. Aliis Maniacbi, vel Maniaces, è Cedreno Georgius Maniaces.  
(2) Non modò, sed postea Maniacus rebellavit, trucidatusque est, nam conjectus nunc in carcerem, & Ducliano ei subrogato, cum Duclianus, seu Ducalianus, vel Doceanus, &c. inauspicatò rem gessisset, sicut etiam alius Dux Exaugustus, tunc è carcere eductus Maniacus, iterum bello contra Saracenos præficatur in Sicilia; ac denique rebellavit, ex Zonara, Cedreno, & aliis apud Peregrin. in notis ad Ignoratum Barensem pag. 207. quem consulens pleraque accipies ad hoc caput illustrandum.



perium aspirasset, pessimè trucidato, alius in Apuliam Catapanus, nomine Ducliano, ab Imperatore transmittitur. (3) Huic Arduinus quidam Lambardus, (4) de famulis scilicet Sancti Ambrosii, aurum non modicum offerens, (5) candidati ab illo honore donatus, & (6) nonnullis Apulix civitatibus prælatu est. Hic in superiori expeditione apud Siciliam, cum Saracenum quendam stravisset, ejusque insignem equum victor cepisset, cumque a suprascripto Maniaco, idem equus expetitus, & ab Arduino constanter illi negatus fuisset, (7) cum vi tandem, atque dedecore equus illi sublatus est. Hujus autem injuriæ Arduinus ex tunc aptum retributionis (c) tempus patientiâ dolosâ expectans, & tandem invenisse se putans, omni conamine Græcis molitur insidias. Orationis igitur gratia Romam ire se simulans, Aversam venit, & Rainulfo Comiti causam suam aperiens, ad universam Apuliam, se duce, faciliè acquirendam, animum illius accendit, effeminatos prorsus, atque remissos asserens Græcos, terram opulentissimam se jam, & numero multos, & armis insignes, angusti tamen unius oppiduli penuriis usque ad id tempus, non sine injuria sui contentos. Placet consilium, adhortatio comprobatur, & id protinus aggrediendum consilio unanimi definitur. Mox (8) idem Comes XII. de suis Capitaneos eligit, & ut æqualiter inter se acquirenda cuncta dividerent præcipit: Arduino de omnibus medietatem concedendam disponit; idque ad invicem sacramento firmato, tre-

(c) tantæ.

(3) Pronomen *huic* Peregrinius pag. 205. referendum putat, non ad Ducalianum, sed ad Maniacum. Tu perpende ex sequentibus nostri verbis.

(4) hoc est de familia *Archiep. Mediolanensis*, ut interpretatur Peregrinus ibidem pag. 84. videndus etiam Sigon. de Regno Ital. lib. 7.

(5) Variis ætatibus varia reperitur hujus nominis usurpatio, sub Republica siquidem Romana, *Candidati* dicebantur, qui Consulatum, Præturam, aliumve Magistratum petebant, & spe non destituebantur. *Nihil iis, qui literaturam gustarunt, notius est*, inquit Vossius, *quàm Romanos vulgo togis albis uti solere: sed cum Magistratum peterent, solitos addere cretam, ut splenderet, indeque dictos Candidatos*. Lipsius etiam lib. 1. Elect. cap. 13. Plin. lib. 7. cap. 33. *Scipio Nasica in toga candida bis repulsa notatus à Populo*. Livius lib. 27. & 37. Isidor. lib. 19. cap. 24. Hinc per metaphoram dicti sunt *Candidati*, qui maturi essent petendis, & fungendis muneribus, & honoribus quibuslibet. *Candidatos eloquentiæ, dixit Quintilian. lib. 12. Candidatos Gloria, & Immortalitatis*, Plin. in Paneg. *Candidatum Fidei*, Hieron. ad Pammach. *Candidatos Diaboli* Tertullian. de Corona milit.

Sequentibus seculis Gordianus junior, ut auctor est Cedrenus, circa Christi annum 302. primus *Candidatos*, & *Protectores*, ordinemque *Scholarium* instituit in militia. Apud Vegetium lib. 2. cap. 7. *Candidati duplares. Candidati simplares; hi sunt milites principales, qui privilegiis munitur*. Juris etiam studiosos *candidatos* vocari reperimus. Horum opera Princeps in recitandis, & legendis orationibus, & Epistolis principalibus in Senatu utebatur. l. unic. ff. de offic. Quæstor. & Ulpian. lib. singul. de offic. Quæst. & hi ex numero Quæstorum erant, vocabanturque *Quæstores Palatii*, & *Candidati Principis*. In l. 1. ff. tit. 13. *Non omnes Quæstores Provincias sortiebantur: verum excepti erant Candidati Principis. Hi solis libris principalibus, in Senatu legendis, vacant*. Tales, quod amici essent Cælaris, favore Principis subnixi, non magnopere supplicabant: unde locus ille, Pe-

centos numero milites eis adhibuit. His ita dispositis (9) anno utique Dominicæ Nativitatis MXL primo, quo videlicet anno dies Paschalis Sabbati ipso die festivitatis Sancti Benedicti venit, Arduino Duce, Melphiam primitus, quæ caput, & janua totius videtur Apulix, adeunt, eoque interveniente, ac mediante, sine aliqua illam controversia capiunt. Inde Venusiam, inde Asculum, inde Labelum viriliter occupant. Mittitur interea Constantinopolim de præsentis calamitate relatio, remittitur Ducliano ad Normannorum exterminationem maximus Græcorum exercitus. Tandem conducto die, ac loco, (10) juxta fluvium scilicet Oliventum convenitur in pugnam: mandatum autem fuerat Græcis, ut Normannorum partem occiderent, partem Imperatori legendam vinculis manciparent. Sed, ô superbia Deo semper invisa, ex omnibus, qui semel, & bis ad eos missi sunt, nemo ferè remansit. Dux cum paucis aufugiens eventum belli Imperatori rescribit. Perturbatus Imperator iterum Ducliano potiore delegat exercitum. Normanni interea, ut incolarum ad se animos inclinarent, Atenulfum Beneventani Principis fratrem sibi Ducem constituunt, rursusque convenientes in prælium, Græcos eventu mirabili sternunt. Fluvium namque, qui Aufidus dicitur, cum in ipso belli procintu penè siccum Græci transissent, ita Dei judicio redundantem, ripasque transgredientem fugientes reperiunt, ut plures fuerint aquis absorti, quàm gladiis interempti. Normanni Castris, & spoliis maximis

*tis, tanquam Cæsaris Candidatus*. Quo Quintilianus lib. 6. de ritu agens, Galbani usum, ait: sed ita, ut ludens ambiguitate vocis *petere*, de eo usurparit, qui in lusu negligenter petebat pilam. Vossius in Lexico. Sicut igitur *Quæstura*, ita *Candidatus* initium quoddam erat, & ingressus ad majores Magistratus, ex Ulpiano, ex quibus apparet, *Candidatos Principis, seu Quæstores Palatii* functos fuisse officio Cancellarii, ut ex Fenestella observat Freccia de Feudis lib. 1. & in locum Quæstoris Palatii, qui dicebatur tempore Constantini, successit postea Cancellarius, infra ad cap. 87. In lapide Romano apud Cefios.

*Anicius Probus V. C. Quæstor Candidatus*. Hujusmodi igitur, aut similem honorem, Arduinus Lambardus pecunia assecutus videtur, non, puto, ut officio fungeretur; sed ut honoris prærogativa, & privilegiis frueretur.

(6) Cedrenus scribit, *Fuisse Dominum cujusdam regionis, & nemini subiectum*. At Anonymus Barenis anno 1041. *Et Arduino Lanbar-do intravit in Melfi. Erat Tepoteriti de ipso Catapano. Tepoteriti, hoc est Vicarius, Locum tenens Catapani, ex Peregrin. in notis ad Ignotum Barensem. pag. 205.*

(7) Gaufridus Malat. lib. 1. cap. 8. Arduinum à Maniaco fustibus per contumeliam casum, perhibet: eaque de causa in Græcos exarsisse. At Guilielmus Apulus lib. 1. & Cedrenus, non à Maniaco, sed à Doceano verberibus illum dehonestatum produunt; quod rebus postea sequutis, inquit Peregrinius, consonat sanè magis.

(8) Comiti subdebantur *Capitanei*, ex ordinatione Ottonis primi supra lib. 1. ad cap. ultimum, infra cap. 73. *Cum multis aliis Capitaneis*.

(9) Recursum Festi Sancti Patris Nostri in Sabbato Paschæ notans Ostiensis, indicare voluisse videtur primam ejusdem festi incidentiam: de quo tamen lib. 1. ad cap. 1.

(10) *Juxta rapidas Labenti fluminis undas*, ait Guilielmus Apulus lib. 1. apud Peregrin. pag. 206. ubi plura huc advocanda, non enim operæ pretium esset ea transcribere, cum præ manibus habeantur.



ximis Græcorum potiti ditescunt. Dehinc Imperator, his auditis, ira succensus, pulso Ducliano, (11) Exaugustum nomine quendam, vice illius, cum Normannis dirigit congressurum: Guaratorum illi, & aliorum Barbarorum copiam socians. Cur pluribus? Iterum in pugnam circa montem, cui Piloso nomen est, utrimque concurrunt. Tandem, ruentibus Guaranis, cadentibus Calabris, fugientibus, qui evaserant, Græcis, Exaugustus capitur, Normanni victores, & alacres revertuntur. Dehinc habito consilio, Græcorum Ducem Duci suo contradunt. Quo ille accepto, sperans se multis ab eo divitiis locupletandum, relictis Normannis, Beneventum reversus est, eumque non parva pecunia vendidit. Normanni autem Argiro Meli supradicti filium sibi præficientes, (d) cæteras Apuliæ civitates partim vi capiunt, partim sibi tributarias faciunt. Post hæc (e) Guilielmo Tancredi filio Comitatus honorem tradentes, ad Guaimarium omnes conveniunt, eumque pariter cum Rainulfo Averfano Comite ad divisionem terræ, vel adquisitæ, vel acquirendæ venire Melphim invitant. Primò igitur eidem Rainulfo Domino suo Sipontinam Civitatem cum adjacente Gargano, nec non pertinentibus sibi oppidis omnibus honoris causa concedunt. Dehinc cætera ad illorum placitum inter se dividunt. Statuunt itaque (f) Guilielmo Asculum; Drogoni Venusiam, Arnolino (g) Labellum, Ugoni (h) Aurabovi Monopolim, Petro Tranim, Gualterio Civitatem, (i) Rodulfo Cannim, Tristaino Montepilosum, Herveo (k) Trigentum, Asclittino Acerentiam, (l) Rodulfo Sanctum Archangelum, Raimfrido Monorbinum. Arduino autem, juxta quod sibi juraverant, parte sua contradita, Melphim primam illorum sedem communiter possidere decernunt. Hoc itaque modo à Normanis adquisita Apulia est. Mortuo igitur Comite illorum (m) Guilielmo, Frater ipsius Drogo illi successit, & isto quoque occiso, Humfridus defunctorum frater Comes effectus est, atque post eum (n) Robbertus, qui & Viscardus, qui non sola contentus Apulia; sed Calabriam quoque totam, & universam sibi subjugavit Siciliam, sicut in sequentibus ostendemus. Apud Averfam autem (13) defuncto Rainulfo, successit ei Asclittinus, qui cognominatus est Comes juvenis. Dehinc (o) Rodulfus cognomento Cappellus. Quo ab Averfanis expulso, (14) Raidulfus Trinclinocæ Comes effectus est, & isto quoque mortuo, Richardum filium (p) Asclittini, qui tunc apud Apuliam in Drogonis militia consistebat, cui etiam idem Drogo suam so-

(d) brevi tempore cæteras.  
 (e) Guillelmo.  
 (f) Guillelmo.  
 (g) Libellum.  
 (h) Tutabovi.  
 (i) Rothulfo.  
 (k) Grientum.  
 (l) Rothulfo.  
 (m) Guillelmo defuncto.  
 (n) Robbertus, qui & Viscardus, ipsorum nihilominus frater.  
 (o) Rothulfus cognomento Capellus.  
 (p) Asclittini.  
 (11) filium Bojani, de quo supra.  
 (12) Adi notas ad cap. 16. lib. 3.  
 (13) Consule Peregrin. in Stem. 1. Princip. Capuæ, & alibi in hist. Langob.  
 (14) Uterque Codex. At Peregrin. legit *Raidulfus Trindi*. An errore sibi propinato à Laureto?

rorem conjunxerat, Averfani sibi Comitem statuerunt. Et hic etiam, qualiter Capuanum Principatum indeptus sit, congruenti loco monstrabitur. Jam nuac ad nostri Abbatis seriem redeamus.

*De Discessu Corradi Imperatoris, (1) & qualiter Castrum Atini ad Monasterium pervenit.*

CAPUT LXVIII.

**C**onrado igitur ab Italia recedente, non multo post Guaimarium Principem Abbas cum exercitu advocat, & ad oppugnandam, seu recolligendam (2) Roccam superius dictam, qua potest instantia properat. Cum itaque per trium hanc mensium spatium (a) obsedissent, & Guaimarius tam privatim, quam publicè machinaretur eandem Roccam Teanensibus Comitibus reddere, quidam de primoribus ejusdem arcis fideles nostri Monasterii hoc persentiscentes, per Teutonem tunc (b) Præpositum cum Abbate paciscuntur, & si se unà cum præfato Todino in sua vellet fide recipere, & sua tantum sibi, quæ ante Imperatoris adventum, & Todinus in castello Sancti Helix, & ipsi in Oppido, quod Piniatarium nuncupatur, hæreditatis jure possederant, reddere, Roccam illi sine aliqua mora contraderent. Libentissimè id ab utrisque factum est, & in ipsis vigiliis Assumptionis Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ipsa Rocca à nostris recepta est.

*Qualiter Comites Aquini ceperunt Abbatem, & habuerunt Oppidum Sancti Angeli, quod Monachi renuntiaverunt.*

CAPUT LXIX.

**I**nterea cum & Aquinenses Comites, & Comites de Sexto Pandulfi parti pro posse faverent, Laidulfus Teanensis Comes (1) Adenulfum, qui postea Dux Cajetæ fuit, (a) fratrem Landonis Comitis Aquinensis, cum aliis non paucis, apud Teanum captum in Guaimarii Principis captionem tradiderat. Unde Aquinenses Comites vehementer irati, aggregato (b) tam Normannorum, quam nostratium non parvo exercitu, super Teanum pergere disponebant: sed obsistente illis Abbate, fluvium transire nequibant (2) Cumque in Casini Campo per XV. fermè dies hac de causa hostiliter resedissent, in auxilium quoque Abbatis nonnulli milites apud Sanctum Germanum commorarentur, ipso die Hclar. Maiarum, consilio habito, Cervarium oppidum

an ex aliis monumentis? ignoro. Lauretus sanè multa hic suo ingenio vitiavit.

IN CAPUT LXVIII. NOTÆ.

- (a) obsedissent, & ut est inexpugnabilis, adversus eam nil penitus prævalerent, & Guaimarius.
- (b) Præpositum mandant Abbati, ut si.
- (1) Non Castrum Atini: sed Rocca de Vantra; ut in ferie narrationis, & cap. 65.
- (2) Cap. 65. ubi tamen adverte, quæ ibi notavimus.

IN CAPUT LXIX. NOTÆ.

- (a) deficit, fratrem Landonis Com. Aquinensis.
- (b) deficit, tam Normannorum, quam nostratium.
- (1) Infra cap. 75.
- (2) In planitie circa aquam, quæ Casinus vocatur, de qua cap. 1. lib. 2. erant enim adversarii ex eo latere, quod Aquinum respicit.

E

dum expugnatum ire aggressi, secum pariter Abbatem ire precati sunt. Sed cum nil ibi agere potuissent, ab inde revertentes, subito prædicti adversarii conspiciunt, & vado fluminis, quod per tot dies invenire nequiverant, extemplo reperto, à loco, qui nunc Pons ligneus appellatur, præcipiter transeuntes, Abbatem protinus capiunt, ejusque sociis partim captis, partim fugatis, nonnullos interimunt. Landulfus verò Teanensis Comes, quâ horâ eadem in Abbatis servitium venerat, eventum rei conspiciens, valde perterritus, ita ut armatus erat, mox ad Monasterium ascendit, & ut se in fide sua reciperent, & Aquinensibus (c) Comitibus non traderent, precari, & obtestari Monachos cœpit. Cumque nil timere illi suavis fuisset à Fratribus, mandant è vestigio Aquinenses ad Monasterium, ut si eundem Landulfum eis contradere vellent, ipsi protinus Abbatem illis cum omni honore remitterent. Fratres autem ab Abbate commoniti, nullo umquam pacto id se facturos renuntiant, potius se omnem Monasterii substantiam daturus, potius vitam propriam amissuros, quàm ut homo in fide susceptus ab eis proderetur, remandant. Ita demum Abbas Aquinum perductus est, & die sequenti oppidum Sancti Angeli sponte ad Aquinenses defecit. Post paucos dies universi Fratres, qui pedites incedere poterant, Aquinum pariter properantes, Abbatem sibi restitui lacrimantes exoptulant: sed frustra precibus suis, & neque videndi illum, neque alloquendi eis concessâ licentiâ, sine aliquo effectu ad propria repedant. Non autem multo post Guaimarius, quia non aliter potuit, Adenulfo prædicto cum sacramento fidelitatis suæ (3) Fratribus reddito, Abbatem Monachis recollegit. Post hæc illum ad se è vestigio convocans, monet, ut ultra montes impiger vadat, omnique rei veritate Imperatori exposita, vel illum ad has partes, si potest, ad sui Monasterii liberationem perducatur, vel militum ab eo auxilia instanter exposcat. Alioquin & Monasterium in proximo destruendum, & Principatum sibi pariter amittendum ostendat. Præbitis igitur à Principe abundanter universis, quæ illi erant in itinere necessariis, duobus tantum Fratribus, & aliquot servientibus Abbas acceptis, marino itinere (4) ad Romanum portum devenit, ubi fracta navi, & universis, præter solos homines, quæ ferebat, amissis, à quibusdam Romanorum nobilibus honorificè Romam deductus, ibique aliquandiu remoratus est. Post hæc præfati nobiles, equos illi, & quæque itineris necessaria satis liberaliter concedentes, eumque proficiscentem honorabiliter deducentes, arreptum iter peragere non segniter adhortati sunt. Illo itaque ultra montes profecto, gravis eodem anno Aquinenses vexare pestilentia cœpit, & uno de Comitibus Siconolfo nomine interempto, ad duo millia quingentos numero promiscui vulgi consumpsit. Prædicti igitur

- (c) deficit, Comitibus.  
 (d) Abbate.  
 (e) deficit, huic Casinensi Cœnobio subditi illi Abbatiam regendam.  
 (3) Aquini Comitibus. Adenulfus enim pro Abbate commutatus.  
 (4) Ubi olim Portuensis civitas, nunc præter piscatorum mapalia, & Turrim, domumque Episcopi, nihil extat antiquæ urbis.  
 (5) Cap. 65. lit. f.  
 (6) Osiensis scripserat Abbate, & paulò infra

A Adenulfus, & Lando defuncti Comitibus fratres divinitus se percuti ob Abbatis injuriam pervidentes, moxque ad Monasterium ligatis collo restibus properantes, magnis se vocibus in tantum virum graviter deliquisse, & tam venerabilem locum nequiter parvipendisse confessi, præfatum Sancti Angeli oppidum Monachis refutarunt. Protinus ergo Fratres nuntium super hoc Abbati transmittunt, utque reverti ad Monasterium debeat, adhortantur. Qui cum reversus, quingentis se comitantibus ex Lombardia militibus, esset apud Patenariam cum Guaimario locutus, è vestigio ejus est consilio, gratiâ potioris exercitus ultra montes regressus. Per hos dies (5) Basilii Pandulfi Abbas à Constantinopoli cum eo reversus, iterum ad hoc Monasterium venit, & Aquinensium Comitum adminiculo fultus, per dies aliquot Abbatiam incubuit. Sed cum Normannorum exercitus à Guaimario contra Comites prædictos venisset, Basilii ingenti pavore perterritus, noctu per montana Aquinum transfugit, ibique aliquantisper est remoratus. Interea apud Salernum (6) defuncto (d) Præposito Monasterii Sancti Benedicti, (e) huic Casinensi Cœnobio subditi, Guaimarius eundem Basilium accersiri fecit, ipsamque illi Cellam nostram regendam commisit.

C *Qualiter Abbas Richerius muros Sancti Angeli fecit dirui.*

#### CAPUT LXX.

P Post duos ferme annos, quod fuerat ultra montes profectus Richerius, iterum majori satis exercitu congregato rediit. Sed nec cum eis Normannos aggredi Guaimario placuit. Tandem itaque universos Normannos, qui terras Monasterii retinebant, Abbati jurare fidelitatem faciens, exercitum omnem ad sua remisit: Abbas verò ad Monasterium rediit. Inter hæc cum supradicti oppidani Sancti Angeli adhuc inquieti consisterent, & Aquinenses ad se recipiendos rursus sollicitarent, Abbas reminiscens qualiter olim suæ captionis tempore à se defecissent, congregatis Normannis idem oppidum adiit, captisque, ac deprædatis cunctis ejus primoribus, (1) muros in circuitu à fundamentis evertit, sicque demum hætenus infidos, & inquietos, deinceps, manere quietos coegit:

*Qualiter Normanni ceperunt Castrum Sancti Andrea, & rehabuerunt ipsum virtutibus Beati Benedicti.*

#### CAPUT LXXI.

E P Orrò demum (a) Normannis arcem, quæ nunc Sancti Andrea dicitur, in suum refugium ædificare aggressis, mandat Abbas ab incepto desistere, sed nullam inde obedientiam,

*Abbatiam. Petrus maluit Præposito, & Cellam, hoc est Præposituram. Sed ex cap. 14 lib. 3. colligi potest Monasterium Salernitanum hoc tempore per Abbatem regi consuevisse. Petrus verò, vel quisquis fuerit, ad jura Monasterii Casinensis respexit, cujus Monasteria à Præpositis regebantur.*

IN CAPUT LXX. NOTÆ.

(1) Quos non multo post instauravit cap. 74.

IN CAPUT LXXI. NOTÆ.

(a) Normannis porrò nostris.

tiam, nullam illi reverentiam voluerunt habere. Cernens itaque Abbas nullo se modo proficere, & Normannorum cotidie vires accrescere, decernit ultra montes ulterius huc non regressurus abire. Sed cum hoc illi à suis omnino dissuaderetur, potiusque sumendum consilium qualiter se (1) de tam manifestis perjuriis suis cum auxilio Patris Benedicti (2) defenderet. Ecce nutu Dei non post multos dies Comes illorum Rodulfus nomine, non paucis se militibus comitantibus, ad Abbatis curiam venit, eundem; ut tunc putatum est, Abbatem seu capturus, seu occisurus: sed dolor, immo dolus ejus conversus est in caput ejus. (3) Cum enim foris Ecclesiam, juxta consuetudinem, armis depositis, eandem Ecclesiam, cum omnibus pariter oraturus intrasset, repente Monasterii servientes infimul omnes conveniunt, equos, & arma illorum capiunt, januas Ecclesiae claudunt, & campanas omnes simul pulsare incipiunt. Quod subito audientes reliqui civitatis homines valde perterriti, diversis undique armati telis (b) accurrunt, & reaseratis Basilicæ portis ingressi (4) Normannos solis spatii armatos invadunt, eosque nunc sese defendere nitentes, nunc fidem Dei, quam ipsi dudum parvi pendentes infregerant, frustra suis precibus implorantes, fugientibus cæteris, quindecim ex illis obruncant, solum Comitem salva manu supervenientes Monachi capientes, eumque vix à tumultuaria manu eripientes, mox illum fursum apud Monasterium trudendum in custodiam mandant. Quo facto, universam protinus Terram in circuitu peragrantes, ac subita formidine captos homines aggredientes, præter castellum Sancti Victoris, &

A prædictam arcem Sancti Andree, universam ferè eo die, Deo auxiliante, recipiunt. Deinde nichil morandum rati, Comites Marsorum, & filios (c) Borelli, cæteroque Monasterii fideles in auxilium advocant, & prædicto Sancti Victoris oppido post paucos dies recepto, ad Roccam Sancti Andree, in qua & uxor prædicti Comitis, & Normanni cæteri se contulerant obsidendam, expugnandamque proficiscuntur. Cumque per dies ibi ferme XV. refedissent, & tam loci munitio- ne, quam commanentium repugnantia prævalere minimè possent, stomachati tandem Fratres, qui aderant adversus obsidentes, jam quasi nona (d) hora diei. (5) Quid, inquirunt, moras in dies tertis, & non nil omnino agentes frustra tempus consumitis? Insurgete tandem, & omnes unanimiter arcem aggredimini, nihilque trepidetis; contra inimicos siquidem Dei, contra perjuros nostros, contra latrunculos denique non plurimos vobis pugna est. Aderit Deus, & Pater Sanctissimus Benedictus, qui & adversariis nostris fidei, ac perjurii reis dignam confusionem, & victoriam nobis de justitia præsumptibus afferat. (6) Hac adhortatione vehementer accensi omnes mox arma corripunt, omnique conamine ab intus adversariis resistentibus, lapidibus, telis, atque missilibus arcem adoriuntur. Mira dicturus sum: sed absque ulla profus cunctatione verissima. Denique cum, ex utraque parte viritim lapides, ac jacula mitterentur, Normannorum tela, seu quælibet missilia de intus venientia nostris permixta, veluti à vento quodam valido introrsus reducta, in eos qui sese mittebant, retorqueri, & plurimos fauciare cœperunt. Quod

(b) accurrunt, & rumore capiendi Abbatis vulgare turbati, mox reaseratis.

(c) Borelli.

(d) Hora diei, apparuit quidam vir honestæ pulchritudinis, adhortans eos, dixit: Quid. Eadem videntur manu hac ad libri oram addita.

(1) Nam fidelitatem illi juraverant capite præcedenti.

(2) Nonius, defendere, vindicare, depellere. Ennius; *Serva cives, defende hostes cum potes defendere*: Judith primo. *Tunc indignatus Nabuchodonosor Rex adversus omnem terram illam, juravit per thronum, & regnum suum, quod defenderet se de omnibus regionibus his, hoc est, ulcisceretur.*

(3) Lib. 3. cap. 2. *Ibi que, causâ orationis, ingressi, equos, & gladium, quo idem Desiderius tunc erat accinctus, præ foribus relinquunt. Etiam Imperatores, Ecclesiam ingredientes, arma deponebant. Theodosius junior; Nos, inquit, qui legitimi Imperii armis semper circumdamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non convenit; Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus; & ipsum diadema, Regia Majestatis insigne, humiliter deponimus; & sacra Altaria munerum tantum offerendorum causâ, accedimus: quibus quoque oblati, ad extimum, communemque atrium mox nos recipimus. In Concilio nihilominus Salengastadiensi can. 8. sancitum, ut nemo gladium in Ecclesia portet, regali tantum excepto. Custoditur etiam num Casini pius hic ritus; semper custodiendus.*

(4) Alia ergo arma; non tamen spathas, deposuerant ante ingressum Ecclesiae: Arma nempe majora, scutum, & lanceam, quæ armorum nomine propriè veniunt; & tunc veniebant. Leges Langob. lib. 1. tit. 40. l. 2. *De Armis intra patriam non portandis, idest, scutis, & lanceis, & loriceis; & si Faidosus quis fuerit, discutiat, &c. lib. 2. tit. 47. l. 1. ut nullus ad mallum, vel ad placitum*

infra patriam, idest, scutum, & lanceam portet. Faidosus, idest, inimicitiam habens, nam Faida inimicitia ex eisdem legibus. Victor Uticensis lib. 1. *Introierunt evaginatis spathis. Arma alii corripunt, ubi spathas ab Armis distinguit. Petrus Diaconus infra lib. 3. cap. 44. Per castra armati. Dein, quasi explicans, subdit, Cum lancea scutatus. Servius ad illud 4. Æneid.*

D

— *Et arma viri thalamo, quæ fixa reliquit.*

Arma, inquit, dicit gladium abusive: nam ait paulo post, ensesque relictum. Propriè enim arma sunt, quæ armos tegunt, hoc est scutum: unde ipse ait.

*At Lausum focii exanimem super arma ferebant.*

Hinc Tarpeia necata dicitur armis Sabinorum, scilicet scutis.

Isidor. lib. ultimo cap. 5. *Arma propriè dicta sunt, quod armos tegunt, idest, humeros, ut*

*Latos huic basta per armos*

*Acta tremis* —

Hinc quoque arma gentilitia, quia in scutis pingebantur initio. *Ancilia arma, scuta Saliarum. Aliquando tamen Arma pro omnibus militaribus instrumentis, licet abusive, ut ait Servius, accipiuntur, quo sensu Auctor noster paulo ante dixerat Armati telis.*

E

(5) Verba hæc à Fratribus, qui obsidentibus aderant, enunciata refert series utriusque Codicis. Verùm ad oram Codicis B. ejusdem ferè manus scriptura, sic legitur. *Jam quasi nona hora diei, apparuit quidam vir honestæ pulchritudinis, adhortans eos, dixit, quid, &c. Et sanè id requirere videretur sensus narrationis, cum ait, jam quasi nona hora diei.*

(6) Militares animi quantum concionibus incitentur, ipsa nominis notio satis indicat: *Concio enim à conciendo dicitur, quod est commovendo. Cito quippe moveo: sicut à Lego est Legio: à rego, regio: quamquam proprius concio sit cæcus convocatus ad orationem audiendam: minus propriè, ipsa oratio. Vofs.*

Quod Normanni (e) cernentes, & voluntati Dei contraire ulterius non valentes, arcem protinus reddunt, seseque Monachorum manibus tradunt, à quibus vix defensari (f) inermes ad socios Averfam aufugiunt, equi eorum, arma, atque pecunia hostibus universa permilla, (g) statuentibus deinde Averfanis lociorum injurias vindicare, Guaimarius obstitit: sicque Beati Benedicti ope, & meritis suo juri terra hæc ex integro restituta, ex tunc, & deinceps à Normannorum infestatione Dei miseratione quiescit. (7) (h) Acta sunt autem hæc de Normannorum expulsionem anno Domini millesimo XL. (i) quinto.

*Qualiter Beatus Benedictus dixit cuidam de Cervario, quod propter ingratitude fratrum discessit à Monasterio.*

## CAPUT LXXII.

**D**Enique, ut hæc omnia Benedicti Patri voluntate, & auxilio gesta credantur, nocte ipsa, quæ diem istam præcesserat, cum quidam rusticus de castello Cervario, nomine Jeronimus, in domo sua quiesceret, videbat in somnis se per viam, quæ à castro Mortula ducit, redire. Cum ecce subito quidam Monachus reverendi (a) admodum habitus, quasi fessus itinere; virgam manu gerens, illi in via conjunctus est. Cumque pariter incedendo ad bivium pervenissent, unde ad villam Sancti Andreæ (b) divertitur, rogat socium Monachus, ut pro labore itineris parum quiescant. Quibus residentibus, unde tam lassus veniret, Monachum rusticus percunctatur. (1) Ego, inquit, (2) jam diu est, quod in (c) monte illo Casini Monasterium construens, cum Fratribus habitavi: sed cum valde michi ingrati existerent, jam illorum molestias ferre non valens, recessi ab eis, & (d) Jerusolimam abii, ibique jam (3) per quadraginta, & amplius annos cum Beato sum Stephano remoratus. (4) Nunc autem frequentibus eorum nuntiis, ac precibus evocatus redii, & si quidem deinceps mores suos correxerint, ibidem cum illis habeo commorari: sin autem confestim viâ, qua veni, regrediar. Perquisitus de nomine, quod Frater Benedictus appellaretur, respondit, & iterum surgentes, viam incipiunt. Cumque

- (e) cernentes stupore maximo capiuntur, &c.  
 (f) inermes, ac seminudi Averfam reversi sunt.  
 (g) deficit, statuentibus, &c. usque ad illa: sicque.  
 (h) deficit, Acta &c. qua habentur ad finem cap. seq.  
 (i) quinto, mense Majo Ind. XIII.  
 (7) Ex Desiderio 2. Dialog. circa finem. Adde ex alio Codice. Mense Majo Indiſt. 13. qua congruit anno 1045.

## IN CAPUT LXXII. NOTÆ.

- (a) admodum vultus.  
 (b) vertitur.  
 (c) Monte illo, illo simulque Montem hunc digito designabat, Monasterium.  
 (d) Jerusolimam.  
 (e) vel admodum resistente.  
 (1) Permutata ultima litera, ut alibi observavimus.  
 (2) Energiam sanè majorem, & enargiam præfert Codex B. In monte illo, illo, simulque montem hunc digito designabat.  
 (3) Ex quo nimirum Casinensis Monasterii fortunæ plurima infortunia acciderunt; quibus Monastica conversatio, quæ quietem desiderat,

**A** viam illam, qua ad Sanctum Andream pergitur, Monachus fuisset ingressus, & quò tenderet, fuisset à rustico percontatus. Hæc, inquit, vado, quoniam in Arce hac proxima michi aliquid est agendum. Experrectus rusticus retulit Domino suo Mainardo Archiepresbytero, quod viderat, somnium, & die sequenti Arx eadem ordine supraſcripto recepta est. Hodieque supersunt aliqui ejusdem Arcis incolæ, qui asserunt in ipso gravi utriusque partis conflictu, vidisse se quendam Monachum viriliter contra Normannos pugnantem, suosque enixius confortantem, cum nemo, qui tunc aderant, Monachorum, se illi pugne miscuerit. Item ante non multos dies, cuidam alii rustico visum pervisum est, quòd Pater Benedictus (5) virgâ, quam manu gestabat universos Normannos hujus dumtaxat Terræ incolas insequendo, ante se ageret, eosque severissimè verberans, cum maxima ignominia de hac Terra procul eliminaret, nullo sibi, (e) vel ad modicum resistente.

*De quorundam Oblationibus, Ecclesiis, seu Libellis.*

## CAPUT LXXIII.

**C**(a) **H**Oc tempore quidam viri nobiles de Asculo, idest (1) Rolandus, & Atto, & (b) Tedericus, & alter Rolandus obtulerunt Beato Benedicto de causa juris sui duo castella, quorum unum, dicitur (2) Decinianum, aliud Tribilianum, cum Ecclesiis, & cum universis omnino pertinentiis, ac possessionibus prædictorum castellorum, nec non & totam portionem suam de Castello, qui vocatur Cabine, & alias per diversa loca possessiones nonnullas, quæ est terra modiorum circiter duo milia. Hic Abbas fecit libellum (c) Dayferio Comiti de Larino de omnibus Ecclesiis, & rebus hujus Monasterii, quæ erant in eodem Comitatu, & in pertinentia Thermulensi pro censu annuo centum (d) bizanteorum. Eodem tempore. (3) Corbe quidam Aprutiensis obtulit Monasterio Beati Benedicti, quod situm est in eodem Comitatu juxta fluvium Trontu, & huic Cenobio subjacet, totam portionem suam de castello, quod dicitur Fanum, & de monte Domnelli, cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis earundem portionum suarum, quod sunt modia terrarum tria millia. Simili-

nium perturbata, regulari disciplina vacare minus potuit.

- (4) Preces enim internunciarum sunt nostrum ad Coelites. Sacerdotes etiam orantes pro populo, internuncii dicuntur populi ad Deum.  
 (5) Pado, scilicet, Pastoralis. Divinitus autem immisum hoc visum, an somnium pii hominis fuerit? non diffinio. Certè à Desiderio quoque dialog. lib. 2. narratur hæc Normannorum expulsio: sed sub Atenulfo Abbate.

## IN CAPUT LXXIII. NOTÆ.

- (a) descripta hæc habentur superius cap. 66.  
 (b) Tedericus.  
 (c) Dauserio.  
 (d) bizanteorum.  
 (1) Regeſt. num. 377.  
 (2) Ira legit Regeſtum, non Decinlanum, ut legit Lauretus. Verum tamen est, Langobardos Characteres vix distinguere litteram L. ab I. Lege etiam Cabine non Cabino. Chartula autem hæc in Regeſto non est expressa in forma oblacionis, sed in forma acceptationis, à Richerio Abbate, & Monachis juridicè facta.  
 (3) Num. 375.

militer etiam fecit quidam (4) (e) Tedericus Asculanus de integra portione juris sui de duobus Castellis, idest Pomonte, & (5) Octavo, terra videlicet modiorum IV. millium. (f) Guaimarius post hæc cum jam ferme annus elaberetur, unâ cum Drogone Normannorum Comite, & cum multis aliis Capitaneis, ad hoc Monasterium venit, & eorum supplici valde rogatu, ut (g) prædictus Comes absolveretur, vix tandem impetratum est; sacramento ab eodem prius exacto, ne umquam ulterius de aliqua hujus Monasterii pertinentia conquirenda se intromitteret, neve Abbati, vel alicui ex parte hujus Cœnobii (6) talionem pro hujuscemodi factu seu merito aliquando, retribuere, sicque tandem libertati redditus, & mille tarenis, qui ea die à prædictis Capitaneis oblari fuerant, ab Abbate donatus, ita ad focerum est Averfam reversus.

*De Munitionibus Castellorum, & Ponte Sancti Angeli in Theodici.*

CAPUT LXXIV.

Abbas autem jam dudum suspectam habens Normannorum nequitiam, singula Monasterii Castella muris in giro munivit, ibique (1) rusticos, qui hæcenus in villis habitaverant, manere constituit. Tunc etiam & (2) oppidum Sancti Angeli, quod ipse dudum destruxerat, muris amplioribus cinxit. (3) Juxtaque ipsum pontem optimum super Lirim fluvium fecit.

*Qualiter Cajetani Adenulfum Aquini Comitem evocarunt, sibi in Ducem præficiunt.*

CAPUT LXXV.

Præterea Cajetani ob invidiam Guaimarii, Adenulfum supradictum Aquini Comitem

- (e) Teodericus.  
 (f) statuentibus deinde Averfanis sociorum injurias vindicare, Guaimarius, & dissuasit, & obtulit. Dehinc cum jam.  
 (g) prædictus Rodulfus absolveretur, ac parentibus redderetur.  
 (4) Num. 376.  
 (5) In Reg. *Octavo*, ut alias.  
 (6) Parem vindictam, de eo Arist. 5. Ethic. cap. 5. in Codice Theodosiano lib. 9. l. 3. appellatur pœna reciproci. Placuit hoc jus Rhadamanto, & auctoribus legum duodecim tabularum. Mosaïca etiam lege probatum, *Dens pro dente, oculus pro oculo*.

IN CAPUT LXXIV. NOTÆ.

- (1) Distinguit Villas à Castellis, hæc enim muris, vel vallo munita; Villas verò dicimus ædificia in agro, sine muris & fossatis, quæ Villæ, seu Vici nullam habent juris propriam dictionem; sed subsunt alicui Castro, vel Civitati. *L. nonnulli*. §. fin. de Episcop. & Cleric. & in ff. ad mun. l. 1. §. *Qui ex Vico*. Bartolus in Extravag. *Qui sunt rebelles*. At Galli Urbes etiam *Villas* vocant, observant huc, Castra Casinenfis ditionis non à Civibus, sed ab Abbate, & Monachis constructa incommodum rusticorum, qui Monasterio serviebant, ut coloni.  
 (2) Supra cap. 70.  
 (3) Fluvium Sancti Germani semper *Lirim* vocat: *Carnellum* verò, qui Latinis *Liris*. Pontem à Richerio factum, nullum nunc habet fluvium, lib. 3. cap. 24. interruptus scribitur.

IN CAPUT LXXV. NOTÆ.

- (a) Pandulfus interea in nequitia adhuc pristina, *Tom. IV.*

A evocant, sibi que illum in Ducem præficiunt. Quo audito, Guaimarius mox illuc exercitum destinat. Sed his impiger obvians Adenulfus, cum primo impetu aliquantos illorum fudit, ipse protinus captus est, atque Guaimario deportatus. (a) Pandulfus demum expulsos hinc Normannos accersit, eis que universam hujus Monasterii terram, de qua projecti fuerant, facile se restitutum promittit, si ei contra Guaimarium ferre vellent auxilium. Quibus id libentissimè pollicentibus, mox adunato tam illorum, quam sociorum non parvo exercitu, Terram istam ingressus, (1) ad primum Oppidum Sancti Petri in Flea tentoria figit, futurum, ut, nisi Deus impediret, cunctam ex integro Terram pervaderet. Iterum igitur fuga, iterum tribulatio, & pavor ingens aded totam Terram invadit, ut (b) aliquantorum fidelium domus fursum juxta Monasterium ad ejus defensionem tunc fuerint ordinatæ, & quia jam nullum ab homine sperabant auxilium, mandat Fratribus Abbas, ut opem super hoc divinam expeterent, & discalciatis pedibus cum Lætaniis (2) per omnes montis Ecclesias pergerent, Cognitis his Adenulfus mandat Guaimario, ut si se dimittere vellet, ipse protinus Pandulfi incepta destrueret, sibi que fidelitatem perpetuam, & Monasterio Beati Benedicti omnimodam defensionem jurare inviolabiliter spondet. Nam quia sororem Teanensium Comitum, quam idem Pandulfus in captione habebat, pro absolute Adenulfi reddere noluerat, propterea (c) contra illum valde, & merito commotus erat, (3) se pro fœmina recollectum non esse, nimium conquerens. Factum est, & dimissus Adenulfus pacto, quo idem statuerat, ad Abbatem protinus venit, rem omnem aperuit. Mane cum maxima letitia cunctorum ad Monasterium ascendit, ac super Altare Beati Benedicti (4) aureum calicem Imperatoris, & pluviale diasprum, quæ à prædicto Pandulfo jam dudum in pignus acceperat,

- D & in locis istius priori odio permanens, expulsos.  
 (b) aliquantorum militum circa monasterium.  
 (c) contra eundem Pandulfum.  
 (1) In diplomatibus Pontificum, & in Regesto Petri innumeris locis appellatur Sanctus Petrus in Flea, vel in Flia: Ita fortè tunc vocato monte, cui adjacet. Lauretus maluit *Sancti Petri in fine*, & revera de Sancto Petro in fine (sic nunc appellato) loquitur Ostiensis. Hæc tamen appellatio ex vulgi pravitate, omnia corrumpentis, ortum duxit, efferendo *Fine* pro *Flia*, Sordidæ quippe plebi melius olet cœnum, quam unguentum. Tradunt quidam; Sancto Petro in fine inditum fuisse nomen, propterea quòd, cum Apostolorum Princeps Romam pergeret, à fidelibus, qui illum è navi egressum exceperant, usque ad hunc locum deductus fuerit: ibique constructa dein Ecclesiam in honorem Apostoli, nomen sortita sit *Sancti Petri in fine*, in fine scilicet hospitalis illius deductionis. Meræ nugæ, anilesque fabellæ. Inutiliter enī quarunt nominis derivationem, cujus una vulgi corruptela fons exitit, pravumque seminarium.  
 (2) Ex vetustis his Ecclesiis, solæ supersunt Sanctæ Crucis, & Sancti Severi, Sanctæque Agathæ prope Cœnobium, quæ tamen aded antiqua non est, constructa nimirum ab Andrea Abbate anno 1313. quo etiam tempore plantata fuit Vineæ Sancti Honorii.  
 (3) Militari ritu pares paribus commutantur. Quod igitur Pandulfus imbelli muliere strenuum ducem redimere noluisse, merito Adenulfus querebatur.  
 (4) supra cap. 61.

D d d



rat, devotus reposuit. Ibi eum Abbas, & equo optimo, & armis præcipuis, (5) cum insigne pulcherrimo donans, Monasterii defensorem illum constituit. Mandat protinus Pandulfo se esse reversum, defensorem se Monasterio datum, quàm citiùs potest, de Monasterii finibus exeat, nisi fortè velit, ut ipse turpiter illum expellat. Nullatenus id credente Pandulfo intra biduum Adenulfus tam ex propinquis, quàm ex amicis exercitum non modicum aggregat, & congressurus die altera cum Pandulfo (6) in campo, qui ad Perticellas vocatur, tentoria locat. Quo viso, (d) Pandulfus statim confusus recessit: (7) Adenulfus verò, cum pace ad Gajetanum Ducatum, quem Guaimarius illi firmaverat, rediit.

*De Morte Comitis Rodulfi, qui primo die ante mortem proposuerat mala facere in terra Monasterii.*

## CAPUT LXXVI.

Post hæc suprædictus (1) expulsum Comes Rodulfus, sicut est genus infidum, & avaritiæ inexplebilis, oblito, immo parvipenso sacramento, quod fecerat, cum quibusdam suæ nequitiae sociis, statuit in Terram istam prædatum venire. Cùmque hoc apud illos firmiter decretum fuisset, deque hoc consilio certus nuntius, ut caveret, ad Abbatem venisset, die illo, quo id se facturum statuerat, manè subita morte necatus repertus est. Quo facto tam ingens terror reliquos Normannos pervasit, ut ulterius, neque invasionis, neque prædationis gratiã in hanc terram (a) venire præsumerent. Denique ad manifestam hujus sancti loci vindictam, centum & quinquaginta ejusdem Comitis Normanni (2) milites, intra ipsum fermè biennium diversis in locis diversa morte consumpti sunt.

*De Ammissione Roccæ Bantræ, & qualiter Monasterium recuperavit eandem.*

## CAPUT LXXVII.

Cuidam post hæc propinquo suo nomine Ardemanno, quem in Rocca, quæ Vanttra dicitur, Abbas ad custodiendum posuerat, Teanenses Comites, & munera maxima, & sororem suam daturus se in conjugium, si Roccam eandem illis traderet, instantiùs polliceri, callidus ille cuncta promittere. Nocte condita venientes, eos clam intromit-

- (d) Pandulfus, & tandem eorum, quæ sibi mandata fuerant, credulus statim.  
 (5) *Insignia, Bandiera.* Ducem enim, & defensorem Cœnobii illum statuebat.  
 (6) appellatione nunc desita.  
 (7) Electione quidem Cajetanorum Ducatum adeptus fuerat: Principis verò auctoritate illi firmatum.

## IN CAPUT LXXVI. NOTÆ,

- (a) venire apponerent.  
 (1) *Expulsum* à Casinensi ditione, ut cap. præcedenti.  
 (2) Vide, quæ infra ad lib. 4. ad quorum sensum accipe nomen *militis*.

## IN CAPUT LXXVII. NOTÆ.

- (a) *desicit*, quos pariter ad eum miserat.  
 (b) prædicti Laidulfi.  
 (c) præsentem, invito etiam Abbate.  
 (d) erant, viso Domino suo Abbate, simulque ab eo.

tere spondet. Cùmque ad locum, & horam dispositam ventum fuisset, Laidulfum unum ex eisdem Comitibus cum aliquot militibus intromittens, portas subito claudit, universosque illos pariter in vincula coniecit, cæteri verò repulsi, ad sua sunt, cum digna confusione reversi. Postmodum verò rogatus à Guaimario Abbas per Guidonem fratrem suum, & Comitem Rainulfum, (1) & Leonem de Manso illustrem virum, (a) quos pariter ad eum miserat, ut Comitem fratribus redderet, nequaquam congruum ducens tantorum virorum spernendas preces, accepto à (b) prædicti Comitis fratribus sacramento, ac refutatione, cum obligatione centum librarum auri, fecit quod fuerat postulat. Quam rem prædictus Ardemannus indignissimè ferens, seque in eadem Rocca proinus rebellans, Normannis eam tradere minabatur. Abbas verò nequaquam moratus, congregatis aliquot militibus, ad Roccam accessit, eundemque Ardemannum ad colloquium suum descendere, multis precibus, ac pollicitationibus, vix aliquando tandem optinuit: sed cùm magnis rationibus, maximisque blanditiis illi satisfacere, & eum placare nullatenus posset, cernentes hoc qui cum Abbate erant milites, eum protinus capiunt, & nisi Roccam illis quantocius reddat, mortem illi (c) præsentem minantur. Cùmque vir pessimus nec sic adquiesceret, seque malle necari, quàm Roccam reddere testaretur, eundem mox super crates ligneas alligantes, ad expugnandam Roccam unanimiter armis instructi accedunt, cùm nequam ille, diabolo plenus, suis vociferando clamaret, ut prius ipsum opprimerent, quàm Roccam alicui redderent. (2) Illi autem, qui in arce (d) erant ab Abbate commoniti pariter & exterriti, mox portas aperiunt, & Abbatis prostrati pedibus, Indulgentiam postulantes, Roccam illi sine mora restitunt.

*Qualiter ad petitionem Regis Ungariæ Abbas ad partes illas Monachos destinavit.*

## CAPUT LXXVIII.

(a) Circa hoc tempus (1) sanctæ memoriæ Stephanus Ungariæ Rex, qui gente sua ad Christi fidem conversa, (2) multis post mortem virtutibus claruit, auream crucem valde pulchram Sancto Patri Benedicto direxit, multis Abbatem efflagitans precibus, ut de Fratribus loci hujus aliquot sibi ad Monasterium in illis partibus ordinandum, mittere non differret. Ad quem, cùm Abbas ne-

- (1) De titulo illustris supra ad cap. 13.  
 (2) Codex B. addit *Viso Domino suo Abbate*; Ingenua enim est subditorum animis erga legitimum Dominum arcana quædam reverentia, quam sola præsentis majestatis Dominus extorquet; dummodo non sit Tyrannus; tunc enim præsentia irritat potiùs animos, & ad vindictam commover, præsertim armatos.  
 IN CAPUT LXXVIII. NOTÆ.

- (a) *descripta hæc habentur superius cap. 66.*  
 (1) Uxor ejus Gisla, Henrici claudi Imperatoris soror, maritum ad fidem traxit; simulque Regis ad exemplum populos Ungarorum. Stephanus ei nomen in baptisate impositum.  
 (2) *Virtutibus*, hoc est, *Miraculis*. Evangelico sensu, Math. 14. *Ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Marci 6. & non poterat ibi virtutem ullam facere; nisi paucos infirmos, impositis manibus, curavit. Colitur sancti hujus Regis memoria 20. Augusti.

nequaquam negligens, (3) duos de prioribus hujus Monasterii Fratribus transmississet, jam eo defuncto, (4) Salomon filius ejus, qui in Regno illi succederat, honorificè nimis eos recepit, & quinque pluvialibus optimis cum aliis non paucis donis illos remunerans, ad Abbatem remisit.

*Qualiter Imperator Henricus cepit tractare de bono statu Romanæ Ecclesiæ.*

CAPUT LXXIX.

**A** Pud Romam (a) præterea, (1) cum Papa Benedictus per annos XII. Romanam Cathedralam (b) sedisset, à Romanis expulsus est, & (2) Johannes Savinensis Episcopus, cui positum est nomen Silvester, non tamen gratis in Romanum Pontificium subrogatus. (3) Qui cum trium ibi mensium spatio (c) præfuisset, expulsus Benedictus, propinquis suis Tusculanis proceribus annitentibus, Silvestro repulso, Romanam Sedem iterum

**A** occupavit. Nec multò post invifum se cunctis aspiciens, (4) cuidam Archipresbytero, Johanni nomine, qui quasi religiosior (d) habebatur, Papatum tradidit, ipse liberè deinceps cupiditates suas exerciturus in paternam domum recessit. Jam duobus annis, & mensibus octo prædictus Archipresbyter, cui Gregorii nomen in Papatu est inditum, Apostolicæ Sedi præfederat, cum (5) (e) Henricus Imperator Chuonradi filius tot de Romana, & Apostolica Sede nefandis auditis, cœlitus inspiratus, anno Domini Mil. xl. VII. Italiam ingrediens, Romam accelerat. (6) Qui de tanta hæresi Sedem Apostolicam desiderans expurgare, (7) Sutri restitit, & super tanto negotio deliberaturus, universale ibi Episcoporum Concilium fieri statuit. Misit ergo, & (8) magna inibi Episcoporum, seu Abbatum, ac Religiosorum virorum multitudinem congregata, (9) Romanum quoque Pontificem, qui eidem Concilio præsideret, decenter invitat. Quid multa? (10) Concilio habito. & Synodicis, Canonicisque sententiis

con-

(3) Senioribus videlicet.

(4) Joannes Turocius in Chron. Ungarorum, Stephano successorem in Regno dat Petrum. Salomonem verò Andree patri. Illum, consule. Leo sanè noster de rebus, non longè ab ævo suo distans, hic scribebat.

IN CAPUT LXXIX. NOTÆ.

(a) Præterea Romæ cum Papa.

(b) obsedisset potius quam sedisset.

(c) spatio fuisset.

(d) habebatur, pecuniâ ab eo acceptâ permaximâ, Papatum vendidit.

(e) Henricus.

(1) Nonus. De quo supra cap. 62. in fine. Hunc impuberem electum fuisse, scribit Glaber Rodulfus Cluniacensis: Auctor noster filet; neque id prodit Desiderius, ex quo Ostiensis; neque Hermannus Contractus. Sanctus Bartholomæus Abbas Cryptæ Ferratæ in vita Sancti Nili Magistri sui, Benedictum nonum juniorem quidem, non tamen impuberem. Scribit. *Cum junior, inquit, esset, quod utinam minimè unquam contigisset, voluptatibusque succumberet.* Post hæc subdit, Sanctum Nilum, reconciliatorem adhibitum à Pontifice pœnitente; dixisse illi. *Tibi sacris præsidere non licet; at desistere potius: quodque irritasti peccando divinum Numen, placare: qui rem minimè distulit, nec in longum protraxit; sed repente, sede relicta, privatam vitam agebat: atque hunc quidem in modum se gessit Pontifex.*

Certum tamen est, prædictæ laudabilis pœnitentiæ Benedictum turpiter pœnituisse. Nam dimissam Cathedralam postliminio invasit, ut cap. 81. & hic.

(2) Pontificium Lauretus vertit in Pontificem.

(3) Subaudi spatio ex Codice B. Alii duos menses.

(4) Vendidit, scribit Codex Leonis. Archipresbyter Cardinalis Sancti Joannis ante portam Latinam fuisse perhibetur Joannes, cui Gregorii nomen impositum in Papatu.

(5) Scrupulosè Matthæus pro Nefandis, legi voluit *Perturbationibus*: At tota hujus capituli ferie à Desiderio lib. 3. suorum Dialogorum. ferè ad verbum excepta est; ut mox Desiderium audientibus, constabit.

(6) Simoniacam labem hæresim appellat Leo, tum hic, tum alibi. Petrus Diaconus lib. 3. cap. 69. Guibertum Simoniacum non veretur Hæresiarcham dicere, & cap. 70. non semel. Nec alia mente Gregorius lib. 7. Epist. 110. 113. 114. Alexander quoque tertius Octavianum, & Guidonem Antipapas vocat Hæresiarchas, in Concil. Later. Petrus Damiani sæpe, & signanter lib. 1. Epist. 19. *Quia tunc simoniaca vigeat hæresis*, & lib. 2. Epist. 2. aliique passim.

Sanè, si rigorosè nomen usurpetur, simonia non est formaliter Hæresis, fidei divinæ opposita. Quippe non involvit necessariò, &

Tom. IV.

per se, errorem intellectus, quemadmodum involvit Hæresis: sed committi potest ex prava tantum intentione, inordinatoque affectu, absque errore speculativo. Unde D. Thomas 2. 2. quæst. 100. art. 1. ad 1. *Simoniam, ait, vocari hæresim, quoad externam professionem: quia, qui donum Spiritus Sancti vendit, profitetur se esse doni Spiritus Sancti Dominum.* Quod est hæreticum. Angelico Magistro consonat Glossa in cap. *Firmissimè*. De Hæreticis: notans, simoniam vocari *Hæresim* latè, non propriè. Bruno etiam noster infra lib. 4. cap. 42. à pluribus Conciliis hanc labem *Hæresim nominatam* testatur. Yvo Epist. 238. & DD. communiter, utique in hoc sensu. Fortè etiam pestis hæc dicta est Hæresis à sua primæva origine; quòd ex Hæresi primùm orta est: & qui illam exercet, primùm illum novi testamenti hæresiarcham, magumque Simonem imitatur. Vel denique ex concomitantia. Ferè enim semper simoniam comitatur prava credulitas: & non rarò pessima omnium Atheismus.

In hoc ergo sensu Henricus Pater dicitur, de tanta hæresi Sedem Apostolicam expurgasse, in quo Henricus filius infra asseritur, Simoniacam Hæresim promovere, eo quòd Episcopatum, & Abbatiarum Nundinator esset. Confer, quæ notanda sunt lib. 3. in cap. 69. Legantur Baronius anno IV. Coquæus contra Mornæum Antidoro 41.

(7) *Universale* dicit, comparatione particularis Synodi: non verò quòd totius Christiani orbis Episcopos convocaverit.

(8) Jam enim consuetudo recepta erat, ut Abbates quoque ad Concilia convocarentur. Id verò, an de jure; an ex usu Abbatibus competat, Canonici juris consulti diffiniunt. Certè à septima Synodo Generali, & deinceps Abbates Conciliis semper interfuisse, testantur, & Doctores communiter, & plurimum acta Conciliorum: Votumque, ut ajunt, decisivum, in illis habuisse, & sua illis nomina post Episcopos subsignasse: à quo ritu non recessit Magnum Tridentinum Concilium, cui subscripserunt ex nostra Congregatione Casinensî, ante Ordinum Generales, quatuor Abbates.

(9) Gregorium nempe Sextum, qui potiora jura in Pontificatu habere videbatur.

(10) Falsò simoniæ postulatum Gregorium docet Baronius ad annum 1046. sed sponte cessisse Pontificatui ad conciliandam Ecclesiæ pacem, & unionem, exemplo Nazianzeni Gregorii: In eoque post secula imitatore habuit alium Gregorium Duodecimum. Ostiensis tamen proximus illorum temporum, & à Desiderio proximiori, quin imo cœvo accipiens, simoniacum illum appellat, atque convictum. Ut autem hoc, & simul tota hujus capituli historia illustretur; sit.

D d d 2

EX-

## EXCURSUS HISTORICUS.

*De Gregorio Sexto, aliisque tunc Romanis Pontificibus.*

Quoniam, ut præmisimus, Auctor noster universam hujus capituli seriem ex dialogis Desiderii defloravit, ipsum Desiderium, copiosius eadem describentem, audiamus; lib. 3. initio.

Expletis duobus, Christi gratia comitante, libellis, quos de mirabilibus Dei, vel in hoc Cœnobio, vel in sibi subjectis cellis, ipso largiente, parratis, descripsimus, ad narrationem tertii, concedente Domino, veniamus. Et quia cætera, quæ extra hujus Monasterii claustra facta sunt, quæque visu, vel auditu percepimus, in aliis duobus libellis adhuc exaranda remanent, operæ pretium mihi videtur ab ipso capite Ecclesiæ exordium sumere, sicque postea feriatim, stylo prosequente, ad singula membra venire.

Dum igitur negligentiam Sacerdotum, maximeque Romanorum Pontificum, Italia à recto religionis tramite paulatim devians, labefactaretur, in tantum mala consuetudo adolevit; ut sacræ legis auctoritate postposita, divina, humanaque omnia miscerentur: aded ut populus electionem, & Sacerdotes consecrationem, donumque Sancti Spiritus, quod gratis accipere, & dare divina auctoritate statutum fuerat; datâ, acceptaque per manus pecuniâ, ducti avaritia venderent: itaut vix aliquanti invenirentur, qui non hujus simoniacæ pestis contagione scdati, mundi coram Deo, præcepta Dominica observantes, existerent. Itaque, cum vulgus clericorum per viam effrænatae licentiæ, nemine prohibente, graderetur; cæperunt ipsi Presbyteri, ac Diacones, (qui tradita sibi sacramenta Dominica, mundo corde, castoque corpore tractare debebant) Laïcorum more, uxores ducere, susceptosque filios hæredes testamento relinquere: nonnulli etiam Episcoporum, verecundiâ omni contemptâ, cum uxoribus domo simul in una habitare: & hæc pessima, & execranda consuetudo intra Urbem maximè pullulabat, unde olim religionis norma ab ipso Apostolo Petro, ejusque successoribus, ubique diffusa, processerat. Igitur, dum per aliquot annos nonnulli solo nomine Pontificum Cathedram obtinerent; Benedictus quidam nomine, non tamen opere, cujusdam Alberici Consulis filius, Magi potius Simonis, quam Simonis Petri vestigia sectatus, non parvâ à Patre in populum profligatâ pecuniâ, summum sibi Sacerdotium, vendicavit: cujus quidem post adeptum Sacerdotium vita, quam turpis, quam scdâ, quamque execranda extiterit, horresco referre: ea potius, qualiter omnipotens Deus in faciem Ecclesiæ suæ sit dignatus respicere, exordia enarrabo. Denique, cum rapinas, cædes, aliaque nefanda in Romanum populum aliquanta per tempora sine ulla dilatione ageret, congregati in unum Populi, quia ejus nequitiam amplius ferre nequibant, eum à Pontificatus Cathedra exturbantes, urbe pellunt, alterumque in locum ejus, Joannem, videlicet Sabinensem Episcopum, non tamen vacua manu, canonica parvipendentes decreta, substituunt. Qui tribus, non amplius, mensibus Romanæ usus est Cathedræ successione; Benedicto undique suis cum propinquis infestante Urbem, quia ex Consulibus terræ ortus erat, & in eis maximâ virtus, Urbe cum dedecore pulsus suum ad Episcopatum reversus est. Benedictus igitur, quod amiserat Sacerdotium, recepit, pristinos verò mores minimè mutavit, secundum quod scriptum est, *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Et quia durum est in corde veteri nova meditari, in eisdem pravis, & perveris operibus, ut antea, perseverabat. Cumque se à Clero simul, & Populo, propter nequitias suas contempti conspiceret, & famâ suorum facinororum omnium aures impleri cerneret: tandem, reperto consilio (quia voluptati deditus, ut Epicurus magis, quam ut Pontifex, vivere

volobat) cuidam Joanni Archipresbytero, qui tunc in Urbe religiosior cæteris Clericis videbatur, non parvâ ab eo acceptâ pecuniâ, summum Sacerdotium relinquens, tradidit: ipse verò in propriis se Castellis recipiens, urbe cessit. Interea Joannes, cui Gregorius nomen inditum est, cum duobus annis, & octo mensibus Sacerdotium administrasset, Henricus Rex, qui tunc Germaniæ, Pannoniæ, & Italiæ imperabat, ad suscipiendam de manu Romani Pontificis Imperialem coronam, quatenus deinceps Augustus appellari posset, Italiam ingressus, Romanam adiit Urbem. Sed antequam Urbem ingrederetur, plurimorum Episcoporum, necnon Abbatum, Clericorum quoque, ac religiosorum Monachorum in Sutrina Urbe Concilio congregato, Joannem, qui Gregorius dictus est, missis ad eum Episcopis, ut de Ecclesiasticis negotiis, maximeque de Romana Ecclesiâ, quæ tres simul tunc Pontifices habere videbatur, ipso præsidente, tractaretur, venire rogavit. Sed hæc de industria agebantur: jam enim dudum regio animo infederat, ut tres illos, qui injustè Apostolicam Sedem invaserant, cum consilio, & auctoritate totius Concilii, justè depellere, & unus, qui, juxta sanctorum statuta Patrum, Dominico gregi sollicitè præesset Clero, & populo eligente, cæterisque Pontificibus, Sutrium, ubi Synodus congregata erat, allectus spe, quod, aliis duobus depositis, sibi soli Pontificatus confirmaretur, gratanter perrexerit. Sed postquam eò ventum est, & res agitari, ac discuti à Synodo cœpta est, agnoscens, se non posse justè honorem tanti sacerdotii administrare, ex Pontificali sella exiliens, ac semetipsum Pontificalia indumenta exuens, postulatâ veniâ, summi Sacerdotii dignitatem deposuit.

Post hæc Rex, Urbem ingressus, congregato in Ecclesiâ Beati Petri Apostoli Romano Clero, & Populo, unâ cum Episcopis, qui in prædictam convenerant Synodum, communi consilio Clementem Bambergensem Episcopum elegerunt, quia in Romana Ecclesiâ non erat tunc talis reperta persona, quæ dignè posset ad tanti honorem sufficere Sacerdotii, eumque in Apostolica Sede ad regendum Dominicum gregem inthronizantes, constituunt, quo, non amplius novem mensibus sacerdotio functo, ex hac vita decedente, Damasus ex Germania ortus, fultus auctoritate regia, eidem succedens, Sacerdotium est adeptus. Qui non amplius, quam viginti, & tribus diebus Sacerdotio administrato, diem clausit extremum.

Huic successit Leo, de quo nobis est sermo præ manibus, Vir per omnia Apostolicus, regali genere ortus, sapientia præditus, religione conspicuus, omnique doctrinâ Ecclesiastica apprime eruditus; ac qui, quemadmodum scriptum est, cœpit invocare nomen Domini, quemque etiam vidi, cujusque familiaritatem habere merui; sæpè etiam eo in Ecclesiâ Missas celebrante, cum illo ad divinum altare, sacris indutus vestibus, steti, eique Evangelium legi. A quo omnia Ecclesiastica studia renovata, ac restaurata; novaque lux mundo visa est exoriri. Huc utique Desiderius; qui deinde ejusdem Leonis egregias virtutes prosequitur celebrare.

Ex his liquidè constat primò, Ostiensem fidem, non minus quam integrâ, & probatâ, hanc narrationem, ex Desiderii fonte, in suam historiam derivasse.

Deinde, inter tres illos, quos simul in solio Ecclesiæ Romanae habere videbatur, unum fuisse Joannem Archipresbyterum, cui Gregorius nomen inditum est; cuique, non parvâ acceptâ pecuniâ, Pontificatum Benedictus tradiderat. Modò videamus, quid Auctores alii senserint, idque demum cum Ostiensi, & Desiderii testimoniis conferamus.

Otho Frisingensis hist. lib. 60. cap. 32. & 33. quem sequuntur Panvinius in Epit. Pontificum, Baronius ad annum 1046. Ciaconius in Gregorio sexto, Coquæus, alique recentiores, distinguunt à tribus illis invaloribus Gregorium sextum. Nam Benedicto pulso, Silvester Tertius susceptus est, quo à Benedicto ipso Urbe exacto, alius Pontifex nomine Joannes

convictus Gregorius simoniacus, sponte sua Sede desiliens, Pontificalibus se infulis exuit,

A & terræ prostratus, (f) invasi honoris indulgentiam sibi concedi humiliter petiit. Quo facto

creatur, & ita tres Pontifices Romanam Sedem vexabant. Quibus, proborum hominum precibus, & pollicitationibus sacerdotiorum suorum jure cedentibus, quartus successus est Joannes Gratianus Archipresbyter S. R. E. Cardinalis titulo Sancti Joannis ad portam Latinam, Gregoriusque Sextus vocatus. Is vir bonus, & venerabilis, qui Romanæ Urbis statum miseratus, cum tres invasores, videlicet Benedictus Laterani, Johannes apud Sanctam Mariam Majorem, & Silvester ad Sanctum Petrum, Sedem Apostolicam sedarent, zelo pietatis ductus, singulos adiit, eosque Sanctæ Sedi cedere persuasit, Benedicto, qui majoris esse videbatur auctoritatis, redditibus Angliæ relictis, aliis duobus alios permittendo, ob hoc à cuncto Clero, Senatu, Populoque Romano, tanquam Ecclesiæ Dei liberator, die Kal. Maji Pontifex maximus factus, & Gregorius Sextus appellatus est, & hæc sunt, quæ simoniæ titulo objecta postea fuere Gregorio, cum tamen transactio illa cum tribus invasoribus, redemptio potius vexationis, ad pellendos intrusos Pontifices, quam emptio Pontificatus æstimari debere videatur.

B Certè Gregorium Sextum, à sanctissimis, & doctissimis ejus ævi Præsulibus tanquam legitimum Pontificem agnitum, habitumque fuisse, constat ex Petro Damiani lib. 1. Epist. 1. ad eundem Gregorium, qua illi congratulatur, quod Ecclesiæ Dei per ejus canonicam electionem, turpitudinum sordibus expurgatis, pristinum decorem consecuta est. Glaber verò ejusdem temporis scriptor, Gregorium summopere laudat. Post Benedictum, inquit, consensu totius Populi Romani ejectum, loco ejus subrogatus est vir religiosissimus, & sanctitate perspicuus, Gregorius, natione Romanus, cujus bona fama, quidquid prior sedaverat, in melius reformavit. Guilielmus quoque Malmesburiensis lib. 2. de Reb. Gest. Anglor. egregiis eundem Gregorium profequitur Encomiis, & Gilbertus apud Ciaconium.

C Ex quibus confici videtur, Gregorium Sextum non esse Joannem illum, cui Cathedram cesserat Benedictus, & qui tertius cum eodem Benedicto, & Silvestro sedisse perhibetur. Sed fuisse quartum ab illis, post abdicationem, liberamque cessionem Benedicti noni, cujus in Pontificatu potiora fuerant jura: idedque Gregorium legitimum fuisse Pontificem: nec jure, sed per calumniam simoniæ insinulatum: sponte verò se abdicasse, ut Ecclesiæ consulere, & Imperatori morem gereret.

D Sequitur etiam ex dictis, tres illos Pontifices invasores depositos fuisse, non in Concilio Sutrinò: sed ante, ultra biennium, nempe cum electus fuit Gregorius Sextus. In eo verò Concilio actum fuisse, vel, ut redditibus eisdem assignatis, privarentur, ut arguit Coquæus; vel, ut Gregorio Imperator, & Concilium persuaderet Pontificatu cedere, quod & fecit, sponte se abdicando: ac proinde non depositus, sed liberè cessisse credendus est, ut prævisi schismatis periculum præcaveret: Vel denique, quia, cum sibi objiceretur pravitas simoniaca ob ea, quæ cum tribus illis invasoribus egerat: ex conscientia fortassis erronea, quæ nihilominus obligat, putavit, se teneri ad cedendum Pontificatu, quamquam, transigendo cum illis de redditibus Ecclesiæ, nullo se simoniæ crimine deturpasset.

E Hæc sunt, quæ in factò Gregorii Sexti, ex Panuino, Baronio, Ciaconio, Coquæo, aliisque Ecclesiasticarum rerum Auctoribus excerpti. Qua in re, quid pronunciem, mihi adhuc hæret aqua. Sanè in illis, quæ historica fide nituntur, meliores dare testes non possumus, quam vetustissimum quemque, quis autem in hac historia, vetustior Desiderio? Tarditatem ergo meam non erubescens, vix intelligere me posse, profiteor, non modo Leonem Ostiensem: sed Desiderium,

scriptorem nempe rebus, non tantum ætate parem, verumetiam, aut Romæ præsentem, aut certè proximum, ignorasse, quæ in Apostolica Sede tunc temporis agerentur; Cujus ipse non multò post Cardinalis, & Pontifex fuit, antea verò Romanam Curiam frequentaverat, non enim in abscondito ea erant; sed in conspectu orbis. Nam si Gregorius Sextus non fuisset unus ex tribus illis invasoribus; quemadmodum Desiderius meminit Benedicti, & Episcopi Sabinensis, ita nomen saltem Tertii non omisisset; cum tamen, post Joannem Sabinensem, Joannem Archipresbyterum, cui Gregorii nomen inditum, immediate subnectat, inthronizatum. Ergo Gregorius ipse, non Quartus, sed Tertius computandus videtur, inter Pontifices, qui Sedi Apostolicæ tunc præerant, aut præesse viderentur: licet, post expulsionem Silvestri, & cessionem Benedicti, solus Gregorius denique præsideret, ideoque solus ab Imperatore ad Concilium ire rogatus, in speciem, ut Synodo præesset, revera, ut de ejus electione, an legitima fuisset, Conciliari sententia diffiniretur.

An conjectare licet, Gregorium, unum quidem ex tribus, abrogatis Benedicto, atque Silvestro, habitum fuisse in Pontificatu ingressu, legitimum Pontificem, & verè fuisse, eo quòd non simoniaco animo; sed bono zelo ductus, pecuniæ non pepercerit, ut sædissimos homines à sanctissimo folio dejiceret: & propterea meruerit à Petro Damiani Epist. 1. lib. 1. aliisque laudari, initio scilicet Pontificatus, quando novo Præsuli cuncta arident. Postea verò, cum ipsi quoque Gregorio simoniæ labe objici cœpisset, ob præfatam transactionem: Ipse quoque ex tunc inter invasores Tertius haberi cœpit, quod Synodico judicio decernendum fuit. Gregorius verò, etsi, de propria conscientia non diffusus, potuerit canonicæ electionis suæ jura tueri, ad periculum tamen schismatis prævertendum: vel Concilii sententiam propriæ sinderesi præferendam reputans; suavis præsertim præsentis Imperatoris, qui non crimen tantum; sed suspicionem etiam criminis à sacrosancta illa Sede depelli debere putaverit; magnanima demissione, Pontificatu se abdicare decreverit: & hac ratione verum fuerit, quod Ostiensis, adeoque Desiderius indicant, solum Gregorium in Concilio Sutrinò abrogatum: de duobus enim reliquis, nihil hujusmodi referunt, qui biennio ante, & mensibus octo repulsi fuerant. Quapropter non absque fundamento Desiderius in tribus invasoribus computat Gregorium, arguendo scilicet ex factò notorio Conciliaris abrogationis, quæ inducit præsumptionem ex reatu.

Neque magnum mihi negotium facessit Frisingensis auctoritas, qui Gregorium ante Pontificatum vocat Gratianum; cum Desiderius appellet Joannem. Nam, vel utroque simul nomine signabatur, ut Panvinius, Ciaconius, aliique testantur, atque ideo alterutro uti licuerit Auctoribus, qui de eo scripserunt: Cum præsertim idem Hebræis sit Joannes, quòd Latinis Gratianus. Vel Othoni recentiori, quippe, qui sub Friderico Secundo viveret: Synchronus Desiderius, & Romanarum rerum scientior præferendus; qui, ut ipse prodit, Leoni Nono, paulò post assumpto, in sacris ministravit, ejusque usus est familiaritate: & à Nicolao Secundo inter Purpuratos adscitus, tandem supremæ ipse Cathedræ præfedit. Gregorio enim Sexto successor datus est Clemens Secundus, quo post novem menses defuncto, cum octo aliis mensibus Benedictus Nonus iterum Cathedram obsedisset, Damasus Secundus viginti tribus diebus sacerdotium tenuit, eique subrogatus est Leo Nonus. Utcunque tamen fuerit, contentionis funem longiùs non traham, neque enim asserendo; sed dubitando, hæc scripta velim.

(f) invasi, emptique.



facto Imperator valdè lætificatus, cum omnibus ejusdem Concilii Episcopis, Romam venit, & in Ecclesia Beati Petri Apostoli congregato Clero, Populoque Romano, primò quid Sutri actum fuisset exposuit, dehinc tractare cœpit de ordinatione ipsius Romanæ Ecclesiæ. Facta itaque discussione, quisnam in eadem Ecclesia dignus inveniretur tanto Sacerdotio (g) fungi; cum nullus, heu pro dolor, (h) reperiretur: (11) demum electione cunctorum Episcopus Bambergensis, de gente Saxonum, Papa Romanus levatur, eique Clemens nomen imponitur. Tunc temporis ob hujusmodi res tam prosperè, tamque canonicè gestas, eidem Henrico Patriciatus honorem Romani contribuunt, (12) eumque præter Imperialem coronam aureo circulo uti decernunt.

(g) deficit fungi.

(h) reperiretur, omnes enim exemplo miseri capitis, præter cætera vitia, tum præcipuè fornicationis, ac symonia peste languebant: demum electione necessaria potius, quàm canonica Bambergensem Episcopum Papam Romanum constituunt, ob hujusmodi.

(11) Codex B. electione necessaria potius, quàm canonica. Id autem non eo sensu accipere est, quasi non legitimis suffragiis electus fuerit: sed, quia, cum nullus in Clero Romano tanto sacerdotio fungi dignus inveniretur, necesse fuit Pontificem extra Romanum Clerum adsciscere, quod non erat ex regula. Regulariter quippe Romanus Pontifex ex Romano Clero eligi consueverat. Alioqui hanc ipsam Bambergensis Episcopi electionem, ipsemet Ostiensis, canonicam, hoc est legitimam, vocat, cum subdit. *Ob hujusmodi res tam prosperè, tamque canonicè gestas, eidem Henrico Patriciatus honorem Romani contribuunt.* Semper enim canonicè, hoc est legitimè, fieri existimandum est, quod necessitate cogente fit, quæ legibus est soluta civilibus; quamvis ab antiquis regulis, & ritibus abscedat. Quia verò in verbo *canonicè*, in vario sensu proximè à Leone usurpato, equivocari posse dubitavit fortasse Petrus, idcirco priora verba è suo Codice proscriptit.

(12) Lib. 4. cap. 119. *Ipse verò (Lotharius Imperator) in civitate coronam circuli Patricialis accepturus remansit.*

#### IN CAPUT LXXX. NOTÆ.

(a) pallio quantitatis non modicæ.

(1) infirmo siquidem tumultuarii belli jure eo usque possederant.

Fiebat hæc investitura per anulum, & virgam etiam in Feudis, & Anulus quidem Fidei, Baculus signum erat subsidii, quod beneficiarius, sive Vassallus, quem dicimus Feudatarius, præstiturum se Domino suo polliceretur. Nec alia mente baculus usurpatus in investituris Ecclesiasticarum dignitatum, inquit Vossius de vit. ferm. licet mysticas etiam causas habuerit: & licet ab onere subsidii præstandi Ecclesiarum Prælati cum investitura exempti fuerint, Abbatibus tamen investitura dari consuevit per Virgam, Anulum, & Regulam, lib. 4. cap. 1. *Per Virgam, & Regulam de Abbatia eum investivit, & cap. 40. Episcopos, & Abbates Imperator anulo, & virga investiat, cap. verò 122. Virgam, & Anulum, nec non & Regulam supra corpus Sanctissimi Benedicti deposuit.* Quibus enim dabatur investitura, iisdem ritibus abdicatio agebatur, ex quibus lux ad non ab similem loquendi formulam *Infestucandi, & Exfestucandi*, quæ verba etiam sunt feudalia. Otho Frising. lib. 7. cap. 34. *Eugenius (Papa Tertius) cum Romanis hoc tempore pacem fecit, ut Patriciatus dignita-*

*Qualiter Imperator prædictus Planetam purpuream auro, ac gemmis ornatam, cum aliis rebus huic Monasterio obtulit.*

#### CAPUT LXXX.

Post hæc sumpto exercitu Imperator, ad hoc Monasterium venit, & cum omni honore receptus à Fratribus, planetam purpuream optimam, auro, ac gemmis ornatam, super Altare cum altero (a) pallio optimo posuit, in capitulo verò auri libras aliquot Fratribus obtulit, seque illis devotissimè commendans, Capuam abiit: Ibi Guaimario renuntiante Capuam, quam per novem jam annos tenuerat, Pandulfo illam priori Principi simul cum filio, multo ab illis auro suscepto, restituit. Drogoni Apuliæ, & Rainulfo Averisæ Comitibus ad se convenientibus, & equos illi plurimos, & pecuniam maximam offerentibus, (1) universam, quam tunc

*tem exfestucarent.* Henricus Imperator Quartus Celdarum Regi apud Baron. anno 1106. tom. 12. *Et quia firmius, & stabilius videbatur eis esse, si propria manu cogere me Regnum, & omnia regalia exfestucare.* Casarius lib. 2. cap. 12. *Exfestucavit Christum.* Ludovicus de la Cerda in Adversariis factis. Coquæus contra Philipp. Mornæum, *Exfestucare interpretantur Refutare, Dimittere, Rejicere.* Quis dubitat de sensu? quid verò ad metaphoram? Investitura olim, & possessio Prædiorum, Urbium, aliarumque rerum celebrabatur traditione festucæ, vel virgæ: alteriusve rei ad Prædium spectantis. Prior quippe Dominus accipiebat ex Prædio festucam, vel ramum arboris, aut terræ glebam, & tradens illam novo Domino, censebatur illum de eo Prædio investire. Matilda Comitissa in donatione munificè ab ipsa Ecclesiæ Romanæ facta apud Baron. anno 1102. pag. 27. *Illam bona mea ex integro ab hac die, eidem Ecclesiæ dono, & offero, & insuper per cultellum, Festucam nodatam, Guantonem, & Guarrascionem terræ, atque ramum arboris: & me ex inde foras expuli garpini, & absentem me feci, & à parte ipsius Ecclesiæ habenda reliqui, &c.* Quo in loco monet eruditissimus Vossius Garpini legendum Garpivi, vel Garpivi, Gerpivi, Vuerpivi, quod est *facere*: quia verò jactu festucæ sese Dominio exuerent hinc sumi solet pro *Quippiam dimittere*, sive sese requapiam exuere, & alium ea investire. Ita uxorem gurpire, est uxorem dimittere. Fulbertus Carnotensis Epist. 51. *Galerenus sepe mittit ad me licentiam inveniendi connubii novi, petens illam se gurpisse, &c.* Marculus formularum lib. 1. cap. 13. *Villas sitas in Pago illo sua spontanea voluntate nobis per fistucam visus est vuerpisse.* Ex quo verbo, & vocabulo *Laisus*, quod est *sinus*, fit *Laisouverpire*, hoc est, Festuca in sinu jacta sese jure suo exuere, & sic alterum eo jure donare. Idem Marculus ibidem *Villas in superscriptis locis nobis, voluntario ordine, visus est Laisouverpisse*, qui locus lucem accipit ex alio legis Salicæ tit. 48. *& sic festucam in laisum ejus jactet, & ipsi, in cuius laisum festucam jactaverit, in casa ipsius manere, & hospites tres suscipere.* Voces sunt Langobardicæ, & ejus tractus. In Reg. Petri Diaconi num. 244. unde jam supra nominati *Oderisi, & Giburga Comitissa, Dea juvente jugalibus, nos foras guarpivimus, & exinde ab omnibus exitum foras fecimus, & ipsa superscripta Ecclesia Sancti Felici investivimus, & investiti dimissimus.* Sicut igitur per Festucæ traditionem possessio, & investitura tradebatur, quæ dicta est *Infestucatio*: ita per Festucæ redditionem fieri intelligitur Possessionis resutatio, quod est *Exfestucare*. Exfestu-



runc tenebant, terram, Imperiali investitura firmavit (2). Ibi etiam præceptum aurea bulla signatum Abbati Richerio, iuxta Imperialem consuetudinem, fecit. Inde Beneventum contendens, cum nolissent eum cives recipere, (3) (b) tam ob suam, quam & ob patris injuriam, totam civitatem à Romano Pontifice, qui cum illo tunc erat, excommunicari fecit, cunctamque Beneventanam Terram Normannis auctoritate sua confirmans, ultra montes exinde est reversus, (4) (c) Gregorium secum asportans.

*De morte Clementis Papp, & de Sancto Leone, qui ei in Papatum successit.*

## CAPUT LXXXI.

Clemente verò post novem menses ultra montes defuncto, præfatus Benedictus iterum in Pontificatum reversus, per octo circiter menses (a) illum retinuit, donec ab Imperatore transmissus ex Germania (1) Damasus Brexenorum Episcopus illi in Papatu successit. Quo etiam post viginti, & tres dies (2) apud Præneste vita decedente, (3) Brunonem Tullensem Episcopum, Teutonicum natione, & stirpe regali progenitum, (4) Romani ab ultramontanis partibus expetentes

festucac verò Christum, qui Christianæ religionis investituram, in baptisate acceptam, rejicit per Apostasiam, & negationem fidei, & tunicam Christianam devesit. Nunc autem formulis, & ritibus istis antiquatis, alii inducti sunt proportionales. Vide Hæpingtonum de jure insignium cap. 2. num. 213. & seqq. Vossium, Lindebrogium in Glossar. & infra lib. 4. cap. 1. & 40.

(b) deficit, tam ob suam, quam & ob patris injuriam.

(c) Gregorium Expontificem.

(2) In Regest. num. 134. Datum Capuæ anno 1047. Ind. 15. quæ eidem congruit anno. 3. Nonas Febr.

(3) De Patris injuria nil in præcedentibus. Verba hæc in Codice B. vacant.

(4) Expontificem addit Codex Leonis. Qui scilicet fuerat Pontifex. Asportasset profectò etiam Benedictum, ne iterum schismati occasio præberetur, sed illum habere nequivit, in propriis Castellis munitum, ut retulit Desiderius. Ipse verò in propriis se Castellis recipiens, urbe cessit.

## IN CAPUT LXXXI. NOTÆ.

(a) illum violenter.

(b) deficit, & Sancti Salvatoris in territorio Atinensi.

(1) Brexena, seu Brixina, vel Brixinum, urbs est in Noricis sub Archiepiscopo Salisburgensi, in Comitatu Tiroli. Damasus antea Popodictus. Clemens Suidgerus. De his duobus Pontificibus variè sentiunt scriptores. Aliis legitimos, aliis intrusos asserentibus. Tu consule Baronium.

(2) Quò secesserat, ad fugiendos urbanos æstus. Ciacon. & alii.

(3) Tullum Gallie Belgicæ Civitas, ad Mosellam sita.

(4) Non ab Imperatore, ut blaterant Hæretici; sed à Romanis, inquit Ostiensis, electus est Pontifex Leo nonus, petitus tamen ab ultramontanis partibus, & ab Imperatore illis propositus eligendus. Cum enim in Romana Ecclesia (ut supra Desiderius, & ex eo Auctor noster, & infra cap. 89.) non esset tunc talis reperta persona, quæ dignè posset ad tanti honorem fulgere sacerdotii, petierunt Romani, ut ab Imperatore aliquis proponeretur dignus, quem ipsi eligerent. Imperator verò primùm proposuerat Episcopum Bambergensem, qui præfens Concilio Sutrinò, electione cunctorum Papa Romanus levatur: Deinde Damasum secundum, demum Brunonem Tul-

A in suum Pontificem eligunt, eumque (5) Leonem Papam vocari decernunt. Qui Sanctus Pontifex eodem anno, quo ordinatus est, orationis gratiâ Montem Garganum adiit. Indeque revertens, in ipsa festivitate palmarum, valde devotus ad hoc Monasterium ascendit; & reverentissimè susceptus à Fratribus, eo die Missam solemniter celebravit, (6) & in Refectorio cum ipsis comedit, (7) post prandium in capitulum veniens, maximas Fratribus, pro tam honorifica sua receptione, gratias egit; seque pro suo posse idem Monasterium ubique exaltaturum promittens, descendit, & die altero Ecclesiam Sancti Mauritii apud Insulam, quæ Limata vocatur ab eodem Abbate constructam, (b) & Sancti Salvatoris in territorio sollemniter Atinensi dedicans, demum rediit Romam. Ad quem Abbas profectus (8) privilegium ab eo juxta morem Prædecessorum suorum, honorabiliter adeptus est, in quo idem Sanctus Pontifex usum Sandaliorum, atque Dalmaticæ, nec non & chirotecarum in principalibus festis ad Missarum sollempnia, tam illi, quam & universis ei in hoc Cœnobio regulariter promovendis, ob honorificentiam sancti loci hujus Apostolica auctoritate concessit. Quo etiam tempore idem Apostolicus (9) Monasterium Sanctæ Jerusalem, quod Suxorianum appellatur

C lensem, virum, certè Sanctissimum, regali- que stirpe progenitum.

Consonat Frisingensis, qui Brunonem statim ac ab Imperatore propositus fuerat in Pontificem, refert induisse Pontificiam purpuram. Cum autem per Gallias iter in Italiam ageret, Cluniacum divertisse Ubi Hildebrandus tum Prioratus, ut dicitur, obedientiam administrabat. Is Leonem adiens, amulationis Dei plenus, constanter eum de incepto redarguit; illicitum esse, inquit, per manum laicam Summum Pontificem ad gubernationem totius Ecclesiæ violenter introire. Verum, si suum consilium sequi vellet, utrumque, & quod Majestas Imperialis in ipso non exacerbetur; quodque libertas Ecclesiæ in electione canonica renovetur, se pollicetur effecturum. Paret ille. Purpuram deponit, & habitu Peregrini cum Hildebrando Romam pergit: ubi à Clero, & Populo, ejusdem Hildebrandi consilio, Pontifex eligitur.

Quamquam excusari etiam potest primum Leonis inceptum, quòd bona fide purpuram induerit, & se, ut Pontificem, habuerit. Existimare enim potuit, sicque ab Imperatore quoque existimatum: Cleri, populi que Romani petitionem, de qua Ostiensis, vim habuisse Compromissi in personam Cæsaris, ut quem Imperator eligeret, à Romanis electus haberetur. Qua forma electus refertur Victor secundus per Compromissum in personam ejusdem Hildebrandi; ut quem ipse, nomine Cleri, & Populi Romani elegerit, in Papam ipsi reciperent. Infra cap. 89. Laudabile nihiloscilicet fuit Hildebrandi cum Leone consilium: ut, quoniam non Romæ, sed ultramontes ab Imperatore designatus fuerat, ac proinde videri posset Imperiali tantum auctoritate electus; Romam privatus accederet, & præcedente Canonica Cleri, Populi que electione, manifestius in facie Urbis, & orbis, legitima ejus subrogatio innotesceret, ad omnem schismatis januam præcludendam.

(5) Vide notas ad cap. 65. lib. 3.

(6) Non in Refectorio tantum, sed & cum ipsis, tanquam unus ex illis. Iterum cap. 84. Vidimus paucis ab hinc annis Sanctissimum Dominum Nostrum Alexandrum Septimum, in Refectorio Monasterii Sancti Pauli cum Cardinalibus comedentem, dignatione præcipua.

(7) Et hoc de ritu Monachorum. Qui è Triclinio in Capitulum, gratias acturi procedunt.

(8) Regest. num. 21.

(9) Sessorianum in agro Sessoriano constructum.

D

E

tur intra Romanam urbem situm prefato (c) Abbati, cum omnibus pertinentiis suis, contradidit, (10) & privilegium exinde illi faciens, sacrationem tantummodo sibi Abbatis ejusdem loci, quem tamen Casinensis, Abbas eligeret, reservavit.

*Qualiter quidam nobiles Capuani conabantur Castrum Concha à Monasterii subtrahere potestate.*

## CAPUT LXXXII.

(1) **P**ER hos dies quidam Capuani nobiles pro Castro quodam hujus Monasterii, quod Concha vocatur, multas cum Abbate contentiones effecerant, conantes utique illud à Monasterii ditione subtrahere, & ad sui juris usus redigere. Sed cum Abbati nil prævallere valerent, quadam die, consilio habito, statuerunt prædatum in terram istam venire. Decernunt igitur, ut advesperascente die iter incipiant, & apud quandam curtem suam in (a) Teanenſi Comitatu parumper quiescant, inde se tali noctis hora promoveant, ut summo manè Monasterii fines ingressi, ex insperato protinus irruant, & quantam magis ex ea prædam potuerint, agant. Venientes verò ad condictum locum, cum, quantum illis visum fuerat, quievisſent, circa mediam ferme noctem, ascensis equis, aggrediuntur ire quò disposuerant. Res mira! sed omnino certissima, quippe quæ ab uno eorum, qui tanto equitatu interfuit, michi relata est. (2) Ab illa itaque hora usque ad crepusculum iter conficientes, cum se jam venisse in finitima hujus Terræ putarent, atque ad discurrendum, ut prædantium moris est, se instantiùs

(c) Abbati gratiâ hospitandi.

(10) Num. 24. In quo asseritur etiam olim ibi fuisse Congregationem Monachorum. Commutatum deinde fuit cum Palladio, infra lib. 3. cap. 35.

## IN CAPUT LXXXII. NOTÆ.

(a) circa Teanum.

(1) Ex Desiderio primo dialog.

(2) Appellat Leo *Crepusculum* lucem dubiam matutinam, cui suffragatur Servius 2. *Ænëid.* *Licet utrique tempori possit jungi, usus tamen, ut matutino jungamus, obtinuit.* Contra, & meliùs, aliis *Crepusculum* notat lucem dubiam mox post solis occasum, unde *mane & crepusculo* opponuntur à Columella lib. 12. cap. 1. & Plinio lib. 18. cap. 25. Propriè igitur crepusculi descriptio, inquit, Vossius, est illa Ovidii 4. *Metamor.* Fab. 12. *Jamque dies exactus erat, tempusque subibat,*

*Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem,*

*Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.* Censorinus de die natali lib. ultimo. Incertam lucem ante solis ortum *diluculum* vocari, ait, quia sole nondum orto, jam lucet: At post ortum dici *Crepusculum*, *Fortasse* (verbis ejus utor) *quod res incerta crepera dicuntur* (Sabina voce) *idque tempus, noctis sit, an diei, incertum est.* Nempe, qua ratione solstitium natura sua geminum est; sed usus obrinuit, ut de solo diceretur æstivo: hibernum autem *Bruma* vocaretur: sic *Crepusculum* erit tum matutinum, tum vespertinum: sed consuetudo vicit, ut sic vespertinum tantummodo nominaretur. Scaliger. in *Car. exerc.* 38. Voss. in *Lexico.* Vide etiam *Martinium.*

## IN CAPUT LXXXIII. NOTÆ.

(2) deficit, hoc caput integrum.

(1) Omissum est Leoni caput præfens à Petro, vel à quopiam alio additum Leonis Historiæ. Si autem à Desiderio, & à Petro Damiani, qui

A præpararent, subito respicientes, in eo loco, quo equos ascenderant, se reperiunt. Obstupefacti, nimirumque attoniti, ac sese in vicem aspectantes, intelligunt tandem Patris Benedicti meritis, se noctis errore cæcatos, dum tanto temporis spatio, recto se itinere gradi putantes, prædictam curtem girando, ac regirando manè se inibi reperissent, sicque confusione pariter, & admiratione repleti, Capuam sunt reversi, ipsimet palam omnibus referentes quæquæ sibi contigerant.

*De morte Pandulphi Capuani Principis.*

## CAPUT LXXXIII.

(a) **E**O etiam tempore (1) quidam Servus Dei Neapolitanæ regionis in prærupta rupe, juxta viam publicam, solitarius habitabat. Qui nimirum dum nocturno tempore psalleret, & fenestram Cellulæ horarum explorator aperiret, ecce videt multos nigros homines, tamquam Æthiopes iter capere, & longo tractu onustos fœno fauvarios comminare. Cumque eos curiosus inquireret, qui essent, cujusve rei gratiâ hæc jumentorum pabula pararent, dæmones dixerunt, nequaquam esse pecoribus alendis, sed fomenta potius ignium hominibus comburendis. Præstolamur enim in proximo Principem Capuæ Pandulfum, quia jam decumbit. His auditis vir Dei, nuntium protinus ad mœnia Capuana direxit, qui veniens Pandulfum jam mortuum repperit. (2) Quo mortuo, mons Vesuvius in flammam erupit, tantaque sulfureæ resinæ congeries ex ipso Vesuvio protinus fluxit, ut torrentem faceret, atque decurrente impetu, in mare descenderet.

De

à Desiderio acceperat, sumptum est, ut videtur, loco non suo adfigitur, nam illi de Pandulfo primo Caputferreo scribunt supra cap. 61. hic verò de Pandulfo quarto intelligi debere, ratio temporum evincit. Cæterum Petrus Diaconus pleraque confundit, non raro. Confer Petri Damiani Epistolam 9. ad Nicolaum Secundum lib. 1. nec transeas *Peregrin. hist. Langob.* pag. 222.

(2) *Quandocunque, inquit Damianus, in illis partibus reprobis dives moritur, ignis erumpere de prædicto monte videtur: tantaque sulphurea resinæ congeries ex ipso Vesuvio protinus profluit, ut torrentem faciat; atque decurrente impetu in mare descendat. Salernitanus Princeps cum procul aspexisset quadam die de prædicto monte Vesuvio piceas, atque sulphureas repente flammam erumpere, protinus ait. Procul dubio sceleratus aliquis dives in proximo moriturus est: atque ad inferos descensus: sed superveniente proxima, nocte, dum securè cum meretrice concumberet, expiravit.* Nomen Salernitani hujus Principis Joannes, avus Guaimarii, de quo supra, & infra cap. 85. existimasse igitur videtur Petrus Damiani, Vesuvium esse inferni ostium. Quod alii credunt de Etna Siciliæ monte ignivomo: De insulis Vulcaniis è regione Calabria. De ignibus quoque Puteolanis, legatur Gregorius 4. dialog. cap. 30. & 35. Ansel. lib. de Imagine Mundi cap. 2. Beda Hist. Anglic. lib. 6. cap. 13. Bonavent. in 4. distinct. 44. par. 2. art. 2. Dionys. Carthuf. quæst. de 4. noviss. Ego, ut piæ fidelium credulitati liberè credenda hæc relinquo: nec hujusmodi visionibus fidem abrogo: ita Vesuvii, aliorumque similium Montium, Vallium, Cryptarum ignes naturaliter erumpere etiam posse non dubito: ut mecum non dubitant Philosophorum scholæ; à quibus causæ petendæ sunt. Quin autem Deus his utatur ad puniendos peccatores, nulla est repugnantia. Vesuvii porrò igneas eruptiones plures referunt

*De Adventu Sancti Leonis Papæ ad hoc Monasterium.*

CAPUT LXXXIV.

SEquenti anno prædictus Pontifex iterum ad Monasterium venit, in vigiliis Sancti Petri, & die sequenti, & altero Apostolorum Petri, & Pauli, Missas solemner celebravit. (1) Cùmque die illo Sabbatum esset, ad Fratrum mandatum ingressus, duodecim Monachis pedes lavit, & ipse etiam ab eis lotus, in refectorium quoque cum illis ad bibendum nimis devotus (a) perrexit. Beneventum deinde profectus ab excommunicatione illam prædecessoris sui Clementis tandem absolvit. Anno iterum altero Capuam veniens, rursus Beneventum, & inde Salernum perrexit, dehinc expellendorum Normannorum (b) gratiâ, ultra montes ad Imperatorem abiit, milites ab inde conducturus. (2) Gebeardus tunc Episcopus Aistettensis gentis Noricus vir prudentissimus, & rerum secularium peritissimus Regis Consiliarius erat. Sed cùm Imperatoris imperio, magnus valde Apostolico traditus fuisset exercitus, jamque itineris partem non modicam confecissent, idem Episcopus ad Imperatorem accedens, vehementerque super hoc illum redarguens, ut totus exercitus ejus reverteretur, dolosus effecit, de propinquis tantum, amicis Apostolici quingentis circiter illum in partes has comitantibus. (3) (c) Tunc temporis facta est commutatio inter eundem Apostolicum, & Imperatorem de Benevento, & Episcopo Bambergense, sicut jam supra retulimus.

*Quomodo Guaimarius Princeps Salernitanus occisus sit, & quomodo vindicatus.*

CAPUT LXXXV.

(1) HOC anno Guaimarius Princeps conjuratione Amalphitanorum, quos nimis indignè tractabat, nec non & cognatorum, ac Salernitanorum quorundam juxta ora

runt historici. Quæ verò nostra ætate sub finem anni 1031. horrente adhuc memoria, accidit, luculentissimè descripta, & enarrata legitur à Recupito, Masculo, Varone inclitæ Societatis Jesu: & ab aliis nostratibus, ejusque, diu duratura, vestigia miseranda supersunt.

Quod attinet ad nomen, perperam, ut solet, *Vesevum*, in *Vesuvium* hic emendavit Lauretus, cùm utroque modo nuncupatus invenitur. Virgil. 3. Georg.

*Talem dives arat Capua, & Vicina Vesuvo Ora jugo.*

*Ruðantes dites Vesuvina incendia locros.* Claudian. Statio verò Poëtica fortè licentiâ, dicitur Vesuvius.

*Littoribus frequens ubi Vesuvius aggerit iras.* Filostrato in heroicis *Besbius*, fortè *Besubius*. Nobis *Monte di somma*, à Terra sic dicta in ejus latere sita. Lege Cassiod. lib. 4. Var. Epist. 50. quæ incipit *Campani*. Plin. lib. 6. Epist. 16. & 20. Peregrin. in sua Campania à pag. 309. & alibi.

IN CAPUT LXXXIV. NOTÆ.

- (a) de Monasterii more ibar.
- (b) gratiâ milites undecunque ardens contrahere, ultra montes.
- (c) *deficit*. Tunc temporis &c.
- (1) Ex hoc loco colligitur, Sabbato consuevisse Monachos lavare, qui mos apud Cistercienses strictioris observantiæ adhuc perseverat. Tom. IV.

A maris (a) Salernitani occisus est, triginta & sex plagis perfossus, & valde turpiter, ac cum magno ludibrio per litus maris aliquandiu tractus, & civitas simul cum arce ab eis pervasa. Sed post quintum diem, Normannis auxiliantibus, à Guidone fratre ipsius Principis eadem recepta civitas, & Gisulfo filio ejus reddita est, trucidatis auctoribus tanti facinoris, IV. scilicet cognatis ejusdem Guaimarii, & triginta sex aliis.

*De oblatione duorum Fratrum Capuanorum.*

CAPUT LXXXVI.

B HOC etiam tempore (1) Landenulfus, & Adenulfus germani fratres, nobiles Capuanæ civitatis, unâ cum Petro nepote suo, simul ad hoc Monasterium gratiâ conversionis venerunt, cunctasque facultates, & hæreditates, seu possessiones suas, quas in toto Principatu Capuano habebant, Beato Benedicto ex integro obtulerunt. Ecclesiam videlicet Sancti Nycolai intra Capuam, cum omnibus pertinentiis ejus, nec non & integras portiones suas, quas habebant in Ecclesia Sancti Salvatoris, & Sancti (a) Ruffi similiter intra Capuam. (2) Viridiarium etiam, quod est ad pontem Casulini. Curtem, quæ dicitur Calabrine, cum Ecclesia Sancti Nicandri, quæ ibidem constructa est. (3) Terras, & molas in fluvio Saone. (4) Curtem in Salam Adipsi Porcari. Curtem, quæ dicitur Rapedella, cum silvis, & paludibus sibi pertinentibus. Terras, & silvas, & prata ad ipsam Auciam. Curtem in Calinulo circa prædictum Saonem. Curtem in loco, qui dicitur Cervianum, & portionem de Ecclesia Sancti Jacobi, & de curte in loco Bucinu cum Ecclesia Sanctæ Anastasiæ. Terras, & silvas, & paludes in loco, qui dicitur Rustinitu. Curtem in Cilicia cum forte de Ecclesia Sancti Johannis. Curtes, & terras in finibus Liburiæ loco Porano prope lacum Patriæ. Fundum in Vico Cupuli. Item fundos in casa Pefenna. Fundos in loco Felice. Terras in Gualdo de Mataloni, & in Marcenisi, & in Mandrelle.

- (2) Prudentiâ videlicet hujus mundi, quem infra dolosum describit; cum tamen cap. 89. in summum Pontificem electum asserit, & pœnituisse horum, quæ in Leonem gesserat, dolus autem non semper malus.
- (3) Quod supra cap. 46. per anticipationem scripserat Ostiensis, hic reponit Petrus, tempore actæ rei.

IN CAPUT LXXXV. NOTÆ.

- (a) *deficit*. Salernitani.
- (1) 1031. Guaimarius Princeps Quartus hujus nominis, de quo plura in superioribus: ad etiam Peregrinum. Hist. Langob. in stemm. Principum Salerni.

IN CAPUT LXXXVI. NOTÆ.

- (a) Ruffi.
- (1) Regest. num. 336.
- (2) In Chartula est *Verzario*. Apud Insuabres retinetur appellatio *Verzarii*.
- (3) Savo inter Sinuessâ, & Vulturum in mare devolvitur. Stadius lib. 4. Sylvar. *Et Linterna palus, pigerque Savo.* Plinius lib. 3. cap. 5. In ora Savo fluvius non longè à Calinulo decurrit.
- (4) In chartula. *Similiter offerimus ipsa curte, & terra nostra, quas habemus in ipsa Sala Adipsi Porcari.* Lauretus, quod non capit, expungit, ut fecit de *Curte in Cilicia*, de qua Regestum, de loco Cilicia propinquo Ecclesia S. Rufini.

le. Curtem juxta Grecinianum in loco, qui dicitur (b) Fenosa. (5) Curtem in Lanco ad pontem ruptum. Terras (c) in Massa Valentiana, & universas (d) Casas sibi intra Capuam pertinentes.

*Qualiter dictus Sanctus Pontifex beato sine quievit.*

### CAPUT LXXXVII.

**R**everfus itaque ab ultramonte Romanus Pontifex, ascendenſque iterum ad hoc Monasterium, valde suppliciter se Fratribus commendavit. Cumque apud Sanctum Germanum honorificè hospitatus fuisset, rogatus à Fratribus, ut Monasterium Sancti Stephani, quod supra Terracinam est, illis restitueret, interrogavit utrum ad eos aliquando pertinuiſſet, respondentibus etiam, ostendi sibi expoſtulat; mox itaque dialogo Sancti Gregorii in medium exhibito, & ex vita Beati Benedicti, qualiter in visione illud idem Pa-

(b) Senosa.

(c) in Laneto.

(d) def. casus.

(5) *Lanius fluvius, Latinis Clanius, vulgo Lago ex monte Tifata inter Nolam, & Avellam oriens, Acerras præterfluit, quam alluvionibus infestare dicitur à Virgilio 3. Georg.*

*— Vicina Vesevo*

*Ora jugo, & vacuis Clanius non aequus Acerris.*

Demum per agrum Averſanum excurrans, lacum Patriæ creat, ideoque Flumen Patriæ aliquando vocatus. Peregrin. Camp. Plinius pro eodem accipit Glanicum, & Lyrim, Minturnas olim interfecante, qui nunc Garihanus. Sed ex dictis patet Glanicum, vel non esse Clanium, vel non esse Lyrim. Nam Lyris exonerat se in sinu Cajetano ad Minturnas, unde aliquibus Minturnus dictus est. Clanius verò (quem Stephanus vocat Glanium, nisi mendum est in typo) immittit in lacum Patriæ, & in sinum Cumanum, ubi olim Litemum oppidum, & *Linterna palus*, de qua Statius laudatus paulo ante.

### IN CAPUT LXXXVII. NOTÆ.

(a) Rotpertus.

(1) Regest. num. 22. Datum anno 4. Pontificatus.

(2) *Data (inquit chartula) per manum Frederici Diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cancellarii, & Bibliothecarii, vice Domini Erimani Archicancellarii, atque Colonia Archiepiscopi.* Cancellarii nomen non adeo vetus invenitur: utpote sub posterioribus Imperatoribus auditum. Quidam deducunt à cancellando: quod supplices libellos, aut alia quæcunque scripta, quibus Princeps subscribere volebat, cancellabat, idest ductis cancellatim lineis, seu ad instar cancellorum rectâ, & per transversum, rejiciebat. Cui deductioni favent veteres glossæ, in quibus legas, *Cancellarius est qui habet officium, scripta, responsaque Imperatoris, atque mandata inspicere, & malè scripta cancellare, & bene scripta signare.* Sed, quod potius à Cancellis dicti sint Cancellarii, vel una hæc ratio suadet, inquit Pithæus: siquidem eorum temporum scriptores, nempe post Constantinum, Cancellarium significantes, appellant *A Cancellis, & Cancellos agere.* Luculentus est locus Cassiodori lib. 11. var. formula 6. ad Joan. Cancellarium, *Respice, quo nomine nuncuperis. Latere non potest, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, claustra patentia, fenestras januas, & lib. 12. form. 1. & alibi. Ericus etiam Monachus lib. 6. de vita Germani, Volusianus, inquit, erat à Cancellis prisco de more minister, & Tertullian. Cancellos non adoro, subsellia non contundo. Dicti ergo sunt Cancellarii, eo quod intra Cancellos*

**A** ter construxerat demonstrato: aut enim ignorabant, aut minimè ad manum habebant privilegium, quod Agapirus Papa exinde Baldoino Abbati fecerat. Verè, ait Sanctus Pontifex, justissimum est, quod requiritis, (1) moxque privilegium inde fieri (2) Friderico Cancellario iussit; & ipsum Monasterium cum omnibus suis nobis assignari constituit. (3) Fecit etiam eodem tempore huic Monasterio & aliud præceptum de libertate navis hujus Monasterii in portu Romano, ut omni tempore, cum nauclero, & universis nauticis suis maneat libera ab omnimoda conditione, & debito pensionis. Post hæc adjunctis sibi ferè cunctis partibus istarum militibus, Apuliam cum Normannis dimicaturus perrexit Anno Domini millesimo quinquagesimo III. & ex parte quidem Apostolici Rodulfus in Beneventanum Principem jam electus, & Guarnerius Suevus signa sustollunt. Normanni verò tres de suis statuunt turmas, quarum unam Comes Humfridus, aliam Comes Richardus, tertiam (a) Robbertus agebat

continebantur, ne à populo premerentur, cum multitudini aures darent in excipiendis, & reddendis supplicum libellis, aliisque civilibus negotiis expediendis. Erant enim Cancellarii, Principis Notarii, Auditores, Secretarii, seu ab Epistolis, Scribæ, ideo aliquando *Viri Epistolares* appellati. Olim *Candidati Caesaris.* Tum *Questores Palatii*, tempore Constantini. Denique Cancellarii dicti sunt. Paulatim verò nomen splendescere coepit, & in magnum decus evadere, ut Cancellarii Imperii, & Archicancellarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Nunc tamen Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, qualis Fridericus hic noster, dicitur *Vicecancellarius*: non quod vicem alterius in eo munere subeat: cum præcipuum obtineat; sed quia cum Gregorius Octavus ex Cardinali Cancellario in Summum Pontificem assumptus fuisset, pristinum suum officium Moyſi Canonico Lateranensi contulit, quem, quod Cardinalis non esset, Cancellarii vicem gerentem, seu Vicecancellarium voluit appellari. Cumque munus illud multo tempore à Prælati inferioribus administratum fuisset; denique à Bonifacio Octavo iterum Cardinalibus restitutum, nomen Vicecancellarii, jamdiu usu receptum, retinuit. Sic modò *Prodatarium, & Vicedatarium* appellamus Cardinalem Pontificis Datarie Præfectum, quamvis non alterius ministri vicem gerat, sibi superioris; sed potius, quia inferioris Prælati officium exercet.

In Bullis Pontificum reperies *Scriniarium.* Erat hic minister inferior sub Cancellario. Qui videlicet diplomata scriberet. *Scriptum per manum Stephani Notarii, & Regionarii, & Scriniarii Sacri Palatii. Datum per manum Joannis Episcopi Sanctæ Nepeſinæ Ecclesiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ.* Sic sæpe.

Aliquando in Ecclesia Romana Cancellarius appellatus est *Præsignator*, sed jam satis de his, illo tantum non omisso, primam Romani Cancellarii mentionem inveniri apud D. Hieronymum Epist. ad Gerontiam. Ipseque Sanctus Doctor Damasus Pontifici in Epistolis dictandis ministravit; flore enim latinitate nondum nomen inductum: ideoque non invenitur in prisca, & probatis Latinæ linguæ auctoribus; sed postquam decus linguæ degeneraverat. Vide Martinium, Voſſium, Magrum, Frecciam de Feudis, ubi de Magno Cancellario Regni Neapolitani.

(3) *Una, inquit, navis Monasterii ipsius, in usum Fratrum necessaria deferens, cum Nauclero, & Nauticis suis, ab omni pensionis conditione libera, nullum tolloneum ex omnibus, qua attulerit, alicui persolvat; neque quisquam aliquid ex ea exigere præsumat.* Regest. num. 25. & iterum Alexander Secundus num. 29.

bat Viscardus. Inito autem certamine (4) in planitie maxima, quæ juxta civitatem est, paulatim se subtrahentibus, fugientibusque nostratibus, & solis, qui ultra montes venerant, remanentibus, cum diu ab his, fortiterque pugnatum fuisset, omnibus tandem in ipso certamine trucidatis, Normanni Dei judicio extitere victores. Dehinc Humfridus ad Papam venit, & in sua illum fide suscipiens, cum omnibus suis Beneventum perduxit, promittens, ut quancumque Romam ire disponeret, ipse illum Capuam usque perduceret. Intravit autem idem Papa Beneventum in vigilia Sancti Johannis Baptistæ, & stetit ibi usque ad festivitatem Sancti Gregorii Papæ, ibique infirmatus, vocato prædicto Comite, Capuam ab illo deductus est, ubi per dies XII. remoratus, accersito tandem nostro Abbate sui itineris comite, Romam rediit, ac post non multos dies, (5) sancto sine quievit. Ad cujus tumulum plurima tunc temporis signa Christus effecit. Hic Sanctus Pontifex inter innumera bonitatum suarum insignia, quandiu Romæ moratus est, omni tempore tribus per ebdomadam diebus à Lateranis usque ad Sanctum Petrum privato habitu, nudis pedibus, cum duobus, aut tribus Clericis noctu psallendo, & orando pergebat.

*Quid Apocrisarii ejus apud Constantinopolim gesserint.*

CAPUT LXXXVIII.

Eodem anno, (1) gratiâ concordandi Ecclesias Romanam, & Constantinopolitanam, prudentissimos valde viros (2) ad Imperatorem Constantinum cognomento Monomachum (3) apocrisarios transmiserat: Fridericum scilicet Cancellarium suum, & (4) Humbertum Episcopum Sylvæ candidæ, & Petrum Archiepiscopum Amalphitanum. Qui ad hoc Monasterium primitus venientes, seque Fratribus devotissimè commendantes, ita

- (4) Civitas nomen proprium est oppidi. Ital. Sac. Ughelli tom. 8. Anonymus Barenfis anno 1052. *Venit ipse Leo Papa cum Alemanni, & fecit prælium cum Normanni in Civitate, & cecidit. Comprehenserunt illum, & portaverunt Benevento, tamen cum honoribus,* apud Peregrin.
- (5) 16. Kal. Maji ex Ciac. & aliis anno 1054. ex nostro.

IN CAPUT LXXXVIII. NOTÆ.

- (1) Sæpe à Romanis Pontificibus tentatum: aliquando præstitum, nunquam diu custoditum. Græca nimirum levitate, vel potius arrogancia, atque fastu. Vide Concilium Florentinum.
- (2) *Monomachus Gladiator, Duellista.*
- (3) Vel *Apocrisarios*, est *Apocrisarius* minister Romanæ Ecclesiæ à secretis, Legatus à secretis. Isidor. Latine *Responsalis* dici potest, unde *Adresponsi* quandoque dicti sunt. Justinian. Novel. 25. cap. 1. *Habet jam Adresponsum, sive Apocrisarium,* & Novel. 6. *Apocrisarii vocantur, quia Sanctissimarum Ecclesiarum negotia curant.* Et Victor secundus in Bulla pro Monasterio Casinensi. *In præsentia Responsalis nostri.* Reg. num. 26. quem Auctor noster vocat *Legatum* infra cap. 95. Institutio eorum refertur ad tempora Constantini Magni. Cum enim, Româ relicta, Bizantium Imperator se contulisset: ex tunc Romani Pontifices, pro Ecclesiæ negotiis, Legatos Constantinopolim destinare ceperunt, qui apud Imperatorem manerent, & Responsa referrent. Primum Episcopis hoc munus demandari ceptum; Verum, quia illos rectius censebatur curare proprias Eccle-

Tom. IV.

demum viam suam profecti sunt, quos Imperator nimis honorabiliter suscepit, & in Palatio per aliquot dies retinuit. Intra quod spatium nonnullas Græcorum hæreses corrigere decertantes, tandem Patriarcham Michaëlem, & (5) Leonem Acridanum Episcopum, cum universis eorum sequacibus auctoritate Apostolica anathematizaverunt. Sed cum jam intra hos dies, defuncto Papa, redire disponerent, Imperialibus illos donis Constantinus Monomachus honorificè munerans, Beato quoque Petro per eisdem dona non parva transmisit, insuper etiam, ut omni anno binas auri libras de palatio ejus hoc Monasterium reciperet, illorum rogatu concessit. Quos prosperè revertentes, (6) Trasmundus Teatinus Comes per Terram suam transeuntes cepit, & universa, quæ ferebant, cum magna injuria auferens, tandem dimisit. Atque itaque Fridericus Romam reversus est.

*De quibusdam oblationibus in Comitatu Teatino huic Monasterio concessis.*

CAPUT LXXXIX.

Defuncto præterea Sanctæ memoriæ Papa Leone (1) Hildebrandus tunc Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, ad Imperatorem à Romanis transmissus est; ut, quoniam in Romana Ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis, (2) quem ipse tamen vice Cleri, populique Romani in Pontificem Romanum elegisset, adduceret. Quod cum Imperator assensus fuisset, & (3) Gebeardum Aistretensem Episcopum, cujus supra meminimus, Hildebrandus ex industria, & consilio Romanorum expetivisset, tristis super hoc valde Imperator effectus est: nimis enim illum carum habebat, & cum eundem sibi omnimodis necessarium Imperator assereret, & alium, atque alium huic officio magis idoneum judicaret; Hildebrando tamen, ut alterum reciperet,

deinceps Diaconi plerumque, atque Presbyteri adhiberi institutum ex Hincmaro Epist. 3. cap. 13. Græco autem nomine appellati sunt, quod apud Græcum Imperatorem agerent. Apocrisarius regebat omnem Clerum Palatii, ex eodem Hincmaro, unde *Comes Palatii* quandoque appellatur. Vide Lexicographos, & notas Vulcanii in Paul. Diac.

- (4) Episcopatum Sylvæ candidæ, seu Sanctæ Rufinæ, propter incolarum defectum, Calixtus Secundus Episcopatu Portuensi univit, ex Panvinio: est autem Sylva Candida in via Aurelia decimo lapide ab Urbe. Baron. & Ferr.
- (5) *Acrida* vel *Acbris*, urbs est Macedoniæ, Metropolitana olim Serviæ, & Bulgariæ. Ferrar.
- (6) De eodem infra cap. 89. cap. 91. & 94. lib. 3. cap. 6.

IN CAPUT LXXXIX. NOTÆ.

- (1) De Romanis Subdiaconibus infra lib. 4. in cap. 37. Hildebrandus verò ex Monacho Cluniacensi, in Ecclesia Romana diu rerum arbiter, tandem Gregorius septimus.
- (2) Hildebrandus cum legitima facultate ultramontes à Clero, & Populo Romano dirigitur, ut non eligendum; sed jam electum, Romam adduceret Pontificem, præcavendo, quod in electione Leonis acciderat cap. 81. supra.
- (3) Cap. 84. *Virum prudentissimum* appellat, ut etiam hic. *Super id, quod prudentia multa callebat, post Imperatorem potentior, ac ditior cunctis in Regno, erat.* Ita enim tunc tempora ferebant, ut Romano folio vir potens præsideret, ac prudens; quibus dotibus Romanorum factionibus obfisteret.

E e e 2



perer, persuaderi nullatenus potuit. Erat enim idem Episcopus, super id, quod prudentia multa callebat, post Imperatorem potentior, ac ditior cunctis in Regno. Hunc ergo Hildebrandus, invito licet Imperatore, invito etiam eodem ipso Episcopo, (4) propter quod utique postmodum dictus est Monachos non amasse, Romam secum adduxit, eique Victoris nomen imponens, Romanum Papam, cunctorum assensu constituit; cum jam ferme à transitu Papæ Leonis annus elaberetur. (5) Qui, quoniam eidem prædecessori suo, ut supra diximus, impedimento maximo fuerat, quotiens à circumpositis molestiam aliquam patiebatur, dicere solitus erat. Merito hæc patior, quia peccavi in Dominum meum: (a) & item, dignum est, inquit, ut quod (6) fecit Saulus, patiat Paulus, quod egit lupus sustineat agnus. Comperiens itaque Imperator, Fridericum à Constantinopoli reversum, magnam valde pecuniam detulisse, (7) cœpit eum vehementer suspectum habere. Nam eo tempore (8) fratri ejus Duci Gotfrido inimicissimus erat. Quapropter scripserat Apostolico, ut illum caperet, sibi que festinanter studeret transmittere. Quo per necessarios cognito, Fridericus Abbatem nostrum, qui per eos dies à Lucca, ubi ad eundem Imperatorem profectus fuerat, revertebatur, latenter apud Romam alloquitur, & ut se Casinum perducere; (9) ibique se Monachum facere studeat, instantissime deprecatur. Quod cum Abbas gratantissime annuisset, præmissus, cum omnibus suis, ad Monasterium est. Abbas verò post dies aliquot cum nuntiis Imperatoris, qui ad Principes mittebantur, advenit. Mox igitur Fridericus, in eorundem nuntiorum præsentia, pretiosa valde, quibus tunc utebatur, indumenta proiciens, religionis habitum induit, & ut hoc de se per eosdem missos Imperatori nuntiaretur, efficiens, Fratribus se de cætero sociavit: nec multò post, ut, (10) ad Insulam Tremitemsem transmitteretur, rogavit Abbatem, quod & fecit. Dehinc, cum pro quibusdam (b) reprehensilibus, quæ inibi reppererat, Abbati ejusdem loci cœpisset ingratus existere, nequaquam ibi remorandum ratus, egrediens; (11) Inde ad Monasterium Sancti Johannis, quod Veneris cognominatur, perrexit; ibique diebus aliquot commoratus est. Per idem tempus proclamavit præfatus Abbas in placito Cadeloi Cancellarii Heinrici

(a) deficit item &c. usque ad Comperiens.

(b) reprehensibilibus.

(4) Eo videlicet, quod ab Hildebrando Monacho invitatus in Pontificem electus fuerat.

(5) Cap. 84.

(6) A Petro Diac. hæc addita, ex relatione fortè aliorum.

(7) Confer. cap. 99.

(8) Infra cap. 99. & lib. 3. cap. 25. Gotfridum Tuscia Marchionem. Codex B. Tuscia Ducem, & Marchionem. Quin etiam Lotharingia, & Spoleti. Alius tamen à Gotfrido Bullonio, Hierusalem Rege primo. Quamquam à Joanne Baptista Mari, & à Calzolari in Hist. Monast. pro eodem accipiatur. Sanè Godefridus hic, hujus nominis tertius, cognomine Barbatus filius fuit Gozeli, seu Gothilonis, obiitque anno 1069. vel, ut alii 1070. relictis Godefrido Gibboso hærede, & Ida filia, quæ Eustathio Comiti Bononiensi nupta, peperit Godefridum Bullonium, dein Regem Hierusalem. Extant Petri Damiani ad hunc nostrum Gotfridum plures Epistolæ, & ad Beatricem ejus uxorem lib. 7 vide infra lib. 3. c. 25. & Godefridum Henschenium

Imperatoris, ubi erat, cum multis Episcopis, & Comitibus illarum partium super quodam Dodone, qui retinebat de Causa Monasterii hujus DCC. modia de terra in Comitatu Teatino, loco ad casa Hildebrandi, & recollectit omnia. Eodem tempore suprascriptus Transmundus, & Bernardus Comites firmaverunt per sacramentum eundem Abbatem de omnibus rebus Sancti Benedicti in Comitatu Teatino, & Pennensi, quod neque ipsi illas invaderent, & contra omnes homines eas Sancto Benedicto defenderent, apud Monasterium Sanctæ Scolasticæ in Penne.

*Qualiter Castrum Sarracinesci fuit confirmatum huic Monasterio.*

### CAPUT XC.

(1) Hoc etiam anno Princeps Pandulfus junior fecit (2) præceptum concessionis in hoc Monasterio de Castello, quod Saracenescum vocatur in confinio Cominensi, cum omnibus adjacentiis, sive pertinentiis ejus, (3) quamvis idem Castellum intra antiquos nostri Monasterii terminos videatur esse constructum. Quem videlicet locum non multò ante Marforum Comites Oderisus, & Rainaldus, qui tunc Comino præerant, per cartulam oblationis cum finibus, ac terminis ejus Beato Benedicto firmaverant. Unde cum quidam Aquinenses contra Abbatem super hoc murmurarent, pro eo videlicet, quod ipsi prius eundem locum centum bizanteis comparaverant à quodam Berardo Marficano, in hanc tandem convenientiam cum eo venerunt, ut sponte sua in quorundam Judicum præsentia omnem querelam, & calumniam Domino Abbati de hoc refutarent, & quieti de cætero essent, propositâ poenâ librarum argenti centum si aliquando amplius de hoc contendere vellent, nisi quantum ipse illis per libellum concederet. (4) Saracenescum autem ea de causa ipsum Castellum nuncupari fama est, quod cum idem Saraceni à facie nostrorum (5) tempore illo, quo de Gariliano eliminati sunt, fuga dilapsi fuissent, cæteris interemptis, aliquanti ex eis ad ipsum tandem locum pervenerint, ibique aliquandiu latitantes, prædas nonnullas à vicinis habitatoribus clanculo, ac si latrunculi abigebant. Quod cum à quodam captivo illorum transfuga Soranis innotuisset, eodem transfuga

ga

in sua diatriba de tribus Dagobertis, pag. 179.

(9) Monasticus habitus Asylum tunc securitatis inviolabile videbatur, quod ipse Fridericus, Stephanus jam nonus Papa, in suo Privilegio profiteretur infra cap. 96.

(10) In mari Adriatico quinque, Apuliæ adjacentes, sunt Insulæ, è regione Gargani montis; quarum præcipua, cæterisque major Tremitus, à tribus in ea montibus dicta, triginta passuum millibus distat à litore. Diomedis Insulæ olim vocatæ infra lib. 3. cap. 6.

(11) Infra lib. 3. cap. 9. & sæpe in hac historia, atque in Privilegiis, & Præceptis Regesti. Situm est in agro Lancianensi.

#### IN CAPUT XC. NOTÆ.

(1) Hoc nomine quintus.

(2) Reg. num. 366. Datum Indictione 8. quæ currit cum anno 1055.

(3) Ex Gisulfi donatione.

(4) Lib. 1. cap. 52.

(5) Vides hic Garilianum absolutè nominari, ut semper; quapropter de flumine intelligi debere, non de monte, dubitandum non est, ex cap. 43. lib. 1. Saracenescum sub jure nostri Monasterii retinetur.

ga duce, ad eorum latebras mane summo perveniunt, illosque licet somnolentos, adhuc sonantes resistere universos gladiis trucidarunt.

*Qualiter Richerius Abbas obiit.*

## CAPUT XCI.

**P**ER idem tempus, præfatus (1) Comes Transmundus graviter infirmatus, & Monachus effici cupiens, Richerium ad se venire rogavit. (a) Qui sese suppliciter tradens, multamque illi pecuniam offerens, (2) tria sui juris castella Sancto Benedicto in Territorio Teatino concessit, quorum vocabula sunt Mons Alberici, Frisa, & Mucclā, cum portu, & piscatione sua, & cum Ecclesiis Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Lucie, & Sancti Blasii, & omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorundem castellorum, & Ecclesiarum, quod sunt quinque millia quingenti modii de terra, Ecclesiam quoque Sanctæ Justæ cum omni pertinentia sua, quod sunt modii quingenti; Simul etiam concessit huic Monasterio in Territorio Pinnenfe in Castello, quod vocatur Lastenianum, unam Ecclesiam Sancti Nicolai, cum omnibus similiter pertinentiis ejus, idest modii terræ tria millia. Sed cum prædictus Papa transisset Anconam, Abbas ad illum ejusdem Transmundi causâ profectus est. Cumque ad Monasterium Sancti Liberatoris illum venisse, (3) Fridericus agnovisset, perrexit ad eum; (4) & pœnitentia maxima ductus, rogavit, ut Casinum illi reverti liceret, quo mox impetrato, Fridericus huc extemplo regressus est. Abbas verò iter, quod inducendum febris non modicis æstuarer, ac metu mortis reditum in dies acceleraret, (5) Aremum veniens, (6) (b) III. Idus Decembris nimia vi febris extinctus est. Fratres verò, qui cum illo erant nichil morari, tollentes illum, eadem horâ, cum media nox esset, iter arripiunt, & ad Monasterium Sancti Liberatoris summo mane pervenientes, eique honorabiliter exequias facientes in sepulchro, quo Abbas Theobaldus prædecessor suus humatus fuerat, eum recondunt. Anno Domini Mill. (c) quinquagesimo quinto.

*De Electione Abbatis Petri.*

## CAPUT XCII.

**H**ic Abbas inter cætera Ecclesiam Sancti Benedicti plumbeis tabulis cooperuit,

## IN CAPUT XCI. NOTÆ.

- (a) Cui sese.  
 (b) deficit, III. Idus Decembris.  
 (c) quinquagesimo.  
 (1) Ritu enarrato lib. I.  
 (2) Reg. num. 371. & seqq.  
 (3) Ex Monasterio Sancti Joannis in Venere, ut supra cap. 89.  
 (4) Quod Casino recessisset, ibidem.  
 (5) Pescara nunc dicta, in ostio fluminis cognominis, in Adriaticum influentis. Arx est munitissima, inter Atriam, & Ortonam.  
 (6) Anno 1055. ut infra hic.

## IN CAPUT XCII. NOTÆ.

- (1) Nivescere, pro Albescere usurpavit etiam Tertullian. Contra, Cruda, viridique senectute Charon apud Lucianum in Palinuro.  
 (2) Erat quippe Decanus Monasterii, quem tunc unicum fuisse, tota hujus historiæ series offendit.

**A** palatium ab orientali parte Monasterii sexaginta octo cubitorum incœpit, & usque ad solarium perduxit. Ante Ecclesiam verò in circuitu Atrii deambulatorios arcus, cum columnellis lapideis fecit, & licet ipse propter innumeras circumstantium oppressiones, sicut ex parte ostendimus, laborare in Monasterio non potuerit, initium tamen, & materia omnis laborum præsentium ipse fuit, quando suo studio, & industria, meritis tamen Beati Benedicti, adjuvante se Deo, terram istam de manibus Normannorum eripuit. Fratribus igitur, qui cum illo fuerant, mox eo sepulto ad Monasterium reversis, habito ad invicem universi consilio, elegerunt de Congregatione Domnum Petrum religiosum valde, & honestissimi habitus virum, eumque, licet invitum, & renitentem, (1) ac senectutem niveam tanto officio minus idoneam objectantem, libentiùsque se (2) Decaniam resumere, quam Abbatiam suscipere afferentem, Abbatem sibi constituunt, paucissimis admodum in hoc dissentientibus, & Domnum Johannem cognomine Marficanum, qui tunc Capuæ erat Præpositus, digniorem huic Monasterio judicantibus, quamvis ipse præcavens, ac timens hoc onus sibi imponi, obstinatè super altare juraverit, numquam se ipsam Abbatiam suscipere, aliquatenus consensurum.

**C** Petrus quintus & tricesimus hujus Monasterii Abbas sedit anno I. mensibus V.

*Qualiter Monasterium Sancti Georgii fuit constructum in Civitate Lucens.*

## CAPUT XCIII.

**H**ic à pueritia Monachus, & Ecclesiasticis usibus non mediocriter eruditus, adeo religiosus, & honestis moribus crevit, & (1) tam Angelici vultus, & reverendi habitus exitit; ut Imperator Henricus eo tempore, quo ad hoc Monasterium venit, transeunti illi ante se satis humiliter assurrexerit, testatusque sit, nunquam se in toto Regno Monachum honestiorem eo vidisse. Comperita igitur Exabbas noster Basilius apud Salernum Petri ordinatione, mox Capuam venit, & magnam valde Principi pecuniam offerens, ut hanc sibi Abbatiam redderet, orare obnixius cœpit: Sed Princeps, quoniam in Petri electione consenserat, hoc se nequaquam posse facere asseverans, apud Monasterium nostrum Capuæ illum manere constituit. (2) Ita prudens, immo fatuus vir, & Salernitanam Abbatiam

## IN CAPUT XCIII. NOTÆ.

- (1) Pulchritudo, muta commendatio. Publ. Mimus. Plus valet, quàm quævis commendatio Epistola. Aristoteles. Ideo, interrogatus idem Philosophus, cur pulchritudo amorem conciliaret? Cæci, inquit, est hæc interrogatio: innuens, naturali illud instinctu provenire. Ea tamen omnibus demum numeris absoluta pulchritudo est, quoties in idem concurrunt anima exulta virtutibus, & corpus amabili forma exornatum, ut in Petro nostro. Qui verò corporis formam morum fœditate deturpant, similes sunt, inquit Lucianus, Templis Ægyptiis. Illic enim, ipsum quidem delubrum forinsecus pulcherrimum est. Cæterum, si intus Deum requisieris, aut Simiam invenies, aut Ciconiam, aut Hircum, aut Felem.  
 (2) Dimidium plus toto, ajebat Plato. Cuncta enim amittit, qui cuncta persequitur, est tamen insatiabilis ambitio, & moderari se nescit.

batiam amisit, & hanc acquirere nequaquam promeruit. Post aliquot verò dies à Fratribus nostris Princeps conventus, (3) cur Abbatem in nostra cella constituisset? invitum se hoc fecisse, & quodammodo coactum respondit. Si ipsi tamen eum in suo Monasterio recipere (a) vellet, sibi gratissimum fore. Ita demum prædictus Basilius ad hoc Monasterium veniens, & virgam Abbatiae, quam eatenus retinuerat, humiliter reddens, post paucos dies ad Vallem Luci transmissus Præpositus est. Per hos dies (4) Henricus, & Rolandus germani fratres Lucensis Civitatis viri nobiles obtulerunt in hoc Monasterio Ecclesiam Sancti Georgii, quæ intra eandem Civitatem in eorum patrimonio sita est, prope posterulam, quæ dicitur Guirigala, ad Monasterium inibi constituendum (b) cum horto, & puteo, & casis, & cum universis tam intus, quam extra, non minimis ipsius Ecclesie rebus, ac pertinentiis. Ad quod videlicet Monasterium construendum, sive ordinandum transmissus est (5) Dominus Johannes, genere, atque cognomine Apulus, qui in nostro hoc Monasterio Decanatus officio tempore non modico functus est. Vir, supra cætera bonitatum suarum insignia, compunctionis, & lacrimarum gratia, munere divino, ditatus, qui cujus apud Deum meriti fuerit, non debet videri superfluum, si vel breviter ex his, quæ pro certo nobis comperta sunt, ostendamus. Denique cum fama sanctitatis ejus longè, latèque crebresceret mulier quædam diro possessa dæmonio ad illum perducta est, rogatusque idem vir Dei à perductoribus magnis precibus, ut pro ea Dominum exoraret. Qui, ut erat benivolus, nimisque compatiens, mox congregatis Fratribus, Oratorium est ingressus, & cum aliquantisper fuisset oratum, lacrimis ejus, & singultibus miseratio divina placata, mulierem, fugato dæmone, sanam redire concessit ad propria. Præterea cujusdam Illustris viri Lucensis uxor valida per aliquot dies infirmitate detenta, ad id tandem, nimia vi languoris, devenerat, ut per triduum jam sine voce, & sensu recubans, nihil minus, quam mortua putaretur. Quoniam igitur humana omnis fiducia omnino defecerat, ad divina subsidia propinqui mulieris se conferunt, atque ad præfatum virum Dei, ut pro ea Domino supplicare dignaretur, supplices mittunt. Benignus itaque vir nequaquam moratus, mox vestibus sacris indutus, salutarem hostiam pro illa Domino oblaturus accessit. Cumque ad eum locum Canonis pervenisset, quo vivorum solent nomina recenseri, eamque multa cum devotione nominatim, ac specialiter Domino commendaret, illa procul à Monasterio in domo propria velut exanimis decubans, Sacerdotis vocem se memorantis audivit, statimque illi quasi juxta lectulum stanti, veluti è gravi somno experrecta, festinanter respondit. Obstupefacti qui aderant sollicitè cœperunt ab ea requirere, quidnam diceret, vel cui tam insolitè respondisset. Illa

(a) vellent.

(b) deficit, cum horto, &amp; puteo, &amp; casis.

(3) nam de more per Præpositos cellæ regebantur, ut supra non semel.

(4) Reg. num. 390.

(5) De eodem Desiderius lib. primo, dialog.

(6) Chronographi nostri scitam, ac prudentem loquendi phrasim observa, qui ad miraculi fidem adstruendam, non omisit repentinae circumstantiam acceptæ sanitatis, ut divinæ opus virtutis fuisse indicaret, quæ est supra Tem-

A verò, numquidnam, inquit, Dominum Johannem venerabilem Præpositum hinc non stare vidistis? nunquid non etiam vocem illius me inclamantis audistis? Ad hujusmodi mulieris verba attoniti, simul & gaudentes qui aderant, mox ad Monasterium mittunt, & quid pro ea Dei famulus ageret diligenter inquiri præcipiunt. Qui venientes, inveniunt præfatum virum Dei sanctis altaribus assistentem, proque illa Missarum Domino sollempnia celebrantem, certumque constitit, eadem horâ illam ad se reversam, locutamque fuisse, qua Dei famulus eam in loco Canonis solito memorasset, & gratias omnipotenti Domino maximas referentes, reversi ad eos, qui se miserant, rem pro certo, sicut contigerat, palam omnibus retulerunt. Mulier verò eadem incolumitati mox pristina restituta, unâ cum jugali suo mira semper hominem Dei devotione percoluit. Ferebatur etiam idem vir Dei hujusmodi gratia præpollere, ut si ex aqua, qua post Missarum sollempnia manus ablueret, aliquis in potum febricitans fideliter sumeret, nullum deinceps in eo febris jus exercere potestatis valeret. Anselmus tunc eidem Civitati Episcopus præerat, vir tantæ auctoritatis, atque prudentiæ, ut Romanam postmodum feliciter rexerit Sedem. Hic cum quodam tempore ardore febris vehementissimo æstualet, repente memoratus est hoc, quod jam dudum de prædicto viro Dei, fama multorum vulgante, perceperat. Misitque continuo, qui ex aqua eadem clanculo sibi deferret. (6) Quam mox ut in potum accepit, nullâ interpositâ morâ, omnis ab eo validudo illa febris aufugit, idque præfatus Antistes ad gloriam Dei, & commendationem tanti viri sæpè referre solitus erat. Multa etiam alia de virtutibus prædicti Dei famuli referuntur, sed non sunt, neque temporis, neque codicis hujus.

*Qualiter præfatus Apostolicus electionem nostri Abbatis indignè tulerit.*

## CAPUT XCIV.

(1) A Udiens præterea Apostolicus, & insperatum obitum Richerii, & Petri (a) electionem, valdè graviter tulit, moxque litteras huc blanditiis primùm, demum verò redargutionibus plenas direxit, nequaquam nos absque illius consilio, ac voluntate Imperatoris electionem ipsam debuisse facere, afferentes. Quamobrem duo Fratres ad eum, qui omnem illi rei hujus veritatem, seu necessitatem exponerent, ex parte Abbatis, & Fratrum directi sunt. Ad Imperatorem etiam de eadem re protinus sunt legati transmissi. Interea Apostolicus ultra montes profectus; ibique jam Imperatorem languentem reperiens, usque ad ejus obitum cum illo est remoratus, filioque parvulo quinque circiter annorum, quem in manu ejus pater reliquerat, Regni totius optimates jurare faciens, eumque in-

Re-

pus, non naturæ, quæ operatur in tempore. Pia hæc consuetudo bibendi aquam, quæ Sacerdos manus abluit, viget apud Græcos, ex Leone Allatio

## IN CAPUT XCIV. NOTÆ.

(a) præproperam electionem.

(1) Erat planè, inquit Baron. tom. 11. ad annum 1055. magni ponderis opus Abbatem constituere Casinensem, utpote non tam Monasterii Abbatem, quam Principem, qui compluribus castra, &amp; oppida possideret.

Regno confirmans, reversus tandem in Tusciam est. Fridericus dehinc, comperto Imperatoris obitu, (2) jam fiducialiter ad Papam accessit, & universa, quæ illi (b) Trasmundus fecerat, pleniter referens, eundem (c) Trasmundum excommunicari fecit. Demum, verò idem (d) Trasmundus absolutionis suæ causâ Romam pergens, & ferè omnia, quæ Friderico abstulerat, referens; cum post magnam satisfactionem se absolvi obtinisset, suggerente eodem Friderico, atque Humberto, conventus à Papa, atque admonitus, Castellum nomine Frisa, quod uxor ejus Sancto Benedicto concesserat, isque post ejus mortem invadendo abstulerat, in manu ejusdem Papæ sponte refutavit, & in jus Monasterii hujus restituit, & quoniam, ut supra jam dictum est, idem Apostolicus nimis indignè tulerat, quòd absque sua scientia prædicti Abbatis electio esset effecta; super hæc etiam relatum illi à quibusdam invidis fuerat, in eandem electionem non omnes Monachos consensisse, eumque seditiosè, & nequaquam canonicè ad id officium promotum fuisse, occasionem nactus, mandat eidem Abbati, ut Romam quæntocius cum XII. ad se Monachis vadat, & ita de sua ordinatione rationem sibi opportunissimam reddat; cumque sicut mandatum fuerat, profectus ad illum Abbas fuisset, vix jam post biduum in ejus Camera, cum duobus tantum Fratribus introire permixtus est. Honorificè tamen receptus, cum inter loquendum nonnumquam mentis suæ comotionem Apostolicus demonstraret, reverti tandem ad Monasterium jussus est, ut ibi in præsentia totius conventus, sive per se ipsum idem Pontifex, sive per Nuntios suos causam illius pleniter exquisitam addiscens, demum quod esset canonicum diffiniret. Igitur Abbate regresso, non multò post, missus est ex parte Papæ Humbertus Episcopus ad Monasterium, dato illi præcepto, ut diligentissimè causâ ipsius ordinationis investigatâ, si quam forte inibi occasionem (e) reperire valerent, mox Abbatem absque ulla procrastinatione (f) deponerent: quòd si contradicere aliquo modo præsumeret, tam ipsum, quàm & omnes suos fautores Apostolica excommunicatione (g) ferirent. (3) Ita ad subjugandam sibi violenter Abbatiam animum Papa intenderat; cum nunquam aliquis ante illum Romanorum Pontificum hoc attemptaverit: sed libera ab initio permanente, (4) Abbatis quidem electio Monachis, Papæ verò sacratio tantummodo pertinuerit. Ipso itaque die Sancti Pentecostes, prædictus Humbertus Capitulum Fratrum ingressus, Apostolicam illis benedictionem; si obedientiæ filii esse vellent, pronuntiat. Ea die nihil ab eo quæsitum, (h) sed Pascha solemniter celebrato, secundâ feriâ propter quod venisset, aperuit; & quid olim Apostolico de illis, deque illorum Abbate relatum fuerit, ordine retulit. Voluntatem illorum agnoscere, & responsum recipere quærens. Responsum itaque à Prioribus est. Casinensis Abbatis electionem, & regulæ auctoritate, & concessione Apostolica, nulli omnino mortalium; nisi propriis Monachis

(b) Trasmundus.  
(c) Trasmundum.  
(d) Trasmundus.  
(e) reperiret.  
(f) deponeret.  
(g) feriret.  
(h) Pentecosten.

A pertinere, liberam, auctore Deo, hanc domum, nulli conditioni obnoxiam aliquatenus esse. Electionem, quam concorditer fecerant, ratam omnimodis, atque canonicam, & qualiter monastica regula præcipit, & qualiter universorum ferè antecessorum suorum Apostolicorum auctoritas constituit, se fecisse. Nulli ambitioni locum aliquem in ea ordinatione fuisse. Neminem porro de suis, neque honestiorem, neque religiosiorem, neque meliorem denique in Abbatem eligendum invenire se potuisse. Invito illi, & omnimodis renitenti officium istud impositum esse; Omnesque unanimiter in ejus Prælatione concordare existere. Seditionis verò consuetudinem; Dei gratiâ, in hoc Monasterio numquam fuisse. Nullius demum imperio alterum se se consensuros recipere. Hujusmodi ratione percepta, Episcopus siluit, nil quod contradiceret aliquatenus pervidens, & eo etiam die ita discessum à Capitulo est.

*Qualiter Abbas Petrus Abbatiam renuntiaverit, & Fredericus electus sit.*

CAPUT XCV.

Interea IV. tantum quidam de Fratribus nimis hæc indignè ferentes, & ob hoc solum, ut Abbatem deponeret, Apostolicum Nuntium venisse putantes, tam Abbatem, quàm cæteris ignorantibus, ineptissimo inter se consilio habito, mandant protinus, & omnes ferè hujus terræ incolas ad arma excitos die altero, quasi in Abbatis auxilium, advocant. Cum ecce die sequenti cum omni pace à Capitulo surgentibus, subito diversis armata telis advenit innumera multitudo frementium, & qui essent, qui Abbatem illorum vellent deponere inquiringium, eosque perdere cupientium. Quod fortasse fecissent, nisi Abbas ad illos egressus, vix tandem multis rationibus ostensis, eorum sævitiam represisset, adiciens; nunc usque nemo michi Abbatiam tollere potuit, sed vos hodie vestrâ stultitiâ michi illam eripuistis. Quod pro certo verissimum fuit. Nam prædictus Episcopus jam jamque recedere, nulla contradictione super ejus ordinatione inventa, parabat. Hac igitur sola tandem occasione reperta, omnes pariter Fratres in Abbatis Camera vocat. Deque tanta sibi, Romanis videlicet Nuntiis, ante ipsas Romanorum januas facta injuria proclamando conqueritur. Huic etiam Monachi juncti, & sibi quoque nichilominus eandem factam injuriam contestantur, nolle se amplius Abbatem, qui non per illos, sed per terræ homines haberetur, asseverantes. Inde simul omnes in Capitulum redeuntes, cœpit idem Humbertus sub districtissima anathematis indictione perquirere, quinam fuissent tantæ seditionis auctores; Cumque tam Abbas, quàm cæteri Fratres hujusce rei se prorsus ignaros constantissimè faterentur, & ille super hoc negotio nimis instaret; surgentes tandem illi quattuor Fratres, seque, de more Monasterii, terræ humiliter prosternentes, se tantum, cæteris ignoran-

(2) Quod vivente inimico Imperatore (supra cap. 89.) facere non prævaluit.  
(3) Laurentus expunxit *Violenter*, planè violenter, id verò scribere veritus non est Leo mox Cardinalis.  
(4) Ut ipsi etiam Pontifices in compluribus asserunt bullis, laudatis.



rantibus, hujus facinoris auctores se fuisse, confessi sunt. Commoti Fratres, de claustrum Monasterii protinus illos exturbant, atque apud hospitem domum (1) in gravioribus eos culpis constitui mandant. Abbas interea Humbertum latenter alloquitur, libenter se Abbatiam dimittere pollicetur, dari sibi locum, ubi decenter possit consistere, flagitans. Tertia post hæc die coram cunctis Fratribus in Ecclesiam veniens, & virgam super Altare ponens, (2) Abbatiam tali ordine resuravit. Altera verò die, idest sextâ feriâ post Pentecosten, in Capitulum universi Fratres convenientes, præside prædicto Humberto Apostolicæ Sedis Legato, cœperunt de eligendo sibi Abbate tractare: uno igitur tandem consensu, & unanimi voluntate, Fridericum omnibus eligere complacet, qui, cum & nobilitate, ac sapientia magna polleret, quod his quoque præcipuum esset, Monachus ejusdem Congregationis existeret. Quod cum Humberto quoque Episcopo satis laudabile videretur, mox ab eo Fratribus traditus, ingenti gaudio, & exultatione cunctorum, de more Monasterii, Abbas electus est. Anno Domini mill. quinquagesimo VII.

*De Primordiis ejusdem Frederici.*

#### CAPUT XCVI.

(1) **F**ridericus natione Lotharingus, tricesimus sextus Abbas cœnobii hujus, fedit mensibus decem, qui ex regali progenie ducens originem, à puero liberalibus litterarum studiis eruditus, atque apud Ecclesiam Sancti Lamberti Canonicus conversatus est. Dehinc à Leone Papa Cancellarius Sedis Apo-

#### IN CAPUT XCV. NOTÆ.

- (1) In pœnitentia scilicet pro gravioribus culpis, secundum Regulam cap. 25. *Is autem Frater, qui gravioris culpa noxa tenetur, suspendatur à mensa, simul & ab Oratorio. Nullus ei fratrum in ullo jungatur consortio, neque in colloquio, &c.*
- (2) Undecimo Kal. Junii, ut ex hoc capite conficitur: eo enim anno Festum Pentecosten incidit in 15. Kal. ejusdem mensis. Fredericus verò electus est feria sexta sequenti, altero die ab abdicatione Petri. Anno 1057.

#### IN CAPUT XCVI. NOTÆ.

- (a) Apostolica illa hanc consuetudinem auctoritate Antecessorum suorum firmavit.
- (1) Olim dicta est Austrasia, quæ nunc Lotharingia, sic appellata à Lothario pio Cæsare. Verùm nunc Lotharingia non magna pars est antiquæ.
- (2) Fridericus cap. præcedenti electus traditur in Abbatem Casini feriâ sextâ post Pentecosten: Post decem verò dies abiit ad Pontificem in Tusciam; à quo in jejuniis mensis Junii Cardinalis ordinatur. Jejunia verò quatuor temporum æstiva nunc incidunt intra hebdomadam Pentecosten, quando Fridericus electus est Abbas; non quando electus est Cardinalis. Resolvit difficultatem Micrologus de Ecclesiast. observat, cap. 25. *Gregorius, inquit, Septimus, Apostolicæ Sedi præsidens constituit, ut æstivale jejunium infra octavam Pentecosten annuatim celebraretur: idque à Gregorio sancitum asserit, rationabiliter, & canonicè, utpote antiquis Patribus consonum; nam Leo Papa primus in suis sermonibus, quarti mensis jejunium non nisi hebdomadam Pentecosten celebrandum esse denunciavit: nec hoc tantum in uno sermone, sed in pluribus, quos de Pentecoste in diversis annis fecisse legitur, ubi evidentissimè docetur ex Apostolica traditione hujus jejunii observantiam descendere; nec diversam, sed continuam (alias nec divisam, sed contiguam) post diem Pentecosten celebrari debere. Cui autem*

A stolicæ ordinatus, post ejus obitum ad hoc Monasterium venit. Ac demum ordine, quo supra relatum est, loci Abbatiam recepit. Post decem igitur dies, paratis omnibus itineris necessariis, assumptis octo Fratribus, unâ cum Episcopo Humberto gratiâ consecrationis suæ ad Papam profectus in Tusciam est: Super quo, postquam Apostolicus nimis exhilaratus est, universa ei per ordinem, quæ vel qualiter gesta fuerant retulerunt, religionem, & conversationem nostrorum, ac loci istius dignitatem, Humberto plurimum collaudante. (2) Sabbato itaque in jejuniis mensis Junii, Cardinalis Presbyter de titulo Sancti Chrisogoni ordinatus, in nativitate verò Sancti Johannis Abbatiae est consecrationem adeptus, atque usque ad festivitatem Sancti Apollinaris cum eodem est Apostolico remoratus. Quo etiam tempore (3) privilegium ab eo per manus præfati Humberti recepit, in quo translata ad se à Petro, saniori Fratrum consilio Abbatiam, idem Apostolicus valde collaudans, (a) Apostolica illi hanc auctoritate, juxta consuetudinem antecessorum suorum, firmavit. (4) Usum quoque illi sandaliorum, cæterorumque insignium, juxta quod Sanctus Papa Leo dudum concesserat Abbati Richerio, eadem auctoritate concessit. In omni præterea conventu Episcoporum, ac Principum superiorem universis Abbatibus sedem, & in Consiliis eorum, atque judiciis, priorem nichilominus (5) sui ordinis hominibus sententiam, & illi pariter & successoribus ejus auctoritate simili roboravit. Quod & ipse postmodum similiter tempore Pontificatus sui cœnobio huic, & per ipsum omnibus deinceps cœnobii hujus Abbatibus cœnobialiter promovendis, (6) cum sol-

post Leonem consuetudo inoleverit jejunium æstivum celebrare secundâ hebdomadâ Junii, explicat idem Micrologus ibidem, ex Concilio Moguntino, tempore Henrici secundi. Ante Gregorium igitur jejunium, hoc est, sub Victore secundo, qui Fridericum ornavit purpura, illud jejunium celebrabatur mense Junio, nulla ratione habita ad Festum Pentecosten ac proinde bene cohæret, quod Fridericus feriâ sextâ post Pentecosten Abbas, & in jejuniis mens. Junii Cardinalis creatus fuerit: observaverat hoc Laurerius. Utinam sæpius!

(3) Regest. num. 26.

(4) *Usus quoque sandaliorum, inquit chartula, & dalmatica, quamvis jure Cardinalatus tui ab Apostolica Sede perceperis; à nobis tamen tibi, & loco deinceps in principalibus tantum festis, concedimus, ad honorificentiam tam venerabilis Cœnobii, & ob dilectionem tui, secundum quod præfatus decessor noster noster tuo præfato concessit, quibus serè verbis loquitur Nicolaus Secundus Desiderio Abbati Regest, num. 28. Hæc tamen concessio jam pridem fuerat à Zacharia, & aliis Summis Pontificibus, præter Leonem Nonum, Abbati Casinensi facta.*

(5) Non Ordinis Benedictini: sed ordinis Abbatialis.

(6) Hoc est solito, & secundum consuetudinem omnium Pontificum, ut patet ex dictis, & ex dicendis, Exemplum verò Privilegii Friderici, seu Stephani Noni, extat in eodem Regest. num. 27. In quo sic loquitur. *Hic pietatis locus in portum suæ quietis alacriter me suscepit, mundanis procellis tunc naufragantem, nec bis contentus, post aliquod tempus, cum summa suorum benevolentia, & electione, Abbatis mihi imposuit onus. Unde mox ad culmen sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis, nullo meo merito, sed Domino vocante, Cleri, & populi electione, translatus, tam liberali loco, nullatenus debeo episcoparere ingratus: sed, secundum quod Dominus ait, glorificantem me, glorificare devotus.*



sollemni privilegio in perpetuum delegando firmavit. In quo etiam, præter cætera, seditiones quas dicunt levas, seu deprædationes, quas hæc in Abbatibus dormitione fieri solere expertus fuerat, ne aliquo modo deinceps fierent, severissimè interdixit.

*Qualiter dictus Abbas electus sit in Papam.*

CAPUT XCVII.

Cumque petita remeandi licentiâ Romanam venisset, Dominica sequenti apud Sanctum Petrum Missam sollemniter celebrans, ingenti Romanorum multitudine comitatus, (1) ad titulum suum, de more Cardinalium, cum laude perductus est. (2) Dehinc ad Pallariam, ubi hospitabatur, non dissimili prosecutione profectus. Ubi cum usque ad quintam feriam ornamentorum acquirendorum gratiâ substitisset, & omnibus jam ad recedendum paratis, urbem protinus exire pararet, subito Bonifatius Albanensis Episcopus festinus à Tuscia rediens, (3) obitum Urbi Romani Pontificis nuntiavit. Tali mox nuntio consternatus restitit, & ita demum paulatim, ac pedetemptim frequentari à Romanis, tam clericis, quam civibus cœpit. Residuum itaque diei illius, & nox integra cum die sequenti, ab his in consiliis hujusmodi rei peracta, consultus tandem ab eis, quid facto opus esset, vel quem eligere ad tantum Pontificatum deberent, quinque illis personas, quæ digniores in istis partibus essent, ad quem vellent eligendum, proposuit. Humbertum scilicet Episcopum Sanctæ Rufinæ, Episcopum Veliternensem, Episcopum (a) Perusinum, Episcopum Tusculanensem, & (b) Hildebrandum Romanæ Ecclesiæ Subdiaconum. Sed cum Romani neminem sibi

A de his ydoneum ad hoc videri censerent, eique demum tantum se honorem largiri velle affererent; de me, inquit ille, nil poteritis agere; nisi quod permiserit Deus, & absque illius nutu, neque concedere, neque tollere michi (c) istud potestis. Fuere tamen, qui (d) Hildebrandum adhuc apud Tusciam, ubi cum Apostolico fuerat, remorantem opportunè dicerent expectandum. Cæteri verò moras aliquas nequaquam esse congruas judicantes, uno omnes consilio, ac voluntate, concordî summo mane Abbati simul conveniunt eundemque (e) Fredericum violenter à Pallaria extrahentes, ad electionem faciendam ad Beati Petri, quæ ad vincula nuncupatur, Basilicam illum perducunt. (4) Ubi ejus vocationem de consuetudine facientes, Stephanum eum, quoniam festum Sancti Stephani Papæ eo die celebrabatur, appellari decernunt. Sicque universa Urbe cum laudibus prosequente, ad Lateranense Patriarchium illum deducunt. Die verò altera illucescente, Cardinalibus universis, simul cum Clero, Populoque Romano ad eum convenientibus, apud Beati Petri Basilicam, ingenti cunctorum lætitiâ, (5) Summus, & universalis Pontifex consecratur. Post hæc remissis ad Monasterium Fratibus, & duobus tantum ad serviendum sibi retentis, mandat Præposito nostro, ut cum XII. Monachis, quos litteris ipse significabat, ad se protinus pergat, ut tam de se, quam de illis commune consilium habeat. Profecti itaque omnes, ut jusserat, sunt, atque post dies fermè decem reversi. Per quattuor igitur continuos menses Romæ moratus, (6) ac frequentibus Synodis Clerum Urbis, Populumque conveniens, maximèque pro conjugii Clericorum, ac Sacerdotum, nec non & (f) consanguinearum copulationibus destruendis nimio zelo decertans, ad hoc

IN CAPUT XCVII. NOTÆ.

- (a) Perosinum.
- (b) Hildebrandum.
- (c) officium istud.
- (d) Hildebrandum.
- (e) Fridericum.
- (f) consanguineorum.
- (1) Ut in tituli possessionem immitteretur ex ritu, huc usque servato. Infra quoque lib. 3. cap. 13. Ut autem semel hoc notem, Cardinales absolute accipere est pro Romanis Presbyteris, & Diaconibus, qui Romanis Ecclesiis præficerant, tanquam si diceret, Præcipuos Presbyteros, vel Diaconos titulorum, hoc est Ecclesiarum, quæ aut Diaconia essent, aut Presbyteratus. Alioqui reperies etiam Cardinales dictos in aliis extra Urbem Ecclesiis, ut Salerni, Trojæ in Apulia. Apud Ughellum. Ital. sacr. tom. 1. cuidam chartulæ subscribunt. Ego Angelus Episcopus. Ego Joannes Archiepiscopus. Ego Rodolgrimus Archiepiscopus. Ego Laurentius Cardinalis. Ego Constantinus Cardinalis, & alibi frequentissimè.
- Quin etiam Urbanus Secundus in Monasterio Glanofoliensi Abbatem instituit Cardinalem. Apostolica, inquit, auctoritate statimus, ut in loco illo venerabili, sæpe superius nominato, Cardinalis Abbas perpetuis temporibus habeatur. In Reg. Petri num. 74. Ubi Abbas Cardinalis, est Abbas proprius, & non alteri subditus. Nam priùs illud Monasterium subdebatur Fossateni. Idque patet ex narratione diplomatis. Sed & Cardinalis pro Principali, & in quo quasi cardo vertitur Reipublicæ, aut Ecclesiæ, meminit Theodosius in lib. Officior. ubi Cardinales vocantur Præfeti Prætorio Asiæ & Africa, quod cæteris essent majores.
- (2) Palladium. Monasterium erat sub titulo sanctorum Sebastiani, & Zotici, inter Arcum. Tom. IV.

- (3) Obiit Victor Secundus Florentiæ anno 1057. 5. Kal. Augusti.
- (4) Tunc enim Pontificis electio, non per secretum scrutinium: sed per vocationem, & acclamationem celebrari receptum erat. Vide Ceremoniale electionis Papæ.
- (5) Titulum universalis non admittit magnus Gregorius, eo tamen sensu, quo universalis excludit consortium aliorum in Regimine Ecclesiarum: non verò prout universalem totius Ecclesiæ curam importat. De quo Theologi, & præsertim controversiarum scriptores. Certè post Gregorium plures Pontifices universalis Papæ titulo inscribuntur, & paulo post nostrum Fridericum, Alexander Secundus in suo diplomate, penes Moniales Monasterii Senatoris Papiæ, inscribitur. Alexander universalis Papa. Dat. Laterani 6. Kal. Martii, Pontificatus anno 12. Incarnationis 1061. subscribit tamen † Ego Alexander humilis Apostolica Sedis Episcopus. Diploma verò non est originale.
- (6) Apud Baronium, Ciaconium, & alios. F f f

hoc tandem Monasterium in festivitate Sancti Andreae, cum non parva Romanorum manu reversus est, & usque ad festivitatem Sanctae Scolasticae commoratus. Et quoniam vitium proprietatis paulatim in hoc loco à prioribus annis irreperat, coepit omnimodis insistere opportunè, importunè arguendo, obsecrando, increpando, nec non & districtissimè interminando, ut prædictum vitium hinc juxta mandatum Regulæ, radicitus amputaret, & hoc quidem ex parte maxima fecit. Tunc etiam & Ambrosianum cantum (7) in Ecclesia ista cantari poenitus interdixit.

*De Oblationibus Episcopi Marsicani,  
& aliorum.*

### CAPUT XCVIII.

**P**ER hos dies Pandulfus Marforum Episcopus vir nobilis, & Ecclesiasticus (1) ad hoc Monasterium venit, atque ab eo nimis honorificè, amanterque receptus est. (a) (2) Qui etiam & privilegium Episcopale fecit, & in hoc Monasterium (b) (3) locum illi primum post se in omni conventu concessit. Qui videlicet Episcopus obtulit in hoc loco (4) planetam scaramanginam, Pluviale diasprum cum lista aurea. Faciem altaris purpuream cum listis, & gemmis. Turibula

(7) In quo differret Ambrosianus cantus à Romano tradit Radulphus Tungrensis libro de Canonum observantia Propositione 12. *Officium Ambrosianum ad Nocturnos, & Matutinas, atque Vesperas, Laudes, nec non ad Missam habet solennem, & sortem cantum; omnino alium à Romano, quem, hodierna die, sonora, & forti voce sonant Clerici Civitatis, & Diocesis Mediolanensis, & exinde apud Romanos Beatus Gregorius, & Vitalianus Papa eantem Romanum receperunt, qui per eos, seu per alios sub tenore, & tono, qui hodie cantatur, ubique existit magis planè dulcoratus, & ordinatus.* Obiit autem Radulfus, de Rivo, dictus, Decanus Ecclesie Tungrensis, anno 1403. Porro Mediolanensis Ecclesia nostra etiam ætate in Ecclesiastico cantu, officii, ritibus, ceremoniis, à Romanis, permittente Apostolica Sede, non minimum discrepat.

#### IN CAPUT XCVIII. NOTÆ.

- (a) cui etiam.  
(b) in hoc Monasterio.  
(c) Situl. argent. unam, pallium magnum unum cum leonibus.  
(d) Fractæ.  
(e) Fractensis.  
(1) Ecclesiasticis nempe ministeriis deditus, rerumque sacrarum gnarus. Ecclesiasticum sæpè distinguit à Viro prudentiæ secularis, infra lib. 3. ad cap. 64.  
(2) Qui per duas sillabas, hoc est Cui, ut in codice B. sic lib. 4. cap. 95. *Qui è diverso nostri dicebant, scilicet Cui, & cap. 87. Quosentinarum pro Cosentinarum.* Magna enim est affinitas inter C. & Q. ut parum, aut nihil distent. Hinc veteres lapides, & scriptores promiscuè habent. Cui, & Quoi. Cocus, & Quoquus. Cum, & Quum, oculus, & oquulus. Cur, & Quur, Pecunia & Pequinia. Locuntur, & loquuntur. Oblicum, & obliquum. Cotidie, & Quotidie. Terce, Catorce pro Terque Quaterque. Reliquas, pro Reliquas. Sic à Curis est Quirinus, & Quirites, à ferous, sterquilinium: à scabo, squama, à Colo, Qualus, Quoniam à Cum, & jam. At Grammatici noster in sua editione repudiavit Qui.  
(3) Tanquam Abbatem, Stephanus quippe Papa Casinensem Abbatiam in Pontificatu retinuit.  
(4) Lib. 3. cap. ultimo. *Scaramanga Imperatorum,*

A argentea duo. Calicem aureum cum patena sua. Aquæmanilia argentea duo. (5) Incensorium de argento unum. Crucem argenteam parvulam cum ligno Domini. (c) (6) Situlam argenteam unam cum Leonibus. Pallium magnum unum ad appendendum, & unum rippetum optimum, & alia nonnulla, quæ scribere superflua duximus, & sic societate, ac benedictione Fratrum percepta, reversus est, semper ex eo tempore familiarissimus, & devotissimus circa locum istum existens. Marinus etiam Trajectensis Comes eisdem diebus obtulit huic Monasterio (7) totam, & integram portionem suam, idest quartam partem totius Comitatus Trajectensis, & medietatem Castri Spinii, & quartam partem de Castro (d) Frattæ, (8) nec non & Monasterium Sancti Marini, quod in pertinentia ejusdem (e) Frattensis oppidi situm est, cum universis omnino substantiis, ac pertinentiis ejus. (9) Gezzo quoque, & Petrus Germani fratres de Pontecurvo his diebus tradiderunt in hoc loco Ecclesiam Sancti Nicolai, & Sancti Blasii, quæ est in Castello Sancti Johannis de Carica, cum omnibus rebus ipsi Ecclesie pertinentibus. Sed cum prædictus Apostolicus (10) Romana febre jam dudum langueret, circa ipsam natalis Domini festivitatem adeo graviter infirmatus est, ut pro certo se mori putaret. (11) Electo itaque Desiderio cum

*Scaramanga, vel Scaramangis, ex Voss. de vit. ferm. Vestis genus arcandis cali injuriis, vox est à posteriori Græcia. Maximus verò. Nescio, inquit, quid vocis sit, an ergo la-cerna, vel toga Quotidiana? Ego, si quicquam assequor conjecturâ, scaramangas Imperatorum, chlamydes Regias, & Imperiales inteligo; ad quam mentem Paulus Diaconus in Heraclio vocari potest ab eodem Vossio laudatus. Loricam ipsius, auro contextam, & Scaramangam ipsius detulerunt, cum capite ipsius, idest, Loricam, & superloricam, seu chlamydem, ideo vocatam ab Alexio Imperatore Epiloricum fortè ab Epi, quod est supra, & lorica, nam chlamydem superinduebant aliis vestibus, Mist unum epiloricum de dorso suo, loco adducendo infra lib. 4. cap. 14. At quid Planeta scaramangina? nisi malis Planctam ex chlamyde Imperiali confectam, colorem designari puto. Cum enim chlamydes Imperiales, aut purpureæ, aut determinati alterius essent coloris, scaramanginus fortè color is dictus est, quem referrent Imperatoris chlamydes, & sanè Auctor noster de coloribus accipiendus est, cum de hujusmodi loquitur; ut pluries notavimus, unde hic post Planctam scaramanginam, subdit Pluviale diasprum, videlicet Album, ut supra: Faciem altaris purpuream. Vide infra lib. 4. cap. 17.*

- (5) Distinguit Incensorium à Thuribulis, ergo Incensorium accipit fortassis pro *Acerca, Thy-miamaterio, Navicula* ad reponendum incensum. Quamquam Itali Thuribulum vocemus *Incensero*.  
(6) Melius Codex B. *Situlam argenteam unam, Pallium magnum unum cum leonibus.* In quo videlicet Leones acu picti, vel contexti.  
(7) Reg. 392. *Placuit nobis ab hodierna die offerre, & tradere in canobio tuo à Sanctissime Benedicte, ubi Dominus Stephanus Papa, qui & Abbas ejusdem Monasterii, regimen tenet.*  
(8) Sancti Martini in chartula dicitur: ubi nunc est Terra Castrifortis, Patria egregii Abbatis nostri Severini Fusci, cujus memoriam plurimum me debere profiteor.  
(9) Num. 393.  
(10) Lib. 3. cap. 9. *Romana febre percussus.* Quam videlicet Romæ contraxerat: Romæ quippe febrile coeperat Desiderius, de quo ibi.  
(11) In transitu nunc de hoc loco congruo lib. seq. distinctius,

cum Priorum consilio in Abbatem, quemadmodum loco congruo, iuvante Domino, ostendemus, & Apostolicæ legationis ad Constantinopolitanum Imperatorem illi commissio viatico, ipse Romam reversus, (12) Alfannum olim Desiderii socium Salernitanæ tunc sedis electum secum duxit, eumque in jejuniis Martii primò Presbyterum, dehinc sequenti Dominica Archiepiscopum consecrans, cum honore Salernum remisit.

*Qualiter idem Papa mandavit, ut omnem Ecclesiæ hujus Thesaurum ad ipsum deferret.*

CAPUT XCIX.

Post paucos dies mandavit Præposito nostro, ut omnem Ecclesiæ hujus loci thesaurum in auro dumtaxat, atque argento festinanter sibi, & quàm posset latenter, per se ipsum deferret, multo potiora his in brevi se huc retransmissurum promittens. Disponebat autem fratri suo Duci (a) Gotfrido apud Tusciam in colloquium jungi, eique, ut ferebatur, Imperialem coronam largiri, demum verò ad Normannos Italia expellendos, qui maximo illi odio erant, unà cum eo reverti. Cùmque licet tristes, nimiumque dolentes, quod Papa mandaverat, Fratres matutinali tempore perficere maturarent, Quidam Novicius bonæ conversationis, (1) Frater Leo nomine, civis Almasitanus post nocturnam synaxim, cæteris Ecclesiæ exeuntibus, orandi gratiâ substitit, & post orationem parumper residens obdormivit. Cernebatque in somnis quandam reverendam canitiam Monachum, cum alia sanctimoniali ab ipsis absidæ aditis (2) procedentes usque ad Ecclesiæ medium pervenisse, eandemque Sanctimonialem suffusam lacrimis, quasi pro eo, quod deprædaretur elata voce non mediocriter conqueri, quam ita vociferantem Monachus ille à latere comitans; taliter consolabatur: Noli, inquit, soror, noli flere, nam universa hæc ad nos procul dubio in proximo revertentur. Experrectus Frater cœpit esse de visione attonitus, pergensque fortuito ad secretarium, & videns, quæ agebantur, cùm illius mandati prorsus esset ignarus, (3) acceptâ mox à Priore loquendi licentiâ, visionem, quam viderat, per ordinem retulit, cœperuntque omnes, qui aderant, flere. Sed quoniam, quod mandatum fuerat prætermittere non audebant, assumptis omnibus, Romam illa ad Apostolicum detulerunt. (4)

(12) Intra lib. 3. cap. 7. & alibi.

IN CAPUT XCIX. NOTÆ.

(a) Gotfrido.

(1) Ad eum sensum, quo Monastica vita appellatur *Sancta Conversatio*. D. Greg. lib. 2. Dial. cap. 1. eique *Sanctæ Conversationis habitum tradidit*.

(2) De Confessione, sub altari, ubi Benedicti, & Scholasticæ sacra ipsa reconduntur.

(3) Nocturnis enim horis loqui non licebat, nisi petita, habitâque licentiâ: à Priore autem, ait, hoc est à Seniore illorum, qui in secretario aderant. Nam *Prioris* nomen in eâ notatione, qua Præpositum signat, posterioris ævi est, tempore Cælestini Quinti; de quo alibi.

(4) Segniùs quippe irritant animum, quæ mente concipimus, quàm quæ sunt oculis subjecta.

(5) Ejus regionis Dynastis.

IN CAPUT C. NOTÆ.

(a) deficit. Ad cuius &c. usque ad, Fratres igitur. Tom. IV.

A Quibus, ille visis totus intremuit, demum verò recitata illi præfata visione, cognita quoque super hoc immensa nostrorum tristitia, pœnitentia ductus lacrimari cœpit, ac protinus unam tantummodo iconam ex his, quæ ipsemet à Constantinopoli detulerat, inde assumens, cætera omnia perniciousiter huc referri mandavit. Cùm itaque mox receptis omnibus, prædictus noster Præpositus maturaret reverti, & magnam jam partem itineris confecisset, Nuntium repente à Papa recepit, ut remisso ad Monasterium thesauro per socios, ipse quantocius ad eum rediret. Quem reversum de Abbatia Sancti Vincentii, (5) quemadmodum à filiis Borelli exoratus fuerat, investivit, eumque protinus ad eam recipendam transmisit.

*De obitu Stephani Papæ, qui & Fredericus Abbas dictus fuit.*

CAPUT C.

Post hæc congregatis intra Ecclesiam Episcopis, & Clero, Populoque Romano, sub districta nimis interdictione constituit; ut, si antequam Hildebrandus Romanæ tunc Ecclesiæ Subdiaconus, ab Imperatrice, ad quam pro quibusdam Reipublicæ negotiis communi consilio mittebatur, rediret, se obire contingeret, nullus omnino eligere Papam præsumeret, sed usque ad illius reditum Apostolica Sedes intacta vacaret, ejus demum consilio ordinanda. Dehinc ipse in Tusciam properans, non multò post, subito languore depressus, Dei judicio, (1) apud Urbem Florentinam obiit IV. hc. Aprilis, (2) ibique digno satis est honore sepultus. (a) Ad cuius Sacratissimum Corpus, meritis ejus intervenientibus, plurima Christus signa ostendit. Fratres igitur nostri, qui cum eo perrexerant, (3) Cappellam ejus, quam hinc detulerat, fidelibus viris apud Florentiam commendantes, quoniam per Romam regredi formidabant, annitentibus, ac deducuntibus se (b) Florentinensibus per Marchias ad nos revertuntur.

*Qualiter Petrus Damianus, & alii Cardinales coacti sunt latibula fugere.*

CAPUT CI.

Interea Gregorius (1) de Alberico (a) Lateranensis, & Tusculanensis Comes, comperto Romani Pontificis obitu, sociato sibi Gi-

(b) Florentinorum nobilibus.

(1) Anno 1058. Cùm priùs optionem dedisset Casinensibus, alium sibi Abbatem subrogandi, ut lib. 3. cap. 9.

(2) In Ecclesia Cathedrali, ubi repertum est ejus corpus anno 1357. ex Ciacon. Vide notas Mari in Petrum Diac. de Vir. Illustr.

(3) Cappella hic est sacra suppellex, integrum altaris, & Cappellæ complectens servitium. Unde nunc quoque, defuncto Cardinali, Cappella ejus, ut dicitur, transit in jus sacrarii Pontificii: nam de alio sensu, prout Cappella notat facellum, nihil ad præsens.

IN CAPUT CI. NOTÆ.

(a) deficit. Lateranensis.

(1) Deo eo lib. 3. cap. 19. 59. & 60. & lib. 4. cap. 113. Gregorium de Alberico Patrem suum appellat Petrus, hujus puto Gregorii filium. Comitem vocat *Lateranensem* (quod deest in Leone) eo quia, fortassis, Romæ Consul esset, & Dux. Quasi *Consul Romanus*.

Girardo de Galera, & Romanorum potentium aliquot, nocturno tempore, cum armatorum turbis, Ecclesie jura pervadunt, & (2) Johannem Veliternensem Episcopum, (b) Mincium postea cognominatum, Papam constituunt, Benedicti nomine illi imposito. Quod cum (3) Petrus Damiani vir valde (c) religiosus, quem eo tempore Stephanus Papa distractum ab heremo in Ostiensi Ecclesia Episcopum fecerat, (d) comperisset, unâ cum Cardinalibus, cœpit obsistere, reclamare, ac anathematizare; sed omnes hi tandem fautorum ejus terrore compulsi, per diversa coacti sunt latibula fugere. Ita à satellitibus Satanæ (4) Ostiensis Ecclesie (e) Archipresbyter, ut prædictum Mincium ad Apostolatus culmen proveheret, raptus, ac violenter attractus est. Humbertus interea Episcopus tunc à Florentia revertens, unâ cum Petro Tusculanensi Episcopo, nequaquam Romæ remorandum ratus, clam iter aggressus, apud Beneventum Pascha celebraturus accelerabat. Qui cum Feria IV. ante Cœnam Domini ad Sanctum Germanum applicuisset, simul cum socio, invitatus a Fratribus, atque retentus festivitatis gratiâ est.

*Tusculanensem* verò, ex dominio Tusculi, aliorumque ejus oræ Castrorum. Porro, quod attinet ad Lateranum, refert Perottus apud Martinium, *Lateranus* nomen fuisse proprium Patritii Romani, cujus in Urbe auctoritas maxima esset. Hic consul designatus, aded properè, jussu Neronis, interfectus est: ut, ne amplectendi quidem liberos concessum ei tempus fuerit. *Ædes* ejus amplissimæ in Urbe datæ postea fuerunt à Constantino Silvestro Pontifici, & ab hoc Laterano Lateranense Palatium, & Lateranensis Basilica adjacens appellata. *Egregias Lateranorum sedes*, dixit Juvenalis Sat. 10. Fuit quoque Romanis *Lateranus*, ex Arnobio lib. 4. adversus Gentes, *Deus focorum, & Genius, adaususque hoc nomine, quod ex laterculis crudis ab omnibus, caminorum istud exadificetur genus.*

- (b) cognomin. invitum licet, ut fertur, in Romana Sede Papam.
- (c) religiosus, & in sæcularibus, ac divinis litteris a pueritia studiosissimus.
- (d) auditi comperisset, fortè auditu.
- (e) Archipresb. non tam Canonum, quàm etiam litterarum ignarus.
- (2) Platina Capuanum fuisse tradit. Panvinius, Baronius, Ciaconius, alique Romanum ex Comitibus Tusculanis, & Galeriæ, seu de Galera, ut loquitur noster. *Invitum*, ut fertur, in Antipapam electum scripserat Ostiensis, hoc non recepit in sua Petrus, cui consanguinei sui magis intererat.
- (3) A Damiano Fratre cognominatus refertur, ut in ejus vita. Vide Cajezanum in opera ejusdem Petri.
- (4) Consecratio Romani Pontificis ad Episcopum Ostiensem de ritu spectabat. Id renuente

A De Abbate Frederico, qui & Stephanus Papa dictus fuit, ac de muneribus ipsius in hoc Monasterio concessis.

## CAPUT CII.

Hæc præterea sunt, quæ de Friderici muneribus hoc Monasterium tempore diverso recepit. Crucem auream gemmis, ac margaritis ornatam librarum duarum, (a) cum tripode argenteo deaurato, & astili onichino, argento, & auro ornato, quinque librarum inter utrumque. Yconas argenteas deauratas IV. Auream unam cum gemmis, ac smaltis valde pulcherrimam, cum non parva ligni Dominici portione. Ceraptata cristallina parium unum, argenteum parium alterum. Codicellum Evangelii auro, gemmisque decoratum. Pluvialia VI. (1) Laternam argenteam magnam librarum V. (2) cum nigello. Urceolum argenteum ad ministerium altaris. Situlam argenteam deauratam cum smaltis. Pallia quoque, & hostiaria aliquot. Tapetia VII. & I. majus quolibet pallio pretiosius. (3) Antiphonarium I. Secundò tandem operis hujus ab Aligero in Desiderium, Domino favente, deducto libello opportunum, ac decens esse putamus, si vitam, moresque illius, ac gesta ex integro descripturi, tertium historiunculæ hujus primordium ejus auspiciis dedicemus, ac sic reliqua illius opera contexamus.

Petro Damiani tunc illius Sedis Episcopo imò Mincii electionem execrante, coactus fuit eo munere fungi Ostiensis Archipresbyter, in quem devolvi eam facultatem, Episcopo refugee, satellites illi satanæ cogitarunt, sed perperam; ut proinde Ostiensis in suo Codice dixerit de hoc Archipresbytero, *Non tam Canonum, quàm etiam litterarum ignarus.*

## IN CAPUT CII. NOTÆ.

- (a) cum tripode suo.
- (1) Puto pro nocturnalibus officiis.
- (2) In actis Concilii Ephesini. *Mittimus Encolpium aureum, cujus una facies coryballum inclusum, altera pilla nigello.* Damalus de munificentia Constantini, *Fecit crucem auream purissimam, pensantem libras 150. ubi scriptum est hoc, Constantinus Augustus, & Helena Augusta, scriptum est ex literis nigellis in Cruce. Encolpium Crux est pectoralis, sic dicta, quod è collo gestatur in pectore. Nigelli nomine intelligi videtur. Encausum. Smalto, unde pauld inferius. Situlam argenteam deauratam, cum smaltis, & l. 3. c. ultimo.*
- Ab *Encausto* autem corruptè factum est *Incbio-stro*, pro liquore nigro scriptorio. *Monast. Anglic. pag. 147. Ad officium Præcentoris debet invenire Præcentor incaustum omnibus scriptoribus Monasterii, & pergamenum ad breviam, &c. & pag. 299. ad parcamenum, & incaustum prædicto Conventui inveniendæ.* Vide Salmasium in Solinum. *Plin. lib. 35. cap. 9. Vitruvium lib. 7. cap. 9. Martinium, & Vossium.*
- (3) Superfunt in nostra Bibliotheca hujus generis membranacei Codices.

Explicit Liber Secundus Historia Canonii Casinensis.

# INCIPIIT PROLOGUS<sup>(a)</sup>

De vita, & actibus Reverendissimi Abbatis  
Desiderii, qui & Victoris Tertii Papæ.

**D**esiderius Abbas hujus Monasterii tricesimus septimus, & quartus hujus loci Restaurator, ac Renovator, sedit annis viginti novem, mensibus quinque. Primus siquidem Monasterii hujus Fundator, atque constructor fuit Pater Sanctissimus Benedictus: Petronax Secundus: Tertius Aligernus: Desiderius hic noster extitit Quartus. (1) (b) In quo videlicet omnipotens Deus nostro hoc tempore etiam corporaliter, Evangelicam illam pollicitationem visus est adimplere, qua dicitur. Amen dico vobis, quod omnis, qui reliquid (2) domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Hujus planè admirabilis, & singularis verè sui Ordinis viri tam dives, tam multiplex, tam denique copiosa est gestorum materia; ut ipsi Jeronimo, si adesset, vel Sulpicio non posset videri ad scribendum indigna. Ego tamen, quamvis omnium imperitissimus, & tanto sim operi nequaquam sufficiens, tum pro Imperio (c) Sanctissimi Patris Oderisii, minimè contempnendo; tum pro maxima, quam idem Pater Desiderius in me ab ipsa ferè infantia habere dignatus est, dilectione; cum me, vix dum quattuor, & decem annos egressum, in hoc sancto loco quàm libenter suscepit, instruxit, enutrit, ac provexit. Cernens insuper, & dolens, cum tanti utilitate operis, memoriam quoque tanti viri, scriptorum negligentia, paulatim in oblivionem, ac per hoc in contemptum fore venturam; licèt non decenter, licèt non eleganter, licèt denique non sufficienter valeam ejus opera ex toto complecti; aggrediar tamen, confusus de auxilio Dei, quoquomodo illa perfringere, & ad gloriam Dei, tantique viri (c) sanctam memoriam, nec non ad solacium filiorum ejus, fratrum nostrorum, literis utcumque mandare. Æquius utique judicans cum obedientia, & devotione incitæ notam subire, quàm de tam pretiosa materia ex toto filere: & indignum prorsus esse decernens, ut,

**A** etsi omnia nequeo, vel aliquanta non studeam, de tot, tantisque operibus ejus referre; prudentissimo utique more venantium, insectantium feras, qui etsi omnes capere nequeunt, nequaquam tamen quotquot possunt, capere neglegunt. Et quoniam plurima prorsus, & ferè innumera tanti viri sunt opera; multa me, ex ipsis etiam, quæ scio, prætermitturum confiteor; quoniam scribere si omnia, voluissem, prolixam certè, & enormem historiam condidissem: quamvis ob hoc à multis nostrorum, qui mecum pariter illa recolunt, me redarguendum fore non dubitem. Sed ego Lectorum fastidio utiliter consulens, si ea tantum, quæ relatu essent dignissima, scriberentur, sufficere judicavi. Nam si quæ minùs nostris literis reperiuntur; in ejus operibus luce clariùs conspiciuntur. Hujus sanè viri primordia, quoniam, opitulante Christo, hinc exordium sumere gestio, ab his, qui ejus ab incunabulis extitere sodales addidici. Multa præterea ex ejusdem ore veridico, cum me frequenter sibi nimia bonitate faceret adhærere, percepi. Nonnulla etiam à Prioribus quibusdam audivi. Cætera postremò illius & oculis propriis plurima vidi, & universis ferè usque ad obitum ejus interfui. Unde Lectorem meum reddere certissimum volo, nulla me in hoc opusculo extrinsecus additamenta facturum; nulla prorsus de illo, nisi veraciter comperta scripturum: utpote, qui me simplici intellectu legisse meminerim, Perdes Domine omnes, qui loquuntur mendacium, salvo utique intellectu alio, quo dictum id de hæreticis, affirmatur. Quod, si fortè aliquis invidentia, seu malitia ductus, fidem his accommodare noluerit, & favoris potiùs gratiæ huic rei me operam dedisse putaverit; huc, si placuerit, properans, aperiat visus, & videat, ac per ea, quæ videntur, illa quoque, quæ videri non possunt, semoto livore, considerans, admiretur, & credat, credensque bonorum omnium largitori laudes super hoc, & gratias referat; sicque tandem me de multis illius pauca, deque maximis minima, prorsus scripsisse cognoscat.

De

## IN LIBRI III. PROLOGUM NOTÆ.

- (a) Incipit Liber Tertius. Nec alia præfertur Epigraphæ.  
(b) In quo videl. &c. Non sic; sed infra descripto modo sunt concepta. Quem videlicet Omnipotens Deus adèd carissimum habuit, ut illud, quod suo fideli famulo Benedicto olim promiserat, locum istum, quem tunc gentibus destruendum, diripiendumque tradere censuerat, in majorem longè, quàm tunc erat, statum, famamque & gloriam fore venturum, per ipsum nostro hoc tempore dignatus sit, ut cernitur, ad effectum perducere. Hujus planè &c.  
(c) Reverendissimi.  
(d) dulcem memoriam.  
Heroici planè, Sanctissimique Viri Desiderii gestorum memoriam ad posteros transmittere, cum præcipuum in votis haberet Ostiensis; postquam præcedentia parcè, strictim, atque compendio tradidisset, floridiùs deinceps, &

uberiùs, tanquam in proprio campo, ejus videtur calamus exultare. Est autem scriptura ut & sermo, animi vultus. Ex hujus ergo tantum Prologi lectione, religiosam modestiam, judicii maturitatem, ac sapientiam undique redolentis, qualis, quantusque Desiderii fuerit Encomiastes Leo, facile est æstimare.

- (1) Huic Petri Diaconi, ut conjecto, periodo, prætulisset verba Leonis, quæ ad oram ex ejus Codice edimus. Propriùs quippe, & concinnius ad rem faciunt. Nos ad calcem remissimus.  
(2) Sive à Librarii manu, sive à sæculi dialecto Reliquid pro Reliquit inductum est, religiosè retinimus. Quemadmodum Alius pro Aliud; set pro sed. Itcirco pro Idcirco. Duas enim has litteras D. & T. latinioribus quoque permutatas observamus in marmoribus apud Gruterum, & in lapide magnificentissimi Cænobii S. Justinæ Patavii, Adque pro Atque.



*De Origine, & Infantia, & Adolescentia  
Desiderii.*

CAPUT PRIMUM.

**D**esiderius (a) igitur ex nobilissima Beneventanorum Principum origine sanguinis lineam ducens, spiritu potius, quam carne nobilis esse ab ipsis rudimentis infantiae coepit, & Dei magis servitio, quam saeculi vanitatibus operam dare ab ipsis, ut ita dicam, huberibus matris elegit. Studebat namque puerulus adhuc frequentare Ecclesiam, divinas lectiones & audire libenter, & legere, cum quibusdam etiam Religiosis saepe de his sermones innectere, & quaeque ab eis de bonis moribus addiscere poterat, in semetipso satagebat exprimere. At pater (1) illius saecularibus eum negotiis cupiens implicare, & utpote unicum unice diligens, per posteritatis illius lineam suae nobilitatis nomen disponderet propagare, puellam ei adaeque nobilem, cum jam inciperet adolescere, studuit desponsare, utque parentela eadem ad invicem firmaretur, modis omnibus maturare. Sed quoniam Dei spiritus suo igne cor Desiderii ad mundi contemptum accenderat, e contrario longe aliter, quam pater disposuerat, agere puer egregius destinabat, seque potius heremum, quam nuptias appetere, secretis, quibus poterat gestibus, indicabat, & fecisset suis desideriiis satis; nisi quod diligens parentum custodia, & singularis amor ac sollicitudo ingens impediabat.

*De susceptione Monastici habitus ejusdem.*

CAPUT II.

**N**on post multos dies, Dei iudicio, patre à Normannis precepto, Desiderius aliquo modo nactus occasionem, quam dudum optaverat, omnibus coepit modis, clam licet, satagere, ut desiderium, quod cogitatu conceperat, opere parturiret. Cuidam igitur Monacho bene sibi noto prudenti satis in saecularibus viro, nomine Jaquinto, (1) cujus hoc ego relatione percepi, consilium totum communicat, pandit votum, voluntatem ostendit, & ut ei super hoc fidenter auxiliaretur, fidei prece deposcit. Erat tunc circiter annorum viginti. Nosti, inquit, mi pater qualiter

IN CAPUT PRIMUM NOTAE.

- (a) *deficit*, igitur.  
(1) Patrem illius non prodit noster: nec aliis memoratum reperimus. Avum tamen Desiderii perspicacissimus Peregrinus conjectat fuisse Beneventi Principem Landulfum Quintum. Stemm. Princip. Benev. & pag. 292. namque vult Desiderium in anno fere 1027. series Abb. Cas. in Desiderio. Joan. Baptista Marus in Vita ejusdem Desiderii, praefixa ejus dialogis, Desiderium Beneventani Principis unicam prolem fuisse tradit. Verum, nullis probat tabulis, nec sane vero mihi simile videtur, id à nostris silentio involvendum fuisse.

CAPUT II. NOTAE.

- (a) *deficit*, frequentando.  
(b) cinctus.  
(c) pede iter.  
(1) Qui Abbas postea fuit Monasterii Sancti Benedicti in Salerno, infra cap. 14. *Abbati suo Domino Jaquinto nostro Confratri per ordi-*

**A** me seculo huic misero propinqui innexuerint: sed quoniam, ut verè tibi fatear, jam dudum Deo vacare decrevi, per ipsum te obtestor, & obsecro, ut juxta quod scis, & potes, his me vinculis exolutum Deo liberiùs servitutum clam omnibus, ad aliquam remotissimam solitudinem transferas. Quid multa? pollicetur in omnibus Jaquintus auxilium; sed cavere imperat, (2) ne fortè sit hæc suggestio dæmonum. Verum cum ejus per omnia firmum in Christo pectus agnovit, & iterum, iterumque illum (a) frequentando pertempans, idem semper, quod pridem invenit. Quadam die jam circa vesperam pariter ascensis equis, quasi spatiandi gratiã civitatem egressi, consequentibus aliquot famulis, Ecclesiam Beati Petri (3) cognomento Majoris, quæ juxta eandem Civitatem est sita, perveniunt, ibique, quasi causã orationis ingressi, equos, & gladium, quo idem Desiderius tunc erat (b) accinctus, prædictis famulis pro foribus veluti servanda relinquunt. Inde jam serò per quandam illius Ecclesie posterulam vadentes, (c) iter aggrediuntur, & cum non plus octo miliaribus ab inde locus ille distaret, ad quem pergere disposuerant, noctis errore simul ac pavore confusi, vix illuc alterius diei manè perveniunt. Quos cum vir Dei, qui solitariam inibi vitam ducebat, Santari nomine, conspexisset, valde miratus, atque lætatus est. Moxque inducens illos in cellam suam, ac Desiderium frequenter exosculans, coepit solleter exquirere, cur ita venissent. Cognita itaque Desiderii voluntate, vehementer obstupuit, quod puer tam nobilis, tam delicatus, tam dives, & præcipue parentibus singularis, tam ferventer universis seculi pompis, ac vanitatibus spretis, sub tam districto proposito serviturus Domino accessisset. Sed quoniam nil Deo difficile, aut impossibile esse sciebat, laudes illi, & gratias maximas referens, veterem hominem cum actibus ejus Desiderium, ipso vel maxime insistente, protinus exuit, & novum, qui renovatur in Dei cognitionem, illum consequenter vestivit (4), & Jaquinto in sua maturius redeunte, solus Desiderius cum Santari solo remansit.

*De*

*nem propalavit. Nostro, inquit, Confratri, Casinensi nempe Monacho, nam & Beneventanum Sanctæ Sophiæ, & Sancti Benedicti Salernitanum Cœnobium Casinensi subdebantur, à quo ad illa Monachorum coloniæ mittebantur.*

- E** (2) Ex monitione Regulæ, cap. 58. *Noviter veniens quis ad conversionem, non ei facilis tribuatur ingressus: sed, sicut ait Apostolus; probate spiritus, si ex Deo sunt, &c.*  
(3) Supra etiam lib. 2. cap. 25. Ecclesia Sancti Petri extra, & juxta Castrum Sancti Petri describitur. Neapoli Templum Divi Petri ad Aram extra, & prope urbem initio fuit: Papiæ similiter Sancti Petri ad Cœlum aureum (quamvis nunc intra nova mœnia comprehendantur.) Idque passim alibi est observandum. Cujus quidem ritus ratio ea occurrit, quod Apostolorum Principis Basilica primiceria, in suburbio sita sit Romæ, cujus exemplo ceteræ alibi extra oppida edificari cœperint.  
(4) Privatus Monachus, & heremicola Desiderio Monasticum cucullum induit, sicut Romanus Benedicto.

*De Vi sibi illata propter abitum susceptum.*

CAPUT III.

**F**amuli igitur ejus, ut supra dictum est, cum equis, & armis ipsius frustra illum pro foribus Ecclesie præstolantes, cum discessum illius tandem aliquando cognovissent, vicina jam nocte ad civitatem maturius revertuntur, matrique, ac propinquis, quid accidisset, pavitantibus animis (a) referunt (1): Noctem illam mater continuavit in lacrimis; propinqui verò, & affines ipsius manè facto, equis ascensis, per diversas vicinas requirendi illum gratiâ disperguntur, ac tandem quod erat in re suspicantes, prohibitum ejus indicio, ad Santari cellam deveniunt. Quam statim violenter ingressi, veste illum monastica vestitum reperiunt, ac vehementer irati, præfatum Dei servum contumeliis magnis, & conviciis multis adoriuntur, & inhonestè satis sacram vestem Desiderium exuentes, manibus eam propriis scindunt, eumque priori veste re vestiunt, invitum licet, ac repugnantem. Ac postremò illum equo impositum ipsis lora tenentibus, quasi maximam ante se prædam agentes, ad urbem more triumphantium revertuntur. (b) Hic jam matris lacrimas, & querelas simul ac suadelas frustra jam in Desiderium jactas, propinquorum, immo (2) totius urbis tripudium, quis referre contendat? Annum ferè integrum sub ingenti custodia in domo matris, (3) habitu tantummodo secularis, cæterum mente cœlebs exegit, nullusque illi, neque de nuptiis, neque de aliquo actu sæculari persuadere aliquatenus potuit: Ita quem fidelem, ac strenuum domui suæ dispensatorem constituere Dominus disponebat, ab omni eum carnalis contagii macula purum, immunemque servavit, unde non immeritò à cunctis civibus mirabilis, ac desiderabilis habebatur.

*De Fuga Desiderii ad Monasterium Cava.*

CAPUT IV.

**S**ed cum jam ferè nulla fugæ ipsius suspicio matrem teneret, eumque, quoniam conjugatum non poterat retinere secum, vel clericum niteretur ad Episcopium, quod domui suæ satis erat contiguum, primò quidem non sine custodia, dehinc securitate crescente, so-

IN CAPUT III. NOTÆ.

- (a) referunt.
- (b) Sic jam.
- (1) In manuscripto est *referuntur*. Licuit emendare: sed unâ id te nescire volui, quemadmodum quod sic jam in *Hic jam* ex alio Codice permutavi.
- (2) Erat enim de Principibus Urbis, & bonitatum suarum merito omnibus desiderabilis: ut mox infra hic.
- (3) 2. Timot. 2. *secularia desideria*, & alibi, *secularia negotia*, *secularia judicia*. Apud Irenæum, lib. 4. cap. 70. *seculares cogitationes*: id est, ad hoc sæculum, & res caducas, ac temporales pertinentia. Sic dicuntur *artes seculares*, id est, *mundana*, distinctæ à *sacris*. *Brachium seculare*, potestas politici Magistratus, opposita Ecclesiasticæ, & spirituali. Alio sensu dicitur Carmen seculare, apud Horatium. Hoc est Carmen, quod in ludis sæcularibus, post sæculi spatium, celebrari solitis, canebatur à virginibus, & pueris prætextatis.

IN CAPUT IV. NOTÆ.

- (a) in tantillo.
- (b) præsentientes.

lum sæpiùs ire sinebat. Erat tunc in Monasterio Sanctæ Sophiæ Præpositus nomine Siconolfus, qui Desiderii desiderium pleniter noscens, quoniam per diem, ne suspicio revivisceret, non præsumebat, nocte cum eo apud Episcopium sæpiùs loquebatur. Post non multos dies, noctu, sicuti consueverat, ad eum cum equis veniens, cuculla indutum clam Salernum perduxit, ac Beneventum perniciter rediit. Mox Desiderius (1) ad Principem Guaimarium consanguinitate sibi propinquum accedit, adventus causam ostendit, orat ut quoniam in patria vivere Monachus parentum pertinaciâ non auderet, quietè apud illum Deo sibi servire liceret. Si hoc meretur impetrare, nusquam inde procederet. Si verò aliquando illum reddere propinquis deberet, modò potius sibi licentiam daret aliò properandi. Hujus igitur adventu nimis exhilaratus Guaimarius, & vehementer admiratus tantum (a) in tanto adolescente fervorem, annuit postulatis, eumque secum per dies aliquot retinens, nullique se contra votum reddendum fidissimè pollicens, demum (2) ad Monasterium Sanctæ Trinitatis, quod ad Cavam nuncupatur, non longè à Salerno situm, eodem petente, transmisit. Quod propinqui (b) persequentes, magnis, ac frequentibus precibus Desiderium sibi reddi, Guaimarium interpellant: sed Principe in promissione, quam Desiderio fecerat, permanente, per semetipsum (3) Landulfus Beneventanus Princeps, matris ac propinquorum orationibus fatigatus, Salernum venit, & Desiderium affinibus reddi deposcit.

*De Reditu ejusdem ad Monasterium Sanctæ Sophiæ de Benevento.*

CAPUT V.

**T**ali igitur tandem aliquando conditione ad Beneventum redeat impetratur, ut sine alicujus impedimento, vel contradictione (1) apud Monasterium Sanctæ Sophiæ sub Monastica professione sibi manere liceret. Postquam ventum est Beneventum, universis affinibus sibi obviam simul cum civitate ruentibus, cum omni pariter comitatu Princeps illum ad Monasterium est prosecutus. Gregorius tunc vir valde prudens, & strenuus eidem Monasterio præerat in Abbatem, qui Desiderium multa hylaritate recipiens, pro eo quòd universis desiderabilis erat, (2) tunc pri-

- (1) Guaimario Quarto consanguinitate propinquum fuisse Desiderium, censet Peregrinus pag. 292. ob Gaitelgrimam Beneventani Principis Pandulfi secundi filiam, Landulfi Quinti Sororem, & Guaimarii prædicti matrem.
- (2) Supra lib. 2. cap. 30. & infra in notis ad cap. 7.
- (3) Sextus Landulfus, qui ex Pandulfo Tertio, nepos fuit Landulfi Quinti. Peregr. ibidem, sed in Desiderio mallet. *Pandulfus*, nempe Tertius, qui Pater fuit Landulfi sexti.

IN CAPUT V. NOTÆ.

- (1) Lib. 1. cap. 9. ab Arichi Principe constructum; & Casinensi subditum.
- (2) Rarum tunc erat, in ingressu Religionis nomen mutare; quod postea in laudabilem consuetudinem abiit, nempe, ut novum hominem, qui secundum Deum creatus est, induentes, ne nomen quidem veteris retineant, sed sint nova creatura, novum figmentum, & usquequaque dicere possint, *Vivo ego, jam non ego*, aliquibus tamen heroicis viris, nomen legimus immutatum, Abraë, Jacob, Simoni, Saulo. Quòd verò nomen Desiderio impositum dicatur, pro eo quòd universis desiderabilis erat, Agnomen id fuisse videtur. Adi notas in cap. 16.

primùm, mutato ejus nomine, Desiderium. A  
appellari præcepit: nam usque ad id tempus  
Daufertius vocabatur.

*De Professione Desiderii ad Monasterium  
Tremitemse, & Monasterium Magellæ,  
& Reditu ad Sanctam Sophiam.*

## CAPUT VI.

(1) **I**bi ergo illo per annos aliquot sub vita  
religiosissima commorante, & sæpè  
secum reputante, (2) Monachum in sua pa-  
tria perfectum esse non posse, pervenit inte-  
rim ad notitiam illius fama Monasterii Tre-  
mitenus, quod videlicet in Adriatico mari  
apud insulam Diomedis (a) quondam nomine  
vocatam, triginta circiter milibus à terra  
distans, situm esse dinoscitur, & quoniam jam-  
dudum apud Beneventum familiaritatem Ab-  
batis prædicti loci adeptus fuerat, vix licet  
impetratâ licentiâ, illuc perrexit, ibique sa-  
tis austeræ conversationi se tradens, non par-  
vum tempus exegit. Sed cum ab eodem Ab-  
bate adeò diligeretur, ut eandem ei Abba-  
tiam, se quoque vivente contradere cuperet,  
ille verò subjectioni potius, quàm Prælationi  
mentem accommodaret, ac propterea ceden-  
dum loco illi decerneret. Quodam tempore  
idem Abbas ad res Monasterii disquirendas  
egrediens, eundem Desiderium secum ire ro-  
gavit, quam ille egressionis opportunitatem  
libenter amplexus, minimè differendam puta-  
vit. Cumque pariter ad (b) Trasmundi Co-  
mitis, quoniam res ita poscebat, curiam per-  
rexissent, uxor ejusdem Comitum super adven-  
tu Desiderii, propter quod ejus affinis esset,  
valdè exhyllarata, à viro suo, ut secum illum  
aliquandiu retineret, etiam invito Abbate,  
obtinuit, cujus videlicet retentionis auctor  
ipsemet, ut dicit, extitit: audiens autem  
celebre tunc nomen heremitarum Majellæ (3)  
degentium, illuc properare, ac Deo secre-  
tius servire desiderans, prædictum Comitum,  
ut ibidem transmitteretur, oravit, quod &  
factum est. Ubi cum tribus circiter mensibus  
à principio videlicet Februarii, usque in ter-  
tiam (c) post Pascha Dominicam, sub ingenti  
continentia remoratus fuisset, transmissus est  
illuc supranominatus Jaquintus cum litteris  
ex parte Apostolici ad heremi ipsius Prio-  
rem, (4) quarum tenor & Priori sub intermi-  
natione jubebat, ne illum amplius retinere præ-  
sumeret, & illi nichilominus mandat, ne vel  
aliquantas inibi moras innectere auderet. Ita  
regressus ad Sanctæ Sophiæ Monasterium est.

## IN CAPUT VI. NOTÆ.

- (a) deficit quondam.  
(b) Trasmundi.  
(c) post Pascha Ebdomadam.  
(1) Puta tres ex computo Peregrinii, quem con-  
sule, in Desiderio.  
(2) Gen. 22. *Egredere de terra tua, & de cogna-  
tione tua, faciamque te in gentem magnam;  
& benedicam tibi, & magnificabo nomen-  
tuum.*  
(3) Mons est in Aprutio, omnium ejus Provinciarum  
maximus: ibique inter montanas rupes Mo-  
nasterium Sancti Spiritus, à Coslesinis nunc  
cultum, tunc à Casinatibus.  
(4) Superiorem; quo nomine venit quandoque  
etiam Abbas, ut alibi.

## IN CAPUT VII. NOTÆ.

- (a) Hodelrico.

*De Alphani, & Desiderii Adventu  
ad hoc Monasterium.*

## CAPUT VII.

**N**on post multos dies Dominus Leo Papa  
sanctissimus à partibus Ultramontanis  
regressus, Beneventum intravit, & quoniam  
Desiderius jam dudum (1) Humberto Sylvæ  
Candidæ Episcopo cognitus, & nimis carus  
extiterat, tam per illum, quàm & per Fri-  
dericum tunc Cancellarium eidem (2) Papæ  
notus, & valde familiaris efficitur, adeò  
ut illi frequenter in Altaris officio adhereret,  
& Evangelium ad ejus Missas sæpius legeret.  
Per idem tempus præfatus Pontifex descen-  
dit in Apuliam cum Normannis dimicaturus:  
sed Dei judicio, ab his superatus, ac Bene-  
ventum regressus, ordinato (a) Vodelrico  
Archiepiscopo, quem secum adduxerat, post  
novem circiter menses Romam reversus, at-  
que defunctus est. Interea Desiderius ob ni-  
miam abstinentiam, multasque vigilias in-  
languorem non modicum decidens, medendi  
gratiâ, Salernum perrexit. Ibi itaque illo  
aliquandiu remorante, Alfano, qui postmo-  
dum ejusdem civitatis Archiepiscopatum ade-  
ptus est, prudentissimus, & nobilissimus Cle-  
ricus, maxima illi est familiaritate conjun-  
ctus, cujus animum frequentibus monitis ad  
mundi contemptum exhortans, sic tandem ab  
illo exegit, ut Monachus fieret, si prius, ut  
jamdudum mente conceperat, (b) Jerusolimam  
ire permissus fuisset. Hac inter illos  
sponsione firmata, Beneventum reversus De-  
siderius est, atque post non multos dies, man-  
dat eidem Alfano, ut ad se veniat. Reveniente  
illo, ac potius pavitante Salernum egredi,  
iterum Desiderius ad illum abiit, eumque,  
propter quorundam inimicantium illi timo-  
rem, cuculla sua indutum noctu de civitate  
educens, secum Beneventum adduxit. Cum  
verò cœpissent Alfano nobiles quique viri,  
ac Clerici frequentare, eumque ob maximam  
ejus prudentiam decenter excolere, proposi-  
tum autem (c) Jerusolimitanæ viæ paulatim  
cœpisset & in ejus mente tepescere, seque à  
Desiderii latere nullo unquam modo, nullo  
unquam tempore assereret velle dividere,  
nequam ab his aliquantum apud Monasterium  
Sanctæ Sophiæ exactum est. Cum ecce fama  
percrebuit, Victorem Papam ab Ultramon-  
tanis partibus Romam venisse, eumque ad  
partes istas in proximo (3) venturum fore.  
(4) Territus Alfano hujusmodi nuntio, quod  
Fratres suos super Guaimarii Principis occi-  
sione infimulandos, (d) procul dubio nos-  
set, præoccupare statuit Apostolicum, secum-  
que

(b) Jerusolimam.

(c) Jerosol.

(d) procul dubio arbitraretur, adire, & præoccupare.

(1) Inter symbola facilis transitus. Humbertus &  
ipse Monachus Benedictinus in Monasterio  
Tullensi doctissimus, atque sanctissimus.

(2) Idem de se ipso testatur Desiderius lib. 3. suo-  
rum dialog. supra lib. 2. in cap. 79. erat ergo  
tunc Diaconus: non tamen Cardinalis Dia-  
conus: non enim Romanæ tunc Ecclesiæ ad-  
scriptus in titulum Diaconie Urbane. Con-  
tra quod credidit Ciaconius.

(3) Anno 1055.

(4) Erat ergo Alfano ex cognatis Guaimarii, &  
ex illis, de quibus lib. 2. cap. 85. ideoque  
Ostiensis illum supra vocat, *Nobilissimum Cle-  
ricum.*

que ire orat suppliciter Desiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, (5) & medicinæ artis scientiam non parvam habebat, ejusdemque artis codices nonnullos secum à domo detulerat, magni aliquid se habendum in Summi Pontificis curia, omnimodis confidebat. Confectis igitur, atque aptatis, quotquot potuit medicaminibus, unà cum civitatis ipsius Archiepiscopo ad Romanum Pontificem in Tusciam proficiscuntur, eumque apud Florentiam remorantem reperiunt. In brevi itaque maximam apud illum familiaritatem adepti, & satis honorificè habiti sunt. Sed cum jam ibi per tempus aliquantum remorati, pro certo Desiderius comperisset, Papam minimè ad partes istas venturum, in super etiam ultra montes proximè profecturum, simulque valde inutilem esse proposito suo considerans in ejusdem Pontificis curia

(5) Cantandi, atque medendi artes affines esse, produnt, qui medicam quandam Musicæ virtutem inesse scribunt. Apollonius in historiis mirabilibus, multos, & animi, & corporis morbos musica vult sanari, ut Lipothymiam, timores, mentis excessus, Epilepsias. Cantus certè, & Musicæ permagna vis est ad animum affectus recta, vel pravè flectendos, ad graviores motus demulcendos, mitigandosque, & ad leviores incitandos, quod sacræ unà, & profanæ perhibent historiæ. P. Regum 16. de Saul, & 4. Reg. 3. Plato adolescentibus prohibuit Lydiam, & Phrygiam harmoniam, quòd altera animi facultatem, ad lugendum, & dolendum proclivem, excitarèt: altera propensam ad voluptatem, & libidines partem impelleret. Plutar. in politicis præceptis. Alexandrum tiliarum sono ad arma animatum, Hermogenes refert. Cùm enim Thimotheus Alexandro orthium modum concineret, velut furens, & efferatus in rabiem, protinus ad arma profiliit. Alex. ab Alex lib. 4. cap. 2. Lacedæmonios etiam exercitus musicis modis accensos fuisse; & Pythagoreos in more habuisse, ut affectus suos, & animi perturbationes modulationibus certis in ordinem redigerent, & aliorum furores compercerent; idem Hermogenes testatur. Cùmque mœrorem, aut lætitiã excitandi potestatem habeat musica, hinc sanguinis constitutionem immutat, ex qua bona, & adversa valerudo dependet: indeque ad magica flagitia denotanda cantus nomen traductum est: Virgil.

*Carmina vel Cælo possunt deducere Lunam.*  
Et Silius Italicus

*Ad quorum cantus serpens oblita veneni, &c.*  
De variis, & mirabilibus Musicæ effectibus adeundus eruditissimus Joannes Bona sæpius laudatus cap. 17. §. 1. & 2.

At verò, quòd Alfano, nobilissimus Clericus, medicinæ arti incubuerit, minimè mirum videri debet: Tum quòd Principes Viri, & maximè Clerici per ea tempora Medicinæ peritiam adamabant: Tum quòd Salerni præsertim in magno tunc pretio erat, & etiamnum est Medica disciplina, unde & celebris extitit Schola Salernitana, quæ Anglorum Regi valetudinis leges præscripsit. Repete notata in cap. 33. libri primi. De Alfano iterum Petrus Diaconus infra cap. 35.

(6) Duo distinguit Ostiensis. *Fratribus sociati*, videlicet Casinensi Cœnobio nomen dederunt, & *Monasticam consecrationem adepti*. Quis dubitet, Professionem? ut proinde Casinates Monachi censerentur debeant. Verùm, quòd quispian de hoc dubitavit, libet hic paululum subsistere.

#### EXCURSUS HISTORICUS.

*An Casinas fuerit, dicendusque sit Desiderius.*

**A**rnoldus Vvion Belga Monachus insignis Monasterii Sancti Benedicti de Padoliro-  
Tom. IV.

**A** conversationem, cœpit omnimodis instare Alfano, ut jam jamque peteret ab eo licentiam revertendi. Petrus ante non multos dies huic Monasterio electus fuerat à Fratribus in Abbatem, qui pro ipsa sua ordinatione insinuanda, duos hujus loci ad Papam tunc Fratres transmiserat. Igitur Desiderius, optata jam dudum opportunitate reperta, accedit pariter cum Alfano ad Romanum Pontificem, simulque pedibus illius se prosternentes, orant recedendi licentiam. Adduntque petentes, ut gratiã religiosius vivendi, per Monachos, qui ad eum à Casinensi Monasterio venerant, illuc eos transmittere, suisque litteris illos Abbatem dignaretur, ac Fratribus commendare.

**B** Annuit Apostolicus, atque ita sicut poposcerant, cum Fratribus illis ad hoc cœnobium transmissi sunt. Receptique decenter ab Abbate, & Fratribus sociati (6), honestè nimis, atque

ne prima parte Ligni Vitæ cap. 8. Desiderium Caveni Cœnobio asserit, Cavenium Patrum opinione nixus; quam nonnullis præterea propinatam cùm videam, etsi nullius ferè momenti sit controversia, & à Laureto sufficienter pro Casinatibus agitata, levi tamen labori parcendum non duxi, eam iteratò in judicium revocando, neque alios, quam Cavenes ipsos Patres, profectò æquissimos, iudices appello; quos sic liceat affari.

**C** Quòd vobis Desiderium alumnum asseratis, vel ideo est, quòd apud vos Monasticum habitum suscepit: vel quòd ibidem Professionem emisit. Atqui neutro ex capite id præsumi potest: ergo ex nullo; neque enim alius est id præsumendi titulus, nisi fortè per posteriorem aggregationem, de qua nulla nunc intercurrit difficultas.

**D** Et quidem Desiderius habitum Sanctæ Conversationis suscepit primùm à Santari heremita, Jaquinto præsentè, supra cap. 2. Per vim dein Cuculla exiit à consanguineis cap. 3. Denuo illa induitur à Siconolfo Præposito Sanctæ Sophiæ cap. 4. Illud verò Monasterium Colonia tunc erat, & obedientia Casinensis; ut frequenter in hac Historia. Clam fugit ad Guaimarium propinquum suum, & inde ad vestrum Caveni Cœnobium secedit, cap. 4. Beneventum à Principe Landulfo (sive malis Pandulfo) reducitur, & in Monasterio Sanctæ Sophiæ, sub Monastica professione manere permittitur: ubi à Gregorio Abbate ex Dauferio appellatus primùm est Desiderius cap. 5. Pergit ad Monasterium Tremitense in Insulis Diomedis. Hinc ad Theatinum Comitum Transmundum, inde ad Heremitas Majellæ, à quibus, Apostolica iussione, ad Sanctæ Sophiæ remigrat Beneventum cap. 6. Denique à Victore Secundo Casinum transmittitur cum Alfano. Receptus ab Abbate Petro, Fratribusque sociatus (quid est autem Fratribus sociari, nisi inter Casinates computatum fuisse de familia Cœnobii Casinensis?) Monasticam consecrationem ab eodem Abbate adeptus est, cap. 7. nec multò post, ad Capuanum Monasterium est transmissus Præpositus, cap. 8. Ac demum Abbas Casini renunciatus cap. 9. Postremò Pontifex Maximus cap. 65.

**E** Ex qua rerum serie, quam per annos ætatis ejusdem Desiderii ducit Peregrinus ad eundem, jam pater, neque Monasticum schema apud vos à Desiderio susceptum, nec emissam professionem. Unde igitur, amabo, senioribus vestris in mentem venit, ut Desiderium alumnum vobis testamento legaverint?

**A**n, domesticum tantùm à nobis testem, exceptione propterea non carentem, produci proclamabitis? Domesticum planè, sed integerrimæ fidei, & non à Casinatibus tantùm appellatum scriptorem Domesticum: sed synchronum, quin etiam oculatum testem, ut ex Prologo hujus tertii libri, & ex temporum ratione. Domesticum: at in re notoria, & nemine tunc excipiente. Nam, si vobis alium quempiam ejus ævi, quamvis ex vestris

G g g histo-

atque humiliter inter illos aliquandiu conversati sunt, & ab universis in dilectione plurima habiti, nec non & Monasticam ab eodem Abbate consecrationem adepti, Friderico super eorum adventu, plusquam satis est, gratulante.

*De Visione Desiderii, & Præpositura ejusdem, & Archiepiscopatu Alphani.*

### CAPUT VIII.

**V**iderat per hos dies Desiderius visionem non contemnendam, quam satis proximè rei commendavit effectus. Cernebat siquidem se unà cum Alfano in quadam excelsa, ac valde pulcherrima turre, quæ juxta Capitulum Fratrum sita esset, consistere; in qua nimirum Pater Benedictus videbatur sede decentissima residere. Cùmque ad illius visionem stupefacti paverent, & accedere propius nequaquam præsumerent, Beatus Benedictus Desiderio hilariter innuebat, eumque juxta se sedere, manu porrecta jubebat. Alfano verò, quoniam vocatus ab eo non fuerat, quasi indignè ferens, de domo illa exibat; quæ nimirum visio manifestissimè portendere visa est, & Alfano in loco hoc non diu remoraturum, & Desiderium Benedicti Patris vicem in hoc Monasterio suscepturum. Non multò post igitur à Gisulfo Principe (1) Alfano expostulatus, primò apud Salernum in Monasterio Sancti Benedicti Abbas effectus; dehinc ejusdem civitatis Archiepiscopatum indeptus est. Desiderius verò ad Capuanum Monasterium est transmissus Præpositus. Richardus tunc Averfanus Comes (2) Capuan

historicum, Leoni liceat opponere: causa nos cecidisse, litemque vobis adjudicandam, incunctanter profitebimur. Cæterum blandimenta puerorum, recentisque opiniones pro seriis, vetustisque protrudere, quàm indecorum gravissimis Viris fuerit, ipsi videritis.

**P**orrò Leonis Ostiensis, quamquam irrefragabili, testimonio non recepto, an ipsius quoque principalis fides sublesta vobis erit, & refutanda? Adsit igitur Desiderius ipse, litemque Judex, in causa propria, non tamen criminosa, dirimat, & pro tribunali, de se ipso pronunciet. *Alferius* (Desiderium audis in 3. suorum Dialogorum) *Abbas Monasterii Sanctæ Trinitatis, in latere Montis edificati, quod inter Salernitanam, Amalfitanamque civitatem præminet mari, extitit. Cujus religiosam, & Deo amabilem vitam, & ipse ex parte vidi, qui apud eum aliquantulum familiariter mansi; & aliis referentibus, agnovi.* Hospitem itaque se fatetur Alferii, non alumnum, imò aliquantuli solum temporis hospitem, licet familiariter habitum.

**P**rofectò, si aliunde constaret, Desiderium ab Alferio Monasticis indutum fuisse vestimentis, sustineri utcumque posset, Monachum Cavensem computandum; etsi per horam tantum apud vos mansisset. At, legitimis cùm id documentis non probetur, aliquantula illa Desiderii cum Alferio mansio, quo jure illum Cavenibus asserat, non apparet. Alioqui & Adalbertum nobis, & Bonifacium, Nilum, & sexcentos in Casinatis censere, juris esset.

**P**ræter quod, dum Cavense Cænobium plus quam religiosæ hospitalitatis officii Desiderium demeruisse, quis crediderit, ingrato id silentio à Viro generosissimo, atque Sanctissimo involvendum, cùm aliquantulam illam apud vos commorationem intestatam dimittere non voluerit? At, ubi opportunius, vel de habitu apud vos suscepto, vel de professione emissa, sermo illi inciderat, quam ubi de Alferio, & de Caveni suo secessu lo-

**A** expugnabat: sed cùm Pandulfus (3) ipsius civitatis Princeps indigna quædam, & superflua, juxta priorum temporum consuetudinem, Desiderio vellet injungere, ille constanter, ut erat, pectore nequaquam in his ei congruum duceret assentiri, Capuam egressus ad Richardum accessit, & omnium, quæ extra Civitatem erant Monasterio pertinentium, ab eo securitate accepta, & maxima insuper illi ex tunc foederatus amicitia, in obedientiis ejusdem Monasterii aliquandiu remoratus est, paucissimis in Monasterio relictis Fratribus, & cæteris ad se accersitis.

*De electione, & confirmatione Desiderii à Papa.*

### CAPUT IX.

**D**ehinc cùm prædictus Fridericus in Abbatem hujus loci electus; demum verò in Romanum Pontificem, ut suo in loco jam supra taxavimus, ordinatus fuisset, Romam ad illum mense Augusto cum duodecim aliis loci hujus Fratribus, nominatim ab ipso vocatus perrexit, ibique Romana febre percussus, post paucos dies huc rediit. Cùm autem idem Apostolicus ad Monasterium hoc post quattuor circiter menses venisset, non multò post gravi languore detentus, atque ad extrema ferè perductus est. Accersitis itaque Cænobii hujus Prioribus, dat optionem illis in Abbatem eligendi quem vellent. (1) Qui cùm habito ad invicem consilio, nunc illum, nunc alium, ut in talibus consuetudo est, eligendum censerent, communis tandem universorum consensus in Desiderium expetendum,

aspi-

quebatur? Quin etiam, quid opus erat aliquantulæ illius cum Alferio mansionis meminisse, si Cavenis domus alumnum se agnosceret? Unum ergo istud, in quod proficitur, verum, reliqua alto silentio involuta, falsa esse, ipso judice, convincuntur.

**A**rnoldi porrò auctoritas, mihi ferè nulla, quippe qui vulgaria opinionum, sine delectu, sectatorem non semel se prodit. Neque Ciaconium moror, qui Desiderium diu in Monasteriis Cava, & Sanctæ Sophiæ remoratum scribit. Diuturnitas enim hæc, quod ad secundum, non ad primum referenda sit, ipse Desiderius proficitur. Neque Possavinum in apparatu sacro. Cæteris, si qui sunt, Visionis se fidei committere, proclive fuit, in re præsertim levidenti, & quæ nobis tunc tacentibus, in forum non vocabatur. Et sanè me pœniteret nullius ferè pensi negotium, instituta disputatione pertractasse; nisi necessarium visum fuisset, gravissimis Patribus satisfacere, ne videamur eorum imaginibus invidere, aut nobis sine tabulis Desiderium vindicare; nam quod attinet ad ultroneam, liberalemque Laureti decisionem: (Aliquantulam, videlicet, illam Desiderii apud Cava mansionem sub Alferii disciplina, id posse conficere, ut Alferii discipulus, & Cavenis domus alumnum Desiderius aliquatenus appelletur), gratam Cavenibus minimè futuram reor. Facile siquidem fuerit prudentissimis litigantibus prospicere, falsam matrem à sapiente illam judicandam, quæ filium dividi patiatur.

#### IN CAPUT VIII. NOTÆ.

- (1) Ejus nominis Secundo.  
(2) Primus qui postea Princeps Capuæ, infra cap. 16.  
(3) Quintus, de quo supra. Vide Peregrinum.

#### IN CAPUT IX. NOTÆ.

- (1) Hactenus enim Pontifex Casinensem Præfecturam sibi retinuerat, ut supra lib. 2. cap. 98. & cap. 100. statueratque nulli alteri illam, se vivente, demandare, ut hic infra.



aspirat, & ut ipse illis in Patrem concederetur, communibus votis Papam exorant. Cumque satis sibi placere eandem electionem Apostolicus asseruisset: Nam & olim a tempore Leonis Papæ optimè illi apud Beneventum notus extiterat, & ex quo Petrus Abbas eundem Desiderium ante non plenum biennium receperat, multa se illi familiaritate devinxerat, ita quidem, ut in camera erat, Fratrum electionem confirmavit dicens: Quòd quamvis plures eo tempore religiosos, ac spirituales viros, multaque honestate, & prudentia præditos Monasterium hoc haberet, neminem tamen magis idoneum eligere ad id officium de suo collegio potuissent. Et quoniam dum ipse adviveret, nulli se mortalium eandem Abbatiam traditurum decreverat: Desiderium verò ad Constantinopolitanum Imperatorem jam dudum Romanæ Sedis Apocrisarius facere disposuerat, constituit, ut si idem Desiderius, se superstite reverteretur, ipse illi vellet Abbatiam contradere, si verò ante illius reversionem defunctus fuisset, redeuntem illum absque aliqua contradictione in Abbatem congregatio universa reciperet. Stephanum itaque Cardinalem, & Mainardum, postmodum Sylvæ candidæ Episcopum, illi socios itineris donans, & in Epistolis, quas Imperatori mandabat, Casinensis Abbatiae illum electum commemorans (2), emisit à se, præcipiens, ut, expleta Legatione, reverti quàm posset citiùs festinaret (a). Desiderius igitur injunctum sibi officium perficere satagens, assumptis quæque essent tanto itineri necessariis, simul cum sibi traditis sociis, iter aggressus, ad Monasterium Sancti Johannis, quod appellatur in Veneris (3), ut ibi mare ingrederetur profectus est. Cum autem per dies aliquot ibi frustra remoratus fuisset, & propter aëris inclementiam, mare ingredi nequaquam præsumeret, Sipontum inde contendit, ibi navem, qua Barim navigaret, ingressus, per quendam Episcopum, qui orationis gratiâ montem Garganum adierat, Fratribus se commendari, seque mare ingressum illis significari rogavit: sed cum apud Barim quoque causâ tempestatis aliquandiu restitisset, alium item nuntium huc dirigere studuit, per quem videlicet significando mandabat, ob temporis intemperiem usque ad illam diem apud Barim morari. Contigit autem dispositione Divina, quæ illum ad loci hujus recipiendum honorem hætenus retardaverat, ut eo die, quo idem nuntius huc applicuit, eo quoque die Fratres nostri, qui cum Papa profecti fuerant, illo

A apud Florentiam defuncto, atque sepulto, redissent. Mox itaque nostri, consilio habito, duos Fratres, qui Desiderium revocare, nuntiata Apostolici morte, deberent, festinanter transmittunt.

De susceptione Desiderii in Abbatiam.

CAPUT X.

JAm tandem Desiderius sufficienter necessaria quæque itineri cœpto paraverat, jam jamque simul cum Argiro Barensum magistro (1) navigare disponebat, cum ecce ipso Palmaram Dominico circa vesperam eisdem nuntios à nostris directos accepit, defunctum Apostolicum, & se ad revocandum illum festinanter transmissos ab universis Fratribus, asserentes; rediret ergo quantocius, & regimen Monasterii, prout Dominus ordinaverat, cunctis se desiderabiliter præstolantibus, sumeret. Obrigit Desiderius tam subita Apostolici morte percussus, moxque sociis advocatis aperuit quid nuntii detulissent, cœperuntque pariter cum Argiro satagere qualiter, antequam mors Papæ divulgaretur, reverti valerent. Non enim dubitabant se, cognito ejus obitu, à Normannis, vel capiendos, vel disturbandos. Redemptis igitur protinus, seu acquisitis pro se, ac sociis aliquot, quibus veherentur, jumentis, secundâ feriâ post Palmas (a) iter aggredientes, venerunt ad (b) Robertum (2) Viscardum, tunc quidem Normannorum tantum Apuliæ, Comitum; (3) postmodum verò totius Apuliæ & Calabriæ, atque Siciliæ Ducem, rogantes, ut securè illis per terram ipsius transire liceret. Qui ut fuit vir maximè bonitatis; licèt jam Papæ transitum compertum haberet, & securitatem illis concessit, & tres Desiderio equos, quibus adhuc indigebat, largitus est. Ita Deo in omnibus prosperante, sine aliquo impedimento reversi. ipso Paschali Sabbato jam tardiusculè ad Civitatem S. Germani applicuerunt. Dominica verò Sancti Paschæ valde diluculo huc ascendentes, de more Monasterii, Capitulum Fratrum ingressi sunt, præsentibus Humberto Sanctæ Rufinæ, & Petro Tusculanensi Episcopis, & Stephano Cardinali, ac Mainardo Desiderii sociis. Nam prædicti Episcopi Humbertus, & Petrus, ut longè jam supra (c) retulimus, (4) à Roma tunc Mincii ordinationem fugientes, (5) Beneventum Pascha celebraturi pergebant; sed Deo ordinante, gratiâ tantæ festivitatis à nostris Prioribus invitati, atque retenti fuerant.

Post

(a) festinaret. Post hæc . . . . . reversus, ad demum profectus in Tusciam, post paucos dies apud . . . . . ut jam supra retulimus, obiit. Desiderius.  
 (2) Nondum scilicet consecratum; sed tantum designatum.  
 (3) Censor noster maluit, *In Veneris*. At, quod *In Veneris* rectè dicatur, & pueri sciunt, qui nondum ære lavantur. Ita initio capituli *Taxavimus* vertit in *Trastavimus*: quasi verò *taxare* non sit à *tangere*, quasi diceret, *supra tetigimus*.

IN CAPUT X. NOTÆ.

(a) altera die iter.  
 (b) Rorpertum quidem parti Apuliæ Comitum.  
 (c) retulimus, post Apostolici transitum Simoniaci tunc Mincii.  
 (1) Præfecto, Duce, supra lib. 2. cap. 58. Anonymus Barensum anno 1058. *Obiit Stephanus Papa, & Argiro in vigilia Sancti Petri perrexit Constantinopoli. & ante dixerat 1051.* Tom. IV.

venit Argiro Magistri in Idronto. & anno 1055. Magister Argiro cum Nicolaus Archiepiscopus perrexit Constantinopoli. Vide notas Peregrinii in eundem Anonymum, & in Lupum Protospatam.

(2) Emollita voce ex *Rorperto*, ut in alio scripto.  
 (3) Codex B. *Tunc quidem parti Apuliæ Comitum.* Jam enim Normanni Comites non tantum militari munere fungebantur: sed dominia sibi vindicare cœperant Terrarum, jure belli, unde mox infra. *Rogantes, ut securè illis per terram ipsius transire liceret.* Codex tamen A. retinere voluit propriam Comitum appellationem, qua significabatur militare officium, & Præfectura, supra lib. 1. cap. 20. & Peregrin. in hist. Langob. sæpè.  
 (4) Lib. 2. cap. 101.  
 (5) Leo scripserat *Simoniaci tunc Mincii*, quam Simonis notam rejecisse videtur Petrus, consanguinei sui famæ parcens, quantum posset.

Post (d) sollempnem itaque diei tanti sermonem, (6) mox Umbertus totius illius ordinationis optimè conscius, (7) Desiderium advocat, eique quemadmodum olim fuerat à Papa dispositum, obedientiam Abbatiae recipere ex parte Fratrum omnium imperat. (e) Nulla in medium mora, nulla expectatio responsionis: protinus universi surgentes, eundem Desiderium acceperunt, atque cum maximis laudibus, ad Ecclesiam deportantes, in sede illum Abbatis honorificè locaverunt, (8) universis, tum pro sollempnitate Paschali, tum pro ipsius ordinatione, immensa lætitia, & jocunditate repletis, (f) Anno scilicet Dominicæ Incarnationis MLVIII. (9)

*Qualiter incæperit (a) renovare Monasterium, & ædificia.*

### CAPUT XI.

**I**gitur Abbatia suscepta Desiderius cœpit modis omnibus studere, atque satagere, ut, quod dicebatur, dici veraciter posset. Cernens itaque totius Monasterii officinas, & angustas ambitu, & forma deformes, & cum vetustate, tum inertia ruinosas, ad eum ut & contiguo viderentur omnes domate cooperatæ (1), & egressus unius ingressui connexus esset alterius (2). Incitabatur quidem animo illas aggredi ad renovandum; sed agebatur iterum, quia, ut tam arduum inciperet opus, nichil ferè pensi habebat. Primò itaque, quasi experiri cupiens, si quid valeret, palatium, quod dudum Richerius Abbas ab Orientali parte Monasterii inchoatum ad solarium usque perduxerat, opere satis decente perfecit, juxtaque ipsum versus Ecclesiam, parvulam quidem, sed competentem planè, in qua libri recondentur (3), ædeculam fabricavit. Quod cum sibi prospere eventu cerneret obvenisse, domum etiam, in qua Abbates manere consueverant, quæ

- (d) sollempnitatis sermonem.  
 (e) Nulla post Imperium mora.  
 (f) Anno Domini millesimo octavo.  
 (6) Nota hic consuetudinem concionum apud nostros, in Festis præcipuè.  
 (7) Qua scilicet Stephanus Papa Desiderium sibi successorem in Casinensi regimine disposuerat, præcedente Monachorum suffragio, ut supra cap. 101. lib. 2.  
 (8) Hæc erat ineundæ Abbatialis dignitatis formula, in sede, seu stallo Abbatis electum locare; vocabaturque *Installatio*, nomine communi omni actui, quo quis in munere aliquo constituitur. Monast. Anglic. pag. 151. *Deposito Rogero, substitutus est Rondulphus, qui secundo anno sue installationis ivit Romam ad Concilium generale.* & pag. 152. *Kal. Augusti est honorificè installatus.* Casarius hist. memorab. lib. 1. cap. 16. *Intravit chororum uterque, stante Priore in stallo suo.* Mathæus Parisius, *Quodnam esset stallum Decani, nempe locus, & sedes in choro.*  
 (9) XIII. Kal. Maji, hoc enim die eo anno recurrebat Paschale Festum.

#### IN CAPUT XI. NOTÆ.

- (a) renovare Monasterii ædificia.  
 (1) cap. 28. *plumbeis domatibus hoc est Tegulis.* *Doma* est tectum; & quia tectum est in superiori parte domus, sumitur quandoque *Doma* pro solario, & suprema domus parte subdiali, ubi solebant apricari, & comessationes agere, maximè Hebræi, cujus domus de more desinebant in solaria, seu tectum planum. Christian. Adrichonius in descript. Jerusalem. & Matth. 10. *Quod in aures auditis predicare super domata.* In act. Apost. *Petrus ascendit in doma.*

**A** videlicet à Septentrionali parte adhærens Ecclesiæ, & vilissimis ligni furculis ab inferiori parte sustentata, & viminibus ex parte maxima videbatur constructa, à fundamentis ædificare instituit, adjuncto illi palatio cum absida, quod veteres Todericum appellare solebant (4). Dehinc inspirante, ac prospere Deo, mansionem etiam illam, quæ Fratres quiescentes diversis præ sui exiguitate, solaris continebat, nichilo segnè renovare aggressus est, in latere scilicet prioris à meridiano, quam funditus evertere ob claustris spatium disponebat. Nam propter ipsius montis verticem, cui nulla ferè constabat planities, vix in hoc loco parvissimi claustris speciem juxta absidam Ecclesiæ Priores effecerant. Perfecta est igitur eadem domus in longitudine cubitorum sexaginta & centum, in latitudine verò cubitorum viginti & quatuor: in altitudine autem, propter ipsius montis inæqualitatem, quantitatis diversæ, maximæ tamen, eamque abietinis trabibus satis pulchrè contignans, lateribus cooperuit, diversisque coloribus decoravit. Nichilque moratus, pari tenore verus Capitulum funditus diruens, renovavit, illudque gypsea urna in giro (5), vitreisque fenestris, ac pulchro variorum marmorum pavimento decorans, tegulis nichilominus cooperuit, & nimis venusta colorum varietate depinxit.

*Qua (a) de causa Castellum Novum construxerit Desiderius.*

### CAPUT XII.

**I**nterea Frattenses Oppidani inquietorum, scilicet, ac perfidorum (b) hominum genus, ac si quidam latrunculi, junctis sibi Minturnensibus, (1) aliisque vicinis, nunc furtim, nunc palam oppida sibi contigua nobis pertinentia infestare non desistebant: terminum siquidem, qui inter nos, & illos antiquitus divi-

- (2) contra regulas Vitruvii: sed peritior Architectus Laurentus & hæc, & præcedentia sustulit.  
 (3) Qui videlicet choro psallentium inservirent, quorum apud veteres & magna impendia, & cura præcipua: sed neque modernis minor, & præsertim Casinatibus.  
 (4) Palatium hic accipio Curiam, & tribunal Absidam; juri dicendo destinatam. *Todericum* verò cur appellatum? huc usque non invenio, nisi liceat ariolari à Theoderico Gothorum Rege deductum nomen, qui cum in Italia solus regnaret, ac nemini juris dicendi potestatem permetteret, nisi à se dependentem, ideo omne Tribunal Todericum dictum fuerit, quod nomine Theoderici ubique jus diceretur.  
 (5) infra cap. 32. *argentea solum urna*, ubi distinguit urnam argenteam ab argento crosso, & solido, & cap. 20. *Tunicam cum urna amplissima*, & cap. 57. *coopertorium cum urna purpurea*, ubi videtur urna stare pro Friso, ut ajunt. An igitur Gypsea urna est, Frisum plastico opere in girum ex gypso ductum, vel gypseum induratum per totum. Nisi velis quoddam *Urna* pro *Unda* positum sit. Quid autem *Unda* consule Vitruvium lib. 5. cap. 7. qui alibi id appellat *Cymatium*.

#### IN CAPUT XII. NOTÆ.

- (a) de causa.  
 (b) hominum usque ad id temporis genus.  
 (1) Minturnæ in Ostiis Gariliani, quas olim fluvius interfluebat. Nunc dirutæ; quin etiam ævo Leonis, ut proinde *Minturnenses* hic accipere cogamur pro Trajectensibus, cum enim Trajectum ex reliquis Minturnarum extiterit, præteritam appellationem non immeritò retinere posuit.

dividebat, idest duo lapidei Leones, (2) A cum non procul ab eorum castro confisteret, olim malitiosè clam confringentes, (3) in proximum demerferant puteum; qua nimirum fraude fidentes, si quando terminum nostrum inter duos Leones, (c) sicut præcepta continent, (4) computabamus, illi de Leonibus, qui secus portas Sancti Georgii positi sunt, (5) illud (d) dici pertinaciter affirmabant. Horum igitur frequentissimas molestaciones Desiderius egerrimè ferens, simulque illius sententiæ reminiscens, observatio ordinis nostri summam deposcit quietem, & securitatem, cum neque beneficiis eos, neque rationibus aliquatenus sedare valeret, ad eorum tandem violentè frenandam nequitiam, totus intendit, & Adenulfi Cajetani Ducis, cui gratiam Principis conciliaverat, (6) adminiculo fultus, mox Castellum, cui Novum propriè nomen inditum est, (7) in monte, qui Peranus dicitur, omni instantia, contra illos erexit, sicque sua deinceps eos tutare, non autem ampliùs aliena pervadere compulit.

*De Ordinatione Papæ Nycolai, & qualiter ab eo Cardinalis & Abbas est consecratus, & qualiter idem Apostolicus apud Melpham Apulia (a) Consilium fecerit, & qualiter Sancta Maria de Calena sit Sancto Benedicto concessa.*

## CAPUT XIII.

Sed cum post obitum piæ memoriæ Stephani Papæ supradictus Hildebrandus re-

(c) sicut præcepta Imperatorum.

(d) dici derisorie immò pertinaciter.

(2) Quod lapideis terminis & territoria, & dominia antiquitus quoque finirentur, liquet ex L. fin. ff. de Off. Præfect. Urb. & ex Doctoribus ibi, & Bald. consil. 445. Decian. respon. 4. Gentilium etiam superstitio lapidem colebat informem, atque rudem, vel stipitem, cui nomen erat Terminus, ex Lactan. de fals. Relig. lib. 1. cap. 20. Ovid. 2. Fastor.

*Terminis sive Lapis, sive es disertus in agro Stipes, ab antiquis tu quoque Numen habes.*

Et Apul. libr. 1. Floridor. *Vel truncus dolamine effigatus, vel cespes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus.* Vocabatur *Hermas* hoc est *Truncus*, quod brachiis truncus effigiaretur.

Cur autem Leonibus potiùs, quàm alio terminorum genere Casinatis agri limites finirentur, sive fortuitum fuerit, sive arbitrarium, antiquam consuetudinem respexisse refert, qua vel caput Vituli, vel Aquilæ, vel simile quid lapideum pro termini signo desigebant, vel cum armis gentilitiis, & nomine Dominorum. Chassan. Catalog. Glor. Mundi par. 1. Confid. 38. Conclus. 5. Hœpingus de Jure Insignium. cap. 10. num. 13. qui num. 114. cap. 13. addit, Jus affigendi insignia, seu arma gentilitia lapidibus terminalibus, aut muris, & portis competere Domino Jurisdictionis civilis tantum, non verò Domino Jurisdictionis Criminalis: & ideo, cum in uno loco alter habet Jurisdictionem Civilem, alter Criminalem, Illius, non hujus Insignia apponenda sunt muris, & portis hœci. Ratio est, quia Civili præditus ditone, universalis Terræ illius Dominus dicitur: Qui verò Criminalem tantum possidet, causis Criminalibus exceptis, Dominus simpliciter non dicitur, sed secundum quid. Castrenf. conf. 44. num. 5. Surd. conf. 333. num. 38. Jacob. Camer. lib. 2. var. resol. cap. 13. num. 344. & cap. 2. de Jurisd. omn. Judic. num. 295. ubi subdit, eum qui habet Jurisdictionem solum Criminalem, posse quidem in Domo propria, quam administrandæ Justitiæ statuit, insignia sua in parietibus, muris, & portis affixa habere: non verò ali-

versus ab Imperatrice, contra ejusdem Apostolici interdictum, invasam à pessimis hominibus Ecclesiam (1) comperisset, Florentiæ substitit, suisque litteris super hoc Romanorum meliores conveniens, eorumque ad omnia consensum recipiens, mox annitente Gotfrido Duce, Girardum Florentinum Episcopum in Romanum Papam elegit, (2) simulque cum ipso, & Duce Romam mense jam Januario venit, ubi præfatus electus à Romano Clero, & populo Apostolica Sede inthronizatus, & Nycolai nomen indeptus est. Qui mox supradictum invasorem cum omnibus suis fautoribus excommunicans, tandem quorundam suorum interventu, illum in communionem recepit, atque apud Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ à Romanis Major vocatur, Sacerdotali privatum officio manere constituit. Mandat deinde ad hoc Monasterium, quatinus Dominus Abbas sibi in Marchiam proficiscenti, quàm citius potest, occurrat, videlicet, ut proximo Martii mensis jejunio, & Presbyteri gradum, & (b) Cardinalatus pariter officium recipere debeat (3). Dominica igitur primâ Quadragesimæ, paratis omnibus necessariis, iter arripiens, apud Farsense Monasterium Apostolico se conjunxit, ubi nimis ab eo amicabiliter, honorificèque receptus, Auximum simul cum ipso profectus est. Ibidem itaque secundo Quadragesimæ Sabbato, quod tunc pridie Nonis Martii evenit. Cardinalis Presbyter, ab eodem Apostolico ordinatus, & sequenti Dominica Abbatia consecrationem (4) adeptus, privilegium ab eo factis honorificum, juxta consuetudi-

bi. Vide etiam Capicium decif. 17. num. 45. Capibancum tract. de Jure, & auctorit. Baron. prag. 1. num. 52. & prag. 8. num. 27. Pari ratione, non possunt Jurisdictionis tantum Criminalis Domini, Vexillum suum erigere, vel ponere tempore Nundinarum. Capicium citatus apud Hœpingum num. 106. Erigendi verò Vexilli in Nundinis Sancti Germani, Abbas Casinensis habet jus speciale, & privativè, tunc enim exercet integram Jurisdictionem quoque Criminalem, cessante omni alio tribunali, in suo ordine.

(3) Leges Langob. lib. 1. tit. 26. l. 1. *Si quis liber homo terminum antiquum corruerit, aut exterminaverit, & probatum fuerit, sit culpabilis octoginta solidis. Si quis servus alienus terminum antiquum ruperit, aut exterminaverit, mortis incurrat periculum, aut solidis quadraginta redimatur.*

(4) Sæpius in Regesto Petri.

(5) Usque adhuc.

(6) Nempe principis Riccardi primi, qua de re consule Peregrinum in Desiderio pag. 57.

(7) Abbati Casinensi in spiritualibus tantum nunc subiectum. Imminet Fractis, ut opportunè Fractensium infestationes comperceret.

## IN CAPUT XIII. NOTÆ.

(a) Concilium.

(b) Cardinalatus pariter dignitatem, cum Abbatia consecratione recipere.

(1) Mincii intrusionem indicat. l. 2. cap. 101.

(2) Auctoritate, & consensu Cleri, Populique Romani, ut hîc, & supra lib. 2. cap. 89. Panvinius hoc actum Senis, refert. Noster Florentiæ videtur indicare. *Florentiæ substitit.* Girardus natione Allobrox, cognomento Burgundio, obvia sunt quæ de eo dici possent.

(3) Et Codex B. *Cardinalatus dignitatem cum Abbatia consecratione recipere*, nondum ergo fuerat Cardinalitia dignitate, neque Diaconali ornatus, apertè quippe Cardinalatum à Presbyteratu fecernit noster uterque Codex. Contra quod opinatus est Ciaconius, ut supra ad cap. 7. idque firmatur ex sequentibus Auctoris nostri verbis.

(4) Integram hanc formulam, & cæremoniam dabimus alibi, ex vetustis nostris membranis.

rudinem prædecessorum suorum recepit. (5) quo insuper ad Cardinalatus videlicet ejus dignitatem, & honorificentiam Patri Sanctissimi Benedicti, per totam Campaniam, & Principatum, Apuliam quoque, atque Calabriam ab ipso fluvio Piscaria, sicut fuit in mare, vicem suam idem Apostolicus illi concessit. (6) Post hæc acceptâ licentiâ remeandi, Romam veniens, proximâ Dominicâ mediantis Quadragesimæ, apud Ecclesiam Beati Petri Missam sollempniter celebravit, atque Romanorum turba innumera comitatus, ad titulum Sanctæ Cecilie (7) trans Tiberim, maxima cum laude, deductus est, sicque ad hoc Monasterium in Beati Benedicti est festivitate reversus. Et quoniam ab eodem Pontifice Paschalis festivitatis gratiâ invitatus fuerat, Romam (c) reversus, (8) post festum urbem egrediens, Melsiam Apuliæ Urbem perrexit, ubi tunc idem Apostolicus Concilium celebrare disposuerat, in qua etiam Synodo, dum Richardus Capuanus Princeps cum aliis quampluribus interfuisset, à supradicto Papa Nycolao ammonitus, præceptum fecit B. Benedicto de Monasterio Sanctæ Mariæ in Calena, (9) cum pertinentiis suis.

*De Restitutione Sancti Benedicti de Salerno, & de Concambio Sancti Laurentii, & qualiter carta Sancti Benedicti de Salerno nobis pertinentes reperta abscondita, adque incisa pro nostra invidentia fuerint.*

#### C A P U T X I V.

**T**unc temporis Gisulfus Salernitanus Princeps, Desiderio super hoc conquerenti,

- (c) reversus est, ibique usque ad peractam de more Synodum remoratus, in qua videlicet Synodo idem Apostolicus inter cætera, quæ sollempniter statuit, decretum de ordinatione Rom. Pontificis, qualiter scilicet, vel à quibus personis, seu pacis, seu belli tempore debeat ordinari, antiquas Prædecessorum suorum secutus sententias, discretissimè scripsit, idque sub districto anathemate tam sua, quam omnium, qui eidem Synodo interfuerant, Sacerdotum auctoritate roboravit. Eodem tempore idem Papa ad hoc Monasterium in ipsa B. Johannis Nativitate adveniens, sociato sibi Desiderio, in Apuliam descendit, ubi cum apud Melfiam Concilium celebrasset, Richardus Princeps, cujus jam supra meminimus, per admonitionem, & jussionem ejusdem Apostolici, præceptum fecit huic loco de Monast. S. Mariæ in Calena, sito in finibus Apuliæ, juxta Civitatem, quæ dicitur Bessi, cum omnibus ex integro Castellis, Villis, Cellis, & universis omnino possessionibus ejus.
- (5) Regest. num. 28. Verè satis honorificum, ut ex ejus tenore liquet. *Tibi dilectissime fili Desideri, quem Abbatem consecravimus, &c.*
- (6) Verba privilegii sunt. *Porrò cupientes consultare Monastica Religioni, quæ, peccatis exigentibus, passim depravatur, Te, tantummodo diebus vitæ tuæ, Vicarium nobis ad correctionem omnium Monasteriorum, & Monachorum ab ipso fluvio Piscaria, sicut influit in mare, scilicet per totam Campaniam, Principatus quoque, & Apuliam, atque Calabriam, assumere decrevimus: ita ut, &c.* Numero etiam 61. exrat exemplum Epistolæ ejusdem Nicolai, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbatibus directæ, super hac Vicaria potestate Desiderio tradita.
- (7) De more supra libro 2. cap. 97.
- (8) Codex B. habet præterea, quæ hinc supra, de Constitutione Nicolai in Concilio Romano circa electionem Summi Pontificis; edita anno 1059. quam refert Gratianus dist. 23.

A reddidit huic sancto loco (a) Cellam Sancti Benedicti de Salerno, quam à jure nostri Cœnobii Salernitanorum eareus violentia (b) subtraxerat. Sed cum exinde subducto Abbate, Præpositum ibi, juxta morem (c) cellarum nostrarum, constituisset, (1) Salernitani nimis hæc indignè ferentes, eidem Principi instare cœperunt, ut Monasterium illud ordinatum, sicut antea fuerat, esse permetteret. Coactus itaque Princeps illorum rogatu, Monasterium Sancti Laurentii intra Civitatem (d) Salernitanam constructum, quod sibi jure hæreditario pertinebat, in hoc Monasterio ex integro optulit; nec tamen restitutionem, quam antea de supradicta cella fecerat, irritam fecit. (e) De eodem verò Monasterio Sancti Benedicti de Salerno, ne fortè vel memoria, cum multis intendimus, excidat, vel ne fortè non opportunior referendi locus nobis occurrat, licet præpostero ordine, necessarium videretur malitiam, & invidentiam quorundam Fratrum prædicti Monasterii hoc in loco inferere. nam sicut Æneam apud Virgilium dixisse sociis legimus; Forsan olim hæc meminisse juvabit. Causidicus quidam prædictæ Civitatis Salernitanæ, Romualdus nomine, fuit, qui pro eo, quod etiam ipsius Monasterii Advocatus erat, maximam ibi familiaritatem habebat, tunc proinde universa ejusdem loci munimina, seu quaslibet caritas sæpissimè perquirendi fidissimam ab Abbate licentiam acceperat. Tandem igitur inter cæteras quattuor numero magna oblationis edicta invenit, quæ videlicet clarè satis, ac pleniter continebant, qualiter idem Monasterium à principio huic nostro Cœnobio traditum à Principibus, ac subditum fuerit. Has ille maxima ductus invidia, protinus rapuit, ab-

& habetur in Cœremoniali electionis Romani Pontificis.

- (9) Regest. num. 404. *Domno Nicolao Venerabili Papa apud Amelsim Sacram Synodum agente, cum aliis quampluribus interfuit ego Richardus nutu Divino Capuanus Princeps, ubi cum plurima de animarum salute tractarentur, inspirante Divina misericordia, recogitare cæpi in corde meo, aliquid mihi agendum fore, quod ad salutem animæ meæ, & parentum meorum defunctorum proficeret. Tunc monente prædicto universali Papa, accersito Domino Desiderio Venerabili Abbate Casinensi pro remedio animæ meæ, meique avunculi Rainulfi, ac fratris mei Ascleptini, investiivi eum de Abbacia, quæ dicitur Sancta Maria in Calena, sita in finibus Apulia inter montem Garganum, & mare Adriaticum, juxta Castellum, quod dicitur Bessi, &c. Data 10. Kal. Septembris anno Principatus ejusdem Gloriosi Principis Domini Richardi Secundo.*

#### IN CAPUT XIV. NOTÆ.

- (a) Monasterium S. Benedicti.
- (b) Jam dudum parentum ipsius violentia subtraxerat.
- (c) Cellar. nostr. ordinasset.
- (d) Intra Salernum in latere montis edificatum, quod sibi jure hæreditario pertinebat.
- (e) deficit. De eodem verò modo, &c. usque ad finem hujus cap. quæ descripta habebantur cap. 34. qui erat extremus hujus libri in hoc Codice.
- (1) Nam, ut non semel notatum est, Cellæ Monasterii Casinensis, seu Grancis, & Obedientie non per Abbates, sed per Præpositos de more consueverunt regi: unde Præposituræ nomen retentum. Salernitanis tamen morem gerere volens Princeps, Abbatem ibi constituerat. Confer cap. 25. infra, & notata libr. 2. capit. 69. Sic Monasterium Sanctæ Crucis in Hierusalem, & alia quædam, Casinensi subdita, per Abbatem, ex speciali aliquo privilegio, recta observamus,



abscondit, & nemine prorsus sciente, ad domum propriam detulit, atque usque ad mortis diem, ne filiis quidem ostendit. In mortis igitur articulo positus, vocavit majorem filium suum, Johannem nomine, eique clam universum ipsius rei prodens negotium, & prædictas cartas manibus retinens: Ego, inquit, ut cernis, ô fili, procul dubio morior, cartas istas fidei tuæ committo, ut sicut meam vis benedictionem habere usque ad diem ultimam tuam, nulli prorsus mortalium eas ostendas; sed sicut egomet feci, secretas illas apud te, & ignotas omnibus habeas, quoniam si quomodolibet in notitiam seniorum Casinensium venerint, nullatenus quiescent, quin sub jure Monasterii sui Monasterium istud reducant, quod jamdudum studio, & solertia nostrorum parentum ab illorum ditione subductum est. Suscipit simul cum cartis patris Imperium filius, & ac si divinum quid in pectoris archano recondens, usque ad suæ mortis diem similiter habuit & ipse celatas. Ad mortem autem veniens, accersit fratrem suum tunc ipsius loci Abbatem, easque illi simili tenore, quo sibi pater reliquerat, tradidit. Non multò post idem Abbas infamatus de quibusdam criminibus apud Ducem Roggerium, tentus est, & in suamet ipsius Camera custodiæ mancipatus. Qui videlicet Abbas jamdudum propalaverat prædictarum tenorem cartarum cuidam pseudo Monacho propinquo suo. Verùm hic quoque priorum nequitia nequaquam inferior, reminiscens nefandi negotii hujus, & verens, ne cartæ ipsæ apud Abbatem invenirentur, & nobis aliquando proderentur, festinus ad custodes Abbatis accessit, & lugubri voce indicans, se quattuor cartulas propriæ hæreditatis eidem, utpote propinquo commendatas habuisse, orat suppliciter, ut eas sibi, & perquirere, & auferre permitterent, ne fortè rebus aliis intermissæ perirent. Illi nullum in Monachi verbis dolum existimantes, dant ei protinus, & perquirendi, & asportandi licentiam. Quas ille repertas, inscio, quod dicunt, Abbate, die altera in conventu omnium Fratrum attulit, ostendit, & legit, remque totam per ordinem pandit, mirantibus cunctis, & indignantibus, & diversis, ut in talibus assolent, diversa promentibus. Tandem hæc pluribus sententia placuit, ut antequam res divulgaretur, cartæ ipsæ protinus minutatim inciderebantur, idque mox invidia simul, & ira dictantibus, actum est, atque uni ex Fratri-

A bus imperatum, ut easdem ipsas incisionum, minutias diligenter colligens, in secessus Fratrum projiceret. Hæc omnia taliter gesta fuisse, idem ipse Frater, qui hoc de minutis ipsis facere jussus est, divino timore compunctus, non multò post Abbati suo Domno Jaquinto nostro Confratri per ordinem propalavit. Ego quoque (2) ex ejusdem Abbatis ore hæc universa percepi, ne quis fortè autumet mendosè hoc, vel fabulosè confictum.

Qualiter à prædicto Papa Dominus Oderisus Diaconus sit ordinatus, & in Aquino Dompnus Martinus, & in Benafro Domnus Petrus, Episcopi constituti.

CAPUT XV.

SEquenti tempore supradictus Pontifex iterum ad has partes deveniens, Domnum Oderisium Oderisii Marforum Comitum filium, & loci hujus à puero Monachum (1), Diaconum in Lateranensi Ecclesia, apud Aceras positus, ordinavit. Postmodum autem in Aquinensi Civitate, deposito Episcopo, nomine Angelo, eo quòd neophitus, (2) & rerum Ecclesiasticarum malè prodigus erat, necnon & quibusdam nequitis suis à Sanctæ memoriæ Papa Leone jamdudum excommunicatus extiterat, Domnum Martinum Florentinum genere, religiosum planè, atque prudentem de hujus loci Prioribus Monachum, Episcopum consecravit. Petrus etiam (a) Benefranæ, & Hiserniensis Sedis Episcopus, (3) Ravennas natione, noster Monachus, tempore ipso sacratus est.

Qualiter Rycardo Principatum, & Roberto Guisquardo Ducatum idem Apostolicus confirmaverit, & qualiter uterque illorum id adquiserit.

CAPUT XVI.

D Hisdem quoque diebus, & Richardo Principatum (a) Capuanum, & (b) Roberto Ducatum Apuliæ, & Calabriæ, atque Siciliæ confirmavit, cum sacramento, fidelitate Romanæ Ecclesiæ ab eis primò recepta, necnon investitione (c) census per singulos annos, per singula boum paria, denarios duodecim. (1) Sed quoniam horum duorum Magnatum, (d) Robberti scilicet, atque Ri-

cum usque adhuc jure tantum belli possiderent: & idcirco Auctor noster ait, *Confirmavit*, hoc est, utcunque quæsitæ, eis firmavit. Quod & Imperator ex parte fecerat supra lib. 2. cap. 80. Ita quippe è re publica esse cogitarunt, Normannos in qualicumque potius possessione relinquere, quam belli eventibus iterum se exponere; quos nedum arduos, & ancipites; sed finistros etiam experti fuerant, ut supra visum est. Nam Normanni barbarorum more, omnia fortium virorum esse censebant, & jus in armis. Ammian. lib. 17. *Barbaris omne jus in viribus*, & Pompon. Mela de Germanis lib. 3. cap. 3. *Jus in viribus habent*, ad quam mentem, tormento bellico insculpi quidam voluit, *Ultima Regum ratio*. Pacta verò semel à Normannis fidelitate Sedi Apostolicæ à Riccardo, & Roberto, ut hic, in exemplum dein transivit apud posteros eorum. Guilielmus enim fidelitatem facit Calixto secundo infra lib. 4. cap. 68. Honorius secundus Ducatum confirmat Rogerio cap. 96. Innocentius secundus Regnum eidem, apud Baron. & alios.

(2) Hanc narrationem, suo loco motam, hic reposuit Petrus. Pronomen tamen Ego ad Leonem refertur.

IN CAPUT XV. NOTÆ.

- (a) Venafranæ.
- (1) Præpositum tunc Casinensem; postea Abbatem, successorem Desiderii: Itaque eodem tempore Abbas, & Præpositus Cardinales erant.
- (2) Novus Ecclesiasticus, ut supra notavimus; Non omnes sunt Ambrosii, qui Catechumenus assumptus.
- (3) Erant enim tunc Ecclesiæ unitæ. Vide Ital. sacr. Ughelli t. 6. col. 455.

IN CAPUT XVI. NOTÆ.

- (a) def. Capuanum.
- (b) Rotperto.
- (c) census totius terræ ipsorum.
- (d) Rotperti.
- (1) Pertæsus bellorum Pontifex, quæ Nortmanni cum Ecclesia gerebant, pacem tandem cum illis componit, eosque vestigales Romanæ Sedi redditos, de Capuano Principatu, & Ducatu Apuliæ, &c. legitimo titulo investivit.



Richardi, qui præ cæteris sui temporis mortalibus locum hunc dilexerunt, ditaverunt, ac protexerunt, quique huic nostro Desiderio nimium devoti, fideles, & amicissimi in omni vita extiterunt, decurrens historia attulit mentionem, dignum videtur, qualiter sit uterque ad suæ dignitatis honorem proventus, vel breviter opusculo isti inferere, nam & superius nos id ipsum promississe meminimus. (e) Robberto igitur primùm frater ejus Drogo, qui tunc Comes erat Apuliæ, Roccam Sancti Marci concessit, quam videlicet, in-

(e) Rotperto.

(f) Sed cùm Rotpertus idem pauper admodum esset, nec sine multæ summa pecuniæ ad milites conquiendos, eandem se posse acquirere pervideret, tandem vicinæ civitatis Dominum.

(g) Viscardum.

(2) Cap. 40. *Lando Dominus Arpinensis Civitatis*, lib. 4. cap. 16. *Baldwinus Dominus Caselli*, &c. & cap. 34. *Limesani Castri Domino*. Jam ergo Dominia in Castris, & urbibus exerceri cœpta, non tantùm præfecturæ. Est autem *Dominus*, qui rei alicujus proprietatem habet, vel hæreditario jure, vel propria virtute partam; vel à Rege, seu Principe in Beneficium acceptam. Italis *Dominus Signore*. Hispanis *Señor*, Gallis *Seigneur* à Latino *Senior*. Est enim *Senior* non ætatis tantùm; sed honoris, & potestatis, Dominiq; nomen Gothicis præsertim sæculis. In legg. Langob. *Senior* est primus loci Dominus, qui sub se *Valvasores*, & *Vassallos* habet; eisque in subfeudum Feudi sui partem tradit, lib. 3. tit. 4. l. 5. *Tam Seniores, quàm Vassalli nostri*, & tit. 8. l. 3. *Servato usu majorum. Valvasorum in dandis equis, & armis suis Senioribus, & infra, sed Senioreni offensum habuerit*, & lib. 4. *Ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium, aut precarium, aut libellum, sine eorum assensu, facere præsumat*, & tit. 40. l. 2. *Decernimus non licere beneficia, quæ à suis Senioribus habent, absque ipsorum permisso distrabere*. Ignotus Casin. apud Peregr. p. 101. *Quod si clamor ad Seniores venerit, & ipsi talia non emendaverint; tunc horum Seniores ipsam compositionem faciant*. In Reg. Petri Diaconi num. 433. *Pro anima supradicti Senioris mei*, verba sunt *Vassalli*, loquentis de Domino suo, & num. 503. *Per iussionem Domini Gualteri magno Seniore nostro*, ex *Senior* nata porro sunt *Seor*, *Ser*, *Misser*, *Sire*, *Monsieur*. Vide Scioppium Gramm. Philosphic. pag. 175. editionis Amstelodami 1659. Græcis *Dominus* est *Apbendi*, & *Apbentes*. Turcis græcissantibus *Effendi*, nam alias *Turcis Dominus* est *Beg*. Hinc *Scanderbeg*; *Alexander Dominus*. Honoris enim nomen, quod nos præponimus, postponunt ipsi.

(g) *Guiscardum*, vel *Viscardum*, *Vagum* hominem, & *Erronem* interpretantur quidam, quos laudat Freccia, de Feudis lib. 1. pag. mihi 49. Melius Peregrinus à summa calliditate dictum putat, stem. 1. Princip. Capuæ; vel, ut aliis placet, *strenuum*, *fortemque virum*. Cùm enim Robertus, vafricie usus, & ingenio, viginti millia aureos à Bisiniani (olim Besidiz) Domino opportunè extorsisset, Girardus obvium illum habens, & extollere intendens, *Guiscardum* appellat subridens, quasi diceret. *Mathe* virtute, strenue, callideque Roberte! qui militibus tuis stipendia procurare, tam solerti potuisti, scivistiq; ingenio? à virtute itaque, qualiscunq; ea fuerit, non ab obtreccatione cognomentum *Guiscardi* invenit. Quid enim in iis circumstantiis importunius quàm *Vagum*, & *Erronem* illum appellare, cùm laudare animo concepisset? & quoniam de nominibus, & cognominibus incidit sermo; rem non ingrattam fortasse fecero iis, quis libris multis evolvendis operam non locant, si aliquantos ex hoc Campo flosculos, in fasciculum collectos, illis offeram.

A confinio Calabriæ, ipse non multò ante construxerat, deque tota illum Calabria pariter investivit. (f) Sed cùm pauper admodum esset, vicinæ urbis Dominum, (2) quæ Bisinianum vocatur, Petrum videlicet Tyræ, divitem valde virum, vocatum ad colloquium cepit, à quo utique viginti millia aureos pro ejus absolutione recepit. Huic ad fratrem pergenti Girardus de bono Alipergero occurrens, primus omnium illum (g) *Guiscardum*, quasi per jocum, appellavit, (3) ejusque demum miles effectus, Alveradam illi ami-

## DIGRESSIO PHILOLOGICA.

### De Nominibus, & Cognominibus, &c.

Nomen, genericè acceptum, quatuor sub se, veluti species, complectitur. Nomen, Prænomen, Cognomen, Agnomen. Quorum usus apud Romanos tantùm, & post conditam Urbem, viguit. Prænomen est, quod Gentilitio nomini præponitur, ut *Publius*. Nomen signat originem Gentis, ut *Cornelius*. Cognomen, gentilitiis nominibus subjungitur, ut *Scipio*. Agnomen, quod extrinsecus addi solet, aliquo eventu quæsitum, ut *Africanus*. Cùm enim in eadem gente, & familia multi essent, vel filii, vel nepotes illius, qui Genti, vel Familiæ initium, nomenque dedisset, verbi gratiâ, multi Julii ab Julio, multi Antonii ab Anto, Hercules filio: ut inter se singuli discernerentur, fuerunt aliquo prænominè distinguendi. Porro, cùm etiam in eadem familia multi idem prænomen haberent, placuit, ad eos secernendos, cognominia præterea usurpare. Sic, *Lucius Tarquinius Priscus*, & *Lucius Tarquinius Superbus*; cognominè distinguuntur, cùm nomine, & prænominè convenirent.

Valuit quoque cognominis usus ad distinguendas varias Familias ejusdem Gentis; seu multos ramos ejusdem stirpis. Differunt enim Gens, & Familia, sicut Totum, & Pars; sicut Truncus, & Rami. Exempli gratiâ. In Gente Valeria plures fuerunt familie, *Maximi*, *Messalæ*, *Flavi*, *Lævini*, *Poplicolæ*. In Gente Cornelia *Cossi*, *Scipiones*, *Lenruji*, *Dolabellæ*, *Sullæ*, *Cinnæ*. In Emilia, *Mamertini*, *Lepidi*, *Pauli*, *Scauri*. Et Neapoli nunc in Capicia Gente, *Familie*, *Galeoti*, *Zurli*, *Latri*, *Piscicelli*, &c. Unde Festus Gentem definit, quæ ex multis familiis conficitur. Sueton. in Augusto cap. 2. *Gens Octavia à Tarquinio Prisco Rege inter Romanas Gentes collecta in Senatum, mox à Servio Tullo in Patrias transfusa*. *Primus ex hac Magistratum, populi suffragio, cepit C. Rufus. Is quaestorius Cn. & C. procreavit; à quibus duplex Octavio familia defluxit*. Et in Galba cap. 3. *Imagines, & Elogia universi generis exequi longum est, Familia breviter attingam*.

Agnomen tandem erat quartum illud, quod cognomina distinguebant. Ut *Africanus*, *Macedonius*, *Illyricus*, *Sapiens*, &c. sic *Marcus*, *Portius*, *Caro*, *Sapiens*.

Ex his habes, quod antiquis Romanis erat nomen, hoc est Familiæ appellatio, nunc cognomen dici. Quod verò nobis est Nomen proprium, & singulare, antiquis Prænomen fuisse. Nam in *Marcus Tullius*, *Marcus* proprium individuae personæ, *Tullius* Familiæ. Dixi initio, has Nominum, Cognominum, Prænominum differentias apud priscos Romanos tantùm in usu fuisse. Quippe apud Græcos, & Barbaros singulis nominibus utebantur. Plato, Aristoteles, Demosthenes, Cephas, Joannes, Judas; nisi quandoque patris, vel, in mulieribus, viri, addito nomine. Alexander Philippi, Judas Jacobi, Maria Joseph, Maria Salome. Quin Arabes Scriptores proprium etiam nomen subicunt, à Patre tantùm contenti appellari. *Aven-rois*, idest, *Filius Rois*, *Aven-pace*, *Aven-zoar*. Dixi quoque, *post Urbem conditam*. Nam ante illam uno tantùm nomine Itali utebantur.

Romulus, Remus, Faustulus, &c. nisi, si forte cognomina nos latent, & à Gente Sylvia Romulum, & Remum ortos dicamus.

Præterea apud Romanos proprium erat liberi hominis habere tria nomina. Nam servis unum tantummodo, & brevissimum imponebant. Quintilian. lib. 7. cap. 4. *Nemo habet, nisi liber, Prænomen, Nomen, & Cognomen.* Aufon. in Grypho. *Tria nomina nobiliorum.* Alex. ab Alex. libr. 6. Hinc Juvenalis taxans quendam, qui cum servus esset, ingenium agebat, *Tanquam, inquit, habeas tria nomina.*

Libertate vero donati servi, tria nomina assumebant. Artemidorus Onirocriticæ lib. 1. cap. 47. *Cum esset servus, liber factus est, & pro uno nomine tria accepit, duobus nominibus à manumittente assumptis, ut Marcus Tullius Tiro, qui fuit Ciceronis libertus.* Breviora etiam servorum nomina esse volebant Romani, ut celerius exaudirent, vocati. Columel. lib. 7. nec plus, quam monosyllaba, vel bisyllaba frequentius invenimus. Davus, Gaatho, Tiro.

Contra sesquipedalia Tyrannorum nomina vocat Plautus. Pyrgopolinices, Ariobarzanes, Nabuchodonosor; Theglathalasar, Rex Assur. 4. Regum cap. 15. Hinc Demosthenes opponit Æschini, quod duas syllabas fratris nomini addidisset. Cum enim Trome vocaretur, ipse Atromatum appellavit, obiciens nempe illi, quod ex Patre servo ortus esset.

Septimo die ab ortu imponebatur infantibus nomen apud Græcos ex Arist. lib. 8. de hist. Anim. die decimo apud Athenienses, ex Isæo, & Demosthene. Apud Romanos maribus nono, fœminis octavo, qui vocabatur *Lustricus dies.* Tertullianus appellat *Nominalia*, lib. de Idololatria. Usus causas adferre conatur Plutarchus. Lustrico autem die Romanis imponi solitum nomen, idest familiæ, quia tunc familiæ adscribebantur, forte ob rationem, ab Aristotele indicatam, quod ante octavum diem parum constat, an partus sit perfectus, & vitalis: an abortivus, minimeque vitalis. Sic primus David filius ex Bersabee septimo die mortuus est. Prænomen vero Romani non assumebant, nisi cum virilem togam induerent pueri, puellæ cum nubent, ut propterea Lustricum nomen à Prænomine distinguendum, quidam putent. Vide Puteanum, Sigoniam, P. Fabrum, Pahvin. ChoKier Plutar. in Coriol. Hœpingum de Jure Insignium, & alios.

Cognomina quandoque semel usurpata reperire est, ut Felix, Strabo, Ovicula, Verrucosus. Quædam per aliquot generationes retenta, postea mutata, ascitis novis cognominibus. Nam in Fabia Gente prius dicti sunt *Vibulani*, postea *Ambusti*, post *Maximi*, & in *Manlia* vetustissimum cognomen fuit *Vulso*, deinde *Vulso Capitolinus*: Tum, *Vulso* omisso, *Capitolinus Imperiosus*, post, *Imperiosus Torquatus*, postremò his omnibus antiquatis, tantum *Torquatus* retentus. Nec abludunt recentes consuetudines.

Porrò imponendi, vel assumendi Cognominis, & Agnominis ratio, & origo multiplex, atque varia exitit.

A Mysterio cognominatus est Petrus, Paulus, Filii Zebdei Boanerges, Israël, Abraham, Jesus. Ab eventu Moyses, quod projectus in fluvium, inde servatus. *Pogonatus* dictus est Constantinus, quod cum in Siciliam imberbis navigasset, Constantinopolim prolixam retulit barbam. *Copronymus*, hoc est *Stercoreus*, quod fontem baptismalem polluerit. *Iconomachus*, Imaginum debellator. *Iconoclastes*, imaginum destructor. *Monomachus* Gladiator. *Ambustus*, quod icu fulminis desflagarit. A Vestimentis, Caligula, Caracalla.

A moribus, & virtute, ut *Ovicula*, *Optimus*, *Maximus*, *Chrestus*, idest, Bonus dictus est Phocion. Evergetes, quod est Benefactor. *Philadelphus*, amator Fratris. *Salomon*, Pacificus. *Catus*, linguâ Sabinâ, sapiens, & lingua acutus. *Cunctator* dictus est Fabius, quod prudenti mora Annibalem fregit. *Aristobolus*, optimi consilii: Guiscard. de quo in hoc capite. Carlman, Ludovicus, de quibus supra.

Tom. IV.

A Corporis robore, ut *Cursor*, *Celer*.

A Corporis vitio. *Strabones*, *Cæci*, *Claudii*, *Nafones*, *Flacci*, *Frontones*, *Capitones*, *Labrones*, *Sedigiti*, *Cossi*, *Nasica*, *Licinii*, *Limi*, *Scevola*, quod læva tantum uterentur, nam scecum, lævum Græcè sonat. *Calvus*, *Gryppus*, *Pbyso*, idest Ventricosus: *Plancus*, *Pansa*, *Valgus*, *Scaurus*. *Tartalia*, *Blefus*. *Sarapodam* vocavit *Pittacum* Alcæus quod latus haberet pedes, & Plato dictus à latis humeris. *Attam* cognominat Horatius *Quintium* Poëtam. *Atta* autem ex Festo appellatur, qui propter vitium crurum, aut pedum, plantis insistunt, & attingunt magis terram, quam ambulant. Alii dicti *Talipedantes*.

A Colore. *Nigri*, *Rufi*, *Rubei*, *Rutilii*, *Æobarbi*, *Galbæ*, *Veneti*, *Prasini*.

A Fortuna. *Eudemou* felix, *Macarius* beatus, *Goffavinus*, Dei filius. *Nicanor* à multiplici victoria. *Polycrates* ab Urbium expugnatione.

A re Rustica. *Pisones*, *Lentuli*, *Fabii*, *Stolones*, *Serrani*, *Aratores*.

A re maritima. *Navis*, *Ancora*, *Puppius*, *Galeotus*, *Nauclerus*.

Ab Arboribus. *De Ruvere*; *De Palma*; *De Rosa*.

Ab Animalibus. *De Leone*, *De Aquila*, *Gallus*, *Corvus*, *Falco*, *Murena*, *Orata*, *Dentici*, *Piscicelli*, *Cicinelli*, *Paparelli*, *Suilli*, *Bubuli*, *Caprarii*, quod possessiones suas Sue, Bove, Capra, signabant. Sic *Equitii*, *Tauri*, *Gatta*, *Lepores*.

A nascendi ratione. *Casones*, quod cæso matris utero nati. *Casares*, quod cum Cæsarie nascerentur, vel quod Avus Caji Cæsaris elephantem occidisset, qui punica lingua *Casar* dicitur: vel à cultu Capillorum. *Agrippa*, quod contra nascentium legem, pedes prius ex utero protulerint. *Vopiscus*, qui de Gemellis, altero extincto, supervixit. *Proculus*, qui Patre procul agente, natus. *Posthumus* patre defuncto. *Cordus* serb, & postremus. *Opiter*, mortuo Patre, Avo vivo, editus. *Primitivus*, *Secundinus*, *Quintilius*, *Septimius*, *Octavius*, *Nonius*, *Decentius*. à numero Genitura.

Ab obrestitutione, *Doso* inditum est nomen. *Antigono*, quod benignè promitteret, nec tamen præstaret promissa. Græcè enim *Doso* est *Dabo*, quare *Dosonem*, quasi *Dabonem* quorum in avulis frequens turba. *Copronymus*, de quo supra.

A Vituperatione. *Ptolemæo* ob vitæ turpitudinem *Lamyro* nomen fuit. *Antigonus* à rapacitate *Hierax* dictus. *Xenarchus* Rhodius à bibacitate *Metretes*. *Demochates* ob procacem linguam *Parrhasiades*.

*Poltrones* nomen olim invenerunt, quod cum, secundum Canones, qui volens partem pollicis sibi abscinderet, prophanus haberetur, & ad sacra non posset admitti, quidam, ut à Clero excluderentur, pollicem sibi truncabant; ideoque *Poltrones* dicti. *Luitprandus* in *Innocentio*.

A contrario sensu *Philopater*, quod patrem occiderit: nam proprie est *Amator Patris*.

Ab omine. *Buteo*, quod, cum clausi Præfectus, à portu solveret, *Buteo* avis, felici omine ei insedit; quo augurio insignem de hoste victoriam tulit. *Beneventum*, nam olim *Maleventum*.

A Provinciis, vel oppidis devictis. *Coriolanus*, quod *Coriolos* Volscorum oppidum, cepisset. *Metellus* dictus est *Numidicus* à debellato Jugurtha, & *Numidia*. *Africanus*, *Creticus*, *Asiaticus*.

A loco possessio. *Austrius*, *Bullonius*, *Estensis*, *Sanseverinius*, *Aquavivius*, *Columna*, *Aquini*, *Tufus*, *Tolfa*, & sexcenti. Nam olim bona pars nobilitatis Italicæ, Gallicæ, Germanicæ à nomine Feudorum cognominabantur. Alii, contra, Familiæ cognomenta Feudis indiderunt, ut ex popularibus feudalibus fierent. *Helvitii* (si fides *Josie Simler* de *Repub. Helvet.* lib. 1.) à *Suitio* pago dicti sunt *Suiceri*. Alii sic dictos malunt, quod *Carolo Magno* promississent in militari labore defudationem. Germanicè enim *Suitzer*, sudantes significat.

H h h

As-

amitam suam in matrimonium iunxit, sicque simul ingressi Calabriam, brevi tempore universas ferè illius urbes ceperunt. Post mortem autem fratris Humfridi, (4) honore ipsius recepto (5), Regium urbem obsidens, capit, & ex tunc cœpit Dux appellari. (6) Reversus Apuliam, cepit etiam Trojam, & ita paulatim, diversis licet temporibus, totam terram, universosque partium illarum Normannos, præter Richardum, suo subdidit Dominatui. Cognito præterea, quod prædicta Alverala sibi affinis esset, parat divorcium, sororemque Salernitani Principis cœpit expetere in conjugium (7), quod & factum est. Et Alveradæ dona conferens plurima Calabriam cum Sicelgaita perrexit. Post hæc ad Saracenorum expugnationem, & acquisitionem Siciliæ ingens (h) Robberti animus vertitur, ad quam videlicet cum valido exercitu transiens, Messanam primò, quæ in portu sita erat, ex improvise occupat, inde Rimetum, ad urbem, quæ Castrum Johannis vocatur, ex quattuor partibus castella communit, bella (i) ibi prosperrima peragit, à Panormitano Admirato (8) dona ingentia recipit. Castrum, Sancti Marci nomine, in valle Demenæ (9) construit. Messanâ militibus communita, tandem ingenti auro onustus, Calabriam repetit. (k) Otrantum deinde tandiu obsidens affixit, quousque illi se tradidit. Inde (l) Varum (10) terra, marique circumdat, eamque post quattuor circiter annos Argirizzi factione ingreditur. Rursum igitur ad Siciliæ, Panormique expugnationem cum navali profectus exercitu intra quinque mensium spatium Cathenam primò, inde Panormum, deinde (m) Nazarium (11)

Assumpta autem semel, vel inventa ab aliquo cognomina, vel Agnomina ad posteros quandoque propagata sunt, ob egregiam illius virtutem, qui primus illud agnomen tulit: Sic Marcus Tullius, Ciceronis cognomen primus habuit. Cùm autem maxima laude in eo cognomine florisset, à posteris id cognomen studiosè retentum fuit, inquit Plutarchus. Nec diversa ratione, Cognomen Torquati in Gente Manlia, Carrasæ in Gente Caracciola, de quo Carolus Burrellus Vindex Neapolit. nobilitatis.

Prænomen denique aliquod ob non disparem rationem, in nomen familiæ, & Gentis transivit, ut prænomen *Appii*, *Perleonii*, & cognomen in nomen, ut *Albii* ab *Albo*, *Flavii* à *Flavo*, *Rubrii* à *Rubro*, seu *Rufo*.

- (h) Rotperti.  
 (i) ibi & plurima, & prosperrima.  
 (k) Ydrontum.  
 (l) Barim.  
 (m) Maxarim.  
 (n) Hæc interim de Rotperto. Jam nunc aliquanta de Richardi Principatu scribamus.  
 (o) cum processione sollempni, erat enim admodum gloriæ appetens, placent omnia.  
 (p) def. portas.  
 (4) *Umfreida* aliis.  
 (5) Comitatus.  
 (6) Ex Comite Dux, quæ ex usu amplior censebatur dignitas; nam ex origine ferè idem signabatur.  
 (7) Cur potius à Pontifice secum dispensari non petiit? Latebat fortè politicum ingenium. Ut novam dominationem ineunti sibi, Salernitanum Principem affinitatis nexu obstringeret. Verè dictum, Privatorum nuptias amor, Principum jungit cupiditas, & nihilominus Robertus Cognati dominio inhiavit. Uxori Virum relinquere, & cum altero copulari, legibus Romuli non licebat. Viro autem, nisi uxor in adulterio, aut veneficio, aut clavium adulteratione deprehensa foret, aut si vinum biberet, divertere non sinebant, qui

capit, sicque fratrem Roggerium de tota investiens Insula, & medietatem Panormi, & Demenæ, ac Messanæ sibi met retinens, acceptis Saracenorum obsidibus, thesauro ingenti ditatus, Calabriam redit. (n) Hæc interim de Robberto breviter tetigisse sufficiat, quia qualiter hanc Insulam cepit, latius loco suo scribemus, (12) nunc jam aliqua de Richardi Principatu scribamus. Hic itaque Averlanum, ut supra jam tetigimus, Comitatum indeptus, ad Capuanæ urbis expugnationem animum cœpit intendere, & ad Principatus dignitatem toto nisu ambire. Supra quam, cùm tria castella firmasset, eamque acriter debellans affligeret, septem millibus tandem aureis à Pandulfo juniore susceptis, obsidionem solvit, sed ad tempus. Nam cùm post mortem Pandulfi Landulphi filius successisset, mox & Richardus accedens, obsidionem firmavit. Proferunt multam Capuani pecuniam, Richardus nil appetit, nisi terram. Artati demum famis penuria cives, cedente Landulfo, recipiunt hominem, sacrant in Principem, portas sibi dumtaxat, cum turrium fortitudine retinentes. Dissimular hoc interim novus Princeps, (13) & aptius id expetendi tempus expectat. Non multò post venit ad hoc Monasterium, recipitur honorificè nimis (o) cum processione sollempni, placent omnia valde, rogatus à senioribus de loci tutela, devotissimè promittit se totius Monasterii contra omnes, quos posset, fidelissimum de cætero defensorem. Campaniam deinde profectus, (14) totam fermè intra tres menses acquirit. Inde Capuam rediens, congregatis nobilibus, dignum jam asserit esse, turre Civitatis, (p) & portas sibi contradi.

Ti-

aliter dissidium fecisset, bona vici ad uxorem devolvi voluere. Quare L. Antonius à Censoribus notatus, & senatu motus fertur, quod nullo consilio, aut modo, quam in matrimonium duxerat, repudiasset. Tamen ex levibus causis repudium aliquando intercessisse legamus: Primus autem P. Cervilius Ruga post urbis conditæ annum 519. vel 533 acri- litatis causâ divorcium fecit. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.

Soror Salernitani Principis, quam Robertus, repudiata Alveradâ, thori participem fecit, Sicelgaita fuit, de qua mox infra hic, & in sequentibus.

- (8) Nomen est officii, Præfecti Classis. *Admirarius* quoque dictus infra lib. 4. cap. 11. De Magno Regni Admirario vide Frecciam de Feudis.  
 (9) Tota Siciliæ Insula in tres vallas dividitur. Vallis Mazariæ una est; altera Vallis de Northo, Tertia Vallis Demena; ad quam pertinent Castrum Sancti Marci, & Messana.  
 (10) Barium.  
 (11) Melius Codex B. *Mazarim* hoc est, *Mazarim*.  
 (12) Verba hæc à Petro Diac. inserta, quis dubitet? nempe, ut hinc ansam sibi pararet, ad eadem, quæ Leo hic strictim, latius infra scribenda cap. 44. ad quem locum non excurrit historia Leonis. Præter quam, Leo jam se à Roberti expeditionibus expediverat hoc capite, ac proinde ineptum fuisset eadem sibi largius repromittere repetenda. At non peritus sarcinator Petrus, non semel assuit importunè.  
 (13) Ludovicus undecimus Galliarum Rex, Carolum octavum filium hoc unum Latine scire voluit. *Qui nescit dissimulare, nescit regnare*, & ingeniosissimus Poëtarum 2. de Art. Amandi. *Utile multis, dissimulasse fuit*.  
 Pluribus enim injuriis se objicit, qui unâ doler. Est autem dissimulatio aliquando honesta. Simulatio nunquam non turpis, & servilis.  
 (14) Cujus tractus ab urbe Roma ad Silarum usque ferebatur, ut alibi notavimus.

Timentibus hoc, & omnino refutantibus agere Capuanis, iratus Princeps urbem exit, eamque rursus artissima obsidione undique cingit. Iterum cives fame valida pressi, ultra montes ad Imperatoris suffragium exorandum Archiepiscopum suum transmittunt, sed qui verba detulit, verba recepit, sine aliqua utilitate regressus. Tunc Capuani spe undique decedentes, jamque (q) resistere non valentes, & turre tandem, & portas, & seipfos omnes, cum suis omnibus virtuti Principis tradiderunt, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo sexagesimo secundo, cum jam per decem circiter annorum curricula, Normanis (r) viriliter repugnassent. Post paucum tempus, divino judicio, nocte conflagrata Teano, manè Princeps cum exercitu supervenit, fugientibus Comitibus, civitatem ultro tradentibus Civibus, recipit, ita sibi Deo in omnibus pro Incolarum nequitiis prosperante, universas Capuani Principatus attinentias cum civitatibus, & castellis, brevi tempore subdidit. In omnibus autem his prosperitatibus Deo, & Patri Benedicto semper gratias referebat, ejus se meritis adjuvari, ejus orationibus attolli certissime profitens. Jam verò Domnum Abbatem, licet dudum apud Capuam Præsentem, ut supra diximus, sibi amicissimum fecerit, ex eo tamen illum, ac si Patrem, modis omnibus venerari, ejus consiliis se committere, ipsi quasi Domino libenter obtemperare.

*Qualiter idem Princeps fecerit præceptum de Platea publica Monasterio nostro Capuæ (a) sito.*

CAPUT XVII.

PRIMO igitur anno, quo Princeps simul cum Jordane filio factus est, juxta morem priorum Principum generale præceptum fecit huic Monasterio (1) de omnibus omnino pertinentiis, ac finibus suis: sequenti verò tempore fecit præceptum Monasterio nostro, quod Capuæ situm est, de platea publica, quæ erat inter murum Civitatis, & claustrum ejusdem Cœnobii, unde magnam inquietudinem Fratres tam à quibuslibet transfuentibus, quam & à vicinis fœminarum garulitatibus cotidie patiebantur.

*Qualiter aliquanta finitima nobis Castella partim concesserit, partim commutaverit.*

CAPUT XVIII.

TANTÆ igitur potestatis Desiderius, Dei nutu, amicitia fretus, nequaquam tam

(q) resistere, nullo penitus eis ferente auxilium, non valentes.

(r) viriliter, ac strenuè.

IN CAPUT XVII. NOTÆ.

(a) situm.

(1) Reg. num. 405. Datum pridie Idus Novembris.

IN CAPUT XVIII. NOTÆ.

(a) Cucuruzzum.

(b) Cellarolam.

(1) Reg. num. 410.

(2) num. 411.

(3) Reg. num. 408. & 412.

(4) Num. 409. Quod Castellum fisco Principis adjudicatum fuerat, quia Comites ejus, *Contra animam nostram, inquit chartula, cogitaverunt, & consiliauerunt, ac inimicos infra nostram Provinciam invitaverunt, & conduxerunt, propterea res eorum nostro fisco deductæ sunt, quod idem asserit in chartula 411.*  
Tom. IV.

A acceptabile tempus negligendum ducens, eidem Principi tum precibus, tum muneribus non exiguis instare cœpit, ut huic Monasterio, quod tantopere se diligere fatebatur, quietem dignaretur, & securitatem largiri, & Castella nobis finitima, quibus undique frequenter infestabamur, quæ videlicet ipse jam in suam dicionem redegerat, eidem Monasterio in perpetuum possidenda firmaret. Ejus itaque votis Princeps gratantissime annuens, primò quidem castrum, quod Mortulla dicitur, (1) simul cum casa Fortini, dehinc oppidum Frattarum, cujus jam supra meminimus. Sequenti verò anno Roccam cognomine (a) Cucurizzum, (2) cum omnibus pertinentiis ejus, turrem quoque, quæ juxta mare sita est (3), in eo videlicet loco, quo mari Lyris fluvius admiscetur. Necnon & Castellum Teramense (4). Hæc, inquam, omnia principalibus singillatim præceptis huic loco ex integro concessit, & confirmavit. Data sunt autem in commutationem eidem Principi pro Frattis, Castellum, quod dicitur Capriata (5) cum omnibus pertinentiis suis, additis insuper trecentis bisanteis. Pro Teramensi verò Castro, datum est illi Castellum, quod dicitur Conca, quod ipse nobis dudum reddiderat, unà cum curte Sancti Felicis de Miniano. Oppidum præterea vicinius Monasterio, quod Pelmontis vocatur, & infestius, ac molestius cæteris eodem tempore à Comitibus Aquinensibus Desiderius commutavit, pro quo videlicet Roccam quidem vocabulo (b) Cellarellum, & Postam illis ex toto concessit, retento sibi lacu ejusdem loci cum Ecclesiola, quæ juxta est; partem verò de municipio Sancti Urbani nobis tunc pertinentem, idest centum viginti familias singillatim dedit Comiti Adenulfo, in vitam tantum sua tenendam, retentis sibi familiis duodecim, cum Ecclesia Sancti Urbani, & cum terra, quæ sufficeret ad duo paria boum: ea videlicet condicione, ut si vellet nobis prædictus Comes in vita sua eisdem hominum familias reddere, nos daremus illi quinquaginta libras denariorum; sin autem, post mortem illius, in nostram omnes illi homines dicionem redirent.

*De quorundam oblatiis Ecclesiis, & aliis Oblationibus.*

CAPUT XIX.

PER idem tempus oblata sunt (1) in hoc loco (a) Monasteria, & Ecclesiæ per diversa loca, quæ suo ordine compendiose subter annectimus, ab anno videlicet primo ordina-

addens: *Unde, secundum Langobardorum legem, omnes ipsorum res, &c.*

(5) Pro Frattis, inquit, Capriata, sed in Regesto, pro Frattis Conca. Igitur Desiderius his commutationibus, Casinensis ditionis tranquillitati providit, ut liquet ex narratione, nam proximiora Castra, quæ Monasterio infestabant, recepit, & longius distantia dimisit. In hac autem, & similibus commutationibus ab Abbate cum Principe factis, observandum est, contrahentes æquali jure, sine ullo discrimine dare, & recipere: ut hinc quoque appareat, Casinense Monasterium, non minori, quam Princeps potestate, & independentia, suas ditiones tunc possedisse, à quo jure, nullis legitimis talis cecidisse probatur.

IN CAPUT XIX. NOTÆ.

(a) deficit, Monasteria.

(1) Reg. num. 411, si uat, in Regesto Petri cuncta hic notata.



dinationis ipsius, usque ad dedicationem majoris Ecclesie, deinceps reliqua descripturi. Ecclesia S. Mariæ in Aurola, territorio Larinensi. Ecclesia S. Benedicti intra civitatem Albanensem. Monasterium S. Mariæ de Cellis, in territorio Carfeolano. Monasterium S. Benedicti de Orbeto loco Pascufano. Ecclesia S. Valentini intra (b) Ferentinum. Monasterium S. Marci de Carpenone, loco Aquafonula. Monasterium S. Dimitrii intra civitatem Neapolim, in regione Albinense. (2) Ecclesia S. Petri in Orbeto, loco Morino, & Ecclesia S. Lucie prope Castellum, qui dicitur Rendenaria, Monasterium S. Eufimie in Marchia, territorio Teatino, (c) cum trecentis modis terræ. Ecclesia Sancti Angeli, & Sanctæ Mariæ in Comino, loco Peschu (d) Masculino. (e) Ecclesia Sanctæ Trinitatis, & Sancti Felicis in Sancto Urbano. Ecclesia Sancti Johannis de Conca, loco Pisano. Ecclesia Sancti Nicolai intra Aquinum, juxta plateam. Ecclesia Sancti Blasii de Sancto Johanne in Baniarola. Ecclesia Sancti Benedicti in Territorio Aretino, loco Ficarola. (f) Monasterium Sancti Angeli de Algido Territorio Tusculano. Ecclesia Sancti Petri in Plegi, Sanctæ Felicitatis, Sanctæ Lucie, Sancti Antonini in monte Porculo, (g) Territorio Tusculano. Monasterium Sanctæ Agathæ subtus civitatem Tusculanam, Ecclesia Sancti Salvatoris in eadem civitate Tusculana, Ecclesia S. Mariæ, cognomento ad vineas, Territorio Tusculanensi (h) Monasterium, quod dicitur Sancta Jerusalem, Territorio Tusculano. Monasterium Sancti Angeli in Pefclu Territorio Veliternensi. Has omnes Gregorius Consul Romanorum (3) Beato Benedicto obtulit juxta tenorem, quæ in oblationis cartula continetur. Item Ecclesia Sanctæ Mariæ de Uppa, Territorio Carfeolano. Ecclesia Sancti Nycolai, & Sancti Moyfes apud Campaniam loco Turrici. Ecclesia Sancti Angeli in Bettorrito pago Marforum. Ecclesia Sancti Herasmi, & Sancti Angeli, & Sancti Donati. (i) cum trecentis modis terræ, de Pomperano similiter in Marfia. Ecclesia Sancti Christophori, & Sancti Constantii, Territorio Aquinensi. Ecclesia Sancti Martini de Arpino. (k) Monasterium Sancti Petri de Lacu, Territorio Balvensi. Monaste-

(b) Ferentinum Campaniæ. Ecclesia S. Marci. Ecclesia S. Demetrii.

(c) deficit, cum trecentis modis terræ.

(d) Masculino.

(e) deficit, Ecclesia S. Trinitatis, & S. Felicis in S. Urbano.

(f) Ecclesia S. Angeli.

(g) deficit, territorio Tusculano &c. usque ad Monasterium S. Agathæ.

(h) deficit, Monasterium quod dicitur, &c. usque ad illa, Ecclesia S. Mariæ de Uppa.

(i) deficit, cum trecentis modis terræ.

(k) deficit, Monasterium S. Petri de Lacu, territorio Balvensi.

(1) deficit, Monasterium S. Petri de Avellana, &c. Omnes istæ Ecclesie cum universis omnino possessionibus, ac pertinentiis earum tam mobilibus, quam immobilibus huic Monasterio intra præscriptum spatium oblatæ, & à Desiderio receptæ sunt.

(m) Cerreto.

(n) de Miniano.

(o) necnon & quattuor vicendas.

(p) Mortula.

(2) Extat adhuc Ecclesia Sancti Demetrii in Platea Albini Regionis Platea Portus, ut loquuntur monumenta Urbis apud Camillum Tutinum

A rium quoque Sancti Petri de Burgano, in finibus Luceriæ. (1) Monasterium Sancti Petri de Avellana, apud Sangrum, (4) cum universis omnino pertinentiis, & possessionibus ipsarum omnium: Tunc temporis Baldoinus Comes de valle Sorana obtulit, seu refutavit Beato Benedicto tres curtes de Comino, quas per cartulam commutationis à parte hujus Monasterii retinebat, idest Ecclesiam Sancti Urbani cum omni pertinentia sua, & Ecclesiam Sancti Victorini cum ipso Lacu de Vicalbo, & Ecclesia Sancti Angeli, quæ dicitur in Pratora, cum omnibus omnino pertinentiis, ac rebus, quemadmodum à nobis receperat. Eodem quoque tempore, Pandulfus Venafranus Comes obtulit Beato Benedicto quartam partem de Castello, quod dicitur Sextum, & medietatem totius partis suæ de valle Venafri, & de Teano, & de Calinulo, & de Calvo, & de Cajatia, nec non & de omnibus, quæ possidere videbatur in toto Principatu Capuano. Alio etiam præcepto obtulit in hoc loco quartam partem de (m) Cerretu plano, & Torcino, & medietatem de Rocca Sancti Georgii, & de Virecuso, & de Cerasolo, nec non & integrum castellum, quod dicitur Cerulanum, cum omnibus omnino sibi pertinentibus, ac possessionibus. Sed & Landulfus Comes (n) Minianensis ad conversionem veniens, obtulit curtem suam huic Monasterio non longè ab eodem Miniano, cum duabus Ecclesiis, Sancta videlicet Maria, & Sancto Johanne. Præterea & Joannes Comes de Pontecurvo, cognomento Scintus, superius jam nominatus, obtulit in hoc loco Ecclesiam Sancti Angeli de loco, qui dicitur Merulanus, & Ecclesiam Sancti Blasii sub castello, quod dicitur Pica, & integram curtem de Baniolo, & Sipizano, & castellum, quod appellatur Passina, (o) necnon & quattuor terræ jujera non parvas, (5) cum universis prædictarum Ecclesiarum, Curriumque possessionibus. Johannes quoque filii Landolfi Comitum Teanenensis per cartam firmavit, & concessit in hoc Monasterio integram partem suam de Castello (p) Murtula, & de omnibus, quæ illi à parte patris in eodem castello pertinere videbantur. Idem etiam fecit, & de altera integram partem suam frater ejus Landulfus insans infra ætatem.

de origine Sedilium Neapolis, ad quam regionem pertinet Monasterium Monialium, D. Aluina, dictum.

(3) Petri Diaconi, ut conjecto, additio est, ne Gentilis sui Gregorii Consulis pietatem suo testimonio, & laude fraudaret.

(4) ubi nunc Castrum ejusdem nominis, pleno jure huic Monasterio Casinensi subditum, nam quæ nunc Castra Abbatie, olim fere omnia fuerant Monasteria, ut passim ex hac historia, & expressè ex Bulla Victoris Secundi in Regeft. num. 26. ubi, seriatim numeratis Castris Monasterii, subditur; Quorum aliqua olim fuere Monasteria; Sed à Saracenis destructa, postmodum ad tuitionem patriæ, necessario facta Castella.

(5) Rectius Codex B. nec non & quattuor vicendas non parvas. Jujera verd, seu Jujera (nam utroque modo reperitur) habent singula passus ducentos quaquaversum: At ex Quindil. & Isidoro habent pedes ducentos, & quadraginta in longitudinem, centum viginti in latitudinem. Communiter Jujerum accipitur pro terræ mensura, quam jugum boum uno die arare potest, ex Varr. de Re Rustic. lib. 1.



tem . Per eos dies Berardus (q) Marforum Comes (6) ad hoc Monasterium veniens per cartam reddidit Beato Benedicto Monasterium Sanctæ Mariæ de Lucu, simul cum Rocca, quæ super ipsum Monasterium constructa erat, & cum omnibus villanis, qui ibi residebant, & cum universis omnino per totam Marsiam pertinentiis ejus (r). Tunc etiam Pandulfus quidam (s) Sipontinus ad obitum veniens de quinquaginta passibus in mari in loco, qui vocatur Rigora ad piscandum, oblationem in hoc Monasterio fecit.

Quot, vel qualia ornamenta, Desiderius tunc vel acquisierit, vel fecerit, & de Portis Ecclesiæ brevibus.

CAPUT XX.

Æ Stabat interea ingenti desiderio Desiderius, Ecclesiastica etiam ornamenta,

(q) Marforum Comes de Monasterio S. Mariæ in Valle Marculana in hoc loco oblationem faciens, simul eam huc, cum filio suo Todino egregiæ indolis adolescente, jam pridem apud Monasterium Reatinum converso, transmisit. Idem quoque postmodum ad hoc Monasterium veniens, &c.

(r) pertin. ejus. Huic Desiderius sub libelli nomine Terram mille modiorum mensurâ de rebus hujus Monasterii per diversa loca, quæ sub sua duntaxat ditione, assignari præcepit, censu quinquaginta solidorum per annos singulos constituto.

(s) de Sipontinis nobilibus.

(6) Codex B. addit. Cum filio suo Todino, egregiæ indolis adolescente, &c. ut supra. Hic ab Alexandro Secundo Cardinalis creatur infra cap. 25.

IN CAPUT XX. NOTÆ.

(a) deficit, magnum.

(b) deficit, magnam.

(c) auro & albis à capite.

(1) Fortè, sex colorum, sex liciorum, ut Polimite plurium. Riccardus de Sancto Germano in Chron. ad annum 1214. Sepbadinus (Soldanus Damasci) quando equitat terram, & visitat filios suos præfatos, incedit velato capite de uno examito rubeo. Tu cogita de utroque, & confer caput ultimum hujus tertii libri.

(2) Tunica, Pontificale est indumentum, quamcum Dalmatica induit, solenniter celebrans Pontifex. Nunc dicitur *Tunicella*. Amalar. lib. 2. Eccles. Off. cap. 22. Hæc ipsa *hiacynthina Tunica subucula nominatur, & propria Pontificis est*. Rupert. de div. Off. lib. 1. cap. 23.

Joseph. Vicecomes lib. 3. de Missæ apparatu cap. 21. dubitat, an Abbates olim tunica in solennibus uterentur: aitque, de *Tunica ab Abbatibus lata, nusquam mentionem fieri, ex conjectura tamen, in affirmativam partem inclinat*. Verùm ab uno Auctore nostro doceri potuisset, quam sæpè de Tunica inter indumenta solennia Abbatis Casinensis mentio fiat. Quin etiam hinc, & cap. 100. lib. 2. manifestum est, Casinensem Abbatem eadem prorsus Tunica, & Cappella usum, qua Victor Secundus, & Stephanus Nonus Pontifices Maximi usi fuerant.

Quod autem Amalarus *Tunicam Hiacynthinam* vocat, videtur ex ritu, ejus fuisse coloris, quod Yvo Carnotensis, *Quartum indumentum Tunica interior, vel Hiacynthina, cujus color cæli serenitatem imitatur*. Noster verò appellat *Diapistin*, idest coloris fidei, cui Hiacynthinus, & cælestis attribuitur: sed mox infra Nicephorus *Tunicam dicit Candidam*.

(3) Ex hoc loco habemus nomen, & usum Manipuli, vice Mappulæ, seu Sudarii, quo prius utebantur celebrantes; antiquiorem esse Rupert. Abbate, & anno 1120. contra Viceco-

A de quibus usque ad id temporis pauperes admodum videbamur, undecumque conquirere, sed bonum desiderium, donante Deo, non potuit in tanto homine inefficax esse, sicut in sequentibus pervidebitur. Partim itaque de propriis deferens, partim verò à Romanis amicissimis mutuans, centum & octoginta librarum pretio congesto, omnia ferè ornamenta Papæ Victoris, quæ hac, illacque per urbem fuerant pignorata redemit, quæ videlicet sunt hæc. Pluviale Diarodanum (a) magnum, totum undique auro contextum, cum fimbriis nichilominus aureis. Planetam diacitrinam (b) magnam, aureis listis undique decenter ornatam. Aliam quoque exametam (1) friso nichilominus in giro circumdatam. Dalmaticam similiter exametam (c) auro, & alb. à capite, & pedibus, ac manibus insignitam. Tunicam diapistin (2) cum Urna amplissima à pedibus, & manibus, ac scapulis aurea. Stolas auro textas, cum manipulis, (3) & semicinctiis suis (4) numero novem. Pannum dia-

mitis opinionem loco præcitato lib. 2. cap. 34. Auctor enim noster præcessit, nec paucis annis, Rupertum; loquiturque tanquam de re minimè recenti, sed jamdiu communiter usurpata.

(4) Nicephorus Episcopus Constantinopolitanus ad Leonem Tertium Papam. *Misimus Fraternæ vestra. Beatitudini encolpium aureum, Tunicam candidam, & penalam castaneam, inconsutilem stolam, & semicinctia, auro variegata. Papias, Semicinctium minus lata Zona, dictum, quod dimidium cingat. Perottus. Ventræ, seu semicinctium vestimentum est ventrem contegens, seu quod medium hominem cingat; hoc est vestiat. At Isidorus lib. 19. cap. 33. Cinctus est lata Zona & minus lata semicinctium, & utriusque minima cingulum; nam à Cincto per diminutionem cingulum nominatur. Isidoro subsignat Vossius in Lexico, verbo Cingo. Semicinctium dici volens, non quia dimidium hominem cingat; sed quia dimidio minus latum sit, quam Zona, sive Cinctus: Petronius: *Inclusus ego, suspendio vitam finire constitui, & jam semicinctio, stanti ad parietem, sponde me vinxeram, cervicisque nodo condebam*. Martial. in Apophoretis. Epigr. 153. cujus lemma *semicinctium*.*

*Det Tunicam dives: ego te præcingere possum,*

*Essem si locuples, munus utrumque darem.*

Et latioribus quidem *semicinctium* usurpatum in sensu Isidori, & Vossii: apud Ecclesiasticos verò in sensu Papiæ, & Perotti. Erat enim *semicinctium* vestis Pontificalis, quam celebrans induebat, sicut mulieres gremiale. Propterea appellatam invenitur *Brachiale*, à Bracis. Ordo Romanus de consecratione Episcopi. *Induunt eum vestimenta Pontificalia. In primis lineam, & cingulum, deinde Anagolagium grande, alias, vel Anabolagium, vel Anaboladium, quod est Amictorium, seu Amictus. Postea Dalmaticam minorem, & cingulum brachiale, & orarium breve; deinde Dalmaticam majorem, ad eandem mentem Alcuinus, & Yvo Carnotensis Semicinctium vocant Feminale. Inter indumenta Pontificalia, inquit Yvo, adhuc circa renes applicantur linea feminalia, non tam ad velandam carnis turpitudinem, qua jam solitis aperta est vestimentis, quam propter signum castitatis conservanda. Ita Yvo in sermone de significationibus Indumentorum Sacerdotalium. Alcuinus de div. Off. cap. de singulis vestibus. Innocentius verò Tertius lib. 1. de Myst. Missæ appellat *succinctorium*. Forma ejus erat, sicut Sudarii amplioris, & gremialis; unde *Orarium* etiam vocatur, quod est *Sudarium* ab ore, & facie, & colligi videtur ex ordine Romano, paulò ante laudato, ubi *Orarium breve* distinguitur ab *Amictu majore*.*

Ex his firmatur, quod supra notavimus, Abba-

tes

diarodanum, cum listis (d) aureis pro Faldistorio. (5) Libet præterea hoc in loco designare singula, quæ ex eo, quo ordinatus est tempore, usque ad renovationem Basilicæ majoris in Ecclesiæ utensilibus sive fecerit, (e) sive adquisierit: nam cætera deinceps plenius exequemur. Pastorem virgam argento vestivit, & deauravit; Fecit ante faciem altaris tabulam auream cum gemmis, librarum circiter decem, nec non & turibulum de auro cum gemmis, & smaldis librarum duarum. Librum quoque Epistolarum ad Missam describi faciens, tabulis, aurea una, altera verò argentea decoravit. Codicem etiam Regulæ Beati Benedicti pulchro nimis opere deintus comptam, à foris argento vestivit, similiter fecit & de Sacramentariis altaris (6) uno, & altero, & duobus nichilominus Evangeliiis, & Epistolario uno. Nam usque ad illud tempus in plenario Missali tam Evangelia, quam Epistolæ legebantur, quod quàm esset tunc inhonestum, modò satis advertitur. Id ipsum fecit & de alio libello, in quo sunt orationes processionales. Fecit & libellum ad cantandum ante altare, sive in gradu, eumque tabulis eburneis mirificè sculptis, & argento

tes Casinenses omnibus Pontificalibus indumentis uti consuevisse jam à sæculis; nam *semicinthium* ad propria Pontificum vestimenta spectabat, ex Innocentio Tertio, qui novem refert ornamenta Pontificum specialia, Caligæ, Sandalia, Succinctorium, Tunica, Dalmatica, Mitra, Chyrothecæ, Anulus, & Baculus.

(d) cum aureis in circuitu listis.

(e) deficit, sive adquisierit.

(f) ambonis.

(5) Paris de Grassis lib. 1. cap. 3. *Faldistorium* corruptè dici vult, dicendumque *Fandistorium*, hoc est, locus fandi, & perorandi. Ea enim sede utuntur Episcopi in concionibus, & ordinationibus. Ut ut sit, Faldistorio non Episcopi tantum; sed Reges, & Imperatores utuntur; ut patet ex Ceremoniali. *Imperatrix procumbit super Faldistorium.*

(6) Et infra, cap. 73. *Duo Sacramentaria cum argento.* Extat Sacramentarium Divi Gregorii, quod aliud non est, nisi Missis liber, in quo Missæ ritus, & ordo continetur. Nam præcis Missarum preces appellata sunt *Sacramenta*, & *Mysteria*. Berno Abbas Augiensis de rebus ad Missæ Officium pertinentibus, cap. 1. *Gelasianum Codicem* (Gregorius) *de Missarum solenniis, quod volumen librum Sacramentorum prætitulavit.* Quem Codicem reformavit Albinus Flaccus ex Microlog. cap. 60. & ab eodem Alcuino sæpè laudatur. Ergo Desiderius præter Sacramentarium, seu Missale plenarium, ut loquitur Ostiensis, distinxit Codicem Epistolarum, & Codicem Evangeliorum, separatim usui habendos in Altaris Officio.

(7) Similiter ligneis. Nam aliàs, *Dossales* pannos intelligit, ut infra, quod subdit *sculptura*, Lauretus mutavit in *sculptura*. Quasi verò *scalpo* non æquè latinum sit, ac *sculpo*, & non idem significarent, quamvis *sculptura* frequentius legas de iis, quæ figuras habent eminentes: *Sculptura* autem crebrius de his, quæ habent figuras depressas, Vofs.

(8) Ambonis, idest Pulpiti, & suggestus; sic dictum, non quòd *ambiat*, & cingat intrantem, ut voluit Strabo, sed quia à Græco sumptum est verbo *Ambon*, quod significat quiddam eminent, vel protuberat, formâ rotundâ. Idè Ostiensis dicit, *In Ambonis modum.* Anast. Biblioth. *super Ambonem prædicaret.* Liturgia Chrysostr. *Diaconus stat in Ambone.*

(9) *Segnis* super inductum reperio ex recentiori manu.

(10) Et infra *De Triblattis verò omnibus pluviales protinus fieri iussit.* Nugatur Lauretus, cum *Triblattos* bis legit *Ariblattos*. At magis ri-

A ornaris annexit. Codicem quoque de vita Sancti Benedicti, & Sancti Mauri, & Sanctæ Scolasticæ describi studiosissimè fecit. Fecit & portellas argenteas ad ingressum chori librarum circiter triginta. Fecit & Sedilia lignea in circuitu chori cum dossalibus eorum, (7) sculptura simul, & pictura præstantes; sed & gradum nichilominus ligneum ejusdem operis extra chorum in (f) ambonis modum (8) satis pulchrum constituit, in quo videlicet tam lectiones in nocte, quàm etiam & Epistolæ, & Evangelia ad Missas præcipuarum festivitatum legerentur. Per eos etiam dies, cum rumor increbuisse Regem ad Italiam venturum, nequaquam senex (9) perrexit Amalphim, ibique viginti pannos sericos, quos triblattos vocant, coëmit (10), ut si fortè necessarium esset, haberet certè quod Regi donaret, pro tutela videlicet, & honore Monasterii hujus. Hydriam quoque argenteam librarum septem, ibidem tunc adquisivit, ut quam ad ministerium aquæ sanctificatæ in processione dierum Dominicorum, cum alia ejusdem metalli, & quantitatis Hydria postmodum illi donata, esse constituit. De triblattis verò omnibus, quoniam Rex de via re-

diculè, cum, ut audio à majoribus nostris, *Ariblattos* interpretabatur *Auri bracteos*. *Auro bracteos*. Potest quicquam ineptius cogitari? aut dici sordidius de pannis, Imperatori adventanti, dono destinatis, sed nugas omitamus.

C Anast. Bibl. in Greg. Tertio *Vela serica ornata blatto, circumquaque pendentia.* Greg. Turon. Hist. lib. 2. cap. 38. *In Basilica Beati Martini tunicâ blatteâ indutus est.* Aymoianus libro primo cap. 24. Anastasium Imperatorem refert Clodoveo Regi Francorum *Codicillos Consulatus, nec non & Coronam auream, cum gemmis, & tunicam blatteam* dono misisse. Vopiscus in Aureliano. *Idem concessit, ut blatteas matrona tunicas haberent, & ceteras vestes.* Fit etiam mentione *sericoblattæ* in Codice Justin. & Theod. de Murileg.

D Est igitur *Blatta* vermiculus libros, & vestes erodens, & quia *Blatta* apprehensa inficit manum hominis rubro colore, hinc *blatta* dictum exquisitæ purpuræ genus, sic usus Casiod. lib. 1. var. Epist. 2. *Cum blatta, quam nostro cubiculo dare singulis annis consuevisse, venire festina,* & lib. 5. cap. 34. *Chamaleon colores suos multifaria qualitate commutat; ut modò Veneta, modò Blattea, modò prasina, modò possit Cyanea reperiri.* Lampridius in Heliogabalo, & Eutropius in Nerone. *Retibus aureis piscabatur, quæ blatteis funibus extraheret.* Cum ab Oroho, & Suetonio, quod Lampridius dicit, *Blatteis* scribatur *Purpureis*. Ergo *Blatteus* color est *Purpureus, Coccineus*, quem vocant *Chermisnum, Scarlatum*. Vide Martin. Vofs. Scalig. in Card.

E Ex his ad Ostiensem; *Pannos Triblattos* accipio *Purpureos*, nec simplicis tantum, aut etiam duplicis tincturæ (quam Græci vocant *Dibapnum*, à *Dis*, quod est *Bis*, & *Bapbo*, *Tingo*, quasi *bis tinctum*) sed triplicis, hoc est *saturatos murice pannos*, ut quidam dicit, quales Regiam Majestatem decerent, & donatoris magnificentum animum. Amalphis autem hujusmodi panni coempti, orientaliibus quippe commerciis, ac maritimis ea civitas tunc frequentissima erat. In Sacra Scriptura Exodi 25. & 28. habemus *Coccum bis tinctum*, est autem *Coccus* frutex, undè grana, ex quibus vermiculi rubri, instar sanguinis. Isaïæ primo, *Si fuerint peccata vestra, quasi vermiculus*, & in l. 1. Cod. *que res vendi possunt, legas blatta, & Oxiblatta*, hoc est egregiè fucata purpureo fuco. Nam *Oxa* est egregiè, præcipuè, multum, ex Græco. Infra lib. 4. c. 17. *Vestem oxii deauratam.*

reversus fuerat, pluviales protinus fieri iussit. Videns autem tunc portas areas Episcopii Amalitanæ, cum satis placuissent oculis ejus, mox mensuram portarum veteris Ecclesiæ Constantinopolitane misit, ibique (g) illas valde pulchras fieri fecit. Nam nondum dispo- fuerat Ecclesiam renovare, & ob hanc cau- sam portæ ipsæ sic breves effectæ sunt, sicut ætenuis permanent. (11)

*De Ordinatione Alexandri Papæ,  
& Controversia Cadaloy.*

CAPUT XXI.

**I**nterea, ut superius redeam, defuncto apud Florentiam Apostolico, (1) post duos an- nos, & dimidium, quibus Ecclesiæ præfuit, cum maxima feditio inter Romanos cœpisset de ordinando Pontifice exoriri: Hildebrandus Archidiaconus cum Cardinalibus, nobilibus- que Romanis consilio (a) habitu, ne dissen- tio convalesceret, Anselmum tandem Lucen- sem Episcopum, post tres circiter menses, in Romanum Pontificem eligunt, eumque Ale- xandrum vocari decernunt, nostro Desiderio simul cum Principe Romam proficiscente, ei- que in omnibus suffragante. Quod cum (b) ad aures Imperatricis, ejusque filii pervenif- set, indignatione nimia ducti, (2) quod hæc sine illorum consensu, & auctoritate gesta fuissent, & ipsi nihilominus Cadaloum Parmensem Episcopum ultra montes à Placenti- no dumtaxat, & Vercellino Episcopis, ipsa die festivitatis Apostolorum Symonis, & Ju- dæ, in Papam eligi faciunt, (3) eumque Ro- mam è vestigio ad impugnandam, sive exor- dinandam Ecclesiam, cum valida manu mili- tum, & pecunia multa, transmittunt; sed,

(g) illas, ut sunt fieri iussit.

(11) Lib. 4. cap. 80. Oderisus Abbas portas alias areas fieri in ingressu Ecclesiæ Casinensis ius- sit. Tunc autem Ecclesia jam renovata fue- rat, & janua ampliata, ac proinde commen- suratas portas areas tunc factas fuisse, quis neget? Extant adhuc Casini, licet non simi- lis omnino operis omnes. Laminibus con- stant 36. literis argenteis incisis, quibus Ca- stra, & Villæ Monasterii describuntur.

IN CAPUT XXI. NOTÆ.

(a.) habitu.

(b) ad aures Regis, ejusque Matris.

(1) Anno 1061. 5. Nonas Julii, & in Cathedrali Ecclesia sepulto. At Panvin. Romæ defun- ctum, & ad Sancti Petri sepultum scribit.

(2) Jam siquidem Imperatores in electionem Pon- tificis potestatem sibi usurpaverant. Cum autem Anno Archiepiscopus Colonienfis Ale- xandrum hunc secundum increpasset, quod Romanum Pontificatum injussu Cæsaris, præ- ter consuetudinem, suscepisset, Hildebran- dus Archidiaconus liberè respondit, Consue- tudinem illam malam esse, & justè revoca- tam; vel, ut refert Platina, electionem ad Clerum pertinere, si jus, si antiquam con- suetudinem veller inspicere. Quam invictam Hildebrandi pro Ecclesiæ libertate tuenda constantiam, imitatus est Desiderius infra cap. 49. Dixit enim neque Papam, neque Episcopum aliquem, neque Archidiaconum, neque Cardinalem; sed nec ullum hominem- justè hoc facere potuisse. Apostolica enim Se- des Domina nostra est, non ancilla, nec ali- cui subdita, sed omnibus est prælata, quod si hoc à Nicolao Papa factum est, injustè, procul dubio, & stultissimè factum est: nec pro humana stultitia potest, aut debet amitte- re suam dignitatem Ecclesia: nec unquam- debet à nobis hoc aliquatenus consentiri, nec, Deo volente, amplius fiet, ut Rex Aleman- norum Papam consuevit Romanorum.

**A** favente Deo, licet plurimi Romanorum, nec non & plurimi Capitaneorum illi, gratiâ Regis, adhæserint, licet etiam Castellum Sancti Angeli ad urbis oppugnationem illi tradiderint, cum semel, & bis magnis instru- ctus copiis adventasset, & immensam valde pecuniam profligasset, multamque stragem non minus suorum, quam cæterorum fecisset, ad ultimum, clam de præfato Castello egres- sas, turpiter cum paucis aufugit, nec ultra venire ad has partes apposuit: Quippe qui eodem anno, idest in prædictorum Apostolo- rum Symonis, & Judæ vigiliis, ab omnibus Teutonicis, & Italicis Episcopis, qui cum Rege tunc aderant, justo Dei judicio, damp- natus est, ac depositus.

*De Flagello fulminum, & Visione  
Abbatis super hoc.*

CAPUT XXII.

**Q**uintum jam ferè ordinationis suæ com- plebat Desiderius annum, cum terribi- lius solito, permissione Divina, fulmi- ne Monasterium istud attactum est. Cum enim Fratres in Ecclesia die quodam, de mo- re, primæ horæ sollempnia agerent, subito cœlitus fulmen (a) elapsum, ipsum Ebdoma- darium Sacerdotem, cui Manno erat voca- bulum, honestæ famæ virum, in choro stan- tem feriens, extinxit, cæteros verò circum- stantes, velut exanimis ad terram prostravit. Novitium etiam quendam extra chorum stan- tem ante ipsam majorem crucem percutiens, occidit. In Capitulo tabulas officiales excidit, ipsumque tabularium ac si mortuum reddidit. Vultum imaginis Abbatis Richerii in eo- dem capitulo in tabella depictum scidit (1)

pa-

Revera, si quod Privilegium Imperatores in ele- ctione Romani Pontificis obtinuerunt ali- quando; id, procul dubio, ab ipsa Apostoli- ca Sede consecuti sunt, vel ad tollenda scandala, ut infra lib. 4. vel, ut Ecclesiæ propugnarent, ut refertur de Carolo Magno ex Indulto Adriani, & hic ex Nicolai privile- gio. Ergo, novis emergentibus causis, & prioribus cessantibus; illud privilegium abro- gari potuit; quod & fecit in Concilio Late- ranensi Gregorius Septimus, in Beneventano Victor Tertius infra cap. 71. instauratores propterea dicendi Ecclesiasticæ libertatis quid- quid Heterodoxi blaterent.

(3) Ex Pallavicina nobilissima Gente; Imperatoris Cancellarium, supra lib. 2. cap. 89. In pla- cito Cadaloy Cancellarii. & cap. 66. Nec non & Cadaloy Episcopi, & Cancellarii sui. constatque ex multis nostris chartulis quibus Cadelous subscribitur Cancellarius. Honorii secundi nomen illi impositum. Sed eodem anno in vigiliis Apostolorum Simonis, & Judæ, quorum festivitatis die intrusus fuerat, damnatus, ac depositus est in Concilio Man- tuano. Ipse tamen insignia Pontificalia non dimisit. Vide Baron. Ciacon. Panvin. & alios Historicos, qui præ manibus sunt, & Petrum Damiani lib. 1. Epist. 20. & 21.

IN CAPUT XXII. NOTÆ.

(a) elapsum.

(1) Consuetudo verus fuit, seriem ministrorum, & officialium, qui per hebdomadam publicis functionibus deputabantur, in tabula notatam in exedra, seu Capitulo ad communem noti- tiam exponere, idque munus uni ex Mona- chis demandabatur, hæ sunt Tabulæ officia- les, hic Tabularius, de quibus in hoc capite. Reperio in nostris monumentis exemplum hujusmodi Tabulæ officialis, quod videre est apud Vvion, & Hæstenum pag. 794. Vica- rius ordo postulat, ut in hac futura hebdoma- da. casuat Nonnus Amicus Missam. Episto- lam

pariter, ac porro dejecit, & in plerisque Monasterii locis percussit; fuit autem dies hæc quinto decimo Hcalendæ Februarii. Quamobrem consilio cum Fratribus pater venerabilis habito, ad iram Dei placandam, statuit (2) tunc per omnes menses primam sextam feriam communiter ab omnibus in abstinentia peragi, ac discalciatis pedibus procedendo, Missam proinde specialiter celebrari, necnon & omnibus per annum cotidianis diebus orationem pro fulgure ad Missam publicam, & ad Psalmos speciales (b) edici. Porro autem Dominus Petrus Damiani, cujus jam supra meminimus, ad hoc Monasterium veniens, cum verbo pariter, & exemplo, ad Dei servitium ferventi zelo quoscumque posset, accenderet, tandem, permissione Domini Abbatis, à cuncta congregatione voluntaria oblatione in remissionem omnium peccatorum obtinuit, ut per totius anni sextas (c) ferias pabe tantum, & aqua contenti

*lam Frater Desiderius legat. Evangelium, Responsorium, & versum Frater Vincentius canat. Lucernam Frater Andreas procuret. Coquina servitium, &c.*

Et in Cæremoniali nostræ Congregationis. Habeat Sacrista Tabulam in choro, vel juxta, prout Prælati ordinaverit, in qua secundum ordinationem superioris, tales officiales, qui possunt ipsa officia bene, & edificatoriè complere, habeat descriptos ordinatè, &c. apud eundem Hæstenum ubi plura.

Et hæc quidem apud nostros Tabulæ & Tabularij acceptio: nam Latinis Tabulæ, & Tabularij diversa est notio. Apuleius Apologiæ cap. 2. loquens de instrumento sponsaliti. *Tabula ejus partim Tabulario publico, partim Domo afferuntur. Vide Authent, de Jure Fisci, & leges Langobard.*

(b) adjungi.

(c) ferias, quæ tamen festivæ non essent.

(2) Ad avertenda fulmina, quæ non raro nos terrent, in usu est Casini publica supplicatio singulis Dominicis diebus inter Tertiam, & Missam solennem; cæterum olim Dominicalis Processio de ritu agebatur in tota Ecclesia. Vide notas in cap. 52. libri 2.

(3) Vide scriptores rituum, præsertim Amalarium lib. 1. cap. 7. Filesanum, & alios.

(4) Sanctissimo Viro cælitus datum oraculum, & veneror, & exosculor: neque desunt, qui omnia fulmina, non vi naturæ, sed supernaturali virtute fieri generaliter asserunt, ex Alb. Magno 3. meteor. cap. 23. Plutarchus etiam in Sympos. lib. 4. quæst. 2. Tonitribus, fulminibusque opinionem quandam divinitatis adesse probat ex mirabilibus eorum effectibus. In qua credulitate Plutarcho prævit Seneca, imo Aristoteles sect. 24. prol. ult.

Sacra quoque eloquia tradunt, Deum uti fulminibus, tanquam iræ suæ ministris, & instrumentis. Psalm. 148. *Ignis, grandis, nix, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus, Poëtarumque figmentis decantatur, cum Jovem tonantem, fulminantemque describunt.*

Sed & alii, quos inter Bodinus lib. 2. Theatr. contendunt, aëreos Dæmones, & superiores potestates meteora hujusmodi agitare, ac deorsum disjicere; cum, propriæ levitatis impulsu, deberent potius sursum ferri. Demum Tertullian. Apolog. advers. Gentes, à quo accepit Isidorus, Fulminum ignem ejusdem cum infernali conditionis esse, autumat: Verum, etsi malo Dæmone architecto, flagella hæc immitti, aliquando verum esset, non ideo propria Dæmonis potestate & arbitrio id contingit, sed Deo sic permittente. Concilium sanè Bracarense primum circa tempora Honorii Papæ primi, cap. 8. statuit, *si quis credit, quod aliquantas immundas creaturas diabolus fecerit, & Tonitrua, & Fulgura, & Tempestates, & siccitates ipse Diabolus sua auctoritate facit, sicut Priscil-*

A essent, ac per singulas singuli disciplinas datâ confessione reciperent. Insuper & triduanum jejunium in caput Quadragesimæ (3) per annos singulos agerent. Multotiens verò Desiderio cogitanti, & revelari sibi oranti, (4) quidnam esse vellet, quod sic frequenter hunc locum prædictum flagellum attereret, quadam nocte per visum Benedictus Pater apparuit, eique, inter alia de hoc sollicitè percontanti, nichil aliud, quàm diabolicas insidias, & antiquam pro loco invidiam esse perdocuit. Egomet ipse, cum adhuc in scola Monasterii degerem, reminiscor una nocte ad secundum dumtaxat nocturnum sexies in Ecclesia, & campanario fulmen percussisse.

B Alia quoque vice cum Anglo quodam aurifice duos alios longè distantes uno ictu ad portam majorem occidisse, & quod est mirabilius, puerulum quandam prædicto Anglo innitentem nil nocuisse. Altera etiam propter Paradisi turrim (5) transeuntem quandam

ve-

*lianus dixit, Anathema sit.*

Casinese igitur Cænobium Diabolicis insidiis, ob antiquam loci invidiam, crebris his flagellis terri, ac percute, non dubitandum. Naturalem nihilominus causam inquirentibus, facile occurrit loci situs, & circumjacentis agri constitutio. Ampla quippe, montibusque circumquaque vallata planities, amnibus, torrentibus, rivis, fontibus, scatebris, alicubi quoque sulphureis, ac mineralibus irrigua est. Uda proinde, humentique gleba, fervescienti Soli materiam abundè ministrat, crassos vapores, tetrasque fuligines, & exhalationes elevandi. Ambientes verò montes, & indigenas halitus, & à proximo mari advectos flatus, vapores inibent, ne ultra provehantur. Porro Casinensi Cænobio, in fastigio montis constituto, Cairus altior mons inter Boream, & occasum imminet, & incumbit. Nimborum ergo copia ex agro, & mari elevata, dum ventorum impetu in Cairum truditur, spissatur, & addensatur, ac supra Casinum librata suspenditur: ut subinde excussa ex impeditibus nubibus fulmina, quorum vortex tortuosè ruit, irruant frequentius, & illidantur in ea, quæ priora occurrunt, qualis est Casinensis saltus, & in eo eminens Monasterium, præsertim verò Campanaria Turris, & Ecclesia, quæ celsiorem fabricæ situm obtinent. Nam ex Lucretio lib. 6. fulmen

*Ataque plerumque petit loca: plurimaque hujus,*

*Montibus in summis vestigia cernimus ignis,*  
Et Horat. lib. 2. Od. 10.

*Sapius ventis agitur ingens.*

*Pinus, & celsæ gravitate casu*

*Decidunt Turres, feriuntque summos.*

*Fulgura montes.*

Hinc in Epiro montes *Acroceraunii* dicti sunt, quod, propter altitudinem, fulminibus crebrè petantur: nam Græcè *Ceraunus Fulmen*; ut Casinum montem *Acroceraunium* appellare jure possimus. Cum tamen, protegente nos Numine, Sanctissimoque Patriarcha interveniente, raro fulmina Monachis, in tanta frequentia, perniciem attulisse legamus.

E (5) Idest *Prope*. Lucret. *Propter flumina Nili. Propter aqua rivum. Litora propter*. Sic Cicero, Ovidius, Virgilius. *Arbesim propter amœnum*, alique passim. Quibus non contentus, aut non assuetus Grammatista noster maluit *Prope*. Et mox infra, cum sufficeret *Altera addidit Vice*. Aurifica nomen mutavit in *Terrificè adverbium*. *Puerulum in Puerulo*. An vel pueri nesciunt *Nocuo* quartum etiam casum regere? Marci ultimo. *Non eos nocebit*. Apoc. 2. *si quis voluerit eos nocere*. An non quotidie recitabat, *Judica Domine nocentes me*? Psalm. 34. & si Latinæ linguæ primicetium peteret, Plautum habuisset in Milite. *Jura te non nociturum esse hominem hac de re neminem, & Me nociturum neminem*. Ut quid ergo corrigat quem ignorat?



verulum extinxisse. Altera cuidam ex cemen-  
tariis corrigiam de tergo à capite usque ad  
pedes incidisse, nec tamen exanimasse. (6)

*Qualiter per Baresonum Regis (1) Sardinie  
XII. illuc Monachos direxerit, & qualiter  
à Pisanis disturbati fuerint. Item de obla-  
tionibus ipsius, & alterius Regis in Sardi-  
nia, & de satisfactione Pisanorum.*

## CAPUT XXIII.

**P**ER idem tempus Legati ex parte Bareso-  
nis Regis Sardinie ad hoc venire Cœno-  
bium, per quos Beato Benedicto duo magna,  
& optima pallia Rex idem transmittens, orat  
sibi aliquot ex nostra congregatione Fratres  
ad Monasterium constituendum transmitti,  
spondens, & pollicens, maximum in Regno  
suo nostris utilitatibus honorem, & commo-  
dum perventurum, si monasticæ religionis  
studium, hæctenus partibus illis incognitum,  
qualiter apud nos tunc vigere perceperat,  
apud eos deinceps, nobis studentibus, affue-  
sceret. Mox venerabilis (a) pater, delibera-  
to consilio, duodecim de melioribus hujus  
Cœnobii Fratribus elegit, eisque tam divina-  
rum scripturarum Codices, cum diversis Ec-  
clesiastici ministerii apparatus, ac sancto-  
rum patrociniis plurimis, (2) quam & di-  
versarum rerum supellectilem abundanter præ-  
bens, nec non & Abbatem, qui illis præesse  
deberet (3) instituens, nimis eos honorificè  
illuc cum Cajetanorum navi direxit. (b) Ve-  
rumtamen, Deo permittente, & Satana impe-  
diente, reseadem eodem tempore ad effectum  
pervenire non potuit. Pisani siquidem ma-  
xima Sardorum invidia ducti, cum jam nostri  
ad Insulam, quæ Liliam vocatur, (4) prof-  
pero fati eventu transissent, & scaphis egres-  
si, opportunum navigationis tempus attende-  
rent, ex improvise super illos cum armatis

(6) Mirabiles, & interdum ridiculos fulminum  
effectus quotidie cernimus. Loculis integris,  
& illæsis, liquatur argentum. Manente va-  
gina, gladius distillat. Inviolata lancea,  
ferum liquefcit, stat, fracto dolio, vinum.  
Exhausto vino, dolium illibatam. Venenatis  
animalibus, fulmine ictis, venenum consu-  
mitur: nam intra paucos dies verminant,  
cum in venenatis vermibus non nascatur. Vi-  
num fulmine gelatum, cum iterum solvitur,  
potum, aut exanimat, aut dementat. Me-  
adhuc adolescente anno 1624, quatuor nostris  
Cœnobitis in cubiculo boreali post chorum,  
cantantibus, delapsum repente fulmen, unum  
ex illis quasi psilothro, depilavit, alterum  
ita mente movit, ut caput suum ferid qua-  
reret conclamando: Tertium cruribus debi-  
litavit, quarto sine noxa dimisso.

Plinius lib. 2. cap. 51. Fulminum, inquit, plura  
genera traduntur, quæ sicca veniunt, non  
adurunt, sed dissipant; quæ humida, non  
urunt, sed infuscant. Tertium est, quod cla-  
rum vocant, mirifica maximè natura; quo  
dolia exhauriuntur, intactis operimentis, nul-  
loque alio vestigio relicto. Aurum, & as, &  
argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo  
modo ambustis; ac ne confuso quidem signo  
cera. Marcia Princeps Romanarum ista gra-  
vida, partu exanimato, ipsa citra ullum  
aliud incommodum vixit. Eleganter Lucreti-  
us lib. 6.

Et liquidum puncto facit as in tempore,  
& aurum.

Curat item, ut vasis integris, vina repente  
Diffugiant, &c.

Copiosè Aristoteles 3. Meteor, ibique Enarra-  
tores. Philosophum nunc non agimus.

Prodigia demum ex fulguribus, & fulminibus,  
Tom. IV.

**A** navigiis veniant, & tam nostros, quam cæte-  
ros omnes indiforete simul, & nimis injuriosè  
tractantes, universa diripiunt, insuper etiam  
prædictæ Legationis Principem patibulo jam  
parabant crudeles affigere, nisi Monasticum  
habitum, quodam ex nostris illi porrigente,  
protinus induisset. Post hæc incensa navi, &  
vestimenta solummodo nostris restituentes;  
cæteris omnibus onusti, & hylares ad propria  
remearunt. Nostros autem per diversa ab eis  
locâ dispersos fratres nostri de Monasterio  
Lucensi pio studio disquirentes reperiunt, om-  
nesque præter quattuor, qui jam ad Christum  
migraverant, ad Monasterium suum, condu-  
ctis vehiculis, revehunt, quique postmodum,  
licet diversis temporibus, eodem tamen anno,  
ad nos universi ferè reversi sunt. Viderat præ-  
terea quidam de nostris triduo antequam ista  
contingerent, visionem; naviculam videlicet  
unam contra se perniciousè properantem, quam  
invenis quidam valde decorus, & senex supra  
solis radium splendens, sceptrum gerens in  
manu, ducebat. Cumque jam sibi esset conti-  
gua, mox sceptriger ille in prora se subrigens,  
navis nostræ nauclerium nominatim vocavit.  
Qui (5) respondenti, senex quasi valde com-  
motus, putatis, ait, vos, cum causa nostra  
ruto Sardiniam pergere? nequaquam planè id  
erit. Et hæc dicens navem illius valido im-  
pulsu feriens, vertit, & vela omnia in mare  
disjecit, moxque disparuit. Manè somnio re-  
citato, diversi diversa conicere; & quidam  
quidem vehementissimè trepidare: quidam  
verò, nequaquam somniorum illusionibus af-  
feverabant intendendum esse. Piratæ igitur  
illi cætera omnia inter se dividentes, scri-  
nium reliquiarum cuidam eorum, qui major  
facinoris illius extiterat, apud se custodien-  
dum contradunt, sacramento se invicem ob-  
stringentes nullo unquam tempore, nullo mo-  
do, nulli hominum, nisi aliter fortè non pos-  
sent, se id reddituros. Sed cum (c) infelix  
inde

fururosque eventus venari, non est Christianæ  
Religionis. Romana tamen Gentilium super-  
stitione plus nimis his nugis addicta fuit. Apud  
Ammian. Marcellin. lib. 23. habemus Fulgu-  
rales libros, & apud Tullium lib. 1. de di-  
vinat. Bygois Nympha artem scripsit fulgu-  
ralem, ex Lindebrog. in Ammianum. Ser-  
vius 8. Æneid. distinguit tria Fulgurum genera.  
Consiliarium, Auctoritatis, & statum. Locum  
fulmine tactum sacrum putabant. Bidental,  
inquit Persii scholiastes, locus est sacro per-  
cussus fulmine, qui bidente ab Aruspibus  
consecratur, quem calcare nefas est, & At-  
temidorus lib. 2. cap. 8. Fulmen ignobiles  
locos nobiles facit, propter aras, quæ in iis  
statuuntur, propterque sacrificia, quæ in iis  
fiunt. Loca verò sumptuosa, deserta, & inat-  
cessa efficit, nemo enim in iis conversari am-  
plius vult. Hetruscis quoque frequens extitit  
hæc vana observatio.

## IN CAPUT XXIII. NOTÆ.

- (a) pater tantis petitionibus simul, ac pollicitatio-  
nibus motus, deliberato.  
(b) Verumtamen Satana impediente ex Dei per-  
missione.  
(c) infelix ille.  
(1) Corrigendum videtur, ut initio capitis.  
(2) Infra explicat. *Scrinium reliquiarum. Excep-  
tis Sanctorum reliquiis.* In historia transla-  
tionis Beati Mauri apud Bolland. tom. 1.  
Beati quoque Petri Apostoli patrocina simili  
modo ibidem sunt reperta in arcula.  
(3) Aldemarium, postea Cardinalem, infra cap. 25.  
(4) In mari Tyrrheno apud montem Argentarium.  
Latinis Egilium, vel Igilium. Rutilius lib. 1.  
Eminus Igilii silvosa cacumina miror.  
(5) Pro Cui; ut alias.



inde ad domum suam eisdem sanctorum reliquias detulisset, & utpote secularis inhoneste, ac sine reverentia illas haberet, terribilis Deus in consiliis super filios hominum, quadam die cubiculum illud causâ alicujus utilitatis ingressus, subito corruit, & expiravit. Quod ubi innotuit, magnus horror protinus universos invasit, & die altera discalciatis pedibus venientes, cum ingenti reverentia, & honore præfatas reliquias exinde abstulerunt, atque ad (d) Episcopium cum magnis Dei laudibus transferentes, ibidem illas debita tractandas honorificentia posuere.

Item de Oblationibus ipsius, & alterius Regis in Sardinia, & de Satisfactione Pisanorum.

## CAPUT XXIV.

Sardorum interea Rex, digna pro tantis injuriis satisfactione à Pisanis recepta, cum rursus ad hoc Monasterium mandasset, se quidem multò ardentius in priori devotione persistere, nos verò, propter id quod evenerat, nequaquam debere negligere, duos tandem illuc Fratres jam post biennium ferè transmissos, Rex idem alacriter nimis recepit, eisque Ecclesiam Beatæ Mariæ in loco, qui dicitur Bubalis, nec non & Sanctum Heliam de monte sancto, cum integro ipso monte, ad Monasterium constituendum, per præceptum concessit, (1) cum colonis, & servis quamplurimis, & cum substantiis, ac possessionibus magnis. Hunc æmulatus ad bonum alter Rex ejusdem Sardinia, nomine (a) Torchytorius, fecit & ipse cartulam oblationis suæ, (2) & transmisit ad hoc Monasterium, de Sancto scilicet Vincentio de Taberna cum servis multis, & substantiis plurimis, nec non & de Sancta Maria ad Flumen tepidum & de Sancta Martha, & de Sancto Pantaleone ad Olivarum, & de Sancto Georgio de Tulvi, atque de Sancta Maria de Palma; omnes, inquam, Ecclesias has, cum universis eorum pertinentiis ad Monasterium ex eis constituendum, Rex prædictus per cartam Beato Benedicto contribuit. Ad Pisanos præterea Legatus ab Alexandro Papa simul cum Monacho nostro directus est, ut, nisi anathema vellent Apostolicum protinus experiri, causam Beati Benedicti, quam nequiter abriperant, ex integro redderent, & debita se satisfactione purgantes, numquam amplius eos aliquatenus disturbare præsumerent. Qui mox ejus obsecundantes imperiis, & impiè circa nos egisse se profitentes, veniam supplices postulant, & quæque tunc superesse, ac reperiri

(d) Episcopium Civitatis.

## IN CAPUT XXIV. NOTÆ.

(a) Torchytorius.

(1) Reg. num. 150.

(2) Reg. num. 151.

(3) Juramentum est vinculum juris, non iniquitatis, & ideo vocatur *Jusjurandum*. Hierem. 4. *Jurabis, vivit Dominus, in veritate, & iudicio, & in iustitia*, hoc est verè, ritè, & justè, & tamen latrones isti, cum iniquè jurassent, juramentum servare volebant. *Vellem bodie*, inquit Turnebus lib. 18. cap. 25. *tanta esset nobis jurisjurandi religio, quanta veteribus fuit. Quorum multò facilius bonitatem irridere, quam sanctitatem imitari possumus, &c.*

## IN CAPUT XXV. NOTÆ.

(a) deficit, ex parte.

A de his potuerunt, supplici satis devotione restituant, exceptis duntaxat Sanctorum reliquiis, pro quibus se, ut superius dictum est, juramento constrinxerant (3). Non autem multò post, cum Gotfridus Dux Pisam venisset, atque ad eum Desiderius, qua de causa nescio, profectus fuisset, Duce interveniente, atque studente, post multiplicem satisfactionem, Pisani in ejus gratiam redeunt, & tam eidem patri, quam & loco huic se fidelissimos fore de cætero polliceantur.

De Adventu Ducis Roffridi ad Aquinum, & de Ingressu Normannorum in Marchiam.

B

## CAPUT XXV.

Interea cum supradictus Princeps Richardus victoriis, ac prosperitatibus multis elatus, subjugatâ Campaniâ (a) ex parte, ad Romam jam se viciniam porrexisset, ipsiusque jam urbis patriciatum omnibus modis ambiret (1), Teutonici Regis pertinxit ad aures. Qui ut & bona Sancti Petri de manibus Normannorum erueret, & Imperii coronam de Apostolici manu reciperet, magna cum expeditione pervenit Augustam, ibi præstolans Gotfridum (b) Tusciæ videlicet Marchionem (2), qui Regem, quotiens Italiæ deberet intrare, cum sua solitus erat militia præire. Sed quoniam Gotfridus idem longè præcesserat, Rex hoc nimis indignè ferens, eandem mox (c) expeditionem remanere præcepit. Dux autem copioso valde vallatus exercitu Romam accessit. Hujus Normanni adventu comperto, maximo correpti tremore, universam protinus Campaniam deserentes aufugiunt, & Jordanæ tantum (d), ac Guillelmo, qui (e) Mostarola dictus est, cum suis in Aquino se illi contraire parantibus, cæteri cum Principe apud Patenariam (3) rei eventum (f) cum suis omnibus præstolantur, futurum, ut fertur, ut si Dux idem Garilianum transiret, ita ut in armis erant, cuncti versùs Apuliam fugam arriperent. Per idem tempus Ecclesia nostra eversa jacebat. Gotfridus itaque Apostolico, & Cardinalibus comitatus, mediante jam Maio, Aquinum cum universo exercitu venit, ibique per octo, & decem dies cum obsistentibus Normannis pari fermè eventu confligens, tandem satagente strenuissimo internuntio (g) Guillelmo, cui Testardita fuit cognomen, ad id ventum est, ut ad pontem Sancti Angeli, qui dicitur Todici, Dux & Princeps altrinsecus, nam interruptus erat, se ad colloquium jungerent, sicque non parva, ut dicitur, (h) à Normannis donatus pecunia

E

(b) Tusciæ Ducem, ac Marchionem.

(c) expeditionem remittens, ad sua reversus est. Dux autem.

(d) Guillelmo.

(e) Mostarolus.

(f) deficit, cum suis omnibus.

(g) Guillelmo.

(h) deficit, à Normannis.

(1) Erat enim Regium, & præclarum, ut supra.

(2) Codex B. *Ducem & Marchionem* & cap. præcedenti, *Gotfridus Dux*, nam adeptâ Marcâ, appellatus est Dux, & Marchio, de eo supra lib. 2. cap. 89.

(3) Patenaria in territorio Spigiani, Curtis erat Monasterii, de qua in Regeſto num. 399. & 402. Erat etiam via Româ ducens in Sabinos. Sed hic locum signat in territorio Capuano.

cunia Dux ad propria repedaret. Per eos dies, stella, quam Cometem vocant (4), ingentem retro se facem gerens, spatio viginti, & amplius dierum apparuit, quæ ejusdem (i), ut fertur, Ducis, non enim multò post defecit, (5) mortis prænuntia fuit. (k)

*Quot hujus Monasterii Fratres à prædicto Papa ad honores promoti sint, & de Privilegio nobis contra Hildebrandum Archiepiscopum factò.*

CAPUT XXVI.

Sed cum prædictus Apostolicus magnæ admodum circa hoc Monasterium devotionis existeret, suggerente pariter, & instigante Hildebrando Archidiacono, si quos ex hac domo Fratres à Domino Abbate acquirere poterat, vel suo lateri ad Ecclesiasticum ministerium sociabat, vel certè in Episcopos, sive Abbates honorificè promovebat (1). Todinum igitur Berardi Marforum Comititis filium Romam ad se accersitum in Lateranensi Patriarchio Levitam constituit (2). Aldemarium quoque felicitis memoriæ Capuanæ civitatis prudentissimum, ac nobilem Clericum, & Richardi Principis olim Notarium, qui meus in conversione Magister extiterat, qui in Abbatem Fratribus in Sardiniam missis, dudum fuerat ordinatus, postquam reversus ad Monasterium est, in Ecclesia Sancti Laurentii, quæ appellatur foris muros, Cardinalem simul, & Abbatem sacravit (3); sed & Ambrosium Mediolanensem, pruden-

tem nichilominus, & eruditum non mediocriter hominem, in Terracinenfi Ecclesia Episcopum ordinavit. Geraldum etiam doctissimum per omnia clericum, Teutonicum genere, in Archiepiscopum Ecclesiæ Sipontinæ præfecit. Per idem quoque tempus, & Milo Capuani Monasterii Præpositus in Suesanam Ecclesiam Episcopus factus est, & Petrus, qui dicebatur Atenulfi Patris agnomine de nobilibus Capuanis, qui postmodum Romæ factus est Cardinalis, ad Abbatiam Sancti Benedicti de Salerno, cujus jam supra fecimus mentionem, rogatu Salernitani Principis, est transmissus. Eodem tempore sollemnè Desiderio privilegium idem Apostolicus (4), præter cætera, super omnimoda hujus cœnobii libertate concessit, ne videlicet aliquis alicujus Ecclesiæ Episcopus, præter Romanum Pontificem, non solum in nostra, (a) ac principali Ecclesia, verum etiam in omnibus ubique locorum nobis pertinentibus cellis quamlibet dicionem usurpare quolibet modo præsumeret, auctoritate Apostolica, interdicens. Quo etiam tempore cum Hildebrandus Capuanus Archiepiscopus elatione quadam turgidus, contra hanc auctoritatem (5) fuisset, summurmurare conatus publicè in Romana Synodo, nobis super hoc proclamantibus, privilegiis Apostolicæ Sedis convictus, se peccasse confessus est. Unde tam sibi, quam suis successoribus universis sub districto tunc anathemate interdictum est, ut nullam ulterius inde auderent assumere quæstionem, nullam prorsus contra hunc venerabilem locum promovere aliquando litem.

De

(i) ut putatur.

(K) Eodem quoque tempore, cum Marforum Comites ferali inter se discordia dissiderent, ab altero eorum contra alterum Princeps, quem diximus, est evocatus. Qui desiderium jam dudum conceptum Marfæ acquirendi tali occasione se invenisse gavisus, licet magno valatus exercitu, & filios Borelli habens itineris præduces, non tamen illuc sine trepidatione aliqua est profectus. Ubi cum per dies aliquot remoratus, Albam Civitatem (\*) undique obsidisset, pugnæque ibi nonnullas & fecisset, & recepisset, nichil tandem ex his, quæ speraverat facere prævalens, relictis cum eo, qui se conduxerat, Normannis aliquot ad propria repedavit.

(\*) Alba Civitas erat in finibus Marforum prope Fucinum lacum ad tria passuum millia, nunc *Albi* non frequens Terra. Ferrar. in Lexic.

(4) Cur Cometæ, hoc est crinitæ stellæ, Principum virorum fata prænuntiant, Philosophis disputandum relinquimus. Certè plurimorum portendunt mortem: At Principum notantur tantummodo excessus.

(5) Gotfridus Dux, ut hinc liqueat Gotfridum Regem Hierusalem, de quo Civis meus Torquatus Tassus, Poëtarum facile Princeps, laudatissimum Epicum poema composuit, diversum fuisse à Gotfrido Stephani Noni fratre, ut notavimus lib. 2. ad cap. 89.

IN CAPUT XXVI. NOTÆ.

(a) hac principali.

(1) Et capituli hujus series, & pleraque præsentis historiæ monumenta demonstrant, quam merito Baronius tom. 9. anno 716. de hoc Cœnobio scripserit. Sed & illud securè absque trepidatione mendacii asseri jure potest, Nulum unquam toto Christiano orbe extitisse aliquando Monasterium, ex quo tot viri, sanctitate conspicui, atque doctrina, tanta numerositate ad regimen Sanctæ Apostolicæ Sedis adsciti fuerint, ut planè dici possit, fuisse idem aliquando SEMINARIUM SACRORUM ANTIQVITUM; prout, quæ suo tempore dicturi sumus, manifestè docebunt. In Tom. IV.

fra denuo de eodem in cap. 33.

(2) Todinus, vel Theodinus in Monasterio Reatino primùm Monachum induit, exinde huc translatus, Cardinalis Diaconus ab Alexandro secundo creatur; fuitque S. R. E. Archidiaconus ex Panvinio, & aliis. Egregiæ indolis adolescentem illum vocavit Ostiensis capit. 19. Elegantem ei Elegiam scripsit Alfanus, quæ extat in Codice nostro 280. Incipit.

*Fert, Theodine, tuum quiddam venerabile nomen,*

*Septima si fuerit littera juncta sibi.*

Nam, si Theodinus augeatur septima littera, hoc est G. fit Theodignus, quid autem venerabilius, quàm Deo dignum nomen? Theos enim Deus est. In quo Alfanus imitari visus est Aufonium ad Theonem.

*Vale beatis nomen à Divis Theon.*

(3) Abbas Sancti Laurentii, & Abbas Sancti Pauli dicebantur *Abbatæ Cardinales*, quod cum Abbatibus dignitate Cardinalatum quoque affequebantur. Testis est Codex Vaticanus sacrorum rituum apud Cajetanum in vita Gelasii Secundi, sunt in Ecclesia Romana quinque Ecclesiæ Patriarchales. His autem Patriarchalibus Ecclesiis præfecti sunt hi. Lateranensè primus Episcopus Collateralis. Sanctæ Mariæ Majori Archipresbyter Cardinalis. Sancto Petro Archipresbyter Cardinalis; Ecclesiæ Sancti Pauli Abbas Cardinalis, Ecclesiæ Sancti Laurentii Abbas Cardinalis. Quo in loco nomen Cardinalis accipitur in propria significatione Romana: non verò, ut alibi notavimus, de Abbate Glanofoliensi, & Canonicis Cardinalibus aliarum Ecclesiarum, supra libro 2. cap. 97. Unde Auctor notter ad hunc sensum paulò infra, Petrus qui dicebatur Atenulfi, qui postmodum Romæ factus est Cardinalis. Patriarchali Basilicæ, & Monasterio Sancti Pauli præest nunc vir incomparabilis; si non purpura, purpuratis certe meritis Reverendissimus Abbas Joseph Coitalta. Placentinus nostræ Reipublicæ ornamentum.

(4) Reg. num. 29. Datum anno 1067. ind. 5.

(5) Vide infra lib. 4. in cap. 69.

De Monasterio Tremitenſi à prædicto Abbate  
recepto, & ordinato.

## CAPUT XXVII.

PRæterea cùm de Rectoribus Tremitenſis  
Comobii, quod nobis antiquitus perti-  
nuisse, Romanorum quoque Pontificum Pri-  
vilegia pleraque testantur, multa eo tempo-  
re inhonestæ, & nefandæ divulgarentur, ei-  
dem Desiderio ad disquirendum, & disponen-  
dum illud, prout sibi optimum videretur,  
data ab Apostolico auctoritas est. Qui cùm  
Abbatem ejusdem loci Adam multorum faci-  
norum reum convictum exinde subduxisset,  
(a) Robberto de Laurotello, & Perrone de  
Lefina Comitibus, & Episcopis Trojano, Dra-  
conariensi, ac Civitatenſi, necnon & Abbate  
Terræ majoris se comitantibus, Insulam præ-  
fatam ingressus, Trasmundum inibi filium  
Oderisii Marſorum Comitum nimis honorificè  
ordinat in Abbatem (1). Egregiæ sanè tunc  
indolis adolescentem, prudentia, & litteris  
non parum valentem, honestis quoque mori-  
bus hoc in loco à puero institutum; nisi de-  
mum pessimorum loci ipsius Fratrum consi-  
liis assensus fuisset: sed illorum planè, quos  
illi etiam noster Abbas injunxerat auscultan-  
dos, nam redeuntibus nostris paucos post dies,  
tribus de prioribus ejusdem loci Monachis  
oculos eruit; uni verò linguam abscidit;  
fuerant enim apud eum de rebellionem Insu-  
læ à sociis insimulati. Quod ubi Desiderio  
nostro relatum est, indignè nimis, & gravi-  
ter excepit, & maximo est super ista mæro-

## IN CAPUT XXVII. NOTÆ.

- (a) Rotberto.  
(b) Trasmundus.  
(c) Pennensis Comitatus.  
(d) paulo post etiam Balvensis.  
(e) def. Dux.  
(1) Inter Alfani carmina extat illud, *Ad Trasmundum puerum scolasticum.*  
*Trasmundum metrica laude sorores, &c.*  
Quem hunc Trasmundum esse non dubito.  
Scholasticum autem appellat, quod tunc scho-  
læ Philosophicæ, & artibus incumberet, ut  
ex eodem carmine; cujus ultima stropha.  
*Si Trasmunde mihi credis amice,*  
*His uti studiis desine tandem.*  
*Fac cures Monachi scire professum,*  
*Ut verè sapiens esse puteris.*  
Concinit Ostiensis, cùm Trasmundum pruden-  
tia, & litteris non parum valentem, dicit.  
(2) Ad normam Regulæ, ut supra notatum est.  
(3) Et Desiderii lenitas, & Hildebrandi severitas,  
virtus fuit laudabilis. Ad eundem siquidem fi-  
nem plura sunt media, & quandoque opposita.  
(4) *Galea* penultima brevi, militare capitis tegu-  
mentum, sic dictum, quia antiquitus ex pelle  
fieret Galeæ, sive Mustelæ. At *Galea*, pro-  
xima ab ultima porrecta, posterioris avi  
scriptoribus est Navigii longioris genus, Ita-  
lis *Galera*. Gotfrid. Viterbien. chron. par. 8.  
*Dum petit Italiam celeri veſtante Galea.*  
Et apud Matthæum Parisium ad annum 1243.  
sic Regi quispiam jocabundus ajebat;  
*In terris galeas, in aquis formido galeas,*  
*Inter eas, & eas, consulo tutus eas.*  
Sed valde errant (Vossio Censore) viri doctissi-  
mi, qui pro *Galea*, seu *Galeida*, *Triremem*  
dicere jubent. Multum enim differunt *Navis*  
*longa*, & *Triremis*. Prior illa longè anti-  
quior, quippe inventa ab Jasonem Argonauta,  
sicut ait Plinius lib. 7. cap. 56. At *Triremem*  
primò factam ab Aminocle Corinthio, pro-  
didit Thucydides: nempe post Jasonem an-  
nis ampliùs quadringentis, qua in re sum-  
mum, divinumque Poëtam Maronem, hu-  
mani aliquid passum esse, condolent doctis-  
simi Censores: cùm ille *Aeneid.* 5. *Triremes*  
Trojanis assignat, quæ aliquot sæculis post

A re confectus, tum pro passorum miseria, tum  
pro jubentis sævitia, tum denique, quod erat  
præcipuum, & quod magis cor ejus angebat,  
pro loci hujus infamia. Et quoniam eodem  
anno dedicationis Ecclesiæ nostræ fieri præſto-  
labatur sollemnitatis, ad eam sustinetur ventu-  
rus, ac juxta culpæ modum sententiam ex-  
cepturus. Quem, cùm venisset, in totius  
Monasterii conventu aspera nimis, & digna  
castigatione correptum, graviore poenitentiae  
subdidit (2), eumque illuc remeare ulterius  
non permisit. Hildebrandus autem Archidia-  
conus ea, quæ (b) Trasmundus gesserat  
omnimodis approbans, (3) & nequaquam  
illum hoc crudeliter, sed strenuè, ac dignè  
in malignos homines fecisse confirmans, non-  
dum anno completo, eum à Domino Abbate  
aliquando difficulter extorsit, atque Abba-  
tiam Sancti Clementis de Insula (c) Balvensis  
Comitatus primò illi committens, (d) paulò  
post eidem Balvensis Episcopatus addidit di-  
gnitatem. Post hæc Desiderius Ferro Mona-  
chum, cui præfatus Trasmundus Monaste-  
rium commiserat, ad se venire mandavit.  
Qui cùm ad illum accedere detrectaret: De-  
siderius verò ad illas partes pergere pro his,  
quæ contigerant, quodammodo erubesceret,  
post annum integrum, & octo circiter men-  
ses, Duci à Sicilia revertenti super istis con-  
questus est, qui protinus illum transmittens,  
eum exire compulit, & in potestatem Deside-  
rii delegavit. Comitatus itaque (e) Dux  
Episcopis, & Abbatibus, ac Monachis, simul-  
que Perrone Comite Lefinensi duabus Galeis  
armatis (4), Insulam ingressus est, & à Mo-  
na-

Illic excidium construi cœperunt. Hujusmodi  
tamen Anacronismis & Homeris abundat,  
aliique Vates, & Historici: neque semper per  
Prolepsin excusari possunt. Aliter qui censet,  
humanam nescit infirmitatem. Consule Vos-  
sium Rhetor. lib. 5. cap. 11. §. 7. Discrimen  
verò inter ea navigia est tale, quod in longa  
navi, quam *Galeam* dicimus, ordines remi-  
gum confidèrent in longum. At in *Biremi-  
bus*, *Triremibus*, *Quadriramibus*, & cæteris,  
ordines remorum, non in longum, sed in-  
altum dispositi erant, habebantque plura ta-  
bulata, ut gradibus etiam differrent remiges.  
Itaque in *Triremibus* imus ordo erat propior  
aquæ, superior propior foris navis; medius  
inter imum, & supremum. Virgil.

— *Triplici pubes, quam Dardana versu  
Impellit, triplici consurgunt ordines remi.*  
*Consurgunt*, inquit; longitudo verò jacet: al-  
titude consurgit, & Vegetius. *Quinos for-  
tiantur remigum gradus.* Gradus autem in-  
altum sunt, non in longum. Hujusmodi na-  
vigia hodie non sunt in usu: & vocabulorum  
penuria, vel potius errore, *Galeas* appella-  
mus *Triremes*. Cur autem Navis longa dicta  
sit *Galea*, quidam volunt sic vocatam, quasi  
*Navis galeata*: quomodo Hieronymus dixit  
*Prologum galeatum*, & fortassis Naves in-  
prora *Galeam*, seu *Cassidem* crebrò habue-  
runt pro insigni, & symbolo; sic illa, quæ  
Corintho Ovidium vexit p. *Trist. eleg.* 10.  
*Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Mi-  
nerva*

*Navis, & à pissa casside nomen habet.*  
In puppi eminebat *Minerva*, in prora autem  
*Cassis*: unde ei *Galea*, vel *Cassidis* nomen.  
Ex hoc ergo frequenti insigne estensa fortè  
sit significatio, etiam si navis id insigne non  
haberet. Vel, qui primæ navis longæ, quam  
vidissent, hoc insigne, sive hanc tutelam, &  
nomen scirent, inde omnes longas naves sic  
nuncuparunt. Adeundi Joseph Scaliger in  
Eusebium, Vossius in *Lexico*, & de Vit. *scrm.*  
De magnificentia verò antiquorum in ex-  
trucendis navibus admiranda leges apud Bu-  
dæum de *Asse* lib. 5. Vide quoque *Arctium*  
d:gress. de *Triremibus*.

nachis loci honorifica satis processione receptus, die altera ab universis ejusdem Cœnobii Fratribus de eadem Abbatia sollempniter investitus. Rogatus autem, ut illos firmaret, ne aliquando idem Monasterium Monasterio Casinensi, se vivente, subiceret: sed in ditione illud propria retineret, annuit. Rogatus etiam, ut ab omni deinceps Casinensium (f) Fratrum calumnia, vel querimonia in perpetuum illud esse quietum statueret, abnuit, & hoc se, quia injustum esset, nequaquam facere debere respondit. Ita ergo, juxta quod placuit, omnibus ordinatis, tribusque de Fratribus nostris ad custodiam derelictis, reversus est. Sed cum postmodum, revocatis prædictis fratribus, cuidam alii de nostris, ejusdem loci regimena commisisset, ille maligno usus consilio, fastu quodam superbiæ inflatus, assumpta tyrannide, rebellare elegit, itaut semel, & bis evocatus ad Desiderium venire contempserit. Quem cum excommunicasset, non multos post dies, studio fidelium Desiderii, simul cum suis fautoribus turpiter captus, atque ad eum perductus est. Et illum quidem non multo post ab excommunicatione solutum, rursus Alculensi Cellæ præfecit. (g) In prædicto verò Cœnobio suam vicem Abbati Terræ majoris commisit. Quo post non multum tempus defuncto, rursus quasi jam nauseans, supradicto Ferro ejusdem loci Curam restituit; ita dumtaxat, ut se vivente sibi exinde responderet: post mortem verò suam in manibus illud Pontificis Romani remitteret. Sed de his hæcenus, nunc ad superiora redeamus. Et quemadmodum novam Beati Benedicti Basilicam, vel ædificaverit, (h) vel dedicaverit, vel adornaverit, prout ipsi præsentis inspeximus, describere properemus.

*Qualiter ab eo vetus Ecclesia eversa sit, & nova constructa.*

CAPUT XXVIII.

**I**n omni igitur Abbas venerabilis prosperitate, atque quiete, meritis Beatissimi Patris nostri Benedicti divinitus constitutus, & in tanta ab universis in circuitu honorificentia habitus, ut non modò mediocres quique, verum etiam ipsi eorum Principes ac Duces libenter ei obedire, ejusque voluntati non aliter, quàm sui patris, ac Domini in omnibus parere studerent, ad veterem diruendam Ecclesiam, & novam pulchrius atque augustius ædificandam, non sinè divino instinctu, animum appulit, quamvis plerisque tunc de

(f) Monachorum.  
(g) In Tremitenſi verò Cœnobio.  
(h) def. vel dedicaverit.

IN CAPUT XXVIII. NOTÆ.

(a) prorsus incongruam.  
(b) def. de solo Dei auxilio fidens.  
(c) Turrem de Gariliano.  
(d) def. tam Amalfitanis, quàm & Lambardis.  
(1) Majora fabricæ Casinatis impendia exhausta fuisse, nec quidem in iis, quæ extant, sed in iis, quæ non extant, facile colliget, qui nativam hujus montis faciem cogitaverit. Excindendis nempe saxeis cristis, demolendisque igni, ferrove rupium molibus abruptissimis, ut magnificæ substructioni pateret area. Uni Cisternæ excavandæ (sunt autem Casini octodecim) plura aureorum millia consumpta sunt.  
(2) Epistylia vocat *lilia*, quòd liliorum formam.

**A** nostris prioribus grave nimium id, & intemptabile videretur, plurimumque ab hac intentione mentem illius avertere, tum precibus, tum rationibus, modisque omnibus sint conati, quippe à quibus omni vitæ suæ tempore tantum opus non posse perfici æstimaretur, cum ille Deo fidens, ad omnia, quæ pro Deo sunt, Dei sibi solius polliceretur, ac præstolaretur auxilium. Anno itaque ordinationis suæ nono: divinæ autem Incarnationis millesimo sexagesimo sexto, mense Martio, Indictione quarta, constructâ prius juxta infirmantium domum non satis magnâ Beati Petri Basilicâ, in qua videlicet Fratres ad divina officia interim convenirent, supradictam Beati Benedicti Ecclesiam, tam parvitate, quàm deformitate thesauro tanto, tantæque fratrum Congregationi (a) incongruam evertere à fundamentis, aggressus est. Et quoniam in ipso montis vertice constructa, & ventorum vehementibus flabris quaquaversum patuerat, & igneis frequenter fuerat attracta fulminibus, statuit, (b) de solo Dei auxilio fidens, ejusdem montis saxeam cristam igni, ferroque excindere, (1) & quantum spatio fundandæ Basilicæ posset sufficere, locum inimo desolatum, quo fundamenta jaceret, complanare. Ordinatis igitur, qui hæc totonisu, & instantia summa perficerent, ipse interea Romam profectus est, & amicissimos quosque conveniens, simulque larga manu pecunias oportune dispensans, columnas, bases, ac lilia, (2) nec non & diversorum colorum marmora abundanter coëmit, illaque omnia ab urbe ad portum, à portu autem Romano per mare usque ad (c) Turrem Gariliani, indeque ad Suium navigiis conductis ingenti fiducia detulit. Ab inde verò usque in hunc locum plaustrorum vehiculis, non sine labore maximo, comportavit. Et ut magis fervorem fidelium obsequentium admireris, primam hæc columnam ab ipso montis initio sola civium numerositas colli, brachiique virtute imposuit, namque ad augmentum fatigii, (3) montis hujus ascensus nimis tunc erat clivofus, artus, & horridus, nec dum enim in cor ejus ascenderat eandem viam complanare, ac spatiare, quemadmodum postea fecit. Tandem igitur totius Basilicæ præter aditum, cum difficultate non parva spatio complanato, & necessariis omnibus abundantissimè apparatus, conductis protinus peritissimis artificibus, (d) tam Amalfitanis, quàm & Lambardis, (4) & jactis in Christi nomine fundamentis, cœpit ejusdem Basilicæ fabricam in longitudine cubitorum centum, & quinque (5); in latitudine verò cubitorum qua-

referre solerent. Ita Salomon duabus œreis columnis, quas vocavit *Booz*, & *Jachin* in porticu templi capitella in formam liliorum imposuit, 3. Reg. 7. 2. Paralip 3. Joseph antiquitat. lib. 8. cap. 3. Vide Vitruvium lib. 4. cap. 3.  
(3) A *Fatigo* Latino verbo, quod est affatim ago, factum est Italolatinum *Fatigium*. At Latinnissimus Lauretus absque fatigio abscidit *Fatigium*.  
(4) Vtriusque siquidem nationis Cementarii artifices frequentissimi erant, nec modò infrequentes.  
(5) Hujus nunc Basilicæ, præter situm, & pavimenti tessellati reliquias, penè superest nihil; nam instaurata nuper, novæ Architectonices magisterio parat. Prius verò Terremotu collapsa, de quo alibi, veteris hujus structuræ magnificentiam etiam in ruinis indicabat.

quadraginta & tres: in altitudine autem cubitorum viginti & octo; basibusque suppositis, columnas desuper decem à latere uno, totidemque ex altero in cubitis novem erexit, fenestras quoque in superioribus satis amplas, in navi quidem viginti & unam, in titulo verò sex longas, & rotundas quattuor, ac duas in absida mediana instituit. Porticus

(c) cum religiosis fratribus, & altioris consilii viris.

(6) Tres ulnas metiri oportet à summitate altaris, quod indicare videtur Alex. 2. in sua Bulla ibi. *Cumque fragmenta altaris remota fuissent, invenit, &c.* Acta hæc fuisse die Octavarum Festi Sancti Benedicti, prodit Petrus Diaconus Sermonem de ipsa hac re Codice 361. Cæterum res est, quæ jejuna hac notula transigi non debere videatur: sit ergo

## A P P E N D I X

### A D D E N D O R U M

Ex editione Romana suo loco nunc restituta.

## L E C T O R I E R U D I T O H O N O R I U S S A N T I L L U S

A C A J E T A C A S I N A S.

**A**uctor Notarum ad caput 28. libri 3. liberaverat fidem, qua se in præcedentibus non semel adstrinxerat, differendi eo loco de sacris exuviis Sanctiss. Patriarchæ Benedicti, Casini etiamnum quiescentibus. Verùm quo fato acciderit, ut dissertatio illa, quæ à num. 1352. ad 1369. percurreret (*editionem Parisien. præ oculis habet*) à Typographo edita non fuerit, nec novi, nec aulim divinare. Ergo cum primùm Parisiis in Italiam opus advectum fuit, illic, antequam evulgaretur, curavi, prætermittam transmontanis typis, Romanis restitui ex Autographo (non tamen sine mantilla) quibus hiatum illum implere valeas, & jacturam si qua est, reparare. An verò operam meo hoc consilio luserim, tuum esto iudicium. Certè nisi me fallit meum, Auctori non fuerit pœnitenda. Saltem pro suæ pignore fidei omittenda non fuit.

### E X C U R S U S H I S T O R I C U S.

*Quòd Sanctissimi Patriarchæ Benedicti exuvia Casini quiescant.*

**S**acrum Casinense Cœnobium à Benedicto protoparente institutum fuisse pretiosissimi exuviarum suarum thesauri hæredem ex asse nemo unquam ad Tribunal vocavit: Magno Gregorio, universaque Antiquitate contestantibus, Casini Benedictum obiisse, ibique fuisse sepultum. Quod in controversiam olim venit, est, apud Gallos, an apud Casinates sacrum hoc depositum nunc demum fervetur. Quam litem jam diu, nec semel, à supremis rerum arbitris nobis adjudicatam, in Iudicium postliminio reducere recentavit Joannes à Bosco in Bibliotheca Floriacensi, cui iusto libello respondit Mattheus Lauretus. At quoniam super eadem questione terram nuper acrius reciprocatur Hugo Menardus, doctus cæteroqui, & eruditus Auctor, Chronographosque nostros Leonem, & Petrum aliud stantes, aliud sedentes scripsisse criminatur, neque illi à quoquam satisfactum video: mearum partium esse existimavi, ejus argumentis, quod locus monet, respondere: faciamque rem, sanè non difficilem, ut ponderanti patebit: Facile quippe negotium est patrocinium veritatis. Carolum verò Sauffejum, de eodem, ut audio, argumento scribentem, nondum mihi videre contigit. Menardus tamen posterior est Sauffejo: quem laudat, & sequitur.

Ergo cum Arnoldus VVion Inventionem corporis S. P. Benedicti, de qua O. hensis in hoc

**A** etiam utriusque parietes in altitudine cubitorum quindecim subrigens, fenestris hinc decem, totidemque inde distinxit: Aditum interea cum planitie Basilicæ, quæ cubitorum ferme sex putabatur, consequenter disponeret cogitare, tres non integras ulnas fodiens, subito Benedicti Patris venerabilem tumulum reperit, (6) moxque (e) cum religiosis viris com-

muni-

capite, Martyrologio inseruisset Monastico, expungendam inde censuit Menardus, sequentibus inductis observationibus; sed præstat suis verbis loquentem ipsam audire: ne suarum vim rationum, vel minimum enervatam conqueri possit.

**B** Primò, quod spectat, inquit, ad miracula, quæ referuntur ex quodam manuscripto sermone Petri Diaconi, ea dubiam fidem habere videntur. Tum, quod ille sermo sit obscurus, & ignotus, quippe qui latitat in Bibliotheca Cœnobii Mantuani. Tum quod Leo Ostiensis cum agit de hujusmodi Inventione; de miraculis in ea factis, prorsus obmutescit: quæ tamen, si qua fuissent, non omisisset, præsertim in re tanti momenti. Cum alias ne vel minimam quidem occasionem in hujusmodi miraculis recensendis prætermittat, ut corpus D. Benedicti Casinensi Monasterio asserere possit, quæ etiam non potuit ignorare, si quæ fuissent. Est enim diligentissimus rerum Casinensium investigator, & illius ætate memoria illorum recentior erat, quam Petri, debebatque in ore Casinensium versari.

**C** II. Præterea. Nunquam dixit Leo Ostiensis, inventum fuisse corpus S. Benedicti, sed tantum sepulchrum, quod etiam, inventum, non fuit referatum. Hæc sunt verba Leonis lib. 3. cap. 26. *Tres ulnas integras fodiens subito Patris Benedicti venerabilem tumulum reperit. Moxque cum religiosis viris communicato consilio, ne illum omnino mutare præsumeret, ne quis aliquid posset de tanto thesauro surripere, tumulum eodem, quo situs fuerat loco pretiosis lapidibus texit.*

**D** III. Sed etiam circa hanc Inventionem multum discrepant Petrus, & Leo: Ille enim dicit, tumulum fuisse inventum in dextro latere Altaris: ait enim, *super sepulchro quoque in dextro latere Altaris latere reperit, nomen ejusdem Confessoris continentem.* Hic verò ait, Sancti Benedicti Ecclesiam, seu D. Joannis Baptistæ, ante cujus Altare sepultus fuerat D. Benedictus, amplificatam fuisse à Desiderio Abbate; ita ut esset longitudinis cubitorum centum, cumque restaret complandus ipsius Ecclesiæ aditus, in eo repertum fuisse tumulum Sancti Benedicti, qui propter amplitudinem novæ Ecclesiæ, non poterat tunc esse in dextro latere Altaris. Imò, si hoc ita est, debebat tumulus Sancti Benedicti, tunc esse extra veterem Ecclesiam D. Joannis, cum antea esset valde parva, & angusta.

**E** IV. Ipse etiam Leo loco cit. scribit in majori Absida ad Orientalem plagam Desiderium statuisse Altare B. Joannis Baptistæ, in eo videlicet loco, ubi ejusdem Oratorium olim Benedictus Pater extruxerat. Ea distantia inter Altare D. Joannis, & aditum novæ Ecclesiæ, ubi repertus est tumulus Sancti Benedicti.

V. Neque etiam sibi constat Leo. Nam lib. 1. cap. 1. scribit S. Benedictum sepulchrum fuisse in Oratorio S. Joannis Baptistæ ante ejus Altare. At lib. 3. cap. 20. tumulum S. Benedicti repertum in aditu Ecclesiæ novæ, qui maximè distabat ab ipso Altare D. Joannis.

VI. Dissident etiam inter se Leo, & Petrus pro tumulo D. Benedicti. Nam Petrus ponit eum in dextro latere Altaris. At Leo ante ipsum Altare, quæ omnia hanc inventionem tumuli D. Benedicti valde suspectam reddunt.

VII. Id etiam ostenditur ex capite 57. lib. 1. Ait enim Joannem primum Abbatem, qui obiit anno Domini nongentesimo quarto & trigésimo; Altare majus, ubi S. P. Benedicti corpus conditum est, candidissimis marmoris tabulis induisse. Si hoc tempore erat

con-



conditum corpus Benedicti ante majus Altare, quomodo anno millesimo sexto & sexagesimo repertum est in loco, qui explanabatur ad faciendum aditum ejusdem Ecclesie? Quis corpus Sancti Benedicti illud transtulit? Quomodo potuit ignorari illo tempore locus, ubi jaceret corpus S. Benedicti? Cum præsertim ex quo Joannes I. cœpit instaurare Ecclesiam Sancti Benedicti nulla fuerit illius destructio ante annum millesimum sextum & sexagesimum. Hucusque Menardus lib. 1. observationum in Martyrologium Monasticum ad diem 21. Martii. Nam ad undecimum Julii agens de Translatione SS. Benedicti, & Scholasticæ à Casinensi Monasterio ad Floriacense, totus est in eludendis argumentis Leonis, & Laurenti, qui eam Translationem convellunt. Denique ad quartum Decembris agit de Illatione, seu Relatione Reliquiarum ejusdem SS. Patris ex Aurelianensi urbe (quò propter incurfiones Nortmannorum delatæ fuerant) ad Monasterium Floriacense.

Propositum nobis non est litem, quæ jam transiit in rem judicatam, denud contestari, & nova munitissimæ causæ adjuncta conquerere. Hoc tantum nunc intendimus Menardo respondere. Quod ante quam faciamus, præmittere liceat, Ostiensem in hoc capite, transmississe ad posteros ea, quibus ipse interfueret Leo. Nam capite præcedenti in calce se descripturum pollicetur, quæ præsens ipse infexerat, quod etiam ex Personarum, & temporum ratione comprobatur. Virum autem imaginibus clarum, doctrina, prudentia, atque pietate insignem, Romanæque Purpuræ tunc candidatum, usque ad efferentem, totiusque pudoris exsortem adlatrare, qui suprema Christianæ Reipublicæ Capita Pontifices, ejusque Legatos in Icenam, mentiendo inducere non erubuerit, honesto Censori erubescendum censeo. Sed & Joannes Aragonius Regis fasciis, Romanique infulis Illustrissimus, Joannesque Antioius Carafa filius Comitis Madaluni, qui aliam inventionem sacrorum pignorum sub anno 1436. publicis tabulis, & marmoribus contestatam, ac minutissimè descriptam reliquerunt, an fide ipsi quoque laborabunt? Ut omittam Hieronymum Placentinum Abbatem Casinensem, qui cum inferiorum Confessionem (quam Tugurium vocamus) sub ipso Basilicæ Presbyterio, arduo sanè molimine, excavaret, subsustrueretque anno 1545. invenit loculum, ubi pretiosissima commissa erant, eaque cunctis primùm Cœnobitis duodecimo die Martii, tum decimo tertio Populis, undique ad sacrum spectaculum confluentibus, inspectanda, & adoranda proposuit, ut ex nostris monumentis authenticè constat. Ac tandem possemus & ipsi nos, quod vidimus testari, quodque manus nostræ contrectaverunt anno 1659. octavo, & septimo Idus sextilis. Verùm hæc, aliàs divulganda, nunc seponimus. Non enim (quod ab initio præmonuimus) causam nunc agere infedit animo, sed bonæ causæ fiduciâ Menardi tantum acrimoniam, si fieri queat, demulcere, id præsertim ostendendo, Auctores nostros extra omnem falsitatis, inconstantiæ, aut delultorii calami invidiam positos esse: Cætera parerga sunt. Ad primum, quod spectat ad miracula, sermo ille Petri Diaconi manuscriptus asservatur non tantum in Bibliotheca Cœnobii Mantuani, sed in Tabulario quoque Casinensi, inter opera ejusdem Petri, nec unico Codice. Incipit. *Egrigii, atque pretiosissimi Confessoris Benedicti Octavum Festivitatæ diem, ejusque Sacratissimi Corporis inventionem, &c.* Sic verò terminatur. *Hujus ergo, Fratres Cbarissimi, ut ante jam diximus inventionem omnium gaudio celebremus, &c.* An igitur, quia sermo vulgatus non est, ejus id circo testimonium dubiam habet fidem? At, in gratiam Menardi propè diem evulgabitur. Num sperare licet, tunc saltem ejus à Menardo testimonium admittendum?

At de miraculis, inquis, Leo non meminit; cum alioquin ne minimam occasionem ea recensendi prætermittat. Imò, tantum abest, ut in hujusmodi recensendis curiosior Leo fuerit,

ut pleraque studio brevitatis, omiserit, quæ tum ex Dialogis Desiderii, tum ex aliis monumentis in suam Historiam traducere facillimè potuisset, neque mirabilem, si qua divinitus tunc contigerunt, necius esse potuit, qui præsens rebus, & negotiorum magna pars erat. Sciens ergo, volensque ea Leo prætermisit; ideoque silente Leone, non siluit Petrus: integro, prolixoque sermone ad hoc instituto. Agebat autem in vivis Petrus, cum adhuc conviverent plurimi eorum, qui Inventioni adfuerant, ut auritus ab ocularis acceperit, eaque scripsit, quæ in ore cunctorum tunc Casinensium versabantur. Præterquam quod Petrus, ferè omnia exscripsit ex Bulla Alexandri Pontificis, cujus autographum, omni carens vitio, in Archivio nostro adhuc asservatur.

Ad secundum rogo. Quanta hæc est argumentatio? nunquam dixit Leo Ostiensis, inventum fuisse corpus S. Benedicti, sed tantum sepulchrum, quod etiam inventum non fuit referatum. Nempe inane Cenotaphium non sepulchrum Leo inventum scripsit? Ridiculè. Honestum non est, ne verum cogamur agnoscere, cavillari. Neque dixit Leo, sepulchrum non referatum; sed non mutatum, denique pretiosis lapidibus tectum. Quod autem non scripsit compendiosior Leo, audi Menardum copiosè describentem Petrum.

*Advesperascente verò die, à venerabili Patre Desiderio deputati sunt quamplurimi Fratres, qui Vigiliis tota nocte juxta Sanctissimi Benedicti corpus celebrarent. Cumque omnes alii egressi fuissent, Georgius ejusdem Ecclesie Paramonarius dixit: si vobis æquum videtur, sacratas reliquias, antequam Dominus Abbas veniat, inspiciamus. Quod dictum, dum placuisset omnibus, accedentes ad locum, invenerunt supra sepulchra Syndonem expansam candidissimam, quæ cum tangebatur, evanescebat. Levantes autè lapidem invenerunt duas sepulturas, in quibus hoc ordine reliquie posita erant. Capita eorum contra chorum (qui tunc erat in medio Ecclesia) pedes contra Altarium S. Baptista Joannis habentes. Superdicitur autem Georgius, corpora tantorum Sanctorum ut vidit gavisus est gaudio magno, illiusque dentem unum sanctissimi Patris auferens, & in vase argenteo ponens, &c.*

Alexander quoque Pontifex in sua Bulla. *Ea quæ nostris temporibus acta sunt, pandere curamus. Nam cum dilectissimus filius noster Desiderius eandem renovaret Ecclesiam, & aditum Basilicæ disponeret adæquare, cum tres non integras ulnas fodisset in dextro altaris latere latèrem reperit, nomen ejusdem Confessoris continentem. Cumque fragmenta altaris remota fuissent, invenit supra sepulchrum Syndonem expansam candidissimam, quæ cum tangebatur evanescebat. Hac visione certissimus redditus referari Sanctissimi Patris præcepit tumulum, quo facto Sanctissima Corpora intemerata, & indiminuta inveniunt, nuntios nostros asciscens, pretiosissimaque corpora eis ostendens, tam presentes, quam futuros certissimos, & indubios de Sanctis Corporibus reddidit. Audisti jam vir æquissime, sepulchrum non tantum inventum, sed referatum quoque, idipsum asserit Alexander: nec referatum dumtaxat, sed corpora inspecta, & contrectata, summis testibus adstantibus. Ne autem Petro Diacono, & Alexandro Pontifici, ejusque Missis, credere dubites, cogita prius an è re tua fuerit non credendo maximis testibus docere, ne tibi, tuisque credatur.*

Ad tertium ne minimum quidem discrepant Leo, & Petrus: imò ad unguem consentiunt. Nam quod Petrus ait, Tumulum inventum fuisse in dextro Altaris latere; idipsum est, quod Leo scribit, in Ecclesia adito. At præjudicata mente incedens Menardus, offendiculum reperit in nostris Chronographis, aditum accipiens pro ingressu Basilicæ, cum accipere debuisset pro sanctuario, pro Presbyterio, pro Absida, ubi sita est Ara maxima. Est enim Græcis adytum, penitior, atque secretior Templi pars capitalis, ad quam prophanis aditus, non permittitur, sed solis Sacerdotibus, ac Ministris. Cæsar de Bello Civili lib. 3. Pergam-

*gamique in occultis, & remotis Templi, quò  
prater Sacerdotes adire fas non est, quæ Gra-  
ci adyta appellant, tympana sonuerunt. Vir-  
gilius quoque,  
Isque adytis hæc tristia dicta reportat,  
& alibi.*

*Vestamque potentem  
Æternamque, adytis effert penetralibus  
ignem*

Apud Eusebium in Chronicis refertur Epistola Manethonis ad Ptolomæum Philadelphum, cujus hæc inscriptio: *Manethos flamen sacrorum, & scriba adytorum Ægypti, genere Sebennita, Heliopolites, Domino meo Ptolomæo salutem.*

Itaque Aditus pro ingressu, latinum est, constat ex *Ad*, & *itus*. Adytum verò, neutro genere, Græcum, oppositumque significat ab *A*, privativa particula, & *Dy*, quod valet *Ingressus*, hoc est *sine ingressu*. Leonem autem, & Petrum sæpissimè græcificare, jam sæpe notavimus. Neque defendi potest Menardus, quòd pravo librarii calamo, Aditum, non Adytum, scriptum legerit in Leone. Nam Basilicæ ingressum non uspiam Leo appellat Aditum: sed vel *Valvas*, aut *Ingressum* in hoc ipso capite: vel *vestibulum* cap. sequenti, ubi aperte vestibulum distinguit ab Adito. Deinde lib. 2. c. 99. *Cornebatque*, inquit, *in somnis quendam reverenda canitie Monachum cum alia Sanctimoniali ab ipsis Absida Aditis procedentes*. In Absida ergo concipi debuissent sive Aditi, sive Adyta. Absida verò est in Sanctuario. Præterea in hoc capite, Aditum, ait, *remanisse in eminentia priori, à quo octo gradibus tunc descendebatur*. Quod quidem de Ingressu accipere ejusce Basilicæ, quam, opere tam magnifico, splendidoque, magnus tunc erexerat Desiderius, hominis esset phantasia, & judicio abutentis. Ad hæc toto præfati capite satis superque Leo explicat, quid Aditi nomine intelligat; qualiscunque futura fuisset Amanuentis Orthographia, ut paulò accuratius legenti, abique mea monitione, palam fiet. Vide tamen infra numero septimo. Ulterius cap. 32. sequenti. *Fecit inquit cancellos quatuor fustes ex ære ante Altare scilicet binè inde inter Chorum, & Aditum statuendos*. Obsecro: Potes Menarde Aditum hic accipere pro Ingressu? Nam Chorus, veteri, nunc antiquata structura, erat ante Altare, ferè in medio Ecclesiæ, vide cap. sequenti num. 7 Petrus quoque Diaconus infra cap. 47. *Nocte quadam, dum in stratu suo, quod est ante secretarii januam in ipso Aditu Basilicæ, resideret, visi sunt, &c.* At ex capite præfati habemus, secretarium tunc fuisse in ipso Sanctuario juxta Altare D. Gregorii, quid evidentius? Tandem Alexander Pontifex in suo diplomate, quod à Menardo apud Lauretum non dubito fuisse pellectum: narrat, Altare demolitum, ut Aditus adæquaretur reliquæ Basilicæ. An ergo Altare majus tunc erat in ipso Basilicæ ingressu? Circumspecti igitur, ac prudentis Judicis fuisset, Tota, ut ajunt, lege perspecta sententiam ferre: non verò ad unum tantum apicem respiciendo, pronunciare. Colligamus: Sancti Patris sepulchrum in Adyto, hoc est in ipso Presbyterio statutum ab initio fuit; Gregorio, & Leone auctoribus, & in eodem Adyto reperitur, auctoribus Leone, & Alexandro Apostolico, aliisque; & porro cum Leo libro primo scripisset, quæ hauserat à Gregorio, cunctisque tunc exploratissimum esset, tumulum Benedicti effossum primum fuisse ante Altare S. Joannis, ibi corpus humatum, ibidemque Leonis ætate veneratum: unde obsecro, tanta supinitas, tanta dormitantia somnari potuit in Leone, ut non adverteret à Gregorio, à se ipso, & ab oculorum suorum judicio se diffidere, si nunc scriberet tumulum inventum fuisse in valvis Ecclesiæ, vel extra Ecclesiam, quemadmodum à Leone scriptum fuisse, arguatur Menardus? Verum maximè refert, quo quisque animo ad Auctorum Lectionem accedat. Scitè Seneca: in eodem prato Bos herbam quærit, canis leporem, Ciconia lacertam. Sed audio quid reponat Menardus, aut quispiam pro Menardo; Benedictus sepultus fuit

*ante Altare S. Joannis, ut concedimus. Ostiensis autem Petrus, & Alexander, inventum referunt sub Altari, vel sub Latere Altaris. An non ænigmata sunt hæc, quibus sit opus Oedipo?*

Imò assertæ à nobis veritati luculentum hæc ænigmata testimonium perhibent. Usque adedò verum vero semper est unisonum. Audi ergo tu quoque, quicumque es pro Menardo. Felix Papa I. statuit, ut super Martyrum sepulturas Altaria erigi, & Missæ celebrari possent. Quod postea ad Confessores similiter dimanavit. Consecratio igitur, seu Apotheosis, & Canonizatio, ut loquimur, celebris alicujus viri, eo fieri olim censebatur; ut ritè peccantibus fidelibus, Apostolica Sedes annueret super corpus defuncti Altare construere, Missæque celebrari. Indicat hunc ritum Auctor noster lib. 2. cap. 57., cum super corpus Landenolphi Capuani Principis, Oratorium constructum refert: Nimirum, quia inter Cæsares illum colerent, gratia miraculorum illustratum, ut ibi notavimus. Accedat præterea. Moschus cap. 88. *Deposuerunt Sancti Corpus in Cœmeterio, feceruntque supra ipsum breve Oratorium*. Locupletior tamen rogetur testis Purpura insignis, atque Doctrina, Petrus Damiani in vita S. Romualdi cap. 72. ultimo. *Post quinquennium verò à Sancti viri obitu data Monachis ab Apostolica Sede licentia, ut supra venerabile Corpus ejus Altare construerent*. Ac tandem Ferrarius Catalogo Sanctorum 11. Martii. *Firmanus Firmis in Piceno natus, admirabili floruit sanctitate, qui inter Sanctos Confessores, non solemni ritu, sed sola Altaris Sacellive erectione relatus est.*

Modò quæro. An cunctaberis credere post Sanctissimi, & miraculorum fama celeberrimi, Benedicti obitum, Altare supra illius sepulchrum, Apostolica Sede annuente, erectum fuisse? Petronaci saltem, Basilicæ Casinensis Instauratori, vel Zachariæ Pontifici, qui eandem Petronacis Basilicam consecravit, id tribuendum non diffiteberis, non quòd sepulchrum suo loco motum fuerit, sed Altare supra tumulum reductum, sicut nunc extrat, & quoniam Basilicæ latitudo ampliata fuit versus Aquilonem, hinc factum est, ut sepulchrum, quod olim erat ante medium Altaris, reducto supra illud Altari, conditum remaneret, non sub Altaris medio, sed sub cornu Epistolæ, ut ita & Altare in ipso Presbyterii meditullio statueretur, & sepulchrum sub Altari clauderetur. Hæc sciens Ostiensis, non dubitavit asserere, priùs cum Gregorio, Benedictum sepultum fuisse ante Altare, tum ex propria sui inspectione inventum sub Altari. Hæc nesciens, vel non advertens Menardus inaniter sibi de Triumphato Leone blanditur. Ad quartum in eodem luto hæret, *Adytum pro Aditu*, seu ingressu perperam accipiens. Nulla est distantia inter Ecclesiæ Absidam, & ejus Aditum. Idem non distat à se ipso, vel ab aliqua sui parte. Absida est Fornix, Concaemeratio, Tholus, seu Tribunal in apice Sanctuarii, hoc est Adyti, & apud nos vergit ad Orientalem plagam. Ingressus verò Basilicæ Solem respicit Occidentem. Ut vel hinc Menardus Aditum pro Ingressu, neutiquam debuisset accipere.

Ad quintum: Utrobique eadem narrat Leo, quæ per errorem Hugo distinguit. Quare diutius hic immorari mera sit mora.

Ad sextum. Distingue tempora (vetus est monitio) & concordabis scripturas. Scripserat Ostiensis ante Altare, cum primam Benedicti humationem ex Gregorio referret. Scribunt Leo, & Petrus, *sub Altari*, vel *in dextro Altaris latere*, post quingentos, & eo amplius annos: ob rationem ad tertiam jam ponderatam. Novas decursu temporum inducunt facies temporalia.

Ad septimum patet ex dictis: corpus Benedicti tempore Abbatis Joannis conditum erat non ante Altare, sed sub Altari. Nunquam receptum fuit in Aditu Ecclesiæ, sed in Adyto. Nullus illud aliò transtulit. Nemo ignorabat locum, ubi jaceret. An non frequentissimè in hac Historia S. Benedicti corpus sub Altare conditum, ibique mirabilia non

municato consilio, ne illum aliquatenus mure præsumeret, confestim, ne quis aliquid de tanto posset thesauro furrupere, eundem tumulum, eodem quo situs fuerat loco, præciosis lapidibus reoperuit, ac desuper arcam de pario marmore in transversum Basilicæ, idest, à Septemprione in meridiem quinque per longum cubitis opere nimis pulchro construxit. Hoc itaque modo aditus in eminentia priori permansit, ita ut à pavimento ipsius

rard patrata narrantur? Contra propria ergo sua phantasmata, non contra Chronographos nostros, digladiatur Menardus.

Videor jam mihi argumentis Menardi ad 21. Martii plusquam satis, nisi fallor, fecisse. Ad æquissimos ergo Judices, Floriacenses ipsos Patres calamus, animumque converto; ac rogo, ut utriusque partis momenta perpendere non graventur. Quod si æquo animo fecerint, non solum ipsorum urnam, non formido, sed ultro ad illam provocho. Ego sanè, si evidentia excludit fidem, veritatis hujus fidem jam exui, eamque mihi clariorem reddiderunt argumenta Menardi. Veritas enim instar ignis, quo plus excutitur, plus clarescit.

Quod attinet ad Translationem: video Bullas Bullis opponi, Testes Testibus, miracula miraculis. Sylvam hanc ingredi, ejusque spissas tenebras discutere, nec esset pretium operæ, nec vacat. Non ea enim est orii mei ratio, ut sinat, quod dicitur, fritillo me oblectari, aut in litore Conchas legere. Frivola autem sunt, & jocularia, quæ adducuntur. Adi Lauretum. Bullas Alexandri Secundi, Urbani Secundi, aliorumque Pontificum, quas apud Antiquos Scriptores nusquam reperiri scribit Menardus, Tabularium Casinense servat Autographas, ab omni penitus exceptione immunes. Dubitas? veni, & vide. Vici, spero, non dixeris; nisi veritati bellum indixeris.

Quod Leo Ostiensis primus, post tot Doctissimorum Virorum sententiam, post tot Ecclesiarum consensum, contrariam Gallis opinionem sit ausus asserere, non æquo jure asseritur à Menardo. Universi ferè Testes Floriacensibus dici verè possunt unusquisque Testis nempe primus, quem cæteri secuti sunt, Casinatibus tunc in causa non citatis, ideoque non reclamantibus.

Mirum autem videri queat (quod notavit Lauretus) Pauli Vvarnefridi auctoritate Adversarios niti. Cum Paulus postquam Translationis, seu surreptionis memoriam suis inseruisset commentariis, continuè subdat. *Sed certum nobis est illud venerabile, & omni ætate suavius, & oculos semper caelestia contuentes, cætera quoque membra (nota) quamvis in cinerem defluxa, remansisse, quo verborum circuitu, quis non videt Paulum planè corrigere, ac refutare narrationem, quam ex aliorum utique monumentis (non enim suo ævo id accidisse refertur) prius exscripserat? Et fortassis id scripserat, & evulgaverat antequam apud Casinates de rei veritate sincerius edoceri potuisset, unde id postea retractavit subnectens certum ipsi, & Casinatibus fuisse, integrum Benedicti corpus Casini remansisse. Quippe non cineres tantum remansisse ait, sed os, & oculos, & cætera, hoc est omnia membra. Non ergo surrepta. Cave autem putes, usquequaque in cinerem ex tunc membra defluxa, cum anno 1545. Capita Sanctorum Fratrum adhuc integra perdurarent, & ex recenti inspectione anni 1659. costæ aliquæ, Cranii partes crassiores, os, quod vocant sacrum, altera licet parte corrosam superesse conspeximus, præter ossa minutiora innumera, cineresque copiosos in eadem capsula sepositos.*

Ut autem admittam pretiosi hujus nostri Thesauri particulam aliquam in Gallias aliquando delatam, non ero difficilis exorari. Indeque invaluisse opinionem de Translatione Sancti Benedicti. Quantumvis enim parva exilisque Reliquiarum pars, nomine totius figuratè venit. Cujus figuræ usus frequens est in sacris literis. Sic Auctor noster supra lib. 2. c. 53.

Tom. IV.

A usque ad pavementum Basilicæ octo gradibus descendatur, sub fornice scilicet maximo, qui eidem adito imminet, (f) præter illum utique gradum, quo undique ad altare subitur (7). Porro in absida majori ad orientalem plagam statuit altarium Beati Baptistæ Johannis, in eo videlicet loco, ubi ejusdem olim oratorium Benedictus Pater extruxerat: à parte verò meridiana altarium Beatæ Dei Genitricis, à Septemprionali autem Altarium Beati

Quam dissimilis, inquit, quamque diversa hæc processio receptionis Beatissimi Mauri fuerit ab illa, qua Pater Benedictus cum omni eum congregatione usque januam Monasterii profecutus &c. Ubi Beatum Maurum dicuntur Casinates recipere, cum reciperent illius tantum brachium, quin brachii unicum os, & infra lib. 4. cap. 73. *Terra prostrati*, inquit Petrus Diaconus *Sanctum Evangelistam adoraverunt*, Evangelistæ nimirum Matthæi cubitalis ossis particulam, qua ratione quantumlacunque in sacris Cimeliis Reliquia sit reposita, nomine illius Divi prænotatur: Exempli gratiâ, S. Andreas, S. Jacobus, S. Thomas, cum revera frustulum sit illius. Non dispari ergo ratione, pro aliqua Sancti Patris nostri Reliquia in Gallias delata S. Benedictum ed delatum synecdochicè dictum prius fuerit, tum paulatim vulgo creditum totum altarium, ac demum credulitati adblandientes commentarios concinnatos, & ad eorum fidem Principum, Pontificumque impetrata diplomata. Numquid enim contendes, Pontifices, Principes, quicumque Gallis patrocinari dicuntur; inspexisse Floriacense depositum, illudque anatomicè metitos, quo certiores fierent, an integram corporis summam expleret? Id certè nos de nostro thesauro non contendimus, nec enim discerni potest, utrum suis omnibus partibus conflet, neque id afferit Alexander II., sed tantum Divorum corpora à missis suis, & ab aliis inspecta fuisse.

B De Illatione tandem ex antedictis philosophandum. Abundet nihilominus quisque in sensu suo dummodo charitas superabundet. Agimus enim de paterna quidem hæreditate, sed cum amantissimis Fratribus, quorum apud nos nomen venerabile, & amor maximi faciendus. Non unice de Benedicto, ubi requiescat, disceptatur. Similis est controversia de Stephano Prothomartyre, de Bartholomæo Apostolo, de Nicolao Myrensi, de Dionysio Areopagita, aliisque Divis, quorum si corpora non sunt replicata, replicari ramen variis locis cultum, existentique credulitatem, nec veritati officit, nec Religioni. Sed jam ad Notas calamus recurram.

C *Dissertationem alteram, seu tertiam appendicem, ut eam Auctor appellat, ob nimiam longitudinem ad calcem Chronici hujus rejecimus.*

(f) *def. præter illum utique gradum, quo undique ad altare subitur.*

(7) *Hanc solum periodum, si attentius Menardus observasset, errorem suum facile potuisset detergere: Aded enim graphicè Presbyterium, his verbis exprimitur, ut mirabile videatur Aditum pro Ingressu quempiam in Leone accipere potuisse. Quid enim? Num Basilicæ ingressus sub fornice maximo, tunc locabatur? Nempe cervix in calcaneo. Numquid gradus ille, quo undique ad Altare subitur, cum gradibus Januæ computandus? Præter quod, nulli tunc, ut neque nunc, in Januæ gradus, quæ adjacenti Peristylio, & interiori Basilicæ pavimento complanata. Inobservatum quoque præteriri non debet, quod subditur: *In Absida Majori ad Orientalem plagam statuit Altarium B. Baptistæ Joannis; in eo videlicet loco, ubi ejusdem olim Oratorium Benedictus Pater extruxerat.* Scilicet ubi Benedictus humatus fuerat, & ubi repletus. Basilicæ verò vestibulum vergit ad Occasum, ut advertimus ad quartum. Ortum igitur cum Occasu confundit, qui Aditum confundit cum Vestibulo. Parcamus tamen lynceo alioqui oculo Casinatis Basilicæ structuram tam emens sine Telescopio intuenti.*

K K K

Beati Papæ Gregorii, (8) juxta cujus absidam, bicameratam domum (9) ad thesaurum Ecclesiastici ministerii recondendum extruxit, quæ videlicet domus secretarium consuetudinaliter (g) appellatur, (10) eique ejusdem nichilominus operis alteram, in qua ministri altaris preparari debeant, copulavit. Sanè quoniam, spatiandæ Ecclesiæ gratiâ, partem non modicam cameræ suæ subtraxerat, consequenter etiam prædicto Secretario conjunctam eandem cameram ampliorem priori potius, ac pulchriorem effecit; secus ipsam verò, juxta porticum scilicet principalis Ecclesiæ Beati Nicolai, curvato pariete, brevem quidem, sed pulchram admodum fundavit ædeculam, ab ipsa autem usque ad extrinsecam Basilicæ frontem venerabilem facis Beati Bartholomæi Apostoli oratorium opere pari porrexit. In ejus etiam fronte prope balvas majoris Ecclesiæ de quadratis, & maximis faxis mirificam arcem, quæ vulgo campanarium nuncupatur, erexit. Fecit & atrium ante Ecclesiam, quod nos Romana consuetudine Paradysum vocitamus (11) longitudine cubitorum septuaginta septem, ac semis: latitudine quinquaginta septem, & semis: altitudine verò quindecim, & semis, quattuor, & totidem in geminis frontibus; octo autem, & octo per latera singula super quadrifidas bases habens gerens columnas. In cujus etiam meridiano latere cisternam maximam tandundem longitudinis habens, arcuato opere sub ejusdem pavimento atrii fabricavit. Ante ingressum verò Basilicæ. nec non & ante introitum atrii quinque desuper fornices, quos spiculus dicimus volvit. (12) In occidentali porrò atrii parte in singulis cornibus singulas Basilicas, modo turrium valde pulchras erexit; in dextro quidem Sancti Archangeli Michaëlis. In lævo autem Beati Apostolorum Principis Petri, ad quas videlicet interius ab atrio quinque gradibus est ascensus. Jam verò extra atrii vestibulum easdemque basilicas, quoniam clivofus valde ad Ecclesiam (h) erat ascensus, montem ipsum sexaginta & sex, per longum, totidemque per latum: septem verò

A cubitis in altum excavavit, adeo ut ab imo usque ad ipsum vestibulum atrii quattuor & viginti marmoreis gradibus, (13) quos ibi constituit, ascendatur, habentibus in spatio latitudinis cubitos sex, & triginta.

*Qualiter Constantinopoli Artificibus accersitis, musivo, & lapidibus eandem Basilicam decoravit, & vitro, & picturis.*

## CAPUT XXIX.

B Legatos interea Constantinopolim ad locandos artifices destinavit, peritos utique in arte musivaria, & quadrataria (1), ex quibus videlicet alii absidam, & arcum, atque vestibulum majoris Basilicæ musivo comerent, alii verò totius Ecclesiæ pavementum diversorum lapidum varietate confunderent. Quorum artium tunc ei destinati magistri, cujus perfectionis extiterint, in eorum est operibus extimari, cum & in musivo animatas ferè autumet se quisque figuras, & quæque virentia cernere, & in marmoribus omnigenum colorum flores pulchra putet diversitate vernare. Et quoniam artium istarum ingenium à quingentis, & ultra jam annis magistra Latinitas intermiserat (2), & studio hujus inspirante, & cooperante Deo nostro, hoc tempore recuperare promeruit, ne sanè id ultra Italiam deperiret, studuit vir totius prudentiæ plerisque de Monasterii pueris diligenter eisdem artibus erudiri. Non autem de his tantum: sed & de omnibus artificiis quæcumque ex auro, vel argento, ære, ferro, vitro, ebore, ligno, gipso, vel lapide patrari possunt, studiosissimos prorsus artifices de suis sibi paravit. Sed hæc aliàs. Nunc verò constructam Basilicam qualiter (a) ex parte decoraverit, demumque sacraverit, (b) prout possumus, designemus. Plumbeis igitur domatibus illam totam cum titulo, & utraque porticu, ac vestibulo decenter operiens, absidam, & arcum majorem musivo vestivit, in cujus videlicet circuitus amplitudine, aureis (c) litteris hos versus describi præcepit.

Ut

- (g) appellabatur.  
 (h) & nimis arduus erat.  
 (8) Quibus tutelaribus ea altaria etiamnum conspicua sunt ex veteri nuncupatione: sed erecta anno 1544. ab Hieronymo Placentino Abbate, nam, quæ Desiderius statuerat, in Ecclesiæ ruina dejecta fuerant.  
 (9) Sub duplici Fornice, infra mox, quinque desuper fornices.  
 (10) Secretarium, ait Vossius de Vit. ferm. Erat olim Conclave, in quo reorum causa expendebatur à Judicibus, ut plurimum velo ab atrio, sive publici judicii loco, sejunctum, quamquam erat in ipso Secretario tribunal. In Actis S. Eupli 12. Augusti. Cum esset extra velum Secretarii Beatus Euplus, proclamavit, dicens, Christianus sum, & pro Christi nomine mori desidero. Audiens Clavissanus Consularis dixit, ingrediatur qui clamavit, & cum ingressus fuisset Beatus Euplus Secretarium Judicis, &c. Vide Bolland. in Vita S. Agathæ quinto Febr. pag. 622. Secretarium nunc Ecclesiastici appellamus sacrorum Cimeliorum domum, quam & Sacrorium, & Sacristiam.  
 (11) Ad imitationem videlicet Atrii Romanæ Archibasilicæ, supra lib. 2. cap. 9.  
 (12) Spiculi sunt fornices acuminati, ab acumine spicæ sic dicti; vel quoddam spicum veteres, quicquid in acumen desinit, appellabant. Martin.  
 (13) Depresso deinde inferiori juxta Monasterii januam claustrum, gradus hi creverunt ad quadraginta anno 1592.

## IN CAPUT XXIX. NOTÆ,

- (a) def. ex parte.  
 (b) def. prout possumus.  
 (c) litteris magnis.  
 (1) Musivum opus, idem est, ac tessellatum, quoddam scilicet ex scætilibus, parvisque varii coloris crustis, & lapillis terfis compactum, & tessellatum, omne genus imaginum representat. Meminit Musivi operis Spartianus in Pescennio. Pictum de Musivo. Musiviariorum mentio est l. 1. C. de excusationibus Artificum. Vide Senecam Epist. 86. Div. August. de Civit. Dei lib. 16. cap. 8. Guiliel. Philandrum in Vitruv. lib. 7. cap. 1. Casaub. in Athen. lib. 12. cap. 2. & Lexicographos sæpè citatos. Frequentissimum antiquitus fuit hoc ornamentum genus in Ecclesiis, ut videre nunc quoque est in Basilicis Romanis, præsertim in Constantiniana, & nostra Paulina. Quadratarium apud Sidonium Epist. 12. libri tertii conjunguntur cum lapicidis, qui quadrant lapides, & marmora. Hic strictius accipiuntur pro artificibus, qui lapillis quadratis, & variæ commissuræ pavimenta sternunt. Musivi operis à Desiderio procurati in Ecclesia Casinensi, nil post tot ruinas ad nos pervenit. Quadrataria verò structura reliquæ supersunt in pavimento Basilicæ.  
 (2) Scitè, à quingentis, & ultra, nempe à tempore Theodorici, qui omnes bonas artes eliminavit ab Italia, quarum ipsa magistra fuerat.



Ut duce te, Patria (3) justis potiatur adepta,  
Hinc Desiderius Pater hanc tibi condidit aulam.  
In Absida verò hinc inde sup pedibus San-  
ctorum Baptistæ, & Evangelistæ Johannis (4)  
versus istos.

(3) Ad imitationem versuum, quos Constantinus Magnus in arcu majori Basilicæ Vaticanæ musivo opere inscribi iussit.

Quod duce Te, mundus surrexit in astris triumphans,  
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam.

(4) Quos musivo exprimi fecerat in Absida, ut colligitur ex illis verbis initio capitis, Absidam musivo comerent. Cum enim tunc altare esset sub Absida, in ea exprimebantur præcipui Ecclesiæ tutelares.

(5) Hos, & præcedentes versus reperio inter carmina Alfani Codice 280. Casinensis Bibliothecæ.

(6) In Codice etiam 295. extat sequentia hujus rythmi.

D: Syon exivit lex, atque de Casino,  
Utrobique data numine divino, &c.

Duo asseruntur his carminibus. Monachorum Regulam Casini editam: & à Casino exivisse ad illustranda climata seculi. Ultero igitur oblatam occasionem arripimus, ut, de Regulæ editione, & promulgatione instituto sermone, ultra notulas paululum excurramus.

EXCURSUS HISTORICUS.

Casini, an Sublaci scripta, & promulgata fuerit Monastica Regula

PRiscis Auctoribus tum exteris, tum nostratibus, indubitatum fuit, Sacram Legem Casini scriptam à Legislatore, & hinc promulgatam. In dubium nihilominus id revocatum invenio à Recentioribus, quorum tribunal, nullam, quantumvis diuturni temporis præscriptionem, recipit indiscussam.

Opinati ergo sunt quidam, Monasticam Regulam à S. P. Benedicto scriptam fuisse, cum adhuc Sublaci esset: ibidemque in suis Monasteriis observatam, ac inde promulgatam, antequam Casinum demigraret. Cajetanus, cum prius problematicè de hoc disputasset, tandem, affulgente, inquit lib. 2. pro Joanne Diacono, veritatis luce constantissimè se tueri, Sublaci scriptam. Hæstenuus etiam inquisitionibus mediis ferè est, in vitam tamen Sancti Benedicti absolute loquitur pro Casinensibus. Laurentus in libello de existentia, &c. ex parte adhæret huic primæ opinioni. Qui verò Sublacenibus favent, his moventur argumentis.

Primò. Sanctus Pater Benedictus Sublaci ædificavit duodecim Monasteria ex D. Gregorio. Quis autem credat, eà sine lege vixisse? Ideoque Breviarium Romanum, eaque sanctissimis legibus communivit. Certè, inquit Laurentus, qui aliquam benè ordinatam Rempubliam instituire intendit, primùm leges utiles condere satagit quibus Populus instructus, in suis dirigatur actionibus. Similiter Beatus Pater Benedictus, volens Cœnobitarum vitam instituire, & ordinare, ut ipse cap. 1. suæ Regulæ ad calcem asserit, ante omnia legem condidit, Sanctam scilicet Regulam, sub qua omnes vivere, ac militare deberent: quapropter eandem ipsis observandam proposuit. Quæ est ratio, qua utitur Leo Nonus, & Chron. Sublacenitè à Cajetano adducti.

Secundò. Sanctus Pater Benedictus non nisi regulariter vixit Sublaci. Ergo vel propriam ibi Regulam, vel alienam observavit. Alienam, non admittunt Benedictini; ergo propriam. Ergo tunc jam Regulam scripserat.

Et confirmatur ex Gregorio testante. Scripsit Monachorum Regulam, &c. Cujus, si quis velit subtilius mores, vitamque cognoscere, potest in eadem institutione Regula omnes magisterii illius actus invenire, quia Sanctus vir nullo modo potuit aliter docere quàm vixit. Si ergo Sanctus Benedictus secundum Tom. IV.

A Hæc domus est similis Synai sacra jura ferentes, (5)

Ut lex demonstrat, hic quæ fuit edita quondam, Lex hinc exivit, (6) mentes quæ ducit ab imis, Et vulgata dedit lumen per clymata seculi.

Fe-

ea, quæ aliis præscripserat, vitam duxit, necessariò inferendum est, ab eodem conscripta Regula se se ipsum subjecisse. Sic Cajet. pro Joan. Diacono pag. 251.

Tertiò. Cum Sublaci adhuc viveret, Monachorum suorum coloniam in Hispaniam misit ad Monasterium Sancti Petri de Caradigna, ut legas apud Lauretum in vitam Sancti Benedicti pagin. 612. Ergo cum Regula, quam ibi observarent, observandamque aliis traderent.

Quartò. Denique Boërius refert Leoninos quosdam versus, in Sublacenitè specu quondam expositos.

Ornatam fidem fuit hic data Regula pridem. Hic & cunctorum mandat lex Monachorum. Currite, quid statis? mea gaudia sumite gratis. Ego verò eos, qui hujusmodi syllogismis capiuntur, appellare mihi posse videor Platonicæ ingenia, quæ ideales tantum rerum rationes consectantur, & ad singularia non descendunt, per intellectum præcticum, & Prudentiam, quæ agibilia contemplatur cum usualibus circumstantiis, prout scilicet à sapientibus peragi solent hic, & nunc, ex prudentiori dictamine.

A communi ergo veterum scriptorum sententia recedendum non esse, pronunciare non dubito. Multa falsa multis veris probabiliora, primo aspectu, apparent; quæ, penitus inspecta, omnem exuunt probabilitatis apparentiam: experiamur in re proposita.

Sanè, si prudenter, non idealiter, philosophari jubemur, quis prudens dubitaverit, Virum totius modestiæ, & humilitatis non ausurum in Cathedra Magisterii præsidere, Juraque, & leges Monachis præscribere, cum adhuc in ætatis flore vernaret: nondum experientia edoctus; nondum longo regimine institutus? Et tamen hanc illi arrogantiam notam, vel nolentes inurunt, qui oppositam opinionem sequuntur. Nam ex calculo Bucelini, duodecim Monasteria Sanctus Pater anno trigesimo tertio, vel circa, ædificavit. Ergo, si jam tunc Cœnobitis illis Regulam scripsit, atque præscripsit, penè adolescens magisterii sedem invaserat. Neque ab hujusmodi arrogantia reatu eximunt Sanctum Patrem, qui ad Spiritus Sancti dictamen Regulam referentes, adhuc in specu latitanti adolescenti divinitus immisam volunt: spiritus enim Domini spiritus est humilitatis, non arrogantia, & ad miracula refugere, asylum est diffidentia. Non propterea Sanctæ Virgini Hildegardi quicquam deperire velim, asserenti, Spiritu Sancto dictante Regulam à Benedicto descriptam: dummodo de Adolescente, & juniore non accipiatur.

Ergo de Sancti Viri prudentia, & virtute sentit honestius, qui Benedictum Regulæ scribendæ animum adjecisse concepit post Monasticæ conversationis diuturnum experimentum, & supra quinquagesimum annum. Ut enim observavit idem Gregorius 2. dialog. cap. 2. Moyses præcipit, ut Levitæ à viginti quinque annis & supra ministrare debeant: ab anno verò quinquagesimo Custodes vasorum fiant. Vasa autem sunt mentes fidelium, quarum ex tunc doctores fieri, & non ante decet. Vestales etiam virgines apud Romanos ab anno quinquagesimo junioribus instruendis deputabantur.

An fortè hoc ignoravit Benedictus, qui experientia, multa se didicisse in ipsa Regulæ proficitur? Edque respexisse mihi subolet, Magni Gregorii prudentiam, qui vitam, & gesta Benedicti literis consignans, Regulæ scriptionem in extremum locum referendam rejecit, quamquam enim seriem temporum in tota narratione non sequatur curiosius, non contemnendum tamen est argumentum, Regulam opus fuisse senectutis, ex mente

KKK 2

Gre-



Gregorii, cum ultimum illi narrationis locum statuerit.

Deinde, quæ Sanctus Legislator præscribit de vestimentis, de cibo, & potu, de Hospiti- bus, de Novitiis, de Præposito ordinando, an non satis ostendunt, pleraque ab ipso nota- ta fuisse pro locorum, temporum, persona- rumque discrimine?

Vocabula, non, sanè, pauca, phrasæque græ- ciffantes, in Regula observandæ, nonne in- dicant, Regulam ab ipso exaratam, cum jam græciffantis hujus regionis idiomati assueve- rat? Certè, neque Nursia, neque Roma, ne- que Sublacus tunc græciffabant, quemadmo- dum Casinum, & circumposita ora. Regula item tenor, ex Divinis scripturis, Patrumque doctrinis quaquaversum reffellatus, cui non- facit luculentam fidem, opus esse doctoris, diu versari in hujusmodi disciplinis?

Amplius. Cum Beatus Maurus Gallicanam ex- peditionem subiret, tunc primum legitur, abeunti discipulo Regulam traditam in mu- nusculum à Magistro. Contigit autem hoc paucis ante mensibus, quam Sanctus Pater obierit. Prius verò de Regula apud omnes grande silentium. Quid ergo conjectare licet, nisi Magistri opus, eo usque intra ejus scri- nium latuisse. Tandem proficiscenti peregrè discipulo, & filio, pro munere à Magistro datum, & in hæreditatem à Patre, jam jam morituro, relictum? Ea enim erat, tum in- tegra, tum pretiosa possessio testatoris. Ad- ministratur huic conjecturæ, quod Codex, Beato Mauro donatus, Sancti Patris manu exaratus legitur, quo videtur indicari, exem- plaris illius nondum exempla per manus trans- ivisse, sed tum primum ex Auctoris penu de- promptum, nec multò antea ex ejus pectore prodisse. Si enim usu tritus, vulgatusque fuisset, non tanti faciendum fuisse reor à Pa- tre suæ manus chirographum, ut loco mune- ris cederet, quod autographum esset. Ergo donatum puto, quod cum deinceps dilectus Alumnus viva, & præsentiali Magistri do- ctrina instrui non posset, maxime ob prævi- sam proximam mortem Sancti Patris, habe- ret saltem ille apud se, & vicariam instru- ctionem, qua & se & commilitones dirigeret, juxta vivum exemplar, quod sibi in monte monstratum fuerat, & perpetuum sui amoris pignus in tabulis. Verum quid opus est con- jecturis niri, dum luculentissima suppetunt omnium antiquorum, nemine refragante, suffragia?

Zacharias, & ipse jam Monachus, in suo Pri- vilegio anno 741. loquens de Casinensi Cæ- nobio, *Illicque*, inquit, *Lex Monastici ordi- nis caput teneat, & principatum, ubi ejus- dem Legis descriptor Benedictus Pater San- ctissimus, eandem describens promulgavit Re- gulam.* Et iterum. *Quique Benedictus ipsius legis rationem in eodem Casinensi Cænobio scribens, &c.* Nec diversis verbis in alio suo diplomate anni 749. *Ubi (Casini) ipse San- ctus Monachorum Regulam scripsit.*

Urbanus Secundus anno 1092. *Casinense Cæno- bium caput omnium Monasteriorum perpetuò habeatur, & merito. Nam ex eodem loco, de Benedicti Pectore Monastici ordinis vene- randa Religio, quasi de Paradisi fonte ma- navit.*

Calixtus Secundus infra lib. 4. cap. 78. & in tabulis nostris, *Casinensis Ecclesia non ab ho- minibus, neque per hominem; sed per Jesum Christum fundata est; cujus imperio Pater Benedictus ad eundem locum deveniens, il- lamque ab Idolorum sordibus emundans, San- ctæ Regule descriptione, & miraculorum pro- digiis, & sui corporis sepultura, toti orbi spectabilem reddidit, & totius Monastici or- dinis caput effecit.*

Guibaldus Abbas è Stabulensi Casinensis, infra lib. 4. cap. 124. alii que quamplures, quibus omnibus prævit vetustissimus Faustus, San- ctissimi Patris Sanctus Alumnus, in vita Beati Mauri. *Cum discipulis suis Placido, & Mauro Casinense fundavit Monasterium, il- ludque sua corporali requie, Regulaque de- scriptione caput omnium Monasteriorum con- stituit.* Quibus testimoniis non illud dumtax- at evincitur, quod intendimus; verum etiam

Capitis dignitatem Monasterio Casinensi inde præsertim assertam novimus, quod Monastica Regula ibi descripta fuerit.

Atque hæc sanè Desiderium permoverunt, ut constanti, inconcussaque securitate in Abbdæ novæ Basilicæ, cubitalibus aureisque literis inscribi jufferit, *Lex hinc exivit, &c.* No- tissimam enim tunc veritatem cavillari, & in invidiam trahi posse, non timuit: & revera per tot secula non legitur cavillata.

Ex his ad argumenta contrariæ opinionis nullo negotio responderi potest. Apertissimis quip- pe testimoniis conjecturas opponere, haud æqua est compensatio. Singulis nihilosociis singillatim satisfacere libenter recipio; nec sine proventu futurum spero. Ad primum. Rudi nimis, pinguique Minerva philosophan- tur, qui ejusmodi argumentis capiuntur. Cui enim, vel leviter erudito, inexploratum est, Monasticam conversationem non fuisse à Be- nedicto in Christianam Religionem noviter inductam: sed jam pridem extitisse, in Ec- clesia frequentatam? Et ut orientalium Mo- nachorum agmina, ac Litinensium Cellula- norum celebre Monasterium, non attingam, torque, tantosque Patres, qui Monachis Re- gulas ante Benedictum præscribere; an non in ipsis quoque Sublacensibus rupibus recens hos- pes Nursinus Theodati Cænobium, & ad Var- ronem Vicum aliud non longè, invenit? Ha- bebat ergo jam tunc Monastica Conversatio generales quasdam suas, communesque regu- las, & instituta, quibus nihilominus, quo- niam nullo adhuc Prætoris edicto sancita es- sent, Rectores singuli, prout illis spiritus sug- gerebat, addere, minuere quidpiam, vel im- mutare, liceret, ut mox ex Cassiano. His ri- tibus, ac doctrinis vixit ipse quoque Benedi- ctus, tum tyro: quibus dein, jam maturior, propriæ prudentiæ, ac sanctitatis dictata ad- jecit, quæ pravorum Monachorum odium- meruerunt. Quin etiam, quod aliàs à me as- sertum, iterum assero, Benedictum suis alum- nis non præscripsisse novum, & peculiare- monastici habitus schema; sed pridem recep- tum retinuisse; commune videlicet, vilissi- mumque indumentum, quod elegerant, qui Monasticæ, humillimæ vitæ, veræque Philo- sophiæ nomen darent.

Modò ad argumentum. Sanctissimis quidem- legibus Benedictus duodecim sua Monasteria; imò etiam aliud ad Vicum Varronis, instruxit: non tamen scripto Canone, sed viva do- ctrina, communibus ritibus addita, propriæ- que virtutis exemplo, Rectoris enim vita, subditorum est Regula, & directio. Ergo, cum Regulam hic audivimus, Regimen, directionem, disciplinam intelligamus. Ad quam intelligentiam revocandus est Grego- rius 2. Dialogor. cap. 1. *Qui videlicet Ro- manus, non longè, in Monasterio, sub Theo- dati Patris Regula degebat.* Quis enim hæc Theodati Regula? Cum præsertim Theo- dati Monasterium Basilii, vel Equitii Re- gulam, ut volunt, sequeretur. Theodati ergo Regula, quid, nisi ejus directio, magi- sterium, regimen intelligatur? Cui Gregoria- næ phrasi alia ejusdem similia testimonia- suffragantur; quæ hic sistere, non fuerit abs- que pretio. Nam 4. dialog. cap. 8. sermo- nem de Benedicto iterum instituens, sic lo- quitur. *Eisdem quoque discipulis illius nar- rantibus didici, quia duo nobiles Viri, atque exterioribus studiis eruditi, germani fratres, quorum unus Speciosus, alter Gregorius dice- batur, ejus se Regula in sancta conversatione tradiderunt.*

Et lib. 3. Epist. 9. reprehendens Junnarium- Episcopum Caralitanum, quod sanctimonialium Monasteria minus diligenter custodiret, præcipit, ut unum probatum senem custodem illis adhibeat, *quatenus ulterius eis pro qui- buslibet causis privatis, vel publicis extra- venerabilia loca contra Regulam vagari non liceat, & ne utrobique Gregorium de Regula scripta, loqui contendas, in quo acutissimos viros Hæftenum, & Yeperium, ut omittam Cajetanum, hallucinatos video, accedat tertium testimonium ex Epist. 40. lib. 1. Indict. 9. Joannes frater, & Coepiscopus noster inter alia plura, hoc nobis noscitur intinasse, ali- quos*

quos Monachos Monasteriorum in Surrentina Diœcesi postorum, de Monasterio in Monasterium, prout eis libuerit, transmigrare, & à propriis Abbatis Regula, desiderio rei secularis, abscedere. Et mox. Sed si quilibet hoc præsumpserit, in Monasterio, in quo ab initio conversatus, & sub Abbatis sui Regula, de qua fugerat, cum competenti coactione, reddatur. Obsecro, quid est abscedere, & fugere de Abbatis sui regula? Num quilibet Surrentina Diœcesis Abbas propriam regulam Codicem exaraverat? quin contra uni Benedicti Regulam cuncti parebant, quam ipse Gregorius Italolatini omnibus, qui ad conversionis gratiam accederent, præceperat observandam, & jam ante Gregorium receptam usu fuisse, idoneus testis est Abbas Fundanus, infra laudandus. Libro etiam ultimo Epist. 31. Sed quia Fraternitas tua, Monasterii regulis erudita, &c. 2. Dialog. cap. 12. Cumque hoc de usu regulae sollicitè servaretur. De quo ante dixerat Mos Cella fuit, ut hinc Regula nomine, consuetudines, & ritus Monasteriales se intelligere indicaret. Tandem in vita S. Mariæ Egyptiacæ. Rogo autem te per Deum, ut in sanctis jejuniis futuro anno minimè trans eas Jordanem juxta consuetudinem Monasterii. Audien autem Zozimas, quod & solemnem regulam Monasterii enunciasset, &c. ubi regulam, & consuetudinem pro eodem usurpari videmus.

Gregorii phrasim usurpaverat jam pridem Cassianus lib. 2. Institutionum cap. 2. loquens enim de variis vivendi formulis apud sui temporis Cœnobitas, Tot, inquit, propemodum typos, & regulas vidimus usurpatis, quot etiam Monasteria, Cellaque conspeximus. An tibi confinges hic Regularum instructissimam Bibliothecam, quarum tamen ne una quidem ad nos pervenerit, & omnes Benedicti Anianensis collectionem effugerint? Cassiano igitur Regula est institutum, & norma vivendi, quam proprio quique Præpositus Monasterio statuebat, non scripto Canone, sed vivis præceptionibus, & doctrinis. Confer Epistolam Fundani Abbatis, infra, ibi. Certam, & rectam Regulam vivendi, quam Sanctissimus Benedictus instituit, & mox, juxta prædictam sanctam regulam, & observantiam. Ut propterea communem loquendi formulam hujusmodi verbis accipiam, qua usus ipse quoque Benedictus in sua Regula; cum cap. 62. Regulam, dicit, à Decanis vel Præposito constitutam, & cap. 23. & 65. Sanctam Regulam, nempe Monastica instituta, quidquid contradicat Hæstenus pag. 128. Denique in ritu Consecrationis Abbatis Casinensis apud Petrum Diaconum in Commentario Regulæ. Eos verò qui sui Præpositi normam, vel Regulam neglexerint, loquitur Pontifex cum Benedictinis, quorum una erat scripta Regula, non quot essent Præpositi, vel Abbates, quod indicat, cum Normam dicit, vel Regulam. Hæc pluribus, ut in re, non adhuc, quod noverim, observata.

Quando ergo syllogizat Lauretus. Qui aliquam bene ordinatam Rempublicam instituere intendit, primùm leges utiles condere satagit, &c. planè paralogizat. Falsum quippe est quod subdit, Benedictum voluisse Cœnobitarum vitam instituere, si hoc ad primordia suæ vocationis referatur. Neque enim Solonem, aut Licurgum statim agere voluisse putandus est, & novam Cœnobitarum Rempublicam instituere: Imo Antiquorum Patrum & Legislatorum communibus potius legibus, ante doceri, & assuescere, eorumque ductum sequi; ut ex milite Dux, ex assecla antesignanus evaderet, & ea demum suis alumnis, propria minervâ, dictaret, quæ longo experimento, & observatione, aut lenienda impericis institutis, aut moderanda, aut addenda, vel minuenda, aut demum ad propositi sibi finis affectuionem magis idonea didicisset. Nil itaque minus, si quicquam video, cogitavit ab initio Benedictus, quam recenti Reipublicæ jura dare; aut Antiquorum magistrorum Cathedram invadere: sed eorum vestigia implere, magisterioque proficere, donec, alumnorum fortè suorum precibus inclinatus, urgente etiam, qua situabat, fer-

ventissima charitate, animum tandem ad scribendum adjecerit, quæ jugi observatione, & regimine, profutura didicerat Cœnobiticæ disciplinæ, nempe jam senex, & expertus: & nihilofecius neque Legislatoris potestatem tunc assumpsit, sed privati doctoris officium: Nunquid enim Solonis, aut Decem-virorum leges, quantumvis in forma legum dictatæ, robor, & auctoritatem legis obrinuerant, prout à Solone, aut Decemviris dictatæ fuerant: & non potius, prout à Populo committente, & acceptante legitima in eas auctoritas derivavit? Ita Legislatoris nostri Regula censenda non est ab ipso præscripta, tanquam Lex lata, seu, ut ita dicam, exercitè, & auctoritative; sed signatè tantum, & idealiter, ut lex ferenda, seu, quam sequi deberent, qui ejus se regimini, & observantiæ sponte, & juridicè mancipassent. Cogita Benedictum, multa in sua scripta Regula, & non leventia, innovasse, quæ receptas jam ante Casinensis Monasterii consuetudines, & usurpatis vitæ Cœnobiticæ normas excederent; an dixeris, ad ea nihilominus servanda teneri eos, qui ab initio non se iis obstrinxerant? Tunc igitur Benedicti Regula, & non prius Legis rationem obtinuit; cum, eâ promulgatâ, ascetæ profitentes nomen illi voluntaria devotione dederunt. Antea verò formula quidem legis fuit, non legitima lex: & hæc ad primum argumentum. Nam quod de Leone non adducebatur ex chronico Sublacensi, multis id capitibus non moramur.

Ad secundum uno verbo. Communibus Cœnobiticæ vitæ ritibus, & propriis quoque institutis vixit Sublaci Benedictus, aliosque rexit: non tamen scripto Codice, sed viva Doctrina Spiritus Sanctus ipsi erat Regula: Ipse verò Monachis. Confirmatio nimis infirma est, ut illi constantissimè inniti potuerit Constantinus. Loquitur Gregorius de Regula scripta, fateor. An verò non potuit Benedictus sibi subdi vivo, & imperanti, ut Codici, mortuo modo, docenti?

Ad Tertium. Hispanica illa Colonia deducta fertur anno quingentesimo trigésimo septimo, ut ex monumentis Monasterii Caradignensis testatur Laurerius ad cap. 26. Vitæ Sancti Benedicti. At eo anno quis nescit, Sanctum Patrem, non Sublaci, sed Casini habitatorem fuisse, quod ab anno 529. secundum Bucelini ipsius computum, transmigraverat? Et si ergo concedamus proficiscentibus in Hispanias Monachis, Regulam à Magistro datam, in viaticum, nil propterea Bucelini, aliorumque suæ parti faventium sententiam juvat. Me tamen, ut liberè, quod sentio, profitear, nullum hæcenus argumentum coëgit concedere Hispaniensibus Monachis Regulam scriptam tunc traditam: sed, si deductio illa vera est, magis inclino, ut ea societas dirigi potuerit moribus, & disciplinis, quibus Casini instructa fuerat, & diutino exercitio confirmata. Sic Placido, in Siciliam abeuntri anno 538. ex calculo Bucelini, scriptum à Magistro Regulæ codicem traditum, neque Gordianus meminit, neque quispiam alius. Nam, quod Gordianus ait, Beatum Placidum quadraginta Fratres sub Patris sui Regula aggregasse, frustra est, qui de Regula scripta id accipi debere contedat; ut ex dictis liquet. Sed neque Cenomanensis Antistitis petitionem in diverso sensu intelligo, cum Fratres in Monastica probatos conversatione adsciscit, à quibus levi jugo Regulæ, illis ab ipso traditæ, Gallicana subderetur cervicofitas: apud Cajet. pagin. 240. quippe ut est apud eundem paulò interior, Leo Oitienfis id explicat cap. 1. chron. Factumque est, ut per Beatissimum Maurum, ejusque discipulos, omnis ordo, & regularis disciplina norma, quæ per Sanctissimum Patrem Benedictum in hoc loco fuerat constituta, per totam Galliam diffusa, & disseminata sit.

Præterquamquod, si jam ab anno 537. ex Bucelino, Hispaniensem Coloniam cum scripta Regula Benedictus dimisisset, facile inde in Gallias propagari potuisset: nec Cenomanensem Episcopum post aliquot annos Regulam à Casinensi Cœnobio postulare opportuisset.

ser. Non ergo scriptam Regulam petebat, sed Regulares, hoc est viros, ut ipse loquitur, in monastica conversatione probatos, qui verbo, & exemplo docerent in Gallia, quod Casini didicissent, non tam ex Codice, quam ex usu. Idem fecit, non multo post obitum Sancti Patris, Abbas quidam Fundanus, ut ex ejus Epistola, quam ad verbum, ne apice quidem immutato, ex Codice nostro 555. subjungimus.

„ Reverentissimo Monachorum Patri Simpli-  
 „ cio B. Abbas Monasterii apud Fundanam ur-  
 „ bem, obedientiæ subjectionem. Experientia  
 „ compertum est, multorum Rectorum mores  
 „ varias vivendi normas in Monasteriis peperisse.  
 „ Hinc factum est, ut jam omnia Mona-  
 „ steria Campaniæ, Samniæ, Valeriæ, Tusciæ,  
 „ Liguriæ, & aliarum Provinciarum Italiæ,  
 „ certam, & rectam regulam vivendi, quam  
 „ sanctissimam, & Deo acceptam Benedictam,  
 „ magister tuus instituit, servare decreverint:  
 „ ut juxta illam viventes, nec ad dexteram,  
 „ nec ad sinistram declinare præsumant. Hanc  
 „ ergo servandam proposui huic Congregationi,  
 „ cum nuper me in suam Abbatem elegit, in-  
 „ dignum. Quam cupientes in hoc Monasterio  
 „ sicut in Casinensi observare, inviolabiliter,  
 „ decrevimus ad Sanctitatem vestram destinare  
 „ religiosos ex eadem Congregatione viros Hu-  
 „ gonem, & Paulum fratres nostros, juxta  
 „ prædictam Sanctam Regulam, & observan-  
 „ tiam plenius instruendos in Casinensi Sancta  
 „ Congregatione, quos commendatos apud P.  
 „ tuam humili obsequio rogamus. Datum in  
 „ Monasterio prope urbem Fundanam 7. Kal.  
 „ Aprilis.

Hæc est Epistola illa, quam Cajetanus, & Lau-  
 retus tuentur contra Gallonium, qui nomina  
 in primis Hugonis, & Bernardi, ævo Divi  
 Gregorii in Italiam nondum inducta, cavil-  
 latur. Verum, quod attinet ad nomen Ber-  
 nardi, Epistola non refert extensum nomen,  
 sed tantum B. qua notari æquè potuit Basi-  
 lius, Benedictus, Beda, Bartholomæus, aut  
 aliud tale nomen, in Italia usu receptum,  
 ea litera incipiens. Deinde Bernardi, & Hu-  
 gonis nomina, cum primum Italicis auribus  
 sonuerunt, an tunc primum quoque Germa-  
 niæ, & orbi universo? Aliunde igitur in  
 Italiam importata. An non ergo ex ea Pro-  
 vincia, in qua jam ea nomina obtinebant,  
 potuerunt, unus, vel alter, his nominibus  
 nuncupari, in Italiam peregrinando, Fundis  
 Monachum induere, nomenque non exuere?  
 idquæ fulcitur ex Auctore nostro hic cap. 30.  
 cum ait, Multos ex multis, & extimis Ter-  
 rarum partibus Casinum confluisse, quos De-  
 siderius suis Monachis aggregavit. Vide, qui-  
 bus cardinibus vertatur Gallonii Machina  
 ad Epistolæ hujus veritatem evertendam? Ne-  
 que solidius, imò futillius, ac planè falsum  
 argumentum aliud ejusdem, ductum ab Ab-  
 bate Simplicio, quem Gallonium non Casinensem,  
 sed perperam, Lateranensem, ter-  
 tio loco Abbatem fuisse, probare conatur,  
 non distinguens inter duos Simplicios: neque  
 videns, Gregorium Simplicio tertiam Casini,  
 post Benedictum sedem apertissime statuisse,  
 sed de his alibi.

Saltem huic Epistolæ calculum suum propria  
 manu apponere non renuit emunctissimæ na-  
 ris, effusissimæque vir eruditionis Lucas Hol-  
 stenius; cum illam sibi in præfato Codice  
 descriptam ipse ostenderem anno 1637. quo  
 ad nos divertit, nostræque Bibliothecæ forulos  
 omnes inspexit. Testatur itaque hæc Episto-  
 la Italiæ universæ Monasteria Benedictinam  
 vivendi Regulam jam acceptasse. Ubi *Regu-  
 lam* non intelligo scriptum Canonem: sed  
 Casini servatam, usuque tritam, institutio-  
 nem: Ideo Monachos Casinum mittit novus  
 Abbas, ut eam præsentibus imbuant consuetu-  
 dine, & exemplis; alioqui scriptum Codicem  
 petiturus. Conficitur quoque ex eadem, nor-  
 mam vivendi Casinensem jam ante Simpli-  
 cium fuisse per Italiam promulgatam: non  
 enim repente, paucisque diebus, vel annis id  
 fieri potuit, quasi ex condito omnia per Ita-  
 liam dispersa Monasteria ad eam normam  
 suscipiendam simul convenerint: sed paula-

tim, & modò unum, mox aliud. Simplicius  
 autem septemdecim tantum post Benedictum  
 annis Casinis sedit: Ergo ad ipsius quoque  
 Benedicti ætatem ea promulgatio referenda  
 videtur inchoata. Placidus utique Benedicti-  
 num institutum, Institutore vivente, detulit  
 in Siciliam. Maurus in Galliam: In Hispaniam  
 ab aliis inductum perhibetur, ut supra.  
 Sublaci duodecim Cœnobio, Romæ plura  
 alia ipse Benedictus erexit. Utcunque igitur  
 placeat opinari de promulgatione Regulæ  
 scriptæ, de qua promulgatione Gallonium du-  
 bitavit, de Instituto Benedictino, promulga-  
 to in vivis adhuc agente Benedicto, perpe-  
 ram quispiam dubitabit. Atque hoc mini-  
 mum evincit Zachariæ Pontificis diploma,  
 cum de Benedicto ait, *describens promulga-  
 vit Regulam.*

Porro, quod laudatus Holstenius in disertatio-  
 ne posthuma, Codici omnium Regularum  
 præfixa, cap. 3. nuper asseruit, Benedictum  
 non promulgasse Regulam universalem suis  
 ubique omnibus, sed peculiarem dumtaxat  
 Casinensi Cœnobio, cui præerat: si loquitur  
 de promulgatione juridica, & potestativa,  
 quam subintelligere videtur illis verbis, *Casi-  
 nensi Cœnobio, cui præerat.* Longum conten-  
 tionis funem non traham. Quamquam Casi-  
 nensi Cœnobio, minus quam aliis ea promul-  
 gatio necessaria fuerit, quod viva Legislato-  
 ris doctrina regebatur. Si verò sermo ibi est  
 de descriptione Regulæ peculiaris pro Mona-  
 stero dumtaxat Casinensi, ipsius Regulæ ver-  
 bis penitus refragatur, quæ sunt mero meri-  
 die clariora. Nam, vel primo ipso capite,  
 postquam quatuor Monachorum genera distin-  
 xisset, tribus omissis, *Ad Cœnobitarum, in-  
 quit, fortissimum genus disponendum, adju-  
 vante Domino veniamus. Genus, ait, non  
 peculiare Monasterium, & cap. 21. Si major  
 fuerit Congregatio, eligantur de ipsis Fratres  
 boni testimonii, cap. 31. Si Congregatio fue-  
 rit major, cap. 40. Quod si, aut loci neces-  
 sitas amplius poposcerit, & Ubi autem ne-  
 cessitas loci exposcit, cap. 55. Vestimenta Fra-  
 tribus secundum locorum qualitatem, ubi ha-  
 bitant, vel aerum temperiem dentur, quia  
 in frigidis regionibus amplius indiget; in  
 calidis vero minus, de quarum rerum omnium  
 colore, aut grossitudine non causentur Mona-  
 chi; sed quales inveniri possunt in Provincia,  
 qua degunt. Cap. 64. In notitia Episcopi, ad  
 cujus Diœcesim pertinet locus. Quæ verba  
 ad Casinense Cœnobium dirigi non potuerunt;  
 quod in Diœcesi alterius Episcopi non est, ne-  
 que tunc erat; sed in propria Diœcesi, quam  
 sibi vir Apostolicus per prædicationem acqui-  
 siverat; ut propterea post Benedictum, nullus  
 invenitur de cætero Episcopus hic ordinatus,  
 cap. 65. Et maxime in locis ubi ab eisdem  
 Sacerdote, vel ab iisdem Abbatibus, &c.  
 Denique cap. ultimo. Regulam autem banc  
 descripsimus, ut banc observantes in Mona-  
 steriis. Non ergo peculiarem Casinensi Cœ-  
 nobio, sed universalem pro omnibus Cœno-  
 biis Regulam scripsit Benedictus ad eam for-  
 mam, quæ usu recepta jam erat, & propa-  
 gata ex ejus institutione, ut prædiximus;  
 quam Beato Mauro in munusculum tradidit,  
 ad Gallos abeunti, quamque demum post  
 ipsius obitum, Simplicius exemplandam om-  
 nibus dimisit; cum prius Casini dumtaxat,  
 & apud Maurum custodiretur, vigente ni-  
 mirum tunc viva Benedicti norma, quæ scri-  
 pro Codice non indigebat.*

Ex quibus liquidd constat, frustra laborasse  
 Gallonium, ut probaret, Benedictum non  
 promulgasse suam Regulam; sed potius oc-  
 cultasse; deceptus quippe videretur verbo *Con-  
 diderat*, quo utitur Petrus Diaconus, & ti-  
 tulo Regulæ, ubi vocatur *Latens opus*. Ubi-  
 cunque enim de Legibus agitur, vel de ope-  
 ribus, *Condere* non est occultare, sed *com-  
 ponere, statuere*. Unde in titulo Regulæ pro  
*Condedit est Constituit.*

Lucret. lib. 9. initio.

*Quis potis est dignum, pollenti pectore,  
 carmen*

*Condere pro rerum majestate?*

Virgil. Bucol.

Pal.

Fenestras omnes tam navis, quam tituli plumbo simul, ac vitro compactis tabulis, (d) ferroque convexis inclusit. Has verò, quæ in lateribus utriusque porticus sitæ sunt, gipseas quidem, sed similis ferè decoris extruxit. Dehinc supposito trabibus (e) laqueari, coloribus, figurisque diversis mirabiliter insignito, parietes quoque omnes, pulchra satis colorum omnium varietate depinxit, pavementum etiam universum totius Ecclesie cum adhærentibus Oratoriis Beati Bartholomæi, & Beati Nicolai, simul etiam & cameræ iuæ mira profus, & ætenuis partibus istis incognita, cæforum lapidum multiplicitate contravit: (f) sed illud præcipue, quod secus altarium est, & in choro gradibus illis, quibus ad idem altare conscenditur, crustis pretiosorum marmorum decenti diversitate distinctis. Frontem quoque chori, quem (g) ferè in medio Basilicæ statuit (7), quatuor magnis marmorum tabulis sepit, è quibus porfiretica una, viridis altera, reliquæ duæ, ac cæteræ omnes in chori (h) circuitu simplices. Vestibulum autem Ecclesie desuper quidem musivo fecit pulcherrimo cum superlimineis arcubus decorari. Ab inde verò usque ad Inum pavimenti, totam Basilicæ faciem gipso vestiri. Arcus etiam ejusdem vestibuli de foris musivo nihilominus vestiens, versus Marci Poëtæ (8) inibi aureis litteris scripsit. Reliquas verò tres Atrii partes, diversis tam veteris, quam novi testamenti historiis ab intus, ac de foris depingi præcipiens, marmoreo (i) totum pavimento contravit. Desuper autem laquearibus, ac tegulis adoperuit vestibulo quoque ejusdem atrii cum geminis turribus pari modo depicto, aperto, ac marmorato.

— Pallas, quas condidit Urbes  
Ipsa colat.

nec frequentius quicquam Legum Conditoribus.

Latens autem opus (quicquid fuerit, an Titulus ille Simplicium agnoscat Auctorem) non ideo dicitur, quod antea penitus latuisset, saltem non latuit Mauro, non latuit Casini, sed quia nondum cunctis per orbem exemplandum fuerat datum. Ac tandem, utcumque latuisset scriptus Codex, Benedictinam Regulam, hoc est Institutionem, longè, latèque, propagatam jam, & promulgatam, ipso vivente, fuisse, probavimus, quod quidem Gallonii conatum sufficienter infringit; dum enim constat, Benedicti Institutum, eo in vivis agente, propagatum, quid juvat Gallonii intentum, quod scripta norma latuisset? Christo vivente, propagari cœpit Evangelium, cujus tamen nullus tunc Codex ab Evangelistis exaratus habebatur.

Concludamus. Sanctus Pater Benedictus suum Institutum propagavit vivens. Jam verò senex Casini Codicem Regulæ compilavit universalem. Ex cujus tamen Codicis verbis colligi non potest ejus promulgatio, ut non rectè putavit Lauretus. Quamvis enim verba sonent legem, legis tamen formulam quidem habent, non formam, & robur; nisi aliunde promulgatio potestativa, & acceptatio colligatur.

- (d) ferroque connexis.  
(e) laquearii.  
(f) def. sed illud usque ad gradibus illis.  
(g) def. ferè.  
(h) circuitu candidæ.  
(i) totum in giro.  
(7) Veteri structura, nunc antiquata. Recentiori quippe Architectura, odæum struitur post majus Altare, ubi olim statuebatur Absida, seu Tri-

Quantâ gloriâ ipsam Ecclesiam dedicaverit,  
& quibus eam Reliquiis adornaverit.

## CAPUT XXX.

His igitur omnibus intra quinquennii spatium, Deo prosperante, & auxiliante peractis, dedicare Basilicam sollemnitatem maxima, & ingenti tripudio ad sempiternam memoriam Desiderius statuit, adiensque summæ Sedis Pontificem Alexandrum ad eandem illum dedicationem venire devotissimè invitavit. Quo libentius annuente, Hildebrandum quoque Archidiaconum ejus, cæterosque Cardinales, ac Romanos Episcopos (1) deque Urbanis Clericis, ac nobilibus plurimos affectu familiarissimo convocavit. Die tantæ sollemnitatis ex consultu Apostolici, & Cardinalium in ipsis Hæcendis Octobris constituta, ac litteris invitatoriis ejusdem Apostolici ad universos Episcopos-Campaniæ, Principatus Apuliæ, atque Calabriæ datis. Famâ itaque hujus rei longè latèque vulgatâ, tanta totius ferè Italiæ Episcoporum, Abbatum, Monachorum, Clericorum, Magnatum, nobilium, mediocrium, diversæque conditionis virorum pariter, ac mulierum ad diem conditam multitudo confluit, ut stellarum ferè cœli, (2) quàm illorum omnium, numerositatem, cuilibet fuerit æstimare facilius. Ita universæ Monasterii officinæ, & ipsa quoque officinarum omnium tecta, ita totius ab imo, usque ad summum montis itinera, & quid dicam, domus Civitatis omnes, omnesque plateæ, omnia etiam longè, latèque Camporum adjacentium spatia congregatorum ad tanta sollemnia cuneis stipata erant, atque conferta. Apparatus interea per tres illos continuos dies præcedentes, ac subsequentes, eandem sollemnitatem, in pane videlicet, ac vino,

buna. In Basilica Cathedrali Montis Regalis in Sicilia, visuntur etiamnum Odæum, seu Chorus, antiquâ formâ, ferè in medio Ecclesie, aliaque veteris Instituti, ad eruditionem spectantia, & Casini Chorus ex Navi Ecclesie ad puppim, ut sic loquar, translatus est ab Hieronymo Placentino Abbate anno 1544.

(8) Quorum exempla extant in nostris Codicibus incipientia.

Cæca profanatas coleret dum turba figuras,  
Et manibus factos crederet esse Deos, &c.  
Integram Elegiam dabimus post Chronicum, quam Bernardinus Stephonius, Poeta nobilis, Cenforque severus, laudare, pro sæculo, non dubitavit, Prosa 4. Marcus, inquit, Benedicti discipulus, cum gratissimus erga magistrum optimum vellet videri, laudes illius pereleganti, ut in illo sæculo, carmine celebravit.

## IN CAPUT XXX. NOTÆ.

- (1) Romano videlicet assistentes, & collaterales, Ostiensem, Portuensem, Tusculanum, Albanensem, Prænestinum, Sabiensem, & Sylvæ Candidæ, seu Sanctæ Rufinæ, qui post unitus fuit Portuensi. Infra non semel, *Episcopi Romani*. Primus, qui de Cardinalibus Episcopis meminit, est Anastasius Bibliothecarius in Stephano Quarto. Olim Episcopi non eligebantur Cardinales, neque ex Episcopis Papa Romanus: sed ex Clero Urbis; qui soli appellabantur Presbyteri, & Diaconi Cardinales, ut cuique obvium, & à nobis jam notatum.  
(2) Vulgaræ locutione, ipsius etiam sacræ paginæ. *Numerata stellas, si potes*. Genes. 15. & si enim innumerabiles videantur, quod locutioni locum dedit; At revera supra mille non magno numero ab Astronomis numerantur.



vino, carniūque diversarum, (3) ac piscium multiplicitate adeo est copiosus expositus, ut nullus ferè (a) aliquis in tam innumera multitudine, qui non se sufficienter hæc accepisse dixerit, potuerit repperiri. Interfuere itaque tantæ tunc celebritati Archiepiscopi decem, (b) idest Capuanus, Salernitanus, Neapolitanus, Surrentinus, Amalfitanus, Sipontinus, Tranensis, Acerentinus, Ydrontinus, Oiretanus. Episcopi autem quadraginta & tres, (4) idest Portuensis, Tusculanensis, Savinensis, Segninus, Anagninus, Berulanus, Terracinenis, Cajetanus, Aquinensis, Soranus, Mariscanus, Balvensis, Pennensis, Teanensis, Calenus, Rosellanus, Averfanus, Nolanus, Avellinensis, Pestanus, Trojanus, Florentinensis, Melfitanus, Lucerinus, Draconariensis, Civitatenis, Termulensis, Guardiennis, Larinensis, Arianensis, Serniensis, Bovianensis, Salpitanus, Cannensis, Rubessanus, Venusinus, Monorbinensis, Vigilensis, Melfitenis, Juvenazensis, Monopolitanus, Stunensis, Tarentinus, Perusinus, & Castellanus electus, qui videlicet in Episcopum altero post dedicationem die sacratus est. De Magnatibus autem Richardus Princeps Capuanus, cum Jordane filio, & fratre Rainulfo; Gifulfus Princeps Salernitanus, cum fratribus suis, Landulfus quoque Princeps Beneventanus, & Sergius Dux Neapolitanus, Sergiusque Dux Surrentinus (5). Nam Dux Robertus (c) Panormum eo tempore oppugnabat, ideoque tantæ sollempnitati tunc interesse non potuit. Sed & Marforum Comitum, ac Balventium, filiorumque Borrelli ingens (d) frequentia. Cæterorum verò potentium, seu nobilium tam nostratium, quam Normannorum omnium circumquaque Terrarum, vel nomina, vel numerum innumerum, nulla prorsus fuit possibilitas, vel consilium (e) recensendi. Horum igitur omnium summa devotione, & ingenti lætitia, (f) maximo honore, ac præcipua gloria dedicata est eadem Beati Benedicti Basilica, cum quinque altaribus suis, ipsa die Hæalendarum Octobrium, Anno Incarnationis Divinæ millesimo septuagesimo primo, Indictione nona, die

- (a) deficit, aliquis.  
 (b) deficit, idest Capuanus, Neapolitanus, Amalfitanus, Tranensis, Ydrontinus, Salernitanus, Surrentinus, Sipontinus, Acerentinus, Oiretanus, & quatuor, idest, Portuensis, & cæteri, sed alio ordine.  
 (c) deficit. Nam Robertus, &c. usque ad illa. Sed & Marforum.  
 (d) non parva frequentia.  
 (e) recensendi. Robertus autem Dux, &c. ut superius.  
 (f) maximo tripudio, honore, ac gloria dedicata est à Domno Alexandro Reverentissimo, & Angelico Papa eadem B. Benedicti.  
 (g) quidem præcipua.  
 (h) deficit. Os scilicet &c. usque Cecilie virginis.  
 (i) deficit, quæ Reverendissimus, usque ad illa in Altari S. Johannis.  
 (K) deficit, de spongia, &c. usque ad illa ex oleo de candela.  
 (3) In tam effusa populi frequentia, consuetam à carnibus abstinentiam hospitibus præscribere, incommodum fuisset, & impossibile.  
 (4) Codex B. legit quadraginta & quatuor. In idem tamen recidunt. Codex Petri Castellani electum non computat Episcopum. Computaverat Leo, nam altero post consecrationem Basilicæ die, ordinatus est, & in Episcopum unctus.  
 (5) Ex fide utriusque Codicis, & Venetæ editionis. Cur autem Sergium Surrentinum hinc expunxerit Laurentus, tam ignotum mihi est, quam

A Sabbati: & altaria (g) quidem mediana, Beati videlicet Benedicti, & Sancti Johannis vocabulis insignita, manu propria prædictus Apostolicus benedixit: altare verò, quod in Australi parte ad honorem Sanctæ Dei Genitricis est situm, Johannes Episcopus Tusculanensis. Quod autem in parte Aquilonari ad nomen Beati Gregorii Hubaldus Episcopus Savinensis: Sancti verò Nicolai Hierasmus Episcopus Segninus sollempniter dedicavit. Quorum sanè Sanctorum Reliquiæ tunc in singulis altaribus sint reconditæ, opportunum hoc in loco inferere duximus. In altare itaque Beati Benedicti habentur Reliquiæ Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi. B Martyrum autem Alexandri Papæ, Sebastiani, Cyriaci, Christiani, & Dariæ. (h) Os scilicet cruris, brachii, capitis, & ancæ Abdon, & Sennen, atque Cecilie virginis. Præter has etiam duo argentea scrinia, plurima diverforum Sanctorum pignera continentia intra ipsum altare honorificè sunt in marmore superiori suspensa, quæ (i) Reverendissimus Benedictus Papa ob amorem, & reverentiam Sanctissimi Patris nostri Benedicti de arciivo (6) Lateranensis palatii abstrahens, in hac Ecclesia Casinensi direxit primo anno Abbatis nostri Theobaldi, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo vicesimo tertio, & hoc omnino interdixit idem Sanctissimus Papa, ut nullus præsumat hinc aliquid auferre. C Reliquiæ autem istæ sunt de Ligno Domini, de Sanguine Domini (7), de Vestimentis Domini, de Spinea corona, de Lapide Sancti Sepulchri, de Velo Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Apostolorum Petri, & Pauli, Andree, Johannis, Jacobi, & Thomæ, Bartholomæi, & Mathæi, Simonis, Judæ, & Mathie. Spongiam cum Sanguine Sancti Protomartyris Stephani, Laurentii, Stephani Papæ, Pelagii Papæ, Martini Episcopi, Prudentii, Juliani, Augustini, Christofori, Emilianii, Nicandri, & Marciiani, Alexii, Anastasie, Eugenie, Johannis, & Pauli. Quadraginta Martyrum, & aliorum multorum locatæ sunt. In altare Sancti Johannis habetur D (k) de Spongia, quæ fuit imposita Christo cum

nota ejus inconsculta quicquid lubet proscrubendi licentia; qua perplura alia hic vitare non erubuit. Sergium verò appellatum, utriusque Urbis, Neapolitanæ, & Surrentinæ tunc Ducem, ex monumentis Neapolitanis, & Surrentinis compertum se habere, testatus est mihi eruditus, ac doctus Amicus Carolus Borrellus, quem adi in suo Vindice Neapolitanæ Nobilitatis pag. 142. & seqq. ubi Serisalium Surrentinorum genus ab hoc Sergio Duce deducit.

Quæ autem Reipublicæ forma tunc vigeret Surrenti, & Neapoli, quæ Urbes Ducibus, & Consulibus regebantur, non est præsentis instituti discutere. Consulendi laudatus Borrellus ibidem, & Peregrinus in sua Campania circa finem.

- (6) Arcivum, Arcibum, seu Archivum est Tabularium, locus nempe, ubi disponuntur, & servantur tabulæ publicæ; Græcè quoque dictum Grammatophylacium, de eo Ulpianus de Pænis l. moris. Hic verò sumi videtur pro loco, ubi reponebantur sanctorum reliquiæ in Lateranensi Palatio; alias Theaurus appellatus.  
 (7) An fuerit sanguis naturalis, vel miraculosus? non distinguit: Quo autem cultu adorandus esset sanguis Domini, ex ejus Sanctissimo Corpore in Passione delluxus, si quicquam ejus post Ascensionem apud nos remansisset, disputent Theologi; cum quibus de hoc nos egimus in Commentariis ad Tertiam partem Divi Thomæ.



cum aceto. De Lapide Sancti Sepulchri Sanctæ Dei Genitricis Mariæ. Ex oleo de candelâ Sancti Sepulchri, quæ videlicet per singulos annos, modo valde mirabili, cœlitus die Sancti Sabbati Paschalis, videntibus cunctis, accenditur (8). De Manna Sepulchri Sancti Johannis Evangelistæ (9). De Aqua Jordanis, ex eo loco, ubi Dominus baptizatus est (10), & de Reliquiis (l) Sancti Laurentii; Sebastiani, & aliorum (m) multorum. In altare Sanctæ Mariæ habetur de Lapide Sepulchri ejusdem, & de Reliquiis Martyrum Dionysii Episcopi, Cæsarii Diaconi, Stephani Papæ, Primi, & Feliciani. In altare Sancti Gregorii habetur de Lapide Sancti Sepulchri, de Vestimento Sanctæ Mariæ, de Vestibus Apostolorum Petri, & Pauli, & de Reliquiis Sanctorum Quadraginta Martyrum, nec non Pancratii, Valentini, & Hylarii, Martini Episcopi, & de Dalmatica Sancti Ambrosii. (n) In Turre argentea, quæ est in arcu majori, hæ reliquiæ positæ sunt, de capite Sancti Johannis Baptistæ, de Vestimentis Sancti Johannis Evangelistæ, Andreæ Apostoli, Sebastiani, Quadraginta Martyrum, de Velo Sanctæ Agathæ, de Vestimentis Sanctæ Suffannæ. In Absida Sancti Johannis. In Corona Salvatoris, Lignum Domini, Lapidem Sancti Sepulchri. Super omnia verò hæc, quod tacendum non duximus, in singularum columnarum ejusdem Basilicæ capitellis, tempore constructionis, reverenter satis in æreis pixidulis Reliquiæ Sanctorum (o) Philippi, & Jacobi, Johannis, & Pauli, Nicandri, & Marciani, (p) Cornelii, & Cypriani, Cyrini, & Maximi, Sebastiani, Focæ, Euticii, Quadraginta Martyrum, de Capillis Sancti Remigii Episcopi, & aliorum multorum locatæ sunt. In altare Sancti Nycolai habentur Reliquiæ Sanctorum Martyrum Cornelii, & Cypriani, Sebastiani, Nicandri, & Marciani, Cyrini, & Maximi, Focæ Episcopi, Euticii, Quadraginta Martyrum, & de Capillis Sancti Remigii Episcopi. (q) In quattuor an-

(1) deficit, S. Laurentii.  
 (m) multorum, quæ in priori Altare ipsius reconditæ fuerant.  
 (n) deficit. In Turre argentea, &c. usque ad illa, Super omnia verò hæc.  
 (o) deficit, Philippi, & Jacobi.  
 (p) deficit, Cornelii, &c. quorum loco sic habetur, & aliorum quorundam locatæ sunt.  
 (q) deficit. In quattuor angulis, &c. usque ad finem.  
 (r) S. Mariæ Lapide.  
 (8) Idem refert Goar in Rituali Græcorum. Vide mox nu. 10.  
 (9) Mortuum fuisse Sanctum Evangelistam, ejusque sepulchrum, & reliquias veneratas Ephesi, testantur antiqui Patres, quicquid dicant recentiores. Vide Baron. in notis Martyrolog.  
 (10) In censu reliquiarum Ecclesiæ Exoniensis apud Monast. Anglic. pag. 225. De Jordane, ubi Dominus noster erat baptizatus. De candelâ, ab Angelo Dei, cœlesti lumine, accensa apud Domini nostri sepulchrum in vigilia Pasche. Christiani Hierosolymam peregrinantes, quicquid poterant, exinde revehebant in memoriam locorum, qui Christi præsentia consecrati fuerant. Præsertim ex Aqua Jordanis, & ex eo loco, ubi Christus aquis ablutus; cum tamen nunquam eadem aquæ fluvii, nam, ut est in Adagio. In eundem fluvium bis non descendimus.  
 Historia consecrationis Basilicæ Casinensis, quam separatim descriptam habemus in Cod. 47. conjectat Antonius Caracciolo, qui eam edidit, scriptam fuisse à Petro Diacono. Sed, ut Caracciolo non assentiam, illud in primis facit, quodd temporâ non conveniunt. Nam Tom. IV.

angulis Campanarii hæ Reliquiæ sunt, Lignum Domini, de Lapide Sancti Sepulchri, de Vestimentis (r) Sanctæ Mariæ, Lapide de Sepulchro ejus, Sanctorum Apostolorum, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Martini Episcopi. In Cruce Campanarii Lignum Domini, de Capite Sancti Johannis Baptistæ, Bartholomæi Apostoli, Cyriaci Diaconi. In Frontispitio Ecclesiæ, in Cruce ærea, Lignum Domini, de Lapide Sancti Sepulchri, Mauri Abbat, & Sanctorum Martyrum Johannis, & Pauli.

De frequentia populorum propter absolutionem huc concurrentium.

CAPUT XXXI.

**P**eracta igitur sollempniter celebritate Missarum, & Apostolicæ potestatis auctoritate, tam iis, quos tunc præsentibus esse contigerat, (a) quam omnium, qui per octo continuos dies ob devotionem tantæ sollempnitatis ibidem accurrere possent, confessorum peccatorum absolutione concessa (1), cum maxima, & ingenti lætitia singuli redierunt in sua. Verum præfatæ absolutionis gratiâ, tanta undique huc diversi sexus, atque ætatis per eosdem octo dies hominum se continuavit frequentia, ut neminem ferè illorum, qui ad primum diem confluxerant, domum remeasse putares.

Nec modus est populis cœventibus agmine denso, Nec requies, properant in lucem à nocte, diemque Expectare piget.

(b) Lucani cœvent populi, coit Apula pubes, (2) Ac Calabri, & cuncti, quos alluit æstus uterque, Qui lavâ, & dextrâ (c) Latium circumstrepit omne:

Ipseque (d) cœlestium sacris procerum monumentis

Roma, Petro, Pauloque potens, rarefcere gaudet. Milia profundens ad mœnia celsa Casini, Vincit iter durum pietas, amor & Benedicti, Vincit & alma fides (e) præsens de omnibus istis (3)

Creditur, & Summi Benedictus gloria Christi. In-

**A**uctor se scribere profitetur, quæ præsens viderat. Petrus autem Diaconus tunc natus non erat, quippe quem parentes Divo Benedicto obtulerunt quinquennem, anno salutis quindicesimo centesimo supra millesimum, ut infra lib. 4. cap. 66. Quare verosimilius puto exaratam fuisse à Leone Ostiensi, qui eo tempore, & Casini vivebat, & Bibliothecarius erat, cui ex officio incumberebat memoriæ tradere quæ in Cœnobio accidissent.

IN CAPUT XXXI. NOTÆ.

(a) quàm omnibus.  
 (b) Campani.  
 (c) def. Latium.  
 (d) cœlestium.  
 (e) Præsens Deus omnibus istis. Alma dies magnis celebratur cœtibus, omnes Vota dicant sacris rata postibus omnia gaudent. Terrarum, & Cœli. Nos quoque felices quibus istum cernere Christus, Et celebrare diem tribuit, tantoque Patrono Gratari, & lætos inter gaudere tumultus.  
 (1) In hoc sensu accipiendus est Auctor, si quando de confessione nō meminit, nam subauditur, ex usu.  
 (2) Hi versus ex parte sumpti sunt è Terrio Natali Paulini Nolani. Dum autem celeberrimæ dedicationis historiam scribit Ostiensis, exultans mente, Enthusiastimoque velut quodam incallescens, profam carmine miscet. Adfuit enim pompæ, ut sæpè testatur; & singillatim hinc in suo Codice. Nos quoque felices, quibus istum cernere Christus, Et celebrare diem tribuit.  
 (3) Codex B. Præsens Deus omnibus istis. Legendum puto. Præsens Deus omnibus istis, creditur, &c. At Lauretus aliter.

Infidelem certè quisque se credere, miserum penitus æstimare, si tantæ sollempnitatis, vel fini tandem non satageret interesse. Ex eo jam per totum Christianum orbem cœpit celebritatis tantæ gloria divulgari, ex tunc iste locus, licet ab olim Benedicti Patris meritis famosus, ac nobilis fuerit, nobilior multo, ac gloriosior cœpit haberi, Patrisque Desiderii nomen apud plerosque jam dudum magnum, & celebre, celebrius deinceps, ac nobiliter per Occidentem (f) totum diffundi, prudentiæ simul, ac religionis maximæ ab omnibus prædicari, omnibusque ipsius temporis Abbatibus ubique locorum non solum in Occidentalibus, & Orientalibus partibus, sed & per orbem terrarum ab omnibus censebatur jure præferri. Partim igitur desiderio Desiderium visendi; partim verò templi tam vulgari, & tam celebris contuendi, partim denique in hoc Sacrosancto Cœnobio conversandi, & Deo, quoad viverent, serviendi, multi ex multis, & extimis terrarum partibus huc cœpere confluerent, & hylariter Desiderio recipiente, factum est, ut intra ipsum ferme biennium ad secundum circiter centenarium congregationis loci hujus se numerus porrexisset. Jam verò diversorum Regum, atque (g) Potentium utriusque sexus, quanta circa eundem venerabilem Patrem cœperit haberi devotio, supplices ad eum litteræ, & munera decencia testabantur, quibus se, suosque omnes, tam suis, quàm Fratrum sub eo degentium precibus attentius commendabant.

*De Regina Agnete, & Oblationibus ejus.*

#### CAPUT XXXII.

**N**EC Imperatricis quoque Agnetis (1) dignum videtur religiosam tacere devotionem, quæ velut altera Regina Saba, Salomonis alterius, & alterius Templi magno videndi desiderio ducta, ex ultimis huc Germaniæ finibus adventavit, ac per medium ferme istius anni spatium commorans, multò majora se de his, quæ super hoc loco auditu

(f) totum ferè.

(g) Potentium tam Italicorum, quàm Ultramontanorum, quàmque Transmarinorum.

#### IN CAPUT XXXII. NOTÆ.

(a) diaspram.

(b) def. Pannum diarodanum frif. cum auro ante fac. majoris altaris.

(c) dorsale.

(d) Evangelium.

(1) Uxor fuit Henrici Secundi, vel Tertii filii Conradi. Mater Henrici Tertii, vel Quarti, Virago prudentissima, quæ post viri mortem, Henrici parvuli, & Imperii gubernacula suscipiens, pacificè rexit. Postea filius Principum aliquorum invidiâ à Matre alienatus, ejusque consilia parvipendens, in eam etiam machinatus, multis turbis se miscuit. Ipsa verò, nolens turbis se involvere, Italiam petens, Monasticam vitam elegit, ac primùm in Monasterio Fructuariæ in agro Taurinate, tum Romæ in Ecclesia Sanctæ Petronillæ, vitæ reliquum transegit, ac sanctis operibus plena quievit in Domino anno 1077. ejus à confessionibus fuit Petrus Damiani Episcopus Cardinalis Ostiensis, qui de ea mira narrat. Sepulta fuit in Basilica Sancti Petri juxta altare Beatæ Petronillæ. Antonin. Bucelin. & alii.

(2) Cum fascia, vel friso aurato. Vide Turnebum in Adversar.

(3) A' *Dossali*, seu *Dorsali*, venit *Dossello* pro Baldachino Pontificali, & Principum: nam prius erat tantùm dorsalis pannus.

**A** perceperat, tam secundum Deum, quàm secundum seculum videre gaudebat, & asserbat, meritò censens, & locum, & Patrem, & Fratres per totum orbem sui Ordinis hominibus celebriores habendos. Optulit autem B. Benedicto, prout Augustalem dignitatem decebat, dona magnifica, idest planetam (a) diasperam, totam undique auro contextam. Albam quoque à scapulis, & capite, ac manibus friso decentissimè adornatam, à pedibus verò frisea nichilominus lista, mensuram ferme cubiti in latitudine habens circumdatam, simulque, & amictum cum brusto (2). Pluviales duos purpureos pretiosis aureis listis ornatos. (b) Pannum diarodanum frifatam cum auro ante faciem majoris altaris. Nec non & pallium magnum cum elephantis, quod (c) dorsale (3) cognominant. (d) Euglium cum tabula fusili de argento opere anaglypho, & pulcherrimè deaurato. Duo quoque candelabra argentea æquè fusilia, pondo librar. XII.

*De variis Ecclesiæ ornamentis, & qualiter ad ampliandum Claustrum destructis prioribus officinis iterum eas fecerit.*

#### CAPUT XXXIII.

**L**IBET nunc post Ecclesiæ dedicationem residua exornationis ipsius describere, ut licentiùs deinceps valeamus Desiderii gestis, tam in ædificiis, quàm & in aliis quibuslibet magnificentissimis operam dare. Ad supradictam igitur Regiam urbem quendam de Fratribus cum literis ad Imperatorem, & auro triginta & sex librarum pondo transmittens, auream ibi in altaris facie tabulam, cum gemmis, ac smaltis valde speciosis patrari mandavit, quibus videlicet smaltis nonnullas quidem ex Evangelio, ferè autem omnes Beati Benedicti miraculorum insigniri fecit historias. Quem certè nostrum confratrem Imperator Romano (1) nimis honorificè suscepit, & quandiu ibi mansit, honestè cum suis omnibus, reverenterque tractavit, & quicquid (a) ornamentorum inibi vellet efficere, Impe-

#### IN CAPUT XXXIII. NOTÆ.

(a) operum.

(1) Lauretus sustulit Romano, timuit, puto, ne de Romæ Imperatore per errorem scriptum fuisset, cum de Constantinopolitano accipiendum esset. Quasi verò, quod ipse nesciebat, nemo alius scire posset. Romano, ut alias diximus, nomen est proprium Imperatoris Orientalis. Fuerunt autem hoc nomine plures, hic sumitur de Romano Secundo, qui & Diogenes appellatus. Anonymus Barenensis in Chron. anno 1068. Indict. 6. obiit Constantino Ducbizzi, & surrexit Imp. Romano Diogeni. Hic Eudociam Imperatoris Constantini Ducæ (Ducbizzi ab Anonymo dicti) viduam in uxorem accepit. Sed circa Kalendas Octobris anni 1071. imperio ejicitur, cæcatur, & mortuus est, ex Zonara. Sed Anonymus Barenensis id refert ad ineuntem annum 1072. captumque ait mense Julio præcedenti, quæ si rectè adnotata sunt, consequens est dicere, missionem Monachi cum literis ad Imperatorem, de qua in hoc capite, postpositam fuisse ab Ostiensi, cum missus fuisset ante consecrationem Ecclesiæ anno 1071. Alioqui à Romano Imperatore, qui eodem anno captus, & cæcatus est, honorificè suscipi non potuisset, & quamdiu ibi mansit, honestè tractari, ut ait Leo. Satis autem verisimile est, Fratrem illum antea missum, ut scilicet opera reportaret opportunè ipsi Ecclesiæ dedicationi.

perialem ei licentiam tribuit. Fecit itaque & cancellos quattuor fusiles ex ære, ante altare scilicet hinc inde inter chorum, & aditum statuendos, Trabem (2) quoque nichilominus fusilem ex ære cum candelabris numero quinquaginta, in quibus utique totidem cerei per festiuitates præcipuas ponerentur, lampadibus subter in æreis uncis ex eadem trabe triginta & sex dependentibus. Quæ videlicet ærea traves æreis æquè brachiis, ac manibus sustentata, trabi lignæ, quàm pulcherrimè sculpi, & auro, colorumque fucis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est, & supra sex columnas (b) argenteas, quattuor, & semis in altitudine cubitos habentes, & octo libras per singulas in ipsa chori fronte constituit. Sub qua nimirum trabe, quinque numero teretes iconas suspendit, tredecim verò quadratas paris mensuræ, ac ponderis desuper statuit. E quibus videlicet decem ex quadratis prædictus Frater apud Constantinopolim crosso (3) argento sculpsit, ac deauravit, habentes per singulas aliæ libras quattuordecim, aliæ duodecim. Rotundas verò omnes, argentea solum urna (4) quattuor librarum (c) circumdans, cætera coloribus, ac figuris depingi græcâ peritiâ fecit. Tres verò alias de quadratis ejusdem metalli, atque mensuræ patrari, suorum artificum opere nequaquam dissimili, Desiderius iussit. Alteram quoque iconam rotundam, ex utraque parte argento mirificè sculpto, ac deaurato vestitam, argenteis etiam bullis (5) extrinsecus in giro circumdatam, quidam nobilis tunc Beato Benedicto à Regia urbe transmisit, cui postmodum similis alera fieri iussit, utraque est in ciburio altaris hinc inde suspensa. (d) Ceraptata etiam ærea fusilia valdè pulchra, duo magna, & parva septem supradictus Frater secum à Constantinopoli detulit. Fecit præterea Desiderius & aliam trabem de argento,

A librarum circiter sexaginta, sculptam nichilominus ac deauratam, quam in fornice majori ante altare super quattuor argenteas columnas ex parte inauratas decem libras, & quinque cubitos altitudinis habentes, locavit. Fecit & duas Cruces magnas (e) argenteas librarum per singulas triginta, quarum imagines cælaturâ satis mirificâ prominerent, easque sub prædicta trabe inter easdem columnas hinc inde super marmoreos stipites statuit. Tres porrò residuas majoris altaris facies argento librarum octoginta & sex benè sculpto, ac deaurato vestivit. Nam reliquorum trium altarum facies veteribus tabulis à tribus partibus adornatæ sunt. Quattuor etiam traves propter ciburium altaris simili modo sculpto, ac deaurato argento extrinsecus induit; ab intus verò petalis (6), & coloribus decoravit, è quibus duæ habent cubitos in longitudine sex, (f) libras viginti, & viginti, duæ verò aliæ cubitos quattuor, ac semis, libras viginti, & viginti. Sex etiam candelabra magna tres cubitos altitudinis habentia de productis, ac sculptis argento lamminis fecit, ana (7) sex, vel quinque librarum, quæ videlicet in festis præcipuis ante altare in directa linea posita accendi cum maximis faculis debeant. Pulpitum quoque ligneum ad legendum, sive cantandum longè priori præstantius, & eminentius fecit in ascensu graduum sex; idque diversis colorum fucis, & auri petalis de pulchro pulcherrimum reddidit. Ante quod columnam argenteam viginti, & quinque librarum, partim deauratam ad modum magni candelabri sex cubitorum in altitudine habentem supra basem porfireticam statuit, super quam videlicet cereus magnus, qui Sabbato Paschali benedicendus est, sollempniter debeat exaltari. Fecit & pharum, (8) idest coronam maximam de argento librarum circiter centum, habens in circuitu cubi-

- (b) deficit, argenteas.
- (c) deficit, quattuor librarum.
- (d) deficit. Ceraptata &c. usque ad. Fecit præterea.
- (e) argenti libras decem.
- (f) libras duodecim, & totidem, suppositæ interim columnis veteribus.
- (2) Pervēnit ad nos usque usus hujusmodi trabium sub arcu majori Ecclesiæ, nunc exolevit.
- (3) Non bracteis tantum argenteis vestivit.
- (4) Distinguit argenteam urnam à crosso argento. Ergo urnam argenteam accipere videtur pro Friso ex bracteis argenteis: supra cap. 11. nu. 5. *Gypsea urna*, & hic infra *De productis, & sculptis argento lamminis*.
- (5) Prominentibus tanquam clavis in forma Bullæ.
- (6) Petalon est folium latum, extensum, ex Græco *Petao*, quod est *extendo*, unde apud Josephum antiquit. Judaic. lib. 8. cap. 1. quod una versio legit, *stravit autem pavementum petalis aureis*, Altera habet. *Pavimentum etiam Templi constravit lamminis aureis*. Autor noster hic. *De productis, & sculptis argento lamminis, & mox, Diversis colorum fucis, & auri petalis*. Petalon vocabatur aurea lamina, quam in fronte gestabat Mosaicus Pontifex: Beda de Tabern. lib. 3. cap. 3. *Induatur feminalibus lineis, tunicâ lineâ, tbiarâ, petalo aureo, & Althelmus, Aurea, seu fulva, quas ornant petala fronte*. Propriè Petalum est bractea, seu folium subtile, & plicabile, ex auro, vel argento, vel auricalcho. Romæ, *oro cantarino*. Neapoli, *oro brattino*, nam & crepitum edere aptum est, & ex metalli bracteis constat. Artifex petala faciens. *Petalurgus*. Martin. Reperio etiam pro *Petalo Petilo*. Vide Vossium.
- (7) Ana æqualem distributionem, æquale pondus significat. Frequens medicis vox, cum scribitur. *Tom. IV.*

- D bunt pharmaca. *Cinnamomi, nardi, &c. ana unciam unam*, hoc est, misce uniuscujusque horum unciam unam, seu æqualem singulorum portionem. Delicatus tamen Laureti stomachus nausæa rejecit Ana.
- (8) Anast. Biblioth. in Silvestro. *Pharum ex auro purissimo, & in Benedicto Tertio Pharum argenteum*. Damasus de donat. Constant. *Pharum ex auro purissimo. Pharum cantbarum argenteum. Pharus cantbarus cum Delphinis. Pharum ante Altare, in quo ardet oleum nardinum*. Pharus originaliter fuit Insula sic appellata, ex adverso Alexandria. Deinde in ea Insula constructa fuit turris, in qua per noctem ignis arderet: unde turris à loco dicta est *Pharus*. Ammian. Marcell. lib. 22. loquens de Alexandria. *Hoc litus, ne fallacibus, & insidiosis accessibus affigeret, ut antebac, navigantes discrimibus plurimis, excogitavit in portu Cleopatra turrim excelsam, quæ Pharos à loco ipso cognominatur; valucendi navibus nocturna suggerens ministeria*. De insidioso, & difficili vado Alexandria concinit Solinus, & Hegesippus lib. 4. cap. 27. quamquam quod Marcellinus tribuit Cleopatræ, alii referant ad Ptolemæum, Softrato Architecto, qui & nomen suum, permissu Regis, structuræ inscripsit. Lindebrog. in Marcell. Tzetzez tamen chiliad. 2. cap. 33. consentit Ammiano. Turris ergo illa dicta est *Pharus* ab Insula in qua erecta fuit, non quod Turris ipsa vocata sit *Pharus*, ut vult Iliodorus lib. 15. cap. 2. Deinde omnis hujusmodi Turris *Pharus* appellata est, sic *Pharus Messanæ* dicitur Turris illa, quæ in aditu Isthmi, seu Freti dividētis Siciliam à Calabria, ad eundem finem dirigendi navigantes constructa conspiciatur.

cubitos viginti cum duodecim turribus extrinsecus prominentibus, sex & triginta ex ea lampadibus dependentibus, eamque extra chorum ante crucem majorem satis firmâ ferreâ catenâ septem deauratis malis distinctâ suspendit. His tantisper de constructione, consecratione, partimque decoratione novæ Basilicæ (g) quoquomodo exaratis, ad cætera Monasterii ædificia percomplenda simul cum nostro Desiderio reditum faciamus. Post transactam igitur solemnem Basilicæ dedicationem, cernens Desiderius divina cooperante potentia, simulque Patris Benedicti meritis, omnia quæ cœperant ad perfectum, prout optaverat, pervenisse, audentior jam, immo valentior factus, totius cœnobii ambitum decrevit ingenti animo spariare, & ut jam de aliquibus fecerat, reliquas officinas, cum his etiam, quæ ipsemet ante Ecclesiæ constructionem construxerat, renovare. Et primò quidem claustrum, quod tantæ Congregationi adhuc permodicum esse (h) constat, ampliare desiderans, everso mox vetere refectorio, quod satis enormiter à latere templo, à fronte verò Capitulo inhærebat, (i) quoque etiam ipse dudum bis tempore diverso adauxerat, in ulteriori illud parte futuri claustrum, juxta meridianum scilicet atrii Ecclesiæ latus decorum, valde, satisque magnum extruxit, diversisque rotum coloribus pictorum artificio composuit, & laqueari apposito trabibus, tegulis desuper operuit. Legivum quoque perpulchrum, & eminens in eo constituit, quod valde decenter gipso vestitum, cunctis spectabile reddidit. Cujus videlicet domus longitudinis incubitis quinque & nonaginta extenditur, latitudo in tribus & viginti porrigitur, (k) in quintadecimum verò altitudo sustollitur, ab Orientali parte habens ingressum, ab Occidentali verò Absidam, antequam profectò ampla valde Abbatis mensa ex transverso cernitur constituta. Habet autem à latere meridiano fenestras quattuordecim, circa pulpitem tres, à Septemtrionali verò duas tantum, duas quoque rotundas in frontibus singulis, omnes vitro, tam gipso, quam plumbo insigniter laboratas. Juxta eandem quoque domum ab Australi parte coquinam Fratrum, (l) amplam satis, & pulchram, in duobus invicem connexis fornicibus, quos una tantum columna sustentet, erexit, interque ipsam, & refectorium, gradus, & januam, unde quæque necessaria in idem refectorium, sive conferantur, sive referantur, constituit. Ex altera verò ipsius Coquinæ parte Cellarium statuit, ex quo videlicet tam refectorio, quam coquinæ, quælibet debeant necessaria tribui. Post hæc, cum necdum sufficiens sibi, ad tan-

Ergo cum in antiquis Ecclesiis suspendi soleant coronæ aureæ, argenteæ, vel æræ, quæ speciem turrium repræsentarent, Auctor noster hic. *Cum duodecim turribus extrinsecus prominentibus*, ex eisque lampades plurimæ penderent, eodem nostro dicente, *sex, & triginta ex ea lampadibus dependentibus*, ideo istiusmodi Coronæ *Pbari* sunt appellati. Vidi earum usum Mediolani, cujus Ecclesia priscorum rituum retinentior.

Quod itaque Noster ait, *Pbarum idest Coronam*, non accipiendum est, quasi verò *Corona* sit synonymum *Pbari*, sed quoddam *Corona Pbarus* diceretur, ob rationem adductam.

- (g) quomodolibet.  
(h) constabat.  
(i) quodque etiam.  
(k) in quindecim.

A tam Fratrum multitudinem, claustrum spatium videretur, vir certè magnanimis (9), & nimis magnæ fiduciæ, dormitorium, atque Capitulum, quæ dudum ipsemet magno valde sumptu, ac studio fabricaverat, nec non & veterem infirmitium domum ex integro est aggressus evertere, & claustrum ampliandi occasione, easdem quoque domos ampliores edificare. Quoniam igitur exteriorem dormitorii murum porrò longè ab altero in magno montis præcipitio statuebat, erigere quinque, crossam cubitis maceriam in fundamento, maximæ (m) firmitatis gratiâ jaciens, eam inducentorum spatium cubitorum per longum extendit, in altitudine autem cubitorum triginta erexit, quattuor & viginti cubitis in latitudine à muro interiori distantem. Habens à meridiano tantum fenestras amplas viginti, è quibus tres maximæ tribus columnellis marmoreis fulciuntur. Quæ videlicet domus longè priore amplior, firmior, ac pulchrior, studiosè nimis est, & fabricum peritiâ lateribus tecta, & pictorum artificio coloribus decorata. Juxta quam etiam in ulteriori capite ipsius, vestiarium Fratrum construxit, parvum quidem, sed satis competens, pulchrumque. His triennio circiter consummatis, montem è vestigio, qui intra jacebat, suffodere aggressus est, per longum scilicet cubitis centum & quinque, per latum autem quadraginta & novem, per altum verò (n) circiter septem. Sicque Capituli ædem ab Orientali parte per transversum constituit, ut interior ejus frontispicii angulus angulo exteriori (o) tituli Basilicæ sit connexus; absida verò ipsius (p) appropriare (10) dormitorio videatur. Cujus videlicet domus longitudo cubitorum quinquaginta & trium, latitudo viginti, altitudo autem octo & decem habetur, habet autem à latere uno fenestras vitreas speciosissimas novem, ab altero totidem, à frontispicio Aquilonali tres rotundas, ab Australi verò duas æquè rotundas, laqueari, & pavimento, seu picturis (q) pretiosissimis sufficientissimè decorata. Tantam autem tunc, cum ista suffoderentur, terræ motuum sumus experti frequentiam, ut uno quidem die vicibus decem & septem, per alios verò aliquot dies, nunc quattuor, (r) nunc duobus, modò etiam sex, vel quinque vicibus id per dies singulos sentiremus. Quod certè, propter innumeras ejusdem loci sepulturas tunc necessariò violatas (11), quæ sanctorum fortè hominum fuerant, non ab re contigisse multi putavimus. Aliàs sanè satis rarò hoc in loco solet fieri terræ motus (12). Verum quoniam ingens præcipitium ab interiori dormitorii parte remanserat, erectis secus domum

- E (1) *deficit*, amplam satis, & pulchram.  
(m) infirmitatis.  
(n) circiter decem.  
(o) *deficit*, tituli.  
(p) appropriale.  
(q) pulcherrimis.  
(r) nunc duo.  
(9) Rectè; ut etiam lib. 4. cap. 86. nec corrigendum.  
(10) Codex A. habet *Appropriale*. Emendavimus ex Codice B. & ex aperto sensu.  
(11) Ut in novæ nuper Ecclesiæ substructione! In quibus ramen nulla inscriptio, qua innotescere potuisset, cujus essent.  
(12) Utinam nunquam! non enim solo æquatum fuisset magnificentum Cœnobium, quod hic describit Noster. Anno etiam 1654. 23. Julii adèd valido terræ motu concussum est Monasterium, ut penè totum hisceret.



num eandem Cameris (13), & terra, faxif- que cætera replens injectis, itemque ante re- fectorium, in fronte videlicet clauſtri, curva nichilominus camera, cisternam maximam fabricans, ita demum totius clauſtri super- ficiem cœquavit: mox itaque arcus per gi- rum deambulatorios super centum & decem marmoreos (f) columnellas instituens clau- ſtrum omne in longitudinem cubitorum (t) centum & quinque, in latitudinem verò quin- que & septuaginta (14) diffudit. Cujus quia ea pars, quæ (u) majoris Basilicæ erat con- tigua, si cæteris cœquaretur, non aptus in eandem Basilicam esset ingressus, subtus item, & super deambulatorios fornices fecit, & in ejus (x) utriusque angularis marmoreos gradus, quibus in cætera descenderetur, insti- tuit, (y) ad capitulum quidem quintodecim- um, à refectorio verò tertriodecimum, to- tumque in circuitu, & lapideis pavementis bizantei (z) artificum (15) stravit, & pi- cturis pulcherrimis compſit. Nichil hoc mo- ratus expleto, solarium palatii illius, quod à Richerio cœptum ipse perfecerat, ab emi- nentia priori ad clauſtri planitiem deposuit, adque (aa) inibi infirmorum Fratrum quietem constituit. Porro ab occidentali parte clauſtri, juxta Cisternam videlicet, quam præ- diximus, cellam noviciorum ordine satis ap- tavit, in qua videlicet idem (bb) juxta re- gulare Institutum, & meditari, & quiescere, atque comedere novicii ipsi deberent, sicque jam tandem Fratres, qui eatenus super tot operibus inquietari, ac molestati plusquam satis extiterant, opportuna simul, & amœna quietis statione locatos, ordini de cætero re- gulari quantò ordinatiùs, tantò districtiùs ope- ram dare perdociuit. His igitur omnibus ex voto perfectis, & interioribus Fratrum offi- cinis decentissimè (cc), ut aptaverat, consum- matis, ad exteriora se nihilominus ædificia Monasterii (dd) perficienda impiger, ac for- tis accingit. Ab Occidentali igitur parte primùm maceriam firmissimam erigens, por- tam cubitos penè (ee) triginta extra veterem

- (f) columnas marmoreas.  
 (t) octoginta & quinque, in latitudinem verò quinque & sexaginta.  
 (u) deficit, majoris.  
 (x) utrisque angulis.  
 (y) à Capitulo.  
 (z) artificii.  
 (aa) inibi cum balneo, & cæteris opportunitatibus.  
 (bb) juxta Refectorium, videlicet Fratrum cellam.  
 (cc) ut optaverat.  
 (dd) reficienda.  
 (ee) triginta circiter cubitis.  
 (ff) scētis.  
 (gg) contiguo, ac propugnaculis civitatum more.  
 (hh) circumsepsit. Domum verò illam, quam non competenti loco propè Basilicam à parte Aquilonali ad Xenodochium olim constructa tue- rat, ampliozem, ac pulchriorem reficiens, ad hospitum nichilominus receptionem aptavit, ac in utrisque ipsis receptionum domibus, & lectos, & quæque necessaria abundantiſsimè apparavit. Pistrinum quoque ex eadem parte, haud longè à gradibus atrii, adèd amplum, pulchrumque construxit, ut, &c.  
 (ii) deficit. Non cessabat, &c. usque ad fin. cap.  
 (13) Arcubus videlicet, & fornicibus; non Cubiculis, nam Camera, seu Camara, vel Camura à curvatione dictæ sunt. Fest. Mart. Vols. Auctor noster pauld infra. Curva nichilomi- nus Camera cisternam maximam fabricans. Et iterum. Ingenti camera confirmavit, no- bis Volta.  
 (14) Codex Leonis legit 85. & 65. Fortè initu- opus tempore Leonis, mensuram ab eo signa- tam non excedebat: Consummatum deinde

A de quadratis, ac (ff) septis lapidibus sta- tuit, supra quam turrem fortissimam in qua- tuor magnis columnis erectam ingenti cama- ra confirmavit. Verùm cum exteriùs præci- pitium pateret immensum, tumulus verò in- teriùs magnus existeret, eo desosso, præcipi- tium illud faxis ejus, & terra, clivoso licèt tramite, pervium fecit, ibique juxta, extra portam scilicet. Xenodochium (16) maxi- mum fabricavit, itaque demum hinc inde mu- ro (gg) contiguo, ac civitatum more mu- nito, univsum Monasterium circumsepsit (hh). Dehinc Aquilonali parte Palatium quan- titatis non modicæ ad hospitum quorumque receptionem ædificavit. Pistrinum quoque tanto decore construxit, ut multi peregrino- rum huc venientium ignorantes, quasi ad Ec- clesiam sæpiùs illuc oraturi convenerint (ii). Non cessabat, dum ista agerentur, Desiderius conquirendis Ecclesiæ ornaminibus insudare, & undecumque posset, quibuscumque posset ingeniis, quæ ejus apta essent pulchritudini, comparare.

De Renovatione Ecclesiæ Sancti Martini, & Constructione Mansiunculæ Desiderii, & qualiter dedicaverit Ecclesias Sancti Bartholomæi, & Turrium Paradisi.

CAPUT XXXIV.

(a) Christo igitur duce, omnia sibi, prout optaverat, evenisse cogno- scens, hinc ad Ecclesiam Beati Martini, quæ sola ferè jam intra Monasterii ambitum de- veteribus ædificiis remanserat, renovandam totum cor Desiderius vertit. Diruta namque priori ejusdem Beati Martini Basilica, jactif- que in Christi nomine fundamentis, cœpit ejusdem Ecclesiæ fabricam in longitudine cu- bitorum trium & XL. latitudine viginti & VIII. altitudine XX. & IV. fenestras verò ab uno latere (t) IX. (b) ab altero totidem. (c) Porticus etiam utriusque parietes in sedecim

cu- ætate Petri, ad priorem mensuram additum fuit, quod Petrus in suo Codice adnotavit: nisi diligentius metitus fuerit Petrus, quod Leo non fecerat.

- (15) Correximus ex Codice B. cum Codex A. haberet Artificum. De hoc artificio supra di- xerat. Quadratarios artifices. Ex scētis la- pillis constructa, apud Romanos veteres, pa- vimenta, sæpè reperies in Scriptoribus.  
 (16) Hospitale ad Peregrinos, & Hospites excipien- dos, nam xenos Græcè, Peregrinum, & Ini- micum quoque sonat. Sic apud Latinos Ho- stis Peregrinum significat, & Inimicum. Cic. 1. de off. Hostis, apud majores nostros, is dicebatur, quem nunc Peregrinum dicimus. Gerontocotomium pro senibus, & valetudi- nariis, nam Geron senex.  
 E Brephotrophium, locus infantium pauperum, alendorum: à Brepbos infans, & Tropbe, educatio, esca, nutrimentum. Orphanotro- phium, pro orphanis. Ptochotrophium, quo pauperes, & mendici sustentantur, nam Pro- chia mendicitas: & hinc, fortassis, Italis Pitocco.

IN CAPUT XXXIV. NOTÆ.

- (a) def. Christo igitur duce, &c. usque, hinc.  
 (b) def. IX. ubi lacuna est.  
 (c) def. Porticus, &c.  
 (t) In Codice B. numerus vacat, opinor, quo tem- pore Leo scripsit, fabricam non fuisse con- summatam, vel inter fabricandum numerus est variatus, sic ubi vetustior Codex legit Columnas numero sexdecim. Codex Petri ha- bet, Novem, & novem.



cubitorum altitudine erigens, (d) fenestris quattuor, & quattuor, totidemque ab altero distinxit, & illas quidem, quæ in navi sunt, plumbo simul, & vitro compactis tabulis ferro ligatis inclusit. (e) In frontispicio porrò ejusdem Ecclesiæ fenestras tres, ac unam in absida distinguens similis decoris patrari mandavit. Illas autem, quæ in porticibus sunt, gipseas quidem, pari verò decore construxit. (f) Columnas verò novem ab uno latere, totidemque ab altero erexit. Secus ipsam quoque Ecclesiam curvato pariete, brevem quidem, sed perpulchram domum, ad ejusdem Ecclesiæ ministerium construxit. Cancellos verò lapideos, ante Beati Martini altarium mirificos patrari fecit. Absidam autem musivo decenter vestivit, in qua etiam aureis litteris hos versus describi præcepit.

*Cultibus extiterat quondam locus iste dicatus  
Dæmonicis, inque hoc templo veneratus Apollo,*

*Quod Pater huc properans Benedictus in omnipotentis*

*Vertit honore Dei, Martini & nomine Sancti,  
Hoc Desiderius post centum lustra vetustum,  
Parvumque evertit, renovavit, compsit, &  
auxit.*

Jam verò ipsius Ecclesiæ pavementum, quàm sit conspicuum, quàm speciosum, (g) ac diversorum marmorum multiplicitate contratum, oculis omnium patet. (h) Legivum quoque pulcherrimum auro, atque coloribus pictorum ingenio decoratum, ibidem extrui jussit. Ante ipsius namque Beati Martini altarium tabulam argenteam, (i) ac deauratam, & pulcherrimè scultam, quattuor & quadraginta libras habentem, Desiderius patrari mandavit, in qua omnes ferè Beati Evangelistæ Matthæi, & Sancti Confessoris Christi Martini desculpfit historias. Fecit & portas æreas in ingressu ejusdem Ecclesiæ. Juxta eandem verò Basilicam mansuunculas, in qua ipse (k)

(d) *def. fenestris quattuor usque ad illa, plumbo simul.*

(e) *def. In frontispicio, &c. usque ad illa. Illas autem.*

(f) *Columnas verò numero sedecim.*

(g) *def. ac diversorum marmorum multiplicitate contratum.*

(h) *def. Legivum quoque, &c.*

(i) *def. ac deauratam &c. usque ad illa. Fecit & portas.*

(k) *maneret. Circa eandem verò Ecclesiam bicameratam domum ad ornamentum ejusdem Ecclesiæ recondenda construxit transactis verò ad dedicationem majoris Ecclesiæ tribus annis, totidemque mensibus, anno videlicet Salvatoris à nativitate millesimo septuagesimo quinto incipiente tertio Nonas Januarii Ecclesiam Beati Bartholomæi Apostoli, quæ ad Occidentalem partem majoris Ecclesiæ satis decedenter sita est, cum grandi iterum lætitia, & exultatione cunctorum fratrum honorificè dedicata est à Johanne Sorano Episcopo.*

(l) *deficit, trabibus appositis, tegulis desuper operuit.*

(m) *def. In qua etiam, &c. usque ad, non multo post, quæ sequens narratio sic concepta est. Eodem etiam anno post octo circiter menses reliquæ duæ Basilicæ pulcherrimæ in extremis exterioris atrii, turrium modo hinc inde locatæ, pari studio, & honore sacratæ sunt quarto Idus Septembris, quarum alteram, quæ à dextra parte ad honorem Beati Archangeli Michaëlis constructa est, prædictus Johannes Soranus Episcopus consecravit.*

(n) *Proti, & Jacinthi. Alteram verò à læva, ad honorem B. Apostolorum Principis Petri, nec*

*maneret construens, (l) trabibus appositis, tegulis desuper operuit. Hæc ubi, cooperante Domino, prout optaverat, consummavit, Beati Bartholomæi Apostoli Basilicam, cum Fratrum universo conventu tertio Nonas Januarias à Johanne hujus ante Cœnobii Monacho, post Sorano Episcopo, fecit sollempniter dedicari. In cujus altari Apostolici Corporis partem non exiguam in argentea recondidit capsâ, (m) in qua etiam has reliquias posuit, de lapide Sancti Sepulchri, & Sanctorum Johannis, & Pauli, Viti, Januarii, Hermetis, & Quadraginta Martyrum. Enimverò tantæ apud Romanum Pontificem Desiderius auctoritatis habebatur, & gratiæ, ut in quibuscumque vellet proprio pastore viduatis Ecclesiis, vel Cœnobiis juris ei esset, suis ex Fratribus Episcopos substituere, vel Abbates. (2) Non multo post hæc temporis evoluta, ædeculas quoque illas, quas instar turrium in atrii diximus angulis constitutas, alteram ab eodem Johanne, alteram à Leone fecit Aquinensi Episcopo, magna cum lætitia, dedicari quarto Idus Septembris. Sanè in altari Beati Archangeli Michaëlis reliquias condidit Sanctorum Nicandri, & Marciani, Johannis & Pauli, Viti, Mercurii, & Caterinæ, & vocabula (3) Sanctorum Apollinaris Episcopi, (n) Proti, & Jacinthi. Altare verò Principis Apostolorum Leo Aquinensis Episcopus divino nomini, ipso Domino Abbate, omniumque Fratrum præsentem conventu, cum magna lætitia, & devotione sacravit. In eodem verò altario reconditæ sunt reliquiæ istæ. De quinque panibus ordeaceis, & Sanctorum Apostolorum Petri, Mathæi, Jacobi, Nazarii, & Celsi, Januarii, Felicissimi, & Agapiti, Sergii, & Bachi, Nicandri, & Marciani, Aurelii, Protasii, Fortunati, & sociorum ejus, & de vestimentis trium puerorum.*

De

*plura in illo Codice, qui hoc loco subsistit.  
Hic terminatur Liber Tertius Chronici  
solius Leonis.*

(2) *Dempsit hanc clausulam editio Neapolitana, quod importunè videretur inserta ex cap. 26. At importuniùs expuncta, & præter fidem. Et sanè Gregorius Septimus Alexandri Secundi successor lib. 9. Epist. 11. eidem Desiderio sic scribit. Rogamus, & monemus, ut quemadmodum te decet, ita nobis adbereas, quatenus Sanctæ Matris tuæ Romana Ecclesiæ honor, quæ de te multum confidit, nunc, & semper robur obtineat. Et ipse, de quo hic Alexander Secundus, referendus cap. 35.*

(3) *Lib. 4. cap. 8. Vocabulum S. Hieronymi. Hoc caput claudit Codicem B. qui solam Leonis Ostiensis historiam continet. Perperam verò Lauretus, Ostiensis scripionem terminari putavit capite præcedenti, præve accipiens testimonium Petri, qui cap. 66. lib. 4. auctorem se scribit auctarii hujus chronici à renovatione Ecclesiæ Beati Martini: Cum id exclusivè accipiendum esset, non inclusivè. Certè hoc caput legitur in Codice Leonis, cujus stylum sapit. Et multa hæc variavit Petrus, ut hinc saltem agnoscere potuerit Lauretus ab utroque scriptum fuisse, deinceps enim varias lectiones nostrorum manuscriptorum non habebis; ex unico quippe Petri Codice sequentia sumpsimus, subicit autem hic Leo, alius primùm distractus muneribus, nam Cardinalis Episcopus creatus fuit, tum demum morte præoccupatus, fidem, quam oppignorerat, solvere poris non fuit, ut ait Petrus Diaconus in Prologo libri quarti: solvit autem pro eo Petrus, sed non in eadem moneta.*

De (2) Alberico, & qualiter vocatus  
interfuert Synodo. De Alfano;  
De Amato, & Constantino  
Africano.

## CAPUT XXXV.

**P**ER idem tempus Albericus Diaconus (1) vir disertissimus, ac eruditissimus ad hunc locum habiturus advēnit. Hic in hoc Monasterio positus composuit librum de Virginitate Sanctæ Mariæ, librum dictaminum, & salutationum. In Musica Dialogum. Contra Heinricum Imperatorem de electione Romani Pontificis. Vitam Sanctæ Virginis Christi Scolasticæ. Omeliam ejus. Vitam Sancti Dominici. Passiones Sanctorum Modesti, & Sancti Cæsarii. Librum de dialectica. Temporibus verò ejus facta est Synodus in Urbe Roma adversus Berengarium (2) Diaconem Ecclesiæ Andecavensis, qui inter multa, quæ asserere nitebatur, dicebat Sacrificium Corporis, & Sanguinis Domini figuram esse. Cùmque nullus ei resistere valeret, idem Albericus evocatur ad Sinodum, quò dum venisset, post varia conflictationum genera, cùm pars parti non cederet, idem Albericus ebdomadæ unius acceptâ licentiâ, librum adversus eundem Diaconem de corpore Domini edidit, Sanctorum Patrum testimoniis roboratum, in quo omnes assertiones ejus destruxit, æternæque oblivioni tradidit. Fecit & versus in vitam Sanctæ Scolasticæ. Rithmos in Pascha, de die Judicii, de pœnis Inferni. Epistolas quoque quamplurimas ad Petrum Hostiensem Episcopum. Rithmos de gaudio Paradisi, de die mortis, de Monacho pœnitente. Composuit & alia nonnulla, quæ in nostram notitiam non venerunt. Eo etiam tempore Alfano (3) Salernitanus Archiepiscopus, & hujus Cœnobii Monachus, cujus supra meminimus, vir in scripturis sanctis eruditissimus, & notitiâ Ecclesiasticorum dogmatum ad plenum instructus, composuit nitido, & lucidissimo sermone passionem Sanctæ Christinæ, & librum ymnorum, & versuum. Amatus quoque Episcopus, (4) & hujus Mo-

**A** nasterii Monachus his diebus scripsit versus de gestis Apostolorum Petri, & Pauli, & hos in quattuor libros divisit. Ystoriâ quoque Normannorum componens, nomini ejusdem Abbatis dicavit. Istius porrò Abbatis tempore Constantinus Africanus (5) ad hunc locum perveniens, sanctæque habitum religionis induens, Ecclesiam Sanctæ Agathæ in Averfa à Richardo Principe sibi concessam in hoc Sancto loco devotissimus optulit. Necessarium planè videtur ad posterorum memoriam, quantus hic, vel qualis fuerit, litteris tradere. Hic igitur è Cartagine, de qua oriundus erat, egrediens, Babiloniam petiit, in qua Gramatica, Dialectica, Geometria, Arithmetica, Mathematica, Astronomia, nec non & Phisica, Chaldeorum, Arabum, Persarum, Saracenorum, Ægyptiorum, ac Indorum plenissimè eruditus est: Completis autem in edificendis istiusmodi studiis, triginta & novem annorum curriculis, ad Africam reversus est. Quem cùm vidissent Afri, ita ad plenum omnium gentium studiis eruditum, cogitaverunt occidere eum. Quod Constantinus agnoscens, clam navem ingressus, Salernum advēnit, ibique sub specie inopis aliquandiu latuit. Deinde à fratre Regis Babiloniorum, qui tunc eò advenerat, agnitus, ac in magna honorificentia apud Robbertum Ducem habitus est. Exinde verò Constantinus egrediens, ad hunc locum pervēnit, & ordine, quo supra retulimus, Monachus factus est. In hoc verò Cœnobio positus, transtulit de diversorum gentium linguis libros quamplurimos, in quibus sunt hi præcipuè. Pantegnum, quem divisit in libros duodecim, in quo exposuit, quid medicum scire oporteat. Præcticam, in qua posuit, qualiter medicus custodiat sanitatem, & curet infirmitatem. Librum graduum, Dietam ciborum, Librum februm, quem de Arabica lingua transtulit, Librum de Urina. De interioribus membris. Viaticum, quem in septem partes divisit, videlicet de morbis in capite nascentibus, dehinc de morbo faciei. De Instrumentis. De Stomachi, & intestinorum infirmitatibus. De languore epatis, renum, vesicæ, splenis, & fellis. De his, quæ in exteriori cute nascuntur. Expositio-

## IN CAPUT XXXV. NOTÆ.

(a) *Aberico.*

(1) Albericum inter Cardinales coopratum referunt Ciaconius, Bucelinus, aliique; Auctor noster non explicat, ejus opera quædam extant in nostra Bibliotheca, ut opera Alfani, & Constantini. Hujus Alberici memoria colitur in Menologio Benedictino 17. Octobris. Perperam tamen hic Albericus à Ciaconio confunditur cum alio Alberico ab Oppido septem fratrum; cui tribuit opuscula contra Berengarium, & alia, quæ sunt hujus alterius Alberici, ut constat ex hoc capite, neque ætate sunt pares, ut neque doctrina. Vide Marum.

(2) Baronius tom. 11. anno 1059. Leonem Ostiensem fugillat, quòd nimis glorianter, ac valde mendaciter scripserit Berengarium ab Alberico nostro confutatum, atque convictum, cùm Berengarius errorem suum sponte damnaverit in Synodo. At in primis, non Leonem, sed Petrum Diaconum dicere Baronius debuisset: nam hoc caput Petrum agnoscit auctorem. Deinde distinguere oportet duas Synodos contra Berengarium. Primam sub Nicolao Secundo anno 1059. & in ea Berengarius sponte damnavit hæresim. Alteram sub Gregorio Septimo, annis viginti post priorem, nempe anno 1079. & in hac secunda altercatum fuit cùm Berengario, qui ad vomitum redierat.

Vide summam Conciliorum Coriolani, qui acta hujus Concilii extare ait post Epistolam 17. lib. 6. ejusdem Gregorii, Lauretus quoque Baronio responder in libro de existentia, &c. pag. 203. Abjuratorem Berengarii habemus de Consecrat. dist. 2. *Ego Berengarius, &c.* Opera omnia Alberici manuscripta extare in Bibliotheca Conventus Sanctæ Crucis Fratrum Minorum Conventualium Florentiæ, testatur Joannes Baptista Marus in notis ad Petr. Diac. in Alberico, quædam habemus inter nostra.

(3) De quo supra Leo cap. 7. & nos ibi. Ejus carmina edidit Ughellus tom. 2. Ital. sacr. præter aliqua apud nos extantia. Ad Marum loco citato in Alfano. Heroicum Poëma de duodecim Fratribus Martyribus, mille carminibus constans, integrum extat in Codice nostro 280. quod mutilum edidit Surius. Inter sanctos refertur Alfano à Vvione, & aliis.

(4) Cujus Sedis incompertum. De Amato idem Petrus Diaconus de Vir. Illustr. ubi vide Marum. Historiam Normannorum, quam extare in nostra Bibliotheca indicat idem Marus, eo fato nobis periisse puto, quo alia quamplurima: Jactura certè deploranda omnibus Calinatibus: mihi verò maximè.

(5) Quæ hic narrat Petrus de Constantino, repetit in libello de Vir. Illustr. quo loco etiam Marus.

fitionem Aforismi. Librum Tegni (6). Megategni, Microtegni. Antidotarium. Disputationem Platonis, & Ypocratis in sententiis. De simplici medicamine. (7) De Genecia. De pulsibus. De experimentis. Clofas herbarum, & specierum. De oculis.

*De Dæmoniaco, & Clauda quadam curatis ab Alexandro Papa, & de Cambio de Sancta Maria de Palladio, & Concessione Terracinenfis (a) Civitatis.*

## CAPUT XXXVI.

Sequenti tempore supradictus Papa Alexander Urbem egrediens, venit ad hoc Monasterium. Qui à Desiderio honorificè susceptus, dum Abbatem Cameram, quæ juxta Ecclesiam Sancti Nycolai constructa est, ingressus fuisset, Dæmoniaco quidam, qui tunc illò advenerat, ei factus est obvius, quem Sanctus Pontifex ut vidit, orationem fundens ad Dominum, dixit ad Dæmonem. Præcipio tibi immunde spiritus in virtute Domini, ut exas ab hoc homine, & vadas in illum locum, ubi nec avis volat, nec vox hominum resonat, & sis ibi usque ad diem judicii. Mirabilis Deus in sanctis suis, qui invocantes se, & de sua misericordia præsumentes velociter exaudire dignatur. Nam Dæmon ad ejusdem Pontificis præceptum hominem relinquens, cuncti, qui aderant, laudare cœperunt, & benedicere Deum. Nec hoc tacendum videtur, quod omnipotens Deus per eundem suum famulum operare dignatus est. Nam cum Civitatem Aquinum pertransiret, (b) Claudam quandam in itinere jacentem invenit, cujus infirmitati idem compatiens Pontifex, aquam de qua post Missarum sollempnia suas manus abluerat, ei ad bibendum tradidit, quam mox ut in potum accepit, sanitati reddita, gratias Deo referre permaximas cœpit. Fecit præterea idem Sanctissimus Pontifex Patri Desiderio privilegium de Monasterio Sanctæ Mariæ in Palladio, (1) cum attinentiis suis, recipiens

(6) *Tegno seu Techne est Ars. Mega, Magna, Micros parvus. Pan, totum, omne: Compositus ergo Constantinus librum Artis, Artis magnæ, Artis parvæ, & Pantegnum, totius artis. Hæc, & alia hinc erasit Lauretus.*

(7) *Seu Gynæcia, hoc est de Membris, ac corporibus fœminarum, ut explicat Petrus de Vir. Illustr. Sicut Gynæceum, locus, ubi versantur mulieres.*

## IN CAPUT XXXVI. NOTÆ.

(a) *Civitas.*

(b) *claudam quandam.*

(1) *Supra lib. 2. cap. 97. & infra lib. 4. cap. 81. Exemplum hujus Privilegii legitur in Regeſto num. 31.*

*Alexander Episcopus servus servorum Dei. Desiderio Religiosissimo Abbati Cœnobii Sancti Benedicti, nec non & Reverendissimo Sancti Petri Cardinali, &c. quod ait Sancti Petri Cardinali, non explicat titulum proprium Cardinalatus; hic enim erat Sanctæ Cecilie, ut supra cap. 13. sed Sancti Petri Cardinalem, id est, Ecclesie Romanæ, quæ S. Petri Ecclesia dicitur, qui illam immediatè rexit. Tum in corpore diplomatis sic disponit:*

*Quapropter, Carissime Frater, & Consacerdos, quia prudentiam tuam maximè lateri nostro optamus adharere, sereno vultu, tam tibi, quam tuis successoribus Casini montis Abbatibus, receptâ investiturâ Sanctæ Hierusalem Cœnobii, quam felicis memoriæ Leo Episcopus hospitandi gratiâ Richerio antecessori tuo contulit; tradimus, & concedimus Abbatiam Sanctorum Martyrum Sebastiani, & Zofimi,*

ab eo Ecclesiam Sanctæ Jerusalem, quam Leo Papa Reverendissimus, sicut supra taxavimus, Richerio Abbati nostro tradiderat. Concessit etiam prædictus Papa Alexander personaliter (2) nostro Desiderio Civitatem Terracinensem, cum pertinentiis suis. Defuncto autem eodem Pontifice, (3) Clerus, Populusque Romanus in unum conveniunt, Hildebrandumque Sedis Apostolicæ Archidiaconum eligentes, Gregorium appellari decernunt, (4) qui eodem ordinationis suæ anno, ad hoc Monasterium veniens, sociato sibi Desiderio, Beneventum perrexit, indeque regrediens, Romam reversus est. Quo tempore, dum in Nativitatis Dominicæ sollempnitate (5) in Ecclesia Sanctæ Mariæ cognomento majoris prædictus Papa Missarum sollempnia ageret, captus est supra sanctum altare à quibusdam Romanis infidelibus, sed vi, ac constantia omnium Romanorum, eadem die receptus est.

*De restitutione, sive oblatione, ac constructione Monasterii S. Angeli (a) ad Formas.*

## CAPUT XXXVII.

Per idem tempus Richardus Princeps præceptum (1) obtulit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Angeli, quæ nuncupatur ad Formas, de qua superius, tempore scilicet Baldoini Abbatis, qualiter nobis à Marino Papa concessa sit, plenius scripsimus. Sed quia Capuanus Archiepiscopus illam eo tempore retinebat, præfatus Princeps cupiens ibidem facere Monasterium, ante septem circiter annos cum eo concambiavit, datâ pro ipsa aliâ Ecclesiâ vocabulo Sancti Johannis de Landepaldi, quæ tunc temporis Palatio pertinebat, cum ornamentis, & libris non paucis, & universis rebus, ac pertinentiis ejus. Recepit autem ab eodem Archiepiscopo prædictam Ecclesiam Sancti Angeli cum tribus aliis Ecclesiis, jam vetustate consumptis, id est Sancti Salvatoris, Sancti Johannis, & Sancti Hy-

*quam vulgares usitato nomine Palariam solent nuncupare. Et infra. Defuncto etiam ejusdem loci Abbate, alterum eligendi, quem aptiorem volueritis, damus potestatem tibi, tuisque posteris: ita ut prius à vobis eligatur, & sic demum à nobis, & à nostris successoribus in Abbatem benedicatur.*

(2) *Personaliter, inquit, Desiderio, non Casinensi Abbati, & Monasterio.*

(3) *Decimo Kal. Maji anno 1073. sepultus est Laterani; miraculis clarus. Patriâ Mediolanensis. De eo passim scriptores.*

(4) *Eodem die, quo Alexander obierat Patria Soana in Tuscia. Ex Familia Comitum Petilianiquidam ajunt ortum, alii aliter. Monachus, & Prior Cluniacensis, tum Subdiaconus S. R. E. Dein Archidiaconus, magnæ auctoritatis in aula, ut ex præcedentibus liquet. Demum Gregorius Septimus.*

(5) *Martinus Polonus. In nocte Dominica Nativitatis, cum Missam primam cantaret in Sancta Maria Majori, Cintius quidam filius Præfetti eum cepit, & in turrim suam deposuit. Sed eadem nocte Romani turrim destruxerunt, Papam liberantes, & Cintium extra urbem mittentes. Apud Antonin. 2. par. tit. 16. cap. 1. §. 21.*

## IN CAPUT XXXVII. NOTÆ.

(a) *de Formas.*

(1) *Regeſto. num. 406. Datum Indiæ. 10. quæ concurrat cum anno 1072. ut proinde, quod Petrus ait Per idem tempus, accipi debeat circa ea tempora; nempe ante obitum Alexandri, & electionem Gregorii, licet postea referatur.*

Hylarii, & cum omnibus ubicumque ad eadem Ecclesias pertinentibus, sexaginta auri librarum pœnâ appositâ, si aliquando, vel ipse Archiepiscopus, vel aliquis successorum id remove voluisset. Quo factò concessit in eodem loco Ecclesiam Sancti Angeli de Oladisi intra Capuam (2) cum omnibus pertinentiis suis, nec non & quicquid palatio pertinebat in toto Sarzano (3) cum universis ibi habitantibus villanis, & omnia, quæ ibi pertinuerunt Gregorio Comiti Palatii, & Petro filio Doferi in loco Sancto Herasmo. Cum omnibus itaque his, & cum universis pertinentiis suis, simul & cum cartula commutationis, quam à prædicto Archiepiscopo exinde receperat, in hoc Casinensi Cœnobio prædictam Ecclesiam optulit. Er quoniam locus idem valde amœnus, & satis aptus Monasterio erat, rogavit humiliter Desiderium, ut pro amore suo specialiter inde studeret, quod & fecit de Monasterio Albanetæ integram omnium mobilium medietatem accipiens, & cum medietate etiam ejusdem loci Monachorum illuc transmittens, cœpitque Desiderius illud ædificare ex integro tam speciosè, tam spatiosè, quemadmodum hodie cernitur, ubi etiam intra breve tempus quadraginta, & eo amplius Monachos regulariter victuros aggregavit.

*De septem miraculis meritis Beati Benedicti (a) patris.*

## CAPUT XXXVIII.

**E**odem præterea tempore, quidam rusticus in partibus degens Apuliæ, dum siti æstua- ret ad bibendum perrexit. In quem mox diabolus ingrediens, cum vexare crudelissimè cœpit. Ductus autem à propinquis ad hoc Monasterium, atque ante Patris Benedicti corpus jactatus, ejus intervenientibus meritis, confestim sanatus est. His porrò diebus, cum in hoc Casinensi Cœnobio de vino ob totius Monasterii stipendium non plusquam palmi unius & dimidii mensura esset in vase, Frater, qui domum vinariam custodiebat, pergens ad Patrem Desiderium, ei referre curavit. Abbas autem ad hæc, antequam ad Roberti Ducis curiam pergam, veni ad me, & unde id emere debeas, dabo. Alio autem die, ea, quæ Desiderius præceperat, Monachus oblivioni tradens, ad eum minimè venit. Desiderius autem iter arripiens, Roberti Ducis curiam adiit. Sed qui in deserti regione, per quadraginta annos, manna populum pavit, ipse per tres menses & dimidium, vinum, unde omnes bibebant, crescere fecit. Quiddam verò puer ex Monasterii famulis, cœlestium mysteriorum ignarus, vehementer admirans, vinum tantum durasse in vase, Cervinariam (1) adiit, vinum mensus est, iteritque eadem horâ, & ultra crescere desit, tunc ad Monachum gratulabundus accedens ait. Ego nunc vinum mensus sum, (2) sed tantum est, quantum fuit ante tres menses. Monachus autem hæc audiens, eum gravissimè verberavit. Puer verò ante eum

**A** aufugiens, claustrum est Fratrum ingressus, & quid sibi Monachus fecerat, per ordinem pandit. Quem venerandæ memoriæ Stephanus, qui eo tempore Decanatus officii curam gerebat, evocans dixit, cur tam crudeliter hunc puerum verberasti? Tum Frater hoc, quod nunc in vino per merita Beatissimi Patris Benedicti, Deus operari dignatus est, multis jam vicibus egit. Hic verò ad vasculum pergens, vinum mensus est, & ulterius in vase non crevit. Illi autem hæc audientes benedixerunt Deum, qui suis temporibus in hoc loco antiquum dignatus est renovare miraculum. Nocte quadam, cum Frater Georgius mansionarius in stratu suo quiescens vigilaret, audivit duos pueros in Ecclesia mira suavitate, ac dulci modulamine laudes Deo referre. Sciens itaque pro certo, neminem Monachorum esse in (a) Monasterio, qui puerilem vocem haberet, confestim surgens Ecclesiam ingreditur, nullumque ibi reperiens, & quod in re erat advertens, factò mane, quod audierat, Fratribus per ordinem pandit, hinc Angelorum frequentiam apud Beati Patris exuvias hoc fuisse dixerunt. Tempore alio præfatus Georgius lampadem ante imaginem Salvatoris, quæ supra fores Ecclesiæ picta est, dependentem advenerat refecturus, & ecce videt eam tensis uncinulis dependere in aère, nulla profus eam præter ipsum aëream materia sustentante. Convocatis Georgius Fratribus, qui eminus aberant, quod miratur, ostendit, ipsique postmodum cum eo pariter hujus testes extitere miraculi. Nocte, quæ præcedebatur dies de transitu Sancti Patris nostri Benedicti festivus, dum ad vigiliis unus è custodibus lampadem ante imaginem ejusdem Beati Patris dependentem reficeret, lapsa subitò lampas, in pavementum ruit, illæsaque permansit, quæ iterum elevata, iterum cecidit, erecta tertio, tertio lapsa est, & nullo horum casu, vel effractionis lampas, vel effusionis oleum, vel ignis extinctionis pertulit detrimentum. Cum die quadam de custodibus unus ante Altare accensam lampadem usque ad ipsa ferè laquearia elevasset, repente lampas lapsa in pavementum cecidit, mirabilis in factis suis Deus, non solum non est fracta, quæ deciderat lampas, sed nec effusum oleum, nec ignis extinctus. Tunc temporis in Monasterio Beati Patris Benedicti, quod intra Salernitanæ urbis mœnia constructum est, & huic Casinensi Cœnobio ab ipso suæ constructionis exordio subditum, satis insignem miraculum contigit. Ex ipsius namque Monasterii familia vorax hominum lupus parvulum puerulum clandestinus impetiit, rapuit, & abiit, post quem transfixa dolore mater in clamans ait, Adjuro te, bestia, per Beatum Benedictum, cujus servus est, ne filium meum ulterius feras, sed eum sub omni celeritate dimittas, quo lupus audito, hunc quidem, quem ferebat, aperto protinus ore, deposuit; in alium verò puerum repentinus insiluit, eumque subitò defecans, truncum cadaveris sprexit, præcisumque caput mordicus confixum in suas latebras concitus asportavit.

*De*

(2) Regest. num. 407. & aliud Regest. Sancti Angeli ad Formas.

(3) Prope Vulturum. Vide Peregrin. in sua Campania pag. 373.

IN CAPUT XXXVIII. NOTÆ.

(a) *patris.* Tom. IV.

(b) Monasterium.

(1) *Cellam vinariam* emendavit Lauretus, Petrus tamen è vulgi barbarie *Cervinariam* dixerat, sæpè apud præcos L. & R. permuratur.

(2) Non omnia ad libellam expendenda. Vide Desiderium apud Lauretum.

M m m

*De quibusdam Refutationibus,  
& Oblationibus.*

## CAPUT XXXIX.

**C**irca hos dies Michael Constantinopolitanus Imperator (1) Patri Desiderio per nuntios, quos ad eum direxit, dona quamplura transmisit, poscens, ut pro se, ac liberis, & pro statu Imperii sui Dei omnipotentis clementiam assidue supplicarent. Insuper etiam ob Patris Benedicti reverentiam, pro salute animæ suæ per præceptum (2) aureâ bullâ bullatum, constituit, ut per unumquemque annum hoc Monasterium accipiat de palatio Constantinopolitani Imperii auri libras viginti quattuor, & pallia quattuor ad nostræ Congregationis sustentationem. Borrellus autem Comes Borrelli majoris filius, cum ob nonnulla sua in hoc loco servitia Desiderii familiaritatem fuisset non immerito adeptus, Monasterium Sancti Petri (3), quod vocatur de Avellana, quod videlicet Pater ipseus Beato Dominico ante quattuor & quadraginta annos ad construendum tradiderat, quodque idem Borrellus satis ampla terrarum concessione ditaverat, cum Ecclesiis, & Colonis, & cum omnibus omnino pertinentiis, ac possessionibus suis, quod est terra quinque millium circiter modiorum, Beato Benedicto devotissimus optulit. Cujus Monasterii cum longe post, Gualterius (4) nepos ipseus duodecim casales de rivo Franculi nequiter retineret, veniens ad hoc Monasterium, sua sponte nobis ipsos refutavit, ac reddidit. Theodinus quoque, & Oderisus (5) atque Bernardus Balvenes Comites, non multo post, & ipsi quoque Monasterium Sancti Petri, quod situm est in valle de Lacu, & aliud Monasterium Heremitarum in loco, qui dicitur Pratum Cardosum, quæ nimirum & ipsa nichilominus à Beato Dominico ante non plures annos fundata extiterant, pari modo in hoc Monasterio obtulerunt, cum quinque scilicet adjacentibus lacubus, cum Ecclesiis, & Colonis, & cum omnibus omnino pertinentiis, ac possessionibus eorum, tam in eodem Comitatu Balvensi, quàm in Marsicano, & Teatino. Eodem anno oblatum est Beato Benedicto à quibusdam nobilibus Marsicanis Castellum, quod nominatur Meta in valle de Orbetto, cum omnibus finibus, ac pertinentiis suis, necnon & Ecclesia Sancti Patris, in loco, ubi Formæ vocantur, & Ecclesia Sancti Donati supra ipsas Formas, cum omnibus, quæ ad easdem Ecclesias pertinent, insuper & universis, quæ ad prælatos nobiles jure hæreditario pertinebant, tam in ipsis Formis, quàm & in valle Frigida. Eodem etiam anno Leo, & Girardus Fundani Consules optulerunt Beato Patri Benedicto Monasterium Sancti Magni (6) cum omnibus sibi pertinentibus, & cum quarta parte, de ipsa piscaria Fundani lacus, & cum Ecclesia Sanctæ Mariæ juxta amphitheatrum.

## IN CAPUT XXXIX. NOTÆ.

- (1) Expulso Imperatore Romano Diogeni, de quo supra cap. 32. successit Michael Ducas Parapinariarius Constantini Ducæ filius. Confer Peregrin. fol. ult. Hist. Langob. Panvinium, Mercatorem, & alios.  
(2) Reg. num. 145. cujus titulus. *Præceptum Michaelis Constantini Imperatoris, idest filii Constantini, ut modo diximus.*

**A** Fundanæ civitatis, Sancti Mauri, & Sancti Martini ad Tirille (7), & Sancti Andree in Terracina, & Sancti Nycolai in urbe Romana, loco, qui dicitur ad Fossa, cum omnibus pertinentiis, ac rebus illarum. Pari modo autem unâ cum Richardo cognomento de Aquila idem Consules optulerunt huic loco Ecclesiam Sancti Onufrii cum pertinentiis suis. Et quoniam locus idem habilis ad construendum Monasterium erat, Desiderius cupiens ibidem facere Monasterium, per Girardum Præpositum Sancti Nycolai in Pica, qui quintus post eum hujus Cœnobii Abbas effectus est, in statum, quo nunc cernitur, erexit. His quoque diebus Littefridus (8) Fundanus Consul cartam fecit huic Monasterio de omnibus, quæ sibi pertinebant de Civitate Fundana, & valle de Curfa, & Aquaviva, & Ambrife, & Pastina, & Ynola, Campu de mele Vetera, & de tertia parte piscariæ ad Sanctam Anastasiam, & de Monasterio Sancti Archangeli, & de omnibus, quæ ei pertinebant à paterno, vel materno jure. Per idem quoque tempus Johannes Hiserniensis vir nobilis similiter optulit huic Casinensi Cœnobio Monasterium Sancti Benedicti in loco Banlarola cum duabus aliis Cellis ipseus, idest Sanctæ Mariæ, & Sanctæ Lucie cum universis earum pertinentiis. Idem fecit & Morinus Comes Benafranus de quattuor aliis Ecclesiis, idest Sancti Nazarii de Piperozza, Sancti Petri de Sexto, Sancti Barbati de Ravenola, & Sancti Martini de ipsa Furca.

*De quibusdam Miraculis Beati Benedicti  
meritis in Galliis & hinc patris.*

## CAPUT XL.

**O**peræ pretium reor, ea quæ isto in anno Dominus per Beatum Benedictum in Galliis operari dignatus est, ad posterorum memoriam, & ædificationem annectere. Quidam namque vir potentissimus Gallorum gente progenitus tantis se ab ipsa infantia execratur flagitiis, ut nulla pars ejus corporis proprio vacaret à vitio. Hic ad mortem veniens, convocatis cujusdam Cœnobii Fratribus, Monachicum habitum sibi tribui flagitabat, mox autem, ut sacris indutus est vestibus, spiritum reddidit. Cuidam verò Dei servo juxta manenti Dominus ea, quæ circa defuncti animam agebantur, ostendere dignatus est. Nam statim ut de corpore exiit, terribilis turba dæmonum cum igneis illam ligantes catenis ad tartarea conarentur ferre incendia, Beatissimus Pater Benedictus pastorem manu deferens virgam, in medium astitit. At verò hostes prædam se perdere cognoscentes, dixerunt: Quot à nostris jam diutissime manibus Benedicte abstuleris animas, nosti; hunc verò, qui nunquam aliquid boni gessit, injustè agis, si à nostris manibus auferre conaris. Et Sanctus: ne vobis injustitiam fortè facere videar, ejus facta examine, & si vestro-

(3) Supra lib. 2. cap. 61. Regestum num. 494.

(4) Reg. num. 495.

(5) Num. 496. cæteras chartulas invenies in Reg.

(6) Nunc Monachorum Oliveran. sub Censu, solvendo Casinensi Cœnobio Reg. num. 438.

(7) Non Tirilla Sylva, de qua lib. 4. cap. 93. sed

Tirille in Comitatu Fundano lib. 4. cap.

84.

(8) Num. 437.



frorum operum, postquam meum accepit habitum, aliquatenus fuit conscius, vester permaneat; tunc malignorum illud Collegium victum se rationabiliter sentiens, tenues per auras evanuit. Hoc Dei servus ut vidit, coepit collaudare Christi clementiam, qui tam mirabiliter eandem animam de daemonum manibus liberare dignatus est. In eisdem verò partibus Monasterium est quoddam in honore ejusdem Patris sacratum, in quo Fratres, dum die, qua idem Sanctus caelos ascendit, festivitatem illius sollempniter celebrassent, ad coenam venientes, dum pisces se non habere perspicerent, hac de re conqueri contra Abbatem coeperunt. Subsequenti verò nocte, Sanctissimus Pater Benedictus Abbati in somnis apparens, dixit ad eum. Cur Fratres tristantur? Et ille: propter pisces, quos non habuerunt in praeterito die. Cui Sanctus: ego quidem in Monasterio meo Casinensi Cellarium de mundo recedentem expectavi (1), qui quoniam peccatorum erat ponderibus aggravatus, eum meis orationibus adjuvi, atque illum Omnipotens Deus in aeternae vitae quietem constituit. Nunc verò piscatores mitte ad proximum Monasterio lacum, ibique abundanter invenies, unde murmurationem sedare valeas Fratrum. Abbas autem evigilans piscatores ad lacum sub omni celeritate transmisit, quod dum Fratres cernerent, mirari coeperunt, quia lacus, ad quem piscatores pergebant, non nisi serpentes, & ranas ferebat. Piscatores autem, lacum, in quo nunquam ante, vel postea piscatum fuerat, ingredientes, piscium multitudinem tantam ceperunt, ut per octo continuos dies Fratribus ad comedendum sufficerent. Quidam Johannes, cognomine Benafranus Vicecomes Jordani (2) primi Principis fuit vir scelestissimus, & omni vitiorum labe repletus. Qui dum ad mortem venisset, ad hunc se locum duci, & sanctae sibi religionis habitum tribui rogavit. Cujus petitioni amici ejus faventes, ad hoc Monasterium eum duxerunt, adque ante Corpus Sanctissimi Patris Benedicti Monastica vestimenta suscipiens, statim è mundo recessit. Illo autem sepulto, rusticus quidam de Monasterio egrediens, ad campestria loca tendebat. Cumque sub Ecclesia Sancti Severi olim Casinensis Episcopi, quae in hoc monte sita est, advenisset, diabolus in via stantem repperit, staturam procerum, digitos, ac ungulas habentem valde longissimos, virgamque in manu tenentem, & rusticum torvo vultu aspicientem. Cumque ad eum rusticus pervenisset, diabolus ait, unde venis? Ille autem hominem eum esse existimans, dixit: A Casinensi Coenobio. Et diabolus: Quid actum est de Johanne Vicecome? Tum rusticus: postquam Monachus factus est, statim è mundo recessit. Diabolus

A autem hæc audiens, coepit conqueri, dicens: Hei Benedicte michi. Hei Benedicte michi, cur meos cotidie ad te servos convertis? Cur me tam immaniter, tam crudeliter persequi non desistis? Hæc cum dixisset, furibundo, ac flammanti rusticum vultu respiciens, ait. Scito certissimè, quia nisi hodie in Monasterio Benedicti cibum, potumque sumpsisse, & panem de eodem loco allatum nunc in sinum tuum teneres, nullam interpositam moram, te confestim occiderem. Statimque per montis latus se præcipitem dedit, lapides, & arbores in modum turbinis trahens. Rusticus autem hoc viso tremebundus de monte descendit, & cuncta, quæ viderat, vel audierat, per ordinem pandit. Cumque ad aquam, quæ Casinus vocatur (3), advenisset, iteratò diabolus eidem apparens, dixit. Adhuc per terram istam ambulas? Frendensque ea, quæ prius locutus fuerat, protulit, & Casini aquam cum virga, quam tenebat, validissimè percussit, atque disparuit. Ad cujus sonitum, rustico visum est, quòd tota tremuisset: aqua verò fluminis, more tempestatis, sursum in aëra ferebatur: Reversusque in rivo Matricis (4) ad domum suam, languore corripitur, atque post diem tertium vitam finivit.

De quorundam Oblationibus.

CAPUT XLI.

Eodem tempore, cum Landenulfus, qui fuerat Comes Caleni, contendisset nobiscum de Alveo fluminis Gariliani, quòd non deberet aliquo modo pertinere castro nostro de Mortula, & quòd ipsi homines de Criptis ejusdem loci nichil nobis deberet, in iudicio Judicum Sueffanorum causam ipsam diutius ventilatam, victus rationibus cessit, & de his omnibus per cartam se manifestavit nullam prorsus habere iustitiam. Sed & Loffridus, qui cognominatus est Monius, per idem tempus ex imperio Richardi Principis veniens ad hunc Monasterium in præsentia Desiderii sponte sua per scriptum se manifestavit, ac refutavit in manus ejus ipsas piscarias, quæ sunt in flumine Gariliano ad ipsos currentes, qualiter incipit à rivo, qui dicitur Vivus, qui descendit ab ipsis Criptis, & vadit usque in rivum, qui descendit à Sancta Cruce, & mittit in prædictum fluvium Garilianum, quæ videlicet piscariæ antiquitus pertinuerunt partim huic Monasterio, partim Sancto Salvatore de Cucuruzzo, quas etiam usque ad illud tempus Sueffani Comites violenter, & malo ordine retinuerant. Sequenti tempore Loffridus, cognomento Ridellus, Dux Cajetanorum obtulit in hoc loco Monasterium Sancti Herasmi de civitate Furmiana, (1) & Monasterium Sancti Petri de Foresta in pertinentia Pon-

IN CAPUT XL. NOTÆ.

- (1) Ut, videlicet, per orationes Sancti Patris, gratiam consequeretur poenitendi, antequam decederet. Nec diversa mente accipiendum, quod de Gallo è manibus daemonum erepto præscripserat.
- (2) Lib. 4. cap. 13. *Cidrus Vicecomes Richardi Principis*. Vicecomes nomen est muneris, & officii, vicem alterius, hoc est Comitis, gerentis. Quandoque transivit in cognomen familiae, ut Mediolani.
- (3) Supra lib. 2. cap. 1.
- (4) In chartula 428. Regesti fit mentio de Rivo Matricis, & à Riccard. de S. Germ. ann. Tom. IV.

1230. sed Lauretus hinc sustulit.

IN CAPUT XLI. NOTÆ.

- (1) Transivit postea ad Patres Olivetanos. *Formia*, olim *Hormia*, hoc est *Portuose*. Nam *Hormos* Græcè *portus*, (unde *Panbormus*, tota portus, nam prius mare insinuabat se in urbem, ubi nunc est præcipua platea, & vicus Cassarus dicta) Civitas erat Episcopalis, deletis dein à Saracenis, ut quidam perhibent, antiquis Formiis anno 841. Episcopalem Sedem, unà cum Sanctorum Ippsanis Gregorius Quartus Pontifex Cajeram transfudit. Nunc dicitur *Castellone*. De hac oblatione Regesti. num. 427.

M m m 2

Pontifcurvi cum universis possessionibus ipsorum. Tunc etiam & Lando Dominus Arpinensis Civitatis ad mortem veniens, iudicium fecit in hoc Monasterio (2) de omnibus, quæ sibi jure hæreditario pertinebant, idest de medietate Arpini, & Montis nigri, & Sancti Urbani, & Vici albi, & Casa Silverii, pœnâ appositâ iudicii hujus violatoribus centum librarum auri omnibus id remove re quærentibus.

*De mota questione coram Apostolico super Ecclesiam Sanctæ Sophiæ, & Ecclesiam Sancti Angeli de Formas.*

## CAPUT XLII.

PER idem tempus supradicto Papa Gregorio Romæ Synodum celebrante, Leo hujus loci Bibliothecarius, (1) qui post Ostiensis Episcopus factus est, ex jussione Patris Desiderii proclamationem fecit de cella Sanctæ Sophiæ in Benevento, quam nuper Beneventani à ditione hujus Cœnobii violenter abstraxerant, cùmque ad placitum res perducta fuisset, relecta sunt in omnium audientia nostra munimina qualiter Arichis Princeps ejusdem Ecclesiæ constructor illam per præceptum huic Cœnobio Casinensi tradiderat. Demum verò qualiter omnes Romani Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, ac Principes prædictam cellam in hoc loco confirmaverant. Quo audito, Papa Gregorius ait, quòd nequaquam possent Beneventani Ecclesiam Monasterio Casinensi primitus delegatam ab ejus potestate subtrahere: sed Casinensem Ecclesiam omnino canonicè, ac legaliter eandem cellam in perpetuum optinere debere. In eadem etiam Synodo constituit, ut si quis à laico Ecclesiæ investituram acciperet, dans, & accipiens anathemate plecterentur. Eodem tempore cùm prædictus Papa Gregorius apud Capuam moraretur, Clerici ejusdem Civitatis invidis apud eum quæstibus usi sunt, dicentes: Ecclesiam Sancti Angeli, quæ olim fuerat juris Capuanæ Ecclesiæ, iniquo concambio in jus Monasterii nostri transfusa. Quam nimirum querimoniam idem Apostolicus, oratu Desiderii, indiscussam (2) manere non patiens, per idoneos, ac veraces viros diligenter inquirere studuit, utrum Concambium, quod pro eadem Ecclesia datum fuerat, conveniens esse videretur. Qui videlicet hoc studiosissimè disquirentes, invenerunt, & probaverunt, quòd Ecclesia Sancti Johannis de Landepaldi, quæ pro eodem concambio data fuerat, satis plus possessionis, & ornamentorum tempore concambii habuisset. Quod etiam Eræus tunc ejusdem Civitatis Archiepiscopus se veraciter cognovisse asseverabat. Quo competenti testimonio præmotæ litis omni dubietate sublata, censuit præphatus Apostolicus tam Archiepiscopum, quam & Capuanos Clericos in perpetuum ab hac quæstione quiescere, nullam-

(2) Adjudicavit huic Monasterio.

## IN CAPUT XLII. NOTÆ.

(1) Loquitur hîc in persona propria continuator Petrus; ut etiam cap. 47. quandoque in persona Leonis cap. 36. 43. &c.

(2) Reg. num. 32. Vide Peregrin. in Desiderio pag. 58.

## IN CAPUT XLIII. NOTÆ.

(1) Totum hoc caput dempsit Lauretus.

(2) Ramex hoc loco Herniæ species est, ut patet ex verbis narrationis. Lucilius apud Nonium.

A que ulterius de ipso concambio litem movere. Qui mox privilegio firmum hoc, & in perpetuum stabile judicans, atque decernens, ut idem Monasterium sub cura, & regimine Casinensis Abbatis manere perpetuo debeat. Eodem quoque privilegio cuncta, quæ vel ibi tunc concessa, vel in futurum essent concedenda, confirmans; temeratoribus quidem hujus decreti; nisi fortè respuissent, excommunicationis sententiam intulit. Observatoribus verò benedictionem Apostolicam, & pacem perpetuam provenire optavit.

*De Miraculis quorundam hujus Monasterii Monachorum.*

B

## CAPUT XLIII.

HIS quoque diebus (1), quidam Frater in hoc Cœnobio Angelus nomine fuit vir reverendus, & omni bonitate redimitus. Qui dum in hoc Monasterio ultimum clauderet diem, dæmoniacus quidam adveniens clamare cœpit. Quid hac hora michi Benedicte fecisti? Angeli Monachi animam, ob exigui gestaturam cuculli, de potestate mea auferens, tuo in coelestibus gregi sociasti. Cùmque hæc lugubriter diceret, repente signum, quo Fratrum obitus significari solet, insonuit, eunteque, præfatum Angelum jam vita privatum reperiunt. Alius in hoc Cœnobio Monachus Johannes nomine fuit, qui dum in hoc loco defunctus, & sepultus fuisset, Frater quidam ramicis (2) incommodum ita patiens, ut membrano intercutaneo passo diruptionem, viscera inter carnem laborentur & corium, ejus sepulchrum adiit, ibique toto prostratus corpore, omnipotentis Dei cœpit rogare clementiam, ut, per intercessionem servi sui Johannis, diruptionem illam in soliditatem pristinam revocare dignaretur. Sed quantum apud Deum ejusdem Johannis valeret oratio, claruit, nam statim diruptio illa solidata est. Quidam Frater eo tempore in hoc Sancto loco Stephanus nomine fuit, qui dum in hoc Cœnobio carnis universæ viam ingrederetur, anus quædam Agundia nomine ante Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis, quæ ad radicem hujus montis sita est, in oratione pernoctans, dum ad hunc montem oculos deflexisset, vidit de infirmorum domo igneam columnam egredientem cœlorum ardua penetrare. Quo viso, nuntium statim ad hoc Monasterium dirigens, eâ horâ Stephanum invenit animam exalasse, qua ipsa columnam igneam cœlum conscendere vidit.

C

D

E

*De quorundam Oblationibus.*

## CAPUT XLIV.

PRæterea Johannes filius Hugonis Comitis, patris exemplum fecutus, obtulit, atque fir-

*Quòd deformis, Sinox, arthriticus, ac podagrosus*

*Est, quòd mancus, miserque, exilis, ramice magno.*

Plurativo autem numero Ramices sunt pectoris venæ latiores, nempe quia rami habent similitudinem. Plautus in Mercatore Act. 2. Scen. 2.

*Tuâ causâ rupi ramicos, jam dudum spuo sanguinem.*

Et iterum in Pœnulo. Adi Mercuriale Var. lect. lib. 2. cap. 20. & Voss. in Lexico.

firmavit Beato Benedicto integram partem suam de Castello Suio, quod est medietas ipsius, cum universis ad eandem medietatem pertinentibus tam intus, quam foris, nec non & integram partem suam de suprascripto Monasterio Sancti Herasmi in Furmia. Item Sanfo filius Alberti de Comitatu Pinnensi cartam fecit huic Monasterio de integra sorte hæreditatis suæ, idest de medietate castelli, quod dicitur Planellu cum Ecclesia Sancti Stephani ibidem, & de medietate Pasiniani, cum terra mille modiorum mensurâ. Dux quoque Robbertus, capta Tarento, nobilissima Civitate Apuliæ, oprulit Beato Benedicto Monasterium ejusdem Civitatis, quod vocatur Sanctus Petrus Imperialis (1) cum omnibus pertinentiis suis, nec non quattuor & centum familias hominum eidem loco pertinentes. Insuper etiam totam decimam suam frumenti, & ordei, vini, & olei, & omnium piscium pisciarum suarum, pœnâ apposita quingentarum librarum auri quicumque id removere quæssisset. Hisdem porro temporibus Panormitana Civitas ab eodem strenuissimo Duce capta est. Qualiter autem, vel qua occasione idem Dux Siciliam cepit; licet superius ex parte tetigerim, (2) opportunum videretur ad posterorum memoriam huic loco inferere.

*Qualiter Robertus Guiscardus Siciliam cepit, Salernum, & Ecclesiam Sancti Matthæi Apostoli construxit, Brachium sibi reservans, & quamplurima loca.*

CAPUT XLV.

CUM igitur Panormitanæ Civitatis regimen Vulthuminus Admirarius retineret, quidam ex servis ejus Belchus nomine contra eum insurgens, honore eum, patriaque privavit. Pulsus verò ille Siciliâ, ad suprascripti Robberti Ducis confûgit auxilium. Tunc navali Dux collecto exercitu, Siciliam Christo Duce expugnaturus ingreditur. (1) Contra quem Saraceni cum valido exercitu congregantes, juxta Civitatem Messanam sinè mora, Christo favente, superati sunt, reliqui fugæ præsidium sumunt. Messanâ verò captâ, ejusque Admirario interfecto, Rimetum Dux pervenit ad urbem, quam sibi tributariam faciens, cum mille equitibus, totidemque peditibus ad Castrum Johannis pervenit. Adversus quem Balcaoth Saracenorum Admirarius cum quindecim milibus equitum, & centum milibus peditum properans, bellum iniit mirum, & omnibus retro temporibus inauditum, cum ex Christianis non equitum, vel peditum aliquis vulneraretur, vel moreretur, ex paganorum multitudine intersectorum numerus vix colligi potuit. Inde autem Dux victor recedens venit in vallem Demenæ, in qua Roccam Beati Marci construens, Calabriam rediit, & super Barum, (2) quæ torius Apuliæ primatum optinet, cum exercitu veniens, obsidionem locavit. Quam cum diu

IN CAPUT XLIV. NOTÆ.

(1) Reg. num. 420. lib. 4. cap. 10. & 48. & alibi.  
(2) Non ipse Petrus, sed Leo cap. 16. ex cujus persona nunc Petrus loquitur, nam librum tertium chronici, Leoni integrum adscribit; & tamen aliquando obliviscitur consilii sui.

IN CAPUT XLV. NOTÆ.

(1) Lauretus edidit. Siciliam, Ducem expugnaturus,

obsessam in deditionem accepisset, cum militari agmine Siciliam rediit, ac Civitatem Gatheniensium capiens, Panormum obsidere præcepit. Quam cum quinque mensibus obsedisset, tandem illam, prout volebat, obtrivit. Talia igitur ad votum sibi Dux evenisse advertens, immenso valde congregato exercitu, super Salernum castra locare disponit. Quod suprascriptus Papa Gregorius dum comperisset, per Patrem Desiderium Gisulfo Principi Ducis pacem expetere monuit, ad quod ille nec responsum quidem reddere voluit. Dux verò suum exercitum congregans circa Salernum tentoria fixit. Ex alia autem parte Richardus Princeps, rogatu Ducis, occurrens cum diversis bellorum machinis, illam obpugnare vehementissimè cœpit. Hoc Desiderius audiens, Richardum Principem adiit, eumque unâ secum ad Gisulfum venire rogavit. Quò dum venissent, post multa verba in vacuum habita, eorum Gisulfus spernit consilium, & cum Duce nullo pacto se confederaturum jurejurando affirmat. Deficientibus tandem in Civitate eis, quæ ad victum sunt necessaria, equorum, canum, asinorum, ac muricipum carnes cœperunt comedere. Vendebatur autem canis jecur tarenis decem, gallinæ novem, ovum verò unum, nec non & septem ficus duobus denariis, modius verò tritici quadraginta quattuor bizanteis. Illorum verò egestatem Dux dum comperisset, intempestæ noctis silentio stipatus militum, cuneis ad muros urbis veniens, & portam clausam lapidibus diruens, Salernum optinuit. Civitate autem potita, Robbertus Ecclesiam Sancti Apostoli, & Evangelistæ Matthæi inibi construi jussit, in qua etiam sacrum ejusdem Apostoli corpus summa cum veneratione locavit, os integrum brachii ejus argentea theca reconditum ad suam, filiorumque tutelam reservans. Inde autem Dux cum exercitu, sociato sibi Principe, ad hoc Monasterium venit, atque à Desiderio, & Fratribus honorificè susceptus, illorumque se orationibus commendans, attentius Campaniam expugnaturus ingreditur. Talia Papa Gregorii dum pervenissent ad aures, Ducem, & Principem à liminibus separavit, collectoque exercitu, super eos ire disponit. Quod ubi Duci nuntiatum est, concitè unâ cum Principe Capuam remeans, Dux supra Beneventum, Princeps verò supra Neapolim obsidionem firmavit. Neapolitani autem Principis terrore perculsi; omnipotentem Deum rogabant attentius, quatinus de suprascripti Principis potestate, miseratione sua clementissima, eos eripere dignaretur. Cumque eadem Civitas acerrimè expugnaretur, Sanctus Christi Martyr Januarius, cum aliis dealbatis (3) sæpius videbantur à Principe, & ejus exercitu, per castra armati discurrere. Qui æstimans eum esse Archiepiscopum, mandat, cur, contra ordinem suum, (4) cum lancea scutatus ad pugnam procederet, cui respondens Archiepiscopus: Ego, ut tu Vir Illustrissime perspicis à multis diebus ægrotus in lectulo jacco. Ille armatus quis sit ipse videat, nam pro cer-

to  
ingreditur. Quem Ducem? somnia vigilantis.  
(2) Anonymus Barenis anno 1080. Indit. 3. Ipse Dux fecit sine cum Bari. Guilielm. Apulus lib. 3. in fine.  
(3) sacris vestibus albis, indutis.  
(4) nempe contra Episcopalem, & Ecclesiasticam dignitatem: quam non decet, cum lancea scutatum ad pugnam procedere.

to scias, quia Sanctus Januarius protegit, ac defendit hanc civitatem (5). Princeps verò ejus dictis derogans fidem, civitatem oppugnare non desinebat. In qua obsessio ab excommunicatione solutus, defunctus est, cui successit Jordanus filius ejus. Exinde verò inter Ducem, & Principem dissensionis, & odii scandala orta sunt. Princeps enim favens Papæ Gregorio, acceptis à Beneventanis quattuor millibus quingentis bizantiis, castra, quæ Dux ad expugnationem Beneventi firmaverat destruens, cum universis Comitibus Apuliæ, contra eum conspirat. Quod ubi Duci, qui eo tempore in Calabria remorabatur, nuntiatum est, cum quadringentis sexaginta militibus (6) Apuliam rediit, & Asculum, montem de Vico, & Arianum expugnans, cepit, & contra Principem super fluvium Sarnum ire disponit. Desiderius interea Pater hæc audiens, Ducem adiit, eumque ad pacem redire rogabat. Cujus monitis Robbertus obtemperans, pacem cum Principe facit. Exinde autem Dux movens exercitum, supra Castrum, quod Monticulus dicitur obsidionem fecit, quod cum cepisset, Carbonaram, Petram palumbi, Montem viridem, Gentianam, unà cum Spinaczolo similiter acquisivit. Desiderius præterea ægrè ferens, Ducem à Matris Ecclesiæ gremio diu extorrem manere, Romam adiit, & Papam Gregorium rogare cœpit, ut Ducem ab anathematis vinculo, quo eum ligaverat, solveret. Quo impetrato pacis ama-

(5) sæpius comprobatur.

(6) Observa hic Lector, præposteram Laureti criminum, qui pro quadringentis sexaginta militibus, substituit. *Quadraginta sex millibus pugnatorum*. Unde autem tam scita, tam opportuna correctio illi in mentem venit? An quia ad expugnandum Asculum, & Arianum, quadringentos sexaginta milites nimis impares computabat? Ignorans *Milites* hic, non esse gregarios bellatores. qua notione apud priscos Latinos sumuntur *Milites*. Ut apud Cæsarem de Bello civil. lib. 3. *Nemo aut miles, aut eques*, sed notione posteriorum sæculorum, qua *Miles* opponitur *Pediti*, & signat equitem, non uno gaudentem equo, sed pluribus, sibi obsequentibus in bello. Indeque *equestris dignitas*, & *Eques*, *Cavaliere*. Id discere potuisset à nostro Petro infra lib. 4. cap. 105. *Moxque quingentorum militum, & triginta millia peditum congregantes exercitum*, cap. 44. *Ugo quidam Transalpinus miles*. Libertamen, quamquam in re, vel pueris nota, alios testes rogare.

Pandulfus Pisanus in Vita Gelasii Secundi Stephanum Normannum Principem virum, vocat *Militem*, & iterum. *Ecce cum non parva manu militum, ac peditum*.

Riccardus de Sancto Germano anno 1229. *Nonnullos milites, & pedites*, & infra, *statutis militibus, & servientibus*, & anno 1233. *Pro servitio militum 60. & servientibus 100.* Anno 1243. *Milites omnes in equis, & armis bene parati*, & alibi. In Catalogo quoque Baronum hujus Regni sub Guilielmo Secundo cognomento Bono, millies repetitum, *Feudum unius militis, Feudum duorum, vel trium militum, &c.* *Obtulit milites decem, servientes viginti*. Nam feuda dabantur cum onere servitii militaris tot, vel tot equitum, at præter milites debitos, offerebant quandoque spontaneos, ut in dicto Catalogo, in quo *Abbas Casinensis*, qui nullo tenebatur onere servitii militaris, sponte obtulit in magna expeditione *milites sexaginta, & servientes ducentos*, & his militibus post res bene gestas concedi solebant beneficia, seu feuda à suis Ducibus, & Comitibus; Hinc reperimus. *Militibus tam feudatis, quam infeudatis mandat, ut ad eum cum toto servitio, quod facere tenentur, &c.* Riccard. de Sancto Germa-

tor, & conservator Desiderius cum Cardinalibus ad Ducem profectus, eum ab excommunicationis vinculo solvit.

*De Pecunia violenter abstrata,  
& Interdicto.*

#### CAPUT XLVI.

Eodem quoque tempore Rosellanensis Ecclesiæ Pontifex ad hoc Cœnobium veniens, non parvæ pecuniæ summam in hoc loco deposuit. Quod ubi Jordano Principi relatum est, missis militibus, eandem pecuniam de Ecclesiæ secretario abstractam ad se deferri mandavit. Fratres autem ad hæc, pecunia, quæ Patri Benedicto credita est, nos alicui viventium minimè damus, sed illam in secretario ponentes, exinde, qui præsumpserit, auferat. Milites verò hæc audientes, & diabolico stimulo debriati, pecuniam de Secretario Ecclesiæ abstrahentes, ad Principem deferunt. Tantum verò, & tam immane, & inauditum flagitium Gregorii Papæ dum pervenisset ad aures, hujus temeritatis noxam inultam esse non ferens, & verens, ne, exemplo hujus facinoris, iterum nostra Ecclesia violaretur, divinum officium in Patris Benedicti Ecclesia interdixit (1), altariaque omnia denudari fecit, asserens, quòd in tanto scelere nimis negligentis, & acriter ulciscendæ timiditatis, & Desiderium, ac Fratres

no anno 1233. & Auctor noster lib. 4. cap. 117. *Cuidam militi suo in feudum tradiderat, & hinc orta sunt feuda, & subfeuda.*

Quin Principes etiam viri, & Regum primogeniti milites fieri, & vocari cupiebant. *Monast. Anglic. pag. 976. Ad primogenitos filios Regum milites faciendos.* Eaque cerimoniamagnâ pompâ peragi consuevit, & ibidem pag. 944. *Roberto militi tunc Thesaurario; Rogerio militi tunc Camerario, Joanni militi tunc Senescallo, &c.* & Neapoli Supremi Magistratus Consilii Collateralis, & Regiæ Cameræ, atque Sanctæ Claræ, *Milites* vocantur, hoc est *Equites, Nobiles, Cavaleri*. Ad quod Rodolphus. *Agricola in Boët. de Consolatione, Equestris ordinis sunt, qui bodie ab indoctis milites vocantur.* Edque etiam respicit, quòd arma gentilitia nobilium militari, & equestri galea prænotantur.

Non ergo mirum videri debuit Laureto, *Quadringentis sexaginta militibus*, Robbertum Ducem Asculi, & Ariani expugnationem aggressum fuisse; singuli enim milites, pluribus servientibus, & equis in sui obsequio gaudebant. Riccardus laudatus ann. 1225. *Et pro milite tribus equis*, Et hæc, ut præmissi, militis notio posterioribus sæculis fuit. Nam olim *milites* etiam *pedites* dicebantur. Sic dicti à numero millesimo, ut ait Eutrop. lib. 1. loquens de Romulo. *Mille pugnatores delegit, quos à numero milites appellavit: & Isidor. lib. 9. cap. 3. Miles dictus, quia mille erant ante è numero uno, vel quia unus est ex mille electus. Romulus autem primus ex populo milites sumpsit, & appellavit.* Nec obstat, quòd vulgo *miles* unico L. at *mille* geminato scribatur, nam in veteribus Codicibus, teste Vossio, & monumentis frequens occurrit *mile*, unico L. Antiqui enim consonas non geminabant, inquit Martinus. Vel, ut aliis placet, *Miles* dictus est à *Meles*, & *Meles* à *Melea*, idest *basia*, vel *Meles* dixere pro *meres*, à *merendo*. *Merere* quippe pro *militare* legere est in inscriptione veteri, quæ est Tiferni, apud Gruterum.

IN CAPUT XLVI, NOTÆ,

(1) In Regesto Petri habemus exempla Epistolæ, qua Gregorius Pontifex Ecclesiæ Casinensi interdictum imponit, num. 34. & Epistola alterius, qua removeret interdictum num. 35.

tres arguere posset, & gravius adversus congregationem nostram commoveri debere, nisi ea, qua locum istum semper dilexerat caritate, detineretur. Siquidem tolerabilius sibi videretur villas, & castella nobis pertinentia in prædam, & direptionem dari, quam ut sanctus locus, & per totam Christianitatem famosus, & venerabilis tantæ ignominie periculo subjaceret. Sed non in longum, postquam officium de Ecclesia nostra interdictum est, vindictam distulit dextera Dei. Nam Princeps tanti auctor sceleris, postquam pecuniam accepit, lumen amisit (2). Idem verò Papa Gregorius in Concilio residens, constituit, ut si quis Normannorum, vel quorumlibet hominum prædia, Monasteria, villas, seu possessiones hujus Cœnobii Casinensis invaserit, & bis, vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi subjaceat, donec resipiscat, & Ecclesie satisfaciat.

*De quibusdam Oblationibus, & Confirmationibus.*

CAPUT XLVII.

**E**odem anno Jordanus Princeps, cujus supra meminimus, more priorum Principum, generale præceptum (1) huic Monasterio fecit de omnibus finibus, ac pertinentiis ejus. Quo etiam præcepto specialius confirmavit eidem Monasterio universa, quæ tam pater, quam ipse huic Monasterio concesserant, seu concambiaverant, vel reddiderant. Id est Castellum, quod dicitur Fractæ, & Terame, & Pedem de monte, & Mortulam, & Cucuruzum, & Turrem ad mare, sed & omnia, quæ antiquitus huic Monasterio pertinuerunt, in tota Liburia cum Ecclesiis, ac finibus, & pertinentiis earum. Hæc, inquam, omnia, cum universis, ut diximus, eorum attinentiis in hoc loco specialiter confirmavit, sub pœna quattuor millium librarum auri, qui huic concessioni aliquatenus inferre violentiam præsumpsissent. Biennio post hæc, oblata est ab eodem Principe in hoc Monasterio Ecclesia Sancti Rufi (2) intra civitatem Capuanam, quæ dudum sibi concessa, & per Sacramentum firmata fuerat ab his, quibus jure hæreditario juxta morem patriæ pertinuerat cum servis, & ancillis, atque colonis, nec non & libris, & ornamentis, & omnibus omnino tam foris, quam intus pertinentiis ipsius, mille librarum auri pœnâ propositâ id violare conantibus. Per eos etiam dies Comes Adenulfus simul, & Fratres fecerunt oblationem

(2) Idem Gregorius. Quo accepto, thesauro, statim idem Princeps tanti auctor sceleris lumen amisit; & usque ad mortem ita permansit. Et tamen Jordanus Princeps consuetum Privilegium eodem anno Monasterio fecit, ut refert Petrus cap. sequenti.

IN CAPUT XLVII. NOTÆ.

- (1) Regest. num. 412. Datum anno Christi 1080.
- (2) Num. 418. Data anno 1082. indict. 6. nempe post mensem Septembris; à quo incipit nova indictio.
- (3) Num. 346.
- (4) Num. 417. ubi sic loquitur, *Damas, & concedimus Monasterio Beati Benedicti tres partes de lacu majore, qui fuit Comitum Aquinensium, qui contra animam nostram cogitaverunt, & consiliati sunt, unde omnes res eorum legaliter nostro fisco deductæ sunt. Quod ergo fecerat Jordanus Princeps anno 1081. faciunt etiam Aquinenses Comites anno sequenti 1082. vel quoddam Desiderius Abbas,*

**A** suam (3) in hoc loco de lacu majori, qui est juxta civitatem Aquinensem, cum omnibus ejusdem loci pertinentiis, super eam oblationem, quam ante annum Princeps Jordanus fecerat (4).

*De quorundam Monachorum Miraculis, & Renovatione Sancti Liberatoris.*

CAPUT XLVIII.

**H**is namque temporibus Guinizo Confessor (1) Almificus, & hujus Cœnobii Monachus vitâ decessit. De cujus virtutibus, quia ad id loci decurrens pervenit historia, æquum planè videtur aliquanta opusculo isti annectere. Hic dum Basilii perverfi temporibus pro hujus Cœnobii causis ad Theodinum servum tunc in arce, quæ Bantra dicitur, residentem directus fuisset, rogatus, ut ea nocte in supradicta arce remoraretur, extra Cellam Guinizo nullatenus se manere posse respondit. Tunc Theodinus diabolico debriatus veneno, dum servum Dei orationis gratiâ Ecclesiam intrasse conspiceret, cum summa diligentia claudi Ecclesiam fecit. Virgam verò, quam in manu servus Dei adduxerat, uxori suæ tradens, in arcam claudi præcepit. Sed humani generis Conditor, atque Redemptor, qui in se sperantes non deserit, misit Angelum suum, qui salvo januarum signaculo eum de Ecclesia abstrahens ad radices montis deposuit. Rustici verò, sole jam ad occasum vergente, redeuntes à ruribus percontati à Castri habitatoribus, si quid novum in illis partibus nuperrimè foret gestum, responderunt se omnino nichil aliud vidisse, nisi quendam hominem solivagum discalciatis pedibus, cambutam in manu portantem. Theodinus verò nequissimus servus hoc audiens, evocat confestim Presbyterum, & quid de Dei homine actum fuisset, sollicitè cœpit inquirere. Qui cum in Ecclesia eum requisissent, & non invenissent, stupore simul, & admiratione ingenti repleti sunt. Qualiter autem omnipotens Deus de eadem Ecclesia januis clausis servum suum abstraxit, usque hodie cunctis mortalibus manet incognitum. Hujus autem viri gesta magnifica, discipulique ejus Januarii miracula, si quis plenius nosse desiderat, testum vitæ ejus à nobis ante hoc fermè septennium exaratum (2) relegat. Circa hoc ferè tempus sanctæ memoriæ Gebizo (3) à Colonia, de qua oriundus erat egrediens, ad hunc locum pervenit, atque à Desiderio Monachus factus est, vir humilitate summus, honestatis

**E** pro firmiori jure Monasterii, ita fieri voluit, cum Comites illi essent Casini, ut ex chartula, vel quoddam illi noluerunt videri suo jure cecidisse, etiamsi Principis Fisco devoluta eorum possessio præsumeretur. Lacus iste nunc exsiccat cultura: obedit plurima sui parte.

IN CAPUT XLVIII. NOTÆ.

- (1) Ex Desiderio primo Dialog. apud Lauretum, hic, Sancti Guinizonis, seu Winizonis testum diem in fastis Benedictinis relatum vide apud Bucelinum 26. Maji, ejus, & Sancti Januarii sacræ exuvie venerationi expositæ confervantur Casini.
- (2) De se loquitur Petrus, quem Menardus accepit pro Leone, estque is textus in libello de ortu, & vita justorum num. 30.
- (3) Eidem Petro de Vir. Illustr. Ebizo, cap. 36. in Martyrol. Monast. 21. Octobris. Bucelin. & Menard. 20. ejusdem; sed Bucelino consentit Petrus Diaconus in ejus vita.



nitore conspicuus, qui cujus apud omnipotentem meriti fuerit, non debet videri lacinosum, si ex his, quæ de eo apicibus tradita sunt, ex parte hic aliqua perstringamus. Habuerat namque ante conversionem quendam familiarissimum, Adonem nomine, prædixit. In vigiliis autem Natalis Domini oranti ei diabolus innumerâ dæmonum catervâ stipatus affuit. Quem vir Dei sciscitatus est, dicens: Unde jocundaris miserrime? Et diabolus: Quoniam ex anima Adonis modò triumphavi, nunc enim inter nostros eam suscepi. Et his dictis ostendit prædictam animam jumentorum more ligatam ad supplicia trahi. Tunc vir Dei onus pœnitentiæ divitis sibi imponens, cœpit Omnipotentem Deum rogare, ut eandem animam de antiqui hostis potestate eripere dignaretur (4). Nocte verò adveniente, Diabolus affuit, eumque flagellis ita cæcidit, ut seminecem eum relinqueret, dicens. Cur pro eo ausus fuisti Deum rogare, qui suis sceleribus innumeris exigentibus in nostra jura devēnit? Non tamen pro hoc vir Dei ab oratione cessavit, usquequo Angelus Domini apparens dixit. Actenus ego, meique sodales pro Adone laboravimus, sed age gratias Deo, quia modò liberatus, & nostris est concivibus aggregatus. Nocte quadam, dum in stratu suo, quod est ante secretarii januam in ipso aditu Basilicæ resideret, visi sunt in choro stare Fratres, & quasi viritum turificaretur, à singulis subselliis videbatur exire simus, cujus virgulæ supra Beati Benedicti colligerentur altarium. Cùmque ad hoc cerne-

(4) Tantillum salis hic adhibere opus est: ne de Trajani anima fabulam, renovatam in Adone spectemus: si Ado impœnitens obierat, non ei proderat, quòd Gebizo pro eo fidejuberet, & solveret. Post fata non admittit vicariam solutionem divina Justitia, neque in ejus tremendo tribunali habet locum lex si alius solvat pro me, liberat me l. tale pactum. §. post divisionem ff. de Pactis, Clem. Romanus Constit. Apostol. lib. 8. cap. 49. De impiis, etsi omne mundi facultates daret pauperibus, tamen nihil eis prodest, nam cui vivo infensus erat Deus. Certè eidem mortuo est iratus: nisi enim æterna, & irredimibilis esset impœnitentium pœna, & supplicium, quo tandem validiori cohiberetur freno peccandi licentia? ut proinde etiam Græcorum fabulæ Rhadamantum, ac Plutonem inexorabiles finxerint. Figuratè igitur hæc accipienda sunt: ut, quæ post mortem Adonis in visu apparuisse dicuntur, ad tempus ante obitum referantur.

(5) De hoc Paulo Perrus Diaconus de Vir. Illustr. cap. 36. Ligur origine, oculis captus ab infantia, alter Didymus appellatus fuit. Plura scripsit in Sacram Scripturam; & alia.

#### IN CAPUT XLIX. NOTÆ.

Non multis abhinc annis, utique post editionem Neapolitanam, deest hic in Codice membranaceo A integrum folium, quo continebatur præfens caput, cum paucis lineis præcedentis, & non multò pluribus subsequēntis. Cujus fraude id factum fuerit, silentio juvat involvere. Moneo propterea Casinates meos non omnibus fidere. Veniunt ad nos interdum quidam in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Cæterùm ne interruptam hic habeas narrationem, eam ex eadem Neapolitana editione, utcunque restituimus, asteriscis \* comprehensam.

(1) Piissimæ hujus Heroinæ vitam metro cecinit Domnizo Presbyter. Nupsit primùm Gotfrido, qui fuit frater Stephani noni, ut supra. Tranlivit dein ad secundas nuptias cum Azzone Estensi Marchione, cognita verò affinitate, quæ inter ipsos erat, monente Gregorio septimo, divortium fecit. Quidam scri-

ret, Angelus Domini apparens dixit: quod vides, orationes sunt Fratrum, quæ propterea in altari congeruntur, ut Sanctus Benedictus repræsentet eas ante sedem Majestatis. Extant \* præterea de hoc egregio viro plura miracula, quæ si quis nosse desiderat, historiam vitæ ejus à Paulo Grammatico, & hujus Cœnobii Monacho descriptam (5) relegat. Hoc etiam tempore, jussu Desiderii, pulchro satis opere in Comitatu Teatino renovata est Ecclesia Sancti Liberatoris ab Adenulfo jam dicti loci Præposito, & hujus Cœnobii Monacho.

De causa dissensionis inter Henricum Imperatorem, & Gregorium Papam, & qualiter Robertus Guiscardus Romaniam ingressus est.

#### CAPUT XLIX.

**A**Nno autem Dominicæ Incarnationis millesimo septuagesimo septimo Matilda Comitissa (1) Liguriæ, & Tusciæ iram Imperatoris Henrici sibi infesti metuens, Liguriam, & Tusciam Provincias Gregorio Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ devotissimè obtulit (2). Hæc ergo causa inter Pontificem, & Romanum Imperium dissensionis, & odii fomitem ministravit. Quapropter Pontifex opportunitate reperta eundem Imperatorem, ob investituram Ecclesiarum, à liminibus Ecclesiæ separavit (3). Cæsar autem cum optimatibus Imperii consilio habito, transiens Al-

bunt in matrimonio virginem perseverasse.

(2) Hujus donationis chartulam à Mathilde renovatam anno 1103. legas apud Baronium eodem anno. Moritur anno 1115. 9. Kal. Augusti, annos nata 76. Sepelitur in amplissimo Monasterio Sancti Benedicti agri Mantuani inter Padum, & Lironem, seu Larionem flumina (ideo de Padolirone cognominatur) quod ab avo suo fundatum, ipsa locupletaverat. Demum ejus ossa ex prædicti Cœnobii Ecclesia, Urbano Octavo Pontifice annitente, Romam advecta sunt, & in Basilica Vaticana honorificè recondita, teste hujus translationis inciso lapide.

(3) Decretum censuræ à Gregorio contra Henricum latæ, habetur in Regeito ejusdem Pontificis lib. 3. post Epistolam 10. apud Platinam, & alios passim, strictim dabo quædam.

Beate Petre Apostolorum Princeps, Tu mihi testis es, & Domina mea Mater Dei, & Beatus Paulus frater tuus inter omnes Sanctos, quòd tua Sancta Romana Ecclesia me invitans ad tua gubernacula traxit, & ideo ex tua gratia, non ex meis operibus, credo, quòd tibi placuit, & placet, ut Populus Christianus, tibi specialiter commissus, mihi obediat. Hac itaque fiducia fretus, pro Ecclesia tua bonos, & defensione; ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, per tuam potestatem, & auctoritatem, Henrico Regi, filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam inaudita superbia insurrexit, totius Regni Teudonicorum, & Italia gubernacula contradico, & omnes Christianos à vinculo juramenti, quod sibi fecere, vel facient, absolvo; & ut nullus ei, sicut Regi, serviat, interdico, &c.

Marianus Scotus anno 1075. Gregorius, querimoniis, & clamoribus Catholicorum justis, adversus Henricum, & scelerum ejus immunitatem auditis, Zelo Dei accensus, jam dictum Regem excommunicatum pronuntiavit, maximè propter Simoniam. Inoleverat consuetudo, inquit Antoninus 3. par. folio mihi 238. præcipuè in Imperio, quòd, defungentibus Ecclesiarum Prælatibus, anulus, & baculus Pastoralis ad Dominum Imperatorem dirigebatur. Unde postmodum unum quemlibet d:

fami-

Alpibus, ut cum Pontifice pacifceretur, intravit Italiam. Triduo namque ante Pontificis curiam, qui eo tempore in unam munitissimam Mattildæ arcem se contulerat, idem Augustus discalceatus permanens, pacem exposcebat, & hoc per se, hoc per Principes Imperii, hoc per familiares Apostolici postulabat. Pacis autem tenor istiusmodi fuit, ut si quid commissi ab utraque parte factum esset, solveretur. Demum vero Cæsar, more antecessorum suorum, Romano Pontifici fidelitatem faceret. Postmodum verò, cum Imperator Papam, & Mattildam dolo capere vellet, detecta fraude, Pontifex à Mattilda monitus, & adjutus Romam reversus est. Cùmque Henricus in pristina relapsus esset, à Gregorio rursus excommunicatus fuit, coronaque Imperii Rodulphum Ducem (4) insignire curavit (5). Quòd ubi Cæsari in Italia nuntiatum est, è vestigio in Gallias transiens, anno Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo primo contra eundem Ducem bellum iniens, in quo primo publico Marte superatus, deinde victor effectus, eundem Ducem gladio trucidavit. Victor igitur Imperator effectus, suæ injuriæ ulciscendæ memor, congregato exercitu, Romam advēnit, sed oblitentibus Romanis cum eodem Pontifice sine effectu reversus est. Hoc etiam anno Robertus Dux cum quindecim millibus armatorum transito mari, Romaniam debellaturus ingreditur. Contra quem Alexius Imperator (6) cum centum septuaginta millibus pugnaturus adveniēns, bellum iniit, à quo idem Imperator devictus est (7).

familiaribus, & Capellanis suis ad Ecclesiam vacantem dirigebat, ut ibi Pastoris fungeretur officio, non expectata Cleri electione, quod Dominus Papa contra omnem honestatem fieri considerans, & jura Ecclesiastica in eo facta conculcari perpendens, semel, secundo, & tertio Imperatorem monuit, ut à tam detestabili presumptione desisteret. Quem præceptis salutaribus communitum, cum illum revocare non posset, ob banc causam Romæ Concilium congregavit centum & decem Episcoporum, in quo primo ipsum Henricum excommunicavit Imperatorem, tamquam perjurum, & Ecclesie Dei persecutorem, & subversorem. Anathematizavit insuper & omnes Ecclesiasticas personas, quæ de manu alicujus secularis personæ reciperent investituram, &c. Vide etiam Trithem. in Chron. Hirsaug. anno 1091. Uperg. anno 1078. & Baronium.

(4) Sueviæ quibusdam; aliis, Burgundiæ, malo prius cum communi. Coronam à Pontifice missam Rodulpho, miro artificio fabricatam, hoc exaetro circum insculptam narrant plerique.

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodulpho.*

(5) Ut scilicet ab Imperii proceribus Rodulphus eligeretur. Cæterum hæc, & alia, huc atinentia, uberrimè à scriptoribus tradita, non est operæ pretium nostro calamo subijcere.

(6) Alexius dictus Comnenus die Paschæ anni 1081. expulso Botoniate, coronatus, imperavit annos 37. menses 4. dies 15. ex Panvinio, & Mercatore. De eo infra lib. 4. cap. 17. & 27.

(7) Anonymus Barenfis anno 1082. Indiæ. 5. venit Alexius Imp. & commisit bellum cum Roberto Dux, feria 3. in die Sancti Luca Apostoli, & Evangelistæ; & terga vertit ipse Imperator, vicique ipse Dux, à quo Auctore annus numeratur à Kalendis Septembris 1082. nostro verò Auctori, & aliis erat communis annus 1081. quod notavit Peregrinus pagina 213. illud etiam monens, eo anno diem Sancti Luca 18. Octobris incidisse inferiam secundam, non tertiam, quo anno littera Dominicalis fuit C.

Tom. IV.

*De Archiepiscopo Ravennate invasore Apostolica Sedis, & qualiter Desiderius iverit ad Imperatorem, manserit, & redierit.*

CAPUT L.

**H**enricus interea Imperator alio anno (1) exercitum congregans Romam advēnit, & Porticum Sancti Petri per vim cepit (2), & ex magna parte destruxit, atque Archiepiscopum Ravennatem invasorem Apostolicæ Sedis absque consilio, & voluntate totius Romanæ Ecclesiæ constituit (3). Hoc audito, omnes ferè istarum partium homines uno animo, unaque voluntate contra Normannos conspiraverunt, ut cùm Imperator Romam transisset, omnes in illos unanimiter insurgerent. Quod illi cognoscentes, & malum timentes, acceperunt consilium intra se, ut, si quomodo possent, fœdus cum Henrico Imperatore componerent, dicentes, quia postquam Imperator Romam habuerit, nullam \* ulterius ab eo finem habebimus (4), sed junctus Romanis, & cæteris circa manentibus, omnes nos de partibus istis expellet. Quod postquam tractatum inter eos, & positum est, & nuntii eorum ad Imperatorem ob hoc ierant, & redierant, demum vocaverunt Patrem Desiderium, & quoniam neminem alium in his partibus invenire poterant, in quo confidere potuissent, & de eo satis fideliter præsumebant, omnia ei, quæ consiliati fuerant, crediderunt, secumque eum ad Im-

IN CAPUT L. NOTÆ.

(1) Lauretus signat annum 1082. aliis 1083.

(2) 4. Nonas Junii. Panvin.

(3) Girbertus de Corrigia dictus, Parmæ natus, litteris præstans, & nobilis, Cancellarius Henrici; postea Archiepiscopus Ravennas, demum factione Henrici anno 1080. Brixinæ Bavarorum 7. Kal. Julii in Antipapam Clementem Tertium electus, hoc anno 1083. Romæ ab Henrico inthronizatur, ut ait noster. Vixit in schismate annos 21. contra Gregorium Septimum, Victorem Tertium, Urbanum Secundum, & Paschalem Secundum. Moritur Romæ in Arce Sancti Angeli anno 1101. sepelitur Ravennæ in Ecclesia Cathedrali. Sed postea, jussu Paschalis Secundi, ejus cadaver exhumatum, combustum fuit. Baron. Panvin. Cajet. in Gelaf. 2. ex Pandulfo Pisano. At Platina Girbertum obiisse scribit in Furconensium montanis, subita morte.

(4) Et infra. Et licet propter securitatem suam finem cum Imperatore componerent. Utrobique editio Laureti legi voluit *Fidem*. At contra fidem scripti Codicis: nec minus præter mentem Auctoris, cujus in primo loco germanus sensus est. *Nullam ulterius ab eo finem habebimus*, hoc est, *nullis finibus nos contineri permittet, sed junctus Romanis, & cæteris, omnes nos de partibus istis expellet*. In quo etiam sensu infra. Et licet propter securitatem suam, nempe licet, ut securè Normanni ad Imperatorem accedere possent, *Finem cum Imperatore componerent*, id est, agerent de finibus componendis, quasi rem propriam tractantes, *eo tamen animo præcipuè veniant, ut causa fidelitatis Romana Ecclesiæ*, hoc est, propter fidelitatem, quam profitebantur Ecclesiæ Romanæ, *de pace inter Pontificem, & Imperatorem satagerent, & mediatores utrunque essent, licet non vocati*.

Qualiscunque tamen Petri mens fuerit, quam acutioribus relinquimus conjectandam, nos in ejus Codice nihil immutamus, ut fecit Lauretus, & Vicentinus. *Finem* autem apud Auctorem nostrum in feminino usurpari, alibi observavimus.

N n n

Imperatorem ire hortati sunt, & licet propter securitatem suam finem cum Imperatore componerent, eo tamen animo veniebant, ut causam fidelitatis Romanæ Ecclesiæ de pace inter Pontificem, & Imperatorem satagerent. Hoc ubi Gregorio Papæ nuntiatum est, supradictum Imperatorem cum omnibus suis sequacibus, à liminibus Ecclesiæ separavit. Hoc ubi Normanni persenserunt, omnes, qui prædictum Pontificem antea sinceriter, ac fideliter diligebant, ex tunc ab eo corpore, & animo recesserunt. Imperator interea per Comites Marforum misit Epistolam ad Patrem Desiderium, ut iret ad eum, ad quam Epistolam nullum omnino responsum dedit, quia nesciebat cujusmodi salutationem ei scriberet (5). Idem misit illi aliam fati mandando, quod nec ad eum ierit, nec ad scripta sua responderit, mandavitque ei, ut Farusæ (6) sibi occurrere non moraretur, nisi forte vellet graviter pœnitere. Ad hæc Desiderius rescripsit ei pro salutatione debitæ fidelitatis obsequium, ideo, quia nullam ei fidelitatem se debere putabat, & cum multas illi rationes in ipsis litteris posuisset, se propter Normannos non posse illum adire, sed si forte cum Romano Pontifice vellet pacem facere, inveniret aliquam occasionem illum adire, & ad ultimum, ut illum ad pacem animaret, scripsit, neque Regnum, neque Sacerdotium in tanto dissidio incolume posse consistere. Ad hæc Imperator iratus, & multa contra Desiderium indignatione commotus, nuntiis suis, quos ad Principem mittebat, omnino interdixit, ne Desiderio aliquid loquerentur, & Principi mandavit, ut Desiderium, quantum valeret, læderet; nisi sua sponte ad Imperatorem veniret. Hoc ubi Desiderius Pater agnovit, Romano Pontifici hæc omnia litteris intimavit, & quid sibi inde esset agendum consulit, sed nullum ab eo super hoc responsum accepit (7). Rursus igitur Imperator misit Desiderio litteras, ut nullo modo dimitteret, quin ad eum in Pascha iret, & cum eo ipsam festivitatem celebraret, & aliam misit Monachis de eadem re, sed adhuc differens, ire ad illum distulit. Postquam verò Princeps, & omnes Normanni ad Imperatorem pergebant, & Princeps Desiderium secum ire hortabatur, idem Abbas Fratres convocans, dixit ad eos. Angustia michi sunt undique (8): si enim ad Imperatorem non iero, imminet periculum, & everio Monasterii, si autem iero, & voluntatem ejus implevero, incurram periculum animæ; si verò iero, & voluntatem ejus non fecero; imminet periculum corporis mei, simulque timeo, ne iratus Imperator, ita Normannis Monasterium istud, quod sub tu-

(5) Quippe excommunicato fidelitatem, & obsequium exhibere nec poterat, nec debebat, & tamen coactus rescripsit tandem, & pro salutatione debitæ fidelitatis obsequium, ideo quia nullam ei fidelitatem se debere putabat. Ita, prudenti usus Amphibolia, & mendacium cavet, & discrimen. Cum enim nullam ei fidelitatem deberet, offerens, quam debebat, nullam offerebat. Ita Petrus Damiani scribens Cadelao Antipapæ Epist. 20. lib. 1. hac usus est epigraphe. *Cadelao dicto Episcopo, Petrus peccator Monachus, quod dignum, & justum est, & Epist. 21. eidem quod meretur.*

(6) Utique *Farfa*, ut emendavit Lauretus: At, quid, si tunc vulgari dialecto *Farva* dicebatur? *Farfam* autem hic accipere Monasterium,

A tela, & defensione ejus est, sicut & totum Principatum concedat: pergam tamen ad eum tradens me morti, & periculo, neque enim faciam animam meam pretiosiores, quam Patrem Sanctissimum Benedictum, nam & pro vestra communi salute, animarum, & corporum, locique istius incolumitate, si aliter fieri non potest, opto à Christo anathema esse. Si enim milies occidar, nullus me separabit à dilectione loci istius, nam non dico Imperatori, qui Christianus est, sed etiam alicui pagano, sive tyranno occurrere non recuso, dummodo res Monasterii valeam ab ejus barbarie liberare. Nam & Leo Papa, ut Civitatem Romanam à devastatione, & incendio liberaret, Genserico Regi Arriano occurrit, & Savinus Canonicus Artilam æque Arrianum ad convivium invitavit, & de manu ejus calicem accepit, & bibit, & Pater Benedictus Zallam similiter perfidiæ Arrianæ hominem etiam in oratione suscepit, ut eum afflictione rustici mitigaret. Hæc cum dixisset, Patri Benedicto se commendans, iter arripuit. Ita tamen, Deo se protegente, cavet, ut in toto illo itinere, & in tota illa mora, quam ibi habuit, cum multi sibi Episcopi, & honorati viri, amici etiam sui quamplurimi, & Imperatoris Cancellarius occurrissent, neminem osculatus est, cum nullo eorum simul oraverit, comederit, aut biberit. (9) Postquam verò Albanum pervenit, neque ipse ad Imperatorem ivit, neque ad illum aliquem misit, sed per totam illam ebdomadam minæ sibi ab Imperatore tantummodo mittebantur. Nam mandabat ei, ut sibi fidelitatem faceret, & homo ipse per manus deveniret, (10) & Abbatia de sua manu reciperet. Quæ videlicet omnia Desiderius forti animo contempnebat, dicens, se non modò pro Abbatia, sed nec pro honore totius mundi id minimè esse facturum. Cumque tam rigidum, & inflexibilem eum Imperator esse cerneret, iratus est valde, præcepitque Principi, quatinus nuntios suos acciperet, & cum eis ad Monasterium veniret, illisque ipsum assignaret, sed cum Princeps multa illi bona de Desiderio frequenter locutus fuisset, & eum ad illum duxisset, ita flexit se, ut ipse coram Principe amicitiam sibi promitteret, & de corona Imperiali, ac requirenda illum pro suo posse adjuvaret, salvo tamen ordine suo. (11) Quæ quoniam ad comparisonem superiorum Desiderio levia visa sunt, quia aliter nequivit, consensit, & coram Principe hoc ei promisit. Cumque adhuc exigeret, ut virgam Abbatia ab ipso reciperet. Respondit, quia cum Romani Imperii coronam eum habere vidisset, tunc si sibi videretur, Abbatiam ab ipso reciperet, si verò nollet, dimitteret. (12) Post hæc Imperator ac-

E prope *Farfam* fluvium, quod nunc quoque *Farfa* vocatur, incoliturque à nostris.

(7) Neque enim, quod ipse nollet, neque quod Desiderio noxium futurum esset, respondere voluit, ideo Pontifex non rescripsit.

(8) Magnanimo viro, & heroicæ constantiæ digna oratio! quam virtutem in Pontificatu quoque maximè ostendit.

(9) Memor vulgati carminis. *Os, orare, vale, communitio, mensa, negatur.*

(10) Supra lib. 1. in cap. 55.

(11) Salva ejus dignitate, supra cap. 44. contra ordinem suum, & infra hic cap. 67. Tanti ordinis fascibus, & lib. 4. cap. 1. Ad tantum ordinem recipiendum.

(12) Abbas Casinensis Imperatori fidelitatem debebat. Henticus autem nondum Imperii coronam

cepto à Principe magno quantitatis pretio, per præceptum aureâ bullâ bullatum confirmavit totius Capuani Principatus attinentias, retento sibi, & Imperio Monasterio Casinense, (13) cum universis rebus, ac pertinentiis suis. Super hæc interim quandiu ibi permanit Desiderius, cotidie, ac sæpe cum Episcopis, qui cum Imperatore erant de honore Apostolicæ Sedis contendit, & præcipue etiam cum Episcopo Ostiensi, qui etiam Papæ Gregorio favore videbatur. Cum ille ei privilegium Nicolai Papæ, quod cum Hildebrando Archidiacono, & centum viginti quinque Episcopis fecerat, ostendisset, ut numquam Papa in Romana Ecclesia absque consensu Imperatoris fieret, quod si fieret, sciret se non pro Papa habendum esse, atque anathematizandum. Unde Desiderius tam illum, quam omnes qui eum adjuvabant, palam convicit. Dixit enim, neque Papam, neque Episcopum aliquem, neque Archidiaconum, neque Cardinalem, sed nec ullum hominem hoc iuste facere potuisse. (14) Apostolica enim Sedes Domina nostra est non ancilla, nec alicui subdita, sed omnibus est prælata, & ideo nulla ratione posse constare, ut eam aliquis, quasi famulam, vendat. Quod si hoc à Nicolao Papa factum est, iniuste procul dubio, & stultissime factum est, nec pro humana stultitia potest, aut debet amittere suam dignitatem Ecclesia, nec unquam debet à nobis hoc aliquatenus consentiri, nec, Deo volente, amplius fiet, ut Rex Alemannorum Papam constituat Romanorum. Cum ad hæc iratus Episcopus dixit. Quod si hæc Ultramontani audirent, omnes simul adunati unum fierent. Desiderius respondit. Certè si non solum hi, sed etiam totus mundus contra hoc

nam acceperat: nec illam, nisi reconciliatus Pontifici, accepturus erat. Prudenter igitur Desiderius, & probabiliter sic respondit; & nihilosecius addidit, si sibi videretur: nam neque sub illa conditione promississe videri voluit, investituram Abbatæ ab Imperatore se accepturum fore: sed, vel investituram, vel dimissionem Abbatæ.

(13) Semper enim extra sortem Principatus fuit, unice Imperio obnoxium. Sic in divisione Principatus Beneventani inter Radelchisum, & Siconolfum num. 4. apud Peregrin. Monasteria Casinense, & Sancti Vincentii nulli parti cedunt. Præter Monasteria Sancti Benedicti, & Sancti Vincentii, que sub defensione Domini Imperatoris Lotharii, ejusque filii Domini Ludovici Regis sunt. De quo supra lib. 1.

(14) Redi ad notata supra in cap. 21. Iterum in has angustias incidit Paschalis Secundus infra lib. 4. cap. 40. sicut contigerat Nicolao Secundo, & tunc quoque Abbas Casinensis pro libertate Romanæ Ecclesiæ disputavit, quem admodum nunc Desiderius.

(15) Nempe Nicolai Secundi circa electionem Papæ.

(16) Invieta Desiderii fortitudo in redarguendis Imperialibus tantum abfuit, ut illi damnum perpererit, quin potius privilegium ab Imperatore retulit. Ita, virtus etiam in hoste venerabilis.

#### IN CAPUT LI. NOTÆ.

(1) De eo Martyrol. Romanum 29. Aprilis, ubi Baronius in notis, Bucelinus ad eandem diem.

(2) In pervetusto Necrologio, seu emortuali Casinensi Cod. 47. notatur commemoratio Fratrum nostrorum Cluniacensium; ut & aliorum, qui societati Casinentium aggregati erant: 3. Kal. Maji commemoratio Cluniacensium Fratrum. Fride Nonas Maji commemoratio omnium Fratrum Sancti Floriani: 6. Idus Octobris Commemoratio Fratrum nostrorum. Sancta Maria de Assisio. Kal. Octobris Commemoratio Augiensium Fratrum, 5. Nonas Tom. IV.

A in unum congregaretur, numquam nos ab hac sententia excludere posset. Potest quidem Imperator ad tempus, si tamen permiserit Deus, prævalere, & vim Ecclesiasticæ Justitiæ inferre, nostrum tamen consensum ad hoc numquam poterit inclinare. His, & hujuscemodi pluribus cotidie cum eis, & sæpissime contendebat, & iustis eos rationibus convincebat. Cum Archiepiscopo etiam Ravennate super eadem re satis contendit, & de prædicto privilegio (15) iustis eum rationibus vicit, cur etiam de Papatu se intromississet, non leviter reprehendit, sed cum multis rationibus satisfacere voluisset, nec valuisset, invitum se fecisse respondit, nam si hoc non fecisset, honorem suum Imperator procul dubio perdidisset. Desiderius autem ab eodem Imperatore præceptum aureâ bullâ bullatum (16) de hujus loci possessionibus accipiens. & licentiâ redeundi ab Imperatore impetratâ, ad hoc Monasterium est reversus.

*De obitu duorum Monachorum  
hujus Monasterii.*

#### CAPUT LI.

Circa hæc tempora Ugo venerabilis Abbas Cluniacensis (1) vir celeberrimæ vitæ, ac famæ ad Patris Benedicti limina valde devotus advēnit, quem venerabilis Desiderius honorificè, ut tantum decebat virum, suscipiens & societatem Cluniacensium Fratrum nostræ Congregationi adjungens, memoriam illorum apud nos, nostræque Congregationis apud illos in morte, & in vita iidem viri venerabiles in perpetuum habendam sanserunt. (2) Tunc temporis in hoc Casinensi Cœnobio, cum

*Octobris commemoratio omnium Consanguineorum nostrorum.*

Chartæ porrò societatis antiquissimus est usus apud Benedictinos, & ab ipso Sanctissimo Patriarcha propagatus. In vita Sancti Placidi. Tertullus vero deosculata omni congregatione, rogavit Patrem Benedictum, quatinus Fratres eum dignarentur in suam recipere societatem. Quod cum celeriter ea, que cum summa devotione poscebat, unâ cum Patriitis, Consulibus, ac Senatoribus, qui cum eo venerant, impetrasset, &c. Francorum quoque Rex chartam societatis rogat à Beato Mauro in ejus vita cap. 49. Infra etiam lib. 4. cap. 17. Eundemque Imperatorem participem bonorum manere constituit, & apud Monast. Anglic. pag. 666. Monachi vero concesserunt michi Fratritatem, & orationes Ecclesiæ suæ in perpetuum.

Extat in Codice nostro operum Alcuini de Trinitate, exemplum Epistolæ Desiderii Abbatis Petro Damiani, quod hic subnectere non gravamur, præfenti congruens instituto.

*Domno Petro Damiani venerabili Episcopo, Desiderius Abbas, Dei gratiâ  
quicquid est Sal.*

„ Quoniam satis clarè innotuit, quod hoc Monasterium Sancti Benedicti, cui præesse videor, plus omnibus aliis circumquaque fundatis diligas; cunctis Fratribus nostris laudantibus, ac libenter consentientibus, promittimus Tibi, venerabilis Frater Petre, ego Frater Desiderius cum tota Congregatione hujus Sancti Cœnobii, memoriam obitus tui annualiter nos habituros, posterosque nostros hoc idem observare fideliter cupientes, sicut consuetudinaliter prædecessorum nostrorum, Abbatum qui noviter de hac luce migraverunt, officiosissime celebramus. Satis quippe dignum, & honestum nobis videtur; ut, quibus tantam dilectionem impendis, tantam benevolentiam ostendis, aliquid emolumenti

Nan 2

„ re-



eum quidam Frater, Gregorius nomine, (3) ex hoc mundo migrasset, tanta odoris fragrantia de loco, in quo jacebat, emanavit, ut omne subito hoc Monasterium odoris suavitatis resperferit. Cumque omnes mirarentur, nuntius ab infirmorum domo venit, qui Gregorium Monachum obisse nuntiavit. Quidam Frater in hoc Casinensi Cœnobio, Randiscius nomine fuit, (4) cujus quanta, qualisque vita extiterit, in ipso mortis articulo Dominus ostendere dignatus est, nam cum, expleto vivendi tempore, mortis perfolveret debitum, cœperunt Fratres, sicut mos est, ejus animam omnipotenti Domino commendare. Cumque jam extremum alitum traheret, voces plallentium, virtute, qua poterat, compescere cœpit, dicens. Tacete, tacete, numquid non auditis, quantæ resonant laudes in cœlo? Numquid pueros, qui laudes decantant non videtis. Nam vestimenta, vultusque eorum sunt ut nix. Unde per Deum obnixè vos postulo, ut fileatis, michique tam suavissimum cantum audire sinatis. Hæc dum diceret, extremum alitum fudit.

„ rependam; ut, quos ira incœperis amare, „ semper, dum vixeris, amor tuus crescat in „ nobis, dum aliquid devotionis, & amoris „ præter solitum à nobis, te speras consequi „ uturum. Si quis autem hujus nostræ pollicita- „ tionis violator existerit, vel nobiscum vi- „ ventium, aut succedentium ante Tribunal „ Christi reus mendacii præsentetur. Ego qui „ S. Desiderius Abbas subscripsi. *Ego Frater „ Rainerius SS. In Reg. num. 495. Eo die „ quo dedimus Societatem nostram Gualterio „ filio Borrelli infantis.*

(3) Ex Desiderio secundo Dialog. Idem Petrus de ortu, & vita Iustorum cap. 43.

(4) De vita, & ortu Iustorum cap. 59.

IN CAPUT LII. NOTÆ.

(1) Et infra cap. 60. *Hic Abbas concessit Landoni Comiti Trajectensi quartam partem de eodem Comitatu Trajectano in eo tenore, ut inde ubicunque vocatus fuisset, supradicto Abbati, & ejus successoribus fideliter servir.*

Abbas Casinensis, ut Dominus absolutus, concedebat beneficiario titulo, & in feudum, benemeritis de Monasterio, eosque Vassallos, & fideles ejusdem Cœnobii agnoscebat; independentes à Principe Capuano, & à quolibet alio. Formulam juramenti hujusmodi Vassallorum, seu Valvasorum, exhibet Regestum Petri num. 360. hoc tenore.

„ Forma juramenti, quod præstare, & facere „ tenentur hii, qui noviter à Monasterio Casinensi ad fidelitatem, & Vassallagium recipiuntur.

„ Postis manibus super Sanctis Evangeliiis, & „ flexis genibus, dicit ille, qui Monasterio „ Casinensi est juramentum fidelitatis, & vassallagii præstaturus. Ego talis ab hac hora „ in antea fidelis, & obediens ero Beato Benedicto, & Domino meo tali Abbati Casinensi, suisque successoribus, canonicè intrantibus, Sanctæque Ecclesiæ Casin. non ero in „ consilio, aut consensu, vel facto ut vitam „ perdant, aut membrum, aut capiantur mala „ la captione. Consilium, quod mihi credituri „ sunt per se, aut per suos, sive nunptios, per „ litteras, ad eorum dampnum, me scientes, „ nemini pandam, & si scivero fieri, vel procurari, sive tractari aliquid, quod sit ipsorum „ dampnum, illud pro posse impediam; & „ si impedire non possem, illud eis significare „ curabo. Abbatiam Casinens. & bona Sancti „ Benedicti, tam in Abbatia Casinensi, quam „ alibi existentia, adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, ac recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem: universas & singulas condiciones, ad quas alii Casinenses „ Vassalli tenentur, plenariè adimplebo, &

*De Castello Saracenisco, & Suis.*

CAPUT LII.

Sequenti tempore Jannellus, & Scifridus pro parte sua, & parentum suorum renuntiaverunt se huic Monasterio de Castello Saracenisco cum pertinentiis suis, recipientes præsentialiter à Desiderio monetæ Papiensis solidos ducentos, centum librarum auri poenâ præpositâ. His porrò diebus Desiderius ante præsentiam Jordani Principis concessit Goffrido cognomento Monio, diebus vitæ suæ, Castrum Suiense, in eo tenore, ut ipsum Castrum non recognosceret, neque à Principe, neque ab ullo homine, nisi à prædicto Abbate, & successoribus suis, & servirer inde huic Monasterio, & ejus Abbatibus per rectitudinem, (1) ad mortem verò, prædictum Castrum in loci hujus potestate rediret.

*Qua-*

„ inviolabiliter observabo; nec ullo unquam „ tempore veniam contra illam; sic me Deus „ adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Et num. 392. *Forma juramenti.*

„ Juro ego Petrus, quia ab hac hora in antea „ ero fidelis, ut Vassallus Monasterii Casinensis, & Abbati ejusdem. Item non ero in „ consilio, nec in facto, ut ipse Dominus Abbas vitam, aut membra, vel capiat mala „ captione, vel munitiones suas perdat, vel „ bona. Quod si prædicta scivero, vel aliquid „ prædictorum, si potero, contradicam, ut „ non fiant; alioquin denunciabo Domino „ quàm citius potero, per me, vel per alium, „ ut sit Domino meo notum. Item, quod eidem Domino erit facile, non faciam „ difficile & quod eidem fuerit possibile, ut „ sit impossibile non tractabo. Item consilium, „ quod michi per se, aut per litteras, aut per „ nuncium manifestabit, ad ejus dampnum, „ nulli pandam, sed postularum consilium tribuam bona fide. Item juvabo ipsum Dominum, & defendam, & bona, & vitam suam „ toto meo posse, & secundum Deum, & justitiam contra omnes homines hujus mundi.

„ Observa utrobique, neminem mundi hominem exceptum, ut supremum Dominium Abbatibus Casinensis agnoscas.

„ Chartula verò 633. in eodem Regesto. „ Notitia commemorationis facta à me Oderisio „ Dei gratiâ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac Casinensi Abbate de convenientia, „ quam feci cum Jordano Pinzast de medietate Pontis curvi, quod Castrum Robbertus „ Comes nostro Cœnobio vendidit pro libris „ quingentis, & Principibus Robberto, & Riccardo, propter hanc rem dedimus libras 290. „ & ipsi quidem supradicto Jordano Pinzast, „ quoniam secundum virem suam de hac causa „ sa adjuvavit nos, dedimus libras 120. simul „ que investivimus eum per anulum aureum de medietate Pontis curvi in vita sua, post „ mortem verò ejus in jus nostri Monasterii „ redeat. Insuper autem dedimus unam domum illi cum molendino in Sancto Germano, & quindecim homines inter Plumbarola, & Piniatari. Interfuerunt huic rei Bruno Episcopus Signinus, Frater Petrus PP. „ Frater Peregrinus Decanus, Frater Petrus „ Mansionarius, Frater Amicus, Frater Joannes de Maranola, Frater Berardus Balbenus „ Cappellanus, Frater Sigenulfus, Frater Lando Gradulfi, Laici verò Joannes de Caminata, Johannes de Terame, & Oderisius, „ cum Malfreda, & Grimaldus de Johanne „ de poro.

„ Extant ibidem & aliæ chartulæ fidelitatis à num. 615. & deinceps. Confer leges Langobard. ex quibus hæc illustrantur.



*Qualiter Robertus Guiscardus adduxit  
Apostolicum ad hunc locum.*

CAPUT LIII.

**A**Lio præterea anno Eynricus Imperator Romam cum exercitu venit, (1) & supradictum Papam Gregorium, qui in arce Sancti Angeli se contra eum munierat, cum diversis bellorum Machinis oppugnare modis omnibus cœpit. Hoc ubi Roberto Duci, qui ea tempestate Constantinopolitanum Imperatorem expugnabat, relatum est (2), Boamundum filium suum in ipsa expeditione relinquens, Italiam citissime rediit, ac imensum valde exercitum congregans, ob Papæ liberationem, contra Imperatorem ire disponit. Quod ubi Desiderio nuntiatum est, nuntium Romæ ilico destinavit, qui & Papæ liberationem, & Imperatori adventum Ducis nuntiaret. Tunc Imperator urbe egrediens, ob id scilicet, quia sine militum præsidio erat, civitatem Castellanam ingressus est. Robbertus autem Dux Romæ cum exercitu ad Ecclesiam sanctorum quattuor Coronatorum intempestæ noctis silentio dum advenisset, ex consilio Cencii Romanorum Consulis ignem in urbem immisit. Romani igitur, re inopinata percussi, ac in igne extinguendo dum essent intenti, Dux confestim cum exercitu ad Arcem Sancti Angeli properans, Pontificemque inde abstrahens, Romam sine mora egressus, Papam Gregorium ad hoc Monasterium usque deduxit, quem Apostolicum noster Abbas usque ad ipsius exitum, cum Episcopis, & Cardinalibus, qui eum secuti fuerant, sustentavit. (3)

*De Visione nocturna cujusdam Johannis,  
& cum Missam Apostolicam celebravit.*

CAPUT LIV.

**F**actum est autem, dum idem Papa Gregorius Missam celebraret (1), vir quidam, Johannes nomine, juxta altaris crepidinem pedem in remoto astitit. Cumque ad altare oculos devertisset, subito in estasin raptus, nivei coloris columbam, cujus guttur videbatur esse aureum, super eandem aram stare conspexit. Quæ mox inde advolans, atque super dextrum humerum Papæ Gregorii recubans, alis protinus expansis, utrosque protegit, & tandiu sic persistit, quousque commi-

IN CAPUT LIII. NOTÆ.

- (1) Militabat in hac expeditione sub Imperatore Gothifredus inclytus ille Dux Bullionius, qui postea primus ex Latinis Hierosolymis regnavit. Hic in ea obsidione Romana, effracta muri parte, quæ sibi contigerat expugnanda, in urbem primus irrupit. Qui ea die nimio labore fatigatus, gravem incurrit infirmitatem; & cum morti se proximum cerneret, vovit, quod si Deus eum ad sanitatem reduceret, terram sanctam promissionis visiteret personaliter. Quo voto emisso, statim pristina restitutus est sanitati. Ex Antonino ferè ad verbum 2. p. pagina mihi 238. à tergo.
- (2) Quæ hic narrat Petrus, ab aliis passim recensentur; & uberius; eos adi.
- (3) Nimirum usque ad annum 1085. simili charitatis obsequio obstrinxit se Desiderius Pontifici eligendo post Gregorium Septimum infra cap. 65. idem præstitit Calixto secundo Abbas Girardus lib. 4. cap. 66. Idque grato animo testatur Urbanus Secundus in suo diplomate

**A**stio corporis, & sanguinis Christi in calice facta fuit, iterumque sicut prius in humero se colligens, inde ad altare descendit, caput blandè super hostiam flectens, viro illo, nec quid hoc esset, sentiente, cum celeri volatu, pleno rostro, remeavit ad cœlum. Post hæc rursus homo ille ad cor, & ad memoriam rediit, adeò ut penitus in ejus animo nullæ visionis hujus manerent vestigia. Nocte verò subsecuta, cum se sopori dedisset, vir, ut sol irradians, minaci vultu in medio suæ domus hostio eidem apparuit, quo viso, quo jacebat de stratu prosiliens, terrore cogente nimio, fugam temptavit arripere, quem vir supereminens, estensa manu compefcuit, brachium ejus tenens suaviter. Fugax autem ille, cernens, quod nullo modo manus ejus evadere posset, ac si ligatus, invitus stetit, cujus ad auxilium quidam nivea canitie aspersus, stola candida indurus subito advēnit, illius mœrorem manu consolationis abstergens, de caprione, qua tenebatur, eum eripuit, quem libera voce, quis hic tantæ potestatis, vel claritatis esset, intrepidus inquisivit. Cui, hic est sol justitiæ, respondit, & ille, nomen tuum simili modo quærenti michi ediscere. Nequaquam te, inquit, meum scire nomen oportet, sed ad interrogata sapienter michi responde. Reminisceris forsitan, quod hesternæ die in Ecclesia dum astares, vidisti? Ille forsitan, cui oblivio animum impedierat, cœpit infra se volvere, & cogitare, quid ab eo senior quæreret, & subito memor sui factus, per ordinem sibi retulit rei eventus; Vade, inquam, quantocius auribus Papæ hoc ipsum intimato, ut constanter vigore Sancti Spiritus cœptum opus peragat, & confestim ab oculis ejus ablatum est.

*De quadam parte salutiferæ Crucis huc apportata, & Renovatione Sancti Benedicti in Capua, & Pluvia postulata.*

CAPUT LV.

**H**is porrò temporibus, quidam Amalfitanæ civitatis nobilis mundo, mundanisque omnibus abrenuntians ad hunc locum pervēnit, & à Desiderio gratanter susceptus, & Monachus factus, partem non exiguam Ligni salutiferæ, & vivificæ Crucis auro, & lapidibus pretiosis ornatam, & in aurea Ycona locatam, quam ipse de palatio Constantinopolitano abstulerat, in conjuratione, quæ contra Michaëlem Imperatorem facta est (1), Beato

- pro Monasterio Casinensi in Regeſto num. 36.
- „ Præter generale caritatis debitum, præter
- „ singularem vestri Cœnobii prærogativam, qua
- „ in Monasticæ legis latione, & latore sanctif-
- „ simo Benedicto universorum per occidentem
- „ Monasteriorum caput à Domino institutum;
- „ & illa etiam benignitatis magnificentia, qua
- „ semper, & nostris præcipuè temporibus, Con-
- „ gregatio vestra Sanctæ Romanæ subvénit Ec-
- „ clesiæ, multum nos eidem loco fore compel-
- „ lit obnoxios. Is enim locus nostrorum pau-
- „ perum relevatio, fugientium refugium, fes-
- „ sorem Sedis Apostolicæ filiorum requies in-
- „ defessa permanſit, & permanet.
- IN CAPUT LIV. NOTÆ.
- (1) Aliud mirabile de Gregorio septimo refert Desiderius 3. Dialog. apud Laurentum hic.
- IN CAPUT LV. NOTÆ.
- (1) De ea Anonymus Barenſis anno 1078. *Elevatus est Imp. Nikiſoro Botoniati mense Martii, & deposuit, Michail Imp. & tulit uxorem ejus sibi uxorem, fecitque eum Monachum.*

Beato Benedicto devotissimus optulit. Desiderius autem post ista Capuam pergens, & officinas Monasterii Capuani in ruinis jam positas cernens, ad renovationem illius animum dedit. Dirupta namque priori Ecclesia, iussit conducti artifices alios ad capitella Columnarum, miro opere facienda. Evocansque ad se Benedictum ejusdem loci Præpositum, præcepit, ut in ejusdem Ecclesie renovatione, omnibus rebus postpositis, specialiter invigilare studeret. Cujus ille imperio parens, Patris Benedicti Basilicam, sicut nunc cernitur, pulcherrimam satis construxit. Quæ quidem Ecclesia habet in longitudine cubitos octo & nonaginta, in latitudine duos & quinquaginta, in altitudine quadraginta; columnas ab uno latere novem, ab altero totidem. Tunc temporis cum omnis tellus arefceret, Fratribus omnipotentem Deum, & Patrem Benedictum per aliquot dies ex hoc rogantibus, pluviam Dominus abundantissime tribuit. Et ut meritis Beatissimi Patris Benedicti id evenisse crederetur, solummodo intra terras Monasterii diffusa est, à foris verò ne una quidem pluvie gutta cecidit.

*De quorundam Oblationibus, & Aldemario hujus Cœnobii Monacho.*

## CAPUT LVI.

SEquenti verò tempore Theodinus filius Maynerii de Trivento obtulit (1) huic loco Monasterium Sancti Salvatoris, quod situm est prope fluvium Tresta (2) simul cum Castello, quod eidem Monasterio pertinet vocabulo Pefclatura, & duabus aliis Ecclesiis, idest Sancta Maria de Colle rotundo, & Sanctus Paulus de Petra Corvina cum universis earundem Ecclesiarum mobilibus, & immobilibus. Transmundus quoque Teatinus Comes similiter obtulit (3) in hoc Monasterio tria sui juris Castella in Comitatu Pinnense, quorum unum vocatur Arseta, alterum dicitur Bacuccu, tertium nominatur Bisenti, cum terra nichilominus decem millium, & eo amplius modiorum. Circa hæc ferè tempora vir Domini Aldemarius hujus Cœnobii Monachus, & miraculorum patror egregius apud Bocclanicum vita decessit. De cujus miraculis, quia id ratio exigit, aliqua opusculo isti ad succedentium memoriam perstringenda sunt. Hic dum quodam tempore Bovianum pertransiret, unus è supra dicti loci habitatoribus, cum interficere cupiens, vibrato telo, ita lacertus ejus obriquit, ut brachium flectere nullo modo posset. Tunc ubi se tali correptum pœna perspexit, eundem Aldemarium rogare cœpit, ut sui misereri dignaretur; vir autem Domini orationem pro ipso fundens, persequentem se, confestim sanum restituit. Nec hoc silendum videtur, quòd si quis languidus aquam viri Dei manibus benedictam in po-

## IN CAPUT LVI. NOTÆ.

- (1) Reg. num. 456.  
 (2) *Arseta* editioni Neapol. sed *Tresta* est quoque in Chartula, & vero in characteribus Langobardicis, quibus exaratus est Codex A. T. & A. parum discrepant: unde hallucinatus est Lauretus, vel quicumque fuerit Librarius, cujus oculis usus & Lauretus.  
 (3) Num. 457.  
 (4) Reg. num. 419. Anno Principatus ipsius vicissimo octavo, & viceesimo tertio anno Ducatus

A tum accepisset, saluti pristinae citissime restituebatur. Per hos dies oblata est in hoc Monasterio à supradicto Principe Jordano Ecclesia Sanctæ Agathæ justa Averfam (4), quam dudum Constantinus Africanus, sicut jam supra taxavimus, Beato Benedicto obtulerat, cum curtibus, & villanis, & universis pertinentiis suis, qualiter eam Richardus Princeps pater ejus dotaverat, & sicut Guilelmus Cappellanus ipsius, qui eam restauraverat, ad diem obitus sui tenuerat, violatoribus ejusdem suæ oblacionis centum auri librarum pœnâ propositâ.

*De Obitu Roberti Guiscardi, & Brachio Sancti Matthæi Apostoli.*

## CAPUT LVII.

Hoc interea anno Robertus Dux; qui cum Constantinopolitano Imperatore, ejusque exercitibus multa jamdudum prælia prospere gesserat, multasque ejus Urbes occupaverat, cum esset in eadem expeditione, obiit (1) corpusque ejus Italiae relatum, & in Venusia civitate Apulie conditum est. Hic interea ad diem obitus sui brachium Sancti Apostoli, & Evangelistæ Matthæi Cappellani sui filio suo Salerni reportandum, atque reddendum reliquit. Sed illi substantia pauperes, ac fide pauperiores, thecam argenteam, in qua Sanctum Brachium erat reconditum inter se dividunt, indeque Jerusalem pergentes, sanctas reliquias usque ad diem obitus sui apud se retinere celatas. Ad mortem autem venientes, supradictas reliquias, insciis sociis, pueris suis contradunt, qui qualiter Sanctum Brachium temporibus Girardi Abbatis ad hunc locum detulerint, loco suo scribemus (2). Non autem videtur indignum hinc ex parte aliqua summam oblacionum istius Ducis, ejusque conjugis Sicelgaitæ ad scientiam posterorum annectere, qui supra omnes ferè sui temporis mortales locum istum, Patrem Desiderium, & nostram Congregationem diligere, exaltare, & honorare studuerunt.

*De oblacionibus ejusdem Roberti in hoc Cœnobio.*

## CAPUT LVIII.

PRima igitur vice, quando idem Abbas Regium perrexit ad eos, donavit ei Dux sexcentos bizantios, & quinque pallia, & unam naviculam auream. Alia vice pallium unum magnum, & gemmas, atque margaritas quamplures pro schicatis septingentis (1). Item alia vice ad Castrum villari donavit ei sexcentos bizantios, & duo millia tarenos Africanos, & tredecim mulos cum tredecim Saracenis, & unum tappetum magnum. Item quando ægrotavit, mandavit huic mille schicatos.

*ejus Gajeta, anno Christi 1085. Kalen. Martii.*

## IN CAPUT LVII. NOTÆ.

- (1) Anonymus Barenis Anno 1085. in mense Julii, in die Sancti Alexii obiit Robb. Dux in Kefalonia Consule notas Peregrinii.  
 (2) Lib. 4. cap. 73.

## IN CAPUT LVIII. NOTÆ.

- (1) Innocentius Tertius lib. 1. Epist. ad Constantiam Imperatricem. Censum sexcentorum squifatorum.

fatos. Item à Gallipoli mandavit trecentos bizanteos, & duo millia tarenos. Quando prima vice venit huc, & ivit in Campaniam, posuit in capitulo duodecim libras auri, & centum bizanteos, & super Altare Sancti Benedicti trecentos sfcifatos, & tria pallia, & centum sfcifatos pro fabrica dormitorii, & centum in refectorio, & quadraginta in ospitali, & duodecim libras denariorum in infirmario, & centum michalatos (2) pro pictura Capituli. Quando venit super Aquinum, misit huc quingentos bizanteos. Quando recepit Barim, donavit Desiderio duodecim libras auri. Item secunda vice, quando perrexit super civitatem Tiburtinam, posuit in Capitulo duodecim libras auri, super altare verò centum sfcifatos, & unum pallium magnum. Tertia vice, quando reversus est à Roma cum Papa Gregorio, posuit in Capitulo mille solidos Amalfitanos, & centum bizanteos super altare, & abiens hinc, misit centum nonaginta farganas (3) Fratribus in dormitorio. Alia vice misit huc mille tarenos pro piscibus. Item mille tarenos, & unum navigium valens solidos mille. Item quadringentos solidos Amalfitanos. Item à Romania misit huc mille michalatos. Uxor præterea ipsius, quando ægrotavit, misit Beato Benedicto quadraginta & quinque libras argenti, & pallium unum; Item quando venit huc post mortem Ducis, posuit in Capitulo trecentos sfcifatos, & cooperuit omnes mensas refectorii manteliis. Alia vice obtulerunt Beato Benedicto altarium aureum, cum gemmis, margaritis, & smaltis ornatum. Coopertorium altaris sericum cum urna purpurea ornatum margaritis, ac smaltis (4). Calicem aureum parvum Planeram purpuream cum friso, & cum Aquila de margaritis. Tunicam unam de panno perfo inaurato (5). Pluviales quattuor. Albas fericas quattuor. Albas de matassa bambacii octo (6). Candelabra de cristallo, & honichino, atque argento parium unum. Alia

- (2) Vossius de Vir. ferm. Auctoris nostri hunc locum, & alium lib. 4. cap. 17. *Osso Michalatorum libras*, laudans, sic ait, *Michalatus nummi genus, credo, quia cusus in eo Angelus Michael, vulgo, ab Angeli effigie, vocantur Angelotti*. An potius, quod Michaëlis Imperatoris effigiem præferrent? sicut Philippos vocamus numos argenteos à Regis Philippi imagine.
- (3) *Fargana*, quid sint, non invenio. *Sargana* verò & fortè sic ab Auctore scriptum, & à Librario corruptum) Suidæ, & Hesychio Sportæ sunt vimineæ, crates ex juncis, quæ usui Monachorum aptæ, ideo dicit, *Farganas* centum nonaginta Fratribus in dormitorio.
- (4) Vide cap. 11. nu. 5., & cap. 32. nu. 4.
- (5) Lauretus, *de panno pretioso*, ineprè. *Perfus* color species est cerulei. Scaliger. in Cardan.
- (6) *Matassa*, seu *Mataxa*, vel potius *Metaxa*, vox est satis antiqua, inquit Scaliger exercit. 159. Collecta scilicet in unum, & agglomerata, convolutaque fila serici, lini, & hic bambacii. Vide Martinium, Vossium, & Isidorum, usus voce Lucilius — *Rudis linoque mataxam*.
- (7) Suprema Candelabri pars *malum* dicta, quòd instar mali fructus rotunda est. Martin.
- (8) Infra cap. 73. *Bacilia de argento*.
- (9) Adi notas ad cap. ultimum libri 2.
- (10) Providè Lauretus, quæ non capit, demit.
- (11) Puto, quibus altaria circumvolventur ad custodiam.
- (12) De Cortina consule Lexicographos. Arabicas dicit, quod Arabicam texturam haberent, & ex Arabia promerentur.
- (13) Domesticum Balneum pro infirmis nondum

A candelabra argentea cum malis cristallinis parium unum (7). Bazili de argento parium unum librarum septem (8). Laternam argenteam librarum octo. Scrinium argenteum super altare cum nigello librarum octo (9). Scrinium eburneum magnum. Coppas duas argenteas deauratas cum nigello librarum quindecim, cum quibus Fratres in præcipuis festivitibus biberent. Concam argenteam cum Aquiminili suo librarum viginti quattuor. Urceum de cristallo majorem. Scutellam argenteam cum nigello librarum quatuordecim. Scutellam aliam librarum sedecim. Alias duas librarum decem. Pannum sericum magnum cum uno roto (10), & alios æque magnos tres, & quattuor minores. Circitoria de Altare (11) Sancti Benedicti quattuor. Duas cortinas Arabicas (12), quæ pendent supra chorum. Alias duas cortinas, quæ appenduntur in circuitu chori per Quadragesimam. Item quando venit huc post mortem Ducis, posuit in Capitulo quinque libras auri, & duas dedit in infirmario unam pro expensis, alteram pro balneo construendo (13). Super hæc omnia, & multa alia, quæ nec recoli, nec numerari possunt, optulerunt Beato Benedicto Monasterium Sancti Petri Imperialis in Tarento, cum decima de piscaria, & cum decima manualium suorum. Monasterium Sancti Angeli in Troja, Sancti Nycandri, Sanctæ Anastasie in Calabria, Sancti Nycolai in Sellectano, & Fundicum in Amalfi (14) cum pertinentiis suis. Anno sequenti eadem Ducissa Sicelgaita, per consensum filii sui Ducis Roggerii optulit Beato Benedicto per cartam aurea bulla signatam, locum, qui Cetrarius dicitur in Calabria cum toto portu suo (15), & omnibus pertinentiis suis, atque univerfis colonis ibidem habitantibus, quod videlicet in dotem à prædicto conjuge suo Duce Robberto dudum receperat (16), ea tamen condicione, ut quoad ipsa viveret. idem locus in ejus dominio permaneret. Post obitum verò ejus absque ulla hæ-

- D apud Monachos exoleverat, infra lib. 4. cap. 64.
- (14) Riccard. de Sancto Germano anno 1232. *factura erit in Fundacis, & nihil recipietur pro ea, & iterum. Mercatoribus providebitur à custodiis Fundaci in lectis, luminaribus, palea, & lignis*. Retinetur nomen in hoc sensu apud Siculos.
- (15) Regest. num. 421. Dat. anno 1086. indict. 9. Actum Salerni. Locum autem dicit, non Castrum, vel terram, ut totum illum tractum comprehendere se velle indicet; intra cujus fines plures olim fuerunt vici, seu Pagi, & villæ; ut Citrarius, S. Angelus, &c. Eorum ditio possidetur adhuc à Monasterio Casinensi pleno jure in utroque foro spiritali, & temporalis.
- (16) Ipsa Sicelgaita in chartula, *Quod in dotem à prædicto Viro meo habeo*, lib. 4. cap. 25. *Quod videlicet oppidum idem Gualganus nomine dotis uxori suæ dedit, & moriens dereliquit*. Lotharius Italiæ Rex Adelaïdi uxori suæ Papiam dotis nomine assignavit, supra ad cap. ultimum libri 1. Hæc spontanea donatio, Uxori facta à marito, Langobardis appellabatur *Melphium*: non licebat autem viro uxori donare ultra quartam partem bonorum suorum, quæ portio vocabatur *Morgingab*, seu *Morgengeba*, eo quòd fieret matutino tempore ante nuptiale convivium, nam *Morgen* est *mane*, & *Gab* donum, sed diversa erat hæc donatio à dote, et utraque fieret à sponso, vel sponsi parente. Gregor. Turon. lib. 6. cap. 20. *Tam in dote, quam in Morgangagiba; hoc est matutinali dote*. Quidquid tamen causâ matrimonii datur, dos dici consue-

hæredum, seu successorum fuorum calumniâ ad hujus Monasterii jus remearet, appositâ pœnâ centum librarum auri, quicumque hujus oblationis suæ violator existere temptavisset. Super hæc autem transmisit Beato Benedicto per Desiderium altare pretiosissimum auro, ac smaltis, margaritis, & gemmis, quodque his omnibus multò pretiosius est, Beatissimi Apostoli, & Evangelistæ Martini Sacrosanctis Reliquiis mirificè decoratum.

*De quibusdam Oblationibus, & Commutationibus.*

### CAPUT LIX.

**H**Oc eodem anno Johannes Comes filius Landulfi de Venafro ad extrema veniens, ad hoc Monasterium, cum rebus suis, ferri se jussit, & concambium de castello suo, quod Cardetum vocatur, (1) ideo nobis valde congruum, quia contiguum, diu jam optanti Desiderio fecit. Datæ, sunt autem pro ejusdem castelli commutatione quattuor Ecclesiæ, quas in Venafro habebamus cum omnibus possessionibus, ac pertinentiis earum, idest Sanctus Benedictus, qui vocatur Pizzulu, Sancta Maria in Sala, Sanctus Nazarius in Piperozzu, & Sanctus Benedictus intra eandem civitatem, appositâ pœnâ mille bizanteorum omnibus idem concambium remove volentibus. Per hos dies Marinus Comes Trajectensis una cum Oddulana uxore sua obtulit (2) Beato Benedicto totam partem suam de Comitatu Trajectano, & Castro Spinii, ac Fractæ, pœnâ appositâ centum librarum auri id remove quærentibus. His quoque diebus Gualterius Comes Lesinensis (3) reddidit Beato Benedicto fluvium Lauri cum tota piscaria sua, & ipsam focem Sancti Benedicti cum tota piscaria, & calatoribus suis (4) tam intus, quàm foris cum introitu, & exitu suo, nec non Ecclesiam Sancti Focati; & Ecclesiam Sancti Petri, cum pertinentiis suis, quæ malo ordine retinuerant homines de Civitate Lesinensi, pœnâ appositâ duum milium bizantium, qui hoc remove temptasset. Tunc temporis Leo filius Symeonis ad mortem veniens, per manus Desiderii obtulit in hoc loco omnia sua mobilia, & immobilia tam intus quàm foris in civitate Barenfi, pœnâ mille solidorum propositâ.

*De quibusdam Concessionibus à Desiderio factis, & quorundam Oblationibus.*

### CAPUT LX.

**H**ic Abbas concessit Landoni Comiti Trajectensi quartam partem de eodem Comitatu Trajectano, quam videlicet Marinus Comes, sicut supra diximus, Sancto Benedicto cum Oddulana uxore sua tradiderat, &

suevit; Vide leges Langob. lib. 2. tit. 4. l. 1. & tit. 9. l. 9. & Glossam, Vossium, & alios. Solon, & Licurgus sponfas viris dotem dare. Legibus veterunt. Germanorum verò fuit vetus constitutum, ut viri uxoribus dotes dare cogantur. Idem Cantabris. Apud Indos uno boum pari sponfas mercari permittebatur. Alex. ab Alex. Aliis nationibus sponfa viris dotem ferunt, apud Homer. Odyf. 11. Græcis dos dicitur *Pberne*, hinc bona *Paraphernalia*, hoc est præter dotem.

**A** quartam partem de castro Fractæ, & medietatem de Castro Spinii, & quartam partem de Monasterio Sancti Martini ad Aquamundula, excepto Monasterio Sancti Marini cum pertinentiis suis, in eo tenore, ut inde, ubicumque vocatus fuisset, supradicto Abbati, ac ejus successoribus fideliter serviret, post mortem verò suam, omnia hæc in jus Monasterii nostri, absque omni contradictione, redirent. Fecit & libellum Transmundo Comiti Teatino usque in tertiam generationem (1) de Castello Monte, & Castello Muccla, & Castello Frisa, cum pertinentiis suis, eo videlicet ordine, ut in tertia generatione supradicta Castra in Monasterii hujus dicionem redirent. Eodem verò tempore, Petrus filius Gregorii Romanorum Consulis, præceptum fecit huic Monasterio de Ecclesia Sancti Antonini in Monte Porculo cum omnibus pertinentiis suis, quam superius Gregorius Consul Romanorum unâ cum filio suo Ptolomæo Beato Benedicto optulerat.

*De Quorundam Oblationibus.*

### CAPUT LXI.

**I**dem quoque Gregorius illustris ob maximam devotionem, quam in Patre Benedicto, & per eum in loco isto habebat, cum supradicto filio suo Ptolomæo constituit, ut omni tempore navis nostra cum nauclero, & nauticis suis libera maneat ab omni conditione, & debito pensionis, & ut nullum plateaticum, vel portaticum Monachi nostri aliquando darent in omni jure, & dicione potestatis suæ mari, terraque, obtulit etiam tunc Beato Benedicto Ecclesiam, quæ dicitur Sancta Jerusalem, cum universis pertinentiis suis, sitam territorio Tusculano, juxta tenorem, scilicet, quo antea Monasterium Sanctæ Agathæ, & Sancti Agneli, Sanctæ Lucie, Sanctæ Felicitatis, Sancti Petri in Plegi, Sancti Salvatoris in Tusculana, & Sanctæ Mariæ in Vineis huic Casinensi Cœnobio concesserat, & confirmaverat. Sequenti tempore Jordanis Princeps, præceptum fecit Desiderio de terris, quas homines nostri de castro Teramensi, & Plumbariola, & Pedemontis emerant ab hominibus de Aquino. De castro autem Saracenisco, & Sugensi, & de Turre ad mare, cum pertinentiis suis, nec non de Lacu Aquinensi, & de Ecclesia Sancti Rufi in Capua, & Monasterium Sanctæ Agathæ in Averfa. Hæc, inquam, omnia, cum omnibus pertinentiis suis, singillatim principalibus præceptis in hoc Monasterio confirmavit. Berardus etiam Comes filius Berardi Marforum Comitis eo tempore obtulit Beato Benedicto Monasterium Sanctæ Mariæ in valle Porclaneci, & castellum Roscolu cum pertinentiis suis. Id ipsum fecit, & Johannes Diaconum, cum parentibus suis, de Ecclesia Sancti Bartholomei in Arci cum pertinentiis suis. Per eos etiam dies

#### IN CAPUT LIX. NOTÆ.

- (1) Regest. num. 492. Castrum nunc dirutum, sub jure tamen Monasterii, cum ampla silva.  
(2) Reg. num. 436.  
(3) Num. 503.  
(4) *Calatores* sunt servi, sic dicti, quod eorum usus olim esset in aliis calandis, hoc est vocandis; unde *Nomenclatores*.

#### IN CAPUT LX. NOTÆ.

- (1) Usu recente ad nos usque,

dies Romualdus Presbyter fecit cartam huic Monasterio de Sancto Johanne in Conca, cum attinentiis suis. Præterea & Nubilo Comes de Castro vipera obtulit huic loco Monasterium sancti Eustasii infra eundem Castrum, & Ecclesiam sancti Barbati, & sancti Eleutherii; & sancti Hylarii, atque Monasterium sancti Eustasii in Castello Ribza, cum omnibus pertinentiis eorum. Sed & Andreas sacerdos, & Monachus cum parentibus suis oblationem fecit huic loco de Ecclesia sancti Blasii in Limata subtus Castrum, quod vocatur in Carica. Hoc tempore Rolandus vir nobilis de Civitate Lucensi obtulit Beato Benedicto partem suam de Monasterio sancti Georgii infra eandem civitatem, & partem suam de Ecclesia sanctæ Mariæ in Palatio, & Castello Alflexo, & de Ecclesia sancti Mathæi, & sanctæ Mariæ in Curte Vechia, & sancti Nazarii in Burcho sancti Martini, & sancti Martini in eodem Burcho, & quicquid sibi pertinere videbatur in Comitatu Lucense, Lunense, Pinfense, Pistoriensi, Florentinensi, Voloterrensi, Populonensi, & Roseleni. Matilda præterea Ductrix Liguriæ, & Tusciæ, cujus superius memoriam feci, ob reverentiam hujus loci, constituit, ut nullum plateaticum, vel theloneum (1) in Civitate Pisana, & Lucensi, & in omni dicionis suæ Terra Monachi nostri aliquando darent. Racterius quoque filius Petri de Territorio Marficano his diebus cartam fecit huic loco de tota parte sua de Ecclesia sancti Benedicti in Civitella loco Pascufano. Idem fecit & Rainaldus filius Obberti de civitate Antena, cum parentibus suis, de sancto Petro in Morini, & sancta Lucia in Rendenaria, cum omnibus pertinentiis illarum. Balduinus quoque Comes filius Oderisii Marforum Comitis fecit huic loco oblationem de Ecclesia sancti Urbani in Cominio, & sancti Victorini in Vicu albo unâ cum ipso Lacu, nec non de Ecclesia sancti Angeli in Pratora, cum pertinentiis suis. Similiter fecit & Robbertus de Belloprato de Ecclesia sancti Johannis in Poto, cum pertinentiis suis. Petrus etiam, & Johannes filii Atenulfi de Ceperano tunc temporis similiter fecerunt oblationis cartulam de Ecclesia sancti Petri in Fabratera, cum montibus, planis, silvis, ac pertinentiis suis. Per eos etiam dies Majo Judex de civitate Berulana, cum parentibus suis, per manus Desiderii, obtulerunt huic Monasterio Ecclesiam sancti Stephani intra eandem civitatem. Oderisius præterea Landonis filius de Babuco ad hunc locum veniens, Ecclesiam sanctæ Mariæ sitam sub ipso Castro, & aliam Ecclesiam sanctæ Mariæ in jam dicto castro, & sancti Pauli, & sancti Archangeli in Moz-

A zani, & sancti Quinziani in hoc Cœnobio devotissimus obtulit. Sed & Johannes filius Liudini de civitate Aquinensi oblationem fecit in hoc Monasterio de Ecclesia sancti Martini intra eandem civitatem. Raul quoque Novellus eodem tempore cartam fecit in hoc sancto Cœnobio de Ecclesia sancti Johannis in Pantano, & sancti Laurentii in Casa Palumbi, & sanctæ Mariæ in ipso Colle, & sancti Blasii in Farneto cum omnibus rebus, ac pertinentiis illarum. Heynricus etiam filius Heynrici Comitis de Castro Cremonensi obtulit & ipse Monasterium sancti Benedicti situm in pertinentiis ejusdem Castri, & Ecclesiam sancti Ambrosii in Castro Tire cum omnibus pertinentiis suis. Id ipsum fecit & Punzo filius Benedicti de duabus Ecclesiis, idest sanctæ Felicis, & sanctæ Trinitatis in civitate sancti Urbani. Pandulfus quoque Aquinensis Comes eo tempore similiter obtulit in hoc loco Monasterium sancti Martini in colle Arcizzi cum pertinentiis suis. Tunc temporis Bernardus quidam nobilis de civitate Aquinensi cartam fecit huic Monasterio de Silva, quæ dicitur Matrelle, loco, qui appellatur ad Rivum-tortum territorio Aquinensi.

## De Guaiferio Salernitano.

## CAPUT LXII.

HIS quoque diebus Guaiferius (1) vir sapientissimus, & facundissimus, è Civitate Salernitana, de qua oriundus erat, egrediens, ad hunc locum pervenit, atque à Desiderio susceptus, Monachus factus est. In hoc igitur Cœnobio positus, scripsit vitam sancti Secundini. Versus in Laudem Psalterii de miraculo illius, qui se ipsum occidit, & per Beatum Jacobum vitæ redditus est. Omelia de adventu. In Nativitate Domini; de Pyphania, & alia quamplurima, quæ hic scribere superfluum duximus.

## De Libris, quos Desiderius fieri fecit.

## CAPUT LXIII.

NON solum autem in ædificiis, verum etiam in libris describendis (1) operam Desiderius dare permaximam studuit. Codices namque nonnullos in hoc loco describi præcepit, quorum nomina hæc sunt. Augustinum contra Faustum. De opere Monachorum. De Sermone Domini in Monte. Omelias quinquaginta. Super Epistolam ad Romanos. Sermones, Epistolas Pauli. De Genesi ad litteram. Epistolas ejus. Pastorale ejus.

ad utilitatem Fratrum emptis, quod ad notitiam nostram delatum, graviter accepimus, & emendari illico fecimus, amore sancti Patris nostri Benedicti, cujus memoriam dulciter amplectimur, cujus nomen cum suavitate audimus, &c.

## IN CAPUT LXII. NOTÆ.

(1) De eo idem Petrus in Libello de Vir. Illustr. Caf. Benedictus, qui & Guaiferius sanctitate, & religione conspicuus. Hujus opuscula habemus in Codice 230. prælo jam destinata cum aliis nostratum operibus: Interim vide Marum notis in Petr. Diac. de Vir. Illustr.

## IN CAPUT LXIII. NOTÆ.

(1) Quorum plurimi supersunt, non tamen omnes: expilatâ non semel nostrâ Bibliothecâ.

O o o

## IN CAPUT LXI. NOTÆ.

Oblationes, quæ hoc capite referuntur, facile conferri possunt cum Regeſto.

(1) In Regeſto magno Monasterii Farfensis: *Constat me Seduinum Comitem, ex natione Francorum, secundum meam Saligam legem, per festucam, & andilaginem, & guafonem, & per cultellum, & per ramos arborum, & per bosium domorum, commutasse, & cambiasse, atque tradidisse tibi Joannes Abbas, &c. Reg. num. 450. Matilda Dei gratia Comitissa nuper presentia nostra in Civitate Pise posita, delatum ad nostræ potestatis est audientiam, aliquos procuratores mercati, & ripsa ejusdem Civitatis abstulisse hominibus Monasterii sancti Benedicti, in Monte Casino positi, Theloneum pro aliquot pannis, Tom. IV.*



ejus . De Baptismo parvulorum . Ambrosium de rebus gestis in Ecclesia Mediolanensi . De Patriarchis . De fide ad Gratianum Imperatorem . Sermones ejus . Registrum Leonis Papæ . Registrum Felicis Papæ . Regulam Basilii . Jeronimum super Ezechielem . Super Epistolas Pauli . Super duodecim Prophetas . Eugepium . Sermones Severiani . Historiam Anastasii . Historiam Langobardorum, Gothorum, & Wandalorum . Historiam Jordanis Episcopi de Romanis, & Gothicis . Historiam Gregorii Turonensis . Josephum de bello Judaico . Historiam Cornelii cum Omero . Historiam Erchemperti . Bedam super Tobiam . De locis Sanctis . Evangelium majorem auro, & lapidibus pretiosis ornatum, in quo has reliquias posuit . De Ligno Domini, & de Vestimentis Sancti Johannis Evangelistæ . Sermones Leonis Papæ . Sermones Gregorii Nazianzeni . Doctrinam Patrum . Sacramentorum cum Martirologio . Sacramentorum aliud . Ordo Episcopalis . Gualfridum de Officiis . Super Regulam; Passionaria totius anni libros quattuor . Antiphonaria de die duo in choro semper habenda . Antiphonarium de nocte . Vitas Patrum . Instituta Patrum . Actus Apostolorum cum Epistolis Canonicis, & Apocalipsin . Epistolas Pauli . Paralipomenon . Super Cantica Cantorum Origenis, Gregorii, & Berengarii . Johannem Crisostomum de reparatione lapsi . Dialogum, quem ipse cum Alberico Diacono edidit, de miraculis Monachorum loci istius . Dialogum aliud . Dialogum de Vita Sancti Benedicti . Hilarius mysteriorum, & Ymnorum . Sedulium de Evangeliiis . Juvenium de Evangeliiis . Medicinalis . Psalterium . Cresconium de bellis Libicis . Versus Arichis, Pauli, & Caroli . Versus Paulini . Ciceronem de natura Deorum . Instituta Justiniani . Novellam ejus . Terentium . Oratium cum Geometria . Ovidium Factorum . Senecam . Virgilium cum Egloga Theodori . Donatum .

*De Latronibus .*

CAPUT LXIV.

**H**Oc præterea tempore latrones noctu hujus nostri Monasterii ingressi cellarium, carnes, caseum, lardumque inde furripientes, suos his mercibus sacculos impleverunt, foras autem egressi, sacculos, quos impleverant, levare conati, minimè potuerunt . Dein relicta sarcinâ, temptantes fugam, per totius excursum noctis Monasterii claustra circum-euntes, nullam egrediendi facultatem penitus consequi valuerunt . His quoque diebus in Ecclesia, quæ est ad honorem Patris Benedi-

IN CAPUT LXIV. NOTÆ.

(1) Si in hunc locum incidisset Ludovicus de la-Cerda, Terraticum accepisset pro exactione, quæ à Colonis, & ruricolis accipitur nomine terræ, & agri, quem colunt: non verò pro Territorio, ut ipse accepit in Advers. sacr. cap. 77. Verùm ita solet accidere, ut, quæ vulgatissima sunt alicubi, alibi sint obscura. Quæ de Latronibus hic refert Petrus, accipiat à Desiderio primo Dialog.

IN CAPUT LXV. NOTÆ.

(1) Malmesburiensis. Cum interrogatus esset Gregorius Septimus à Cardinalibus, ut Papam constitueret, Beati Petri exemplum referentibus, negavit ille idem exemplum secuturum, quod ab antiquo Conciliis esset vetitum. Consilium verò se daturum: si vellent homi-

**A**cti in partibus Liburiæ constructa, satis insignè miraculum factum est, nam cum quidam Frater ad terraticum à ruricolis accipiendum (1) directus fuisset, rusticus quidam, à quo triticum exigebatur, intempestæ noctis silentio, saccum frumento implens, & super humeros ponens, fugam arripuit. Sed hō verax per cœlestem lata Sententia Regem. Qui ambulat in tenebris, nescit quò eat, quia tenebræ obcœcaverunt oculos ejus, nam qui iussu Principis tenebrarum omni conamine, omni-que instantia implere nifus est, per viam rectam se incedere putans, per totam noctem in circuitu curtis illius deambulavit, ubi autem dies est reddita terris, in se rusticus rediens, & quod in re erat advertens, volebat cum tritico egredi, & nequibat, volebat triticum de collo suo deponere, & minimè poterat. Monachus verò completis Ymnis maturinalibus Ecclesiam egrediens, eumque divinitus ligatum aspiciens, postquam ab ipso totius rei seriem didicit, orationem Deo, Benedictoque Patri Sanctissimo fundens, rusticum à nexu, quo detinebatur, ocus solvit. Hoc præterea tempore fames maxima per totam, ferè Italiam facta est. Tunc Desiderius cum Fratribus communicato consilio, cibos indigentibus abundanter conferebat.

*De Obitu Gregorii Papæ, & de electione tractanda .*

CAPUT LXV.

**A**Nno autem Dominicæ Incarnationis millesimo octogesimo quinto, indictione octava, cum venerabilis, ac semper recolendæ memoriæ Domnus Gregorius Septimus Papa apud Salernum infirmitate magna detineretur, interrogatus ante diem tertium obitus sui (1) ab Episcopis, & Cardinalibus, qui tunc unâ cum Desiderio præsentibus erant, quid post suum obitum de Romanæ Sedis ordinatione juberet; Respondit, ut, si unquam aliquo modo possent, eundem Desiderium ad hoc officium promoverent. Is enim præter id, quod primùm Presbyter Cardinalis Romanæ tunc Ecclesiæ esset, & prudentia maxima, & religione singulari, & Principum circumstantium amicitia multa polleret. Si verò hunc nullatenus flectere ad ista valerent, aut Archiepiscopum Lugdunensem Ugcsm, aut Ottonem Hostiensem, aut Lucensem Episcopum, quem prius ex is habere possent, in Papam eligere post suum obitum quantocius festinarent. Hoc statuto, defunctus est, octavo scilicet Hcal. Junii (2), die Dominica, & honorabiliter intra Ecclesiam Beati Matthæi Apostoli,

**E**nem in seculo potentem, eligerent Desiderium Abbatem Casinensem, qui salubriter, & in tempore, numero militari, violentiam Guiberti infringeret, sin Ecclesiasticum, & eloquentem, acciperent Episcopum Ostiensem Odonem, &c. Gregorius, non adhuc Pontifex, Pontifices eligere solitus, ut supra visum est, jam Pontifex successorem detrectat eligere, quamvis à Cardinalibus rogaretur, noluit prudentissimus, ac sanctissimus vir suo exemplo successoribus præluere; ne, quod ipse cum zelo Dei, & Ecclesiæ fecisset, alii in perniciem traherent. Vide notata lib. 2. cap. 9. nu. 4.

(2) Quo die ab Ecclesia colitur in Martyrologio. Anonymus Barenfis anno 1085. Indictione 8. Ildeprando Papa mortuus est in Salerno.

stoli, & Evangelistæ sepultus (3), cum sedisset in Pontificatu annis duodecim, mense uno, diebus tribus. Et quoniam Romana Ecclesia Pastore destituta remanserat, & hæretici, atque schismatici, more luporum illam nitebantur invadere, Desiderius unâ cum Episcopis, & Cardinalibus, nec non & laicis religiosus (4), qui ætenuis in Catholica unitate, & obedientia Papæ Gregorii fideliter perstiterant, cœpit unanimiter agere, qualiter eam posset decentissimè ordinare. Miserunt ergo, & convenire fecerunt undique aptas huic officio personas, quatinus ex eis unanimi consensu eam personam, cum gratia, & auxilio Dei eligerent, quæ idonea, & apta tanto ordini esset. Convenientes post hæc ad prædictum Abbatem Episcopi, & Cardinales, cœperunt eum super præfati Pontificis iudicio appellare, utque, in tanta temporis necessitate, periclitanti subveniret Ecclesiæ, Papatum suscipiendo, instantissimè flagitare. Ad hæc ille, Papatum quidem se suscipere obstinatissima responsione recusavit, aliis verò, quibus sciret, & posset modis, ad Romanæ Ecclesiæ servitium se paratum esse spondit. Die Pentecostes Savinensi Episcopo, & Gratiano Roma venientibus (5) occurrit, eisque verba, quæ cum Papa Gregorio de Ecclesiæ ordinatione habuerat, retulit, pariterque cum eis Jordanum Principem, & Raynulfum Comitem adiit, atque ad servitium, & adiutorium Romanæ Ecclesiæ adhortatus, libentissimè ad omnia paratos invenit. Cœpit deinde Cardinalibus vehementer insistere, ut de Pontificis eligendi persona quantocius deliberarent, & ut ad Comitissam Matildam litteras mitterent, quatinus studeret, ut & ii, quos prædiximus, Episcopi, & quotquot idoneæ tanto officio personæ judicarentur, Romam sine tarditate venirent. Quod illi facere neglegentes, cum Jordano Principe, clam machinabantur eidem Abbati Pastorem curam injungere, & suasionibus multis nitebantur eum quoquo modo Romam perducere, putantes violenter se id ei posse imponere. Quod ipse persentiens, omnino renuere, & contradicere cœpit, sicque ad hoc Monasterium reversus, iterum Normannos, & Langobardos, & omnes quotquot potuit, ortari ad Romanæ Ecclesiæ servitium cœpit, & multos ex eis promotos, & paratos ad rem ipsam invenit. Sed quia fervor ætatis nimius erat, propterea tunc Romam ire distulerunt, quousque se & calor ætatis imminueret, & tempora infirma transirent (6). Postquam verò Princeps, conducto exercitu, hujus rei gratiâ Romam eun-

A di Campaniam venit, comitantibus etiam se, unâ cum Desiderio, nonnullis partium istarum Episcopis, ipse suspectus prædictorum consiliorum, amplius procedere noluit, dicens quòd, nisi Jordanus Princeps, & Comes Raynulfus, & Episcopi Romani fidem suam sibi præfenti darent, nullam super hac re vim illi illaturos, neque alios inferre passuros, ipse cum eis nullatenus pergeret. Renuentibus facere; hac de causa, res tunc infecta remansit.

*De electione de Desiderio facta.*

CAPUT LXVI.

B Jam ferè annus in tali fluctuatione transierat, quo in Apostolica Sede nullus Pastor erat, nullus Dominici gregis curam gerebat, & Guibertus æresiarca (1) oves Christi Sanguine redemptas, suis cum sequacibus, laniabat, cum circa Paschalem festivitatem Episcopi, & Cardinales Romanæ Ecclesiæ de diversis partibus Romam convenientes, mandaverunt prædicto Abbati, ut unâ cum Episcopis, & Cardinalibus Romanis, qui secum tunc morabantur, & cum Gisulfo Salernitano Principe, qui tunc à Cysalpinis partibus venerat, ad eos quantocius pergerent, quatinus de Romanæ Ecclesiæ ordinatione simul tractarent. Ille nichil suspicans, de se jam illos aliquid cogitare, cum jam nulla de eo mentio ab aliquo fieret, assumptis præphatis omnibus, Romanam pervenit ad urbem. Eo die, quo applicuit, in vigiliis Pentecostes, instante Desiderio, ut Pontificatus apex personarum earum injungeretur alicui, quæ vel ipsis, vel ei videbantur idoneæ, renuerunt prorsus omnis Romanus, & Clerus, & populus consentire. Per totam autem ipsam diem multâ frequentiâ, quotquot Catholicæ parti favebant, tam Clerici, quàm laici ad eum convenientes, jam circa vesperam, congregati sunt pariter omnes tam Episcopi, & Cardinales, quàm & cæteri Romani, qui in fidelitate Beati Petri Apostolorum Principis perseverabant, in Diaconiam Sanctæ Lucæ, quæ est iusta septe solis, cœperuntque omnes unanimiter Desiderium multis precibus obsecrare, ut Romanum Pontificatum suscipere non recusaret, eumque obtestare per divina, per humana omnia, ut subveniret periclitanti Ecclesiæ in naufragio constitutæ, multotiens ad genua ejus nonnullis lacrimantibus, omnes pariter ruentes. Desiderius verò, qui jam dudum decreverat vitam suam in quiete transigere, & qui magis optabat in divina pere-

(3) Ubi repertus nostra ætate, honorabilius est repositus.

Qualis autem, quantusque heros Gregorius fuerit, unico, sed maximo conficitur argumento, quòd ab Heterodoxis, & maxime execrandis; maxime execretur, & blasphemetur. Contra verò, ab Eminentissimo, atque summi iudicii Cardinali Pallavicino in historia Concilii Tridentini (quo opere nihil perfectius humana Minerva elucubravit) Magni titulo, non minùs, quàm primus Gregorius decorandus censetur. Vide etiam Sigonium de Regno Italiæ lib. 9. anno 1085. Bellarm. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 13. Baronium, post Vincentium, Antonium, & alios Orthodoxos.

(4) Coniunctim legendum. In vita Sancti Benedicti cap. 13. *Vir erat laicus, sed religiosus*, hic lib. 2. cap. 53.

(5) Nugator noster edidit Romam, non advertens Tom. IV.

Desiderium tunc fuisse Salerni, non Romæ. Sabinensi ergo Episcopo, & Gratiano Cardinali Romæ venientibus, ipse è Salerno obviam ivit Desiderius.

(6) Æstivis quippe fervoribus Romam adire, vitæ dispendio redemerit insuetus. Cur autem in hac Italiæ regione huic discrimini obnoxii simus, non item in Langobardia, & alibi, Medici investigent, infra cap. 67. in fine, *Timore æstatis*.

IN CAPUT LXVI. NOTÆ.

(1) Schismaticum vocat hæreticum, recepto sæculi usu. Schisma hæresim ferè trahit, cum de Ecclesiæ capite pravè dogmatizat, hinc paulò infra. *Quotquot Catholica parti favebant*, hos opponens schismaticis, & lib. 4. Burdinus quoque *Hæresiarca* audit. Confer dicenda cap. 69. nu. 3. Hujusmodi loquendi modum usurpant etiam Sacri Canones.

grinatione suam tempus finire, (2) cœpit omnimodis refutare, & hoc se numquam consensurum firmiter repromittere. Instare illi vehementer, perseveranter insistere, ipse vehementius reniti, resistere perseverantius, dicens: Pro certo sciatis, quia si aliquam michi violentiam super hoc intuleritis, ego quidem, prout citius potero, Casinum redibo, & nullo modo unquam inde me intromitto; vos autem propter hoc ridiculum magnum, & vobis, & Romæ Ecclesiæ facitis. Et quia tardior jam ora processerat, imminente jam nocte, ad sua quique reversi sunt. Summo mane Dominica Pentecostes omnes unanimiter ad eum iterum convenientes, eadem cœperunt repetere, & ipse nichilominus in semel fixa sententia perdurare. Videntes se omnino jam nichil proficere, dixerunt Desiderio Presbyteri, & Cardinales Episcopi, quoniam quemcumque ipse illis consulisset, ipsum illi parati essent eligere. Unde, cum Cencio Romanorum Consule consilio habito, tandem, ut Hostiensis Episcopus Papa eligeretur, decrevit. Post hæc quæsierunt ab eo, ut ipsum Pontificem, quem eligerent, in Casinensi Monasterio reciperet, eumque, do-

(2) Monasticam conversationem merito *Divinam peregrinationem* vocat, quod seorsim, & peregrè à sæculi actibus, & tumultibus divinis incumbit; & in Patria extra Patriam, in mundo extra mundum peregrinatur, & vivit. Cap. sequenti idem repetitur, & tamen utrobique Lauretus pro *Peregrinatione* substituit *Vocatione*.

(3) Virga Pastoralis fieri solebat ex ferula, quæ frutex est, & Narthex quoque appellatur, gestari facilis ob levitatem, eaque percutiebantur pueri, & puellæ, ut propterea *sceptrum pedagogorum* appelletur à Martiali. Columella item.

— *Ferulaque minaces.*

Narthex autem dicitur à Græcis tum ferula, tum locus quidam in Ecclesia, quo ablegabantur publici Pœnitentes; intra Ecclesiam quidem, sed propè januam. De quo adi eruditissimum, clarissimumque Leonem Allatum opusc. de Narthece.

Ferula, seu baculo pastorali non uti Summum Pontificem, asserit Innocentius Tertius in decret. lib. 1. de Sacrosanct. Unct. §. finali; & addunt alii historiam de Divo Petro ex Vincentio: Luitprandus tamen antiquior Innocentio, hist. lib. 6. cap. 11. indicat, Ferula Pontificali usum fuisse Benedictum Papam exauctoratum. Spelmannus.

Cum verò hic dicitur, *Quam manu gestabas*, indicari videtur, de more tunc fuisse Abbatibus, in signum dignitatis, gestare cotidie ferulam, seu pusillum baculum pastorem, sicut militares duces nunc baculos gestant, & olim Reges sceptrum. Per ferulam itaque, quam manu gestabat, oppignerat Desiderius fidem suam clero roganti. Sic Assuerus Esther 8. sceptrum aureum de more protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur, & Esther Regiæ fidem suam asseruit. Et in vita Sancti Mauri cap. 8. num. 51. apud Bolland. Rex Theodebertus vocans ad se nepotem ipsius Flori nomine Lamdrannum, dedit ei per sceptrum regale, quod manu gestabat, quancunque Florus Patruus ejus ex regali possederat domo. De ritu investiendi per sceptrum, per vexillum, per gladium, vel per hæc simul omnia, adi Hoëpingum de Jure Insignium. cap. 2. num. 213.

(4) Quod videlicet alterius sedis Episcopus ad Romanam traduceretur; cui de Clero Romano Pontifex regulariter provideri olim solebat; ut alias observatum. Attamen ob Ecclesiæ necessitatem non semel huic regulæ derogatum fuerat post Formosum, derogatum item fuit deinde in eodem Episcopo Ostiensi Ottonem infra cap. 73. & lib. 4. cap. 83. Lambertus Ostiensis assumptus est in Honorium Secun-

A nec Ecclesia tranquillaretur, cum suis omnibus sustentaret, sicut & de supradicto Papa Gregorio fecerat; quod Desiderius libentissime facere repromisit, & per ferulam, quam manu gestabat (3), eos in fide sua de hoc investivit. Cum autem jam, jamque de Hostiensis Episcopo decernerent, repente iterum quidam de Cardinalibus, contra Canones esse hanc electionem affirmans (4), nequaquam se consensurum clamavit. Illi pro tempore, pro necessitate hoc ferre oportere astruentibus, nequaquam eum ad suam sententiam flectere valuerunt. Verum, ut sapientum Salomon sapiens attestatur, non est prudentia, non est consilium contra Deum. Mox enim

B Episcopi, & Cardinales, unà cum Clero, & Populo in Desiderii duritiam stomachantes, & videntes se nil posse cum eo precibus agere, statuerunt violenter causam (5) perficere. Tandem itaque universi pariter uno consensu, & animo illum capientes invitum, & renitentem attrahunt, & ad Ecclesiam prædictam Christi Martyris Lucie perducunt, ibique eum juxta morem Ecclesiæ eligentes, Victoris ei nomen imponunt (6). Sed quoniam hæc omnia, ut diximus, contra ejus animum,

&

dum. Vide lib. 1. cap. 45. *Quod cum Ostiensis Episcopus esset, contra Canonum decreta Apostolicam Sedem invaserat*, & lib. 2. cap. 101. Hos tamen Canones allegabat, ut opinor, Cardinalis ille non tam zelo excludendi Ottonem, quam desiderio includendi Desiderium: non enim nescire poterat, necessitatem non subdi legibus, & usu jam abrogatas priores regulas.

C

(5) Hoc est *rem, negotium*. supra cap. 45. libri primi.

(6) Non ipse electus nomen sibi assumebat; sed à Protoſcriniariis, & aliis illi imponebatur. Platina in Paschali Secundo. *Sanctus Petrus Rainerium virum optimum Pontificem elegit, cui postea Primiscrinii, & Scribae regionalis Paschalis nomen indidit*, quod pluries in hac historia observari potest. Urbano Secundo Episcopus Albanensis nomen imponit infra lib. 4. cap. 2. nempe ex consilio reliquorum.

D

Porro mutandi nominis novo Pontifici rationem variè variè derivant, sunt, qui primum id factum putant à Sergio Secundo ob prioris nominis turpitudinem, cum *os porci* vocaretur. At Anastasius Bibliothecarius, ejus vi scriptor, Sergii nomen etiam ante Pontificatum illi Pontifici attribuit. Alii ad Sergium quartum ob reverentiam, quia Petrus antea diceretur. Quidam ad Joannem duodecimum Octavianum prius appellatum. Semel autem inducto more, paulatim in legem transiit. Ciaconius. Sanè Christus novum Ecclesiæ Pontificem Simonem constituens, Petrum vocari voluit, ex Augustin. in Joan. cap. 1. ut inde mos iste originem derivare poterit, eo etiam additò, quod nonnulli Pontifices nomina barbara prius habent, quæ Romanis auribus dura, & ingrata quid sonabant; ideoque cum ex Germania, & Gallia Gerbertus, Suidgerus, Poppo, Ildebrandus venissent, in Silvestrum, Clementem, Damasum, Gregorium mutati sunt. Adrianus tamen Sextus, & Marcellus Secundus Baptismatis nomina in Pontificatu retinere.

E

Puerilem verò, & penitus evanidam censendum puto illorum observationem, qui numerum in nominibus Pontificum fatalem illis futurum opinantur: tot nimirum in sede annos exacturos, quot eodem ipsorum nomine extitissent. Alexander, inquit, secundus anno secundo defunctus est, Clemens Tertius tertio, Victor Quartus quarto, quinto Pius Quintus, Leo Decimus decimo. Profectò ad pauca respexere, nam paucis veris istiusmodi observationibus, sexcentas opponere possis fallaces. Neque ullam fortuitam, arbitrariisque nominibus hanc inesse virtutem, paucis

tio-

& voluntatem fecerunt, cappam quidem rubeam induebat, albam verò numquam ei potuerunt induere (7).

*De Reditu Electi ad Casinum.*

CAPUT LXVII.

**E**O igitur tempore Præfectus Imperatoris (1) à Duce, & ejus matre dimissus (2), propter illud videlicet odium, quòd Episcopi, & Cardinales, faciente tamen Salernitano Principe, Salernitanum Archiepiscopum, sacrare noluerunt, die, noctuque cum aliquantis ære iniquo conductis in Capitolium, contra eundem Electum conveniens, persecutiones ei maximas intulit. Post quattuor dies idem Electus Romam egressus, venit Ardeam, ibique per triduum remoratus, abiit Terracina, ab inde crucem, & clamidem, & cætera Pontificatus insignia ita dimisit, ut eis ulterius uti nullo unquam modo persuaderi potuerit, decerneas potius omni vitæ suæ tempore in divina peregrinatione vitam finire, quàm tanti ordinis fascibus gravissimis colla submittere. Insistebatur ei cotidie precibus, lacrimisque creberrimis, obiciebantur Ecclesiarum magna discrimina, ingerebatur plurimarum perditio animarum, quibus ei manifestissimè divina indignatio intendebatur, sicque Casinum reversus est. Cæterum per anni totius curriculum adeò mentis ejus propositum immobilis perstitit, ut nullis omnino argumentis ad eorum potuerit hortamenta, precesque deflecti. Non tamen ob hoc Cardinales, & Episcopi, qui cum eo erant, aliquatenus quiescentes, Jordano Principi instare cœperunt, ut quantocius properaret, & propter consecrationem ejusdem Electi Romam cum eis pergeret. Qui cum magno exercitu ad hoc Monasterium veniens, partim deortatione ipsius Electi, partim timore æstatis, ulterius progredi nolens, reversus est.

*De Consecratione electi Papæ Victoris.  
De Corpore Sancti Nicolai.*

CAPUT LXVIII.

**S**equenti anno mediante Quadragesima apud Capuam Episcoporum Concilio congre-

tiores arbitrantur. Hæc igitur evanidis ingenii relinquamus, nam inepta serid refutare, ineptissimum esset.

(7) Lib. 4. cap. 2. *Cappam laneam exuentes, purpuream induunt.* Utraque Pontificale erat indumentum: nondum Cardinalibus purpura decoratis. Quamquam in antiquis picturis Cardinales, ut nostrum Desiderium, ceruleo indutum paludamento in nostro Codice videam.

**A**n verò Orbili Cervariensis absque animadversione transeunda hinc erit severitas, qua ei in eum emendare ausus fuit? Magnus Aristarchus nesciebat, induo cum tertio casu à peritioribus latinæ linguæ magistris usurpari. Plautus in Casina *Loricam induit mibi*. Cicero 2. de finibus, *ex cuius spoliis sibi, & torquem, & cognomen induit*. Et, si tertium querat testem, accedat Plinius major lib. 313. *Anulum primus induit digitis*. Atqui, ad bonos Auctores non respexit Petrus, cavillabitur *Laureris*; Respicere tamen ipse debuit Aristarchus, & non illico ferula castigare immentem. Cætera, quæ hoc capite vitia vitavit, non vacat retundere.

IN CAPUT LXVII. NOTÆ.

(1) Præfectus Urbi, qui Imperatori favebat.  
(2) Rogerio, filio Roberti ex SiKalgaita, qui Dux

**A**gato, cum prædictus Electus unà cum Episcopis, & Cardinalibus Romanis eidem Concilio præfuisset (1), Cencius etiam Romanorum Consul, cum aliis nobilibus Romanis, & Jordanus Princeps, & Rogerius Dux, cum omnibus ferè suis Optimatibus interfuisset, post finem Concilii, rursus insperatè, & nichil eo de his suspicante, cum multis precibus, lacrimisque à Clericis & laicis perurgeretur, biduo immobilis perstitit. Tandem cum Dux, & Princeps, unà cum Episcopis, cæterisque Catholicis viris, flentes ejus pedibus adjacerent, multis rationibus, & orationibus coactus, vix tandem succubuit, & præteritam electionem crucis, & purpuræ resumptione firmavit; duodecimo scilicet Hæcendas Aprilis, Dominicâ in ramis palmarum. Inde Casinum reversus, ibidem Pascha celebravit. Peracta festivitate, cum Capuano, ac Salernitano Principe Romam perrexit, ac iusta civitatem Hostiensem Tiberim cum omnibus transiens, cum gravi infirmitate detineretur, extra porticum Sancti Petri tentoria fixit, & quoniam Ravennas æresiarca, qui, vivente Papa Gregorio, Papatum invaserat, Ecclesiam Sancti Petri armata manu tenebat, non integro die à militibus Principis, Dei auxilio, expugnata, & recepta est. Dominico verò die post Dominicam Ascensionem, multis Romanis, & omnibus ferè Transiberinis sollemniter, cum maxima frequentia, occurrentibus, præfatus Electus à Romanis Episcopis, Hostiensi videlicet, Tusculanensi, Portuensi, atque Albanensi; Cardinalibus quoque, & Episcopis, atque Abbatibus quamplurimis assistentibus, more Ecclesiastico, consecratus, & in Apostolicam Sedem locatus est septimo Idus Magi (2), quo etiam die corpus Sancti Confessoris Christi Nicolai à Civitate Mirensi, in qua per annos septingentos septuaginta quinque quieverat, Barim delatum est. Prædictus autem Pontifex per octo circiter dies Romæ remoratus, unà cum prædictis Principibus ad hoc Monasterium rediit.

*De Ecclesia Sancti Petri, & Visione ejusdem Apostoli.*

CAPUT LXIX.

**P**ost exiguum verò temporis spatium Comitissa Matildis Urbem adiens, magnis eun-

à Patre constitutus fuerat, adhuc vivente, præterito Boamundo, natu majore, ex Alverada. Peregrin. Rem. Princip. Capuæ.

IN CAPUT LXVIII. NOTÆ.

(1) Non tanquam Concilii caput, nam crucem, clamidem, & cætera Pontificatus insignia dimiserat cap. præcedenti: sed, ut unus de Cardinalibus: & unà cum illis. Cæterum post purpuræ, Crucisque resumptione, præteritam electionem firmavit.

(2) Anonymus Barenfis. Anno 1087. *indict. 10. nono die intrante Magi adduxerunt nostri Barenfes Beatissimi Sancti Nicolai corpus.* Antoninus 2. part. tit. 16. cap. 2. §. 22. ex Sigeberto. *Circa idem tempus Venetianis mudicantibus auferre corpus Beati Nicolai à Mirrea Lycia, à Turcbis desolata, præoccupaverunt eos Cives Barenfes numero 47. ab Antiocchia Mirream advenientes, qui à quatuor tantum Monachis, ibi inventis, extorservunt sibi ostendi tumbam Sancti Nicolai, qua offraita, ossa Sancti Nicolai, in olei liquore natantia, integro numero extraxerunt, & Barum cum gloria adduxerunt.* His tamen minime obstantibus, sacra Liptana Nicolai Myrensis in Cœnobio nostro Sancti Nicolai de Lictore, Veneti non dubitant requiescere.



eundem Pontificem supplicationibus per Legatos interpellavit, quatinus ejus frui aspectibus, ejus potiri colloquiis mereretur. Eam quippe causam sibi Romam veniendi fuisse permaximam suggerebat. Cogebat corporis languor loco non abscedere; sed quia pro sanctæ utilitate Ecclesiæ omnibus se disposuerat, vel extremis periculis objectare, iter per mare aggressus est. Cùmque ad urbem pervenisset, à Comitissa, & ejus exercitu, ac cæteris Beati Petri fidelibus devotissimè, officiosissimèque susceptus est, atque apud Ecclesiam Beati Petri octo diebus permansit. Deinde in festivitate Sancti Barnabæ super altare Sancti Petri Missam sollemniter celebrans, eadem die, auxilio, & ope præfatæ Comitissæ, per Transiberim Romam intravit. Transiberim tunc totam, Romanorumque permaximam partem, & nobilium, penè omnem populum, castellum quoque sancti Angeli, Basilicam beati Petri, civitatem Hostiensem, ac Portuensem in sui juris ditione tenebat, morabatur verò apud Insulam Romæ, quæ & ipsa sui juris extabat. Die igitur, qui Apostolorum natalitia præcedebat, Nuntius quidam, quasi ex Imperatoris parte adveniens, omnes Consules, Senatores, ac populum Romanum de coronatione summovit (1) Imperii, cùm subito Romani supervenientes, præter beati Petri Ecclesiam, universa ceperunt. Ecclesiam verò ipsam, quam supradicti Pontificis homines desuper tuebantur, ingredi nullo modo potuerunt. Sed, quia Guiberti Æresarchæ multitudo permaxima erat, hi, qui ex parte Papæ Victo-

A ris erant, contra tantam hostium manum obfistere non valentes, in Transiberim, sive in castellum sancti Angeli discesserunt. Jam die mediante, in Ecclesia sanctæ Mariæ in Turribus (2) Ravennas æresarcha Missam cantavit: nam utrumque campanile, igne, & fumo supposito, ceperat; sole autem jam ad occasum vergente, hii, qui in Ecclesia steterant, palam cum armis suis descendentes, reversi sunt. Ita, eu, pro dolor, Apostolica, & universalis beati Petri Ecclesia, eo die, quo ejus præcipuè festivitas extitit, omni tam nocturno, quàm diurno officio caruit. Sic Guiberti æresarchæ spes frustrata est, qui in Apostolorum solempnitate, Missas illic celebrare affectabat. Altera die ab hæreticis Apostolicum altare lotum, & Missa est ibi peracta. (3) Die verò sequenti, omnes ad propria sunt reversi, & eadem Ecclesia in ditionem Papæ Victoris rediit. Eo itidem tempore, dum quidam peregrini orationis gratiâ ad Beatum Benedictum venirent, obvius illis quidam vir Canonicus (4) factus est, quem, quis esset, interrogantes, Petrum Apostolum se esse respondit. Et illi: Quò tendis? Et Sanctus Apostolus; Vado ad Fratrem Benedictum, ut cum illo passionis meæ diem celebrem; nam Romæ consistere non valeo: variis enim procellis Ecclesia mea deprimitur. Quod dum Fratribus viri illi postmodum referassent, ad succedentium memoriam, constituerunt ita tanti Apostoli festivitatem, sicut & Patris Benedicti, cum maxima devotione sollemniter celebrare. (5)

De

## IN CAPUT LXIX. NOTÆ.

(1) Fortè *summonuit*. Henricum enim Romam ad coronam Imperii accipiendum venturum, Romanos præmonere voluisse Nuntius dicebatur.

(2) Sic dicta apparet ex duplici turre, seu Campanili, subditur enim. *Nam utrumque campanile, &c.*

(3) Non admodum planam hanc narrationem sic concipio. Guiberti affectu conantur ingredi Basilicam Vaticanam: sed prohibentur à Catholicis, qui eam desuper tuebantur. Die jam mediante, seu meridie, Guibertus frustratus spe celebrandi in altari Apostolorum, Missam peregit in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Turribus. Sole ad occasum vergente, cùm Catholici schismaticos ab ingressu Basilicæ, quod fuerat in votis, arcessissent, palam cum armis suis, more militari, de superioribus Basilicæ, unde pugnauerant, descendentes, voti compotes, se recepere ad suos. Ita Apostolorum Basilica hostibus patuit, qui sequenti luce, ut se Catholicos profiterentur, & Catholicos pro hæreticis se habere ostenderent: Apostolorum altare lavant. (*Ita Græci, refert Innocentius Tertius in Concil. Later. cap. 4. in tantum abominantur Latinos, ut, si quando Sacerdotes Latini super eorum celebrassent altaria, non prius ipsi sacrificare volebant in illis, quàm, ea, tanquam per hoc inquinata, lavissent*) Tertia tandem die Schismaticis ad propria reversis, & Basilicam Vaticanam relinquentibus, eadem Basilica in ditionem Papæ Victoris rediit.

Cæterum hæc Laureti notis intacta, Laureti corruptelis non minimum temerata.

(4) *Vir Canonicus*, hoc est *Clericus, Ecclesiasticus*. Volcuinus Abbas hom. de Zizania. *Rara avis in terris hodie Canonicus à canone vita. Unde ergo? audi unde. Est namque canonicus vita, ut dictum est, & est canonicus pecunia, videlicet alicujus pensionis certa. Unde solet dici: Solve mihi canonicum meum, idest, pensionem meam. Eja ergo, o Canonicus, inveniamus canonicum tuum, à quo derivaris; idest, à canone pecunia, non à canone vita, idest, à canone regionis, non à canone religionis, sic ille.*

(5) Hanc Historiam in suos trahens annales Baronius tom. II. ad annum 1087. expostulat cum Casinatibus his verbis. *Sed quod ab eo (Apostolo Petro) per Christum fidei principium emanavit, ex quo omnis propago sacerdotum feliciter germinavit, utique debuerat sollemnius celebrari. Lauretus verò sic responder. Tu autem, candide Lector, perpende diligenter decretum, seu statutum à Monachis Casinensibus, super celebritate Festi Beati Apostoli Petri, latum, & vide, quid amplius facere potuerunt in honorem tanti Apostoli, quàm decernere, & ordinare, ut Festum ipsius eadem veneratione, & solennitate cum Festo Patriarchæ ipsorum Benedicti celebraretur? Hoc enim facit Ecclesia Romana, & cæteris faciendum præscribit, cùm in ordine, seu regula sui Breviarii, Festum Patroni, sive tituli alicujus Ecclesiæ Festo Apostolorum Petri, & Pauli æquiparat: atque utrumque, duplex primæ classis celebrari decernit; quod tunc Monachi Casinenses similiter decreverunt, & statuerunt.*

Ita Lauretus. Quæ responsio, quàm elumbis, imo quàm præpostera censenda sit, nemo non videt. Cùm Ecclesia Romana æquiparat Festum Patroni Festo Apostolorum Petri, & Pauli, jam supponit, Festum Apostolorum celebrari debere sub ritu primæ classis, cui ex privilegio æquiparat Festum Patroni, quod alias præciso titulo Patronatus, celebraretur sub inferiori ritu. At Casinenses statuerunt Festum Apostoli æquiparare festo Divi Benedicti; ergo si eorum statutum accipiendum est de ritu officii, jam Casinenses convincuntur, antea non celebrasse Festum Apostoli Petri sub ritu primæ classis, cùm hoc decreverint post præfatam visionem. Lauretus igitur excusat excusationes in peccatis; & clientibus suis præpostere patrocinator, cùm præsertim Apostolorum Principem sciamus in præcipuo semper honore apud Casinates, hæreditariâ quadam à Sancto Patriarcha accepta devotione, extitisse.

Respondisset saltem Lauretus; Statutum Casinensium intelligendum non esse de ordine, & ritu officii, sed de pompa, & devotione solenni.



De Guiberto ærifiarcha, & Persecutione  
Ecclesiarum.

## CAPUT LXX.

**G**uibertus interea ærifiarcha, qui post præstita Domino suo beatæ memoriæ Gregorio septimo Papæ fidelitatis sacramenta, & obedientiam novem annis exhibitam Apostolicum thronum invaserat, cernens Victorem Papam ab omnibus in maxima veneratione haberi, Heynricum Imperatorem solvens ab observatione juramenti, quod apud Canusiam Tusciam oppidum olim Papæ Gregorio fecerat, Romam attraxit, & cum eo expugnare Catholicam Ecclesiam cœpit. Hi verò, qui ex parte Papæ Victoris in Ultramontanis partibus erant, Imperatorem Romæ remorare cognoscentes, contra eum rebellare disponunt. Contra quos Heynricus Imperator adveniens, factò, ut assolet, vario bellandi eventu, diutissimè plurimis deprædationibus, & incendiis, ac cædibus utrimque decertatum est. Tandem præphatus Imperator, relictis ad resistendum in Germania copiis, assumpto partim suo, partim conductitio, sive grega-

lennitatis; quod indicat Chronographus noster, *Cum maxima devotione solenniter celebrare.* Quis enim ignorat, Festa quædam, universæ Ecclesiæ communia, licet in ordine primæ classis numerentur, tamen non ita magnificè, & pomposè, non ita devotè celebrari, ut Festum aliquod speciale privatæ Ecclesiæ, vel Reipublicæ? Catanæ in Sicilia Festum Sanctæ Agathæ, si pompam, & celebritatem attendas, omnes alios etiam Christi Domini Festos dies post se dimittit. Neapoli Beati Cajetani Thienei in album Sanctorum solenni ritu ab Ecclesia nondum adscripti, usque ad stuporem celebrabatur proximis annis solennitas; & Romæ Sanctæ Cecilie, Sanctæ Martinæ, Sanctorum Vincentii, & Anastasii, Sancti Rochi, Sanctæ Franciscæ, nonne frequentiori populo, ampliorique quadam exultatione celebrantur, quàm multæ aliæ primæ classis festivitates? semper enim municipalia communibus præferuntur. Cùm ergo Sancti Patriarchæ solennia, utpote propria Benedictinorum, & eo maxime Casinensium, maxima pompa, cultu, ac devotione apud nos celebrarentur, dum parem devotionem, & apparatus Festo Apostolorum Principis Casinates statuerunt, non imparem tanto Apostolo cultum statuisse censendi sunt. Potuisset, inquam, & minùs improbabiliter, sic respondere Lauretus.

Sed age, videamus, an mihi quicquam succurrat, quo pro Casinatibus valeam non aded enerviter Baronio respondere? Quid ais, Illustrissime Domine? *utique debuérat tanti Apostoli Festum solennius, à Casinatibus celebrari.* Rogo. Num solennius, quàm dies Natalis Domini? non, utique, nisi, Vicarium præterendum ducas Episcopo. Atqui hoc ipsum est, quod Casinates decrevere: Festum videlicet Apostoli Petri celebrari, sicut diem Natalis Christi. Zacharias quippe Pontifex in Privilegio pro Monasterio Casinensi anno 779. statuerat, *Ut ita Patris Benedicti, festivitatem, sicut diem Natalis Domini celebrent.* An verò dubitandum, à Casinatibus minime hoc observatum? Ergo cùm Casinates decreverunt, *Ita tanti Apostoli festivitatem, sicut & Patris Benedicti celebrare,* illam Natali Domini æquipararunt. Modò à Baronio ad Baronium appello; neque enim dubito, severum censorem in æquissimum Judicem nobis evaturum. Si quis verò Zachariæ diploma legere avebit, ecce illius tenorem, ex Tabulario Casinensi in Regesto 2. Bernardi Abbatii pag. 148.

„ Zacharias Episcopus Servus Servorum Dei,  
„ omnibus Christi Sanguine redemptis salutem,

**A**rio exercitu, Romam, & suburbana ejus, deprædationibus, & incendiis, ac cædibus quibus valuit, quadriennio devastavit, & tandem suo Simone magis pretio, quàm vi inthronizato, ab eodem Imperialem coronam accepit, (1) & tam non faventibus, quàm non communicantibus sibi, suisque complicibus, & Romæ, & in omni Romano Imperio, sævillimam, & diuturnam intulit persecutionem. Hujus rei causâ, & Ecclesiæ penè totius Romani Imperii desolatæ, & Christiana Religio propemodum dissipata, & viginti milia hominum, & eo amplius in diversis Regionibus, Katopapa Guiberto (2) cooperante cæsa sunt. Qui etiam pulsus Catholicis Episcopis, & Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Præpositis, scientia pariter, & religione pollentibus, sceleratos, & idiotas singulis civitatibus, & Cœnobiis, vel Ecclesiis, singulos interdum autem binos, vel annuos Prælatos dampnabili prioris magistri sui Simonis Magi mercimonio substituens, in deprædationibus Sanctorum locorum, & Christianorum sibi non faventium, immo & faventium, dum non esset, qui armato resisteret, longè latèque, voluntatè quidem Neronis, & Decii, sed minus possibi-

**C** „ & Apostolicam Benedictionem. Omnipotenti  
„ Deo, cujus melior est misericordia super vi-  
„ tas, gratias agimus, qui gloriosus in Sanctis  
„ suis, atque mirabilis est, & virtutes, ac do-  
„ na inestimabili largitate dispersit. Ipse quippe  
„ Beatissimum Benedictum Patrem omnium,  
„ constituit Monachorum, ipse illius meritis  
„ Casin. Monasterium in solo Tertulli Patricii  
„ fundatum omnibus per totum Orbem Cœno-  
„ biis clementi benignitate præfecit. Quod vi-  
„ delicet, dum à nefanda gente Longobardo-  
„ rum esset destructum, Sanctæ Memorie Gre-  
„ gorius eundem locum perditum iri non fe-  
„ rens in restauratione illius quamplurimum  
„ studuit, quem cùm Superni Regis Clementia  
„ ad æternæ vitæ remunerationem vocasset,  
„ opus ab illo cœptum de restauratione ejus-  
„ dem Monasterii ad finem usque perduximus.  
„ In Dedicatione verò ejusdem Ecclesiæ, dum  
„ ibidem cum tredecim Archiepiscopis, & sex-  
„ xaginta octo Episcopis adessemus eidem loco  
„ possessiones suas in perpetuum habendas red-  
„ didimus: Constituentes, ut qui contra hoc  
„ venire tempraerint anathematis vinculum,  
„ innodantes. Ut ita Patris Benedicti, Mauri,  
„ ac Virginis Christi Scholasticæ festivitates,  
„ sicut diem Natalis Domini celebrent. Nec  
„ non Tertullo Patricio plenariam, & solennem  
„ commemorationem uno quoque anno  
„ persolvant quartadecima die Julii mensis, &  
„ Beatissimo Placido similiter eadem die com-  
„ memoracionem Missarum celebrent. Pari-  
„ etiam modò constituimus, ut jam dicto præ-  
„ decessori nostro GG., ac nostræ parvitati  
„ Anniversario depositionis die solennem, ac  
„ festivam commemorationem faciant. Obser-  
„ vatoribus hujus edicti Apostolicam Benedi-  
„ ctionem, contradictoribus Divinæ Sententiæ  
„ jaculum inferentes.

## IN CAPUT LXX. NOTÆ.

- (1) Germanis Regibus Corona argentea erat. Aurea Francorum. Italarum ferrea. Imperialis verò pretiosis gemmis ornata. Ferrea coronâ inaugurabantur Italiæ Reges Modoetiæ in Insubria, sacro etiam oleo ungi soliti in Ecclesia, ex institutione Caroli Magni. Langobardis ritus fuit inaugurari haliti, mortuæ gentis. Paul. Diac. lib. 2. Vide Sigonium, & Castilionem in notis ad Regnum Italiæ Thesauri pag. 254.
- (2) Quàm supinè Lauretus legit. B. Papa Guiberto! Imo quàm impiè! nisi ironicè *Beatum* acceperit. *Kato Græcè Deorsum*, & fortassis *Kacopapa*, ut *Cacodæmon*, unde infra. *Guibertus, qui multo rectius Papa demens, quàm Papa Clemens dici debuit.*

bilitate, crassatus est. Idem verò Guibertus, qui multò rectius Papa demens, quàm Papa Clemens dici debuit, in oppidulo suo, quod Argenteum dicitur, quasi ad sui munitionem, excelsa Turri fabricata, præstolabatur Simoniacos Angelos, cum quibus volando, in putidissimas stigas paludes rueret, scilicet cruribus suis (3), Deo per omnia Papæ Victori propitio, contractis, & ad nichilum redactis. Cui nemo Apostolicam reverentiam, sive obedientiam exhibebat, præter Imperatorem, & complices ejus, vel qui se illi propter avaritiam, quæ est idolorum servitus, vel perpetuo, vel ad tempus pacto jusjurando vendiderunt, quorum plurimi, quibus ejus perfidia claruerat, dum execranda sacrificia celebraret, non intererant, scientes eundem nulli Romanorum Pontificum, successisse, sed præscripto modo perjurum, & invasorem, ac Simoniacum Papæ Gregorio fuisse superinjectum. Nam Catholici, qui fidem, & religionem zelo Dei tuebantur, Papæ Victori scientia, & religione præstantissimo adhærebant.

*Qualiter Papa Victor misit exercitum in Africa contra Saracenos, & de victoria ejusdem exercitus.*

## CAPUT LXXI.

**A** Stuabat interea ingenti desiderio idem Victor Apostolicus, qualiter Saracenorum in Africa commorantium confunderet, conculcaret, atque contereret infidelitatem. Unde cum Episcopis, & Cardinalibus consilio habito, de omnibus ferè Italiæ populis Christianorum exercitum congregans, atque vexillum Beati Petri Apostoli illis contradens, sub remissione omnium peccatorum, contra Saracenos in Africa commorantes direxit. Christo igitur Duce, Africanam devoluti dum essent ad urbem (1), omni nisu illam expugnantes, Deo adjuvante, ceperunt, interfectis de Saracenorum exercitu centum milibus pugnatorum. Quod, ne quis ambigat, hoc absque voluntate accidisse Divina, illo die, quo Christiani de Saracenis victoriam adepti sunt, eo etiam Italiæ divinitus patefactum est.

(3) Hominis istius ineptiarum nunquam finis, pro Cruribus induxit Viribus. Alludit noster ad Simonem Magum, qui cruribus contractis, pœnas dedit. Pacto jusjurando mutavit in oblatum jusjurando, quasi verò pacto non esset verbum, sed nomen. Dempit Catholici, tacite reprehendens Petrum, quod Guiberti affectas hæreticos appellasset. At eadem religione, Hæresiarchæ notam, Guiberto hic, & alibi sæpius inustam debuisset expungere. Cum nihilotenus Guiberto illam inurant Platina. Qui hæresim Guiberti avelleret, & mentes hominum in fide confirmaret. Anonymus apud Baronium tom. 12. pag. 7. Hæresiarcham Guibertum. Alexander Tertius in Concil. Lateranen. Octavianum, & Guidonem Antipapas, vocat Hæresiarchas. Concilium Constantiense Sess. 37. Petrum de Luna simul Schismaticum, Hæreticum, à fide devium, & articuli fidei, unam Sanctam Catholicam Ecclesiam, violatorem, ubi rationem indicatam videmus istius appellationis, nam, ut docet Ambrosius, laudatus à Victore nostro infra cap. 72. Qui se à Romana

*De Concilio Generali, & Constitutionibus.*

## CAPUT LXXII.

**P** Ræphatus autem Victor Papa Tertius Urbem egrediens venit ad hoc Monasterium, sociatisque sibi Episcopis, & Cardinalibus Ecclesiam Sancti Nycolai in Picasollempliter dedicavit: Mense autem Augusto Sinodum celebrare cum Episcopis Apuliæ, & Calabriæ, nec non Principatum statuens, Beneventum perrexit. In qua videlicet idem Apostolicus præfident, ait: Novit dilectio vestra, carissimi Fratres, & Coepiscopi (1), omni etiam orbi non latuit, Sancta Romana, & Apostolica Sedes, cui, Deo auctore, deservio, quot adversa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæreseos trapezitas malleis, crebrisque tursionibus subiacuerit, adeò ut columpna Dei viventis videretur jam penè concussa nutare, & fagena summi piscatoris, procellis intumescens, cogere in naufragii profunda submergi. Guibertus enim hæresiarcha, qui, vivente sanctæ memoriæ prædecessore meo Papa Gregorio, Romanam invasit Ecclesiam, præcursor Antichristi, ac signifer Satanæ effectus, non cessat oves Christi conculcare, occidere, & dilaniare. Irritator enim, persecutor, exaggerator, & accensor injuriarum Papæ Gregorii factus, quantas calamitates, quantas tribulationes, & quantas persecutiones ei intulerit, referre quis valeat? conspirationes, & conjurationes adversus eum excitavit, urbem fugavit, sacerdotio perjurus, ac Simoniacus, quantum ad se fuit, privavit, atque contra eum Romanum Imperium, gentes, & Regna commovit, & quod à seculo non est auditum, ipse excommunicatus, & dampnatus eundem Sanctum Pontificem excommunicare præsumpsit, & Romanam urbem athenis sacrilegiis, omicidiis, perjuriis, conspirationibus, flagitiis, & omnibus vitiorum, & criminum ludibriis deturpare non desistit, & Simonis Magi munitus perfidiâ, ipsiusque officina factus, nequitiarum suarum complices ad tam impiissimum, & execrabile facinus evocans, Imperatorisque exercitum congregans, Apostolicæ Sedis invasor est factus, contra præcepta Evangelica, contra Prophetarum, & Apostolorum decreta, contra Canonum, & Romanorum Pontificum jura, nullo Cardinalium, Episcoporum præcedente ju-

*Ecclesia segregat, verè est hæreticus estimandus, & Hieron. Schisma finaliter ducit ad hæresim. Membrum siquidem à capite divulsus, & vitalem inde influxum non accipiens, paulatim tabescit, & tandem morti patet. Vita autem fidelium Fides. Justus enim ex Fide vivit. Habemus lacrymabile rei hujus exemplum in Græcis, & schismate in errores, & hæreses delapsis.*

## IN CAPUT LXXI. NOTÆ.

(1) Africa urbs erat litoralis, incolis *Mabdia*, posita ad Orientem Tuneto, ex Fazello Hist. Siculæ decad. post lib. 7. cap. 4. apud Peregryn. Castigat. in Anonym. Casin. pag. 137. de eaque accipiendus est idem noster Anonymus anno 1160. *Masemuti ceperunt Africam*, & hoc anno 1087.

## IN CAPUT LXXII. NOTÆ.

(1) Synodicam, ac decretalem hanc orationem, ex Registris Pontificum exemplatam à Petro fuisse, minimè hæreo. Quod ipse de sequentibus in quarto libro se facturum profiteretur, in prologo ejusdem quarti.

judicio, nullo Romani Cleri approbante suffragio, nullo devoti populi fervore adibito in Sancta Romana Ecclesia omnis malitiæ, nequitæ, & perditionis caput est factus. Sed omnipotentis Dei clementiâ prædictum Pontificem Gregorium, post labores, & certamina, ad æternam requiem evocante, cum jam unanimi concordia Episcoporum, & Cardinalium, & Comprovincialium Episcoporum, & Cleri, ac populi Romani nostram parvitatem omnibus modis contradicentem, & renitentem Apostolicæ Sedi præfessissent, non timens æterni Imperatoris judicium, usque nunc Christum, & oves, pro quibus suum sanguinem fudit, persequi non omisit. Idcirco auctoritate Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum omni sacerdotali officio, honore privamus, & à liminibus illum Ecclesiæ separantes, anathematis vinculo innodamus. Nostis præterea, & bene nostis, quantos dolos, quantasque persecutiones michi intulerint Ugo Lugdunensis Archiepiscopus, & Richardus Massiliensis Abbas, qui pro fastu, & ambitione Sedis Apostolicæ, quam ætenuis latenter habuerant, postquam se non posse adipisci perviderunt, in Sancta Ecclesia Scismatici facti sunt, & Richardus quidem electionem nostram Romæ cum Episcopis, & Cardinalibus fecerat. Ugo autem post modicum ad nos veniens, pedum effusus vestigiis, dum obsequium nobis Summi Pontificis invitis, ac retractantibus exhiberet, Legationem à nobis in partibus Galliarum postulaverat, & acceperat, quoad itaque parvitatæ nostræ infirmitatem factæ, & collaudatæ à se ipsis electioni conspexerant repugnare, omnibus ipsi nobis modis insistebant, ne onus abicerem, pro Ecclesiæ necessitate, impositum. Sed ubi

(2) mitto Laureti inutilem correctionem, & ad verba hæc, genuina Victoris, diligentius ponderanda, me fero.

## EXCURSUS HISTORICUS.

*Utrum Sacerdotes, & Episcopi Schismatici, Simoniaci, & excommunicati sint veri Sacerdotes?*

**W**aldenses, (à Waldo Lugdunensi cive dicti, qui & Pauperes de Lugduno) Wiclefite, Arnaldite, alique hæretici opinati sunt, Sacerdotes, per quodlibet mortale peccatum, amittere sacerdotii potestatem; & Sacerdotes amplius non esse. Quin etiam omnem tam laicam, quam Ecclesiasticam potestatem, per mortiferum crimen amitti. Oppositum definiit Catholica Ecclesia, tum in Concilio Constantiensi sess. 8. damnans Wiclefite errores, inter quos hic erat quartus: Tum in Trident. sess. 7. can. 12. de Sacramentis in genere. *Si quis dixerit, ministrum, in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, servaverit, non conficere, aut conferre Sacramentum, anathema sit.* Ratio sumitur ex alio Catholico principio, definito ab eodem Concilio can. 9. quod, videlicet, Sacramentum Ordinis, ritè ministratum, & receptum, imprimat in anima suscipientis signum quoddam spirituale, & characterem indelebilem, unde reiterari non potest. Ergo per quodcumque peccatum Sacerdos, vel Episcopus non potest amittere potestatem Ordinis, qua consecrat, & ordinat; quamquam illicitè id faciat. Aliud quippe est nulliter operari, aliud illicitè. Hinc Clemens Octavus Constit. 34. decernit, ordinatos ab Episcopo Schismatico, validè ordinatos fuisse, si Episcopus Schismaticus erat validè ipse ordinatus: carent tamen, hi taliter ordinati

Tom. IV.

**A** nos ad id deflexos contemplati sunt, conceptam diu ambitionis flammam, clibanus exturatus evomuit. Quapropter omnium sibi Fratrum videntes unanimam pertinaciùs in eo scandalorum scelere reluctari, ab eorum, & nostra continuo sunt communione sejuncti. Unde vobis Apostolica auctoritate præcipimus, ut ab eis abstinere curetis, nec illis omnino communicetis, quia Romanæ Ecclesiæ communione sua sponte sejuncti sunt, quoniam, ut Beatus scribit Ambrosius, qui se à Romanâ Ecclesia segregat, verè est hæreticus æstimandus. Constituimus etiam, ut si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicujus laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur, nec ulla ei Episcopo, seu Abbati audentia concedatur. Insuper ei gratiam Beati Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedienciæ, quod est scelus Idolatriæ cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item, si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quilibet secularium potestatum, aut personarum investituram Episcopatum, vel alicujus Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumperit, ejusdem sententiæ vinculo se astrictum esse sciat, nec mirum, cum omnes vendentes, & ementes trecenti decem & octo Patres in Nicæno Concilio congregati excommunicaverunt, dicentes, Qui dat, & qui recipit anathema sit. Quando ergo tales Episcopos, vel Abbates, vel reliquos Clericos non devitatis, si eorum Missas auditis, vel cum eis oratis, cum illis excommunicationem subitis. Quos quidem sacerdotes esse saltim credere, omnino errare est (2). Pœnitentia verò,

exercitio Ordinis, quousque fuerit cum eis dispensatum. Idque nonnulli colligere se posse autumant ex capite finali de Schismaticis, & cap. ordinationes causa 9. quæst. 1. ubi decernitur, *ut si pœniteant, cum susceptis ordinibus recipiantur.*

**D** Verum, quia multi sunt Canones, qui Schismaticorum ordinationes, non tantum *Illicitas*, sed *Irritas* esse decernunt: ideo non pauci Canonistæ opinantur, Episcopos Schismaticos *nulliter* ordinare, cum ordinant: & non solum, si Episcopatus sit tantum Jurisdictio, & non imprimat characterem: sed etiam si ordo sit à Presbyteratu distinctus, imprimatque speciale signum spirituale in anima, & indelebile.

Communis nihilominus Theologorum Scholæ docet, Episcopos, & Sacerdotes Schismaticos, hæreticos, vel etiam degradatos, licet illicitè, validè tamen ordinare, consecrare, &c. ducta ratione ex ipsa characteris indelebilitate.

Non levis tamen difficultas restat quoad Canones, qui disertis verbis *irritas* dicunt hujusmodi ordinationes, & Sacerdotes non esse, qui Simonia vel hæresi polluti sunt.

**E** Duplex adhiberi potest Responso. Primum viguisse olim in Ecclesia opinionem, quod Schismatici, Simoniaci, & hæretici amitterent potestatem Ordinis; ac proinde nulliter facere quod facerent. Cum enim in Simoniæ pravitate, & in Schisma, grassantia tunc inter Christianos crimina, vehementius inveherentur Catholici Pontifices, eo usque progressi sunt, ut in oppositum extremum declinarint. Quæ opinio, recepta, ut probabilis, potuit evadere regula rectè operandi, rectèque loquendi. Cum ergo Victor Pontifex in Concilio Beneventano ait, Sacerdotes, & Episcopos excommunicatos, Simoniacos, & Schismaticos non esse Sacerdotes, locutus videtur in ea, tunc obtinente opinione, *opinionè* dixi,

P p p

dixi, non *dogmate*: non enim quæcumque Pontifex, quamquam in Conciliari oratione, loquitur, dogma fide constituunt, aut fidei regulam intellectibus præscribunt: sed tunc tantum, cum ex Cathedra loquitur, & sufficienter declarat, se id velle diffinire. Hoc autem non præsumitur, nisi probetur. Quid verò sit loqui ex Cathedra, non est opus hic explicare. Juvat hic sistere Alexandri Tertii decretalem sententiam, quæ habetur in cap. Licet, de sponsa duorum. Interrogatus enim Pontifex, si post contractum matrimonium, non tamen consummatum, unus ex conjugibus contrahat cum alio, & consummet matrimonium, quodnam ex duobus teneat? Respondet, esse validum primum, ideoque separandum secundum, & subdit, *Quamvis aliter à quibusdam Prædecessoribus nostris sit aliquando judicatum*. Quibus verbis liquidò docetur, facta, & dicta Pontificum non semper inducere Jus perpetuum, & irretractabile: sed quandoque loqui, & judicare ex opinione aliqua, tunc probabili, & tanquam privatos doctores. Unde alteri Pontifici integrum fuerit, sequi practicè oppositam opinionem, & secundum illam decernere, & operari.

Aliud siquidem est definire fidei dogmata: Aliud decernere Agibilia. Illud pertinet ad regulam infallibilem, & invariabilem: Hoc ad Prudentiam, & Consilium, cujus dictamen variari potest, pro varietate temporum, & circumstantiarum.

Et, ut à præsentī materia non recedamus, accedat Urbani Secundi auctoritas 9. quæst. 1. cap. Ordinationes. *Qui ab Episcopis quondam quidem Catholicè ordinatis, sed in Schismate à Romana Ecclesia separatis, consecrati sunt, eos nimirum, cum ad Ecclesiam unitatem redierint, servatis propriis ordinibus, misericorditer suscipi jubemus, si vita, & scientia eos commendat. Amodo verò, quicumque à prædictis Schismaticis, Sanctæque Romanæ Ecclesie adversariis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamvis autem misericordie intuitu, magnaque necessitate cogente, hanc in Sacris Ordinibus dispensationem constituerimus, nullum tamen præjudicium Sacris Canonibus fieri volumus: sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Robur autem Canonum sequitur idem Pontifex in Concilio Placentino dist. 70. Sanctorum Canonum institutis consona sanctione decernimus, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur. Fatetur ergo Urbanus ordinationes hujusmodi, ex vi Canonum, esse irritas; & irritas ipse esse aliquando decernit, & tamen aliquando misericorditer oppositum indulget pro necessitate, cujus tamen nulla vis esset, si Canonum doctrina dogmatica, & ex fidei regula extitisset. Canonum igitur Auctores, prudentiæ dictamen secuti, agenda, non credenda, decreverunt: & sanè ex probabili opinione. Quorum robur factum tectum posteriores Pontifices, quoad potuit, custodiendum putarunt. Cum verò necessitas urgeret, ex ejusdem prudentiæ dictamine oppositum statuere, sequentes oppositam probabilem etiam opinionem. In qua fuit quoque Magister sententiarum in 4. dist. 13. docens Excommunicatos, & Hæreticos Eucharistiam non conficere, & licet ab omnibus Theologis rejiciatur: argumento tamen est, Magistrum sectatum fuisse opinionem, quæ tunc probabilis esset. Eo quòd tunc doctrina de characterē indelebili nondum erat definita, nec distinguerent potestatem ordinis à potestate exercitii ordinis.*

Certè Reverendissimus, ac Doctissimus Magister Julius Mercorus, Inquisitor Mediolani in sua solidissima Basi Theologiæ moralis observat, plusquam centum laxas opiniones, antea singulares, ac penè proscriptas, quadraginta, vel quinquaginta annorum spatio, factas esse communes: rigidasque illis oppositas, quæ prius erant communes, antiquatas nunc esse, & communiter rejectas. Ita similiter contingere potuit in præsentī materia ad mentem hujus primæ Responsionis, secundum quam interpretandi essent Alexander secundus, &

A  
Gregorius septimus Prædecessores Victorii Tertii, cum decernunt, non esse audiendas Missas Presbyterorum, quos scias habere concubinam, eo quòd benedictio illorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, dist. 81. apud Gratianum, & fortassis Gregorius Septimus, qui immediatè præcessit Victorem nostrum, idem sentit, quod Victor hic ex Petro Diacono.

B  
Quæ, si vera sunt, non video, cur Sanderus lib. 7. de visibili Hierarchia num. 737. dixerit. Gregorium quidem septimum decrevisse non esse audiendas Missas Sacerdotum, quos scias habere concubinam: tamen Sacerdotes non esse, non dixisse: sed hunc errorem impositum fuisse Gregorio à Sigeberto Gemblacensi Schismatico, fautore Henrici. Sanè Victor Tertius id ipsum expressè docet in præfenti. An verò dicat Sanderus & hanc fuisse Petri imposturam Victori inustam? Cum tamen Petrus accepisse id videatur ex ejusdem Concilii exemplaribus, per Orientem, & Occidentem disseminatis, quod ipse refert in fine capitis, & quæ, cum Petrus scriberet, per manus omnium versarentur, ut plusquam nimis perfrictæ frontis fuisse mereatur dici, imo penitus amens; qui contra vulgarissimam tunc exemplarium illorum fidem, imposturam aded turpem Pontifici facere non erubuerit.

C  
Præterquamquod Sigebertus non refert, Gregorium dixisse, non esse Sacerdotes, sed tantum eos ab officio removisse, & non esse eorum Missas audiendas, idque novum appellat, & inconsideratum. Sic enim habet ad annum 1074. *Gregorius Papa, celebrata Synodo, Simoniacos anathematizavit; & uxoratos Sacerdotes à divino officio removit, & Laicis Missam eorum audire interdixit, novo exemplo, & ut multis visum est, inconsiderato præjudicio, contra Sanctorum sententiam, qui scripserunt, quod Sacramenta, quæ in Ecclesia fiunt, seu per bonos, seu per malos intra Dei Ecclesiam dispensentur; tamen, quia Spiritus Sanctus mysticè illa vivificat nec bonorum meritis dispensatorum amplificantur; nec malorum peccatis attenuantur. In hoc autem sensu loquitur etiam Urbanus Secundus apud Gratianum, dist. 32. Eos, qui in tribus sacris gradibus, Presbyteratu, Diaconatu, & Subdiaconatu positi, mulierculas non abjecerint, & castè non vixerint, excludendos ab eorumdem graduum dignitate.*

D  
Cæterum, quòd hic dicit Victor, & admissio, quòd id Gregorium dixisse narret Sigebertus, nonne prius dictum fuerat à Clemente lib. 8. Apostol. Constitut. cap. 1. *Neque verò Rex impius, pro Rege habendus est, sed Tyrannus: neque Episcopus imperitia, aut nequitia cumulatus, est Episcopus; sed falso nomine gaudet; ut, qui, non à Deo, sed ab hominibus constitutus sit, permittente nihilominus Deo. Nec secus loquitur Dionysius Areopagita Epistola ad Demophontem. Non est iste Sacerdos, non est; sed inimicus falax, & irrisor sui, lupusque in gregem Domini, ovina pelle armatus.* Quæ, utcumque per exaggerationem dicta sint; cur non item figuratè locutos dixerimus, Victorem, Gregorium, Alexandrum, aliosque? Ita philosophantur, quibus prima hæc responsio aridet.

E  
Altera Responsio est. Prioribus Ecclesie Patribus Irritum sæpè accipi pro Illicito, & porro in hoc sensu accipiendos esse Pontifices, modò laudatos, duo succurrunt argumenta. Primum, quòd Petrus Damiani ejus ævi Auctor circumspexit Epist. 16. de Simoniacis, *Quibus, inquit, si Catholica fiat ordinatio, sacra dignitatis officium, ad quod non merentes accedunt, perfecte suscipiunt. Eiusdem namque virtutis est Spiritus Sanctus, cum ejus gratia venditur, cujus est & cum gratis datur. Nec propter perverstitatis humana commercium Divina Potentia propria potestatis perdit effectum.* Cum autem vir doctissimus, & Apostolicæ Sedi addictissimus, sic securè loquatur, quis dubitet illum contra Sedis Apostolicæ, & Canonum sensum fuisse locutum? ergo similis fuerit vero, ne-

verò, & communio à nullo; nisi à Catholico fuscipiatis: si verò nullus sacerdos Catholicus affuerit, rectius est sine communione manere visibili, & invisibiliter à Domino communicari, quàm ab hæretico communicari, & à Deo separari; nulla etenim conventio Christi ad Belial, ait Apostolus, neque pars fidelium cum infideli: omnis enim hæreticus infidelis est. Simoniacus verò, quia hæreticus, ideo infidelis. Sacram enim communionem Christi, quamvis visibiliter, & corporaliter Catholici, propter imminentes hæreticos, habere non possunt, tamen, dum mente, & corpore Christo conjuncti sunt, sacram Christi communionem invisibiliter habent. Hæc igitur, dum cunctorum Episcoporum in eodem Concilio residentium auctoritate confirmata fuissent, facientes exemplaria per Orientem, & Occidentem disseminaverunt.

neque Pontifices illos ab hac mente abiisse: Sed Irritum accepisse pro Illicito, & cum de ordine loquuntur, de exercitio ordinis intelligendos. Cui expositioni accedit Gratianus 1. quæst. 1. cap. Quod quidam. Intelligamus, ait, aliud esse potestatem distribuendi ordines sacros: aliud esse executionem illius potestatis. Qui enim intra unitatem Catholica Ecclesia constituti, Sacerdotalem, vel Episcopalem unctionem accipiunt, officium, & executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes verò ab integritate fidei, potestatem acceptam Sacramento tenus retinent: effectu suo potestatis penitus privantur. Sicut conjugati ab invicem discedentes, conjugium semel initum, non dissolvunt: ab opere tamen conjugali inveniuntur alieni, & subdit. Sciendum verò est, quòd Sacramenta hæreticorum dicuntur irrita, vel damnanda, falsa, & inania, non quantum ad se; cum sint sancta, & vera etiam ab hæreticis celebrata: sed quia cum, illicitè dantibus perfidis, sint ad iudicium, illicitè ab eis accipientibus, non conferunt Spiritum Sanctum, irrita, & non vera dicuntur; quia, quod promittunt, & conferre credunt, non tribuunt, & ideo damnanda; ut ea dari, vel recipi ab hæreticis non approbentur, sed interdiciantur. Non enim quantum ad se polluta sunt, quamvis ab hæreticis pollui dicantur. Unde Gregorius communionem Arrii vocat execrationem; & Innocentius vocat Bonosi ordinationem damnationem: non, quòd ita in se sint; sed quia male dantibus, vel accipientibus, id efficiunt. Qua interpretatione Gratianus omnes Canones, & Pontifices, qui de irritis loquuntur, ad mitigationem revocat sensum, & de inani effectu duntaxat exponit; qui est Gratia, & Spiritus Sanctus.

Deinde observo, quantumvis Canones, & Pontifices conclament, Hæreticos, Simoniacos, excommunicatos non esse Sacerdotes, eorumque irritas esse ordinationes: nusquam tamen invenio hujuscemodi ordinaros, fuisse unquam per manus impositionem iterum ordinaros: Aut ad nuptias transiisse, & in Laicorum censu computatos. Videtur ergo Ecclesia illos inter veros Sacerdotes agnovisse. Irritumque accepisse pro Illicito, & ordinem pro exercitio ordinis, eosque appellasse Non Sacerdotes in sensu Clementis, & Dionysii: Benedictionem eorum verti in Maledictionem; quòd, qui cum excommunicato liberè, scienterque communicat, reus est peccati, & Maledicti. Misericorditer verò ab Urbano susceptos, quoad exercitium ordinum, hoc est, absque suspensione, cui obnoxii esse deberent: non verò quoad veritatem ordinis, & characteris, quem, etiam in hæresi, & excommunicatione, retinebant. Dixi, non fuisse denuò ordinaros, Per manus impositionem. Hæc enim est vera, & sacra Ordina-

Tom. IV.

A De Obitu Papæ Victoris, & Constitutione Abbatis Oderisii.

CAPUT LXXIII.

B IN eodem verò Concilio idem Pontifex graviter infirmatus, post actum per tres dies Concilium, festinanter Casinum rediit, atque cum Episcopis, & Cardinalibus ad hoc Monasterium ascendens, in Capitulum Fratrum se ferri præcepit, & sub districtissimo anathemate interdixit, ne quis successorum suorum (1) auderet vendere, vel alienare terrarum, Ecclesias, Villas, vel quascumque possessiones huic Casinensi Cœnobio pertinentes. Simili modo interdixit, ne quis Monachorum auderet facere cartam, vel libellum absque scientia Abbatis sui, quod si fecisset, irritum esset. Constituit etiam tunc, ut omnia Monasteria, quæ sub ditione hujus nostri Casinensis Cœnobii sunt, prandium per unumquemque annum huic nostræ Congregationi faciant (2). Hoc statuto, omnium Monachorum,

C tio, seu Consecratio. Nam interdum Ordinandum vocabulum, generaliori quadam notione, significat deputationem, missionem, ut non raro in hoc Chronico. Quod autem diximus de hæreticis, & excommunicatis, pari ratione de degradatis accipias. Degradatio quippe infert tantum ignominiam, non abolito characteris. Ut propterea Degradatus, verè consecraret, & penitens, potest à Pontifice restitui ordinis exercitio, ac dignitati.

Et sanè hæc probabiliter dixerim. Quibus menti hæsit Irritum, & Inane in propria, & strictiori notione à Pontificibus, & Canonibus fuisse acceptum: ferram cum his non reciproco. Videndi D. Thomas 3. p. quæst. 82. art. 6. 7. & 8. ibique Commentatores. Brancatus in 4. Sent. disp. 8. art. 3. & disp. 16. art. 12. Baron. tom. 12. pag. 10.

IN CAPUT LXXIII. NOTÆ.

- D (1) Abbatum videlicet Casinensium, quæ adnotatio, cum debuisset ad summum esse marginalis, intrusa est à Laureto in Petri textum; usque ad eò de nostro diffidit ingenio. Erat Victor, Pontifex unà, & Casinensis Abbas. Ut Pontifex ergo interdixit Abbatibus.
- (2) In Regesto Bernardi Abbatis folio 130. à tergo refertur statutum Desiderii Abbatis factum per Conventum Monasterii Casinensis super Prandio, solvendo à Præposituris Casinensibus.

E Inter tributa, quæ à Castris ditionis Casinensis quotannis penduntur Sacro Cœnobio, unum est, quod vocant Prandium: exigi tamen solitum in pecunia, ut apparet ex eodem Regesto Bernardi pag. 128. & deinceps. Quod quidem Regestum, compilatum à quadringentis jam annis, testatur de præcedenti antiqua possessione. Qua propterea nituntur plures Regii Consilii Neapolitani sententiæ in favorem Monasterii: Immemorabilis enim possessio, licet sit Facti, præsumitur de Jure, & ex justo titulo: nemo enim præsumitur gratis succumbere oneri. Quamobrem, si quando hujuscemodi Prandii actio contra Monasterium intenteretur, immemorabili eaple possessione sufficienter se tueri potest, qua sæpè vicit: neque enim necesse est, post tot sæculorum Dominium, titulum ostentare: quin imo non ostentare necesse est, & sola Juris præsumptione configere, quæ in Possessione fundatur. At non ideo dubitandum, titulum ostendi à nobis haud posse, cum lubet, quod, ut faciam, repetenda sunt strictim, quæ de originaria Jurisdictione Casinensi, suo loco uberius enarrantur.

Abbas Casinensis utroque foro in sua ditione ab initio potitus merum quidem, & mixtum Imperium temporale obtinuit, dono Principum, spirituale verò ex præscriptione primæ, fundata in Apostolico munere, quo in hac Diocesi Benedictus defunctus est. Tum ex confirmatione Pontificum, longa serie

P p p 2

id



chorum unanimi consensu, præfatis Episcopis in eodem Capitulo residentibus, atque confirmantibus, Dominum Oderisium religiosum valde virum, & Romanum Diaconum, qui tunc in hoc Monasterio Præposituræ fungebatur officio, Abbatem constituit (3). Post hæc, convocatis eisdem Episcopis, atque Cardinalibus, monuit, atque præcepit (4), ut juxta quod prædecessor suus Papa Grego-

A rius jam dudum decreverat, Ottonem Oslensem Episcopum in Papam eligere, quantum possent citius, perfunderent, eumque, quia præfens erat, manu apprehendens, cæteris Episcopis tradidit, dicens: Accipite eum, & in Romanam Ecclesiam ordinate, meamque vicem in omnibus, quousque id facere possitis, habete (5)? His ita dispositis, atque decretis, sepulchrum sibi construi in absida ipsius

id ipsum asserentium Monasterio.

Porro, Principum liberalitate, Territorium Casinense, cum ejus colonis, cessit in jus Monasterii, non Feudale duntaxat, sed Allodialè, & proprietatis. Ita ut omnes ejus habitatores servi forent, & ancillæ Monasterii, sicut ante donationem servi erant Principis Gisulfi, ut de Tertullo taceam. Universa ergo Castra Casinensis Diocesis ex Colonis, seu servis coacta sunt, neque communitatis ipsorum, sed proprio Monasterii ære constructa, in eorum commodum, ut passim in hac historia: servis tandem, & ancillis, aut libertate donatis, aut abrogata communibus legibus servitute, iidem Coloni obnoxii nihilominus remanserunt quibusdam oneribus, quæ in servitute portaverant, quale est debitum operarum, seu jus Angariæ, & Perangariæ, & similia. Præterea ferè omnia Castra Casinensis Dynastiæ primùm fuerant Cellæ, & obedientiæ, seu Præposituræ Principis Cænobii, ut testatur Calixtus Secundus in suo Diplomate, cui alii concinunt. Postmodum verò, inductis in eas Ecclesias secularibus, Præbendæ quoque Beneficiorum Clericis assignatæ sunt ex ære Monachorum, quod prædictis Ecclesiis, olim Monachicis, proveniebat.

Habet itaque Abbas Casinensis in Castra suæ ditionis geminam visitandi potestatem, nempe, & ut Princeps, & ut Episcopus. Habet quoque directum dominium in Ecclesiis, sane seculares, quæ fuerant Monachicæ, & in earum præbendas.

Titulo igitur Principis, & domini temporalis exigit ab universitatibus Castrorum procuracionem visitationis Baronalis, quod vocamus Prandium. Nunquid enim, non licet Principi, subditos quandoque visitare, ut Reipublicæ provideat? An verò non tenentur tunc Vassalli necessaria ei procurare? Titulo spiritualis jurisdictionis debetur illi procuratio visitationis, cum præfens visitat. Demum titulo directi Domini in Ecclesias, & Præbendas, exigit annum Canonem, præsertim in Castro sancti Eliæ. Tria ergo hæc distinguenda sunt, Prandium, Canon, & Procuratio visitationis. Hoc ultimum ex lege communi omnibus Episcopis: Priora duo ex municipalibus juribus Casinensis domini; quæ alteri Episcopo, vel Baroni non competunt. Cujus enim Baronis nunc Vassalli, servi ab initio, & ejus Ancillæ fuerunt? Quisnam Episcopus Præbendas Clero de propria Mensa contribuit? Quæ quidem ed attentius observanda sunt, & à nobis proferenda, quod Jurisconsultis, quamquam peritissimis, communia tantùm jura inspicientibus, & privatorum Casinensis Cænobii jurium ignavis, facile imponi potest; ut, nisi opportunè præmoneantur, municipalia pro communibus accipiant, ac proinde in patrocinio hæreant, & vacillent. Primus quippe, atque præcipuus causarum Patronus est Client ipse, qui jura sua norit, & in forum producere sciat. Neque abluat ab hac doctrina statutum Desiderii, de quo in præfenti capite. Cum enim Castra olim essent Monasteria, & tenerentur Prandium solvere Cænobio Casinensi, traductis deinde Cellarum bonis partim in laicos, partim in Clericos; transferunt cum onere suo, ut nimirum Clerici penderent certam pecuniæ summam, certamque pariter laici, in argumentum directi Domini, & Juris principalis; præsertim in visitatione temporali, pro qua Prandium olim procurare tenebantur Abbati, & ejus familiæ. Quare, quod olim in victualibus exhibebatur, in pecunia

demum solvi cepit, ex pacto, & conventionne. Idque non obscure indicatur à Bernardo Abbate in suo Regeſto pag. 4. à tergo, ubi de sancto Elia sic. *Item homines ejusdem Caſtri tenentur ſemel in anno præſtare procuracionem Domino Abbati Casinensi, ſi contingat ipſum ire ad dictum Caſtrum, videlicet procurare eum in expenſis, & familiam ſuam honorificè. Et ſi non contingat eum ire, præ ipſa procuracione ſolvunt ſibi certam quantitatem pecuniæ, ſicut poſſunt melius convenire cum eodem.* Item de sancto Victore folio 12. à tergo similiter, & alibi. Loquitur autem Regeſtum de iis, quæ ſpectant ad Abbatem, & Monasterium Casinense jure Domini temporalis, ut ex cætero contextu liquet, & præfertim ex folio 103. ubi de Castro Cardeto sic. *Item homines ejusdem Caſtri tenentur ſemel in anno præſtare procuracionem Domino Abbati Casinensi, ſi contingat ipſum ire ad dictum Caſtrum, videlicet procurare eum in expenſis, & familiam ſuam honorificè, ex municipali jure, & antiquata conſuetudine, & in ſignum univerſalis Domini, quod in prædicto Caſtro habet Monasterium Casinense.*

Ideoque cum in eo Regeſto pag. 128. Universitas Caſtri Novi teneretur ſolvere Camere Casinensi pro Prandio, & Procuracione uncias tres, translato dein ejus Caſtri Domini temporali ad alium Principem, ſola ſpirituali jurisdictioni potestate nobis retenta, Universitas illa non amplius prædictas tres uncias pendit Monasterio, utpote quæ pro domini temporali solvebantur. Contra verò cum Caſtrum Fractarum olim Casinensi Monasterio in temporalibus tantùm ſubderetur, Procuracionem Prandii pro Viſitatione ſolvere tenebatur, ut ex eodem Regeſto fol. 46. idemque militat & in terra Pontilicari folio 63. à tergo, quæ in temporalibus duntaxat juris erat Casinensis. Quemadmodum enim Terraticum, ut vocant, omnium ſeminum, & fructuum, opera manualia, & boam ſalutes, & hiſimilia, ſolvuntur Monasterio ob ejus directum Dominium temporale, ita Prandium, & Procuratio.

Duplex igitur Procuratio debetur Abbati à Caſtris ſuis; una tanquam Domino, & Principi: & hæc ex privato jure, jam explicato: altera tanquam Episcopo, cum viſitat: & hæc ex lege communi. Et porro illa ſolvitur in pecunia ex pacto, ſive viſitet ipſe immediate, ſive non. Hæc exhibetur in comætu, cum de facto viſitat ex præſcripto Canonum, nam viſitatio ſpiritualis neceſſaria eſt, non arbitraria, qualis aſſeritur Viſitatio Baronalis in Regeſto Bernardi, cum ait: ſi contingat, vel non contingat.

Hæc, sanè non inutilia, adnotandi anſam nobis præciderat Laureris, integram Prandii clauſulam ex hoc capite amputando, quod non fecerat editio Veneta.

- (3) Strictim hic ejus refert electionem, quam lib. 4. cap. 1. distinctius, & uberius enarrabit.
- (4) Dirigendo potius Judicium, quam voluntatem obligando, idemque intellige de Gregorio.
- (5) Posteriora hæc hujus Periodi verba Laureris non edidit; eorum fortè mentem non capiens. Non ignorabat sapientissimus, optimusque Pontifex, successoris electionem, non ad prædecessorem pertinere, sed ad Clerum. Ideo ait, *Accipite eum, &c.* quasi diceret, Hunc vobis eligendum propono, prout Gregorius Papa olim præceperat, hoc est, monuerat, & judicaverat. Ut autem periclitanti Ecclesiæ quanto citius provideatur, ne dilidius, ut olim, in electione capitis scinderetur; *Meam vicem*, inquit, *habete, &c.* qui-

ipſius Capituli juſſit, atque poſt diem tertium feliciter migravit ad Dominum ſexto decimo Hcalendas Octobris, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo octogefimo ſeptimo (6) à Patris autem Benedicti tranſitu anno quingentefimo ſeptuageſimo nono, cùm præſuiſſet in hujus Monafterii regimine annis viginti novem, menſibus quattuor, dies ſedecim. In Sede verò Apoſtolica ab ipſo ſuæ electionis exordio anno uno; ſacrationis, menſibus quattuor, diebus ſeptem.

*Quos, & qualia ornamenta Eccleſiaſtica reliquit in hoc Monafterio in ſuo obitu Papa Victor, qui & Deſiderius Abbas.*

## CAPUT LXXIV.

Iſta præterea ornamenta idem Papa Victor ad mortem ſuam in hoc Monafterio dere-

quibus verbis facultatem illis tribuit novum Pontificem ſubrogandi, nondum ſupremo ſpiritu exhalato, & Pontificatu ſe abdicat per tantulum illud ſpatium, quo animam agebat: ut ita ſucceſſoris electio legitime celebraretur à Clero; & ipſe ſe ante obitum imminentis timore ſchiſmatis exſolveret; tranquilliusque, de optimo ſucceſſore ſecurus, vitâ decederet. Fecit hoc Gelafius etiam ſecundus, qui ſupremum jam halitum proximum præſentis Cluniaci, Viennenſem Archiepiſcopum, ſibi adhuc ſpiranti, ſubrogari monuit: & ſi Falconi Beneventano fides, ſubrogatus revera fuit, priuſquam Gelafius exiſſet. Pandulfus tamen Piſanus, præſens teſtis, refragatur. Ita tunc ferebant tempora. Cardinales nihilofecius, non acceptata morientis Victoris abdicatione, ſed ejus morte expectata, ſucceſſoris electionem ad opportunius tempus diſtulere. Cæterum Ottonem ipſum Oſtienſem poſt quinque menſes eligere placuit, quem Gregorius, atque Victor eligendum propoſuerant. Eique electioni aſſenſum præbuerunt, Clerus Romanus per Johannem Episcopum Portuenſem: Populusque item Romanus per Benedictum Præfectum, Legatos, & Procuratores utriusque partiſ, ac ſi de hoc nihil Gregorius, & Victor præcepſſent. Inſra lib. 4. cap. 2.

Huc ſpectare licet Zachariæ Pontificis non abſimile documentum, qui rogatus à Bonifacio, Germaniæ Legato, ut ſibi liceret ſucceſſorem ſedi ſuæ præeligere, Reſpondet. *Hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem Eccleſiaſticam Regulam, vel inſtituta Patrum eſſe monſtratur; ſi autem contingat, aliquem poſt tui tranſitus diem ſuperſeſſe, quem idoneum cognoveris, & in tua voluntate fuerit deſinitum; eâ borâ, qua te de præſenti ſeculo migraturum cognoveris, præſentibus cunſtis, tibi ſucceſſorem designa, ut huc (Romanam) veniat ordinandus. Hoc nulli alii concedi patimur, quod tibi, charitate cogente, largiri cenſuimus. Apud Caranzam in ſumma Conciliorum. Auguſtinus etiam Angliæ Apoſtolus, & Magni Gregorii legatus de Laurentio todali ſuo, *Quem nobis, inquit, Deo favente, ſucceſſorem conſtituimus. Monach. Anglic. pag. 25. Conjecto, ex facultate, à Gregorio ipſo obtenta.**

(6) Qui hanc annorum ſupputavit ſummam, ſive Petrus ipſe fuerit, ſive quiſpiam alius, amplexus videtur hic opinionem Sigeberti, obitum ſancti Benedicti referentis ad annum 509. vel circa. Cùm autem ex veriori calculo ſancti Patris tranſitus incidit in annum 543. ut ſuo loco notavimus, & ab eo anno ad annum 1087. anni tantum 544. interfluxerint, emendandus omnino eſt Auctor noſter. Mendum irrepreſſibile in hac epocha, obſervavit quidem Laurentus, & tamen, inſolita ſibi religione, abſtinuit manum.

Peregrinus in ſerie Abbatum Caſinenſium pag. 6. *Binis denarios, ſi ex hac ſumma, inquit, demas, optinè conſiſtet. Namque à ſulcepta à Divo Benedicto Caſinenſis Monafterii con-*

A liquid. Quæ omnia ſerè, poſt dedicationem Eccleſiæ, partim ipſe cum Fratribus hujus Cœnobii acquiſivit, partim ab aliis in pignore poſita recollegit. Planetæ diaſpræ deauratæ quinque, & tres ſinè auro. Diarodanæ tres deauratæ, Diapiſti duæ, & alia cetrina. Purpureæ deauratæ ſeptem, & aliæ quinque purpureæ, & duæ exametæ. Planeta Johannis Medici. Planetæ cotidianæ ſex. Quadrageſimales quattuor. Dalmaticæ paratæ octo, & aliæ undecim. Tunica paratæ quinque, & aliæ decem & novem. Propter incenſum, quinque. Pluviales auro ornatos triginta octo, & alios octoginta ſeptem. Albas lineas centum nonaginta tres: de ſerico decem. Stola deauratæ, cum manipulis ſuis decem & novem: de argento cum manipulis ſuis tres. Stola alia decem & octo. Semicintia ſeptem. Fanones aurei (1) pro Subdiaconibus tres, &

B ſtructione, & ab anno Chriſti 529. ad annum 1087. dinumerantur anni 559. Ego verò prior ſum, ut credam, auctorem hujus collectionis revera numeraviſſe ab obitu unius ad alterius obitum, non verò ab ineunte Caſinenſis Cœnobii conſtructione: ſed, ut ſupra indicabam, adhæſiſſe Sigeberto, vel alteri, quiſquis ille fuerit, qui tranſitum Benedicti conſignaverit anno 509. vel 508. Cæterum, rationem querere eorum, quæ abſque ratione ſiunt, nimium otioſi negotium fuerit.

C Victorem, veneno in ſacro Calice propinato, extinctum fama tulit; ex Antonino, Caranza, aliisque; noſtratibus id minimè prodentibus. Acerbis profectò, ac properantibus factis ereptum Eccleſia querebatur, quem ſibi in Paſtorem tam conſtantibus votis exoptaverat, utiliſſimumque ſperabat. Quamquam non immaturus abſceſſiſſe dicendus ſit, qui cœlo maturus, nominis ſui famam immortalibus operum, & invictæ virtutis monumentis extenderat. Non enim Heroici Viri ea putanda eſt vita, quæ corpore, & ſpiritu continetur: ſed illa potiùs, quæ per egregia facinora, & magnarum virtutum decora, emenſa nobile ævum, viget memoria, quam poſteritas alit, & ipſa tuetur æternitas.

D Sacrum tanti Viri corpus, ab antiquo ſepulchro ad ſacellum Divi Bertharii tranſlatum anno 1515 inſtaurata nuper veteri Baſilica, novoque ſacello in honorem ejuſdem Sancti Martyris Bertharii erecto, & auguſtiùs adornato, magnifica molitione, atque pietate Reverendiſſimi Patris Hippolyti Saltarelli, reposita ibidem fuerunt ad dexteram ſacra liſana Deſiderii, ſeu Victoris: ad ſiniſtram verò Sancti Abbatis Apollinaris, impositis ſuper tumulis onichinis, utriuſque ex plaſtico ſignis, opere inchoato ſub regimine Ampliſſimi Abbatis Anaſtaſii Perroni Neapolitani, Viri, & familiæ imaginibus (quas inter numerat Magnum Avunculum Hieronymum Saxum, Romana purpura Illuſtriſſimum) & virtutum omnium ſplendore clariffimi, anno vero 1666. ad umbilicum perfecto quarto Nonas Februarii, quo die, convenientibus undique Populis, ſacrorum pignorum tranſlatio, ſolemni pompa, ritè à nobis eſt celebrata. Meritò autem, unâ mecum, Hippolyti, & Anaſtaſii ſimul hic meminiffe volui, ut, & ipſorum mutuam, & erga me benevolentiam ſingularem, fide, & officiis ſemper alitam, qualicumque mea hac grati animi ſignificatione, ac teſtimonio non fraudarem. Sed, heu! dum hæc ſcribo, Hippolytum nobis invida Fata ſuſtulerunt.

IN CAPUT LXXIV. NOTÆ.

(1) Et inſra: *Fanonem Imperialem, totum aureum, hoc eſt auro textum. Fano eſt linteum, & ſudarium, vel muccinum, ad abſtergendum: vel ſimile quidpiam. Ordo Romanus cap. 2. Populus dat oblationes, id eſt, panem, & vinum, & offerunt cum Fanonibus candidis, priùs maſculi, deinde fœmina. Alcuinus de divin. offic. cap. de ſingulis veſtibus. Sudarium, quod, ad abſtergendum ſudorem, in manu geſtare mos eſt, quod uſitato nomine ſa-*

& alii quattuordecim. Camisi magni deaurati cum amictis suis duo, & alii de serico septem. Panni de altare Sancti Benedicti facies una cum margaritis, & altera facies deaurata. Coopertoria cum auro tres, & duo alia sine auro. Circitoria magna, & optima undecim. Panni de altare Sancti Johannis: Circitoria quinque, & coopertoria quinque. Panni de altare Sanctæ Mariæ; facies una purpurea cum auro. Coopertorium cum smaltis. Circitoria quattuor. Opertoria quattuor. Panni de altare Sancti Gregorii: Circitorium aureum, & alios quattuor sine auro. Opertoria quattuor. Dossales magni decem & novem. Dossales minores triginta. Ostiaria (2) septem. Calices aurei duodecim, cum patenis suis, septem majores, & quinque minores (3). Fistula aurea cum angulo (4). Calices argentei Saxonici duo, & alii argentei septem. Fistulas argenteas duas. Turibula de auro duo, de argento deaurata duo, alia argentea maxima duo, & alia argentea octo. Candelabra de cristallo parium unum, & aliud parium argenteum cum onichino, & aliud parium argenteum cum malis cristallinis, & alia candelabra quinque. Duæ laternæ argenteæ magnæ, & una cotidiana. Evangelium ipsius (5). Evangelium Imperatoris. Evangelium Papæ Ste-

*fanonem vocamus.* Rabanus de Instit. Cleric. cap. 13. inter vestes sacerdotales, *Quartum*, inquit, *Mappula*, sive *Mantile*, *sacerdotis indumentum est* ( commune tamen Diacono, & Subdiacono ) *quod vulgò Fanonem vocant.* Zosimus Papa anno 402. constituit, ut *Diaconi in ministerio altaris levam semper tegerent palliis, id est, Fanonibus.* Interdum significat velum, quod, sub mitra, Pontifices in capite gestabant: appellatus etiam *Favon.* Cerimon. & *mitram habens in capite supra Favonem*, quem ritum observare est in antiquis Prælatorum picturis. In vicem Favonis succedit nunc Biretum sericum sub mitra. Manipulus quoque Fanonis notione antiquus dicebatur. Idem quippe utriusque est ministerium.

**A** *Fanone* deductum est nomen *Confanonis*, pro Vexillo, eo quod linteus instar est, pendentis ex hasta. Hinc Hispanis dicitur *Pendone*, Italis *Confalone*, & Vexilliferi *Confalonieri*. Quod verò Auctor noster ait *Fanones aurei pro Subdiaconibus*, fortassis indicat linteos illos amplos, quibus Subdiaconi utuntur super scapulis, cum patenam sustinent ante altare.

(2) Lib. 1. cap. 55. *Hospitalis. Portieri.*

(3) *Damasus de munificencia Constantini. Calices minores aureos purissimos, Calices ministeriales.* Minores quibus utebatur Sacerdos in sacrificio Christiano. Majores, quibus Sanguis Domini ministrabatur Populo, ideo dicti *ministeriales.* Steph. Duran. lib. 1. cap. 7. refert versus insculptos calici ministeriali Divi Remigii.

*Hauriunt hinc Populus vitam de sanguine sacro, &c.*

**V**icecomes de Missæ apparatu lib. 6. cap. 13. Ministeriales dictos vult, quod iis utebantur ad Christi sanguinem deferendum ad infirmos. Quod enim infirmis viaticum in specie etiam vini daretur, testatur, præter alios, Clemens in Epistola ad Jacobum fratrem Domini, quæ licet sit dubiæ fidei, quantum spectat ad Auctorem, vetustatem tamen ritus indubia fide profertur. *Presbyter solus cum sola non adjungatur: sed duobus adductis testibus, viz, infirmam. Calicem, ad perferendum Sanguinem Domini præparatum, cum tota munditia minister præparet.* Sed & Guilielmus Lindanus Panopliæ Evangel. lib. 4. cap. 56. refert, sua ætate pluribus in Ecclesiis fuisse Calices Ministeriales, & majores, unde Populo sanguis Domini propinabatur cum fistula. In nostris etiam Cimeliis, & Casini, & in aliis Cœnobii hujusmodi majores calices plures

**A** phani. Evangelium Imperatricis. Duo Evangelia Fratris Firmi. Evangelium Abbatis Aligerni. Duo Sacramentaria cum argento. Epistolaria duo, unum cum tabula aurea, aliud cum tabulis argenteis. Regulam Sancti Benedicti cum tabulis argenteis. Capsa magna argentea cum gemmis, & smaltis. Scrinia argentea duo. Duas cruces aureas magnas cum gemmis, & duæ aliæ aureæ minores, & tres argenteæ ad procellionem. Candelabrum (6). Urceum cum aquamanili suo. Fumigatorium Græcum, aliud cum nigello. Urceum cum smaltis (7); omnia hæc argentea. Pixis aurea cum smaltis pro Corpore Domini, & alia major argentea cum nigello. Coppetellæ de pernis (8) tres. Calices onichino (9) duos. Bacilia argentea paria duo. Centum libras auri non laborati. Stolæ aureæ duæ. Fanonem Imperialem totum aureum. Scaramangæ Imperatorum duodecim. Coronam de argento super altare Sancti Johannis cum crucibus quinque, & aliam crucem Græcam (10). Coronam argenteam deauratam, & lapidibus pretiosis ornatam, ferens sex cruces. Aliam coronam super altare Sancti Benedicti, ferens tres cruces, lapidibus pretiosis ornatas. In Sancto Nycolao coronam argenteam, & crucem argenteam fufam (11). Coronæ argenteæ,

asservantur.

**C** (4) Et iterum *Fistulas argenteas duas.* Differ ad lib. 4. cap. 64.

(5) Codex Evangeliorum distinctus à Missali plenario, de quibus supra, subdit enim, *Evangelium Imperatoris, &c. Epistolaria duo, &c.*

(6) Sic præcisè dictum ægrè intelligo; nisi quicquam subintelligatur. Lauretus cortex, *Labrum aurum, cum &c.* Non invidemus.

(7) Mancam suspicor Syntaxim. At ariolari non libet cum Laureto. Quemadmodum an hic smaltum discernat à Nigello. Nam iterum subnectit, *Pixis aurea cum smaltis, & alia cum Nigello.*

(8) Pernæ sunt species concharum. Plinius lib. 32. cap. ultimo in fine. *Appellantur & Pernæ Concharum generis, circa Pontias Insulas frequentissime, stant velut suillo crure longo in barena defixa, biantesque, à similitudine itaque perna, hoc est, suilli cruris dictæ sunt, & quoniam ex iisdem colliguntur Margaritæ, seu Uniones, ideo & istæ appellatæ sunt Pernæ, seu Perle apud Italos, dicuntur verò Uniones, inquit Isidorus, ex Solino, quia nunquam duo, vel plures simul inveniuntur, sed tantum unus: sed fallitur uterque, subdit Vossius, nam, ut Plinium mittam, qui quaternos se, & quinos vidisse affirmat, Antonius Musa scribit, se Venetiis in una concha septem vidisse uniones. Imo etiam centum & triginta à Lusitanis inventos esse, asserit idem; atque id ipsum quoque in America accidere, auctor est Petrus Martyr. Unde autem dicantur uniones, Vossius idem ducit à cœpiss; quæ uniones dictæ sunt, cum non fruticant, sed unius sunt capitæ, seu nuclei, vide illum. Conchas istas nos vocamus *Madreperle*, & ex his restis fiunt Cuppæ, de quibus hic.*

(9) Non de onichino, sed cum onichino, quia forte pedes ex onichino essent: nam Cuppæ ex auro, vel argento.


(10) Byzantio advectam, Græco artificio elaboratam.

(11) Non ex laminis argenteis, sed conflata ex eo metallo. Nos dicimus *Di argento mafficio.* Cætera quæ in hoc capite vocabula subobscura sunt, illustravimus in præcedentibus. Quot verò turbaverit Lauretus, tu Lector adverte. Nobis enim graviora manent libro sequenti. Ejus appendicem non est pretium operæ hic subnectere. Desiderii Dialogos daturi sumus alio volumine Bibliothecæ Casinensis, quod, prælo jam promptum, apud nos est.

teæ, quas in veteri Ecclesia invēnit, undecim. Hæc de Reverendissimi Victoris Tertii Papæ vita, & moribus, ac loci istius renovatione, seu adornatione breviter dicta sufficiant. Certè quādiu mundi istius orbita volvitur,

A ejus laudabile meritum semper accipit incrementum, per Jesum Christum Dominum nostrum vivit, & regnat cum Patre, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

EXPLICIT LIBER TERTIUS.



INCI-

# INCIPIIT PROLOGUS PETRI DIACONI

In Libro Quarto Historiæ Cœnobii Casinensis ad Reverendissimum  
Rainaldum, Sedis Apostolicæ Cardinalem, & Sacratissimi  
Cœnobii Casinensis Venerabilem,  
& pium Abbatem.

**P**atri in Christo venerabili, & semper recolendæ memoriæ Raynaldo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, & Sacri Casini Montis venerabili Abbati Petrus Diaconus (1) debitæ obedientiæ famulatum. Priscorum (2) quondam veterum rerum Doctores, ob sapientiæ ingenium demonstrandum, assiduè retexere non desinebant, quæ fortè quanta, vel qualia prosperè, ac secus, in Romano Imperio evenissent. De quibus, vel in quibus stilum ingenii sui exacuere, & limare modis omnibus cupiebant, & renitentes, sui magisterii flores, per historias diu desideratas, Imperatoribus ostendebant, summumque apud eos studium erat, animique ingens sagacitas, ut minimè lateret in toto, quod in parte contingeret, gestum: sed illi favorali, & inani gloria cupidi, & fastu vano cœcati, perituram suæ elationis gloriam longè, latè-

**A** que satagebant per orbis circulum propagare. At Pater Patrum (3) in Christo miles beatissime, venerabilitas vestri studii, hujus Sacri Cœnobii residuam Historiæ partem texere cupiens, nostræ exiguitati hoc præcipere dignati estis; simili quidem fervoris studio, sed dispari tamen amore. Illi namque descripserunt, ut perituram, transitoriam, momentaneam, ac labentem laudem acquirerent: vestra verò à Deo protegenda beatitudo id exigit, ut pretiosi, præclari, fulgidi, atque laudabiles apud Omnipotentem Deum, simus in futuræ quietis gloria, illud sæpè, sæpiusque in nostræ mentis archano replicantes: In Domino laudabitur anima nostra, audiant mansueti, & lætentur. Ego nempe vestræ jussionis Imperio cervicem submittens, quartam nostræ Chronicæ decisionem, quam vir facundissimus Leo Hostiensis Episcopus, morte præventus explere nequivit, sicut dis-

**B** posue-

## IN LIBRI QUARTI PROLOGUM NOTÆ.

- (1) Gentem, Familiam, & Fortunas Petri Diaconi, literis consignavit Petrus ipse, tum cap. 66. hujus quarti libri: tum in Codice 257. *Petrus Casinensis Diaconus Cartularius, Scriptor, ac Bibliothecarius, ex Patre Egidio, natione Romano, Gregorii Romanorum Patris, & Consulis filio, quinquennis, sub Girardo Abbate, Beato Benedicto oblatus, anno Dominica Incarnationis quintodecimo centesimo atque millesimo, atque per octo ferme annorum curricula eruditus est. Tum denique infra hic cap. 114. Pater ipsius filius fuit Gregorii de Alberico, Romanorum Ducis, & Consulis. Anno verò ætatis ejus vigesimo primo, subdit in prædicto Codice, Cum Abbas Oderisus Secundus, Girardi Abbatis successor, Abbatiam reliquisset, ad exilium, amulorum suorum faciente invidia, directus est. Cui ejus infortunio concinunt Epistolæ Gentilium suorum in eodem manuscripto.*
- „ Ptolemæus, Julia stirpe progenitus, Romanorumque Consul excellentissimus, Petro Nepoti carissimo salutem. Relatum est nostræ gloriæ, quod Seniorectus emisit te à Casino. Quapropter, si ad nos reverti volueris, & te, & Patrem tuum honestè recipiam: & tibi cunctas Basilicas Casinensis Ecclesiæ tradam. Per Landonem verò nostrum Nepotem, consobrinum tuum, has Literas tibi transmittito. Vale. Data 12. Kal. Julii, in Castro Neptuni.
- „ Gregorius, Gregorii Romanorum Consulis filius Egidio fratri amando salutem. Romanorum invenitur in scriptis, De antiquorum via, parentumque mandatis recedere nullum debere. Tu autem me, Fratremque meum, Ptolemæum derelinquens, Comitibusque mendicis adhærens, ad nos usque in præsens reversus non es: Unde & tu egens effectus, & filius tuus de Casino ejectus est. Unde unà cum eo ad nos reverti studete, quatinus ita de vobis curam geramus. Jadaram verò

„ sororem tuam scias jam viro traditam esse.

„ R. Dei gratia Cardinali, & Abbati Landulfus Sancti Joannis sicut suo Domino salutem, & commendationem. Vestram Paternitatem rogando mandamus, ut sicut meum amorem, & servitium habere vis, ita Dominum Petrum Egidii, qui est Frater uxoris meæ Guyllæ, & meus Consanguineus, constitutis in Ecclesia Sancti Benedicti collis Intulæ, quia est prudens, & sapiens, & volo consiliari ab eo. Ideo te deprecor, ut sine mora mittatis eum ibi, quia nimis necessarius est mihi, & propter Romam, & pro omnibus meis.

Non defunt, qui Petrum inter Diacones Cardinales accensent. Diaconus quidem, sed Casinensis, non Lateranensis Ecclesiæ fuit.

Quantum verò in literis habendus sit, dicere nil attinet, scriptura imago, & vultus mentis est. Multa scripsit, sed sine delectu, & sine crysi. Vivido liquidem fuit ingenio; Properantis tamen, ac subinde præcipitis interdum judicii.

Ætatem quousque produxerit, planè non liquet. Illud constat, exauctorato Egidio Venulino Abbate ab Alexandro Tertio, suffectum in Regimen Monasterii Petrum Diaconum, titulo tantum Procuratoris, donec de successore provideretur. Sedit autem Alexander ab anno 1159. quo Petrus prope quinquagenarius erat. Hæc de Auctore hujus quarti libri. Nam de Rainaldo, cui inscribitur, sermo recurret suo loco.

- (2) In limine offendit, sive Petrus scribens, sive Lauretus, emendans Priscorum in Prisci. Nobis, aliena edentibus, nil emendare licuit.
- (3) In calce Prologi. *Abbatem Abbatum*, supra lib. 2. cap. 53. *Cunctorum Abbatum Abbatum*, infra cap. 60. *Jure, ac merito Casinensi Abbati hæc prærogativa à Romanis Pontificibus concessa est; ut ipse solus, qui Benedicti Legislatoris est Vicarius, Abbas Abbatum vocetur.* Lauretus hanc appellationem recipiens in peregrino idiomate, rejicit in Latino: ut & illud *Millies Beatissime.*



posuerat, scribere ordiar; Sed dum tot, ac tantos viros (4) in hoc Sacratissimo Cœnobio liberalibus disciplinis plenos aspicio, oneris fasce devictus, succumbo. Hi enim sal terræ sunt, quorum verbis, hominum mentes, ne tædii torpore deficiant, condiuntur. Hisperulæ sunt, & lilia in septiformi candelabro positi, qui densas peccatorum sordes abluunt, & ad æterni luminis claritatem reducunt. Inter tales igitur positus, cum opus, à vobis antea nobis injunctum, dimissem, utpote iners, indoctus, & impar, vestra Beatitudo antiquorum viam in omnibus tenens, talibus affatis nos instruere cœpit. Ad ea, quæ tibi injunguntur, accingi ne cuncteris, verte oculos tuos ad montes, idest, ad præcepta legis, & gratiæ, & inde tibi auxilium veniet. Illius enim est perficere, quod nobis velle adjacet: hominum namque est plantare, Dei autem incrementum dare; ipse nempe ad se festinantes separat ab amicitia carnis, & sanguinis, & trahit ad gratiam suam, suscitans de terra, & de lacu miseræ, & locans cum Principibus populi sui. Ergo de illius fidens auxilio, aggredere illud, quod tibi à nobis obedientiæ merito imperatur, simul etiam & quicquid à Patris Desiderii felici ad cœlestia transitu in hoc evenere Cœnobio, seu in aliis terrarum partibus, studiosius inquirens, exarare sollicitè studeas, illa nichilominus suis in locis adiciens, quæ nostro videlicet tempore in Orientali climate per peregrinos milites operatus est Christus, simulque tempora, loca, personas, & præcipua duntaxat gesta, ac bella annectens, ex eo vi-

A delictet tempore, quo idem peregrini ipsum iter, auxiliante Deo, aggressi sunt, quousque Sanctam Civitatem Jerusalem receperunt, & Sanctum, ac venerabile Christi Sepulchrum, propter quæ utique specialiter profecti sunt, de prophanorum manibus eruerunt. Hoc ubi pectore ausi, conatus sum pro viribus, quod injunxeratis, fidens in illo, cui omnia possibilia sunt, quique ea, quæ abscondita sunt Philosophis, & vanæ gloriæ turgidis, sua largiflua pietate, sæpius revelat parvulis, & insipientibus causam etiam reddens, quod excusabit nostræ incitiæ culpas tanti Patris præcipientis auctoritas. Et quia Abbatum ferries à Patris Benedicti temporibus, usque ad renovationem Ecclesiæ Beati Martini, à prædicto Leone fuerat exarata, nos ab eisdem Ecclesiæ renovatione, scribendi sumentes initium, ea, quæ de Sanctissimi Desiderii vita descripta non erant, eidem Historiæ adungere curavimus, ne ex maxima parte tertius liber detruncatus videretur. Deinceps Reverendissimum, & Religiosissimum Oderisum, cum reliquis Abbatibus sibi succedentibus, litteris utcumque mandaturi. Notandum fanè, quia ea, quæ conscribenda sunt, ex registris Romanorum Pontificum (5), Gregorii Septimi, & successorum ejus, necnon Principum, & Ducum gestis decerpimus, aliquando sensum tantum, nonnumquam verò illorum verba, & acta, ut descripta erant, interserens. A Girardi porrò Abbatis tempore, qui me in hoc Scolastico Casinensi Cœnobio primo ætatis meæ lustro (6), suscepit, usque ad hunc diem, partim ex ore venerabilis

(4) Et mox. A doctissimis viris, hunc locum incolentibus. Utrumque displicuit Laureto: ideoque de medio sustulit; de Petri, sive fide, sive judicio dubitans. Sed oportuisset, Criticum in annales, & cœvos scriptores diligentius inquirere, prius quam Auctori nostro, aut assentatoris notam inureret, aut ejus judicium reprehenderet. Certè labantem apud te, Laurete, Chronologi nostri, aut sinceritatem, aut sententiam, solidè firmat Pandolphus Pisanus, Petro Synchronus, & Romana purpura Illustrissimus Auctor; qui de Casinensi Cœnobio in vita Gelasii Secundi sic loquitur; Ubi viris ad omnia peritissimis, quorum in Monasterio non parva copia inerat, ad liberales addiscendas artes adjunctus, &c.

In Codice quoque nostræ Bibliothecæ, cui Lemma, Origenes in Genesim, signato num. 342. folio ultimo habemus Epistolam Universitatis Neapolitanæ, ad Erasmus Monachum Casinatam, non diu post Petri ætatem scriptam, qua constat, quæ de Casinensi Cœnobii alumnis tunc vagaretur opinio. Eam, hinc ad unguem, subnectere, me cogit Laureti hæsitatio inconsulta.

„ Honestissimo, & peritissimo Viro Magistro  
 „ Erasmo Monacho Casinensi Theologicæ  
 „ scientiæ Professore, Universitas Doctorum,  
 „ & Sclarium Neapolitani studii salutem, &  
 „ optatæ felicitatis augmentum.  
 „ Postquam Fratres, qui nos pane divinæ  
 „ mensæ reficiebant, Neapoli recesserunt, clau-  
 „ sus est nobis puteus aquæ vivæ, quoniam  
 „ sacræ scripturæ non est, qui nobis modò aperi-  
 „ riat mysticum intellectum. Denegata est nobis  
 „ bis sacrarum scientia, quæ corperum nobis  
 „ erat ædificatio virtuosa, & animarum refe-  
 „ ctio salutaris. In defectu igitur Theologicæ  
 „ Facultatis, tantò nostrum studium sensit gra-  
 „ vius detrimentum, quantò inter scientias cæ-  
 „ teras scientia Theologica dignitatem optinet  
 „ altiore. Ecce modò parvuli petunt panem;  
 „ & qui eis possit frangere, non occurrit. Si-  
 „ tientes quærunt sitim restringere; nec est, qui  
 „ eis auriat aquas de fontibus Salvatoris. Cæte-  
 „ rum, quia Vos novimus Virum peritissimum  
 „ in scientia supradicta, rogamus honestatem.

Tom. IV.

D

E

„ vestram, quatenus cum doctrina vestra defe-  
 „ ctui Neapolitani studii succurratis; quia hoc  
 „ personæ vestræ cedit ad laudem, & animæ  
 „ vestræ proficiet ad salutem.

Porro Fratres, qui Neapoli recesserant, Prædicatores, & Minores accipe. Riccard de Sancto Germano in chronico anno 1240. mense Novembris Fratres Prædicatores, & Minores omnes de Regno exeunt, Imperatore (Frederico Secundo) mandante.

Quod ajunt, Corperum pro Corporum, non mutavimus. Sic Pignerum pro Pignorum, & Temperius pro Temporius est apud Plautum, & Ciceronem.

Restringere nullus non videt in Restinguere commutandum.

Quod autem Petrus, & Pandulfus Liberales, ajunt, Artes, non septem duntaxat illas intelligo, quæ hoc nomine ex usu appellantur, qualis Musica, Grammatica, Dialectica, &c. à sellulariis, & servilibus distinctæ, sed universim ipsam Encyclopadiam, hoc est disciplinarum circulum, prout Philosophiam quoque Theologiam, sacrarumque studium scripturarum amplectitur, quippe quæ ipsæ liberales, imò liberaliores censeri debent, & libero homine digniores, cujus animum vitiis liberant, & virtutibus mancipant, quæ ipsissima hominis est libertas.

Nullum sanè studiorum genus est, in quo Majores nostri præclara monumenta non reliquerint, quorum pleraque in nostra adhuc extant Bibliotheca.

Casinensi ergo Cœnobio Viri, ut sanctitate, ita in omni doctrina conspicui, nunquam desiderati sunt, semper enim, quæ Numinis largitas est,

Uno avulso, non deficit alter Aureus, & simili frondescit virga metallo.

(5) Hinc auctoritas, & fides Auctori nostro.

(6) More puerorum nobilium, qua etiam ætacula magnus Aquinas Casinatibus traditus est instituendus; & simul monastico indutus habitu, tunc enim puerorum sæcularium Scholæ Casini jam exoleverant, ut testatur Petrus Damiani Epist. ad Desid.

lis Abbatis Seniorecti (7) sui temporis singularis nostri Ordinis viri audivi, partim oculis propriis vidi, partim Priorum nostrorum, aliorumque fidelium relatione comperi, ea præterea, quæ nuper ante hoc ferè triennium, sub Imperatore Lothario, nostro evenere Cœnobio, dum in ejus expeditione versarer, ac pro hujus Sacri Casinensis Cœnobii causis, Imperiali Curia Apocrifarius adærerem, ipsemet conspexi, & universis ferè rebus, & verbis interfui (8). Quod si vestra Sanctissimæ Paternitati non displicere perspexero, aliis me placitum confido. Enim verò, ut nosti, disciplinis liberalibus nequaquam operam dedi, sed à quinto ætatis meæ anno, quo ad hunc locum, sicut supra retuli, Christo largiente, perveni, Divinis expositionibus, & priscis annalibus, prout Dominus dedit, secundum nostrum scire, & posse adæsi. Quod si aliquis contra nos propter hoc locutus fuerit, & me insultum, atque indoctum dijudicans, tantum opus nequaquam aggredi debuisse, clamaverit, liquidò noscat, quia tunc Redemptoris nostri magnalia penè annihilantur, si humanæ rationis astutiâ investigantur. Ille enim, qui brutum animal olim resolvit in verba loquentum, ipse in cordibus fervorum suorum, prout vult, & quantum vult, & quando vult, dat verbum. Unde & per Psalmographum Vatem clamat: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, & in alio loco: Omnis sapientia à Domino Deo est: & cum illo fuit semper, & est ante ævum, & Jacobus: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei, & rursus: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum. Et amantissimus Domini Paulus, thalamus Trinitatis, vas electionis, & singularis Ecclesiæ Magister clamat: Unicuique datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alii gratia sanctorum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus, dividens singulis, prout vult. Unde si quid scientiæ, si quid ingenii, si quid in nobis boni conspicitur, ad cunctorum bonorum auctorem ex toto necesse est, ut referatur. Ipse namque dixit, non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis, per quem, & in quo, & à quo omnis sapientiæ, omnis scientiæ, & omnis bonitatis norma, & principium constat. Et quia sunt aliqua forsân, in quibus à sapientibus

(7) *Signoretto*, à *Senior*, *Dominus*, *Signore*.

(8) Quæ potissima, ut reor, fuit ratio, cur Petro, & non aliis, continuandi Leonis historiam, provincia demandaretur à Rainaldo. Nam præterquamquod Bibliothecarius erat Casinensis, & in monumentis Cœnobii, priscisque annalibus, ut ipse loquitur, versatus, universis ferè Monasterii negotiis, quæ sua ætate contigerant, immixtus fuerat: ut proinde præfens testis, & oculatus eorum, quæ scripturus erat, posset accedere: uberiori, fideliorique notitia styli paupertatem redimente. Et, ô utinam, pauperiori stylo, dum non infido, ævi quisque sui memorias mandaret ad posterum! Pleraque siquidem, magno nostro emolumento, ac voluptate sciremus, quorum nos angit desiderium, & ignoratio confundit. Quid enim interest, Psitaci voce, an Coturnicis, Veritas audiatur?

Qua verò mente præsignatam clausulam hinc Lauretus expunxerit, in cap. 108. inquiren-

A possim meritò reprehendi, hoc nostræ inscientiæ imputent; si qua verò inreprehensibilia, Deo, non michi ascribant, quia nos distracti necessitate, & perturbatione temporis à Doctissimis viris hunc locum incolentibus hoc opusculum, non quo debui stilo, digessi. Nam, teste Beato Gregorio, dum mens dividitur ad multa, efficitur in singulis parva. Sicut enim formas hominum per colores quosdam pictores in tabulis tetras depingunt, dum tincturas non proprias, & non congruas immittunt, ita Historia à venusti decoris altitudine ruet, si mens cogitationibus obumbrata, & pressurarum mundialium tenebris offuscata fuerit. Aliud namque operatur eloquium, aliud auditus, aliud intelligentia, quam in hominis mente infundit intrinsecus Deus. Et Beatus Pater, & Egregius Doctor Augustinus Ecclesiæ organum veri sponsi amicus, & templum Spiritus Sancti inscriptis suis reliquit dicens: cum videmur aliquid addiscere, nichil addiscimus, sed potius præteritorum, quæ ante peccatum in natura fuerant, recordamur (9). In aliis siquidem scientia naturalis per vitium naturæ deleta est, in aliis verò parumper fucata permansit. Mens verò historiographi elucere minimè valet, quandiu terrenis curis, & lucris infudat, quia cum homo mundi turbinibus quatitur, movetur pariter & mens, & cum quiescit, similiter & ipsa quiescit, quemadmodum circa ignem fieri, naturale est, ut, cum paleis circum circa tegitur, & nullâ aurâ fuscitur, nec circumtecta depascit, nec penitus extinguitur, Quod si paululum commotus fuerit, ilico excitatur inflammam. Similiter & mens, diversis curis obiecta, nec ad sermonis ornatum poterit elucere, nec splendidum, ornatumque proferre. Ego namque, quem non grammaticorum scientia ornat, non eloquentiæ gloria, non sapientium peritia; sed sola naturalis intelligentia, quam Jesus Christus Deus, & Dominus meus nostro animo, ac menti, sua solita pietate, restituendo infudit, juxta vestra sanctitatis imperium, & illud vidua, duo minuta in templo offerentis, exemplum, offerre studeam vestra sanctissimæ religiositati, quod possum. Et licet, non purè, non nitidè, non ornatè, non speciosè, exiguum tamen, turbulentum, & parvum libare studeam. Quapropter, Rainalde Pater in Christo beatissime, Patrum unicum in orbe Levitici sapientiæ, & Monastici stematis decus (10), qui nos indignos ad tantum opus eligere censuistis, vestro id, si placet, elimato, splen-

dum dimittimus.

(9) Hæc in Augustini scriptis non invenio. Quia Sanctus Doctor invehitur potius contra Platoniam reminiscenciam, in Libris de Trinitate, si memoriâ non destituer.

Ad eundem sensum loquitur Petrus, mox infra, *Sola naturalis intelligentia, quam Jesus Christus, Deus, & Dominus meus, nostro animo, ac menti, sua solita pietate, restituendo, infudit.*

(10) *Stemata*, vel *stemma* imagines sunt majorum. Poëta ad hoc. *Stemma quid faciunt? proprius Corona, & speciem Corona illæ, in quarum medio cerâ expressi erant majorum vultus; lineis discurrentibus ad imagines pictas, & signantibus cognationum gradus. Vide vossium. Stemma hic usurpatur pro Familia, & ordine. Pandolphus Pisanus in vita Gelasii Secundi. Fulti tamen Stephani Northmanni, & Crescentii Cajetani, ejusdem Papæ nepotis, antiquis stemmatibus, &c.*

splendidoque sermone corrigite, nec simplicis verbi inerciam, sed historiam nostro Cœnobio attendatis utilissimam. Est namque historia testis temporum, indiculum veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, priscorum temporum nuntia, bonorum omnium norma. Vobis enim concedet hanc eliminare, quam superni Regis Clementia constituit curram, & aurigam spiritualis Ihl. Benedicti Vicarium, atque Abbatum Abbatem: Enixius autem flagito, ut in hoc opere non verborum fillogismos requiratis, non rethoricorum falleras, sed potius, pio cordis oculo sollicitè perlustrantes, emendare, corrigere, & superflua refecare studete. Jam verò sermonis nostri principium, ac finis sit Christus Dominus, qui est Patris Verbum, lux, decus, splendor, sapientia, virtus.

INCIPIIT LIBER QUARTUS.

Oderisus (1) hujus Monasterii Abbas tricesimus octavus sedit annis decem & octo, mensibus duobus, diebus decem & octo.

De habitu Oderisii, & electione ejus.

CAPUT PRIMUM.

Hic ex Marforum Comitum origine sanguinis lineam ducens, in ipso suæ pueritiæ tempore, dum in hoc Casinensi Cœnobio à Reverendæ memoriæ Richerio Abbate susceptus, & habitu sanctæ conversationis indutus fuisset, cernens eum supradictus Abbas luxus sæculi spernere, divinis lectionibus intentum esse, contemplativam vitam inianter appetere, & regularis vitæ egregium sectatorem, & Casinensem Abbatem illum futurum esse prædixit, qui à prædecessore suo sanctæ, ac semper venerandæ memoriæ Desiderio, qui & Victore Papa Præpositus hujus loci ordinatus, dum idem Pontifex, sicut supra retulimus, graviter infirmatus ad hunc locum venisset, in Capitulo Fratrum se deferri in lecto præcepit, ibique in præsentia Episcoporum, & Cardinalium, qui cum eo erant, admonuit Fratres, ut, juxta quod Beati Benedicti Regula præcipit, Abbatem sibi de ipsa Congregatione eligerent, Fratres verò,

IN CAPUT I. NOTÆ.

- (1) Jam Cardinalis, supra lib. 3. cap. 15. & hujus loci Præpositus Desiderio sufficitur, pari omnium Fratrum consensu, hic.
- (2) Non ergo à Pontifice, sed à Casinatibus electus, Pontifice approbante. Quo sensu accipienda sunt, quæ, capite penultimo libri tertii, de Oderisii electione ex decreto Pontificis dicebantur.
- (3) Infra cap. 40. Anulo, & Virga, & sæpè in hac historia.

IN CAPUT II. NOTÆ.

- (1) Catholicæ, & legitimo Pontifici obsequentis, nam scissa tunc erat Ecclesia.
- (2) Gregorius Septimus à solo Clero Romano, presentibus tamen Episcopis Cardinalibus, aliisque Episcopis, & Abbatibus eligitur. Nos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Presbyteri, presentibus Episcopis, Abbatibus, multisque tum Ecclesiastici, tum laici ordinis elegimus bodie decimo Kalendas Maji in Basilica Sancti Petri ad vincula anno salutis 1072. in verum Christi Vicarium Ildebrandum Archidiaconum, Virum multa doctrina, magna pietatis, prudentiæ, justitiæ, &c. Clerus ergo Romanus, ad quem spectabat electio, Presbyteros, & Diaconos tantum Cardinales, cum inferioribus ordinibus complectebatur, non Episcopos. Clarius Pandolphus Pisanus in Gelasio Secundo. Raptus ab omnibus, lan-

Tom. IV.

habito consilio, omnes pari consensu Oderisium, ad tantum ordinem recipiendum, dignum proclamantes elegere, quod cum supradicto Papæ Victori retulissent, ipse voluntatem eorum, & electionem valde laudabat (2), eundemque protinus vocari faciens, omnino invitum, & renitentem, & virtute, qua poterat, obsistentem, seque infirmum, & nescium tantum ordinem regere, voce, qua poterat, proclamantem, & per ipsum Deum, ne hoc faceret, obstantem, per virgam, & regulam de Abbatia eum investivit (3).

De electione Urbani Papæ.

CAPUT II.

Post mortem autem supradicti Pontificis tristitia ingens, & desperatio cunctos nostræ partis (1) invasit, & jam ferè, quid agerent, vel qualiter se de Ecclesia intromitterent, ignorabant. Prædictis igitur Episcopis circumquaque dispersis, rursus frequentes nuntii, crebrique Legati tam Romanorum, quam Ultramontanorum, & Comitissæ Matildæ ad eosdem Episcopos transmissi hortabantur pariter, atque rogabant, ut de Romanæ Ecclesiæ ordinatione studerent, ut in unum convenientes caput facere Christianitatis satagerent, membra, Dei auxilio, capiti non defutura, facile, & in proximo casuram, & contunden- dam Ecclesiam, nisi Pastorem haberet. Tandem itaque rursus undique coadunati, una cum nostro Abbate Oderisio, miserunt litteras Romanis clericis, & laicis, Sancti Petri fidelibus, ut quotquot ex eis possent, primâ ebdomadâ Quadragesimæ, Terracinam venirent, quotquot verò non possent, assensum suum in persona, quam ipsi concordî voto eligerent, propriis litteris repræsentarent, similiter etiam miserunt litteras universis circumquaque, per Campaniam, Principatum, atque Apuliam manentibus Episcopis, atque Abbatibus, ut, quicumque possent absque canonica excusatione, per se ipsos ad prædictum locum, & tempus occurrerent: non autem valentes, aut per idoneas personas, aut certè per litteras, consensum suum transmittere perstuderent (2). Factum est, & quar-

datur ab omnibus; nec non etiam ab Episcopis, quorum nulla prorsus est alia in electione Præsulis Romani potestas, nisi approbandi, vel contra: & ad communem omnium, Cardinalium primum & aliorum petitionem, electo manus imponendi. Neque in alio sensu accipienda videtur Constitutio Nicolai Secundi in Ceremoniali electionis Romani Pontificis. Cur igitur in electione Urbani Secundi postulatum fuisse consensum Episcoporum, scribit nunc Petrus; & non Romanorum tantum, sed & Campaniæ, &c. atque Abbatum? schismate tunc Ecclesia laborabat. Consultò itaque consensus, hoc est approbatio futura electionis antevertitur, ut universali Ecclesiæ sensu celebrata electio, Catholicæ unitati magis consuleret.

Primus, qui à solis Cardinalibus, Clero inferiori populoque exclusis, invenitur electus, Cœlestinus fuit post Innocentium Secundum, cum enim Populus contumax, & rebellis Innocentio fuisset, hac arrepta occasione, Cardinales, defuncto Innocentio, Populum ab electione Cœlestini excluderunt, ut notavit Panvinius ad Platinam, nihilominus in electione Eugenii Tertii Clerus, & Populus post liminio admissi sunt simul. Otho enim Frisingensis, communi voto Cleri, & Populi, Eugenium electum pronunciat. Eugenius autem successit Lucio Secundo, qui Cœlestini prædicti Cathedram impleverat.

Q99 2

quarta feria primæ ebdomadis Quadragesimæ, octavo scilicet Idus Martii, congregati sunt apud Terracinam Campaniæ civitatem, cum Episcopis, & Cardinalibus Romanis superioribus nominatis, atque cum nostro Abbate Oderisio, Archiepiscopi, Episcopi, atque Abbates ex diversis partibus numero quadraginta; ab urbe autem Roma, Johannes Portuensis Episcopus omnium Cardinalium, & Clericorum Catholicæ dumtaxat parti faventium, Benedictus verò Præfectus universorum laicorum fidelium legationem, & consensum unanimum per litteras attulerunt. Legatorum autem Ultramontanorum, & Matildæ Comitissæ nonnulli interfuerunt, orantes instanter, ut eidem, propter quam convenerant, rei, cum auxilio, & gratia Spiritus Sancti, ita studeant, ut læta illis, à quibus legati fuerant, nuntia referre valerent. Altera igitur die convenerunt omnes pariter ad Episcopium prædictæ civitatis in Ecclesia Beati Apostolorum Principis, & Sancti Christi Levitæ Cæsarii, & cum resedissent, surgens in medium Tusculanensis Episcopus, retulit per ordinem omnia, quæ de ordinatione Ecclesiæ, vel Papa Gregorius antea, vel postmodum Papa Victor statuerant, simul etiam quam ob causam ipsimet universi tunc in eodem loco convenerant. Deinc surgens Episcopus Portuensis, & Benedictus Præfectus, retulerunt & ipsi tam clericorum, quam laicorum fidelium à Roma, super hoc negotio, Legationem pariter, atque consensum, videlicet, ut quemcumque ipsi tunc unanimi voto ad hoc officium promoverent, eundem omnes pari, & simili consensu, in Apostolica Sede statuendum reciperent. Cumque hujus Monasterii Abbas, & Archiepiscopus Capuanus, & ad postremum cuncti, qui convenerant, benefactum, rectèque dictum laudassent, atque Omnipotentem Deum, ut miseriam, & afflictionem Ecclesiæ quandoque respicere, ac relevare dignaretur, multis precibus implorassent, statuerunt demum communi consilio, ut per tres illos dies, idest, quintam, & sextam feriam, ac Sabbato triduanum specialiter jejunium celebrarent in abstinentia, & orationibus, ac elemosinis, divinitus ostendi sibi personam tantæ dignitati condignam continuis precibus impetrarent. Dominica itaque die, valde manè, omnes iterum in eadem Ecclesia congregati, cum inter se pariter nonnulla de re hujuscemodi tractavissent, exurgentes tres Cardinales Episcopi, qui caput ejusdem Concilii erant, Portuensis scilicet, Tusculanensis, & Albanensis, ambonem ascenderunt, factoque silentio, uno simul ore pronuntiant, Ottonem Episcopum placere sibi in Romanum Pontificem eligendum (3). Cumque utrum omnibus idem quoque placeret, sicut est consuetudo, requirerent, repente, mirabili, ac summa concordia, omnes magna-

(3) Eligendum proponunt: non ipsi eligunt; ex notatis.

(4) Ritus electionis per acclamationem antiquatus jam est in Ecclesia: instituto novo ordine, & ritu, vel quasi per inspirationem, nullo præcedente tractatu de persona singulari, & nemine non suffragante: Vel per compromissum: Vel denique per scrutinium secretum, & Accessum, ministerio secularium, ut in Cerimoniali præfata electionis, à Gregorio XV. & Urbano VIII. per Bullas præscripto, & ultima hæc formula frequentior nunc est.

IN CAPUT III. NOTÆ.

Numerorum lacunas in hoc capite, prout libuit,

A voce, hoc sibi placere, dignumque illum universi conclamant (4) Apostolicæ Sedis Papam existere. Tunc Albanensi Episcopo pronuntiant, Urbanum illum placere vocari, mox cuncti surgentes capiunt, eumque Cappam laneam exuentes, purpuream induunt, & cum acclamatione, atque invocatione Sancti Spiritus, ad altare Beati Petri Apostoli illum pertrahentes, in Pontificali folio ponunt quarto Idus Martii, sicque ab eodem Pontifice Missâ sollempniter celebratâ, universi gaudentes, Deoque gratias referentes, redierunt ad sua. Sed de his actenus, nunc qualiter noster Abbas veteres officinas diruens, novas enterit, describamus.

B De Infirmaryo reconstruendo.

CAPUT III.

Cernens igitur Oderisius renovationem Cœnobii Desiderio ad vorum cessisse, ad officinas, quæ ex veteribus supererant, renovandas, non segnis accingitur; domum namque infirmorum, quam dudum prædecessor suus Desiderius, magno sumptu, ac studio unâ cum balneo ædificaverat, à fundamentis est orsus evertere. Et, Monasterii ampliandi occasione, ipsam infirmorum domum ampliorem, & meliorem efficere. In declivo igitur montis latere domum illam construens, in spatio cubitorum extendit, in latitudine in altitudine erexit. Quæ videlicet longè priore speciosior, ac firmiter mirificè factis est lateribus tecta, & pictorum studio decorata, habens ab oriente fenestras in cuius capite perpulchram Abbatis Cameram constituit, juxta quam etiam Ecclesiam sancti Andreae Apostoli in longitudine cubitorum latitudine altitudine construxit. Desuper autem trabibus, tabulisque est mirificè laqueata, ac lateribus cooperta, parietibus in giro figuris pulcherrimis decoratis: pavimenti verò opus quàm speciosum, quàm solidum, quàm multigena marmorum sit diversitate, constratum, obtutibus omnium patet. Circuitus etiam chori (1) magnis duorum marmorum tabulis sepit. Fenestras præterea in absida duas, in frontispicio ab uno latere, ab altero totidem instituit, quæ videlicet Ecclesia, ab uno capite absidæ, sanctissimi Patris Benedicti, ab altero hæret domui infirmorum; juxta ejusdem verò Ecclesiæ frontem, cisternam arcuato opere fabricavit: à Septentrionali porro ejusdem Ecclesiæ parte cimiterium in longitudine cubitorum latitudine altitudine construens, lateribus cooperuit, juxta infirmorum verò domum ab interiori parte Coquinam, ac balneum, atque Cisternam opere perpulchro extruxit. Claustrum quo-

implevit Lauretus. Nos etiam in vacuo plenam nostræ editionis fidem apparere malimus.

(1) Sollicitat hunc locum Criticus Cervariensis Chori perperam mutans in Claustrum. Eo enim omisso, quod de Ecclesia sermo hic est, non de claustrum; quid absurdius, quàm integrum Claustrum circuitum duorum marmorum tabulis sepiri? Chorus tunc erat in medio Ecclesiæ. Frontem ergo chori, seu externam faciem marmoribus septam, intelligamus, supra lib. 3. cap. 28. Frontem quoque chori, quem serè in medio Basilicæ statuit, quatuor magnis marmorum tabulis sepit.



quoque infirmorum inibi super marmoreas columnellas erigens, & picturis decoravit, & regulis textit. Nichil hoc vir strenuissimus expleto moratus, circa atrium majoris Ecclesie palatium, in quo nobiles quique hospitarentur in longitudine cubitorum latitudine altitudine fabricavit, & idem trabibus contignans, tegulis cooperuit, juxta quod etiam Cisternam arcuato opere patrari mandavit.

*De Seno à Diabolo decepto, & interfecto.*

CAPUT IV.

**H**oc præterea tempore quidam Frater in hoc Cœnobio Majo dictus est, qui qualiter à Diabolo interfectus, qualiterque per sanctissimum Patrem Benedictum ereptus sit, præfens textus declarat. (1) Hic igitur dum in domo infirmorum senio fessus maneret, in Nativitate Domini ob sui corporis necessitatem ad secessus pergebat, cui diabolus in humana effigie apparens, dixit ad eum: scio quò pergis; sed, quia decrepito jam senio fessus, absque amminiculo tendere illuc inter noctis tenebras minimè vales, sequere me, ego ero dux itineris tui. Hæc dum supradictus Frater audisset, putans eum hominem, non diabolum esse, post eum pergere cœpit, cumque ad fenestram magnam, quæ in medio palatii est, pervenissent, antiquus hostis fenem in eandem fenestram imponens, eumque exinde præcipitans, interfecit. Fratres verò eum per totam noctem inquirentes, non invenerunt. Igitur, cum eum ubique quærent, & non invenirent, Monachus quidam ad eandem fenestram accedens, eumque mortuum aspiciens, Fratribus, ubi jaceret, ostendit. Alio verò die idem Abbas æternæ justitiæ referatorem precibus pulsare, Fratres admonuit; ut, qualiter, vel quo ordine prædictus Frater ex hoc mundo recessisset, pandere dignaretur. Tunc is, qui defunctus fuerat, cuidam Fratri per visionem apparens, quid circa se actum fuerat, narravit, adjungens, quia postquam defunctus est, cum eum diabolus per viam carbonibus plenam duceret, & illum sæpissimè in eodem igne volutaret, Pater illico Benedictus adveniens, eumque de potestate dæmonum auferens, suo cœtui aggregavit. Tunc prædictus Abbas, unà cum Fratribus, ob ejusdem animæ liberationem, Deo gratias referens, constituit, ut

IN CAPUT IV. NOTÆ.

- (1) Et hæc sale aspergenda.
- (2) Monast. Anglic. pag. 149. Abbas, & Monachi ejusdem loci per totum annum post obituum suum, totum Conredium, sicut in vita sua perceperint, habere debent, quod alicui indigenti, pro anima sua erogabitur, & pag. 150. Pro Fratribus verò defunctis hoc utrinque servabitur. Anniversarium in Martyrologio scribatur. Cibus triginta diebus pro Fratribus dabitur. Pro Pastoribus autem locorum integro anno triginta officia plenaria in Conventu cantabuntur, singuli Fratrum triginta Missas, vel decem psalteria persolvent. Mox, ut breve defuncti venerit, tabula pulsabitur, vigilia cantabitur, sonabunt classicum. Custoditur adhuc apud nos pia hæc cerimonia distribuendi pauperibus per triginta dies Conredium (lib. 2. cap. 59. *Jusitiam*) singuli Fratris defuncti. Alius *Conradium*, vel *Corrodium*, à *Corradendo*, vel à *Corrodendo*. Mathæus Parisius in vita Johannis Abbatis apud Vossium. *Exigens Conradium cotidianum Ab-*

**A** quotquot Fratres obirent, tot etiam pauperes, usque ad tricesimum diem, ad mandatum ospitum addi deberent (2). Adjuncto insuper uno paupere pro anima Desiderii sui prædecessoris, & omni tempore, cum à Capitulo Fratres surgunt, cantent pro defunctis psalmos quattuor, & quotquot Fratres defuncti fuerint, tot etiam psalmi de canticis graduum, super præfatos quattuor, usque ad diem tricesimum addantur, insuper sextâ feriâ (3) per totum annum, mox ut Missa defunctorum expleta fuerit, psalmos decantantes ad cimiterium pergant, ibique dantes orationem (4), postea de more Capitulum solvant.

*De Urbano Papa per Beatum Benedictum sanato.*

CAPUT V.

**H**is porrò diebus, dum supradictus Papa Urbanus ad hunc locum venisset (1), consuetudinario sibi lateris dolore gravissimè tactus est. In vigiliis igitur Patris Benedicti, dum eodem languore cruciaretur, & de præsentia corporis ejus dubitaret, visibiliter ei sanctus apparens, dixit ad eum: Cur de mei corporis præsentia dubitas? ad quem Pontifex: Tu, quis es? & sanctus: Ego sum Frater Benedictus. Quia autem tu me in hoc loco dubitasti quiescere, id ne amplius dubites, & me certissimè in hoc Casinensi Cœnobio quiescere credas, hoc tibi signum erit. Cum primum ad nocturnalem Synaxim pulsatum fuerit, statim sanus eris, & his dictis disparuit. Adveniente autem hora, Pontifex sanus effectus, Oderisium Abbatem vocavit, dicens: quia usque nunc de corpore Beati Benedicti dubitavi (2), fateor, sed quia in hac nocte me visibiliter sanavit, & suum, suæque sororis corpus hic certissimè quiescere docuit, surgamus, & Deo laudes permaximas reddamus. Et his dictis, quæ sibi Pater Benedictus referaverat, per ordinem pandit, quanta autem tunc lætitia, & quanta mentis exultatio de tanti Pontificis sanitate omnibus fuerit, quia adhuc ferè omnes, qui videre, supersunt, omitto referre.

*De*

*batis, &c.* Non longè abeunte significatione perseverat nomen Neapoli; sed non absque vulgi corruptela.

- (3) Consuetudo hinc elucet sextâ feriâ pro defunctis offerendi, apud alios quoque frequentata.
- (4) Infra cap. 37. *Lavicanus Episcopus orationem dedit.* Beda in vita Sancti Cuthberti cap. 36. *Dixerat hæc, & data oratione, & benedictione, suam mansionem introierunt. Dantes orationem, hoc est, Benedictionem: nam oratio, & Benedictio pro eodem usurpantur in sacris Liturgiis, in quibus oratio super Populum, & Benedictio super Populum promiscuè dicitur.* Ad Ferrarium nostrum in notis ad cap. 11. *Regule S. P. Benedicti.*

IN CAPUT V. NOTÆ.

- (1) De more Prædecessorum suorum, ipso testante in suo diplomate apud nos. *Cujus (Benedicti) dum sacratissima limina more Prædecessorum nostrorum visitassemus.* Infra ad cap. 64.
- (2) Gallus apud Gallos eam ducitationem imbiberat, quæ miraculo firmata fuerat.



*De Oblatione Sanctæ Mariæ in Luco ,  
Sancti Nicolai de Valle Sorana ,  
& Castri Aquæfundatæ , & San-  
cti Stephani in Rivo vivo .*

## CAPUT VI.

**T**unc temporis Gentilis , filius Balduini Comitis ( 1 ) , unâ cum Transmundo nepote suo , obtulere Beato Benedicto Monasterium Sanctæ Mariæ in Luco , cum omnibus suis mobilibus , & immobilibus , & Ecclesiam Sancti Nicolai in valle Sorana , Sancti Stephani in Rivo vivo , Sanctæ Restitutæ , & Sanctæ Mariæ in Morrei , & Sanctæ Mariæ in Colle Longu , cum omnibus pertinentiis illarum . Propterea & Morinus , Benafranus Comes ( 2 ) , obtulit Beato Benedicto Castrum Aquæfundatæ , quod videlicet antiquitus , sicut præcepta Imperatorum continent , intra hujus Monasterii fines situm esse dinoscitur , cum omnibus pertinentiis suis , pœnâ appositâ mille bizanteorum , pro quo videlicet Castro idem Abbas centum & quindecim libras ei contradidit .

*De Castro Suiu .*

## CAPUT VII.

**S**equenti tempore supradictus Papa Urbanus iterum ad has partes deveniens , Jo-

## IN CAPUT VI. NOTÆ.

- ( 1 ) Regest. num. 540. & 541.  
( 2 ) Num. 534.

## IN CAPUT VII. NOTÆ.

- ( 1 ) Ex Ducibus , Consulibusque Cajetæ ortum , ideoque cognomine Cajetanum dictum , more seculi , ex ditionibus , & Feudis cognomina subeundi , opinatur Constantinus Cajetanus in Vitam ejusdem Joannis , qui & Gelasii Secundi , ac proinde non patria tantum , verum etiam gentilitia appellatione Cajetanum . Amplissimæ hujus Familiæ nobiles traduces , eluctata seculorum tæbe , virentes Cajetæ supersunt etiamnum Carolus Cajetanus , Joannis Vincentii filius , qui avitum gentis nitorem , cunctis cumulat virtutum splendoribus , quæ virum Patricium decent , & quos numerosa , nec degeneri prole , propagabit in posterum . Aragoniis Regibus , cum rerum potentur in hoc Regno , addicta familia , egregia , quamquam meritis imparia , suæ fidei inde retulit ornamenta , inter quæ possidet etiamnum perpetuam Præfecturam , quam Castellaniam vocant , Turris Molæ , oneroso etiam titulo , illis à Regia munificentia adjudicaram , Illustrissimis etiam nuptiis clara , præsertim cum Tomacellis inter Neapolitanos primariis , qui summos Pontifices in suis imaginibus præferunt . Et ut sanguine invicem junctos , nobilitate non dispares , amicitiaque vinculo mihi pariter obstrictos non sejungam , Albitæ quoque familiæ libet hic meminisse , antiqui splendoris retinentissimæ , quam , inter alios , Ladislaus , Neapoli Rex , muneribus auxit , Angelo Albito Justitiario constituto Fundis , Itri , Trajecti , Castrifortis , & circumpositæ regionis . Mello quoque Albito Archiepiscopo Compisano Joannes vigesimus tertius tunc Pontifex , suas vices in toto Regno delegavit , supra omnes Archiepiscopos , Episcopos , & Regulares , idque munus Gregorius etiam duodecimus confirmavit . In ea vivunt hodie , Vincentius , Erasmus , Alphonfus , quorum egregia decora Principes viros habent , possim dicere admiratores ; malo amatores . Franciscum verò , acerbo defunctum fato , plorat adhuc pietas , & candida virtus . De Gattulis verò quid

**A** hannem Cajetanum , loci hujus à pueritia Monachum ( 1 ) , Diaconum in Lateranensi Patriarchio ordinavit . Quo etiam tempore , dum apud Trojam Apuliæ Civitatem Sinodum celebraret , Abbas noster Oderisius proclamationem fecit de Cella Sanctæ Sophiæ in Benevento , sed causis bellorum ingruentibus , nil justitiæ habere exinde potuit . His porrò diebus , defuncto in Gajetana Ecclesia Leone Episcopo , Raynaldus hujus Cœnobii Monachus in eadem Ecclesia Episcopus ordinatur , similiter in Sardinia Insula Benedictus hujus Monasterii Monachus Episcopus substituitur . Hujus autem Benedicti miracula nosse qui cupit , librum , qui de miraculis prænotatur , à nobis ante hoc ferè septennium exaratum , relegat . Tunc temporis Richardus , cui cognomen de Aquila inditum est , ad hoc Monasterium veniens , Abbati nostro jurejurando firmavit , quòd Castrum Suiu non recognosceret ab ulla persona , nisi tantum ab hoc Monasterio Casinensi ( 2 ) , & ex prædicto Castro serviret inde Sancto Benedicto , secundum tenorem , quem Gaffridus Monius Desiderio Abbati fecerat , ad mortem verò suam , absque alicujus contradictione , in hujus Cœnobii dictionem rediret .

*De*

attinet meminisse ? Cujus Patriciæ Gentis Cajetæ , & Neapoli præclara extant monumenta avitæ Magnificentiæ , atque Pietatis .

**C** Ut autem ad Joannem Cajetanum redeam , erat tunc Cancellarius Urbani , fuerat autem Victoris , fuitque postea Paschalis . Rogerius de Oveden , ejus ævi Auctor ; p. p. annal. pag. 474. apud Cajet. ibidem . *Hic in Monasterio Montis Casini ab infantia Monachus est nutritus , & adultus in Ministerio venerabilium Apostolorum Desiderii , Urbani , & Paschalis , assiduus fuerat Cancellarii officio functus .* Cooptatus est in sacrum Collegium sub titulo Diaconi Sanctæ Mariæ in Cosmedin . anno primo Pontificatus Urbani , ut liquet ex Bullis ejusdem Urbani , quibus sic subsignat Joannes Datum Romæ per manus Joannis Diaconi S. R. E. Præsignatoris Domini Urbani Secundi Papæ . Kal. Novembris Indiæ . 11. Anno Dominica Incarnationis 1088. Pontificatus verò ejusdem Domini Urbani primo . Quare , quod Auctor noster hic ait , *Sequenti tempore supradictus Papa Urbanus iterum ad has partes deveniens ,* reducendum videtur ad primum potius accessum ad hoc Monasterium ; nisi eodem ejus anno primo bis ad has partes venit , & sanè Petrus in rebus memoriæ tradendis , exactam temporum rationem non servat . Et , ne hinc abeamus , narrat electionem Rainaldi in Episcopum Cajetæ , *His diebus : cum paulo ante retulisset novam purpuram Joannis Cajetani .* Capite sequenti Rainaldum assumptum dicit anno 1090. non ergo bis diebus . Nam Joannes se subscribit Cardinalem anno 1088. ut visum est . Hujusmodi Anacronismos sæpè reperies in Petro ; veritatem potius , quam rerum ordinem sectantescio Ciaconium in Urbano Secundo Joannis electionem postremo loco consignare : sed nec Ciaconius ordinem temporum sibi præscribi eo præsertim loco . Tribuit etiam Joannem familiæ de Cajeta , quæ nunc diversa est à Cajetana , & Neapoli Patricia ; nisi fortè olim ex uno stipite prodierunt . Per me , certè , licet , ut quisque abundet in sensu suo , dum legitimis tabulis res non diffinitur .

- ( 2 ) Supra lib. 3. in cap. 52. Hic Riccardus infra cap. 25. opere implet datam fidem ex debito Feudi , ad Abbate accepti .

*De Dedicatone Ecclesie S. Martini, & obitu Sichelgaitæ Ducissæ.*

CAPUT VIII.

**P**orrò cum à Dedicatone majoris Ecclesie annus jam quartus decimus (1), & ab Incarnatione Dominica millesimus, & nonagesimus voveretur, tribus jam annis & tribus, ac sexaginta diebus à transitu Reverendæ, ac semper honorificè memorandæ memoriæ Papæ Victoris Tertii elapsis, præsidente, atque jubente supradiçto Patre Oderisio, dedicata est Ecclesia Sancti Confessoris Christi Martini, quam prædictus venerabilis Abbas Desiderius, sicut supra retulimus, in loco ipso, ubi olim à Beatissimo Patre Benedicto constructa fuerat, circa portam scilicet Monasterii, mirificè, ac pulcherrimè in sedecim marmoreis columnis erexerat, quamque tam musivo, quàm & diversis picturarum coloribus optimè decoraverat. Dedicata est autem quartodecimo Hæcendas Decembris, ipsa videlicet die Octavarum ejusdem Beati Confessoris Martini feria secunda cum tribus altariis suis, ingenti frequentia ordinis diversi virorum, & maxima universorum lætitiâ. Quorum primum, atque præcipuum in honore ipsius Beati Martini dedicavit Vir venerabilis Dominus Johannes Episcopus Tusculanensis. Illud autem, quod ad dextram ipsius Basilicæ situm est, in honore Sancti Herasmi Martyris consecravit Dominus Raynaldus Episcopus Gajetanus, qui ipso anno ex hoc nostro Monasterio, sicut supra retulimus, eidem Ecclesie fuerat datus Episcopus. Tertium verò, quod à parte sinistra statutum est, in honore Gloriosi Confessoris Christi Ambrosii benedixit Dominus Honestus, Reverendissimus Episcopus Bernlanus. In altare verò Sancti Martini hæ reliquie reconditæ sunt, Matthæi Apostoli & Evangelistæ, Marci Evangelistæ, Martini Episcopi, Cornelii, & Cypriani, Cirini, & Maximi, Stephani Papæ, & Martyris Sebastiani, Focæ Episcopi, & Martyris, Quadraginta Martyrum, & Brachium Sanctorum Faustini, & Jovitæ. In altare Sancti Herasmi habentur reliquie ejus, Casti, Secundini, & Yppoliti Martyrum. In altare Sancti Ambrosii sunt reliquie ejus, Augustini Episcopi, Pancratii Martyris, & vocabulum Sancti Jeronymi Presbyteri (2). Fuerunt autem cum eis in hac dedicatione Episcopi etiam alii tres, idest Lambertus Alatrinenfis, Roffridus Soranus, necnon & Leo Episcopus Benafranus. Quòd autem tandiu, post Patris Desiderii transitum, Consecratio Basilicæ hujus dilata est, hoc fuit in causa, quoniam & picturæ partem aliquam, & pavimenti non modicam ad complendum, morte præventus, idem Abbas reliquerat. Bis enim illam construxit: primò namque, postquam columpnas

**A** & epistilia locavit, Desiderio Capuam adveniente, Ecclesia ipsa funditus corruit, quod ubi agnovit, in hæc verba prorupit: Sacerdos Dei Martine, Pastor egregie, ora pro nobis Deum. Moxque vir strenuissimus ad hunc locum remeans, Ecclesiam, sicut hodie cernitur, à novo construere fundamine cœpit; sed, ut diximus, morte præventus, hanc explere nequivit, quam successor illius studiosissimè complere, & addere, quæque necessaria videbantur, curavit, & sic eam dedicari, quantum præmissum est, honorificentissimè fecit. Quo tempore Sicelgaita Ducissa Conjux bonæ memoriæ Ducis Robberti, cujus supra meminimus, vitâ decedens (3), propter summam spem, quam in Patre Benedicto habebat, ad hoc se Monasterium duci fecit, & in Paradiso (4) hujus Ecclesie ante Basilicam Beati Petri Apostoli tumulari rogavit.

*De Captione Castri Fractarum, & Resignatione, & Dedicatone Ecclesie Sancti Andrea.*

CAPUT IX.

**E**odem præterea tempore, quidam miles, Richardus nomine (1), in Castro degens, quod Spinium nuncupatur, orreis alimenta negantibus, ad eundem Abbatem quantocius properavit, ac preces pro pretio offerens, aliquantum tritici, quo suam consolaretur inopiam, magnopere postulavit. At ipse postulantis necessitati compatiens, bis quinque tritici moaios, se ei inabitanter daturum, alacriter spondit, & actis fidem facturus, ut certiozem illum redderet, prædixit, quando, vel unde esset accepturus. Ille verò substantiâ pauper, sed mente pauperior, vice contraria, persecutionem pro benignitate, pro misericordia impietatem Beato Patri Benedicto rependere deliberavit, majora potius eligens, cum execratione, possidere, quàm paucis contentus cum benedictione manere: Nam diabolo suggerente, unius consolationi, alterius compassioni graviter invidente, quid apud Abbatem invenerat, idem Richardus Raynaldo Ridello suo Domino (2), in oppido, quod Trajectum dicitur, tunc manenti, festinavit referre. Non tamen, ut charitatis exemplo informaretur, sed, quòd sub recipiendi occasione tritici, Castrum, quod Fractæ vocatur, in quo erat repositum, locus sibi tradendi congruus haberetur. Tunc ille aurem accommodans consilio traditoris, eundem Richardum sacramento securum reddidit, quòd dimidiam partem supradiçti Castri sibi esset daturus. Adveniente ergo festivitæ Sanctæ Priscæ, Dux nefandi sceleris sub amici specie prædictum Castrum ingressus est. Quem nonnulli juvenes bini, ac bini demissis vultibus sequentes, ab inhabitantibus Castrum, communi hospicio, recipiuntur,

IN CAPUT VIII. NOTÆ.

- (1) Mutuatus est hæc Petrus à Leone Ostiensi, quem auctorem agnoscimus descriptionis consecrationis Casinensis Basilicæ in Codice 47. argumento ducto tum à stylo, tum quod descriptor testatur, visa à se, quæ scribit: quod Petro aptari non potest: alioqui verò Leoni hoc onus incumberebat, tunc Bibliothecario, & Chronicorum compilatori. Scio aliter à Viro docto creditum, editumque; & tamen à mea sententia non recedo.
- (2) Lib. 3. cap. 33. *Vocabula Sanctorum Apollinaris, &c.* Editio Neapolitana neutrum ad-

misit, quid autem significet *vocabulum*, libentius aliis relinquo conjectandum.

- (3) Anno Christi 1090.
- (4) In atrio; quod Romana consuetudine Paradisus vocabatur lib. 3. cap. 27. & ibi notæ. Pientissimæ huic Heroinæ in Peristylio ante Basilicam plastico opere statuam erigi nuper jussit, cui auream libentius erexissem.

IN CAPUT IX. NOTÆ.

- (1) Infra ad cap. 118.
- (2) Suo seniori, ex phrasi Langobardorum, cui, nimirum, servitii militaris officio, ut Vassallus, tenebatur, ibidem.

recepti autem, non virtutis merito, sed fraudis magisterio, de hospitalitate, ad dominationem subito transeunt. Quod ubi Oderisio Abbati nuntiatum est, eundem Raynaldum rogando, mandavit, ut, accepto centum solidorum pretio, Castrum Monasterio redderet. Hoc dum ille etiam audire contempneret, per integram ebdomadam ab eodem Abbate commonitus, justitiam huic loco facere contempnens, ante Patris Benedicti corpus excommunicatus est (3). Quarta autem die Adenulfus Aquinensis Comes ab eodem Abbate illuc cum exercitu directus, ab oppidanis in Castro receptus, arcem obpugnare modis omnibus cepit. Mira dicturus sum, verissima tamen. Nam, cum hi, qui in arce erant, super obsidentes viritum lapides, & jacula mitterent, nullus quispiam in aliquo laesus est, sicque, auxilio Dei, & meritis Beati Patris Benedicti intervenientibus, eandem vi arcem ceperunt, captis omnibus ejusdem Raynaldi fidelibus, qui ibidem reperti sunt, cum universis eorum. Nam, ut ista Beati Benedicti auxilio, ac voluntate gesta credantur, in exercitu deambulans quidam Monachus apparuit, cum nullus Monachorum tunc se illi pugnae miscuerit. Septimo vero die, dum praeputus Abbas cum Papa Urbano Capuae esset, astantibus multis Clericis, atque nobilibus Capuanis, praedictus Raynaldus cum omnibus, qui secum erant, veniens, discalciatis pedibus, publice satisfecit, sicque ab excommunicatione solutus est. Eo etiam die quo supradictum Castrum recepimus, anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo tertio, Indictione secunda (4), mensis Januarii die tricesima dedicata est Ecclesia Sancti Andreae Apostoli, quam idem Abbas à fundamentis, sicut supra retulimus edificaverat, à Domno Raynaldo Gajetano Episcopo, & hujus Cœnobii Monacho, in qua videlicet sunt reconditæ Sanctorum Reliquiæ, quæ subter ascriptæ sunt. De Catena Sancti Petri Apostoli. Andreae Apostoli. Jacobi Apostoli. Philippi Apostoli. Matthæi Apostoli. Matthiæ Apostoli. Sanctorum Innocentium. Stephani Protomartyris. Urbani Papæ, Felicis Papæ, Gregorii Papæ. Marcelliani, & Marci. Cyriaci Diaconi. Cosmæ, & Damiani. Viti Martyris. Savini Canosini Episcopi. Antonii Constantinopolitani, & Sanctæ Lucinæ. Tunc temporis Oderisius, filius Oderisii Sangrorum Comitum, ad mortem veniens, optulit Beato Benedicto duo sui juris castella, Fracturam scilicet, & collem Angeli, & quicquid sibi à paterno, vel materno jure pertinere videbatur in toto Comitatu Sangretano.

(3) Ordinaria Abbatis auctoritate. Præcesserat autem canonica monitio per integram ebdomadam: & canonica subsequuta est pœnitentia, nam, discalciatis pedibus publice satisfecit.

(4) Indictio secunda congruit anno 1094. & Leo quidem ad hunc sequentem annum id refert, in descriptione laudata. Cod. 47. Vide Perginiam in Oderisio primo, sed non unica hæc est Librarii impostura.

IN CAPUT X. NOTÆ.

(1) Manifestè hinc apparet, Campaniæ nomen in tota hac Historia accipi pro septima Italiae Provincia, quæ ab urbe se extendens, antiquum Latium, novumque ex hac parte, & ulteriora complectebatur, in eodemque sensu accipitur à Gregorio, ut advertimus in vitam Sancti Patris Benedicti initio. In ea regione Pipernum, seu Privernum, ubi defunctus dicitur Jordanus primus, Capuæ Princeps, Ca-

De Jordano Principe, & filio ejus, & Duce Roggerio, & Oblationibus ejus.

CAPUT X.

PER idem tempus Jordanus Princeps, cujus supra meminimus, cum universam serè Campaniam (1), à jure Sedis Apostolicæ subductam, in deditionem accepisset, apud Pipernum vitam decedit, corpusque ejus ad hoc Monasterium delatum, & juxta Ecclesiam Beati Petri Apostoli reconditum est. Capuani autem, ubi mortem Principis agnoverunt, contra Richardum, supradicti Jordani Principis filium, ejusque matrem conspirantes, Capuanae Civitatis munitiones capiunt, Normannosque omnes urbe depellunt. Richardus autem Averfam, unà cum matre, secedens, Ducem Roggerium in suum auxilium evocat, qui æstivo adveniens tempore, cuncta Capuanae Civitatis adjacentia flamma, ferroque consumpsit, & tandiu eos expugnavit, usquequo Capuani, necessitate coacti, praedicto Richardo munitiones redderent, eumque recipientes, sibi in Principem consecrarent. Idem præterea Roggerius Dux eo tempore, fecit præceptum (2) Beato Benedicto de omnibus, quæ Robbertus Dux pater ejus, unà cum uxore sua, loco isti concesserant, & de Monasterio Sanctæ Anastasiæ cum pertinentiis suis in territorio Follo castri. Insuper, & decem homines in eodem castro, quorum nomina hæc sunt. Petrus Macri cum familia sua. Niciforus cum familia sua. Theodolus Dimini cum familia sua. Andreas Sceloxelli cum familia sua. Theodolus cum familia sua. Marinus. Eodercari. Condomiti. Calazuri. Perechita. Leo Fargadari. Hos omnes cum familiis, & rebus suis in hoc Sancto Cœnobio per præceptum aureæ bullæ bullatum concessit, nec non & Monasterium Sancti Nycolai in Bisiniano, Sancti Angeli in Troja, Sancti Nycandri, Castellionem, Fundicum in Amalfi, pœnâ apposita id removere quærentibus auri purissimi libras quingentas: Sed & Boamundus frater ejus (3) eo anno similiter per præceptum aureo sigillo bullatum (4) confirmavit omnia, quæ pater ejus in hoc loco tradiderat, cum Monasterio Sancti Petri Imperialis in Tarento, cum omnibus omnino pertinentiis suis, & decimam suam de frumento, vino, ordeo, animalium, piscium, quas tunc habebat, vel deinceps habiturus erat.

De

fini deinde tumultus juxta Ecclesiam Beati Petri Apostoli.

(2) Regest. num. 52. Datum anno 1090. mense Augusti, Indict. 13. Ducatus ejus anno quinto. Nomina vero servorum in Regesto sic recensentur. Petrus Macri, Niciforus frater ejus, Theodorus Dimini, Andreas Sceloxelli, Theodorus Marini, Leo Dorcari, Condomiti, Calazuri, Perechita, Leo Fargadari, &c.

(3) Ex Alverada, priori conjuge, Roberto genitus. Supra lib. 3. in cap. 67. Boamundo nomen erat Marco, ut mox.

(4) Regest. num. 515. In nomine Sanctæ, & individue Trinitatis, Ego Marcus, qui & Abbamonte Rubberti Ducis filius, &c. & in calce. Signum Marci, qui & Abbamonte, manu mea, Ego Godescalcus Presbyter, & Monachus, eo tempore Legatus Apostolica Sedis, scripsi, anno ab Incarnatione Domini 1090. Indict. 13. Actum Tarenti, die 14. Kal. Septemb.

## De Cruce signatis.

## CAPUT XI.

**A**Nno autem Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo quinto, Indictione tertia pridie Nonas Aprilis, quartâ feriâ post octavas Paschæ, à quarta ferme vigilia noctis, usque in crepusculum, stellæ innumerabiles de cælo, versùs occidentalem plagam, ubiq; terrarum cadere visæ sunt. (1) Eodem tempore innumerabilis, & inestimabilis multitudinis occidentalium gentium facta est motio, omnibus certè retroactis seculis inaudita, & admirabilis, cum profectò tot simul gentes, tot Principes, tam subitò, tam unanimiter, tamque constanter, absque hominis ullius imperio, conspiravisse, nemo, qui legerit, nemo, qui vel audierit aliquando, vel viderit alicubi, valeat reperiri. Unde, non sine cœlesti nutu, ac dispositione divina, id geri, vel etiam incipi potuisse, nemo, qui possit ambigere, de quorum omnium magnis, & multiplicibus gestis, summa duntaxat, & excellentia quæque breviter, & compendiosè opusculo isti decrevi inferere; quoniam quidem nec mei propositi est per ordinem universa litteris tradere, & certè tot sunt, & talia, quæ prudentis cujuslibet non parva exigant otia, & prolixi, ac specialis voluminis opera. Fertur autem commotionem hanc apud Gallias, occasione quorundam pœnitentium principum accepisse. Qui videlicet propterea quòd de innumeris sceleribus dignè apud suos pœnitere nequibant, & quòd sine armis, utpote seculares, inter notos conversari vehementer erubescabant (2) auctoritate, atque consilio sanctæ memoriæ Papæ Urbani (3) prudentis planè, & verè Apostolici viri, qui tunc tem-

## IN CAPUT XI. NOTÆ.

(1) Alterum alteri adjungens, indicare videtur, cadentes tunc stellas, visas, Hierosolymitanæ magnæ expeditionis præfagium fuisse. Cæterum hujusmodi meteora non semper futurorum eventuum præfagia sunt. Cum non raro æthereas hæc accensiones micare viderimus, nullo interim Gentium, & populorum excito motu, quin otio torpescantibus. Quod ait, *Ubique terrarum, accipe quoad apparentiam, & quoad magnam nostri emispherii partem.* Num enim in Mexico tunc quoque, æstivales illæ flammulæ, accendebantur?

De his Lupus Protospata. Anno 1095. Mense Aprilis, in nocte diei 4. subito visi sunt igniculi cadere de cælo, quasi stella, per totam Apuliam, qui repleverunt universam superficiem terræ: & ex tunc ceperunt Gallie populi; imò totius Italiae, pergere ad sepulcrum Domini, cum armis, ferentes in humero dextro Crucis signum.

(2) Extat in Bibliotheca Casinensi Codex Anonymi de bello sacro, Langobardico caractere exaratus, ex quo universam capitæ hujus historiam depromsit Petrus.

Publicis pœnitentibus arma gestare interdictum in legibus Langobard. lib. 2. tit. 13. l. 5. *Quicumque propria uxore derelicta, vel, sine culpa, interfecit, aliam duxerit, armis depositis, publicam habeat pœnitentiam.*

(3) Tempore Benedicti septimi, anno Christi 1008. Terra Sancta à Saracenis occupata fuerat. Eam, ut ab Infidelium tyrannide vindicaret, Urbanus Pontifex, in Concilio Claramontano, apud Alvernos celebrato, publicos pœnitentes ad suscipiendam sacram illam expeditionem, relaxatis aliis pœnitentiis, & hac sola injuncta, scrib animavit. Canon Concilii. Tom. IV.

**A**poris pro negotiis Ecclesiæ partes illas adierat, ultramarinum iter, ad Sepulcrum Domini à Saracenis eripiendum, in pœnitentiam, & remissionem peccatorum suorum, illis injunctum fide promptissima se arripere sponponderunt, certi, & indubii readiti, quòd quicquid adversi, quicquid periculi, quicquid denique incommodi illis contingeret, Loco pœnitentiæ, à Domino recipiendum; ut tamen se à præteritis nequitiis continerent. Paulatim igitur ab uno ad alterum, & à Provinciis ad Provincias, verbo hujusmodi volitante, incredibile est, ad quantam multitudinem brevi tempore conspiratio ipsa pervenerit. Ad inditium autem evidens, ac speciale hujus expeditionis, communi consilio, in vestibus suis à dextera, scapulas signum. Sanctæ Crucis undecumque fecere assuere, & simul altis vocibus DEUS LOVOLT, DEUS LOVOLT, DEUS LOVOLT per totum iter decrevere frequentius inclamare, & re vera divinæ jam voluntatis erat, & hoc ipsum clementissima simul, & omnipotentissima jam illa sua miseratione disposuerat; ut & Christianos illarum partium ex tanto jam tempore sub jugo, & ludibriis Saracenorum degentes à dominio illorum erueret, & sancta illa loca salutiferæ nativitati, passioni, ac sepulturæ ejus dicata, quæ ab impiis, per tot annorum curricula, propter iniquitates nostras, & patrum nostrorum, occulto suo judicio, invadi, ac profanari permiserat, ipsamque Sanctam Civitatem Jerusalem à nostris recuperari sua pietate concederet, atque ad ea, visitanda, & adoranda universos per orbem fideles, sine periculo aliquo properantes, misericorditer exaudiret. Factis igitur tribus turmis ex omni illa, quæ ad id jam consenserat, multitudine, una pars eorum cum Duce Gotfrido, & ejus fratre Balduino (4), & cum Comite Balduino de monte simul, & cum

**D**hi Claramontani sic concipitur. *Quicumque pro sola devotione, non pro pecunia, vel bonis adeptione, ad liberandam Ecclesiam Dei Hierusalem profectus fuerit, iter illud pro omni pœnitentia reputatur.* Dedit autem Deus gratiam fideli servo suo (ex Antonino 2. part. tit. 16.) Evangelizandi virtute multa. Nam mandatum, & consilium ejus, licet arduum nimis videretur, cum omni aviditate, tam majores, quam minores amplexi sunt. Nec solum præsentibus illius verbi fervor animavit, verum longè, lateque sermo idem egrediens, absentes etiam pari voto ferventes accendit. Episcopi, ut in mandatis acceperant, fideles se cooperatores exhibebant; plebes suas ad id invitantes. Dividebantur maritus ab uxore, patres à filiis: nec erat tunc charitatis vinculum, quod huic fervori posset præjudicium generare: omnes indifferenter manus dabant: nulla domus otiosa; hinc paterfamilias, hinc filius, hinc tota domus ad migrandum se præparabat. De præsentibus in Concilio, in arrham futuræ peregrinationis, crucem suis humeris affixerunt primus Ademarum Podiensis Episcopus, qui postea, Apostolicæ Legationis auctoritate, functus, in eadem expeditione præfuit, & Arausionensis Episcopus Guilielmus.

(4) Gotfridus de Bullon, de quo supra lib. 3. ad cap. 53. Uterque postea Hierosolymis regnavit, ex his habes, Gotfridum inter Principes quidem exercitus, & Duces fuisse: non tamen totius exercitus Imperatorem. Id autem Poëtico ingenio, ut Heroëm, in Epico Poëmate formaret, induxit maximus vatum Torquatus noster. Neque Gotfrido Urbanus in Concilio Claramontano vexillum tradidit, sed Ademaro, paulò ante memorato.

Rrr

cum quodam Petro Heremita (5), quem sequebatur ingens turba Alemannorum, Ungariam ingressi, per viam, quam olim Rex Carolus statuerat, abiire Constantinopolim, ubi jam illos Lombardorum, ac Langobardorum (6) maxima multitudo prævenerat. Pars verò alia cum Raimundo Comite Sancti Ægidii (7), & cum Episcopo Podiensi per Sclavoniam perrexit. Tertia autem pars, per antiquam Stratam, (8) Romam venit, cum Robberto scilicet Comite Flandrensi, & Roberto Comite Normanniæ, & Hugone, qui vocatus est Magnus (9), & Guilielmo Marchisii filio, cum aliis pluribus, qui videlicet omnes per nostrum Casinense Monasterium transeuntes, & Benedicto Patri, ac Fratibus se plurimum commendantes Barium profecti sunt. Interea Boamundus, filius bonæ memoriæ Ducis Roberti cognomento Viscardi, qui primò cum Patre, dehinc per se, multa cum Constantinopolitano Imperatore, ejusque exercitibus præliam jam dudum prosperè gesserat, cum esset in expeditione unâ cum patruo suo Comite Roggerio in partes Campaniæ, & hæc omnia per ordinem ad aures pervenissent ipsius, mox ad ejusmodi servitium subeundum coelitus animatus, pannum sericum sibi protinus asserri præcipiens, totum in frusta divisit, & tam sibi, quàm & omnibus suis, & pluribus aliis ob id negotium ad se confluentibus, sicut alios fecisse audierat, Cruces inde

A in vestibus fecit (10), & simul omnes DEUS LOVOLT inclamare magnis vocibus, jussit. Qua fama exciti omnes Rogerii milites, tam multi ad hujuscemodi confederationem subito confluerunt, ut, paucis sibi relictis, prædictus Comes moestus ad Siciliam remeaverit. Mox Boamundus ad sua regressus, ad præstatum iter aggrediendum, se præparavit. Perrexerunt autem cum eo Capitanei hi, Tancredus Marchisii filius (11), Robbertus filius Girardi, Richardus de Principatu, & Rainulfus frater ejus, Robbertus de Ansa, Hermannus de Cannis, Robbertus de Surda Valle, Robbertus filius Trosteni, Unfridus filius Rao, Richardus filius Comitum Rainulfi, Goffridus Comes de Ruscilione, & Episcopus, & Girardus frater ejus. Episcopus de Ariano, Boëllus Carnotensis, Alberedus de Caniano, & Joffridus de Monte Scajoso (12), & plures alii, quorum ad præsens non reminiscimur. Cum verò transfretassent, venerunt ad Velonam (13), ibique sociati sunt eis Flandrensis Comes, & Comes de Normannia, & alii plures, qui cum illis transierant. Inde progressi, venerunt in parte Vulgariæ (14), dehinc in vallem Andronopolis (15), inde Castoriam (16), inde Passagoniam (17), demum ad flumen Bardarum. Cumque audisset Imperator venire Boamundum (18), misit choropalasium quendam (19), qui illum cum omnibus suis securè, & honorificè conduceret usque Constantinopolim; venientes autem ad Russam ci-

vi-

(5) Qui sacræ expeditionis præcipuus ductor fuit. Joannes Bonifacius Soc. Jesu lib. 2. de hist. virg. cap. 15. attestans chronicum Abbatis Radensis, Petrum hunc Heremicolam, natione Hispanum fuisse notat, & Benedictini Ordinis Monachum: eumque inventorem Coronæ, quam vocant, sexaginta trium *Ave*, ad salutandam Deiparam.

(6) Alterum sustulit editor noster. An justè? ipse viderit.

(7) Qui & Comes Tholosanus.

(8) Strata propriè adjectivum est. Lucret. lib. 1. *Strataque jam vulgi pedibus detrita viarum*. Virgil. p. *Æneid*.

*Miratur portas, strepitumque, & strata viarum*.

Ex adjectivo tamen accipi postea cœpit substantivè, ut *Legenda*, *Agenda*, & alia plura. Est igitur strata, lapidibus artificiosè constructa via, ut Appia, Latina, Flaminia, Domitiana. Pauld supra. *Per viam, quam olim Rex Carolus straverat*. Infra cap. 18. *stratam petrosam*. Baronius tom. 12. pag. 224. ex Auctario ad Siebertum. *Rex per stratam publicam transivit, Pontifex per maritima*. Victor. Episcopus de persecut. Vandalica lib. 3. *strata verò, vel semita cadaveribus repleta*. Italis, & Germanis vox est in usu.

(9) Fratrem Philippi Galliæ Regis.

(10) Quod audierat alios in Gallia fecisse. Crux ergo rubra ex panno, vel serico: in scapula dextera, *tessera muta* fuit sacri exercitus. Ut enim in militia usui sunt *Tessera vocales*, ad discernendos ab hostibus socios; ita & *Tessera muta*; Pinna, Banda, Crux, color aliquis, & his similia.

(11) Boamundi Sororis filius.

(12) Aliis *Loffridus*. In hac pia expeditione fortiter moritur apud Nicæam: infra in hoc capite. Porrò *Mons Scajosus* (qui & *Mons Scabiosus*. *Mons Scaviosus*, minus barbaris *Mons Caveosus*, *Civitas vetus*, *Civitas Severiana*, quòd ab Alexandro Severo constructa dicatur ex Reliquiis Metaponti, in finibus Lucaniæ. sexto lapide ab Urbe Matra) egregiam ab historicis meruit laudem, cum Saracenorum obsidionem diu sustinuit, ac tandem irritam repulit. Lupus Protospatha. Anno 1003. *Indict. 1. Saraceni obsederunt Montem Scaviosum, mense Martii, & nihil profecerunt*. Illustris quoque est celebri Cœnobio Sancti

Michaëlis Archangeli, ubi viget cœtus *Sanciorum Monachorum*, inquit Emma Comitissa, Rogerii Comitum filia, quæ prædiis, latifundiis, & jurisdictioni potestate in Nandinis mensis Septembris munificè illud ditavit. Hæc, & alia, quæ prætereò de Monte Caveoso subministravit mihi Musæum Alumnus, pietateque in Patriam insignis Civis Joseph Gavanus Excellentissimo Ducis Castri Carolo Pallavicino à Secretis.

(13) Latinis *Aulon*. Italis *La Vallona*. Urbs maritima portuosa, in ora occidentali Macedoniæ. Meminit Martialis lib. 13.

*Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon*.

(14) Regio est Myfiæ, in confinibus Thraciæ, à fluvio *Volga*, seu *Bulga* sic dicta. Hinc *Vulgaria*, & *Bulgaria*. Ferrar. in Lexico Geograph.

(15) Hadrinopolis urbs Thraciæ ad Nebrum flumen; ante capram Constantinopolim Turcarum regia, distat Bizantio 130. mill. pass.

(16) Urbs etiam Macedoniæ, Actidæ propinqua. Latinis *Castra Antonini*. Idem Ferrar.

(17) Regio est Asiæ minoris, ad Pontum Euxinum.

(18) Nomen in iis partibus inclutum ob multa prospera bella ab ipso ibidem bellata, ut Auctor noster pauld ante dixerat.

(19) Infra cap. 17. *Choropalasium*. Aliàs *Curopalatem*. *Curapalatii*. Quòd Imperatorii palatii curam gereret. cap. 108. *Maurum Curopalatem Palatii Constantinopolitani*. Corippus de laudibus Justini lib. 6.

*Cum magni regeres divina palatia Patris, Par extans curis, solo diademate dispar, Ordine pro rerum vocitatus Curapalati*.

Vocabatur etiam *Provisor aula regis*. *Præfectus Palatii*, & Auctori nostro supra lib. 3. cap. 36. *Comes Palatii*. Gregorio Comiti Palatii, & infra cap. 18. *Berta filia Compalatii Ticinensis*, hoc est, *Comitis Palatii*. Vide l. 1. C. de Comit. & Tribun. Agathias Curatorem dictum tradit. Apud Francos dicebatur *Majordomus*. Annal. Franc. editi à Pithæo. *Reges quidem dicebantur: sed potestas Regis tota apud Majorem domum habebatur; exceptis, quòd chartæ, & Privilegia Regis nomine scribebantur*. Eo munere insignes fuerunt Carolus Martellus, & Pipinus Caroli Magni avus, & pater. Apud Cassiodorum extat formula *Curopalatii*, eisque libri septimi quinta.



vitatem (20), Boamundus, relicto ibi universo exercitu, cum paucis abiit Constantinopolim cum Imperatore locuturus, ibique invenit Ducem Gotfridum cum fratre ejus. Comes interea Sancti Ægidii cum Podiensi Episcopo, post multa pericula, vix de Sclavorum terra egressus (21), venit Dirrarchium, indeque progressus, post dies aliquot introivit Constantinopolim. Hucusque tamen, omnes hi, quos prædiximus, & maximè primi, non ita facillè, verùm cum magna difficultate, multisque angustiis, & periculis pervenisse, credendi sunt, quæ videlicet tam à Turcis, & Pizinacis, (22) aliisque Barbaris, quàm etiam & ab ipsius Imperatoris exercitibus per diversa loca perpessi sunt, pluresque ex eis, alii fame, alii gladio, quidam verò diversis infirmitatum, mortiumque generibus perire: multotiens tamen ex prædictis Barbaris victoriam Christus suis peregrinis concessit. Cœpit præterea providus, & callidus Imperator, cum Duce, & Comite (23), atque Boamundo, cæterisque eorum sociis agere, quòd si vellent ei ex sacramento securitatem, & fidelitatem facere, ipse quoque omnibus illis fidem nichilominus, & securitatem daret, juraret etiam, quòd simul cum eis & ipse cum exercitu suo in viam Sancti Sepulcri per terram, & per mare pergeret, & mercatum illis concederet (24), & quæque perdita liberaliter restauraret, insuper & Boamundo quindecim dierum terram in longitudine, octo autem in latitudine ex ista parte Antiochiæ daret. Sed dum hoc facere diu ex consilio detrectarent, ita tandem multa, & inevitabili necessitate coacti, jurare assensu sunt, ut si Imperator juramentum, quòd se facere pollicebatur; illis fideliter observaret, isti quoque suum nullatenus præterirent. Quo factò, mox omnis suprædictorum exercitus, transmeato brachio, profecti sunt civitatem Nicomiam (25). Videns itaque Dux Gotfridus, quòd tanto exercitui ardua nimium esset via, per quam transire ad Nyceam debebant, utpote per valde ardua, & excelsa montana, præmisit tria milia hominum cum securibus, & aliis ferramentis, qui eandem viam viriliter incidere, & spatiant, cruceque ferreas, ac ligneas fieri, ac supra stipites pro signo viæ jussit affigi. Ventum tandem est ad Nicæam (26), quæ videlicet Civitas nobilissima, & valde munita totius Romanicæ caput esse dinoscitur, ibique castra metati sunt, sexto die, incipiente mense Majo, obsederuntque illam per continuas hebdomadas septem: ipso autem primo biduo tam acriter nostri Civitatem ipsam aggressi sunt, ut quandam muri partem perfoderent. Tertia verò die, cum Soliman (27) Rex Unnorum, quos nunc Tur-

A cos vocamus, cum ducentis milibus equitibus à meridiana porta, quæ nondum custodiebatur, ad auxiliandum sociis vellet intrare, repente irruit super eos Comes Sancti Ægidii, & tanta eos virtute contrivit, ut vix paucis evadentibus, cæteros obtruncaret, itemque alios, cum tanta superbia accedentes, ut etiam funes secum, quibus nostri vincirentur, afferrent, Dei auxilio devicerunt, eorumque capita ad reliquorum terrorem cum fundis, & aliis instrumentis intra civitatis muros jecerunt. Tunc ad omnem penitus Civitatis aditum disturbandum, fecerunt in circuitu ejus unusquisque de prædictis Magnatibus unum Castellum ligneum, & cœpere cum diversis machinis civitatis turres confringere. Post hæc consilio habito, elegerunt de suis tres prudentissimos viros, & miserunt Babiloniam (28) ad Ammirarium cum litteris hujuscemodi, videlicet, ut sciret, quòd universi Francorum Principes Jerosolimam, & unanimiter pergerent, & iter ad Sepulchrum Domini aperire disponent, deque prophanorum paganorum dominio Christianorum terram eripere, eosque inde turpiter eicere, cum Christi auxilio, vellent, videret nunc, quid sibi agendum esset, & eligeret, utrum vellet, aut, fide Christi recepta, illorum de cætero amicam manere, aut, amicitiam paganorum prælatam, obviam illis in bellum exire. Erat igitur iusta civitatem lacus quantitatis non modicæ (29), per quem Turci cum navibus exeuntes, nonnulla civibus subdita deferebant. Accepto itaque consilio, miserunt ad Imperatorem orantes, ut mandaret illis aliquot naves usque ad portum civitatis, ac deinde faceret eas cum bobus deferre per montana usque ad prædictum lacum, factumque est, cumque naves applicuissent, nocte miserunt eas in lacum plenas armatis Turcopolis, quos cum eisdem navibus Imperator transmiserat, & facto mane, cœperunt properare contra civitatem, quòd Turci videntes, cœpere valde mirari, ignorantes, utrum de suis essent, an de Imperatore; cum autem cognovissent, naves illas Imperatorem mandasse, eumque nostris favere, de suis verò neminem illis posse succurrere, confusi, atque perterriti, & penitus desperantes, miserunt Imperatori, quòd si eis cum uxoribus, & filiis, & armis suis exire impunè liceret, ipsi spontè Civitatem protinus redderent. Tunc Imperator mandavit illis, ut, reddita civitate, ad se sinè aliqua trepidatione fiducialiter properarent. Quoniam autem Imperator jam dudum promiserat, se omne aurum, & argentum, & equos, omnemque suppellectilem Civitatis nostris contradere: sed & Monasterium ibi Latinum, ac Xenodochium constituere, sperantes in verbis ejus

(20) Russum Thraciæ Urbem.  
 (21) Sclavi, Populi Schytiæ Europæ, qui Illiricum demigrantes, illi Provinciæ Sclavoniæ nomen indiderunt, & de hac in præsentem.  
 (22) *Constantinus Monomachus, Turcas, & Pizinacas vicis.* Enchir. Hist. universalis Joann. Jonstoni.  
 (23) Duce Gotfrido, & Comite S. Ægidii, qui turmarum præcipui Ductores.  
 (24) Infra cap. 35. *Mercatum, & Tbelonium.* Fredericus Imperator in Extravag. de Pace Constantiæ. *In eundo, & redeundo mercatum sufficiens nobis, & nostris, euntibus, & redeuntibus, bona fide, & sinè fraude præstabit.* Commeatum mercede redemptum, seu commodum emendi victualia, sinè quo exercitus vincitur absque ferro.  
 (25) Nicomediam, transmeato enim Promontorio Tom. IV.

E Chalcedoniæ, quod velut brachium in mare excurrit, Nicomedia occurrit, passibus 61. mill. à Constantinopoli.  
 (26) A Nicomedia 44. mil. pass. ad Boream. Nunc Hsich, ubi primum Generale Concilium sub Silvestro, & Constantino anno Christi 325. coactum fuit.  
 (27) Infra vocatur Solima, Dux Nicææ; Hunni verò Schytiæ populi. Vide historiam illius gentis. Antonin. 2. par. tit. 16. cap. 4. ex ea gente sunt Hungari, Pannoniam nunc incolentes.  
 (28) Novam intellige, quæ nunc Cairus.  
 (29) Dicitur *Ascanus*, & *Palus Ascania*. Ferrar. quamquam alii alibi Ascaniam locent paludem, sed nostrum non est omnem lapidem movere.

eius veritatem esse, deditioem ipsam & laudavere, & misere. Sed Imperator, civitate recepta, lætissimus redditus, nichil eorum, quæ fuerat pollicitus, fecit (30). Post hæc, moventes inde tentoria, cum jam tertia die, ante lucem, iter arripuissent, noctis errore confusi, in duos seorsum cuneos per duos ferme dies divisi sunt. Interea ingens multitudo Turcorum, atque Persarum, Arabumque quoadunata, versus cuneum, in quo Boamundus erat, summo diluculo tendere cœpit, immensis vocibus, more suo, garrientes, stridentes, atque frendentes. Quod Boamundus magnanimis vir prospiciens, cœpit hortari socios, dicens: O fortissimi Christi milites, nolite terreri, scientes, quod Dominus, cujus bella bellamus, nobiscum est. Equites igitur abeant contra illos; pedites verò festinanter extendant tentoria, quod vult Deus, de nobis hoc faciat. Erant tunc cum illo Comes de Normannia, & Tancredus, misit interea Nuntios ad cæteros Principes, ut quantocius festinarent accurrere illis: cinxerant enim illos undique Turcæ, & Arabes, quorum non esset numerus, & nequaquam tanti prælii pondus ferre soli valerent. Quod illi audientes, quamvis id minimè crederent, & hæc sub ludo mandata esse putarent, profecti tamen protinus sunt, & cernentes tantam hostium multitudinem, valde mirati sunt. Tunc, acceptâ à Deo fiduciâ, ordinaverunt acies, steteruntque in sinistro cornu Boamundus, & Comes de Normannia, & Tancredus, & Richardus de Principatu, Robbertus filius Girardi eorum signifer. In Cornu verò dextro, Comes Sancti Egidii, Dux Gotfridus, Hugo Magnus, & Comes Flandrensis: Episcopus autem Podiensis per montana cingebat eos, statimque, ut à nostris omnibus pariter inclamatum ex more est, DEUS LOVOLT, tanto mox terrore Barbari omnes arrepti sunt, ut quantocius fugam inirent, quos nostri instantissimè persequentes, multitudinem ex eis maximam occiderunt, per diverticula quæque vix cæteris evadentibus. Fertur relatione fidelium, & ipsorum quoque Turcorum, qui evaserant, testimonio comprobatur, quod tres egregii milites super albos equos sedentes, & alba nichilominus vexilla crucibus insignita gerentes, exercitum nostrorum præcedere, & adversarios quosque insequi, ac perimere videbantur, Georgium scilicet, & Demetrium, atque Theodorum insignes Christi milites fuisse, conicientes. Nec mirum planè istud, nec incredibile debet videri: quomodo enim persequeretur unus mille, & duo transfoverent dena milia; nisi, quia Dominus subdidit eos, & Deus tradidit illos? Nam itinere trium dierum postea inveniebant nostri Turcos occisos, & equos illorum, cum nondum aliquis illuc de nostris transisset. Fertur autem ad illam expeditionem, Turcorum, atque Persarum quadringenta sexaginta milia convenisse, præter Arabes quorum numerus ignoratur. Præda omnis in-

A auro, & argento, vestibus, atque animalibus, satis magna, inter omnes divisa. Duravit autem pugna hæc, ab hora fermè tertia, usque in vesperam, acta ipsa die Hæalendarum Juliarum, cecideruntque in eo prælio de nostris duo nobiles, ac felicissimi milites, cum maximo certè dolore cunctorum, Joffredus scilicet de Montescajoso, & Guilielmus frater Tancredi, & quingenti sexaginta sex equites, & undecim milia pedites: Saraceno-  
 B norum verò plusquam centum milia. Accidit post hæc, ut Solima Dux Niceæ ab inde fugiens, obvius fieret exercitui Arabum circiter decem milium, venienti in auxilium suorum, qui percunctatus ab eis, curam sic fugeret, respondit. Si michi credere, vobisque consulere vultis, vertite cursum; alioquin, si vel parum teritis moras, nemo vestrum evadet manus Francorum: Deus enim eorum pro certo cum illis est. Nam cum nudius tertius ita eos undique cinctos, & superatos jam ferè in manibus haberemus, respicientes subito, vidimus tam innumeram gentem, quantam nemo unquam hominum vidit. Siquidem tam montana, quam plana omnia repleta erant armatis, moxque vociferantibus cunctis, tanta nos repente formido, tantus tremor arripuit, ut nichil aliud, quam fugam meditari possemus, mirum valde, si quisquam de tanta illa multitudine nostra vivus evasit. His Arabes, & hujusmodi verbis auditis, protinus terga verterunt, & dum fugerent ante nostros, ubicumque applicabant, gloriabantur, dicentes. Nos sumus, qui superavimus Francos, & devastabam Ecclesias, & domos, & villas, & filios Christianorum, ducebant captivos, & incendebant omnia, quæ nostris fore necessaria viderentur; nostrorum itaque exercitus dum illos indefinenter insequeretur, per inaquosa, & deserta loca, maximam equorum multitudinem amisit, ipsi quoque per dies aliquot, nil nisi solas agrorum spicas reperiebant ad comedendum. Tandem per Iconium devenerunt Heracleam (31), ibi quoque, cum non parva Turcorum manu congressi superatos fugere compulere. Hinc Tancredus, & Balduinus frater Ducis Gotfridi se ab exercitu dividentes, ingressi sunt Val. de Botentrot. Inde Tancredus cum suis tantum progressus venit Tharsum (32), ibique cum Turcis, qui illi haud procul à civitate occurrerant, configens, intra eandem illos se tutari coëgit, moxque ante ipsius Urbis portas tentoria fixit. Balduinus etiam superveniens, similiter fecit, quod Turci videntes, exterriti, omnes nocte illa fugere. Facto mane, exeuntes civitatis majores, Tancredo illam spontaneè tradidere, quem videlicet tam strenuè viderant cum Turcis pridie dimicasse, quam Tancredus Balduino relinquens, & in anteriora contendens, Adenam, & Mamistam similiter adquisivit (33), nec non & universa Castellata usque Antiochiam. Cæteri verò ab Heraclea digressi, Armeniam ingressi sunt (34), castella, seu civitates ipsius partim vi, partim dedi-

(30) Græca nimirum fide, quæ in Adagium transivit. Virgil. 2. Æneid. Fallaces Græcos. Juven. Sat. 10. Quidquid Græcia mendax &c. Politian. Mendaces Grajos, vana perjuriam gentis. Euripides & ipse Græcus, in Ifigen. in Taurica. Græcia nunquam novis fidem. Tassus. La grega fede a chi non è palese? Imperabat autem tunc Alexius Comnenus, infra cap. 17.

(31) Plures sunt Heracleæ. Hæc ad Tauri montis

radices posita est, ab Iconio 75. mill. pass. distans.

(32) In Cilicia, propè ostia Cydni fluminis.

(33) Adana urbs ad Pyramum amnem, 27. mill. à Tarso, Mamista, vel Mamistra Adanæ est finitima, ad flumen Mopsium, & proxima Mallo urbi.

(34) Minorem, nam Antiochiam properabant, compendio.

ditione recipientes, & versùs Antiochiam quantocius properantes. Cùm autem prope jam essent præcursores exercitus nostri, non parvam Turcorum manum, qui Antiochiæ ad suffragia ferenda veniebant, offendunt, quos in Christi nomine unanimiter aggressos, plures eorum interfecere, cæteros verò in fugam verterunt, prædamque maximam equorum, mulorum, & Camelorum, quos diversis victualibus oneratos duxerant, acceperunt, atque juxta ripam fluminis Farfar (35) eo die Castra metati sunt.

*De Oblatione septem Ecclesiarum, & trium Castrorum, & aliorum multorum.*

CAPUT XII.

His diebus Richardus de Aquila, cujus supra meminimus, obtulit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Heliae in Ambrifæ, Sancti Mauricii in monte supra Castellum Sancti Johannis de Carica, Sanctæ Mariæ ad fontem de monte Cervario, & Sancti Johannis de Fabrateria loco Campusani, cum terris, vineis, casis, molendinis, & omnibus tam mobilibus, quàm immobilibus illorum. Quo tempore idem Abbas dedit ei libras viginti quinque. Similiter Pandulfus de Præsentano obtulit Beato Benedicto partem suam de Castro Mirtula (1), & Bantra Comitale (2), & Sancti Salvatoris in Cucuruczo, cum universis pertinentiis illorum, mille libras auri poenâ apposita, pro qua etiam re Abbas Oderisius nonaginta sex libras ei contradidit. Rodulfus etiam de Molisio Bovianensis Comes cartam fecit huic loco de Monasterio Sanctæ Crucis in Yfernia, necnon de Castello, qui vocatur Balneus, cum casis, terris, vineis, aquis, molendinis, silvis, Ecclesiis, & universis pertinentiis suis, tam intus, quàm foris, apposita poenâ centum quinquaginta librarum auri, accipiens ab eodem Abbate libras centum. Petrus quoque filius Atenulfi, cum Johanne cognomento Revero fratre suo, idem fecit de Sancto Johanne in Campo Samni cum pertinentiis suis territorio Cyperano. Id ipsum fecit & Raynaldus Comes Pontifcurvi de Monasterio Sancti Pauli in Furesta (3) cum pertinentiis suis. Sed & Lando Dux olim Cageranorum (4) eodem tempore fecit & ipse cartam Beato Benedicto de omnibus, quæ sibi à paterno, vel materno jure pertinebant in toto Ducatu Cagerano, ac Principatu, de Civitatibus, Castellis, Villis, Ecclesiis, silvis omnia, & in omnibus, poenâ centum librarum auri apposita.

*De Citro, & Arnulfo, & Oblationibus eorum.*

CAPUT XIII.

His porrò diebus Cidrus Vicecomes Richardi Principis ad hunc locum ve-

(35) De Oronte fluvio, qui & Farfar vocatur, intelligi debere puto, nam alias Farfar, qui & Corysurboas est ultra Damascum, quod exercitus nondum pervenerat. Hujus fluminis meminit sacra historia 4. Reg. 5. & de Farfaro in Sabinis diximus lib. 3. ad cap. 23.

IN CAPUT XII. NOTÆ.

(1) Alias Mortula.

(2) In Bulla Innoc. III. Vantra Comitatis, quam distinguit à Vantra Monastica, seu Monacho-

niens, Sanctæque Conversationis habitum accipiens, Monachus factus est. Opportunum verò videtur, tam ad præsentium, quàm ad posterorum notitiam scribere, quid iste diversis temporibus huic loco obtulit. Prima igitur vice dedit Domno Desiderio Abbati, quando cœpit renovare Ecclesiam Sancti Benedicti solidos Amalfitanos octingentos (1). Item alia vice dedit ei solidos quadringentos. Post hæc dedit ei sex libras denariorum. Item dedit ei solidos trecentos, de quibus emit Circitorium optimum ad altare Sancti Benedicti. Item alia vice dedit ei centum libras argenti. Item alia vice pro tabula altaris Beati Martini libras viginti quattuor, pro renovandis libris ipsius solidos quadraginta quinque. Post Patris autem Desiderii transitum, obtulit Beato Benedicto Crucem auream pretiosam cum gemmis, & margaritis, & scrinium aureum mirificum, & calamarium aureum margaritis, & gemmis pretiosissimis undique, adornatum, vestem etiam Imperialem totam deauratam, gemmis, smaltis, ac margaritis decenter ornatam. Pallium purpureum, & listam auream pro pluviale. Item pro Corona argentea libras quadraginta, pro constructione Cimiterii libras viginti, item libras argenteas quinquaginta. Pro tabula altaris Sancti Andreæ libras viginti, nec non & plura alia in utilitatibus Fratrum in diversis temporibus. Arnulfus interea vir nobilis cum omnibus parentibus suis eo tempore fecerunt huic sancto loco cartam oblationis de Rocca, quæ vocatur Civitella in Ducatu Spoletino, nec non & de Monasterio Sancti Salvatoris ibidem constructo, & Ecclesiam Sancti Petri de Montescopulo, ac medietatem de Ecclesia Sanctæ Mariæ, & de Ecclesia Sancti Agnelli in Cæse, & Curtem in Petracce, & in Alanu in Paganica, & in Porcaria in Comitatu Narniensi cum omnibus pertinentiis illarum tam mobilibus, quàm immobilibus, quingentarum librarum argenti poenâ apposita.

*De Adenulfo Comite Aquinensi.*

CAPUT XIV.

Eodem quoque tempore, cùm Aquinenses Comites ferali adversùs Soranos odio defævirent, ab eisdem Soranis contra eos Jonathas filius Jordani Principis est evocatus, qui desiderium acquirendæ Campaniæ per hoc se invenisse lætatus, Normannos ad se evocans, urbem Soranam ingressus est. Ubi cùm per aliquot annos remoratus pugnas ibi nonnullas fecisset, & recepisset, ab eodem Jonatha Adenulfus Comes captus, atque in carceris est vincula conjectus. Tunc capti Comitum fratres Landulfus, Pandulfus, & Lando Oderisium Abbatem adeunt, utque sibi in tantis necessitatibus subveniret, modis omnibus poscunt. Abbas verò Oderisius, sociatis sibi aliquot fratribus, Jonathan apud Soram remoran-

rum: quod hæc esset intra antiquos fines Territorii Casinensis, descriptos à Gisulfo. At Vantra Comitatis extra illos esset, prope tamen, in Comitatu Teanensi.

(3) Possidetur adhuc.

(4) G. pro J. & contra, sæpè J. pro G. *Fugera* pro *Fugera*, l. 2. c. 19.

IN CAPUT XIII. NOTÆ.

(1) Solidorum valor civilis variis variis temporibus. Vide scribentes de Re nummaria.

rantem adiit, ibique cum eo colloquens, prædictum Comitem à vinculis solvit, sub hoc videlicet tenore, ut quousque mille libras Jonathæ persolveret, filios suos obsides illi contraderet, quod & factum est. Post hæc autem idem Comes ad Monasterium veniens idem Abbas dedit ei libras centum, & alias centum accommodavit, & Comes Adenulfus dedit in civitate illius de Sancto Urbano omnes illos, quos beatæ memoriæ Dominus Desiderius Abbas cum eo concambiaverat (1), cum omnibus eorum pertinentiis in integro, sicut octo diebus antea Dominus Desiderius Abbas commutationem tenuerat, tali tenore, ut à proxima Paschali festivitate veniente, usque ad aliam Resurrectionem, vel antea, si potuerit fieri, si Comes Adenulfus reddiderit centum libras, siye de alia tali merce, quæ Abbati, vel Monachis complacuerit, reddantur ex integro ipsi supradicti homines: si verò ad prædictum terminum easdem libras non reddiderit, per cartam legaliter scriptam, testibusque roboratam, amittat omnes homines jam dictos, cum omnibus illorum pertinentiis, quæ supradicti sub Abbate Desiderio tenuerunt, ita tamen, ut usque ad prædictum terminum sic possideant, & habeant ipsos homines, ut hodie habere videntur. Excipitur Mons de Alberto cum vineis, & terris, si tamen ibi castrum ædificaverit. Excipitur & Miluczu cum rebus foci sui, & Presbyteri Landonis avunculi sui. Et restituit terram huic Monasterio pertinentem, quæ est ad Petram scriptam, quam post mortem patris sui idem Comes ab hujus loci ditione subduxerat. Adveniente verò reddendi pretii termino, ab Oderisio Abbate Adenulfus Comes conventus, ut supradictas libras Casinensi Cœnobio redderet, se non habere professus est, unde hanc (2) nobis restituere posset.

*De Paldo Comite Venafano, & Teuto, & Oblationibus eorundem.*

## CAPUT XV.

**H**is quoque diebus Paldus Comes, filius Johannis Venafani Comitis, reddidit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Benedicti in Venafro, & Sancti Benedicti Pizzuli, cum omnibus pertinentiis suis, pœnâ mille bizanteorum appositâ quas videlicet Desiderius Abbas in concambium dederat Johanni Patri ipsius (1): sed & Teudus vir nobilis obtulit huic Sancto Cœnobio Ecclesiam Sancti Petri subius Castrum Murolum, Sancti Angeli, & Sancti Martini supra castrum eundem, nec non octo familias hominum, quorum nomina hæc sunt, Aspranus cum familia sua. Mampo cum familia sua. Johannes de Silva de Muli cum familia sua. Benedictus de Merco cum familia sua. Johannes de Adammo, & Leo de Raynerio cum omnibus

## IN CAPUT XIV. NOTÆ.

- (1) Lib. 3. cap. 18.  
(2) Vel subaudiendum *summam*, vel *Hanc* pro *Has* librarius imposuit.

## IN CAPUT XV. NOTÆ.

- (1) Lib. 3. cap. 58.

## IN CAPUT XVI. NOTÆ.

- (1) Diverso à fluvio Calore.  
(2) In fluvio eodem, edidit Laurentus. Perperam, est autem *Calor* fluvius apud Beneventum, in

A suis. Hos omnes cum universis substantiis suis in hoc loco devotissimus obtulit, centum librarum auri pœnâ propositâ.

*De quorundam Oblationibus, in hoc loco concessis, in Comitatu Thelesino.*

## CAPUT XVI.

**S**ub hujus Abbatis temporibus, Balduinus Dominus castelli, quod vocatur Pons Sanctæ Anastasiæ in Comitatu Thelesino, optulit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Dionisii de prædicto Castello, Sanctæ Anastasiæ, quam ipse valde parvulam repperiens, ac vetustam, à fundamentis renovavit, & ampliavit, eamque nonnullis possessionibus, atque colonis dotans, & mansiones in circuitu construens, Dompnum Roffridum Beneventanum Archiepiscopum illam dedicare sollempniter fecit, commonitus à supradicto Papa Urbano, cum terris, vineis superpositis, & silvis cum arboribus cultis, & incultis, & Ecclesiis antiquis constructis intra easdem pertinentias numero quinque, videlicet, Ecclesia Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, quæ ad Arvente vocatur, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesia Sancti Angeli, quæ dicitur ad Grutam, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesia Sancti Barbati, cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesia Sancti Juliani, quæ constructa est in Territorio Castellii Limate, quæ dicitur ad Pugnam, cum omnibus pertinentiis suis. Insuper & Ecclesia Sancti Herasmi intra fines ipsius castelli Pontis Sanctæ Anastasiæ in loco, ubi dicitur Ferrarisi, cum molendinis sex in fluvio Alento (1), qui vadit juxta prædictum Castellum Pontis Sanctæ Anastasiæ, & piscaria in fluvio Calore (2), in loco, ubi dicitur Decembri, & vinea, & silva, quæ ad Cerra Dompnica sita est. Obbertus etiam filius Rainulfi Comitis restituit huic sancto loco Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Cinglis cum pertinentiis suis, nec multò post Nycolaus Presbyter de Venafro judicavit, & tradidit huic Cœnobio Ecclesiam Sancti Nycolai in Civitate Venafri, cum omnibus pertinentiis suis. Adelgrima quoque Comitissa filia Pandulfi Principis Capuani, habitatrix in territorio Carfeolano, in castello, quod vocatur Auricula, relicta Raynaldi Comitis, filii Berardi Comitis, judicavit, & tradidit quattuor Castella in dicto territorio Carfeolano Anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo sexto. Primum quidem Castellum, quod nominatur Auricula, secundum, quod vocatur Fossaceca, tertium, quod dicitur Camerata, quartum, quod nominatur Piretus: nec non tria Monasteria, videlicet, Monasterium Sancti Johannis cum ipso Hospitali, Sancti Johannis de valle Calvula, & Sancti Petri de Pireto; Castella, & Monasteria supradicta, cum omnibus omnino pertinentiis suis. Eodem anno

quem influit *Sabbatus* fluvius, & in Vulturum miscetur. Gelasius Secundus in Privilegio ad Bernardum Abbatem Sanctæ Sophiæ. *Tuis ergo, dilecte in Christo fili Abbas Bernarde, petitionibus annuentes, concedimus, ut deinceps tibi, tuisque successoribus liceat de fluvio Caloris aquam perceptum beneficium vestrum accipere, & pro duobus molendinis, vel aliis Monasterii utilitatibus, per terram vestram, usque in eundem fluvium Caloris deducere. Alia hic mutata omitto.*

anno stella cometes apparuit, & urbs Antiochena à Christianis capta est. Sequenti verò tempore, Idibus Julii (3) Christicolæ civitatem Jerusalem cœperunt, & in cœlo ignea via per totam noctem visâ est quinto Hæclendas Octobris.

*Qualiter Oderisus Abbas obtinuit privilegium ab Urbano Papa de libertate hujus Monasterii.*

CAPUT XVII.

**A**lexius Imperator Constantinopolitanus per Johannem Choropalasium suum, transmisit Beato Benedicto vestem de dorso suo oxi deauratam (1), quem profectò Legatum prædictus Abbas honorificè satis suscepit, eundemque Imperatorem participem bonorum, quæ in Casino operantur, imperpetuum manere constituit (2), Legatumque

(3) Feria sexta; hora nona, anno 1099. indict. 7. ex Mercatore, & aliis Lupus Protospata id refert ad mensem Junii in festivitate Sancti Petri Apostoli. Anonymus Casinensis Idibus Julii anno 1098. Vide Peregrinium ad utrumque.

IN CAPUT XVII. NOTÆ.

- (1) Valde, seu copiosè deauratam. Nam oxi Græcè est valde, Ricca d'oro. An oxis apud Græcos Acetum. Proprium autem acetum sit, quod forte, ergo oxi deauratam, fortiter deauratam; sicut dicimus Fortiter indignatum, &c. De dorso autem suo clamydem Imperialem intelligo. In Epistola ejusdem Imperatoris apud Petrum Diaconum in Reg. num. 146. Misit unum Epiloricum de dorso suo oxi deauratum.
- (2) Monasticum Anglic. pag. 666. Monachi verò concesserunt mihi Fraternalitatem, & orationes Ecclesie sue in perpetuum. Et supra lib. 3. cap. 50. & alibi. Est in usu etiamnum hic ritus, vocaturque Litera Gratiola, vide Regestum Petri num. 381.
- (3) Caprâ Hierosolymâ, Goffridus Bullionius; de quo supra, communi procerum consensu, Rex inauguratus est. Boamundus verò expugnatâ Antiochiâ, Princeps illius jam appellatus fuerat.
- (4) Intercedebant quippe inter Imperatorem, & Latinos Duces gravissimæ simultates, de quibus historici.
- (5) In quibus Michaëlis Imperatoris effigies prostabat.
- (6) Hoc est, triginta operarum, liciorum, florum, vel triginta fortasse colorum. Apud Regestum Petri num. 148. in Epistola Alexii Imperatoris ad Oderisium primum. Missa sunt vobis causâ memoriæ ab Imperio meo libra octo solidorum Michalatorum & Pallium triacontasimum super altare vestra Ecclesia. In Herodoto, Athenæo, & Suida habemus Naves triaconteres, triginta remis actas. Vide Budæum de Ass. lib. 5.
- (7) Abbatem Casinensem multò jam ante usum, & dignitatem habuisse Pontificalium, constat ex lib. 3. cap. 20. & aliunde. Abbati verò Bobiensi ab anno 643. Indultum à Theodoro Pontifice Privilegium Mitræ, aliorumque Pontificalium, & benedicendi Populo solemniter in Missa, testatur Bulla ejusdem Pontificis, qui nihilominus asserit, idem concessum prius fuisse ab Honorio primo. Bullar. Cas. fol. 2. Cavenfi quoque Abbati Petro Mitræ usum collatum fuisse, ab Urbano Secundo in Concilio Beneventano anno 1091. ex computo Baronii, fidem faciunt verba illa. In Synodo ei, more suo, capite nudato residenti, Sanctæ memoriæ Papa Urbanus Pontificalem infulam misit, quam utique vir Domini, & pro Summi Pontificis reverentia venerabiliter recepit, & officiosissime salutavit; & tamen ejusdem Sacerdotalis mitræ usum, etiam rogante Papa, contempsit. In quo humilitatis exemplo prævit illi Pontifex maximus Silvester. Nam, cum

**A** suum cum litteris ad eum direxit, per quas Christianos, qui ad expugnandam Paganorum perfidiam Jerusolimam perrexerant, illi commendare curavit, ac prælationem, & curam domus peregrinorum, quæ in Casino est, ad remissionem omnium peccatorum ei gerendam injunxit. Pari etiam modo litteras Goffrido Regi Jerosolimitano, ac Boamundo Principi Antiocheno (3), ne Imperatorem debellarent (4), transmittere studuit. Alia vice, libras octo solidorum Michalatorum (5) misit idem Imperator, causâ memoriæ, & pallium triacontasimum (6) pro altari nostræ Ecclesiæ. Tunc temporis Abbas noster Oderisus à præfato Urbano Papa privilegium generale accepit de libertate hujus Cœnobii, tam in capite, quàm in membris Ecclesiarum, atque Castrorum, & dignitate, & usu Compagorum, & Citrothecæ, Dalmaticæ, ac Mitræ (7), & multis aliis, quæ longum est enarrare.

Qua-

ei Constantinus coronam ex auro, & margaritis donasset, noluit eam gestare, *Pro humilitate*, inquit Innocentius Tertius Sermonem in Festo S. Silvestri.

**B** An verò omnibus tunc Abbatibus communis fuerit Mitræ usus, Bernardus videtur assentiri, saltem de suo sæculo. Scribens enim Henrico Senonen. Archiep. & de Abbatibus loquens, *Utentes*, inquit, & ipsi, more Pontificum, *Mitra, anulo, & Sandaliis*.

**C** Et sanè mitram, non tantùm auriphrigiatam, verùm etiam pretiosam, atque gemmatam, Abbatibus in usu fuisse, luculentus adest testis Cruf. in annal. Sueviæ par. 2. cap. 10. ubi de Wilhelmo, Cœnobii Upergensis Abbate primo, sic canit.

„ Namque datur capiti venerabilis infula

„ sacro,

„ Auro, & gemmarum munere tota nitens,

„ Auratoque pedo manus insignita coruscat,

„ Si parat immenso sacrificare Patri.

Quod notari velim, ne gemmatæ Mitræ recens usurpatio in Abbatibus reputetur. Cùm præsertim extantes adhuc plurium seculorum gemmatas infulas Majorum nostrorum, huic veritati muto silentio adstipulari videamus.

**D** Mitræ usum, inusitato, raroque privilegio laicis quoque aliquando concessum, observavit Joseph Vicecomes, de Apparatu Missæ lib. 3. cap. 33. Gregorius septimus Epist. 38. Wrazlao Duci Boëmæ; *Longa jam*, inquit, *temporis intervalla transacta sunt, ex quo & nobilitas tua Beato Petro, Apostolorum Principi, non modica devotionis animum spondit, & studium; & tibi in Apostolica Sede inter ceteros Principes larga benignitas, præ multis etiam singularis, & egregia fuit ascripta caritas. Cujus rei fidem, & inditium, ex benevolentia Domini, & Antecessoris nostri Alexandri Papa satis percepisse potes, qui petitionibus tuis, non unquam sine sua, & filiorum S. R. E. sollicitudine, & labore condescendit; & ad signum intimæ dilectionis, quod laica persona tribui non consuevit, Mitram quam postulasti, direxit.*

**E** *Compagi*, alio nomine *Caligæ*. Licet enim apud Latinos *Caliga* sit pedis indumentum, unde Cajo Caligulæ nomen factum, quidquid dicat citatus Vicecomes: posteris tamen, & præsertim Ecclesiasticis, *Caliga* est indumentum crurum, ut *Sandalia* pedum. Ivo Carnot. Serm. 3. de significatione indumentorum Sacerd. *Antequam induantur sandaliis, vestiuntur caligis bisinis, vel lineis usque ad genua protensis, & ibi bene constrictis, & Innoc. 3. lib. 1. de Myst. Miss. cap. 48.*

Ordo Romanus tit. *Qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur.* *Compagnos* appellat *Cambagos*. *Induant ipsum electum Cambagos, sandalia, manicas, Dalmaticam, Planetam.* Et ut de sandaliis, congruente materia aliquid dicamus; Sandalum genus est Farris. Plin. lib. 18. cap. 7. *Gallie quoque suum genus Farris dedere, quod illic Brance vocant, apud nos*



Qualiter idem Papa Monasterium Sancti Mauri de Glannafolio à potestate Monachorum abstulit, & sub regimine Casinensis Monasterii perpetuè subjugavit.

## CAPUT XVIII.

**I**dem præterea Pontifex Apostolicæ Sedis Urbanus pro negotiis Ecclesiasticis, ut supra diximus, Galliam ingressus, in plenario Turonensi, ubi ipse præsidebat, Concilio, Monasterium Sancti Mauri in Glannafolio (1) à tyrannide Fossatensium Monachorum abstrahens, pristinæ libertati restituit, sub magisterio tantum, & tutela Monasterii Casinensis perpetuò mansurum. Per hos dies idem Abbas Oderisius per Georgium Monasterii sui Monachum, Henrico IV. (2) Imperatori literas destinavit, per quas se Desiderio in Monasterii regimine, & in Imperatoris fidelitate, & servitiis successisse monstravit. (3) Quo etiam tempore jam dictus Frater Georgius in præsentia prædicti Imperatoris Henrici, & Henrici Quinti filii ejus, & Mathildæ Comitissæ proclamationem fecit de possessionibus Cœnobii Casinensis apud Liguriam constitutis, quæ Patri Benedicto Aystulfus, & Desiderius Reges Langobardorum, nec non Hæcarolus, Pipi-

nos Sandalum, nitidissimi grani. Est etiam species calceamenti muliebris. Terent. Eunuch. Act. 5. Scœn. 8. *Utinam tibi commitigari videam sandaliis caput. Erant Sandalia, inquit Turnebus, muliebria calceamenta, ut docet Pollux, elegantissima. Judith. cap. 10. induitque sandalia pedibus suis, & cap. 16. Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus. Erat ergo Sandalium solea, quæ plantas tuebatur ab injuriis, superius apertum, & ansulis, aut funiculis alligatum, quod nunc apud aliquos regulares in usu est, olim Episcopis, quin etiam Monachis usitatum ostendunt picturæ in nostris vetustissimis membranis codice 353. & Regest. Sancti Angeli ad Formas. Erant verò olim diversa sandalia pro Episcopis, & sandalia pro Presbyteris, ex Annal. Fortun. lib. 2. cap. 25. qui tamen cap. 18. Sandalia vocat Campobos. *Congruum est, ut nosmetipsos absolvamus de sandaliis, sive, alio nomine, Campobis, qui supersunt in pedibus.* Nunc verò Pontificum sandalia, non soleæ tantum, sunt, sed integrum pedem muniunt.*

*Chirotheca*, manus repositorium ex Græco, Pontificale est indumentum, aliàs *Manica*. Ordo Romanus. *Induant ipsum Electum, ut supra citavimus, Manicas, &c.* quoddam autem *Manicas* intelligat chirothecas, explicat oratio ad manicas inducendas, *Rogamus, &c. ut manus istius famuli tui, sicut exterius obducuntur manicis, sic interius, &c.* Et hæc quidem Pontificalia sunt indumenta, solenniter celebrantium. Nam Anulus ad quotidianum usum spectat, ut etiam *Birrum*, vulgò *Mozzetta*, & in via, quod vocant *Mantelleum*. Quare Abbates omnes iis vestibus uti possunt: & præsertim omnes Casinenses. Quoddam enim Casinensis Congregationis Abbates benedictionis munus non recipiant, odiosum illis non est, sed favorabile: Unde universis prærogativis gaudent Abbatum, qui benedicuntur; ac si benedicti ipsi quoque essent, ut loquuntur Privilegia.

## IN CAPUT XVIII. NOTÆ.

(1) Ludovicus Imperator Glannofolii Monasterium Fossatensi subjecerat. Est autem Fossatense ad Matronam amnem, tribus circiter leucis supra Lutetias conditum Clodovei secundi tempore, loco, cui, *Fossatus Bagaudarum*, vel *Castrum Bagaudarum*, nomen erat. Anno 1533. in Ecclesiam secularem conversum. Bolland. tom. 11. pag. 1050. Ab Urbano secundo hic Glannofolienſe Casinensis tutelæ committitur. Vide Historiam translationis

**A** nus, & Lotharius Imperatores, ac cæteri Deum timentes concesserant. De Monasterio Sancti Benedicti in Perficeta, territorio Mutinensi intra fines fluvii Fusculi, & limitis Malmeniliaci, quod videlicet Petrus Dux Civitatis Ravennæ Beato Benedicto sub Abbate Angelario optulerat, cum tota curte Perficeta, & curte de Greniano, & Curte de Monterione, cum molendinis duorum fluviorum, idest Fusculi, & Gallici. Deinde Monasterium Sanctæ Mariæ in Laurentiatico ultra fluvium Gallicum, inde non longè est Monasterium Sancti Dompnini (4) in curte Argellæ, unà cum silva alta, & silva majore, & tota piscaria, quæ dicitur Caucenna, usque in fluvium Gambacane, & usque in Rosalese, & usque in curtem Ragogusola. Deinde subitus viam publicam Monasterium Sancti Vitalis cum tota curte Calderaria prope castrum Sala. Monasterium S. Johannis in Frassenetula cum tota Curte ipsa, usque ad stradam Petrosam sitam prope castrum Cedula. Monasterium Sancti Martini juxta stradam Petrosam in Casali Marciano cum tota ipsa curte prope Castrum Unciola, & omnia Dompnicalia. Monasterium Sancti Salvatoris in Pontelongu cum tota eadem Curte per Comitatum Mutinensem, Mansos terræ XXX. (5) & jugera LX. unum. In pertinentia de Montirone ex supe-

**C** Sancti Mauri apud eundem Bolland: pag. 1055.

(2) Computando ab Henrico Aucupe: ut notatum est supra.

(3) Non se immiscebat Imperator electioni Abbatis; sed electus à Monachis, Imperatori per literas obsequium, & fidelitatem profitebatur. Casinense enim Cœnobium Camera erat Imperialis, ut infra cap. 124.

(4) Sic *dampnum*, *Dompnus*, *temptare*, *sompnus*. Latini scripserunt *damnum*, *emtus*, *Contus* &c. Postea *damnum*, *entus*, *contus*, *Antenna*. Alii denique *Dampnum*, *Dompnus*, &c. Existimantes inter M. & T. interponi debere P; nec aliter pronunciarı posse; eo usque Romanæ dialecti elegantia defecerat! Vide Lambin. in Lucret. lib. 3. in fine, & in Epistola ad Lectorem in Horatio.

**D** (5) In diplomate Lotharii Regis apud Bolland. tom. 1. pag. 119. *Et jam dictas res Canonicis prælibati Monasterii reddi præcipimus, scilicet Mansum in Dominicatu, quod Fulbertus Episcopus dedit eis in ipsa villa Mareolo, usque ad fluvium satis. In qua villa molendinum unum, cum area, in qua exstat, à Berengario Prasule mansum unum, situm coram manso Ecclesiastico. Simili modo Mansa duo in jam dicta Villa. Est ergo Mansum, seu Mansus, seu Mansa locus Mansionis, idest Villa, & quæ circum eam, unde quis se, & familiam suam (inquit Cujacius lib. 1. de feudis) tueri satis commodè potest, & præterea censum Domino referre, quod veteres dixerunt Hæredium. Monast. Anglic. pag. 441. *Dedi præterea, & concessi colonos, & eorum tenuras, & mansos, & quicquid servitii de eisdem habebam, perpetuo jure in eleemosinam.* Et pag. 899. *Quot fuerunt Villa, vel Mansa. Hinc Massa, & Massarius. Quod enim alii Mansum, Cassiodorus appellat Massam, supra ad lib. 1. ex Damaso Massa Gargiliana. Dicitur etiam Curtis à Latino Cors. Verus vocabularium. Mansus secundum vulgare Italicorum dicitur pars terræ, quæ duobus bobus sufficit in anno ad laborandum. Contra, Jugerum unius diei labor boum. Reperies quoque Mansuras. Monast. Anglic. pag. 75. *Ex dono Domini Gernegoti tres Mansuras. Ex venditione Reginaldi habemus tres mansuras, & sex bovatas terra.***

**E** Est etiam nobis mansus Juvencus, & fortè ex eadem origine. Item Mansus pro Mansueto.

superiori, & inferiori parte ipsius castri, quam plurimæ petiæ de terra (6), & Molendinum in loco, qui dicitur Campaldus in fluvio Fuculo, & curtes, quæ sunt in Benselio, quæ Berta filia Compalatii Ticinensis (7) obtulit Beato Benedicto intra hos fines. Ab Oriente limes Bisentulæ. A meridie via, quæ appellatur major, & limites de Maleandroni. Ab occidente flumen Riolum subtrus Castellione, in Postumiano sex, in Laino jugera II. Hæc, inquam, omnia, cum universis pertinentiis, & appendiciis suis in circuitu, cum casalibus, fundis, & cum Dompnicalibus, cum villis, rusticis colonis utriusque sexus, cultum, incultum, divisum, indivisum, subter, & super, ad jus pertinuerant antiquitus Monasterii Casinensis, de his omnibus Imperator, veritate cognita, Mathildæ Comitissæ præcepit, ut cuncta jam dicta eidem Fratri recontignaret (8) pro parte, & vice Monasterii Casinensis, centum librarum auri pœnâ appositâ. Per idem tempus Monasterium Sanctæ Mariæ de Cinglis, de quo etiam, tempore Abbatis Desiderii, & hujus Abbatis diu proclamatum fuerat contra Abbatissam Sanctæ Mariæ in Capua, quæ ibidem violenter ingressa fuerat, visis utriusque partis juribus, prædictus Pontifex nobis restituit, & per privilegium sub dominio hujus Cœnobii, & ordinatione manere constituit. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo nonagesimo octavo, Luna XII. in ortu suo defectum passâ (9) paulatim redintegrata est Nonis Junii. Eodem anno bonæ memoriæ Urbanus Apostolicæ Sedis Præful obiit, cui Raynerius Abbas Sanctorum Laurentii, & Stephani in Apostolicam Sedem Pontifex subrogatur, Paschali nomine (10) illi imposto.

(6) Frustum, fragmentum terræ, Italicè *Pezza*. Martinus derivat ab Hebræo verbo, quod significat *Frangere*. A *petia* fit etiam barbarum *Repetiare*, *Rappezzare*. *Tunicam repetitam* dixit Philippus Diez concione 1. Fer. 2. Pentecost. Hinc *Pittacium* segmentum corii, vel panni, quo calcei, vel vestes confuuntur, & reconcinnantur, nisi veriùs *petia* dicta est à *Pittacio*, priùs enim est integrum, quam corruptum. Est etiam *Pittacium* parva Epistola, quia tabellâ scribebatur, hoc est tabulæ frusto. Infra ad cap. 34.

(7) *Compalatii*, vel legendum *Comitis Palatii*, vel per sincopam sic dicebatur. *Ticinensis* autem dixit, quòd Ticinum Regia olim fuit Langobardorum, & Palatium habuit, idest, Regiam aulam.

(8) Erant quippe intra fines ditionis Mathildæ; sed ab ejus Ministris è Monasterii possessione subducta. Ideo ab Imperatore Mathildæ jubetur, ut per ejus præceptum restituerentur.

(9) Mense Julii, ex Ignoto Barenfi, hoc eodem anno. Quarto Kal. Augusti. Panvin. Mercator, & alii.

Urbanus, Milonis filius, Gallus, Otho de Castellione antea vocatus, Monachus Cluniacensis Cœnobii: In Cavenfi quoque aliquandiu moratus perhibetur, cujus Monasterii Basilicam jam Pontifex consecravit, eidem amplissima contulit privilegia. Inter heroicis Pontifices jure numerandus. Officium Beatæ Virginis, à Monachis, quibus à seculis in ore fuerat, ad Clericos propagavit, & secularibus etiam commendavit, qua in re falluntur, qui eundem Urbanum officii Mariani instituerunt.

A *Qualiter concessa fuit huic Monasterio Ecclesia Sancti Nycolai de Turri Pagana in Beneventana Civitate.*

## CAPUT XIX.

PER Idem tempus, Anso Rector Beneventani Principatus ad fidelitatem Romanæ Ecclesiæ (1) & nobiles viri fratres sui Dauferrius, & Atenulfus, Johannes, & Berardus, Petrus, & Alfanus, & Liuprandus filii Domini Dacomari Beneventani Præsidis oprulerunt Sancto Benedicto Ecclesiam Sancti Nycolai constructam sursum in Turri nova Beneventanæ Civitatis, quæ vocatur Pagana (2), quam ipse genitor eorum ampliaverat, cum casis, terris, molendinis ad fluvium Sabbatum, & cum omnibus pertinentiis suis. Ipsi enim fratres ante hoc tempus fecerant privilegium dictæ Ecclesiæ de omnibus rebus suis. Berardus etiam Marforum Comes illis diebus optulit huic Cœnobio Ecclesiam Sancti Martini in territorio Marficano, juxta lacum Fucinum, loco, qui Filimini appellatur, cum omnibus pertinentiis suis, terris, vineis, & uno servitio piscatorum, & rebus suis.

B *Qualiter Rogerius Comes Syculiæ, & Calabria confirmavit huic Monasterio omnia, quæ Rocca neptis sua dederat.*

## CAPUT XX.

INterea Rocca filia Drogonis Comitis optulit quadraginta & sex homines in vico Sellectano (1), & in Castellione septem homines cum omnibus rebus eorum stabilibus, vel mobilibus, & filiis eorum, & alios, cum reversi fuerint, qui exiverant de ipsis terris. Sed Comes Roggerius Siciliæ, & Calabria, confirmavit omnia (2), quæ Rocca neptis sua

D torem autumant; aut Petrum Damiani; vel Cistercienses: nam ab ævo Gregorii Tertii, veriùs secundi, & Zachariæ, officium Beatæ Mariæ, unâ cum officio Domini quotidie ex Apostolico præcepto Casini recitabatur, ut notavit Petrus Diaconus in cap. 64. Regulæ, & ex eo Ferrar. noster in cap. 20. qui, quoniam fidem meam ibidem oppigneravit super editione illius antiqui Psalterii Mariani, eam libens nunc solvo, & post chronicon, atque notas, publici juris, ex nostro privato penu, faciam. Primum auctorem Mariani Psalterii fuisse Sanctum Patrem Nostrum Benedictum tradit B. Alanus de Rupe; qui obiit anno 1475. Sedit Urbanus annos undecim, menses quatuor, dies 18. ex Panvinio: ejus obitum ab eclipfi prænunciatum videtur indicare Auctor noster, cum alterum alteri nectit; sed Eclipsim in Eclipsi fecit Lauretus.

E (10) 18. Kal. Septembris anno 1099. Crescentii filius, Tuscus, ex Oppido *Blera*, *Reginerius* aliis dictus.

## IN CAPUT XIX. NOTÆ.

(1) Erat enim tunc Beneventum sub jure Ecclesiæ Romanæ, ex commutatione Bambergæ sub Leone Nono supra lib. 2. cap. 84. Ejusque Præfecti tunc cœpti sunt dici Rectores. Peregryn. in Falcon. Benev. initio.

(2) *Turris Pagana*, non, *Terra pagana*, ut substituit Lauretus. Vide Regulum Petri num. 529.

## IN CAPUT XX. NOTÆ.

(1) Commutato postea cum Castro Fella prope Citrarium, sub Guilielmo Rege 1184. ut ex nostro Tabulario.

(2) Reg. num. 513. anno 1098.

sua (3) huic Cœnobio dedit, videlicet omnia illa, quæ in vico Sellectano possederat. Pari etiam modo Berardus Comes filius Oderisii Sangretani Comitis obtulit Beato Benedicto totam, & integram pertinentiam, quæ sibi pertinebat intra fines montis Aze pro pascuis, exceptis silvis, & cultis terris, pratis defensis, nec non optulit cunctum, & integrum locum, qui dicitur de Lacuyivo, & cunctum, & integrum locum, qui dicitur Godi, & quantum sibi pertinuit de Pantana, totamque, & integram Claranam, & Muri-centum, & Altareofaniam, & quantum sibi pertinuit de loco, qui dicitur Saphinum, & campum de Armonia. Simili modo nobilis vir Maxarus habitator Civitatis Albæ in territorio Marsicano obtulit huic Sancto loco Ecclesiam suam Sancti Martini in dicto Territorio, ubi dicitur Sclavi, cum XXX. modis de terra, & omnibus pertinentiis suis. His etiam diebus Abbas noster Oderisius commutationem fecit cum Benedicto Terracinenfi Episcopo de Ecclesia Beati Andreae Apostoli, quæ posita est in civitate ipsa prope Episcopium cum cimiterio, & domibus, & plateis, pro qua recepit Ecclesiam Beati Nicolai sitam extra civitatem ipsam juxta portam Albinam cum cimiterio, & orto, & domo, centum solidorum pœnâ appositâ, si id remove quæssisset. Porro cum à Papæ Gregorii septimi sextus decimus (4), & Victoris tertii quartus decimus, & secundi Urbani transitu, ac subrogatione Paschalis secundi secundus jam annus esset elapsus, & ab Incarnatione Dominica nonus nonagesimus & millesimus voveretur, Guibertus Hæresiarcha, inuasor Romanæ Ecclesiæ vita privatus est. Post non multum temporis spatium Landulfus Comes, filius Laydolfi Comitis, optulit Beato Benedicto totam, & integram Roccam de Camino, (5) cum suo castro, & suis pertinentiis. Sequenti autem anno Rocca, quam supra nominavimus, fecit privilegium (6) de hominibus undecim, quos habebat in vico Sellectano cum famulis, terris, & vineis eorum, & cum omnibus, quæ ad ipsos pertinebant. Optulit etiam per privilegium Ecclesiam Sancti Petri, quæ est ad Ferulitum, (7) & medietatem Ecclesiæ Sancti Dimitrii, quæ est oblata prædictæ Ecclesiæ Sancti Petri (8), & medietatem de omnibus terris cultis, vel incultis, montibus, planis, aquis, molendinis, pascuis, atque paludibus, & portus ipsius maris, auri librarum quinquaginta pœnâ appositâ.

(3) Drogo fuit Frater Roberti Guiscardi lib. 2. cap. 67. Robertus autem Pater Rogerii: si ergo Rocca fuit filia Drogonis, non ergo fuit neptis Rogerii. Verum eadem Rocca ibidem infra à Rogerio vocatur *Consobrina*. Hæc omnia supranominata, quæ tribuit Rocca *Consobrina mea, Monasterio Sancti Benedicti, laudando firmo ego Dux Rogerius, pro redemptione anima, avunculi mei Drogonis*. Sicut autem Drogonem Patrum vocat avunculum, ita Roccam Consobrinam vel potiùs Patruelem, appellat neptem.

(4) Mendum hic irrepisse suspicatus Lauretus, pleraque mutavit, excidit, detorsit. Cui magis fidendum ipse sibi præscribat eruditus Lector. Numeralium errorum ampla seges occurrit in Auctoribus; At interdum, erri videantur discrepare, minimè discrepant, numerantibus quibusdam annos ab Incarnatione, aliis à Nativitate; his ab electione Pontificum, illis à Coronatione, &c. Vide Ba-

A *Qualiter Paschalis Papa Privilegium Sancti Nicolai de Turre Pagana huic Monasterio concessit.*

## CAPUT XXI.

DEMUM Abbas noster Oderisius à supradicto Papa Paschali privilegium concessionis de Sancto Nicolao in Benevento (1), & libertate ejus, cum omnibus, quæ tunc possidebat, idest, molendina duo sub uno tegmine, centimolum (2), ortos, cum diversis arboribus, curtes decem cum terris, & silvis suis & domibus. Addidit etiam idem Pontifex Ecclesias has, videlicet, Ecclesiam Sancti Nicolai in Urbiliano, prope Petram pedicinam cum pertinentiis suis. Ecclesiam Sancti Nicolai, quæ vocatur Rodenandi, cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sanctæ Mariæ, quæ vocatur Rotunda, cum pertinentiis suis, & Balneum, juxta Ecclesiam Sancti Potiti.

B *Qualiter quidam nobiles Capuani huic Monasterio Turrem de Mari obtulerunt in Sueffana civitate.*

## CAPUT XXII.

C TUNC temporis, Laydolfus filius Petri Laydolfi vir nobilis de civitate Capuana optulit Beato Benedicto integram Turrem, quæ vocatur de Mari (1), quæ est infra fines Sueffanæ Civitatis, juxta fauces Gariliani fluminis, & aquam, & alveum prædicti fluminis, cum ripis ejus, & terra, & silva, quæ nominatur Pineta cum aliis terris ibi conjunctis. Per idem tempus Gualterius Comes donavit casas, & casalina infra Civitatem Teramnensem (2), & vineam, terram, molendina, & alvea in Castaldatu Teramnensi, & silvam infra Ducatum Spoletinum in locis, ubi dicuntur Cifalanum, & Praclepetanum, & quartam portionem Castellum Johannis, & Pauli, cum pertinentiis suis. Dedit etiam idem Gualterius omnes res, quæ fuerunt Ascari, in valle, quæ dicitur Praracelle, & Interampnes, exceptâ Ecclesiâ Sancti Paterniani, cum sua pertinentia, & dedit medietatem Cifelani, cum pertinentiis suis, & omne, quod fuit Unaldi in Gruttule, & in Cinqualio, & in Sallano, & in plano Episcopale, & in Joniano, & in Producte, & in Mandulano, & terram in Cinqualio, & terram juxta frontem Gruttule.

Qua-

ron. tom. 12. pag. 7. & supra hic lib. 3. in cap. 49.

(5) Non, de Comino, lib. 2. cap. 26.

(6) Regest. num. 516.

(7) Reg. num. 517.

(8) In chartula citata. *Qua est obedientia prædictæ Ecclesiæ Sancti Petri, hoc est subdita illi, eo quod illi oblata, & donata.*

## IN CAPUT XXI. NOTE.

(1) Supra cap. 19.

(2) Molam domesticam, jumento actam, à qua differt *mola Trusatilis*, quæ manibus truditur, volviturque. Centimolum quandoque dicitur *Molendinarium caballarium*, apud Vofs. de Vit. ferm. pag. 509.

## IN CAPUT XXII. NOTE.

(1) De qua supra, non semel.

(2) Interamnium in Ducatu Spoletino, infra in cap. 32. Gualterius, de quo hic, Comes erat Spoleti. Reg. num. 560. Lauretum nihil moror.

*Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti Stephani à Benedicto Terracinenſi Epifcopo.*

CAPUT XXIII.

**H**oc præſidente Abbate anno Domini MCIII. ſeptimo decimo anno promotionis ſuæ, dedicata eſt Eccleſia Sancti Stephani à Benedicto Terracinenſi Epifcopo Nonis Novembris, in qua ſunt reconditæ Sanctorum Reliquiæ, quæ ſubter adſcriptæ ſunt. De panno ubi involutus fuit Chriſtus, quando natus eſt. De lapide, qui fuit ad oſtium monumenti Domini. De palma, quam tenuit Dominus in manu, quando ei via conſtrata eſt, Sancti Mathæi Apoſtoli, Bartholomæi Apoſtoli, Stephani Protomartyris, Laurentii, Vincentii, Sebaſtiani, Ciriaci, duodecim fratrum, Coſmæ, & Damiani, Luciæ, & Geminiani, Marii, & Marthæ, Tyburtii, & Valeriani, Georgii, Ypoliti, Martini Turonenſis. Stephani Papæ, Calixti Papæ, Cornelii Papæ, Cypriani, Priſcæ, & Adelberti. In hac Eccleſia cum inventa fuiſſent Corpora Sanctorum Monachorum Paulini, & Auguſtini Beatiſſimi Benedicti Diſcipulorum (1), cum aliis duobus ſepulta, Dæmoniacus quidam ibidem veniens, clamare cœpit, dicens: Paulinus, & Auguſtinus Diſcipuli Benedicti, cum duobus ſociis ſuis me eiciunt. Hæc dum crebrò per os illius diabolus diceret, cum ſanguine immundus ſpiritus egreſſus eſt. Oderiſius autem Abbas Sanctorum inde corpora elevans, in muro Eccleſiæ Sancti Andreæ Apoſtoli reverenter locavit.

*Qualiter Guilielmus Comes Montis Gargani huic Monasterio fecit Privilegium de Cœnobio Monialium poſito in eadem civitate (1).*

CAPUT XXIV.

**I**nter hæc Guilielmus Comes Civitatis montis Sancti Michahelis Archangeli fecit privilegium Beato Benedicto de Xenodochio extra dictam civitatem cum pertinentiis ſuis, & conceſſit eidem Xenodochio terras, & Eccleſias. Henricus verò frater ejus conceſſerat priùs cuidam Ziano ſuo terras pro conſtruendo ipſum Xenodochium, demum conceſſit Xenodochio ipſi Eccleſiam Sancti Nicolai in Tiliata cum pertinentiis ſuis, centum unciarum auri pœnâ appoſitâ. Johannes quoque Comitellus optulit partem ſuam, ideſt integram medietatem de Eccleſia Sancti Benedicti Xenodochio memorato. Urfus etiam cognomento Spina partem ſuam optulit de dicta Eccleſia Sancti Benedicti in ipſo Xenodochio: ſed & Sico Presbiter, & Manus Urfus, & Leo nobiles viri de dicta Civitate optulerunt Eccleſiam Sancti Altiffimi dicto Xenodochio, conſtructam in ſilva ad Marruta, quam habebant à paterna, vel materna ſubſtantia. Hujus Abbatis anno ultimo Rogerius Dux fe-

IN CAPUT XXIII. NOTÆ.

(1) Hoc enim Monasterium conſtructum legitur, vivente Sanctiſſimo Patriarcha 2. Dialog. cap. 22.

IN CAPUT XXIV. NOTÆ.

(1) Titulus meminit de Monasterio Monialium, intra Civitatem; At in corpore capituli, nil de eo, ſed de Xenodochio extra Civitatem. Tom. IV.

**A**cit privilegium huic Cœnobio de terris in-  
pertinentiis Trojanæ Civitatis.

*Qualiter Robertus Comes obtulit huic Monasterio Caſtrum Pontis curvi. De oblatione Vitecuſi, & de Obitu Oderiſi Abbatis.*

CAPUT XXV.

**R**ycardus quoque ſecundus Princeps, interventu Robberti Comitit dedit huic loco oppidum Pontifcurvi (1), cum pertinentiis ſuis, exceptis caſtellis de foris, cum illorum pertinentiis, & excepto feudo Rycardi de Aquila, quod ibi habebat in vita Gualguani. Quod videlicet oppidum idem Gualguanus nomine dotis uxori ſuæ dedit, & moriens dereliquit: ſet illa debitam ſecuritatem dicto Principi facere contempſit, & contra voluntatem ſuam hoſtibus ipſius ſejunxit, & guerram (2) ſibi fecit, & negotium cum eis commiſit, & annonam eis tribuit, ob quam culpam prædictum oppidum in Principis jurisdictionem, & poteſtatem evēnit, & præphato Robberto Comiti, fratri dictæ uxoris Gualguani prædicti dedit, per quem videlicet Comitem, & à quo præſatum oppidum in noſtro Cœnobio datum fuit. Sed & Robbertus Cajatanorum, atque aliorum multorum Comes, filius Raynulſi Comitit ſuperiùs nominati partim dono, partim pretio conceſſit, & confirmavit huic Cœnobio oppidum de Pontecurvo cum ſuis pertinentiis, ex conceſſione Rycardi ſecundi Principis, qualiter à prædicto Principe ſibi conceſſum fuit, quod videlicet Gualguanus triduo antequam moreretur, poſſidere viſus eſt. Nobilis etiam mulier Berta, filia Unaldi dedit, & optulit huic Cœnobio Eccleſiam Sancti Martini conſtructam in Spoletina civitate in loco, qui dicitur porta Sancti Laurentii, cum omnibus pertinentiis ſuis. Demum Tobaldus, & Petrus Caldina viri nobiles, & alii IV. optulerunt huic loco Giſſum in monte de Trequanzano in Caſtro Argenti. Robbertus quoque de Buthone vir nobilis cum uxore ſua Sica optulerunt, & tradiderunt Sancto Benedicto medietatem de Eccleſia Sancti Petri conſtructa ad Ferulitum, cum omnibus dotibus, quæ eidem Eccleſiæ pertinent, & cum Eccleſia Sancti Dimitrii, cum terris, ſilvis, planis, montibus, paſcuſ, aquis, molendinis, atque paludibus. Circa hos dies Matilda Comitiffa conceſſit huic loco tertiam partem de curte Sancti Benedicti, quæ dicitur in Paſtorini. Ugo Comes de Molifio, filius Comitit Raulis optulit Beato Benedicto integrum Caſtellum nomine Vitecoſum, cum pertinentiis ſuis. Præterea præſatus Abbas recepit à ſupradicto Papa Paſchali privilegium generale (3), prout receperat ab Urbano Secundo ſuperiùs nominato. Huic quoque Abbati, & ſucceſſoribus ejus Prolo-mæus Conſul, & Comes Tuſculanæ affidavit unum navigium in qualicumque navigio ſint hujus Cœ-

IN CAPUT XXV. NOTÆ.

(1) Regeſt. num. 511.  
(2) Vox eſt Germanica, de qua ſapè in legibus Regni Neapol. *Diffidium* ſignat, *Bellum*, & privatam quoque *mimicitiam*. Innumeri nomen uſurparunt. Voſſ.  
(3) Reg. num. 40.

Cœnobii Monachi, ut in mari, & terra securi sint à se, suisque hominibus, & omnia mercimonia eorum, & omnes homines, qui fuerint inventi navigio ipso eundo Sardiniam, & redeundo Gajetam, poenâ appositâ, ut omnia sua perdant hoc removere temptantes. Obiit autem præfatus noster Abbas Oderisius quarto nonas Decembris (4).

Otto Abbas hujus Monasterii tricesimus nonus sedit anno uno, mensibus decem. Hic nobilissima Fundensium Consulum profapia ortus, in ipsis infantia annis Omnipotenti Deo oblatas, atque à venerandæ memoriæ Patre Desiderio sanctæ conversationis habitum indutus est, qui cum aliquantos annos in sanctæ religionis studio peregrisset, in Monasterio Sancti Nicolai in Pica Præpositus ordinatus est. Defuncto autem piæ memoriæ Abbate Oderisio, cum Fratres, ut in talibus rebus consuetudo est, ad hujus Cœnobii Abbatiam regendam unusquisque suum Abbatem eligere vellent, priores, quorum pars sanior, & religiosior erat, nimis hæc indignè ferentes, de eodem viro fratribus suum velle notificantes, eum in hujus loci regimine Abbatem elegerunt. Princeps autem Ricchardus eo tempore infirmitate gravissima laborabat, & cum non posset in servitio ejusdem Abbatis venire Casinum, ex latere suo strenuos destinavit viros, qui eidem Abbati servitia sua fideliter offerrent (5). His ita peractis, ingravescente infirmitate, vitâ decessit, & Robertus frater ejus illi in Principatum succedit (6).

*De Ordinatione Abbatis Oletonis, (1) & de obitu Henrici Imperatoris.*

#### CAPUT XXVI.

PER idem tempus defuncto augustæ memoriæ IV. Imperatore Henrico (2), qui cum Gregorio Septimo Papa de Ecclesiarum investitura plurimum disceptaverat, Henricus quintus filius ejus Romani Imperii gubernacula regenda suscepit. Hic Abbas concessit Girardo filio Girardi de Corvazzano, libellario more, terras pertinentes Ecclesiæ Sancti Benedicti de Pastorivo, usque in tertiam generationem, recipiens in præsentem Lucensis monetæ solidos centum viginti: annualiter verò pro censu solidos tres de omnibus frugibus, quæ ibidem annualiter fuerint. Similiter fecit Abbato Raynaldo, & Sicefrit de Falsabrina, & Albertino, filio Bonifatii de aliis terris ibidem, recipiens ab eo tantumdem pretii. Huic Abbati Robbertus Princeps

(4) Anno 1105. sanctitatis nomine colitur in fastis Benedictinis. Bucelin. Menard. & alii ex nostris tabulis.

(5) Sicut promiserat ex Investitura Castri Sui supra cap. 7.

(6) Robertus primus Ricardi frater Princeps fuit ab anno 1107. ad 1120. quo obiit 3. Nonas Junii, sæpè de eo Auctor noster. Vide Peregrin.

#### IN CAPUT XXVI. NOTÆ.

(1) De qua tamen non hic, sed in capite præcedenti. Quare titulus præfatus præfigendus potius fuisset verbis illis. *Hic nobilissima &c.*

(2) Etatis suæ anno 55. Christi 1106. Mense Februario, ex Mercatore, vel 4. Idus Augusti, ex Domnizone, vel 7. Idus ejusdem, ex Ufpergeni. Obiit apud Leodium & ibidem sepultus in Ecclesia, Postea, jubente Summo Pontifice Paschali, à Cemeterio exhumatur,

A sacramentum fecit, confirmans de more omnes pertinentias Monasterii hujus.

*Qualiter Alexius Imperator Constantinopolitanus misit Beato Benedicto unum optimum pallium.*

#### CAPUT XXVII.

HOC interea anno Alexius Constantinopolitanus Imperator per Apocrisarios Imperii sui transmisit Beato Benedicto pallium purpureum optimum, de quo prædictus Abbas pluviale aureis listis ornavit, & tunicam ejusdem subtegminis fieri jussit. Direxit præterea cum eisdem Legatis ad Imperatorem, nuntium suum cum litteris, per quas Oderisium Abbatem de hac luce migrasse, & se in Monasterii regimine, & in amore, ac servitiis ejusdem Imperatoris (1) successisse notificavit. Eodem verò anno Carbonellus vir nobilis optulit (2) Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Gregorii, & Sancti Nicolai, & Sanctæ Agathæ in Tarsia ad locum Pectianum, cum omnibus rebus, ac pertinentiis suis, centum librarum auri poenâ appositâ.

*Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti Angeli in Formis, à Sancto Brunone Syngnensi Episcopo.*

#### CAPUT XXVIII.

SEQUENTI tempore idem Abbas Capuam pergens cappellam Sancti Angeli ad Formas, quæ in honore Sancti Nicolai noviter constructa erat, fecit à Brunone Signensi Episcopo, & hujus Cœnobii Monacho dedicari, convocato etiam ad hoc Senne Capuano Archiepiscopo. Facta itaque dedicatione, alia die idem Archiepiscopus, coadunata multitudine Capuanorum, vel aliorum virorum, armata manu, misit illos ad eandem Ecclesiam violandam, altareque destruendum, & reliquias inde diripiendas, sibi que asportandas. Quo facto conquerebatur contra nostrum Abbatem, & jam dictum Episcopum, quod contra Canones erga se egissent in eadem dedicatione, non cedentes sibi Metropolitanano in his, quæ Archiepiscopum agere decet. Nostri autem, & jam dictus Episcopus dicebant, quia simul concorditer fecissent omnia, quæ ibidem acta sunt. Hac de re proclamantibus nostris Romæ in Synodo, idem Archiepiscopus & irruptionem Ecclesiæ, & destructionem altaris, ac reliquiarum violentiam unâ cum Clero, & Populo civitatis honorificè se emendare hu-

utpote excommunicatus, & omnis ei Ecclesiastica sepultura interdicatur. Henricus filius infra cap. 36. rogat, ut Patris cadaver in Ecclesia ressepeliri Papa permittat. Vide Baron. tom. 12. an. 1106. ubi plura huc spectantia. Bruno Monachus in historia, quam scripsit, Belli Saxonici, hunc Henricum scelestissimum depinxit, sed pro eo Apologeticum composuit Marquardus Freherus. Nos autem gestis credamus, quæ silentio ab Auctoribus non sunt obvoluta.

#### IN CAPUT XXVII. NOTÆ.

(1) Occidentis Imperatori, fidelitatem protestatur, Orientali Amorem, & servitium, & infra cap. 46. Servitium, & orationem. Urbanitatis, & charitatis hoc officium, illud Clientelæ.

(2) Regest. num. 573.



humiliter spondit, quod & fecit. Hic Abbas rogatu Fratrum nostrorum concessit, & confirmavit eis castrum Citrarizæ (1) cum pertinentiis suis.

*Qualiter Monachi conabantur Abbatem Oſtonem deponere, & qualiter Miraculum fuit in Francia meritis B. Benedicti.*

CAPUT XXIX.

**E**O igitur tempore, cum Fratres necessitates multimodas sustinerent, Abbati nostro Oſtoni exinde conquerentes, rogabant, ut iusta regulæ præceptum eis necessitatem corporum tribuant, reminisci illum debere, quod Parris Oderisii tempore idem ipse jam dicto Oderisio exinde sæpius conquestus fuerat. Abbas autem nimis hæc indignè, & ægerrimè ferens, fatetur se deliquisse, fatetur malè egisse, quod Abbati Oderisio multotiens obſliterit, quod contradixerit. Fratres & in Deum, & in Patris Benedicti regula delinquere, quod necessitates corporis animarum saluti præponerent, reminisci illos debere, primum esse quærendum regnum Dei, & iustitiam ejus, & hæc omnia adicientur illis. Quid multis? Videates Fratres eundem Abbatem contra Patris Benedicti præceptum studere plus timeri, quàm amari, jam dicto Papæ Paschali nonnulli ex ipsis, cæteris ignorantibus, absconditè litteras dirigunt, quod non Fratrum unanimi consensu electus esset, quod seditiosè, & nequaquam canonicè ad Casinensis Abbatizæ officium promotus fuisset. Hæc ergo causa Romanum Pontificem contra eundem Abbatem commotum omnimodo reddidit. Quod cum Abbas certo certius agnovisset, hoc à Fratribus actitatum, occasione contra eos accepta, illos de Monasterio expulit. At Fratres è Casino expulsi Romam adeunt, acta, & dicta Pontifici per ordinem pandunt. Pontifex autem eosdem Fratres ad remorandum ad Beati Pauli Apostoli Monasterium dirigens, nonnullos ex ipsis in suamet curia secum manere constituit, urbemque egrediens, pro causis Ecclesiasticis Galliam ingressus, venit ad Floriacense Monasterium Benedicti Patris nomine consecratum. Agebatur porrò ab illis tunc falsissimæ Translationis Beati Benedicti celebritas (1): At Pontifex eandem Translationem falsam esse affirmans, non festivitatis, sed diei officium celebrare cum Cardinalibus Italicis cœpit. Monachi autem supradicti loci cum nonnullis Episcopis, & Cardinalibus Gallicanis Translationem celebrare incipientibus, Papa orationem fudit ad Dominum, obnixè exoptulans, ut de eadem re veritatis indicium sibi ostendere dignaretur. Celebrantibus autem illis nocturnalem Synaxim, tantus stupor, & ebetudo mentis eos invasit, ut omnino, quid dicerent, ignorarent; Attoniti autem tanto miraculo, regulare officium decantare inoffensè cœperunt, mox enim, ut Translationis cantum celebrare disponebant, horrore simul, & stupore replebantur. Quod Reverendissimus Pontifex advertens, glorificare cœpit,

**A** & benedicere Deum, & Benedictum famulum ejus. Facto autem mane, Abbatem ad se, & Monasterii Priores convocans, præcepit ut altare de loco tolleretur, quatinus omnes patenter agnoscerent, utrum-nam vera esset, nec ne Translatio illa, nolle ulterius aliquos de corpore Beati Benedicti illorum ambagibus decipi, quem ipse temporibus Papæ Alexandri in Monasterio Casinensi inventum esse, certissimè noverat. Illi autem prostrati pedibus ejus, rogare cœperunt, ne altare effodere præciperet, ne Monasterium destrueret, se nichil certi de corpore Beati Benedicti, nisi famam tantum à majoribus suis accepisse, si reliquiæ non invenirentur, scient certissimè Monasterium destruendum, & possessiones à quibusque diripiendas. Tunc Papa illorum precibus inclinatus conticuit, interdicens omnino, & ex parte Sedis Apostolicæ præcipiens, ut ulterius eandem falsissimam Translationem celebrare nequaquam præsumerent. Idem præterea Apostolicus ordinatis in Gallia negotiis suis, Romam reversus est. Et quoniam, ut supra taxavimus, facientibus nostris de Casinensis Abbatis electione, prædictus Pontifex ultra modum commotus erat, Fratres, qui à nostro Abbate ad eum directi fuerant, monuit, ut de Abbatis electione Patris Benedicti instituta servarent. Cumque illi Abbatis electionem unanimi Fratrum consensu factam esse astruerent, & nequaquam seditiosè, sed canonicè ad id officium promotum dicerent, Papa respondit. Quomodo canonicè vester Abbas electus est, qui sibi devotis, & fidis concessit obedientias, repugnantes de Monasterio expulsi? Sed nunc ad Monasterium redite, ibi per me, sive per nuntios meos electione illius pleniter examinata, quod erit canonicum, statuam. Egressis igitur illis, cum hi, qui supradictum Abbatem exosum habebant, commotum Apostolicum adversus eum agnovissent, molestias, quas poterant, illi inferre non desinebant: Comites interea, Aquinenses, cum ab hujus loci infestatione nequaquam cessarent, ad illorum nequitiam refrænandam idem Abbas animum dedit, singula namque Monasterii Castra vallo in giro munivit, ibique ruricolæ, qui eatenus in villis deguerant, manere constituit, sicque contra eosdem Comites se præparare modis omnibus cœpit. Dignum sanè videtur ad posterorum memoriam Ystoriæ præsentis annexere miraculum, quod in hoc Monasterio omnipotens Deus ad laudem, & gloriam sui nominis ostendere dignatus est.

*De Obitu Oſtonis Abbatis hujus loci, ac de Miraculo in hoc Monasterio viso.*

CAPUT XXX.

**T**empore siquidem ipso dum Johannes, cognomento Affidatus, in mansiuncula, quæ turri Patris Benedicti conlateralis est (1), nocturno tempore, sopori membra dedisset, evigilans, audivit dulcisonum officium ante nocturnalem Synaxim in Beati Patris ædecula

IN CAPUT XXVIII. NOTÆ.

(1) Hoc est ad usum, & beneficium Conventus, supra alibi.

IN CAPUT XXIX. NOTÆ.

(1) Adi Lauretum Opusculo singulari.

IN CAPUT XXX. NOTÆ.

(1) Et infra *Turrem cum largo habitaculo*. Meminit hujus Turris Gregorius secundo Dialog. cap. 35. Consule notas nostras ibidem.

ab Angelis celebrari (2). Ad quod stupefactus, Sebastianum, qui juxta eum quiescebat, interrogat, si jam Fratres ad nocturnale officium surrexissent, qui cum adhuc primam noctis vigiliam manere dixisset, jam dictus Johannes exurgens ad turrem accessit, quam immensi splendoris, & inauditi odoris replebat fragrantia. Stupefactus autem, & id, quod in re erat, advertens, Ottonem Abbatem adiit, quæ visa, & audita fuerant, seriatim enuntiat, qui Deo omnipotenti gratias agens, juxta quod venerandæ memoriæ Victori Tertio Papæ, & Theodemario servo Domini revelatum fuerat, jam dictam turrem cum largo habitaculo in Oraculum Domini Salvatoris, & ejus Genitricis Virginis Mariæ dedicari constituit, convocatisque artificibus, cellarium inter dormitorium, & titulum Sancti Protomartyris Stephani construxit: sed morte præventus, explere nequivit. Jam dictæ verò cantilenæ suavitas, & odoris fragrantia, ac lucis immensitas, ab antiquis viris in jam dicta turri in præcipuis festivitibus visa, & audita narrantur, sed quam maximè unoquoque anno depositionis die Beati Patris Benedicti adveniente, audiri, & videri solitum est. Obiit autem præfatus Abbas die Hæalendarum Octobrium, & sepultus est juxta Ecclesiam Sancti Andreæ Apostoli in Cymiterio Fratrum introeuntibus jam dictum Cymiterium ad Lævam.

Beatissimus Bruno Abbas hujus Monasterii quadragesimus sedit annis tribus, mensibus decem.

(2) Cœlestis aulæ spiritus Creatoris laudes die, nocteque, alterno concentu, incessanter celebrare, veteris, & novi Testamenti produunt Oracula, quo de argumento, piè, ac præclare, ut semper, Joannes Bona de Divina Psalmodia cap. 1. §. 2. & cap. 17. §. 1. & 2. Hoc verò, spiritualiter intelligendum ignorat nemo, qui, Angelos omnino incorporeos esse, sciat. Cæterum, qua ratione fiat, ut spirituales illæ substantiæ invicem concinant, eadem quæstio est, quomodo invicem colloquantur. An scilicet ministerio nativarum specierum, an impressione spiritualium signorum ad arbitrium loquentis. Cujus arcane difficultatis solutio obscurior est, & ampliori indigens circuitu, quam ut notarum cancellis contineri, aut brevi digressionem illustrari queat. Facilius explicatur, quomodo Angelicus concentus ab hominibus audiri possit. Licet enim Angeli sensibilis vocis organa naturâ non habeant: ea tamen sibi conformare in assumptis corporibus, aut alia ratione sonum in aëre producere possunt; qui vocem imitetur, ad humanas aures pertingentem.

De his in Commentariis de Angelis. Cur autem harmonia dulce sonet, ac tam libenter audiatur? Surdi, diceret Aristoteles, hæc est interrogatio: quemadmodum Cœci, cur tanta cum voluptate cernamus pulchra. Neque mirum, in humanos animos (si Cynicos excipias, & Ægyptios, ex Laërtio, & Diodoro) Musicam suaviter illabi, cujus suavitatem muta quoque percipiunt animantia. Locupletem restem habemus Plutarchum in Symposiacis, ubi, *Brutorum*, inquit, *pleraque deliniri, affoque plurimum Musica, sicut fistula Cervos, & Ciceronem pro Archia. Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur. Pythagoras tibicen dicitur luporum impetum cohibuisse vehemen-*

*De Adventu Sancti Bruni ad hunc locum, & de bonis operibus suis.*

### CAPUT XXXI.

**H**ic Liguriâ Provinciâ ortus (1) ex illustri Astensium civium prosapia, sed illustres ab infantia possidens mores, liberalibusque studiis à pueritia sufficienter instructus, Astensis Episcopii Canonicus extitit. Qui, desiderio regni cœlestis, patriam, parentisque relinquens, ad hunc locum, ut Deo liberius sub Monachili habitu deservire videret, Romanam properans venit ad urbem. His porrò diebus Urbanus Papa secundus universalis præsidebat Ecclesiæ. Factum est autem, ut eo tempore, quo idem vir ad hunc locum tendebat, Signensis Episcopus vita decederet, quem idem Reverendissimus Pontifex in divina servitute fervere aspiciens, dixit ad eum. Sicut tranquillitas maris multotiens infert periculum nautis, ita & Monachis a seculi turbine remotis quies, & securitas ipsa perniciosissimum solet inferre naufragium, unde nostris monitis te obedire convenit, & Signensis Ecclesiæ curam, quæ tibi à nobis injungitur tanto diligentius, ac religiosius, quanto scientia, ac sapientia polles, regere stude. Cujus cum ille sermonibus minimè præberet assensum, præcepit ei, ut ad civitatem prædictam pergeret, ibique vice Romani Pontificis Episcopum ordinans, iret, quò vellet. Tunc supradictus vir illuc adveniens, cum sibi injuncta implere fatigaret, idem Papa clam Signensibus apices destinans, eum Episcopum ordinari præcepit. Talia dum ad ejus notitiam pervenissent, intempestæ noctis silentio Beatæ Mariæ Ecclesiam egrediens, fugam arripuit. Itaque dum me-

ti, & concitato tibiæ cantu: ut est apud Ælium Histor. animal. lib. 11. cap. 18. Elephantum capti Musica, mansuescunt, ex eodem lib. 12. cap. 44. Quin Pythagoras, referente Jamblico in ejus vita cap. 24. *Existimabat & Musicen multum conferre ad sanitatem, si quis ea quomodo convenit, utatur.* Morbis auxiliari, à Theophrasto est proditum apud eundem Athenæum lib. 14. & Appollonium Carystium in Histor. mirabilibus. Martianum Capellam lib. 9. Agellum, lib. 4. cap. 13. Et moribus quidem Phalangii (Aranei genus est, à Tarento, nunc *Taranto*, vulgo *Tarantula* vocatum) Musicam unice mæderi, res est explorata. Id tamen, non ita accipiendum, quasi Aranei morfus harmoniâ immediatè curentur; sed mediante labore, ac sudore. Nam præcipuo quodam tibiæ sono accenditur, & incitatur animus ad saltandum: vehemens autem, ac diuturna saltatio, excitato sudore, in causa est, ut exitiale virus à corde propellatur, atque, unâ cum sudore, expellatur foras. Non desunt tamen, qui morbum illum minimè sanari autument; nisi morte Aranei. Quare autem, non quilibet ad tibiæ cantus, sed specialis cantilenæ-modus, Apulis propterea appellatus *La Tarantella*, à Tarantula morfos ad tripudiandum incitat, in arcanis naturæ est. Ut, cur Phrygiis modis aliqui capiantur, alii Lydis, Jonicis, Doricis, vel Æolicis? Plura, & erudita de Musica apud laudatam Bonam, & Vossium opusculo de quatuor Artibus popularibus.

### IN CAPUT XXXI. NOTÆ.

(1) Liguria Provincia Mediolanum quoque continens, Taurinum usque protendebatur, & ultra.

meditata implere satageret, in quodam trivio virgo quædam Imperiali trabea adornata (2), cujus facies splendebat sicut Sol, illi eminens astitit, quam, unde, qualis, quæve esset, & quò tenderet, dum requisisset, illa respondit. Sponsam quam non bene fugis, me noveris esse. Quapropter, ut ad Ecclesiam redeas, ex Dei Omnipotentis parte præcipio, & cave, ne Dei ulterius velis resistere voluntati, & his dictis, disparuit. Percussus ad hæc Bruno tanto virginis fame, Deique in sua ordinatione voluntatem advertens, succubuit, ac Pontificii Cathedram, lætantibus cunctis, suscepit. Ordinatus autem, in ea, qua fuerat mentis intentione permansit. Unde adinventam opportunitate sub suprascripto Abbate Oderisio ad hunc locum perveniens, flentibus, qui cum eo venerant, & nichil tale de ipso suspicantibus, Monachus factus est. Signenses autem graviter illius ferentes absentiam, Paschalem Papam secundum adeunt, rogant, ut illum potius Episcopatus sui curam gerere cogeret, quam sibi tantum consulens, in Casinensi Cœnobio quietum, & remotum à sæculi turbine, velle quiescere. Pontifex autem illorum ad verba commotus, strenuos à suo latere destinavit viros, per quos eidem Brunoni, ex parte Sedis Apostolicæ, mandat, ut in cura ovium suarum studeat, & Romano Pontifici pro causis Ecclesiasticis semper adæreat, arguens insuper illum, & increpans, cur absque Apostolicæ Sedis licentia ausus fuisset Monasterium petere, quo illum omnino esse non permitteret ipse. Ad hæc præphatus Bruno rescripsit (3). Cuncti proculdubio, qui in Romana sunt Ecclesia noscunt, quia nisi contra Ecclesiam Scismaticorum sæviret infania, hoc, quod nunc egi, à multis jam annis opere implevissem: nunc verò quia in Romana Ecclesia Petro clavum regente, tota per orbem Christi Dei nostri gratulatur Ecclesia, ventorum jam turbines silent, maria pacata quiescunt. Idcirco, quod Deo semel devoveram, reddere cogor. Melius est enim

A non vovere, quam vovere, & non reddere. Quòd si quis fortasse michi obiciat, quòd semel acceptum Episcopatum relinquere non debeam, licenter respondeo, quòd multi sunt, qui Pontificatus jura non deserunt, & de finitris sunt, dicente Domino: Principes fuerunt, & non cognovi, Judices extiterunt, & non per spiritum meum: Hii autem, qui recta intentione Episcopatum dimiserunt, certum est, eos de æterna felicitate perenniter cum Christo gaudere. Michi porro exempla sanctorum non desunt, quorum vestigia secutus sum, qui, relicto tumultu sæculi, quietam vitam adepti sunt. Unde per vos summum Pontificem obnixè deprecor, ut de reliquo amplius michi molestus non sit, & quietum portum, in quem Christo gubernante, perveni, ne me relinquere cogat, suppliciter posco. Cùmque nulla ratione eundem Apostolicum nec Signinum Populum flectere valeret, suprascriptus Abbas Oderisius rogavit eundem Pontificem, ut præphatum virum sub Monachili hoc Monasterio (4) Deo militare permetteret, atque pro obsequio, ejusdem Pontificis fultus auxilio (5), quadraginta diebus in Romanæ Ecclesiæ servitio esset, & Signensem idem Papa aurem accommodans, quievit. Post hæc autem ab eodem Pontifice, atque Abbate nostro, una cum Boamundo, sicut supra retulimus, in Gallias directus (6), vice Romani Pontificis, in eisdem partibus Sinodum, secundum traditionem Ecclesiasticam, tenuit. Inde quoque Romam reversus, quadragesimo quarto die ab Ottonis Abbatis depositione exante, ad hoc Monasterium rediit, atque à fratribus est in hujus Cœnobii regimine, ac cura prælatus. (7) Hicem verò Apostolicus ad hunc locum postea veniens, non solum dignum illum esse Abbatem in conventu Fratrum peroratus est, verum etiam in Apostolicam Sedem dignum sibi successorem fore testificatus est. Non autem idem vir otiosè hic vixisse credendus est, qui tales, ac tantos nobis scripturarum exposuerit libros (8), de qui-

(2) Hic verò Auctoris nostri, prudentiam posset quispiam cavillari, si enim hæc, non illusoria, fuit apparitio: Cur Bruno sponsam ex Dei nutu acceptam, & ne eam fugeret, adjuratus, relinquere adhuc cogitat, jam desponsatus? An postea de divino consilio aliter ei constitit? Non decerno.

(3) Lauretus addit, *Per Episcopos, & Cardinales amicos.*

(4) Rectè hic Lauretus addendum censet, *sub Monachali habitu, in hoc Monasterio.* Saltus est calami festinantis.

(5) Tota periodus manca, mendosa, interturbata, quam, cum sanare desperaret Lauretus, abiecit. Mihi, nec chirurgum agere licet, nec Vatem libet. Fidei tamen non parco.

(6) Aut Petrus memoria defecit: aut Codex mancus, nil enim de hoc supra ideo censor noster rejecit, *sicut supra retulimus.*

(7) Anno 1107.

(8) Brunonis opera, Venetiis non multis ab hinc annis edita, ex Casinatibus membranis, diu ante, exscripserat Constantinus Cajetanus, aliunde conquisitis, quæ hic desiderabantur. In ea editione invenies expositionem in Canticum Canticorum, cujus initium, *Salomon inspiratus divino spiritu, &c.* quæ omnino eadem est ad verbum cum ea, quæ in operibus Divi Thomæ, Romanis Typis sub Pio Quinto evulgatis, Angelico Doctore inscribitur. Primus ego, quòd sciam, hoc advertens, haud tamen animo hæsi, cùm certo certius nossem, opus illud Brunonem auctorem, agnoscere. Extat in Bibliotheca Casinensi Codex vetustissimus, & ut conjecto, ante

D Divi Thomæ ætatem exaratus, Brunonem in Epigraphe præferens in Canticum Canticorum. Stylus quidem, phrasis, methodus commentandi, ut à Divi Thomæ formulis longè absunt, ita Brunonis exponendi characterem expriment iconicè; Anxius nihilominus exoptabam, irrefragabili aliquo muniri testimonio, ne videremur Angelico Doctore partum furripere, cùm omnem diremit litem inventum à me ejusdem Angelici Præceptoris germanum opus in Canticum, & typis excutum an. 1545 per Petrum Galterum, incipiens, *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora* In principio cujuslibet libri, quantum ad præsens spectat, duo sunt notanda, &c. & in fine. *Quod in præfenti vita secundum statum viatorum, & in futura per apertam visionem comprehensorum, dignetur Christus operari in nobis, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, &c.* Et in hujus quidem Commentarii formulis, & doctrina Angelicus Doctor elucet evidenter, est enim simillimum cæteris ejus Commentariis, ut ovum ovo, extat apud me, & in Bibliotheca sancti Georgii Majoris Venetiis. Trithemius præfatam expositionem, cujus initium *Salomon, &c.* tribuit Cassiodoro. Verum, incidit fortè in Codicem, nullo præsignatum Auctoris titulo, & conjectura usus, Cassiodoro inscripsit. Utcumque tamen sit; Divo Thomæ non tribuit. Extat ejusdem Commentarii alia editio Papiensis anni 1508. qua tribuitur Ammoni, sive Aymoni Monacho: sed ex arbitraria conjectura, nullo teste munita.

quibus summam, illorum scilicet, qui in nostris manibus venere, pandere curamus, super Psalterium, super Genesim, super Exodum, super Leviticum, super Numerum, super Deuteronomium, super Ysayam, super Cantica Canticorum, super Judicum, super Apocalypsin. De totius autem anni festivitibus, atque diebus Dominicis composuit Sermones sexaginta novem. Omelias centum, quinquaginta quinque.

*Qualiter Comites Aquinenses Castrum Terami rusticorum prodicione deprædati sunt.*

#### CAPUT XXXII.

**H**oc præterea tempore, Adenulfus Lando, & Adenulfus Aquinenses Comites diabolica debriati vesania Castrum Terame (1), rusticorum prodicione ingredientibus, & ejusdem Castri habitatores in suam fidelitatem jurare facientes, oppida Monasterio pertinentia deprædare cœperunt. Hoc ubi prædicto Abbati nuntiatum est, ad eosdem Comites dirigens, ut castrum Monasterio redderent, & à tantis iniquitatibus, & direptionibus cessarent, monere cœpit. Illi autem ejus dicta non solum facere, sed etiam audire spernentes, deteriora in dies agere mirabantur. Tunc Abbas, cum Fratribus communicato consilio, eosdem sacrilegos à liminibus Ecclesiæ separavit, ac è vestigio Robbertum Principem evocans, ad ejusdem Castri recuperationem invitavit. Qui, copioso valde congregato exercitu, super eundem Castrum adveniens, illum oppugnare modis omnibus cœpit, cumque hostiliter ibi per dies ferme quindecim resedisset, idem Comites miserunt ad eundem Abbatem, quod si illos cum armis suis exinde exire permitteret (2), idem castrum, absque omni controversia, protinus Monasterio redderent. Quod dum Abbas annuisset, supradictum Castrum in Monasterii hujus potestate recepit, die Iduum Augustarum Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octavo, pro quo videlicet Castro idem Abbas Capuano Principi libras ducentas contradidit (3).

*De dedicatione Ecclesiæ S. Benedicti de Capua à Paschale Papa.*

#### CAPUT XXXIII.

**M**ense itaque Octobrio adveniente (1), idem Apostolicus ad hunc locum adveniens, sociato sibi nostro Abbate, Synodum

##### IN CAPUT XXXII. NOTÆ.

- (1) *Interamna* olim dicta, Colonia Romanorum. Non illa, de qua supra, in Ducatu Spoletano, sed in hac nostra regione. Meminit Livius, cum scribit, *Samnites Interamnam Coloniam, quæ via latina est, occupare conati sunt*. Velleius, & alii. Sita erat inter fluenta Amnis Aquinensis vulgo *Le sogne*, & alium torrentem nunc innominatum. Rectè eam collocat Ferrarius in Lexico Geographico: sed non rectè eam appellat *L'Isola*. Nam *Insula* diversa est à *Teramo*, seu ab antiqua *Interamna*; viâ Latinâ; cujus viâ in agro Casinate apparent rudera. *Latina* dicta est, quod Latium interfecabat, Lyri terminatum. Est & *Terame* Civitas in Aprutio, in agro Præcutino, *Interamna* similiter dicta, tribus amnibus obfessa, inter Aquilam, & oram litoralem, Adriæ proxima, præter *Interamnam* Umbriæ inter Narnium, & Spoletium,

**A** celebraturus, Beneventum perrexit. In qua videlicet vestigia prædecessorum suorum fecutus (2), constituit, ut quicumque investituram Ecclesiæ, vel Ecclesiasticam dignitatem de manu laici acceperit, & dans, & accipiens communionem priveretur. Vestimenta verò secularia, & pretiosa Clericis reprehendit, & talibus uti interdixit. Cum autem Capuam devenisset, rogatus ab eodem Abbate, Ecclesiam Sancti Benedicti, quam Desiderius Abbas intra eandem civitatem renovaverat, sollemniter dedicavit, in qua etiam de vestimentis Sanctissimi Patris Benedicti recondidit, sicque ad hoc Monasterium veniens, Romam reversus est.

**B** *De Renuntiatione Pandulfi Comitis Præsenzani, de Castris Mortula, Cucurucio, & Rocca de Bantra.*

#### CAPUT XXXIV.

**H**is porrò diebus Roggerius Dux præceptum fecit Beato Benedicto de ovibus loci istius, (1) ut nullam dationem, vel censum ulterius inde exigeret tam ipse, quam successores sui in omni pertinentia montis Gargani, & licentiam hospitandi semper habeant cum eisdem ovibus ab Ecclesia, quæ dicitur Passari usque ad Salpitanum pontem, qui Lambardorum dicitur usque in mare, & usque in vadum de fico, decem librarum auri pœnâ appositâ. Tunc temporis Laydulfus filius Pandulfi Comitis de Præsenzano in præsentia ejusdem Abbatis manifestavit, & renuntiavit se de inclita parte sua de castello Mortula (2), & casa Fortini, & Cucuruczu, & Rocca de Bantra, pœnâ appositâ centum librarum auri, si hoc remove quæsisset. Sed & Johannes Triventinæ Sedis Episcopus, unâ cum Robberto, filio Tristayni Limesani castri Domino, optulit huic loco Ecclesiam Sanctæ Illuminatæ infra fines prædicti Castri Limesani, loco, ubi dicitur Petra majorem cum omnibus Ecclesiis, & pertinentiis suis, pœnâ indictâ centum librarum auri id remove quærentibus. Notandum planè videtur nequitiam, & fraudulentiam Alferii Triventinensis Episcopi hoc in loco inferere. Hic enim dum Præpositus in eadem Beatæ Illuminatæ Ecclesia esset, sciens supradictam Ecclesiam Monasterio S. Eustasii ab ipso suæ constructionis exordio subditam, & à Beneventanis Principibus in eodem loco concessam, simulque cupiens eam à ditione ejusdem Monasterii subducere, accessit ad Præpositum, qui tunc

Mo-

- E** de qua supra; Galli, & Volusiani clade memorabilem, de Terame nostra sæpè Riccardus de S. Germano in suo chronico.
- (2) Militari ambitione. Quasi verò non prædones fuissent, sed iusto bello decertassent. Infra cap. 103. *Cum armis recedentes*.
- (3) Non in pretium Castri, sed pro expensis, in ea expeditione à Principe factis.
- ##### IN CAPUT XXXIII. NOTÆ.
- (1) Anno 1108. ut cap. præcedenti.
- (2) Gregorii, Victoris, atque Urbani, & tamen intra cogitur oppositum permittere, & tandem permissionem abrogare.
- ##### IN CAPUT XXXIV. NOTÆ.
- (1) Regest. num. 570.
- (2) Vide supra lib. 2. in cap. 47. Abscidit hinc Laureus integram narrationem de Alferio Triventinensi Episcopo: mihi in messem alienam falcem mittere religio est, quantumvis lolium, & Zizania resicaturus essem.

Monasterio præerat, eumque rogare suppliciter cœpit, ut sibi cartas ejusdem loci ostenderet, dicens, suæ hæreditatis cartas ibidem esse repositas, orare, ut sibi illas exinde auferre permitteret, ne fortè temporis vetustate perirent. Præpositus autem nullum in verbis ejus dolum existimans, dat ei & perquirendi, & asportandi licentiam. Tandem igitur inter reliquas præceptum à Beneventanis Principibus de Ecclesia Sanctæ Illuminatæ Monasterio Sancti Eustasii factum invênit, quod videlicet lucidè satis, & apertè continebat, qualiter Ecclesia illa à suæ constructionis principio Monasterio Beati Eustasii à Beneventanis Principibus tradita fuerat. Hujus ille ductus invidia, & iniqua debriatus vesania, rapuit, abscondit, & ad domum propriam reversus, illud minutatim incidit. Hæc ita acta fuisse ego ex ore Alberti hujus nostri Cœnobii Monachi ultimam ferè jam ætatem agentis audi- vi, ne quis hoc existimet mendosè descriptum.

*De Adventu Henrici Imperatoris.*

CAPUT XXXV.

**A** Nno autem Dominicæ Incarnationis mil- lesimo centesimo decimo, indictione tertia, mense Junio, sexto ejusdem, stella Cometes apparuit. Eo etiam tempore jam dictus Paschalis Papa secundus urbem egrediens, ad has partes devênit, & Ducem, ac Principem, omnesque Comites Apuliæ, Calabriæ, ac Principatus advocans, accepit securitatem ab eis, quatinus illum adjuvarent contra Heinricum Imperatorem, si necessitas sibi incumberet, & ad hoc provocati fuissent. His ita peractis, Romam rediit, & omnes proceres Romanorum simili Sacramento con- strinxit. Henricus interea Imperator, im- mensum valde exercitum congregans, intra- vit Italiam, prædecessorum suorum antiquo- rum, videlicet, Imperatorum dignitates, & jura, & Imperii coronam ab eodem Pontifice Romæ accipere cupiens, sicque cursum suum cotidie accelerabat, erat jam hyemis tempus. Cùmque in Tusciam devenisset, missis Ro- mam in porticu Sancti Petri nuntiis, cum Petro Leonis, & aliis Pontificis nuntiis, hoc pactum inter eos deliberatum est (1), ut Im- perator scripto refutaret omnem investituram omnium Ecclesiarum in manu Pontificis in- conspectu Cleri, & populi in die coronatio- nis suæ, & postquam Papa fecerit de regali- bus (2), sicut in alia carta scriptum est, sa- cramento firmabit, & dimittet Ecclesias li- beras, cum oblationibus, & possessionibus,

**A** quæ ad regnum manifestè non pertinebant, & absolvet populos à juramentis, quæ contra Episcopos facta sunt. Patrimonia, & posses- siones Beati Petri restituet, & concedet, sicut à Carolo, Ludovico, Henrico, & aliis Im- peratoribus factum est, & tenere adjuvavit, secundum suum posse, & non erit in facto, aut in consilio, ut idem Papa perdat Papatum Romanum (3), aut vitam, vel membra, vel capiatur mala captione, aut per se, aut per summisam personam, nec ipse, nec fide- les ipsius, qui pro ipso securitatem ei fecerint, idest Petrum Leonis, cum filiis suis, quorum bona dampnum studiosè non patiantur, vel aliis, quos Imperatori significaverit, & si quis eis malum fecerit, Rex eos fideliter adjuva- bit. Pro hujus securitatis observatione, me- diatores dabit eidem Pontifici Fridericum filium sororis suæ, Engilibertum, & Theobal- dum Marchiones, Hermannum, & Gotfri- dum Comites, Fridericum Palatinum, Comi- tem de Saxonia, Beringarium de Bajoaria, Fridericum Saxonem, Albertum Cancellarium, Cononem fratrem Berengarii, Sigeboth de Bajoaria, Henricum Ducem Carinthiæ, Bertulfum filium Ducis Berrulfi, qui jurabunt Papæ securitatem de vita, de membris, de Papatu, de captione, & si Imperator hæc omnia superscripta, non observasset, ipsi cum honoribus suis (4) ad Romanam Ecclesiam se tenerent obsides, pro securitate Pontificis, Rex dare pollicitus est proximâ quintâ feriâ & securè mitteret ad Insulam in potestate Papæ Fridericum Ducem nepotem suum, Brunonem Episcopum Spirenses, Chonradum nepotem Comitis Herimanni, & filium ejus, & Henricum fratrem Comitis Friderici. Ob- sides, si recepisset, redderet, in die corona- tionis suæ, transito ponte, & si fortè corona- tus non fuisset, aut non transfisset, similiter redderet apud castellum Sancti Angeli: Lega- tos autem, quos Papa ad eum misisset, in- eundo, & redeundo securos faceret tam à se, quàm à suis, & si eis nescienter injuria illata fuisset, ad emendandum fideliter adjuvaret. Et postquam Rex hoc adimpleverit, Papa præciperet Episcopis præsentibus, in die corona- tionis ejus, ut dimittant regalia Impera- tori, & regno, quæ ad Regnum pertinebant tempore Caroli, Ludoyci, Henrici, & alio- rum prædecessorum ejus scripto firmabit sub anathemate auctoritate sua, & justitia, ne quis eorum, vel præsentium, vel absentium, vel successores eorum intromittant se, vel invadant regalia, idest, Civitates, Ducatus, Marchias, Comitatus, Monetas, Te- loneum, Mercatum (5), Advocatias Impe- rii

IN CAPUT XXXV. NOTÆ.

- (1) Sed per fraudem, ut in calce seq. Deliberare ex vi vocis est de his, quæ videntur in utramque partem cadere posse ex Arist. in Rhetoricis, ut sit liberum eligere aliquid è duobus. Nemo enim deliberat (inquit Cicero in Partitionibus) qua ratione perpetuè victurus sit, aut quomodo volare possit. Interdum tamen deliberare accipitur pro statuere, firmare, ut in præsentibus.
- (2) Quid sint Regalia, explicat infra.
- (3) Formula per ea tempora usu trita, præsertim in feudalibus investituris.
- (4) Infra Cum omnibus suis.
- (5) Monetas intellige officinas Monetarias, in quibus, auctoritate Principis cuduntur monetæ. Ammian. lib. 2. Dracontius moneta Præfæctus, & Diodorus quidam examinati sunt. Ille, quod aram in Moneta, quam regebat, recens locatam evertit, &c. Non semel in Codice Theod. & Justinian. Sidon. Apollini Tom. IV.

**E** carm. 23. Delubris, Capitoliis, Monetis. Itali vocant la Zecca, quæ de regalibus est. Feudatarii enim jus cudendæ monetæ non habent. Telonium quoque Regalis est juris. Carolus Magnus in legib. Langob. lib. 3. tit. 2. 1. 7. Ut nulli cogantur ad pontem ire, ad fluvium transeundum, propter Tolonei causam, quando illi in alio loco compendiosius illum fluvium transire possunt. Similiter in campo plano, ubi nec pons, nec transjectus est, ibi omnino ut Toloneum non exigatur, præcipimus. Ex quibus liquet, quid sit Toloneum, seu Telonium, quoad significationem, nam- propriè est Vectigalium redemptio, & quandoque sumitur etiam pro menâ, vel domo Publicani. Voff. de vit. ferm. Mercatum. Nundinæ immunes à Vectigalibus. Infra cap. 54. & Mercata ad pontem de Suio. Interdum accipi videtur pro commodo mercandi comateum, supra cap. 11.



rii (6), jura Centurionum, & Curtes, quę manifeste Imperii erant, cum pertinentiis suis, militias, & Castra Imperii, nec ipse Imperatorem, nec Romanum Imperium super his ulterius inquietaret, & privilegio sub anathemate confirmaret, nec posterius sui inquietare præsumerent. Imperatorem benignè, & honorificè susciperet, & more prædecessorum ipsius Catholicorum Imperatorum scienter, & non subtrahendo coronabit, & ad tenendum Imperium officii sui auxilio adjuvabit, si Papa hoc non adimpleverit, Petrus Leonis, cum omnibus suis teneret se ad Imperatorem. Obsides autem, nisi effugerent, redderet altero die post coronationem, si per Papam remanserit, ut non coronetur, similiter reddet. Cumque hoc inter eos constitutum fuisset, jurejurando firmavit hoc Imperator, Albertus Cancellarius, Hermannus, Fridericus, & Gotfridus Comites, Fridericus Saxo, & Cuono frater Berengarii, Sigeboth de Bavoaria, Heinricus Dux Carinthiæ, Bertulfus filius Ducis Bertulfi, atque Albertus Cancellarius. Hi omnes post Imperatorem eo ordine juraverunt, ut si Imperator hoc implere nollet, ipsi, cum omnibus suis, tenerent se ad Romanam Ecclesiam.

*Qualiter Pascalis Papa mandavit Imperatori prædicto, ut exhiberet ei obedientiam.*

#### CAPUT XXXVI.

Postquam autem hæc ita firmata sunt, idem Apostolicus direxit ad eum litteras, per quas ei mandavit, quod illuminatori omnium gratias ageret, qui cordis ipsius oculos illuminare dignatus est, ut patris ejus nequitiam, toto jam seculo diffamatam, & interiùs cognosceret, & graviùs abhorreret. Apostolica namque Sedes eum ad æterni Patris viscera confugientem paterna benignitate susciperet, & inter matris Ecclesiæ filios familiaris confovere optaret. Si enim sicut suarum Apostolicæ Sedi litterarum allegatione promittebat, plena mentis devotione sibi, suisque legitimis successoribus obedientiam exhibere curasset, quam sive Reges, sive Imperatores Catholici suis prædecessoribus exhibuerunt, ipse profectò eum, ut Catholicum Imperatorem haberet, & honorem ejus per Dei gratiam fervaret, atque augere curaret. Nam in certa

(6) Genus erant Feudi personalis. Bonifac. in histor. Tarvisina, & in Comment. de Feudis Venetis pag. 65. & 71. Leges Feudales, de Pace tenenda §. *Quicumque Advocatiam*, non inficias tamen ibo. *Regalia* interdum sumi largiùs, pro omni re ad Fiscum Regium pertinente; ut cum in nostris diplomatibus legitur *Regalia* dividi à rebus Sancti Benedicti.

#### IN CAPUT XXXVI. NOTÆ.

(1) *Nam si in cepta vellet*, sicut *Magna salus pro Magnam salutem*, correctiones sunt Laureti.  
(2) In sexto decretal. speciale statutum habemus, quo hæreticorum cadavera exhumeri jubentur. Et extra de sepulturis. Clementina de sepulturis, cap. *Quicumque de Hæreticis*. Antiquiores Canones non vidi. Miracula verò in historiis plura circa hoc legimus.  
(3) *Exhortatorios*. Sed quemadmodum Antiqui per sincopen dixerunt *fatias pro fatietas*, Atrius. *Quorum crudelitatem nulla unquam explet fatias sanguinis*. Apud Lambin. in Lucret. Ita dici potuit. *Exortarios pro exhortatorios*.

#### IN CAPUT XXXVII. NOTÆ.

(1) Quæ Romanæ Ecclesiæ addita fuerant à tempore Roberti Guiscardii, & Riccardi Normannorum Ducibus, Nicolao secundo fidelitatem promittentibus lib. 3. cap. 16. *Fidelitate Romana Ecclesia ab eis primò recepta*.

vellet (1) probitate persistere, magnam Romano Imperio salutem per Apostolicæ Sedis obedientiam proveniret, quam ob causam non solum in partes illas venire, sed extremis quoque periculis personam suam exponere paratus esset. Cæterum quia ad præsens ad ipsum venire temporis qualitas, rerumque non pateretur, per suos nuntios voluntatem suam aperire, & Imperator suam insinuare valeret: Postulat interea Imperator, ut Patris sui cadaver in Ecclesia sepeliri permetteret. Ad quod Papa respondit, quod Sanctarum Scripturarum exinde sibi obtaret auctoritas, (2) & miraculorum prohiberet reverentia divinorum. Ipsos enim Dei Martyres jam in cœlestibus positos id terribiliter exigisse sciret, ut sceleratorum cadavera de suis Basilicis pellerentur, ut quibus viventibus non communicamus, nec mortuis communicare possimus. Mense autem Februario Cæsar concitè castra sua movens ad urbem tendebat. Pontifex autem exortarios ubique dirigens apices, (3) non cessabat Normannos, & Langobardos ad Romanæ Ecclesiæ servitium invitare, sed qui verba ferebat, verba recepit. Post hæc idem Imperator Romam accessit tertio Idus Februarii in Sabbato videlicet ante quinquagesimam. Romanis verò instantibus, ut honorem, & libertatem Urbis sacramento firmaret, callidè illos Cæsar circumvenire cupiens Teutonicâ linguâ justa suum velle, juravit: nonnulli autem ex Romanis hoc agnoscens, & fraudem esse in negotio proclamantes, in urbem se receperunt.

*Qualiter idem Imperator intravit Romam.*

#### CAPUT XXXVII.

igitur ubi Pontifex Imperatorem venisse cognovit, directis nuntiis, securitatem ab eo, & obsides expetebat, cui Cæsar obsides tradens, & ab eo obsides recipiens, jurejurando firmavit de ipsius Apostolici vita, de honore, de membris, de mala captione, de regalibus etiam, & patrimonis Beati Petri, & nominatim de Apulia, Calabria, Sicilia, ac Capuano Principatu (1), factis etiam sacramentis, quod omnes investituram Ecclesiarum & earum res omnino quietas dimitteret. Altero die obviam ei Pontifex misit in montem Gaudii (2), qui & Marii dicitur, Bajulos, (3) Cereostarios (4), Stauroferos (5), Aqu-

(2) Platina legit *Gnadii*; nisi operarum error sit, dicitur & *Mons Marii*.

(3) *Sunt, qui existimant* (inquit Perottus) à *Bajis Bajulos esse appellatos, qui onera, mercedis gratiâ, propriis humeris portant, quod propter confluentium Bajas advenarum multitudinem, magna esset ibi hujusmodi hominum copia*. Sic *Cementarios*, & olim, & nunc *Lombardos & Pistores* vulgò *Tudescos* vocamus, quod ex illis Provinciis frequentiores ad nos migrent hujusmodi artifices.

(4) Qui *Cerostrata* deferebant. Ordo Romanus, tit. *Qualiter sit celebrandum officium Missæ. Præcedunt Pontificem septem Cerostrata, & Subdiaconus Regionarius cum thuribulo. Keros græcè Lampas. Ergo Cerostrata Lampioni*. Infra cap. 73. *Cum lampadibus, & thimiamatibus exierunt. Vel Cerostrata, idest Corneis laminis strata, à Keras cornu. Laternæ siquidem ex corneis bracteis fiunt, translucentibus. Plaut. in Amphitr. Quo tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris? Sed Plinius lib. 11. cap. 37. de Cornibus loquens. Apud nos in laminas secta, translucent, atque etiam lumen inclusum latius fundunt, multasque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc sublita, nunc que Cerostrata, picturæ genere dicuntur.*

(5) Hoc est Cruciferos, nam *stauros* Græcè *Cruz*.

Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios (6), Candidatos (7), Defensores (8), Stratores (9), & maximam populi multitudinem, cum floribus, & palmis (10). Duo, iuxta priorum Imperatorum consuetudinem, iuramenta (11), unum iuxta Ponticulum, alterum ante portam Porticus, Romanorum, populo fecit. Ante portam à Judæis, in porta

A à Græcis cantando exceptus est. Illic omnis Romanæ urbis Clerus, ex Pontificis præcepto, convenerat, & eum ex equo descendentem, (12) usque ad Sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt, cum verò ad superiora graduum ascendisset, illic Dominus Papa cum Episcopis pluribus, cum Cardinalibus Presbyteris, & Diaconibus, cum Subdiaconibus,

(6) Aquila, Leo, Lupus, Minotaurus, signa olim erant Romanæ militiæ. Caius Marius in secundo Consulatu suo, reiectis aliis signis, solas Aquilas retinuit in exercitu. Plin. lib. 10. cap. 4. Erat autem una cuique legionis Aquila. Lucanus lib. 1.

Ut nota fulserunt Aquila, Romanaque signa.

& Claudianus.

-Hos Aquila, Romanaque signa sequuntur.

Aquilarum imagines passim videmus in antiquis marmoribus, & in numis. Apud Guiliel. Choul de Castrametatione Romanorum. Dracones verò posterioris ævi, & inclinati Imperii signa fuerunt, & non ante tempora Trajani inter signa militaria Romanorum, ascita, fortè à Dacis mutuata, quibus tunc victis, eorum proprium signum Draco in Romanam militiam inestum. Vide Lipsium de milit. Roman. & Hœpingum de Jure Insignium. De Draconibus Ammian. Marcellin. lib. 16. Erant, inquit, & Dracones hastarum aureis, gemmatisque summitatibus illigati; hiata vasto perflatile, & ideo, velut iraperciti, exhibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum. In quibus Ammiani verbis obiter id notandum. Hiata vasto perflatile, & exhibilantes. Nam, ut describit laudatus Choul, Dracones, excepto capite, quod ex argento conflatum erat, reliquo corpore ex tenui serico purpureo, vel variegato, tremulo, constabant; unde perflatile, & exhibilantes ad ventorum flatum videri possent.

Aquila quoque, & olim Lupi, Minotauri, non erant depicti in Vexillis Romanis, ut posterioribus seculis fieri cœpit: sed imagines erant, & signa sculpta (Italicè di rilievo) argentea, vel aurea, in percicis, & hastis gestata. Quare Godefralc. Stev. ad librum primum Vegetii cap. 23. vix se risum tenuisse, scribit, ubi Minotauri, Lupi, aliaque signa in vexillis depicta viderit, ita edita à viro Magno, non nominando. Vide Lorinum in Num. cap. 2. ad illa verba, singuli per turmas signa, atque vexilla, &c. ubi signa à vexillis diversa esse indicantur. Tacitum lib. 4. Hist. Vopiscum in vita Aureliani. Hœpingum pag. 878.

Atque hæc erant Romanæ militiæ communia signa, nempe Aquilæ. Cum verò Imperator præfens esset in exercitu, erigebat vexillum speciale, quod Labarum, seu Laborum vocabatur, (nam utroque modo scribitur) ejus figuram testis oculatus Eusebius describit in vita Constantini lib. 1. Erat autem Labarum Christianum, & Paganicum. Julianus Christianum sustulit, & Paganicum reposuit. Jonas Episcopus Aurelianensis de cultu Imaginum lib. 2. Ac Labarum, quem dicunt Draconem, in speciem Crucis Dominica exaptat. Nempe Labaro usi pro Dracone; quod signum prius ad Prælium à Draconariis deferebatur, ut prædiximus. Adi Martinium, Vossium, Hœpingum, Choul, Panvinium, Lipsium, & alios.

Ergo, quod attinet ad præfens, Populus Romanus, inclinato jam, lapsoque Imperio, antiqua Reipublicæ, & constantis Imperii signa in pompis ostentabat, & maxime in excipiendis Imperatoribus. Neque enim Draconarios hic, milites sub signo Draconis ductos, acceperim, ut olim in militia Romana appellati reperiuntur; sed Imaginiferos tantum.

Tom. IV.

B (7) Cancellarios, Quæstores Curiæ, Notarios lib. 2. ad cap. 67.

(8) Gregor. 2. Dialog. cap. 20. Monachus cujusdam Defensoris filius. Cassiod. lib. 3. var. Epist. 45. Defensores Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et lib. 4. Epist. 45. Comitibus, Defensoribus, & Curialibus Ticinensis Civitatis, libro septimo refert formulam Defensoris Civitatis. Erant enim Defensores Ecclesiarum, Civitatum, Provinciarum, Papias in Glossis. Defensores à Romanis Pontificibus constituti sunt Episcoporum adjutores. Pelagius etiam Pontifex, cum Antonina Patricia instaret, Defensoris officium conferri cuidam Monacho, respondit, inconueniens Monachi statui esse illud officium: Monachi enim proprium est orare, & operari manibus, & quiete gaudere: Defensoris verò est lites agitare, causas cognoscere, & patrimonia Ecclesiarum defendere. In legib. Langob. lib. 2. tit. 48. l. 5. Advocatos, sive Defensores.

Erat & Romæ Præmicerius Defensorum. Ordo Romanus. Imperator verò totius Ecclesiæ Defensor, & Advocatus dicitur. Gregorius Nonus ad Fridericum Secundum. Cum Advocatus Ecclesiæ idem intelligi debeat, quod Defensor: si Defensoris officium omittis, nomen improprie retines Advocati. Infra n. 17. Primus qui Defensoris munere functus in Ecclesia invenitur, est Sanctus Sebastianus. Baron. ann. 286. Cæsar Rasponus de Basilica Lateran. lib. 3. cap. 18.

(9) Officium stratoris est Domini equum sternere, per frænum ducere, Dominum in equum sustollere, neque ideo vile olim erat ministerium. Alboino Regi stratoris munus exhibet Gisulfus ejus Nepos. Paul. Diac. lib. 2. cap. 9. Dum Alboin animam intenderet, quem in his locis Ducem constituere deberet, Gisulfum, ut fertur, suum Nepotem, virum per omnia idoneum, qui eidem strator erat, quem lingua patria Marpabis (aliis Marais, aliis Marpatius,) appellant, Foro-Juliana civitati, & toti regioni illius præficere statuit. Spartianus. Cum illum in equum strator suus levaret, pugione latus confodit. Protostrator dictus est primus Stratorum. Quidam putant, stratorem apud Gallos esse Arinigerum magnum, Gran scudiero. Alii Marscallum, ex laudato loco Pauli Warnefrid. Nam apud Gothos, & Germanos Marpabis, seu Marchais est, qui Imperium habet in equas, & hinc Marscallk, equarum servus. Mar enim equam fœminam significat, Scalk servum. Apud nos Cavallerizzo. Vide notas Vulcanii in Paulum, Martinium, Curopalatem, & alios. Cæterum in Auctore nostro stratores intelligi puto infimos ab equis famulos; Palafrenieri, cum equis, & mulis, quos adventanti Principi obvios mittere nunc etiam in usu est Romanæ Curiæ.

(10) In signum, & augurium victoriæ. Plutar. in Theleo. Ludos quoque edidisse cum ajunt in Delo, ac victores ab illo tunc primum palmam donatos. Rationem verò, cur Palma signum sit Victoriæ, explicat idem Plutar. in Sympos. lib. 3. quæst. 4.

(11) Ex rituali, tunc frequentato.

(12) Iterum tamen conicendit. Nam subditur, Quem (Papam) Imperator, ut vidit, de equo descendens, procidit ad pedes ejus.

Ttt 2

bus (13), & cæteris Scholæ cantorum ministris affuit (14). Quem Imperator, ut vidit, de equo descendens procidit ad pedes ejus, demumque exurgens, in nomine Trinitatis, in ore, & fronte, & oculis ei pacem dedit (15), ac Stratoris officium exhibuit (16), moxque dexteram Pontificis tenens, cum magno populorum gaudio, & clamore, ad portam pervenit argenteam. Ibi ex libro professionem Imperatoriam fecit (17), & à Pontifice Imperator designatus est, & iterum à Pontifice osculatus, mox super eum orationem primam, sicut in ordine continetur, Lavicanus Episcopus dedit (18). Post ingressum Basilicæ, cum in rotam porfiriticam venisset, positus utriusque sedibus, confedere. Pontifex restaurationem investituræ, & cætera, quæ in conventionis carta scripta fuerant, requisivit, paratus & ipse, quæ in alia conventionis carta fuerant, adimplere. Ille cum Episcopis suis, & Principibus secessit in parte iusta secretarium, ibi diutius, quod eis placuit, tractaverunt, in quo tractatu interfuere Langobar-

(13) Erant Subdiaconi Notarii, Scriniarii, Scriptores Sacri Palatii, & olim Subdiaconos Cardinales reperies. In Bulla Innoc. 2. subscribunt, *Gerardus Sacri Palatii Cardinalis Subdiaconus. Presbyter* (nomen est proprium) *Sacri Palatii Cardinalis Subdiaconus*. In Bulla Gelas. 2. *Amicus Subdiaconus Cardinalis*. Sequentibus verbis seculis Cardinalium Subdiaconorum in Ecclesia Romana exolevit usus. Porro Subdiaconi (quod observavit Cajetanus) subscribuntur *Sacri Palatii*. Diaconi vero, *Lateranensis Patriarchii*, supra lib. 2. cap. 25. & hoc lib. 4. cap. 7. *Diaconum in Lateranensi Patriarchio ordinavit*, & cap. 78. alibi. Nempe quia Diaconi Summo Pontifici ministrabant in officiis Ecclesiasticis in Basilica Lateranensi, quæ propria Sedes erat Pontificis: Subdiaconi vero in Ministeriis Palatinis. Assumebantur autem ex Schola Cantorum, ideo subditur.

(14) Cantorum Scholæ Collegia erant ab Hilario (teste Bibliothecario in ejus vita) primitus instituta, in quibus Clerici erudiebantur ad cantum, Psalmodiam, cæterasque Ecclesiasticas functiones, pro majestate Pontificia decenter obeundas. Schola quippe Cantorum tenebatur Pontificali Missæ adesse, ubicunque Papa publicè celebraret: officia Palatii obibant, & ex illis pro Ecclesiæ negotiis extra urbem ministri mittebantur, ac demum inde Diaconi Cardinales, & Presbyteri assumebantur. Scholas Cantorum Magnus Gregorius ita fovit, ampliavit, ditavit, reformavitque, ut à Joanne Diacono Auctor earum appelleretur. Eorum caput dicebatur *Primicerius Cantorum*, Græcè *Archiparaphonista*. Duas præcipuè fuisse Romæ Cantorum scholas, alteram propè Lateranum, alteram ad Vaticanum, easque ab Hormisda Pontifice, promotore Sanctissimo Patre Benedicto, institutas fuisse, colligit Cajetanus in Gelasio Secundo pagina 57.

(15) Nimirum per osculum. Unde mox & iterum à Pontifice osculatus. Osculum amoris, & pariter adorationis signum olim erat. Hebræi deosculatorem, pro adoratione usurpant. Olee 13. ubi in vulgata legimus, *Adorantes vitulos*: in Hebræo est, *Osculantes*, & Aquilam vertisse *Deosculantes*, testatur Hieronymus. Job. 31. *Si vidi solem, & lunam, & osculatus sum manum meam ore meo*. Quasi dicat, si Solem, & Lunam, ut solent Gentiles, adoravi, mihi ad crimen imputetur. 3. Regum 19. *Quorum genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os, quod non adoravit eum, osculans manus*. In Hebræo est. *Non osculatum est eum*. Genes. 47. *Jacob. filium suum complexus Josephum. Adoravit fastidium virga illius*, ut cum 70. legit D. Paulus Hebr. 11. quæ adoratio, osculum fuit, eximii cultus symbolum, aureo Josephi sceptro im-

A dici Episcopi tres, Bernardus Parmensis, Bonus Senior, Regitanus Aldo Placentinus. Cum autem hora longior se protraheret, missis nuntiis, Pontifex conventionis supradictæ renorem petiit adimpleri. Tunc Episcopi Transalpini ad Pontificis vestigia corrueverunt, & ad oscula surrexerunt: sed post paululum familiares Regis dolos suos paulatim aperire cœperunt, dicentes. Scriptum illud, quod conditum fuerat, non posse firmari auctoritate, & justitia. Quibus dum Evangelica, & Apostolica obiceretur auctoritas, quia reddenda Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, & iusta Beatum Ambrosium, ab Episcopali officio alienus sit talia agens. Cum hæc, & alia illis Apostolica, & canonica Capitula obicerentur, illi tamen in dolositate sua, & pertinacia permanebant.

De

pressum à Jacob. Latini etiam verbum adorandi ab osculo derivant. Nam adoraturi in prophana superstitione suaviari solebant Numinum suorum effigies, & osculum imprimere, modò ori, modò dextera, modò genibus, pedibusque: aded ut illæ partes simulachrorum, frequentia osculandi, attererentur, ut ex Lucretio, & aliis intelligi potest. Verum alii, cum, præ animi reverentia, statuas ipsas non auderent attingere, vel ob distantiam non possent, manum ad os referre, eamque osculabantur, ut sic statuam osculari sibi viderentur, quod honestissimum genus erat adorationis, idque expressit Job citatus, & Plinius lib. 28. cap. 2. *In adorando, dexteram ad osculum referimus*. Ex hoc ergo ritu, quo venerabundi osculum manui, vel rebus imponebant, & manum ad os adducebant, ortum videtur verbum *Adorandi*, quæ sint obiter dicta.

Hic enim *osculari*, ex parte Pontificis, stat pro Pacis, & Amoris signo. Est quippe osculum Amoris, Reverentiæ, Honoris, Reconciliationis, & Pacis; Proditionis, & Lasciviæ: & pro Personarum diversitate, diversis in partibus osculum figebatur. Capiti, ori, malæ, humero, manibus, pedibus. Persæ, si pares essent, ore osculabantur; sin alter paulò inferior erat, ei genas deosculandas præbebat is, qui dignitate, vel generis nobilitate antecellebat. Infimæ fortis Persæ; procumbens venerabatur digniorem. In præsentis Episcopi Transalpini ad Pontificis vestigia corrueverunt, & ad oscula surrexerunt. Illud, quia subditi, Hoc quia Fratrum nomine dignantur à Pontifice. Sic etiam Cardinales in publica adoratione novi Pontificis super altare Divi Petri, pedibus, genibus, & ori osculum imprimunt.

(16) Hunc morem Christianorum Imperatorum, & Regum pietas invexit, quorum exempla historici Ecclesiastici afferunt.

(17) Extat in ordine Romano. *In nomine Christi promitto, spondeo, atque polliceor ego N. Imperator coram Deo, & Beato Petro Apostolo, me protectorem, ac defensorem esse hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, in quantum divina fultus fuero adjutorio, secundum scire meum, ac posse*.

(18) In eodem ordine Romano: *Orationem primam det Episcopus de Castello Albanensi ante portam argenteam. Orationem secundam det Episcopus Portuensis intra Ecclesiam Beati Petri Apostoli in medio rota, de qua hic. Post ingressum Basilicæ, cum in rotam porfiriticam venisset, &c. Labicum oppidum est ab Urbe 24. mill. inter Tusculum, & Anagninam, nunc Vallis montana, Valmontone, sed sinè Episcopo, olim verò Labicanus Episcopus, sicut & Nepesinus, inter Episcopos Cardinales Romanos recensiti inveniuntur.*

*De Captione Paschalis Papæ, Cardinalium, Clericorum, ad Laicorum.*

CAPUT XXXVIII.

**I**mperator interea cupiens suis assertionibus Pontificem decipere, ait, *Discordiam, quæ inter te, & Stephanum cognomento Normannum usque nunc fuit (1) volo ut jam finem accipiat. Is enim Stephanus ob fidelitatem ejus multa pericula sustinuerat. Ad hæc Papa. Dies maxima ex parte præterit, & officium prolixum erit hodie, ideoque primitus, si placet, quod vestrum est impleatur. Unus autem ex his, qui cum Imperatore venerant, confestim surgens in medium, ait. Quid verbis opus est tantis? Indubiè noveris Dominum nostrum Imperatorem ita velle accipere coronam, sicut illam Carolus, Pipinus, ac Ludoycus sumpsere, quod cum Papa se id non posse implere dixisset. Cæsar iratus, & seductus consilio Alberti Archiepiscopi Maguntini, & Bruchardi Episcopi Saxonum, non veritus est eum suis armatis militibus circumdare. Sed cum jam dies declinaret in vesperam, consultum à Fratribus est (2), ut Imperator eodem die coronaretur, cæterorum tractatus in sequentem ebdomadam differretur, illi etiam hoc averfati sunt. Inter hæc tam Pontifex, quàm omnes, qui cum eo erant, à militibus armatis custodiebantur. Vix tandem ad altare Beati Petri pro audiendis Missæ officiis conscenderunt, vix ad sacramenta divina conficienda panem, vinum, aquam, invenire potuerunt. Post Missam ex cathedra descendere compulsus Pontifex, deorsum ante confessionem Beati Petri cum Fratribus sedit, ibi usque ad noctis tenebras ab armatis militibus custoditus, inde ad hospitium extra Ecclesiæ atrium cum Fratribus deductus est. Capta est cum eo & clericorum, & laycorum numerosior multitudo. Pueros etiam, ac diversæ ætatis homines, & clericos, qui obviam ei cum floribus, & palmis processerant, alios detruncavit, alios expoliavit, alios verberavit, alios in captione detinuit. Johannes interea Tuscolanensis Episcopus, & Leo Ostiensis (3) Papam in vinculis tentum ut perspexerunt, habitu plebejo induti in urbem se receperunt.*

*De Pugna Romanorum cum Teutonicis.*

CAPUT XXXIX.

**I**gitur Romani Papam captum ut audiere, repentinus illos tumultus, dolor, & ge-

IN CAPUT XXXVIII. NOTÆ.

- (1) In vita Gelasii Secundi. Stephanus hic eidem Pontifici favit, & Vexillifer ab eo constituitur. *Princeps, & Clipeus, omnium pariter cursalium Stephanus Northmannus Protector, & Vexillifer ordinatur.* At in præsentī favebat Imperatori, qui propterea pro eo intercedit cum Pontifice.
- (2) Episcopis, & Cardinalibus. Et infra, *Deorsum ante confessionem Beati Petri cum Fratribus sedit, & mox cum Fratribus deductus est.*
- (3) Qui ad annum usque 1112. minimùm pervenit; ut supra notavimus. Iterum de eo infra cap. 42. De hac Pontificis captione Anonymus Casinensis ad annum 1111. & Falco Benevent. an. 1110. ubi Peregrinius consulendus.

IN CAPUT XXXIX. NOTÆ.

- (1) Ademit hanc claufulam Lauretus.
- (2) Adrianam molem, seu Castrum Sancti Angeli

**A** mitus invasit, è vestigio Alemannos qui causâ orationis, seu negotii, aut visendi in urbem ingressi fuerant, interficiunt. Altera autem die ab urbe egredientes pugnam conferunt, multosque de exercitu Imperatoris interficientes, & eorum spolia capientes, adversus Teutonicos acrius pugnaverunt, adeo ut eos ex porticu penè propellerent, ipsum etiam Imperatorem equo deicerent, & in faciem vulnerarent. Hoc ubi Otto Comes Mediolanensis perspexit, pro Imperatore se ad mortem obiciens, equum suum contradidit, nec mora, à Romanis captus, & in urbem inductus, minutatim concisus est, ejusque carnes in platea canibus devorandæ relictæ: Tunc Imperator, ubi Romanorum victoriam, & suorum perditionem aspexit, clamavit, & dixit. Videtis ne ô milites mei me interfici à Romanis, & non me defenditis? Ad hanc vocem, videres Alemannorum, & Romanorum micare enses, alios discindi à capite usque ad pectus, nullaque erat requies morientum. Quàm perniciosissima dies tunc Romanis, & hostibus eorum fuit, cum hinc, & inde tot millia hominum cæsa jacebant. Fluvius etiam ipse Tyberis occisorum cruore rubeus, & infectus videbatur. (1) Jam ad occasum dies vergebat, cum Teutonici bello resoluti à pugna se subducere cœperunt, virtus namque eorum, ut ait Eutropius, sicut primo impetu major est, quàm aliorum, ita sequens minor est, quàm foeminarum. Habent namque aliquid simile cum nivibus suis, nam statim, ut tacti calore fuerint, in sudorem conversi, deficiunt, & quasi à Sole solvuntur. Igitur Romani, ut Cymbros bello cessisse viderunt, ad spolia, & prædas conversi, spoliisque peremptorum onusti, in urbem redire cœperunt. Hoc ubi Cæsar advertit, imperat suis, ut Romanos, qui spoliis onusti in urbem redibant, unanimiter invaderent. Quod cum factum fuisset, plures oppressione, & suffocatione, quàm gladio mortui sunt. In tanta igitur perturbatione varia fortuna, varique erant eventus. At Teutonici, cum ad castrum Crescentii pervenissent (2), Romani, pilis de castro emissis (3), illos in fugam convertunt, quibus omnibus rebus Alemanni permoti, cum multitudine Romanorum castra sua compleri, & suum exercitum premi vidissent, in castris se receperunt, tantusque terror eos invasit, ut per totum sequens bidduum die, ac nocte in armis essent. Noctē autem adveniente, Episcopus Tuscolanensis, omnem Romanum populum advocans, dixit ad eos. Licet verba hcarissimi filii nobis vir-

tu-

- E** appellatum *Castrum Crescentii*, à Crescentio Patricio Romano, de quo lib. 2. cap. 18. qui arcem illam, cum in suam potestatem rede-gisset, diu tenuit, donec Teutonicorum fidei, illam oppugnantium, se committens, trucidatus est ab illis. Vide Marlianum in *Roma antiqua* lib. 7. cap. 12. Antoninum par. 2. tit. 16. cap. 1. §. 21. & cap. 3. §. 4. Teutonicos autem *Cimbros* vocat Petrus, quamquam enim diversi sint Populi, finitimi tamen sunt, ideo nominibus permiscetur. Infra verò cap. 87. Saxones distinguit à Teutonibus. Ad Plinium lib. 4. cap. 41. & Ferrar. in *Lex. Geograph.*
- (3) *Pilum* in militia Romana brevis lanceæ genus erat, cujus hastile, ex Vegetio lib. 2. cap. 15. pedum quinque & semis, ferrum verò triangulari figura, unciarum novem; quod & spiculum dicebatur, diversum à *verato*, quòd brevius. An autem hic Pila, seu tela, & lanceæ; An Pilas intelligamus? non contendo.

tutem non addant, neque strenuus ex imbecille, neque robustus reddatur ex timido: omnis tamen vobis causa est pro vita, pro gloria, pro libertate, pro defensione Sedis Apostolicæ. Omnia namque hæc in vestris dextris portatis, nam qui desiderat pacem, præparet bellum. Filii vestri contra jus, contra fas in compedibus detinentur, & Apostoli Petri Basilica, toto orbe veneranda, armis, cadaveribus, atque cruore est repleta. Quid autem aliud exinde, nisi malum, dicere possumus? Ecclesia namque penitus attrita, & desolata est, unde rogamus, & obsecramus, ut ei subveniatis, & ad tantam injuriam ulciscendam toris viribus insurgatis: nam ubi viri sunt, qui eis obsistant, velociores sunt ad fugiendum, quam ad resistendum, de Dei, & nostri, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli misericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis absolvimus (4). Hac igitur Romani oratione animati, omnes insimul contra Imperatorem sacramento se contrinxerunt, & omnes, qui eos adjuvarent, in loco Fratrum habendos statuerunt. Hoc ubi Imperatori nuntiatum est, eadem nocte, eundem Apostolicum exinde abstrahens, tanto metu ex porticu profugit cum suo exercitu, ut non solum sarcinas, sed multos etiam focios in ospitiis reliquerit. Post duos autem dies milites advocans, præcepit Pontificem expoliari vestimentis suis. Quod dum factum fuisset, vinculis alligatum secum duxerunt. Dehinc usque ad pedem Soractis progredientes (5), iuxta Beati Andreæ Monasterium, Tyberis alveum transierunt, & per Sabinos ad Lucanum pontem (6) iter agentes, ultiores Romanæ urbis partes aggressi sunt. Trahebantur inter hæc clericorum, & laycorum nonnulli funibus alligati, Pontifex autem cum duobus Episcopis, Sabinensi videlicet, & Portuensi, & Cardinalibus quattuor, apud castellum Trebicum, cæteri verò Cardinales apud Corcodilum in custodia tenebantur. Latinorum verò nullus cum eodem Pontifice audebat colloqui. Custodiebatur autem à Magnatibus Imperatoris, ab ipsis etiam & obsequabatur, ad ultimum verò tam causâ suspicionis, quam & concordia gratiâ reductus est in castra. Fuit autem idem Apostolicus in eodem carceris ergastulo diebus sexaginta & unum. Johannes interea Tusculanensis Episcopus per Epistolas non cessabat confortare, sollicitare, ac roborare animos fidelium ad succurrendum, & auxilium ferendum Sedi Apostolicæ afflictæ, ac destitutæ. Tunc Princeps (7) in Parenariam (8) cum suis adveniens, elegit milites ferme trecentos, & misit in adiutorium Romanis, qui venientes Ferentinum,

(4) Et cap. 57. sub remissione omnium peccatorum. Peccata pœnas accipe peccatorum, ad mentem Osee cap. 4. Peccata populi mei comedent Sacerdotes, hoc est, Hostias pro peccatis. Vel, peccata hic subintellige per confessionem expiata, sicut loquitur Leo lib. 3. cap. 30. Confessorum peccatorum absolute concessa, & Gelasius Secundus apud Cajet. pag. 122. Si quis vestrum, accepta de peccatis suis pœnitentia, in expeditione hac mortuus fuerit, à suis vinculis peccatorum absolvimus, & infra. Pœnitentiarum suarum remissionem, & indulgentiam consequantur. Quod Novatores contra Indulgentiarum usum blaterant, retundere, non est præsentis instituti.

(5) Mons Sancti Orestis, Viâ Flaminia, vigesimo circiter lapide ab Urbe.

A invenerunt Prolomæum (9), & omnes proceres illarum partium faventes Imperatori. Imperator autem cum omni suo exercitu jam transeverat Tyberim, qua de re, cum non possent urbem intrare, Capuam repedarunt.

De Coronatione dicti Imperatoris ab eodem Papa recepta.

C A P U T X L.

B H Is porrò perturbationibus instantibus Dux Roggerius, cum Boamundo fratre suo vitâ decedit (1). Horum itaque mors Normannis magnum timorem, Imperatori autem, & exercitui ejus, ac omnibus Langobardis, audaciam maximam tribuit: re enim vera, vehementer conturbati fuerant de adventu Imperatoris, ne videlicet pellerentur de Principatibus, Apulia, seu Calabria, & munitissima loca eligebant omnes, & ædificabant ibi munitiones contra adventum Imperatoris. Princeps autem, habito cum suis consilio, ad Imperatorem Legatos direxit, pacem ab eo, & securitatem expetens; itaque cum & agros Romanorum Imperator cotidie depopularet, & eorum animos dolis, ac pecunia pertemparet, tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nichil cum eis pacis, sine Papæ, & Cardinalium liberatione inire potuerit. Diversis inter hæc consiliis distrahebatur: sed perpetrati sceleris conscius, nichil sibi ulterius tutum fore apud Papam arbitrabatur. Videns itaque sibi evenisse quod non putabat, cœpit jurejurando firmare, quod nisi Pontifex voluntatem suam implere morigeraret, & ipsum, & omnes, quos habebat in vinculis, alios interficeret, alios membris detruncaret. Sed cum flectere in hoc Pontificem minime posset, in hoc tandem plena deliberatione convénit, ut omnes, quos ceperat, liberos faceret, dummodo securitatem sibi apud Papam futuri temporis provideret. Hoc profectò per Principes suos, hoc per clericos, hoc per laicos, hoc per cives Romanos sollicitus satagebat. Cæterum Dominus Papa facilius vitam exponere, quam investituris Episcopatum, & Abbatiarum consentire malebat, quamvis ille per investituras illas non Ecclesias, non officia quælibet: sed sola regalia se dare assereret. Proponebatur gravissimum, scismatis periculum, quod penè universæ Latinorum Ecclesiæ immineret. Victus tamen miseris filiorum, laborans gravibus suspiriis, atque gemitibus, & in lacrimis totus effusus, cogor, ait, pro Ecclesiæ liberatione, ac pace hoc pati, hoc permittere, quod pro vita meâ nullatenus consentirem. Ad hanc enim

E (6) Prope Tibur, cujus pontis substructionem Tiro Plantio tribuit inscriptio.

(7) Capuanus.

(8) Supra lib. 3. cap. 24. & in Regeſto Petri.

(9) Tusculi Comitum. Sublaci Dominum illum, vocat Platina. De eo sæpè Auctor noster, ejus gentilis.

IN CAPUT XL. NOTÆ.

(1) Anonymus Barenſis anno MCXI. Indiſt. 4. mense Febr. obiit Rogerius Dux & eodem anno mense Martii obiit frater ejusdem Ducis Boamundus. Falco Beneventanus id retulit ad annum præcedentem. Sed de hoc vide Peregrinium pagin. 152. hist. Langob. In ferie Abbat. Casin. In Necrologio verò Casinensi dies obitus Rogerii Ducis signatur 9. Kal. Martii. Boamundi Nonis Martii.



enim securitatem confirmandam Episcopi, & Cardinales, qui capti fuerant, expetebantur, nec omnino aliter, aut captivorum dimissio, aut Ecclesie pax, quantum in ipsis erat, poterat provenire. Cum itaque Comes Albertus de Blanderada, & ceteri Imperatoris laterales juramenti condiciones prescribi non sine- rent, Pontifex ait: quandoquidem condicio- nem prescribi non patimini, verbis apponam. Tunc totus ad Imperatorem conversus, dixit. Juramenta hæc ideo facimus tibi, ut vos illa, quæ pacti estis faciatis, & observetis, quod Imperator cum suis omnibus lætissimè, ac li- bentissimè annuit. Ex verbo igitur Papæ ab eis juratum est in agro, juxta Pontem Mam- meum (2), qui Romanos à Teutonicis diri- mebat, in hoc videlicet modo, quod ulterius non inquietaret Imperatorem, neque ejus Im- perium de investitura Episcopatum, & Ab- batiarum, & de injuria sibi illata, & suis in persona, & bonis Imperatoris aliquod malum sibi, vel alicui personæ non redderet pro hac causa, & penitus in persona Imperatoris num- quam anathema ponat, & concederet eidem Imperatori, & ejus Imperio, & privilegio suo sub anathemate confirmat Episcopos, & Abbates, liberè electos, assensu Imperatoris, sine Symonia, quos idem Imperator annulo, & virga investiat, & Episcopus investitus li- berè consecrationem accipiat ab Archiepisco- po, ad quem pertinuerit. Si quis verò à po- pulo, & à Clero eligatur; nisi ab Imperato- re investiat, à nemine consecretur, & Ar- chiepiscopi, & Episcopi libertatem habeant consecrandi investitos ab Imperatore, & Re- gnum, & Imperium, & Patriciatum officii sui auxilio tenere adjuvabit. Cumque hoc sa- cramento firmasset, demum Imperator jura- vit, quod dimitteret eundem Pontificem cum Episcopis, & Cardinalibus, & omnes capti- vos, qui cum eo, vel pro eo capti sunt, & obsides, & securos perduceret intra portas Transtyberinæ civitatis, nec ulterius caperet, aut capi permetteret. His, qui in fidelitate Sedis Apostolicæ manerent, & populo Roma- næ Civitatis pacem, & securitatem servaret tam per se, quam per suos, & in personis, & rebus, qui pacem sibi servassent, eundem Papam fideliter adjuvaret, & Papatum secu- rè & quietè teneret, patrimonia, & posses- siones Romanæ Ecclesie, quæ abstulit, resti-

A tueret, cætera, quæ jure habere debet, more antecessorum, recuperare, & tenere adjuva- ret bona fide, & eidem Pontifici fideliter obe- dired, salvo honore Regni, & Imperii, sicut Catholici Imperatores Catholicis Pontificibus Romanis. Post hæc Coloniensis Archiepisco- pus Fridericus, Gebeardus Tridentinensis, Bruchardus Monasteriensis, Bruchardus Spi- rensis, Albertus Cancellarius, Fridericus, He- rimannus, Albertus, Fridericus, Berengarius, Fridericus, Gotfridus, & Guarnerius Comi- tes, ac Bonifatius Marchio in hunc modum juraverunt. Restabat illa exactionis, & extor- sionis portio, ut de investituræ permissione privilegium Imperatori personaliter scriberetur (3), nec ipse igitur, nec ipsius laterales passi sunt, ut intra urbem scriptura ipsa dif- ferretur, ubi sigillum Pontificis dimissum fue- rat. Altero itaque die in eodem campo, qui septem Fratrum dicitur, dum castra move- rent, illud dictari oportuit, & transito juxta Pontem salarium (4) Tyberis fluvio, dum apud Octavum (5) castra sita essent, accitus ab urbe scriniarius scriptum illud inter no- cturnas tenebras exaravit, cui nimirum scrip- to ibidem, quamvis invitus, Pontifex sub- scripsit. Porro cum ibidem cartam ipsam Im- perator accepisset, postmodum tamen cum ad Beati Petri Ecclesiam pervenissent, post co- ronæ acceptionem, eam ad manum Pontificis retulit, nec solum contra ejus voluntatem, sed etiam contra omnem consuetudinem de- ejus manu accepit. Coronatus est autem idem Imperator, portis omnibus Romanæ urbis, ne quis civium ad eum accederet, obseratis. Cumque ad hostiæ confractionem venisset, partem ipse accipiens, partem Imperatori contradens, dixit. Sicut pars ista vivifici Cor- poris divisa est, ita divisus sit à Regno Chri- sti, & Dei quicumque pactum istud dirum- pere temptaverit. Post coronationem, finitis Missarum sollempniis, Imperator statim ad castra in campum egreditur: Pontifex autem urbem ingressus est; ab hinc igitur in Roma- na Ecclesia scandala dissensionum, & scisma- tum oriri cœperunt.

De

(2) Ab Antonino Pio extractum: A Mammea Ale- xandri Imperatoris Matre, instauratum, cu- jus nomen retinuit. *Mammeus*, seu *Mammo- lus*.  
 (3) Paschalis Pontifex Henrico tandem investitu- ras coactus concessit, unde *extorsio* potius, ut loquitur Petrus, quam concessio fuit. Eam- que postea, redempta libertate, justissimè abrogavit in Conciliis Laterani, & Trevis congregatis, apud Gratianum 16. quæst. 7. & Auctorem nostrum infra cap. 45. Otho Frisingensis. *Hoc*, inquit, *Privilegium*, quod à Romano Pontifice minis extorsit, postmo- dum Synodo congregata, Episcoporum aucto- ritas, tanquam *Præilegium* reprobavit. Ivo Carnot. damnat factum Paschalis, illum- tamen excusat, quod coactus fecit, & pos- tea retractavit, cum liber fuit. Bruno no- ster infra cap. 42. vocat illud fœdus fœdum, violentum, & cum prodicione factum. Platina. *Instantibus Cardinalibus, qui in vinculis erant, Populoque Romano, qui ab Hen- rico bello vexabatur, ut quavis conditione pacem componeret*. Neque enim profuturum Ecclesie videbatur, vitam, & dignitatem suam, Cardinaliumque, Populi Romani, & Ec-

clesie pacem prodigere, quam utilius redimere poterat, se rerum æquioribus eventibus reser- vando; ut non successoribus tantum suis, sed sibimet ipsi abrogandum relinqueret, quod per vim, & metum concesserat; sicque Au- ctor exauctoraret; infra cap. 45. Verum natu- rã sic comparatum est, ut extra aleam posi- ti ludentibus illudant, & ea ipsa cavillentur, carpantque audaciùs, quæ in eodem di- scrimine constituti timidiùs ipsi fecissent.  
 Cæterum Henricus, hujus Henrici filius, con- tinuit se tandem ab investituris, easque in- manibus Lamperti, Legati Pontificii, in con- ventu Principum resignavit Vormatiæ; ab eo- demque vinculo anathematis absolutus sub Calixto secundo. Usperg. in Henrico Quinto. Guiliel. Tyrius lib. 1. cap. 13. Frisingens. lib. 7. cap. 16. Pandulfus Pisanus in Calixto secundo. Vide infra in cap. 78.  
 (4) Viã Salaria, quarto ab Urbe lapide, Anieni incumbit fluvio. Salaria dicta est via à Porta Salaria, qua in Sabinos sal comportabatur, ex Festo, & Varrone.  
 (5) Locum sic dictum, quod octavo milliario Ro- mæ distaret. Invenies quoque *decimum*, & familia, præsertim in itinerariis.

*De Dedicacione Ecclesie Sancti Thomæ, sitæ  
extra Castrum Vallis Frigidæ, &  
de miraculo ibi factò.*

## CAPUT XLI.

**H**is quoque diebus, dum Abbas noster Bruno Ecclesiam Sancti Thomæ Apostoli extra Castrum Vallis Frigidæ sitam solempniter dedicasset, mulier quædam, quam immundus acriter vexabat spiritus, ad eum delata est, cujus calamitati compatiens, oratione præmissa, aquam, de qua manus laverat, patienti fœminæ in potum tribuit, moxque ab ea diabolus effugavit. Eo etiam tempore quidam Presbyter in Alemanniæ partibus, dum quendam puerulum psalmum centesimum tertium decimum edoceret, & eo relicto, aliò perrexisset, puer somno fessus deprimitur, moxque rediens Presbyter, excitavit illum, imperans illi legere psalmum. Puer autem perterritus, cœpit alios corde tenus dicere versus: increpatus autem à magistro, ut psalmum potius, quàm versus diceret; ille magis, ac magis cœpit illos repetere. Intellegens autem Presbyter puerum per spiritum loqui, cœpit illos ex ore illius describere: versus autem hi sunt. Rex morietur, & ursus interficietur (1), & erit terror in diversorio. Sol, & Luna emittent venenum suum, & stellæ pluent sanguinem. Regina destruetur, & non stabit Regnum ejus, & erit superstes. Rex Christianorum processit ex alvo matris, quem genuit, interfecit. Oculi ejus ut faces ardentes, & ungues ejus sicut Gris. Alia autem die puer interrogatus, nichil se ex hoc scire, professus est.

*De Obitu Sancti Bruni Episcopi Signensis,  
& quomodo Abbatiam dimiserit.*

## CAPUT XLII.

**P**ræphatus namque Abbas, sociatis sibi Guala Regionensi Episcopo, & Roberto Pasiensi (1), & aliis Cardinalibus, cœpit omnimodis instare Pontifici, ut privilegium, quod Imperatori fecerat, disrumperet, cumque anathematis vinculo innodaret. Hi autem, qui cum Papa in vinculis fuerant, dicebant; quod antea prædicavimus, prædicamus una, & consona voce, & quod dampnavimus, dampnamus: alii autem non solum dampnabant ea (2), quæ contra Apostolicam, & universalem Ecclesiam facta fuerant, verum etiam satis impudenter defendere conabantur. Igitur dum istiusmodi dissensionibus Apostolica Ecclesia quateretur, relatum est eidem Pontifici, quòd supradictus vir illius dissidii, & scandali Dux, & Signifer es-

## IN CAPUT XLI. NOTÆ.

(1) Prodigii hujus interpretamentum Vatibus dimittimus curiosis. Nobis enim, subsecivis horis, hæc festinantius annotantibus, non vacat ariolari.

## IN CAPUT XLII. NOTÆ.

(1) An oppida sunt Regium, & Patti? in Calabria finibus illud, hoc in Sicilia non longè à Messana.

(2) Non solum non dampnabant edidit Lauretus, rectè ad sensum.

(3) Primo Corint. 16. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit Anathema Maranatha. Divus Hieronymus. Maranatha magis Syrum est, quàm Hebraicum, tametsi ex con-

fer. Quod ubi prædictus Abbas audivit, temporis opportunitate reperta, dixit ad eum. Inimici mei dicunt tibi, quia te non diligo, & quia de te malè loquor; sed mentiuntur. Ego enim sic te diligo, sicut patrem, & Dominum diligere debeo, & nullum alium, te vivente, volo habere Pontificem, sicut ego cum multis aliis tibi promisi. Audio tamen Salvatorem meum michi dicentem. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus. Unde & Apostolus dicit. Si quis non diligit Dominum Jesum, sit anathema maranatha (3). Debeo igitur diligere te: sed plus debeo diligere illum, qui & te fecit, & me. Huic enim tanto amori nichil unquam præferendum est. Fœdus autem illud tam fœdum, tam violentum, cum tanta prodicione factum, tam omni pietati, & religioni contrarium ego non laudo: quis enim illud laudare potest, in quo fides violatur, Ecclesia libertatem amittit, Sacerdotium tollitur, unicum, & singulare hostium Ecclesie clauditur, multa hostia aperiuntur, per quæ, quicumque intrat, fur est, & latro? Habemus Canones; habemus Sanctorum Patrum constitutiones à temporibus Apostolorum usque ad te, viâ Regiâ incedendum est, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Apostoli omnes illos damnant, & à fidelium communione segregant, quicumque per secularem potestatem Ecclesiam obtinerent (4), laici enim, quamvis religiosi sint, nullam tamen disponendi Ecclesiam habent facultatem. Hæc namque constitutio Apostolorum sancta est, cui quicumque contradicit, Catholicus non est: omnis autem, qui hæresim defendit hæreticus est; nemo autem hanc non esse hæresim dicere potest, quam sancta, & Apostolica Ecclesia in multis Conciliis hæresim nominavit, & simul cum suis auctoribus dampnavit, & excommunicavit. Talis allocutio inter Pontificem, & Abbatem invidiæ, & odii fomitem ministravit. Inter reliqua autem, quæ tunc contra eundem Abbatem locutus est, ait. Si non acceleravero tollere ei Abbatiam, futurum est, ut ipse suis argumentationibus Romanum michi tollat Pontificatum, quapropter eidem Abbati ab urbe direxit Epistolam, per quam mandat, quòd non deberet Episcopus simul esse, & Abbas, nec ulterius ferre Sedem Apostolicam aliquem Episcopum tam famosissimæ Abbatie præesse. Fratribus etiam per Leonem Ostiensem Episcopum, & hujus Cœnobii Monachum, litteras misit, in quibus præcepit, ut ulterius eidem viro obedientiam non exhiberent: sed secundum Deum regulariter sibi Abbatem eligerent, quòd si aliter agerent, in omnibus cellis huic Cœnobio subditis Abbates proprios ordinaret (5). Hoc ubi Abbas audivit, Fratres convocans, cœpit ostendere illis dissensio-

*finio utrarumque linguarum aliquid & Hebraum sonet, & interpretetur Dominus noster venit, &c. Alii sit Anathema, donec veniat Dominus, qui judicabit omnes. Fides sit apud Interpretes.*

(4) Indicat Canonem 31. Apostolorum, qui refertur 16. quæst. 7. ubi sic. Si quis Episcopus secularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, qui illi communicant.

(5) Sicque à Casinensi jure subduceret. Cellæ enim Casinates non per Abbates proprios, sed per Præpositos, à Casinensi Monasterio missos regi contulerunt, lib. 3. in cap. 14.

tionem, quæ inter se, & Pontificem pro causis Ecclesiasticis erat, simulque etiam monuit illos, ut, si vellent Abbatem, quem ipse eligeret, & illos, & hunc locum pro suo posse protegeret, atque defenderet. Erat tunc in hoc Monasterio Frater quidam, Peregrinus nomine, natione Ligur, seculari astutia callidus, cui eandem Abbatiam dare decreverat. Quod cum Fratres præscissent, dixerunt Abbati. Quia quoad ipse velle Abbatis jure præesse, omnes illi, ut Patri, & Domino obedirent: sin autem Abbatiam vellet relinquere, electionem, quæ illis præcepto regulæ debebatur, nulli omnino contraderent, sed ipsi, antiquo more, Abbatem sibi eligerent. Hoc ubi ille audivit, putans se id violenter implere, armatos milites ad Monasterium custodiendum in suum auxilium evocat (6). Die verò altero, Fratribus cum pace ad Missam celebrandam Ecclesiam intrantibus, subito advēnit diversis armata telis multitudo furentium, & qui essent, qui voluntatem Abbatis nollent implere, quærentium. Fratres autem nimis hæc indignè ferentes, ac unanimiter super illos irruentes, de Monasterio ejecerunt. Quod cum Abbati nuntiatum fuisset, ad hoc Monasterium ascendit, & ad se Fratres advocans, nolo, inquit, ut propter me inter vos, & Romanam Ecclesiam scandalum oriatur, ideoque virgam pastorem, quam michi tradidistis, recipite, & mox eam super altare ponens, Fratribusque absolutionem faciens, ad Episcopatum suum reversus est, ubi in sancta conversatione feliciter usque ad Oderisii Secundi Abbatis tempora vivens è mundo recessit pridie Hcal. Septembris (7): sepultus verò est in civitate Signina in Ecclesia Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, ad cujus memoriam miracula Dominus patrare non desinit usque in hodiernum diem. His diebus, defuncto in Terracineni Ecclesia Benedicto Episcopo, Gregorius hujus Cœnobii à pueritia Monachus, & in scripturis sanctis eruditissimus, à Romano Pontifice in eadem Ecclesia Episcopus substituitur (8). Similiter etiam in Cœnobio Sancti Martyris Christi Vincentii Amicus hujus Casinensis Monasterii Decanus Abbas præficitur, & in Romana Ecclesia Oderisius, & Roscemannus Diaconi Cardinales ordinantur (9).

Gyrardus hujus Monasterii Abbas quadragesimus primus sedit annis undecim, mensibus tribus.

(6) Detruncavit omnia hæc Lauretus, suspicatus, opinor, cum eximia Brunonis sanctitate minime cohærere, quoddam armato præsidio Abbatem, per vim, substituere cogitaverit Peregrinum. At, cur non, recta intentione à Brunone armatos milites credamus ascitos, non ad vim inferendam aliis, sed, ne sibi vis inferretur, quicquid interpretetur Petrus, & vulgus? Ad stipulatur, quoddam, nunciata Brunoni militum insolentia, statim, ut scandala præcaveret, sponte se regimine abdicavit, eligendi successorem libera potestate Monachis relicta, ut hic, & cap. seq. Admisso etiam, Brunonem, aut præjudicata mente deceptum, quoddam Peregrinum præ cæteris digniorem reputaverit: Aut privato erga Ligurum, civem, & domesticum, affectu præventum, Abbatiam infulis illum ornare statuerit, metu Monachis per milites incusso, An tota illico Brunonis sanctitas irreparabiliter pessum ibit? Sancti viri, Sancti quidem fuerunt; at Homines. Humanum nihil ab illis alienum fuit. Sola Christi humanitas ex jure substantialis sanctitatis, & eorum, qui, per gratiam accidentalem, perseverantiæ donum adepti sunt, Tom. IV.

A De Origine, & Infantia, ac de Ordinatione Girardi Abbatis hujus loci.

## CAPUT XLIII.

Hic nobilissima Marforum Comitum progenie originem ducens, in primis pueritiæ suæ annis omnipotenti Deo in hoc Monasterio oblatum, atque à Desiderio, Abbate susceptum, & in Monasterio Sancti Nycolai in Pica Præpositus constitutus. Demum verò ab Oderisio, qui Desiderio in Monasterii successit regimine, hujus loci Decanus ordinatus est, sed, cum, post Ottonis transitum, Bruno ordine, quo supra retulimus, Abbas effectus fuisset, Romanus Pontifex graviter, ut antea jam diximus, ejus ferens electionem, scripsit ei, & ut Abbatiam dimitteret, ac Episcopatum suum peteret. Ille scismatis, & discordiæ periculum metuens, Abbatiam reliquit. Post hæc Fratres in Capitulum convenientes, omnium unanimitate, Abbas ordinatus est. His quoque diebus Roggerius Dux Apuliæ, vitam dedecit, & in loco ejus Guilielmus filius ejus substituitur (1).

B Qualiter Beatus Benedictus sanavit Ugonem de Albaspina (1), & postmodum effectus fuit Monachus.

## CAPUT XLIV.

Tunc temporis Ugo quidem Transalpinus miles, cui de Albaspina cognomen inditum fuerat, istis in partibus apud plerisque Comites suis armis deserviens, ditiaque stipendia lucrans, rebus satis prosperis, dulcissimæ juventutis voluptatibus utebatur. Erat enim cum manu promptus, tum etiam sermone facundus. Is cum Raone Rahelis filio Teanensis Civitatis Comite, ipsa Cœnæ Dominicæ sollempnitate Sanctum Pascha celebraturus, ad hoc Monasterium devotione non modica, veniens, declivi montis scabrosa via equitaturâ concidens, horribilem nuntis crurium fracturam passus est, & non aliter, quam in lectulo, huc asportari prævaluit, moxque se ante Beati Benedicti corpus poni, instantissima prece, deposcit, ibique magnis clamoribus vociferans, totum diem flendo consumpsit. Cumque jam sequentis noctis tenebræ diei finem imponerent, Mansionarius Ecclesiæ, foras

à peccatis immunes fuerunt. Cæterorum, usque ad ultimum spiritum, anceps justitia est. Et porro de Brunonis sanctitate luculentum ipse Petrus noster testimonium perhibet, mox infra,

(7) Anno 1125. A Lucio Tertio in album Sanctorum solemniter postea relatus, in cujus honorem Honorius Tertius anno 1223. aram propriis manibus dedicavit, ex ejus vita. Colitur Casini ejus memoria 18. Julii.

(8) Petr. Diac. de Vir. Illustr.

(9) Oderisius tunc Præpositus erat Casinensis sub Girardo Abbate, infra cap. 78. A Calixto Secundo ex Diacono Cardinali factus est Presbyter. De Roscemanno pauca ex nostris habemus. Interfuit Cluniaci Creationi Calixti Secundi, à quo Romam missus, ut cæterorum, Catholicæ parti faventium, Cardinalium, assensum rogaret, quod egregie adimplevit. Infra cap. 64. in fine.

IN CAPUT XLIII. NOTE.

(1) Anno IV. ad annum 1127.

IN CAPUT XLIV. NOTE.

(1) In corpore verò capitis initio, De Albaspina, emendavimus, ut in Titulo.

V u u

rās illum deferre, famulis quibusdam mandavit. Ille autem magnis sacramentis contestari cœpit, se nullo modo inde, nisi convalesceret, exiturum, & agebat (2). Hic hinc ante illius corpus, cuius, cum ardenti desiderio, curiam visitarem, tanto mei corporis usus sum infortunio, hinc, inquam, ad illius injuriam jacens, continuo naturæ satisfaciam; nisi, consuetam sibi, protinus michi tulerit opem (3): Quibus dictis, recedentibus cunctis, ipse quoque semisopitus paulisper obtulit. Cum ecce videt sacrosanctum altarium, in quo Benedicti Patris est corpus reconditum, quasi divinitus aperiri, indeque venerandæ canitiei virum egredi, illo scilicet habitu, quo in festivis processionibus Abbates uti consueverunt, qui propius accedens, & fracturæ locum benigna manu contingens, dixit. Ecce sanus factus es, minitari jam desine (4). Aeger autem continuo sanus surgens, & incolumis, noctem illam in omnipotentis laudibus expendit. Mane autem facto, rem gestam innotuit, (5) gratiarumque actiones Deo, & Patri Benedicto permagnificas reddidit. Post festum itaque non minori, quam decuit, mentis lætitia celebratum, Teanum Ugo rediit, cœlestisque ignis ardore calefescens, mundo, mundanisque omnibus vale dicens, se ipsum quoque, secundum divinum præceptum, sibi abnegans, nudus, & expeditus secutus est Christum, moxque ad fontem de Corrigia (6) Xenodochium construens, tam religioso vitæ tramite ad supernam patriam currere cœpit, ut calciamentis quidem nullis, vestimentis verò tantum laneis usus sit. Idem etiam post quindecim annos rursus huc veniens, quasi adeptæ salutis rependio, Beato Benedicto perpetuo se tradidit servum, veridicoque ore, superius dicta, multotiens fatebatur. Eo etiam die Rao filius Raëlis remisit super altare Beati Benedicti cunctam pertinentiam cellæ nostræ de Tiano, & juravit, quod quietam nobis dimitteret, quemadmodum temporibus Jordani Principis fuerat, reservans sibi hoc tantummodo, quod homines nostri duobus diebus per ebdomadam suo servitio deputentur usque in quatuor annos, & ipse ob hoc dimitteret de solito censu, quem accipit de Casa Flamma, vel aliis annuatim tarenos centum. Completo ergo termino, cætera omnia quieta dimittant in perpetuum.

*Qualiter Girardus Abbas post confirmationem, à Paschale Papa, obtinuit Privilegium de libertate hujus Monasterii.*

#### CAPUT XLV.

Mittit dehinc Pontifex nostro Abbati, quatinus, præparatis omnibus, ad urbem pergat, videlicet, ut proximo mense Martio Abbatiae consecrationem accipere debeat. Præparatis igitur necessariis, iter arri-

(2) Pro agebat. Sic Magi pro Maji, Cajeta pro Cajeta, ut sæpe advertimus.

(3) Audacia militari, magnaque simul fiducia sanitatem miraculo extorquet. Violenti rapiunt illam.

(4) Urbana lenitate.

(5) Activa significatione, ut alibi notavimus; & sequioris ævi scriptoribus frequentata, præsertim Gregorio Magno.

(6) In agro Teanenfi, durat nomen.

#### IN CAPUT XLV. NOTÆ.

(1) Reg. num. 44. In cujus initio Pontifex profertur Gerardum Abbatem suis fuisse manibus

A piens, Romam advēnit, ibique consecrationem indeptus, Privilegium ab eo, de omnimoda Monasterii hujus libertate, recepit (1). Mense itaque Martio adveniente, facta est ibi Sinodus, in qua cum omnibus Episcopis de negotio Sedis Apostolicæ, & Romani Imperii tractaretur, Papa professus est, se non tam sua, quam aliorum concaptivorum liberatione cum Imperatore fecisse, quod fecit, seque omnino Catholicum esse, firma, ac vera ratione ostendit. Privilegium etiam, quod fecit, contra omne jus, & fas, necessitate fecisse, confessus est. Quicquid verò sui Prædecessores statuerunt, & damnaverunt, omnia similiter confirmavit, & damnavit. Hoc Episcopi audientes illud scriptum Privilegium, si Privilegium vocandum, audierunt, & omnino in perpetuum condemnaverunt.

*Qualiter Alexius Imperator Constantinopolitanus delegavit prædicto Pontifici, ut Imperatorem Romanum eum coronaret.*

#### CAPUT XLVI.

Eodem verò anno Alexius Imperator (1), cujus supra memoravimus, strenuissimos de suo Imperio viros cum litteris Romam direxit, per quas significabat se idem Imperator primitus de injuria, & captivitate Summi Pontificis, à Romanorum Imperatore sibi illata, nimium dolere, deinde gratias agens, collaudabat illos, quod viriliter contra eum steterint, nec illi ad votum cessissent, atque ob id, si animos illorum promptissimos, ac paratissimos inveniret, prout sibi ab istis partibus jam dudum mandatum fuerat, vellet ipse, vel Johannes filius ejus (2), secundum morem antiquorum fidelium, videlicet, Imperatorum, à Summo Pontifice Romæ coronam accipere. Romani autem se omnino paratissimos fore, secundum voluntatem illius, per eosdem Nuntios mandaverunt. Mense autem Magio elegerunt de suis ferme sexcentos, & direxerunt Imperatori ad conducendum eum, qui venientes Casinum, honorabiliter à nostro Abbate recepti sunt, atque cum illis Legatos ad Imperatorem direxit, per quos (3) servitium, & orationem ei sponndit. Igitur cum Constantinopolim reversi fuissent, & unà cum Romanis eidem Imperatori narrassent, quod illis noster Abbas fecisset, censuit Imperator, eum in loco amicorum habendum, ac per hujus Cœnobii Fratres, octo libras solidorum Michalatorum, & pallium triacontasimum (4) Beato Benedicto direxit. Insuper etiam eidem Abbati mandavit, ut cum ipse Romam coronandus veniret, obviam ejusque Dirachium exiret, atque cum eo usque ad urbem, in ejus servitio permaneret.

De

consecratum, de quo hic.

#### IN CAPUT XLVI. NOTÆ.

(1) Comnenus primus, de quo supra cap. 11. 17. & 27.

(2) Dicitur Calojannes Comnenus, qui regnavit post Patrem annos 24. menses 8. nempe à 18. Kal. Septembris anni 1118. usque ad 1143. obiitque Aprili mense. Alexius verò mortuus 15. Augusti sub noctem. Ex Niceta, Panvin. Mercatore, & aliis.

(3) Addidimus Per, quæ decrat.

(4) Supra in cap. 17.

*De quibusdam Oblationibus, & Ecclesiis in partibus Beneventana Civitatis, & in pertinentiis ejus.*

CAPUT XLVII.

**H**is diebus Ugo filius Ugonis infantis (1) de castro Fenuculi, unà cum Landulfo Beneventano Archiepiscopo, reddidit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Petri in Russano, & Sancti Johannis in pertinentiis de castro Helicuso, & Sancti Georgii in castro Fenuculi, & Sancti Martini in pertinentiis de castello, qui dicitur Turrepalatium, & Sancti Januarii in pertinentiis civitatis Beneventanæ, cum pertinentiis illarum, quas videlicet Pater ejus ad diem obitus Sancto Benedicto traderat.

*De Adventu Rogerii Ducis ad hunc locum (1), & de libertate ab eodem concepta hominibus Castellioni, ac de concessione Sancti Petri in Tarento.*

CAPUT XLVIII.

**A**lio verò anno præphatus Papa Paschalis iterum ad has partes deveniens, cum nostro Abbate Sinodum celebraturus, Beneventum perrexit, in qua, videlicet per Senem Capuanum Archiepiscopum (2) proclamationem fecit (3) de Ecclesia Sanctæ Sophiæ in Beneventu, quæ violenter à ditione hujus loci subducta fuerat, sed nichil exinde habere justitiæ potuit, proclamavit etiam super Benedictum Terræ majoris Abbatem, quòd Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Casali plano, quæ juris hujus loci existerat, invalisset. Tunc Pontifex, licet ab Abbate Oderisio olim exinde pulsatus fuisset, missis iterum, atque iterum litteris, apposita etiam interdictione vel loci, vel ordinis, eundem Abbatem ad se venire coëgit. Data est igitur per biduum Jurisperitis licentia disputandi, novissimè auctores Monasterii Terræ Majoris probationem possessionis quadragenariæ intenderunt. Cæterum eorum testes non ex visu, & auditu, sed ex fama testimonium profitentes, nec legibus, nec canonibus, suscipi potuerunt. At contra nostri quadragenariæ, vel tricenariæ possessionis interruptionem modis talibus astruebant, testes duos notæ religionis Monachos, unum Episcopum, alterum Diaconum protulere, qui, se præsentibus, supradictam Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Casali plano per Desiderium memoriæ felicis Abbatem locatam Rodulfo Presbytero afferrebant, sicut in locationis descriptione

IN CAPUT XLVII. NOTÆ.

(1) Falco Benevent. *Insuper etiam prædictus Comes Rogerius, cum Hugone Infante.* Quem Honorius Secundus apud eundem vocat virum nefandæ memoriæ, & tyrannum horribilem. Erat autem multorum Castrorum Dynasta. Et in Regeft. Petri n. 580.

IN CAPUT XLVIII. NOTÆ.

(1) Legendum videtur. De Adventu Guillelmi Ducis. Nam Rogerius Pater jam mortem obiit, supra cap. 43. Hic autem Guillelmus obiit sine prole. Vide Peregrin. in stemm. Ducum Apuliæ, & Regum Siciliæ.  
(2) De quo legitur, quòd à purgatorii cruciatibus redemptus fuit precibus Joannis de Ravenna, & Joannis de Sancto Angelo Monachorum Casinensium. In vita ejusdem Joannis de Ravenna. Tom. IV.

**A** ostendebatur, sub censu sex bizanteorum, tres etiam ab eis Layci testes prolati sunt, qui se vidisse profitentur per annos quadraginta, priusquam Ecclesiam illam Terræ Majoris Monasterium invalisset, hujus Cœnobii Monachos ibidem fuisse Præpositos. Legum igitur Pontifex auctoritate perspecta, Monasterio Terræ Majoris super hoc negotio perpetuum silentium indixit, & demum Ecclesiam de Casali plano, cum possessionibus suis, apud nostrum Monasterium per privilegium quietam in perpetuum manere constituit. Tunc temporis & Robbertus Comes de Lauretello quadragesimali tempore, causâ orationis, ad hoc Monasterium veniens, unà cum Oldiberto milite suo, obrulit Beato Benedicto quicquid sibi pertinebat in territorio Sancti Martini in Pisile. Sequenti verò anno Guillelmus Dux, filius Roggerii Ducis, ad hunc locum deveniens, per præceptum confirmavit in hoc loco quicquid Robbertus, & Roggerius Duces Sancto Benedicto tradiderunt (4), confirmans insuper Terram, quam olim in Trojano apud Sanctam Justam in hoc loco concefferat, adiciens insuper, ut animalia nostra, quæ annualiter in suam terram deveniant, pascua in solitis locis habeant, & absque sua, hominumque suorum, vel alicujus personæ contrarietate, vel infestatione, seu reditione, maneant, & redeant, mille librarum auri poenâ indictâ. Fecit & aliud præceptum de Castellione de Baroncello (5), cum pertinentiis suis, ut homines, qui in eo manent, solidi, quieti, & liberi sint à se, & à suis ab omni datione, vel censu. Sed & Constantia filia Regis Francorum, cum Boamundo filio suo (6), eodem anno obrulit in Ecclesia Sancti Petri Imperialis in civitate Tarento octoginta sex familias hominum cum rebus suis, & quicquid eidem loco concessum est per præcepta, & oblationes.

*Qualiter idem Papa investivit Guillelmum Ducem Ducatus Apuliæ, & Calabriæ.*

CAPUT XLIX.

**E**odem verò anno Papa Paschalis, cum apud Ceperanum Sinodum celebraret, Archiepiscopus Consentinus proclamationem fecit super Roggerium Comitem Siciliæ, qui eum de Archiepiscopatu deiciens, invitum, & renitentem monachum fieri jusserat. Ad hæc Papa: hoc ad me non attinet; Abbatis enim Casinensis est judicare, & discernere de talibus (1), cui hanc prærogativam prædecessores nostri contulerunt. Dona namque, & vocatio Dei, sicut Apostolus, sine poenitentia sunt. Illud ergo donum, quod omni-

**E** venna apud Ughellum Ital. sac. tom. 6. colum. 398. De eodem Senne mentio fit in vita Gelasii Secundi.  
(3) Abbas scilicet Casinensis, quamvis Syntaxis ad Pontificem ducere videatur.  
(4) Regeft. num. 574.  
(5) Num. 575.  
(6) Num. 576. Constantia uxor fuit Boamundi Primi, Filia Philippi Regis Francorum. Mater Boamundi Secundi, de quo in præfenti.

IN CAPUT XLIX. NOTÆ.

(1) Non, quòd Papa non possit, ut supremus Juxta, sed, quia collatam semel Abbati Casinensi potestatem, sinere illi, ejusque exercitium non impedire, sibi complacuit. Dona quippe Dei sunt sine poenitentia.



potens Deus beato concessit Benedicto, ac per eum Casinensi Coenobio, nulla potest ratione convelli. Idemque Abbas Casinensis super re tali respondeat, tunc Abbas. Non vult Deus coacta servitia, unde si contra vestram voluntatem Monasticum institutum arripuisti, vestrum erit, vel relinquere, vel tenere, quapropter sanctæ religionis habitum, quod (2) inviti sumpstis, ut ad pedes Domini nostri Apostolici deponatis præcipimus, demum, ut ante jam dixi, vestrum erit, vel recipere, vel dimittere. Ille autem continuò ad pedes Summi Pontificis vestimenta deponit Monastica, sed nullo modo ei ab aliquo persuaderi potuit ulterius resumere. In eodem etiam Concilio idem Apostolicus investivit Guillelmum Ducem de Ducatu Apuliæ, & Calabriæ. Ibi etiam cum Landulfus Beneventanus Archiepiscopus accusatus fuisset, & se purificare de objectis non valeret, ad hunc locum fugit, Papæ sententiam audire declinans, sed qualiter rogatu nostræ congregationis, & Pontificii ordinem, & Papæ gratiam rursus habuerit, loco suo scribemus (3).

*Qualiter Azo Decanus, & socii missi in Sardiniam, cum ipso capti sunt à Sarracenis, & per Rogerium Ducem Sicilia liberati sunt.*

## CAPUT L.

**H**oc etiam anno, cum Fratres nostri Coenobii à Sardinia remearent, pyratæ Sarracenorum super eos irruentes, in Africam vinctos duxere, quod ubi noster Abbas agnovit, pretium pro redemptione eorum illuc transmittere studuit: sed hi, qui deferebant, ventorum vi in Syciliam appulsi sunt. Igitur dum hæc ad notitiam Roggerii magnifici Comititis pervenissent, amore Sanctissimi Patris Benedicti ductus, Nuntios suos ad Regem civitatis Calamensis (1), quod à Sarracenis Alchila dicitur, destinavit, quatinus illos ad hoc Monasterium redire permitteret, si ejus frui amore, si ejus pace uti desideraret. Annuit protinus Calamensis Rex tantis postulationibus, eosdemque Fratres Legatis ipsius Comititis tradidit. Jam enim Azzo hujus sancti loci Decanus in eadem captione vitâ decesserat, qui per Africam Syciliam venientes, honorabiliter ab eodem Comite suscepti, atque ad hunc nostrum Monasterium retransmissi.

(2) Quod pro *Quem*, sæpius Petro consuetum ex Italico, *Cbe*.

(3) Cap. 60.

## IN CAPUT L. NOTÆ.

(1) Calama Urbs est Africæ, inter Hipponem, & Cirtam. Ferrar. Lex. Geogr. Augustinus de Civ. Dei lib. 14. cap. 23. Presbyter fuit quidam, nomine Restitutus, in Parocia Calamensis Ecclesie.

## IN CAPUT LI. NOTÆ.

(1) Oscitantia librarii parcendum.

(2) Italicè *Chiamare*. Supra lib. 2. cap. 93. Nunquid non etiam vocem illius, me inclamantis audistis? Petrus noster in Reg. num. 159. Qui clamabatur Caputo. Et ibidem num.

*Qualitet dictus Decanus defunctus fuit, & lampadem plenam aqua, in morem olei semper ardentem (1) visa sit.*

## CAPUT LI.

**O**peræ pretium reor, ea, quæ omnipotens Deus ad jam dicti Decani declaranda ostendit merita, opusculo præsentis annexere. Hic igitur, dum in eadem Provincia defunctus fuisset, corpus ejus in Ecclesia Beatæ Mariæ ante altarium sepultum est. Factum est autem intempestæ noctis silentio, Sarraceni inde transeuntes, dum Luna radios suos emitteret, viderunt eum foris, iusta hostium Basilicæ sedentem, librumque in manu tenentem. Tunc illi obstupesci, alios Sarracenos clamare (2) coeperunt, dicentes: currite citius, currite, huc properare studete, nam Presbyter Christianorum, qui in isto mense mortuus est, ante hostium Ecclesiæ sedentem conspicimus. Hoc igitur reliqui audientes, portas civitatis egressi, illuc tendere festinaverunt. Cumque ad eum appropinquassent, vir Domini inter limen, hostiumque Basilicæ ingressus, nusquam comparuit. Quadam verò die Mansionarius ingressus Ecclesiam, repperit lampadam, quæ super sepulchrum ejus pendebat, ardentem. Tunc iratus, puerum, qui ei jugiter in Ecclesia serviebat, vocavit, eique dixit. Cur lampadem accensam reliquisti? Ad quem puer respondit. Ego, quando Ecclesiam clausi, lucernas omnes extinxi, hanc autem qui accenderit, ignoro. Animadvertens autem vir ille quod in re erat, lampadem extinxit, Ecclesiam clausit, alioque die ingressus Ecclesiam, eam ardentem repperit. Hoc igitur, dum sæpius fieret, nuntiatum est Regi Sarracenorum, qui in re insolita admiratus, & putans à Christianis ita confingi, destinat Sarracenos, qui lampadem extinguerent, oleumque inde traherent. Quod dum factum fuisset, alio die Ecclesiam ingressi, lampadem lucentem, atque aquam, in morem olei, ardentem invenere. Qui præpete cursu inde egredientes, ad Regem venerunt, & cuncta, quæ evenerant, per ordinem pandunt. Tunc Rex lampadem extingui, & Sarracenos die, ac nocte Ecclesiam custodire præcepit, ne quis Christianorum ibidem intraret, qui præceptis ejus parentes, Ecclesiam custodire coepere. Noctē autem adveniente, Sarraceni, qui Ecclesiam observabant, oculos in cælum levantes, stellam de cælo super lampadem Ecclesiæ radiantem aspiciunt. Tunc obstupesci, fores Ecclesiæ referant, lampadamque lucentem aspiciunt, cursuque celeri, ad Regis tendentes palatium, se-

279. In vita Sancti Ceddæ Episcopi Londinen. apud Bolland. tom. 1. pag. 374. At ille mittens ad Provinciam mediterraneorum Anglorum, clamavit ad se virum Dei Cedd. & iterum, venit, qui clamaret eum ad Regem. Monast. Anglic. pag. 684. & sciatis me clammasse quietam totam supradictam terram de omnibus Geldis, ubi obiter nota Geldam, pecuniam significare, vel Collectam, exactiorem, multam. Ingulfus in histor. Quæti, & soluti ab omni Scotto, Geldo, &c. & in Capitulis Carolomanni. Volumus, ut Presbyteri, & Ministri Comititis Villanis præcipiant, ne Collectam faciant, quam vulgò geldam vocant, contra illos, qui aliquid rapuerunt.

feriatim; quæ viderant, narrare cœperunt. Rex verò suorum talia dum audisset ab ore, dictis derogans fidem, lampadem extinguere, & Ecclesiam, sicut prius, custodire præcepit, exurgensque ad domum Callisæ, qui Ecclesiam luminabat (3) perrexit. Cùmque jam nox advenisset, elevatis in cœlum oculis, vidit stellam super lampadem Ecclesiæ radiantem, eandemque radio suo accendentem, statimque Sarracenos ad Ecclesiam mittens, lampadem ardentem reversi nuntiarunt. Tunc Rex proponit edictum, ut Christiani liberam in Ecclesiam ingrediendi facultatem haberent.

*Qualiter concessa fuit huic Monasterio Sanctæ Agathæ in Aversana civitate.*

CAPUT LII.

Eodem quoque tempore Robbertus Aversanus Episcopus, præfente Romano Pontifice, promovit litigium contra hoc Monasterium de Ecclesia Sanctæ Agathæ in Averse. Cùmque diu inter nos, & illos in Romana Curia hæc causa sæpius ventilata fuisset, ex præcepto Romani Pontificis, & Cardinalium, quibus grave videbatur, totiens eandem causam in judicio audire, unâ cum Clericis Aversanæ Ecclesiæ, idem Episcopus eandem Ecclesiam in perpetuum huic nostro Casinensi Cœnobio habendam concessit, pœna quinquaginta librarum auri apposita. Hic Abbas fecit libellum hominibus habitantibus in Castro Sancti Angeli de terris, & silvis huic Monasterio pertinentibus in loco, qui dicitur Tabulenla iusta tenorem antecessorum suorum, unde recepit libras denariorum decem. Huic Abbati Robbertus Princeps iurjurando firmavit totam ex integro Abbatiam, & omnem terram, Castra, & Monasteria, (1) sicut illa tenuit Otto Abbas, octo dies

(3) Editio Neapolitana. *Ad domum Callisæ, quæ Ecclesiam luminabat.* Utra melior lectio, iudicium ferant legentes. Sed, quid Callisæ? Nomen est Regium ex Jovio lib. 17. hist. Nam sicut Egyptii Reges vocati sunt *Pbaraoes*, vel à Rege quodâ, cui nomen *Pbarao*, vel *Pbarao* Egyptiis est Rex, ut ait Josephus lib. 8. Antiquit. cap. 2. & Reges Alexandrini dicti sunt *Ptolemæi*, à Ptolemæo Lagi filio, qui primus Magno Alexandro in Egypti Regnum successit. Romanorum quoque Imperatores *Cæsares*, & *Antonini* à Julio Cæsare & ab Antonino Pio: Ita posterioribus sæculis, cùm Egyptii, evocatis in auxilium Sarracenis, Græcorum, superbè in ipsos impertantium, jugum excussissent, Ducem Sarracenorum Calipham nomine, ex Mahomete pseudopropheta originem trahentem, sibi Regem elegerunt, ex quo ejus successores omnes Caliphi nomen assumpserunt. Hœping. Martinius, & Hieron. in cap. 30. Isaiæ. Verùm hic *Calipha* nomen regium non esse, vel inde apparet, quod Rex Calamensis accessisse dicitur ad domum Callisæ. Diversus ergo à Rege erat Calipha.

Riccardus de Sancto Germano in suo Chronico anno 1214. loquens de filiis Sephadini Soldani Damasci, *sextus*, inquit, *filius est Mabusmetus, qui tenet Regnum de Baldac, ubi est Papa Sarracenorum Caliphus, qui colitur, tenetur, & adoratur tanquam Romanus Pontifex, in lege eorum, qui non potest videri; nisi bis in mense, &c.* Calipha ergo est Pseudopontifex Sarracenorum, & quidem olim, apud Egyptios, Reges erant quoque Sacerdotes. Fortassis igitur Calipha Regem pariter signabat, & Pontificem: postea distinctis muneribus, & personis, *Calipha*, seu *Caliphus*, Pontificem tantum designavit. Hæc suspicio

antequam mortuus esset, & omnia, quæ hoc Monasterium retinebat infra Principatum Capuanum. Id ipsum fecit Andreas Consul, & Dux Cageranorum de terra Sancti Benedicti, (2) & nominatim de Castro Pontiscurvi, cum pertinentiis suis.

*De Renovatione Sanctæ Mariæ in Cingla.*

CAPUT LIII.

Tunc temporis Benedictus Fundanæ Ecclesiæ Episcopus, & hujus Cœnobii Monachus contendere cœpit adversus hoc Monasterium pro pecunia, quam Contardus prædecessor suus in hoc loco deposuit, cujus pecuniæ partem idem Episcopatu redditam fatebatur, partem verò nostram (1): noster verò Abbas causam se ignorare dicebat, & cùm hujus rei negotium diu, multumque ventilatum fuisset, quoniam, & de quantitate pecuniæ dubitabat, & utrum minus esset redditum, quàm in deposito fuisset acceptum. Tandem ad hanc venimus conventionem, quod hujus rei gratiâ noster Abbas concessit eidem Episcopo, usque ad obitum suum, Monasterium Sancti Nycolai in Pica, ut haberet inde omnem redditum, quem hoc Monasterium esset habiturum, præter consuetas salutes temporibus suis (2). Hic Abbas, cùm adhuc Præposituræ officio fungeretur in Ecclesia Sancti Nycolai in Pica, tempore Patris Desiderii, acquisivit à Girardo, Richardo, & Leone Fundanis Consulibus Ecclesiam Sancti Onufrii cum pertinentiis suis, & quoniam supradictus locus in devexo montis latere constructus, latronum direptionibus semper patebat, illam Gyrardus diruens, in monticulo, iusta posito, construxit Monasterium in honorem Sancti Confessoris Christi Onufrii, atque de Monasterio Sancti Nycolai in Pica om-

mea, quàm recta, doctiorum esto arbitratus. Arabicè *Calif. Summus Sacerdos*, inquit, Scaliger in Cardanum: & ex Rabbi Benjamin apud Martinium, *Calipha est successor Mubammedis in Imperio, & Religione Mubammedanorum in Religione, & Regno Princeps.* IN CAPUT LII. NOTÆ.

(1) Reg. num. 581. & alibi.  
(2) Sic appellabatur ditio Casinensis intra fines Gifulsi.

IN CAPUT LIII. NOTÆ.

(1) Legendum. *Partem verò non.*  
(2) *Salutes* sunt Xenia, & munuscula; quæ ultra sortem principalem census, vel debiti libellaris, locatores solvere solent Domino, statutis temporibus: dictæ *salutes*, quod eas ad salutandum Dominum ferri mos est. Exempli gratia. Pro Prædio solvat annuatim denarios decem, & in die Natalis Domini tot pullos; In die Paschæ Agnum, vel quid simile. Innocentius Tertius in Bulla pro Monasterio Sancti Pauli. *Salvis gratuitis obsequiis, & consuetis exeniis, quæ in festo Nativitatis, & Resurrectionis Dominicæ, Apostolica Sedi debent annuatim impendi.* Gregorius etiam Nonus, & Honorius Tertius in suis Bullis apud Margarinum in Bullar. Cas. Regestum Bernardi apud nos, loquens de Castro Cerbarii pag. 6. à tergo. *Item universi habitatores Castri prædicti tenentur prestare annuatim Infirmario Casinensi salutes infra scriptas, videlicet unam gallinam, & duos panes, & unum pastillum, vel loco pastilli unam gallinam, & duodecim ova in Nativitate Domini: & duos panes, & unam Casatam, vel, loco Casata, peciam unam de caseo recenti, & decem ova in Resurrectione Domini.* Et sæpè alibi in eodem Regesto, duratque nostro ævo in hac regione vocabuli usus in similibus.

omnium mobilium medietatem auferens, partem etiam Monachorum ejusdem loci ibi transmittens, sedecim Fratres illic Christo servituros aggregavit. Pari etiam modo in Aliphano territorio Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Cingla (3) à fundamentis diruens, magnificam, & speciosissimam, ad similitudinem hujus Ecclesiæ Sancti Martini in priori loco renovavit. Hic Abbas concambiavit cum Grimaldo filio Majonis de Aquino terram in Ulmitu, recipiens aliam partem terræ in Aspranu cum pertinentiis suis, quinquaginta bizzanteorum poenâ appositâ.

*Qualiter Rangarda Uxor Riccardi de Aquila subtraxit à potestate hujus Monasterii Ecclesiam Sancti Benedicti de Sueffa, & aliis possessionibus.*

## C A P U T L I V.

**S**ub isdem ferè diebus, cum jam ab Incarnatione Domini annus millesimus centesimus ac quintus decimus elaberetur, XI. Hcal. Martii Castrum hujus nostri Monasterii, quod Suium dicitur, quodque à Patris Desiderii tempore ab hoc Monasterio substractum fuerat, post decellum Richardi de Aquila, qui eundem Castrum (1) tenuerat, captoque Alexandro, qui uxorem ejusdem Richardi acceperat, Suienses non ferentes insolentiam exactorum ejusdem Alexandri, eundem Castrum in manus præphati Abbatis reddiderunt. Rangarda igitur Uxor præphati Richardi, hoc agnito, Turrem, quæ ad mare dicitur, prodicione custodum, in sua accipiens, villam Laurianam (2), casam Majorem, Sanctum Benedictum in Sueffa, & omnia, quæ in sua ditione ad Casinense Cœnobium pertinebant, ab hujus loci potestate subtraxit, & ex tunc, & deinceps, quicquid adversi, quicquid incommodi Casinensi Cœnobio excogitare poterat, inferre non desinebat. Abbas autem non segnus ad hæc, aggregato exercitu, Sueffanam Terram igne, ferroque devastare omnimodis cœpit. Rychardus etiam tunc Bartholomæi de Caleno filius, propter pugnam, quam cum eadem Rangarda pro Ducatu Cajetano habebat, eidem Abbati per Sacramentum firmavit, totam ex integro Abbatiam, & quam antea recuperare posset in Terra Fundana, vel in Terra Guidonis de Castro, vel Comitum de Cyccano, & intra Capuanum Principatum, in Comitatu Aquinensi, Benafrano, Aliphano, ac Teanensi, & nominatim castellum de Suio cum pertinentiis suis, & specialiter viam per flumen Garilianum eundi, & redeundi cum navigiis, & mercata ad portum de Suio (3), & specialiter Terras, quæ ab eadem Rangarda

(3) Lib. 1. cap. 6. infra cap. 70. & sæpè alibi.

## IN CAPUT LIV. NOTÆ.

(1) Et cap. 57. *Eundem Castrum, &c.* Et cap. 82. semel, iterum, & tertio hos solacismos toleravit Terentianæ elegantiae amator, qui Barbarismos tam rigidè infectatur; ut *Madio*, pro *Majo* capite sequenti non admittat, nec *Cajetano* pro *Cajetano*. Castrum verò in masculino genere sæpè reperies in Riccardo de Sancto Germano, & aliis semibarbaris. Nos ferulâ non percutimus.

(2) Quæ nunc *Sancti Crestensis* appellatur. Antiquæ verò villæ Laurianæ vix Ecclesiæ rudera supersunt, prope Sanctum Crestensem in via Cajetana.

**A** da sublata fuerant, idest Curtem Sancti Johannis ad Currenti, Curtem de Lando de mari, casam Majorem, Laurianam, Sanctum Benedictum de Sueffa, & Terras, quas retinebat Gezzolinus. Id ipsum fecit & Robbertus Princeps, jurejurando confirmans Beato Benedicto suprascriptum Castrum de Suio, cum pertinentiis suis.

*Qualiter dedicata est Ecclesia Sancti Vincentii de Vulturno, & de Miraculo in obitu Alamanni Monachi istius Monasterii factò.*

## C A P U T L V.

**S**equenti anno, mense Madio, jam dictus Papa Paschalis Romam egrediens, venit ad hoc Monasterium, nostrumque Abbatem secum ducens, Synodum celebraturus Trojam perrexit (1), indeque regrediens Ecclesiam Sancti Vincentii, quam Gyrardus hujus Cœnobii Monachus iusta ortum Vulturni fluminis à fundamentis construxerat, sollempniter dedicavit, in qua etiam noster Abbas duo pallia optulit. Hujus Abbatis tempore Almannus in hoc Sancto Cœnobio Monachus defunctus est (2), cujus vita, quantum Deo complacuit, exitus illius patefecit. Hic itaque è Melfia civitate, de qua oriundus erat, ad hunc locum perveniens, districtissimè satis, & continentissimè vixit, omnibus enim noctibus iusta Ecclesiam Sancti Andreæ Apostoli in Cymiterio Fratrum nudus permanens, & Psalmos canens, duris scoparum ictibus carnem suam affligere non desinebat. Sub istius autem Abbatis tempore, cum idem vir intempestæ noctis silentio esset defunctus, Nicolaus Cellarius extra Monasterium manens, elevatis oculis, vidit tectum desuper aperiri, & ex eo maximum globum ignis egredi, atque in cœli alta deferri, statim verò ad Monasterium nuntium mittens, invenit eâ horâ fuisse Almanni obitum, qua globum ignis de Monasterio egredi cœlique alta petere vidit. Hanc autem visionem sicut Cellarius à foris, ita & Carbo, unus ex hujus loci Prioribus, qui adhuc superest, in Monasterio positus vidit. Hic verò, quandiu vixit, tribus diebus in epdomada panem, & aquam comedit, & numquam, nisi certa solvit festivitate jejunium.

*Qualiter homines de Sancto Germano sæpè rebelles extiterunt, ac de constructione Roccæ Janulæ.*

## C A P U T L V I.

**I**nterea cum homines de civitate Sancti Germani nostro Abbati sæpè inquieti, & re-

(3) Quidam *Sujum* legunt *Supinum*, sed falluntur diversa enim sunt. Est *Sujum* Castrum trans flumen Garilianum, rupi impositum, non longe à Castroforti. Mercata verò sunt *Nundinæ*, & aliquando locus ubi *nundinæ* fiunt, Forum. in legg. Langob. lib. 2. tit. 28. l. 2. *Caballum in mercato comparare*, & lib. 3. tit. 18. *ut mercatum nullo loco habeatur, nisi antiquitus fuerit*. Guilielm. Episc. Paris. in Addit. *Prohibetur sacerdotibus ne mercata frequentent*.

## IN CAPUT LV. NOTÆ.

(1) Falco Benevent. & ad eum notæ Peregrin. pagin. 160.

(2) De eo Auctor ipse noster in opusculo de ortu, & via Justorum Casinensium cap. 52.

rebelles existerent (1), ad horum nequitiam refrenandam Gerardi animus ingens erigitur. Unde, cum Oderisio Præposito, & Seniorecto Decano, qui post Abbates hujus Cœnobii extiterunt, aliisque prudentibus viris communicato consilio, quosque hujus loci fideles in suum auxilium evocans, septimodecimo Hc. Februarii nocturno tempore Monticulum Janulæ, qui eidem civitati imminet, cepit, atque à civibus obfides accipiens, eandem Janulæ Arcem, quæ à temporibus Aligerni Abbatis destituta, ac desolata fuerat, reftruere vir strenuissimus cœpit. Primò itaque in montis summitate turrem speciosissimam, ac valde maximam extruxit, justaquam duas veteres turrem dirutas reparavit. Jam verò Abbatis Cameram cum Cappella, & reliquis officinis pulcherrimè satis construens, ipsius arcis ambitum muro firmissimo sepit, & sic demum rebelles, & infidos, quietos manere coëgit. Pari etiam modo castrum Pontifcurvi, Cardetum, Vitecum, ac Suium, muris, turribusque munivit.

*Qualiter Comites Præsenzani renuerunt omne jus competens in Castro Camini huic Monasterio.*

## CAPUT LVII.

**H**is diebus defuncto in Cagetana Ecclesia Abbato Episcopo, Richardus hujus Cœnobii à pueritia Monachus eidem Ecclesie Episcopus datur. Romanus interea Pontifex cum ad Paganorum sævitiam edomandam sollicitus esset, Romanos, Pyfanos, aliosque de diversis partibus evocans, sub remissione omnium peccatorum, illos ad Insulas Baleares direxit (1). Quò dum venissent, diu, multumque illas expugnantes, tandem in dedicationem acceperunt, centum milibus Saracenorum gladio interemptis. Hoc præterea Hector, Pandulfus, & Gisulfus filius Pandulfi de Præsenzano, antiqui hostis malitia debriati, Castrum hujus Monasterii, quod Caminum dicitur (2), furtivè subripientes, terras hujus Cœnobii sibi contiguas modis omnibus infestare cœperunt. Abbas autem, ut erat magnanimis, exercitum aggregans, terram illorum igne, ferroque consumpsit. Eodem verò anno, prædictus Papa urbem egrediens, venit ad hoc Monasterium, ubi honorificè nimis receptus, cum ei relatum fuisset de supradictis sacrile-

## IN CAPUT LVI. NOTÆ.

(1) Infra cap. 88. & 92. & alibi. Odium, & Regnum gemelli, sed, *Ars prima regni est, posse invidiam pati.* Sen. Herc. Fur.

## IN CAPUT LVII. NOTÆ.

(1) De hac expeditione vide Pandulphum Pisani in vita Paschalis II.

(2) *Caminum*, non *Cominum*, ut perperam, & hic, & sæpè mendosè emendavit Lauretus. Nam *Caminum* est in agro Præsenzani, Diocesis Teanenſis. *Cominum* in Territorio Sqrano.

(3) Eiusdem Joannis elucet zelus cap. 60. qui demum Pontifex maximus, sibi similis describitur à Pandulpho *Casinese*, inquit, *Cœnobium, tum ob Beati Benedicti Ecclesiam, & meritam reverentiam; tum quia in ipso Monastica Religionis habitum sumpserat, religionis sua primordia, & conversionis reducens ad animum, sanctamque vitam Patrum, inibi Domino pariter servientium, sedulamentis cogitatione pertractans; non tantum in bis, quæ ad Deum sunt, irremissius gubernare: verum etiam extra contra tumultuantes insidias malignantium, turrem inexpugnabilem semetipsum exponere omni conamine, & omni-nisu curabat.*

**A**gis, qui ante jam fatum castrum Camini invaserant, inter ipsa Missarum sollempnia tanti mali auctores, nisi resipiscerent, à liminibus Ecclesie separavit. Quid tantis? Videntes sibi Deum in omnibus resistere, eundem Castrum in manus nostri Abbatis reddiderunt, atque ad hoc Monasterium venientes, cuncta congregatione astante, supradictum castrum supra Beati Benedicti altarium refutavere. Lando interea filius Landonis Comitis, more parentum suorum, ab hujus loci infestatione nequaquam quiescens, in silva huic Monasterio contigua, quæ Tirille dicitur, castrum construere cœpit. Erat tum in hoc Sancto Cœnobio Johannes Romanæ Ecclesie Cancellarius (3), & hujus Monasterii Monachus, cujus superius memoriam feci, qui tantam insolentiam nequaquam ferendam censens, Seniorectum Decanum (4), aliosque ex Fratribus secum assumens, eundem Comitem adiit, atque illum ex parte Romani Pontificis obtestare cœpit, ut in possessione Beati Benedicti Castrum non ædificaret, nisi anathema Apostolicum experiri vellet. Tum ille & Pontificis irâ, & Beati Benedicti justitiâ agnitâ, de eodem loco confestim recessit.

*De quodam Milite, qui in Apulia in foveam demersus, catenisque devinctus, per Beatum Benedictum estitit liberatus.*

## CAPUT LVIII.

**T**unc temporis, quidam miles in Apulia in quodam conflictu à quodam iniquissimo captus, atque Boja, catenisque devinctus (1), in foveam demersus est. Cumque per dies plurimos eodem nervo detineretur astrictus, & die, noctuque Sanctissimi Patris Benedicti auxilium anxie flagitaret, quadam nocte ei apparuit dicens, dormis, an vigilas? Et ille, ut cernis Domine, plus in meæ mentis archano de morte, quam de somni quiete pertracto. Sed tu quis es, qui ad me venire dignatus es? notum ut facias, prona mente depono. Et Sanctus. Ego sum Frater Benedictus, quem in tuo adiutorio venire rogasti. Nunc verò surge celerius, catenas verò, cum quibus ligatus es, quoniam propter itineris longitudinem ad corpus meum in Casino ferre minimè vales, ad sepulchrum Fratris Ottonis inclausi, (2) qui meam regulam optimè confer-

(4) Qui postea Abbas, erat autem tunc Casini unicus tantum Decanus post Præpositum, ut colligitur ex plurimis subscriptionibus Monachorum Casinensis Conventus, in quibus unicus subſignat Decanus.

## IN CAPUT LVIII. NOTÆ.

(1) *Boja* propriè est collare, quo vinci solent captivi. Anast. Biblioth. in Theodoro. *Quem tollentes de Ecclesia, miserunt Bojam in collum ejus. Similiter & omnes, qui in consilio cum ipso fuerant, imbojatos misit Ravennam. Sæpè in Actis Martyrum. Tolle bojam de collo meo. Isidor. Boja torques damnatorum. Cantacuzenus lib. 1. cap. 49. Si enim jufferis, ut pater boja me, seu collaria in collum injecta venire, & illic carcerem habitare, &c. Quandoque sumitur pro Resti, nervo, loro ex bubalo corio. Carnifex apud nos Boja vocatur, figuratè.*

(2) Nomen *Inclausi*, vel *Inclusi*, interdum ad omnes claustrales refertur. Dodichinus apud Martinium. *Ecce quidam inclusus claustriegrefus. Propriè ad eos, qui non tantum intra claustra vivunt, sed cellæ unius angustias spontè se continent. Vide Sirmundum in notis ad Ep. 48. lib. 4. Goffridi Abbatis Vindociensis.*

servavit, suspende, & ob tuam liberationem laudes Deo reddendas ire ne trades Casinum. Hæc cum dixisset, continuo miles surgens invocato Redemptoris nostri, ac Beati Benedicti nomine, confestim catenæ, quæ in pedibus ejus erant, solutæ sunt, & continuo surgens, quæ sibi injuncta fuerant, omni instantia implere curavit. Demum verò Casinum veniens, Deo, Patrique Benedicto laudes quammaximas retulit. Arderadus hujus loci hostiarius, dum noctis medio per plana, quæ Casinensi monti subjacent, iter ageret, oculos ad Sanctissimi Patris Benedicti Cœnobium vertens, vidit super eundem locum, ad instar solaris splendoris, descendisse maximam lucem, quæ prius Ecclesiam, postmodum verò totum Monasterium operiens, usque ad dimidium ferè horæ spatium mansit, ac si demum lux, quæ ante oculos ejus apparuerat, subtracta est. Eo etiam tempore Sergius hujus Cœnobii Monachus (3), natione Amalfitanus, dum vitæ decederet, Gregorium hujus loci Presbyterum rogavit, ut eum non dimitteret, qui postulationi ejus obtemperans cum eo permansit. Cum verò vitæ ejus appropinquasset jam ultima hora, respiciens vidit Beatissimam Dei Genitricem Mariam ad se venientem, ilicoque manus sursum erigens, clamare cœpit: Domina mea, Domina mea, quem interrogantes, quid videret, ait: Numquid nam non Beatissimam Virginem Mariam videtis? Hic nempe est. Hæc dum dixisset, animam exalavit.

*De quibusdam Renunciationibus & oblationibus huic Monasterio factis, ac de Electione, & confirmatione Abbatissæ Sancti Johannis in Capua.*

## CAPUT LIX.

PER hos dies Petrus, filius Petri Mayni de civitate Aquinensi optulit Beato Benedicto quicquid sibi pertinere videbatur infra fines suprascriptæ civitatis in valle Opplosa, & Surgili, & Cysternola, & omne quod sibi pertinebat apud Suium, loco, qui vocatur casa Majore, pœnâ centum bizanteorum statuta. Adenulfus filius quoque Bernardi de Aquino & ipse ad hoc Monasterium veniens obtulit huic sancto loco, quicquid sibi à paterno, vel materno jure pertinebat in Sancto Urbano. Hoc etiam tempore Abbas Gyrardus concessit in vestiario hujus sacri Cœnobii ob Fratrum utilitate quicquid Sancto Benedicto pertinebat in Comitatu Termulensi (1), nec non & Terras, quæ fuerunt Oldiberti Militis, quas Comes Robbertus, sicut

(3) Colitur 4. Januar. Bucelin. Menolog.

## IN CAPUT LIX. NOTÆ.

- (1) Thermulæ Urbs in Aprutio, in confinibus Apulæ, ad ostia Tiferi fluminis, olim *Buba*, vel *Buca*. Ferrar.  
 (2) In originali est, *Inondatione*, ex librarii sphalmate, libet interdum emendare, sed non sine notatione.  
 (3) Anathema pro execratione ponitur. Non enim in successores suos Abbates jus habebat, nisi illud *successores* ad posteros generaliter traducatur, quod minus placet.

## IN CAPUT LX. NOTÆ.

- (1) Vide Baronium.  
 (2) Supra lib. 3. ad caput 28.  
 (3) Non titulo auctoritatis in omnes, sed præcellentia dignitatis, ob Sanctissimi Patriarchæ reverentiam, cujus sedem implet. Possent, & locus moneret, sacri Casinensis Archiepiscopi,

supra retulimus, huic loco obtulit, anathematis innodatione (2) apposita, si aliquis successorum suorum hoc à vestiario Fratrum subtrahere vellet (3). Concessit etiam in Monasterio Sancti Johannis de Capua Petram mellariam cum pertinentiis suis. Sciendum sane, quoniam in Monasterio puellarum Sancti Johannis Abbatissa quidem debet eligi, cum necesse est, à sanctimonialibus, sicut ego ipse recolo, me legisse in privilegio Abbatis Ali-gerni, quod apud Capuanum Beati Benedicti Monasterium habetur, sed approbari, & confirmari debetur judicio Casinensis Abbatis, cujus etiam auctoritate consecrationem ipsa Abbatissa accipere debet.

*Qualiter Abbas hujus Monasterii Abbas Abbatum vocetur.*

## CAPUT LX.

SUPradictus autem Pontifex, sociato sibi nostro Abbate, Romam rediens, mediante quadragesima Synodum celebrare disponit (1), in qua etiam noster Abbas proclamationem fecit de cella Sanctæ Sophiæ in Benevento, sed nullam exinde habere justitiam valuit. Quo etiam tempore, dum Pontius Cluniacensis Cœnobii Abbas ad Synodum veniens, se Abbatem Abbatum esse jactitaret, interrogatus à Johanne Cancellario, si Casinenses accepissent Regulam à Cluniacensibus, an Cluniacenses à Casinensibus (2), Pontius respondit, quod non solum Cluniacenses, verum etiam omnes Monachi in orbe Romano degentes Regulam Patris Benedicti à Casinensi Cœnobio acceperunt; tum Cancellarius; ergo si ex Casinensi Cœnobio, tamquam à vivo fonte Monasticæ Religionis norma manavit, jure, ac merito Casinensi Abbati hæc prærogativa à Romanis Pontificibus concessa est, ut ipse solus, qui Benedicti Legislatoris est Vicarius, Abbas Abbatum vocetur (3). Per idem tempus, Romani adversus jam dictum Pontificem ferali inter se odio dissidebant. Nam pars maxima illorum, qui filium nuper defuncti Præfeti (4) contra voluntatem elegerant, omnibus nisibus contra Petrum Leonis agebant, adeo ut nonnullas ejus Turres destruerent, quia pro ipso, & cum ipso non consenserat Pontifex voluntati eorum. His auditis, Henricus Imperator, qui defuncta Matilda tunc apud Liguriam degebat gratia disponendarum rerum illius, lætus effectus, quia non bene cum Papa conveniebat, Xenia Imperialia urbis Præfeto, & Romanis transmissit, adventum suum illis prænuntians affuturum. Pontifex interim loco cesserat, & Petro

ejusque Abbatis decora, ampla hic digressionem, complecti: Cæterum huic Regimini, dum hæc scribo, nuper iterum impositus, ab hoc me labore subducere, statuo, tum, ne, quæ sunt egregia, gregaria faciam genere dicendi meo: tum maxime, ne in iis, quæ sedis sunt, sedenti blandiri utcumque videar. Pleaque in hanc rem eruditè congestis noster Aluifet de Privileg. Regular. Sect. 4. dubit. 29. per totam, cui, meis laudibus, & si plus nimio, indulgenti, plurimum me debere profiteor, gratiasque rependo: non enim, quid de me dixerit, sed quo animo dixerit pendo, & honestum mihi duco, à laudato viro laudari.

- (4) Vide Platinam in Paschali secundo. Novum hunc Præfatum Urbis, Petrum vocat Pandulfus Pisanus, nequam etiam, & indignissimum hominem. In vita Gelasii secundi,



tro Leonis, in munitionibus degenti, quo-  
quomodo poterat, subsidia ministrabat.

*Qualiter Imperator Henricus Romam  
ingressus est.*

## CAPUT LXI.

**A**Nno autem Dominicæ Incarnationis mil-  
lesimo centesimo septimo decimo idem  
Imperator, congregato exercitu, Romam ad-  
vénit. Quod dum Papa Paschalis comperis-  
set, urbem egrediens, venit ad hoc Monaste-  
rium, atque ab universa hujus loci congrega-  
tione rogatus, Landulphum Archiepiscopum  
Beneventanum, quem supra depositum  
retulimus, in gradu suo restituit, sicque per  
Capuam Beneventum ingressus est. Imperator  
interea urbem Romam ingrediens, & Ponti-  
ficem exinde discessisse prænoscens, Consules,  
Senatores, ac Proceres, partim donis, partim  
promissis ad se attrahens, Ptolemæo Illustris-  
simo Octavia stirpe progenito (1), Ptolemæi  
magnificentissimi Consulis Romanorum filio,  
Bertam filiam suam in conjugio tradidit, ei-  
que dona per plurima conferens, quicquid  
avus ejus Gregorius, alique parentes habue-  
rant, vel retinuerant, prædicto Ptolemæo,  
& hæredibus ejus Imperiali auctoritate in-  
perpetuum confirmavit. Agit interim Papa  
cum Principe (2), aliisque Normannis, qua-  
tinus contra Imperatorem conglutinentur,  
illique obsistant, vel certè contra jam dictum  
Ptolemæum Romanorum Consulem generum  
ejus hominibus suprædicti Pontificis armato-  
rum auxilium subministrant. Henricus præ-  
terea Imperator in urbe Roma persistens, Pa-  
schalis diei solempnitatem, cum ingenti gau-  
dio Senatus, Populique Romani, celebrare  
studuit, & quia Pontificem ibidem non invē-  
nit, & rationes suas cum rationibus ejus, in-  
ternuntiis mediantibus, minimè convenire  
videbat, coactus fervore ætatis, secessit cum  
suis in hyperboreis regionibus (3), spondens  
se, temperato aère, agiler Romam redire.  
Normanni verò, Imperatorem ab urbe egres-  
sum, dum agnovissent, elegerunt de suis ser-  
vè trecentos, ac diebus Pentecostes contra  
Ptolemæum, de quo supra retulimus, dire-  
xerunt. Qui Campaniam ingressi, juxta Py-  
lium ejusdem Provinciæ oppidum castra me-  
tati sunt, prædam inde hominum, ac jumen-  
torum facientes. Hoc ubi Ptolemæo Consuli  
nuntiatum est, è vestigio milites, quos Impe-  
rator in adjutorium suum reliquerat, evo-  
cans, per noctem eos ex adverso, contra Ca-  
stra illorum dirigere studuit. Normanni in-  
terim (4), cognito illorum adventu, præ-  
pete cursu ad Castrum Acutum fugientes per-  
venere, quos Teutonici insequentes, quot-

## IN CAPUT LXI. NOTÆ.

- (1) Cui librum Prodigiorum nuncupavit Petrus no-  
ster infra cap. 66. De quo etiam in Prologum  
memimus. Illustrissimi titulus apud præcos  
Romanos non reperitur. Nam suprema di-  
gnitas Consulatus titulo tantum *superillustris*  
gaudebat. Ptolemæus Pontificias partes an-  
tea cum sequeretur, ad Imperatorem defecit,  
à quo gener assumptus. Exultat toto hoc ca-  
pite Auctor noster, gentilis sui splendoribus  
plaudens.
- (2) Capuano.
- (3) Hyperborei, teste Macrobio lib. 2. in somn.  
Scipion. cap. 7. in fine. Populi sunt super  
Scythiam loca habitantes; quorum incolas  
*vetustas Hyperboreos vocavit, quasi originem*  
Tom. IV.

**A** quot invenire poterant, neci tradebant, ma-  
gnamque stragem de eis fecissent, nisi castrum  
Normannos recepisset, victoria itaque Ale-  
manni potiti, Normannos exequitatos, & de-  
prædatos per vicos, & oppida persequeban-  
tur, talique ordine Normanni injuriis affecti  
unus post unum ad propria remearunt.

*De Terræmotu mirabili ferè per totam  
Ytaliam factò.*

## CAPUT LXII.

**H**Oc præterea tempore terræmotus magni  
per universam ferè Italiam facti sunt,  
ita quòd muri multarum civitatum ruerent,  
Ecclesiæ à fundamentis subverterentur, & ex-  
celsæ Turres demergerentur, & multorum  
hominum strages fierent, fontes etiam ferè  
omnes turbidati sunt, & lampades Ecclesia-  
rum, nullo impellente turbine, per aërem  
movebantur. Tunc quoque in civitate Veron-  
ensi maxima pars ædificiorum corruit, ya-  
tus etiam in eisdem partibus magni facti sunt,  
& innumeræ arbores, virentibus foliis, radi-  
cibus evulsæ, foras ejectæ sunt, fumoque lo-  
ca illa obtecta (1), infans etiam contra æta-  
tem locutus, quædam portentuosâ vaticinatus  
est, quæ postea evenerunt. His perturbatio-  
nibus insistentibus, Symon filius Ugonis de  
Molisi apud Yferniam vitâ decessit, corpus-  
que ejus ad hoc Monasterium delatum, atque  
in atrio Ecclesiæ B. Benedicti reconditum est.

*Qualiter Robertus Rex Anglorum Legatos  
ad hoc Monasterium direxit, & de  
quibusdam oblationibus  
in Sicilia.*

## CAPUT LXIII.

**H**is porrò diebus Robbertus Rex Anglo-  
rum Legatos ad hoc Monasterium di-  
rexit, petens, ut pro se, atque pro statu Re-  
gni sui Domini clementiam exorarent, cali-  
cemque aureum quantitatis non modicæ Be-  
ato Benedicto per eos dirigere studuit. Eo  
etiam tempore Roggerius filius Landonis Cal-  
vensis Comitis ad hunc locum deveniens, ob-  
tulit Beato Benedicto in Sicilia in loco, ubi  
dicitur Melazzeti, casalem Sancti Andree,  
juxta flumen Plati Platanion (1), intra hos  
fines, à prima parte conjungit in Monte, qui  
dicitur de Marge, qui est à parte Orientis,  
à secunda parte conjungit cum prædicto flu-  
mine, & cum Torone, qui est juxta flumen  
de Sancta Venera, à tertia parte Casalem  
Sancti Nycolai de Melito, cum hominibus  
in eodem loco sibi pertinentibus, quingento-  
rum bizanteorum pœnâ appositâ.

De

*Boreæ introrsum recedendo transissent, aded  
aterna penè premuntur pruina. Hic verò Ger-  
maniam Hyperboream Petrus appellat Regio-  
nem latiori nomenclatione; ob rigidiorẽ  
aërem, quàm Romæ esset.*

(4) Interea, vel Interim, vel In tantum.

## IN CAPUT LXII. NOTÆ.

(1) Apertis terræ hiatibus, fumus, & exhalationes  
inde surgentes, loca illa obregebant. Laure-  
tus pro Fumo maluit Humo, An Hispanica  
dialecto?

## IN CAPUT LXIII. NOTÆ.

(1) In Regesto Petri. Plati Platanon. Providè  
verò ab his se triciis extricat Lauretus, nil  
horum edendo.

Xxx

*De Morte Paschalis Papæ, & de Johanne  
hujus Monasterii Monacho, qui ei in  
Papatum successit, ac dedicatione  
Ecclesiæ Sancti Mauri  
in Francia.*

## CAPUT LXIV.

**P**ER hos etiam dies Alexius Imperator (1) Novæ Romæ Constantinopoleos, qui multa bona huic Sancto Casinensi Cœnobio contulerat, & super omnia, Latini nominis Monasteria dilexerat, quadragesimo quarto anno Imperii sui, hujus vitæ metas exolvit, & Johanni Porphyrogenito (2) filio suo Orientalium Romanorum summam reliquit. Similiter & jam dictus Papa Paschalis à Benevento Romam regressus, duodecimo Hcal. Febr. vitâ decedit (3), & Johannes Cancellarius, hujus Casinensis Cœnobii à pueritia Monachus, à Clero, Senatu, Populoque Romano

## IN CAPUT LXIV. NOTÆ.

- (1) Obiit Alexius anno 1118. Decimo quinto Augusti die, ex Niceta supra, & Mercatore, qui tamen Imperii ejus annos non 44. sed 37. numerat, menses 4. dies 15.
- (2) Sic dicto, non à Porphyra veste, hoc est Purpura, quasi in Purpura natus, patre nimirum jam Purpurato, & Imperante, sed à Purpura domo, hoc est in Purpura domo natus. Rem narrat Eutrop. lib. 1. cap. 2. *Constantinus Imperator Augustus, ex cujus nomine Constantinopolis est sortita vocabulum civitas, domum istam edificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit: voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem istic in lucem prodire; quatenus, qui ex suo stemmate nascerentur, luculenta hac appellatione, Porphyrogeniti appellarentur.* Est igitur Porphyra nomen Palatii, in quo pariebant Augustæ, à Porphyra, id est Purpura, qua inians Imperatorius excipiebatur.
- (3) Alii 15. Kal. Febr. anno 1118. vacavit sedes dies tres.
- (4) Hujus electionis seriem accipe distinctius à Pandulpho Pisano, qui præfens aderat. *Interim autem Paschali Papa defuncto, venerabilis Pater Dominus Petrus Portuensis Episcopus, qui primatum post Papam per longa jam diutius tempora detinuerat, cumque eo omnes Presbyteri, ac Diaconi Cardinales deligendo Pontifice, & in commune communitate, & singulariter singuli pertractare ceperunt pro Domino Cancellario, in Monasterio Casinensi commorante, de his, sic gestis modis inscio. Nuntius de repente comparuit, qui Cancellarium ipsum, juxta quod acceperat in mandatis, ad Cardinales Romam, cum omni celeritate, redire faceret. Quid moror? Tristis frater Joannes, mortemque tanti Patris voce porrectiori memorans, prout obedientiæ filius, paruit; mutam ascendit, maturoque itinere Urbem intravit, fratres, ac filios commonuit, adunavit. In crostinum vero, secundum quod condixerant, honorabilis Pater prænominatus Dominus Petrus Portuensis, Cœtus Sabinensis (numerat hic Pisani Cardinales Episcopos quatuor, Presbyteros viginti septem, Diaconos octodecim, & alios de Clero, & Populo, dein subdit.) *Hi omnes vitantes scandalum, quod in hujusmodi solet electionibus, pro peccatis nostris, accidere, in Monasterio quodam, quod Palladium dicitur, infra domos Leonis, & Cencii Fragepanis, pariter convenerunt, ut, juxta scita Canonum, de electione tractarent. In quo loco videlicet post disceptationem diutinam, ac voluntates diversas, nunc hæc, nunc illa petentes, tandem communicato consilio, illo etiam mediante, qui fecit utraque unum, pari voto, ac desiderio, in hoc unum unanimiter concordarunt, ut Dominum Joannem Cancellarium in Papam eligerent, & haberent. Nec mora, raptus ab omnibus, lauda-**

**A** in Gelasium Papam eligitur (4). Talia dum Heinrichi Imperatoris venissent ad aures, festinus Romam advēnit, Nuntiosque ad eundem Electum transmittere studuit, per quos ei direxit, quod si fidem, quam Papa Paschalis cum Imperatore fecerat, observaret, & conventiones, quæ inter Romanum Imperium, & Sedem Apostolicam statutæ fuerant, firmaret, Imperator confestim fidelitatem eidem Electo, & Romanæ Ecclesiæ faceret; sin alias, alium Pontificem in Romana Ecclesia inthronizaret. Videns igitur idem Electus rationes suas cum rationibus Imperii convenire non posse, per fluvium Tiberim mare ingressus, unâ cum Episcopis & Cardinalibus, aliisque Clericis Romanæ Ecclesiæ, nec non & Præfecto Romanæ Urbis, multisque aliis nobilibus Romanis, advēnit Cageram (5). Hoc ubi Imperatori nuntiatum est, è vestigio Mauricium Bracariensem Archiepiscopum à Papa Paschali depositum invasorem Romanæ Ecclesiæ constituit (6). Supradictus

au-

*tur ab omnibus, approbatur ab omnibus; nec non etiam ab Episcopis, quorum nulla prorsus est alia, in electione Præsulis Romani potestas, nisi approbandi, vel contra, & ad communem omnium, Cardinalium primum, & aliorum petitionem, electo manus solummodo imponendi. Sicque invitus, ac renitens Dominus Joannes Gajetanus in Papam Gelasium, Spiritus Sancti gratia mediante, bodie est electus, & ab omnibus communitate in summa sede locatus. Hucusque Pandulphus in vita ejusdem Pontificis, cujus domesticus erat; postea Cardinalis creatus à Lucio Tertio.*

**C** (5) Excedit Roma Gelasius, loco cedens Imperatori in Urbem adventanti; postquam à Fragepanis fuisset injuriis affectus, & coronam accepisset summi sacerdotii. De hac fuga Pandulphus. *Fugimus & omnes cum eo. Mane autem facto turbati omnes, ac stupefacti, quia neque tutè remanere in Urbe, neque per terram, viâ undique spinis septâ, fugere poteramus, fuit nempe consilium, ut fugam caperemus per mare, quod & factum est. Siquidem flumen Tyberim maturato intravimus, & per Galæas duas ad portum usque descendimus. Tum non sine periculo marinis fluctus attigimus, & die tertio ripâ Terracineni vivi vix applicuimus, & in quarto, portum Gajetanum intravimus, ubi ab illis hominibus nimis honorificè, & suscepti fuimus, & benignè tractati. Nam, præter supremam dignitatem Patris Ecclesiæ universalis, filius quoque ejusdem urbis fuerat, & ex primoribus, atque Consulibus, ut probat Constant. Cajet. in Gelasio, & Rubens in Bonifacio, Gajetanis.*

**D** (6) Mauritius patriâ non fuit Hispanus, ut vult Panvinius; sed Lemovicentis, teste Roderico Toletano Rerum Hispan. lib. 6. cap. 28. fecurus enim Bernardum Gallum ex Benedictino Abbate Sanctorum Facundi, & Primitivi in Hispania, in Toletano Præsulem electum, ejusdem Toletanæ Metropolis Archidiaconus primum fuit; tum Episcopus Conimbricensis (ubi ex Burdino appellari voluit Mauritius) postea Archiepiscopus Bracarenfis, agente eodem Bernardo. Cui tamen parem gratiam non rependit; nam Bernardi senectutem, rebus gerendis minus idoneam, causatus, in ejus locum substitui postulavit à Paschali Secundo. At spe dejectus, ut erat ingenio callido, ex diffidio inter Pontificem, & Imperatorem occasionem captans, Cæsaris operâ, in Pseudopontificem, nomine Gregorii Octavi, intrusus est, in eaque usurpatione vixit annos tres; donec à Calixto Secundo Sutri captus, Pontificatu non suo exutus est, ut infra. Antonin. 2. par. tit. 17. cap. 1. §. 2. distinguit Mauritium à Burdino, omnes tamen ejus ævi scriptores retragantur; & præsertim oculus Pandulphus.

E

autem Electus Cajetæ remorans, in quadragésima Presbyter ordinatus (7), & ab eisdem Episcopis, & Cardinalibus in Papam Gelasium consecratus est (8). Tunc temporis Capuanus Princeps Robbertus, & Guilielmus Dux ad eum Pontificem in eadem Civitate venientes, fidelitatem fecere (9). Deinde Capuam veniens, unâ cum Episcopis, & Cardinalibus, excommunicavit eundem Imperatorem, unâ cum prædicto invafore (10) eo-

(7) Erat quippe Diaconus.

(8) Romæ coronatus, Cajetæ consecratur; maxima pompa Principum, populorumque frequentia. Convenerunt, inquit Pandulphus, Archiepiscopi Sennes Capuanus, Landulphus Beneventanus, Alfenu Salernitanus, Marinus Neapolitanus, Gerardus Abbas Casinensis, & Sigenufus de Caveis, cum Abbatibus aliis, & cum eis, Guilielmo Duce Apulia, Roberto Principe Capuano, Richardo de Aquila, aliisque Baronibus plurimis, qui tunc ei omnes fidelitatem fecerunt, existente Clero, & populo infinito, Sancto dictante Spiritu, & effectus est Presbyter, & inde Papa. Gelasius infra octavas Martii consecratus. Ubi Petrum Ruffum Diaconum Cardinalem, Baronem Subdiaconum; & me Pandulphum Obfartium, qui hæc scripsi, in Lectorem, & Exorcistam promovit, &c.

(9) Romualdus Archiep. Salern. in Chron. manuscripto Vatic. apud Cajet. refert formulam, qua Gelasius Guilielmo Duci investituram Apulia, & Calabria tradidit. Quemadmodum, inquit, Gregorius Papa tradidit illam Roberto Guiscardus Avo tuo: & sicut Urbanus Papa eam Rogerio Patri tuo prius, & postea tibi tradidit, sic & ego trado tibi eandem Terram, cum honore Ducatus per illud idem donum, & consensum. Vide supra lib. 3. cap. 16.

(10) Capuæ namque primùm factus est certior de invasione Mauritiæ, quod Cajetæ per susurrum tantùm acceperat, ut loquitur Pandulphus.

(11) Romani Pontificis diadema tunc fuisse perhibetur Mitra coronata. Primus Urbanus Quintus trigemina redimiri corona voluit; ut quidam scribunt.

(12) Romanis enim cœpit mos arcus honorarios Imperatoribus erigere in pompa triumphali, per quos transirent, Capitolium ascensuri.

(13) Pandulphus. Paratur Papa ad reditum; redeunt Barones cum eo. Inde ad Sanctum Germanum, videlicet, Casinense Cœnobium, devenimus.

Ad hunc Pandulphi locum aliqua notat Cajetanus, ad nos pertinentia, quæ, si tacitus, & dissimulans præterierim, videri possem generatim recipere, & approbare. Liceat ergo illis expendendis tantisper hic immorari, & ultra notulas excurrere.

EXCURSUS HISTORICUS.

De Sella lapidea, & de Fistula argentea Casini extantibus.

Cajetanum prius audiamus. Is ergo num. 27. Sed hoc loco, inquit, prætereundum non est, quod rarum, & singulare inter loca sacra censei debet. Consuevere namque maximi quique Pontifices, post adeptam Romæ Pontificiam dignitatem Casinum contendere; atque, ob honorem magni Monachorum Patriarchæ Benedicti, in ejus Ecclesia easdem ferè Electionis, & Coronationis Pontificia Cerimonias, quas Romæ peregerant, quoquo modo iterare. Id, præter perpetuam Cœnobarum illorum, per manus ductam Traditionem, STERCORARIA, quam vocant, sedes porphyretica (super quam sedentes Romani ipsi Pontifices, Petrique claves suscipientes, Petri successores acclamabantur) que in Ecclesia Casinensi etiamnum servatur, que ejusdem prorsus est forma, ut illa dua Litteravenfes, ostendit. Imò etiam ostendit hoc ipsum argentea FISTULA, ut dicunt, Tom. IV.

rumque complicibus. In festivitate autem Paschali, imposito sibi Romani orbis diadema (11), cum magna laude, & gloria, ad Patris Benedicti Monasterium, Capuæ situm, venit, celebratâque Missâ sollempniter, ad Episcopium civitatis rediit, ornatis plateis, & arcibus Romano more (12). Post hæc idem Pontifex, ad hoc Monasterium veniens (13), cum immenso honore, ac gaudio, ab universa congregatione susceptus est, atque per

qua summi iidem Pontifices Sacrosanctum Jesu Christi Sanguinem haurire solent, quæ in Sacrario Casinensi etiamnum custoditur, ejusdem prorsus formæ cum illa, qua Romæ iidem utuntur Pontifices. Hæc ad verbum Cajetanus. In quibus duo præcipuè asserit. Primùm, in more fuisse Pontificibus Summis ad limina Sancti Benedicti post inaugurationem accedere. Secundùm consuevisse, Cerimonias Electionis, & Consecrationis, Romæ primùm celebratæ, Casini utrumque renovare.

De utroque verò, quid ipse sentiam, ingenuo candore fateri, nulla me absterrebit religio. Quamquam enim Casinas ipse sim, hujusque Sacri Cœnobii, in quo veterem hominem exui, à pueritia alumnus, eique me totum debeam: non eò usque tamen me Pietas adigit; ut immensa, eaque solida, & supra omnem jaçantiam, vera, amplissimæ hujus domus decora, evanidis velim augere splendoribus, qui fidem veris abrogant, ipsiusque Scriptoris qualemcunque opinionem labefactant, ac deterunt, non crescit mendacio veritas, sed decrescit: nugis verò delectari, imbecilli, muliebrisque ingenii est. Credulitati quoque modum, & crysin adhibere oportet; qui enim sine delectu omnia credunt, hoc denique proficiunt, ut nihil ipsis credatur.

Igitur ex duobus Cajetani assertis. Alterum fidenter recipio. Alterum rejicio.

Et visitandi quidem limina Sancti Patris Benedicti Pontificiam consuetudinem, præsentis historiarum monumenta sæpissimè contestantur, ut prorsus otiosum, & supervacaneum fuerit ea huc singillatim adferre, quæ singulis penè paginis legi possunt. Unum addam, ex eodem Cajetano, testimonium Urbani Secundi, in suo diplomate, apud nos custodito, luculentissimis verbis in rem sic loquentis. Cujus (Benedicti) dum sacratissima limina, more Prædecessorum nostrorum, ipso die vigiliarum ejusdem Patris visitassimus. Hunc verò morem inductum fuisse reor, tum ob rationes à Cajetano adductas, tum præcipuè, quòd, eum per ea sæcula, Pontifices Romani, ferè semper, ex Benedictinis assumerentur, de quo infra, voluerunt, filii in ea etiam, penè divina, dignitate, erga parentem, de ipsis optimè meritum, pietatem, & reverentiam, luculento eopse officio contestari, quod in consuetudinem abiit.

At Electionis, Coronationisque, apud Casinum iterari solitas Cerimonias, nulla, nisi fallor, fulcitur probabili conjectura. Et verò, quis Leonem Ostiensem, quis Petrum Diaconum, cæterosque ejus ævi nostrates scriptores, alioqui minutissimos, ita oscitantis omissionis reos audeat appellare, ut magnificentissimæ, solemnis, & Sacro Monasterio honorificæ consuetudinis memoriam profundo silentio damnaverint, ac præterierint? Quod sanè, negativum argumentum, in historico foro, & in ejusmodi rerum, & circumstantiarum contingentiâ, parvipendere, & exhibilare, prope esset, ac se pueris exhibilandum proponere. Unde ergo, dicit Cajetanus, Porphyretica Sedes illa stercoraria apud vos extitit? Cui usui huc advecta? Mitto, quòd Porphyretica ea non est; sed ex alio lapidis genere minus duro, quod Rubrum orientale à statuariis appellatur, & quæro à Cajetano, unde ipsi in mentem venit, ut stercorariam, eam esse crediderit? Ex perpetua, inquit, & per manus ducta apud Vos traditione. Proræ ergo, & Puppis opinionis Cajetani est traditio. Ego verò iterum quæro, quid per Tra-

*ditionem* bonus hic senex intelligat? Nam errores quoque, & vulgaris phantasiæ ineptæ commenta per manus traduntur. Et, o utinam, nugaces istiusmodi traditiones non alias quandoque radices apud credulos egissent: quibus evellendis eruditorum ligones irritopentè conatu insudaverint. Verfat nos, & præcipitat traditus per manus error, alienisque non rard ineptimus ineptis, sæpe sub evanida veritatis specie somnia quæque vanissima instillantur. Neque tamen traditionem prædictam à Casinatibus indiscriminatim receptam admiserim. Memini, me adhuc adolescente, Cordatos, ex nostris, Viros, narisque non obefæ, & si, quid de hoc lapide crederent, illis planè non succurreret, neque curiosè inquirerent, stercoreariam tamen fellam eam esse, omnino negasse; quousque primus ego de ea veriùs, ut opinor, pronunciarem. Ergo, non traditionem erroris: sed traditioni errorem prælusisse, imò illusisse, suspicor. Semel autem propinato errore, quodd sedes illa esset stercorearia, proclive deinde fuit, fabellam concinnare, quæ ablandiretur errori. Uno, vel altero exemplo res illustrabitur. Cùm Georgius, Christi miles, Provinciam quandam, vel Urbem, per Evangelii prædicationem, è satana faucibus eripuisse, hanc historiam symbolice expressurus Pictor quispiam, seu Fictor, Equitem pinxit, vel effinxit, puellam regiam, (cujus imagine provincias olim, & Civitates repræsentabant) gladio, seu lancea, quod est verbum Dei, à dracone, cui destinata erat, liberantem. Successu temporum, & seculorum, antiquæ originis ejus symboli oblitteratâ memoriâ, & remanente symbolica illa pictura, in historicum evasit argumentum, piæque credulitati, quæ circumfertur, materiam præbuit. Lucæ Siracusanae oculos erutos, nulla prodit historia, quæ pondus habeat, & nihilominus per manus traditur. Simile quid accidit in Divo Christophoro, in septem dormientibus, aliisque admirandis narrationibus, quas propterea prudentissimâ Ecclesiæ censura è publicis officiis proscriptis. Cur igitur de hoc lapide, in quem offendit Cajetanus, non potuit non distimile quid accidisse?

Et, quid de illo tandem pronunciabimus? discussio errore, facile lux veritatis inclarescit. Thermarum, seu balneorum supellex est; Cùm enim, qui lavabant, ligneis sellis, utpote supernatantibus, & in aqua marcentibus, commodè sedere non possent, lapideis utebantur; & ita fabricatis, ut sedendi quoque partes non incommodè ablui sinerent. Hujusmodi autem sella vocabatur ab antiquis *solum*. Lucretius lib. 6.

*Denique si in calidis etiam cunctere lavacris, Plenior, & solio infueris ferventis aquai.*

Ubi Lambinus. *Solum vas, in quo lavabant, sedentes, & Festus, cùm dixisset solia appellantur sedilia, in quibus, non plures singulis, possunt sedere, subdit, Alvei quoque lavandi gratiâ instituti, quo singuli descendunt, solia dicuntur, quæ à sedendo potius dicta videntur, quàm à sollo, quod est solido. Vide Vossium. Solii figuram, graphycè expressam, videre est in Gymnastica Mercurialis lib. 1. ex Pyri Ligorii antiquarum rerum monumentis. Cato tit. 157. vocat sellam pertusam. Quam Cassiodorus lib. 2. variat. Epist. 39. sic delineat. Hinc desuper sella composita, quæ humanis necessitatibus, in Absidis spectem, perforatur, agros suscipit, interno humore defluentes, quibus verbis nostram videtur describere.*

Quodd autem Casini fuerit olim Balneum, saltem pro Infirmis, & hujus chronici non uno loco, palam fit, lib. 3. cap. 32. ex Codice B. *Cum balneo, & cæteris opportunitatibus, & cap. 57. Item quando venit buc (Sicelgaita) post mortem Ducis, posuit in Capitulo quinque libras auri, & duas dedit in Infirmario, unam pro expensis, alteram pro balneo construendo, lib. 4. cap. 3. Oderisius Abbas juxta infirmorum domum ab interiori parte Coquinam, ac Balneum, atque Cisternam opere perpulchro extruxit.*

Quare non cogimur, hanc supellestem Bal-

neariam ad antiqui Casini, & ad Marci Terentii Varonis villas reliquias referre; ex ejusque ruderibus erutam opinari; cùm præsertim penè nullam præferat temporum calamitatem. Dummodo tamen Balnearia, non Stercoraria, in sensu Cajetani, credatur, undecunque fuerit, non impedio. Nam, quodd ejusdem prorsus formæ hæc nostra sit, ac duæ Lateranenses, sinat me, prudens Lector ad hoc non respondere; & ad Fistulam tandem accedere: quod alterum est Cajetani, ejusdem farinæ, argumentum; & in quo penè hospitem se in Ecclesiastica prodit eruditione.

Cùm Fideles sub utraque specie communicabant, fistulæ usus in hauriendo sanguine, communis erat universis. Ritus testibus fulciamus. Ordo Romanus titulo de ordine processione ad Missam. *Deinde Archidiaconus, accepto de manu illius calice, refundit & tradit calicem Subdiacono regionario, qui tradit ei pugillarem, cum quo confirmet Populum.* Nominè Pugillaris Fistulam intelligi, ex contextu liquet. Confirmare verb Populum, est, Domini sanguine Populum reficere, ac munire. Quod aliquandò venit, etiam nomine *Consecrationis*. Ad quam mentem reducendus mihi videtur Ambrosius lib. 1. Offic. cap. 31. ubi inducit Laurentium, Sixto Pontifici sic loquentem. *Cui comissi Dominici Sanguinis consecrationem, hinc consortium tui Sanguinis negas?* Num enim Diaconus sacramentum conficiebat; & Christi verum sanguinem consecrabat? Num deliramus cum dehrantibus novatoribus? Ergo *Consecratio* ibi Ambrosio non respicit Corpus Christi verum, sed Corpus Christi mysticum, hoc est, Populum fidelem, qui à Diacono, propinante, ac dispensante illi Sanguinem Domini sanctificatur, & consecratur. Ideoque Ecclesia, Spiritu Christi edocta, quod Ambrosius dixit *Consecrationem* legendum in Ecclesiastico officio proponit *Dispensationem*. Dispensando siquidem Diaconus consecrat Populum, & ut supra, confirmat, non sacramentaliter, sed ministerialiter. Diaconus itaque, tenens fistulam intra calicem, propinabat sanguinem fidelibus, ut quisque, adamoto ore, sugeret de calice ex alio fistulæ capite.

Liber, cui titulus, *Exordium Cisterciensis Cœnobii* cap. 53. describens Missæ ritus. *Quodd si, inquit, plures fuerint, Diaconus, percepto sanguine, ibidem ponat calicem super sinistro cornu altaris. Diaconus autem teneat dextrâque manu in calice fistulam, à Subdiacono preparatam, qui Subdiaconus percipiat sanguinem cum fistula. Et rursus ibidem. Dum autem fratres percipiunt sanguinem, infundatur vinum in Calicem à Diacono, cùm opus fuerit, si quod autem residuum fuerit de ipso sanguine, bibat illud cùm calice (non ministerio fistulæ) postquam fistulam reddiderit Subdiacono, quam Fistulam, antequam reddat, in quantum poterit ab utraque parte sumpendo, à sanguine Domini evatuet.*

Conradus Episcopus in Chron. Magunt. *Erant Fistula quinque ad communicandum argentea deaurata. Et Auctor noster lib. 3. cap. ultimo. Fistula aurea, cum angulo. Fistulas argenteas duas. Quid ergo mirum, ex antiquis his Fistulis, unam Casini remansisse, qua Monachi de sacro poru olim sugebant, absque eo, quod ad Pontificium usum illam referamus? Ponderet modò eruditus, ac prudens Lector, quàm levidentibus conjecturis ductus Cajetanus, Commentum illud suum de Pontificiæ electionis, & Consecrationis Cerimoniis, Casini iterari solitis, sibi persuaserit; cæterisque persuadere voluerit, nec prolixius de his, nam etiam, me tacente, cuius, paulò oculatori, error, foricis instar, statim se prodidisset.*

Diximus supra consuevisse olim Summos Pontifices ex Benedictinis de more assumi, quod, nè cui, videatur Pythagorica dictum auctoritate, operæ pretium esse reor nonnihil ad id suadendum hic subnectere.

per plurimos dies in hac terra moratus est. Robbertus interea Princeps, exercitum congregans, ad hoc Monasterium venit, Romam, sicut promiserat Pontifici, cum eo iturus (14): audiens autem quod Imperator oppidum, quod Turricula dicitur, obsideret, Casini subleuit, ubi etiam Nuntios Imperatoris suscipiens, Capuam repedavit. Imperator in-

terea cum oppidanis foedus iniens, Romam rediit (15), ibique die Sancti Pentecostes ab eodem Hæresiarcha coronatus, Liguriam rediit. Hoc ubi Pontifex suprascriptus agnovit, Romam reversus est (16), indeque egressus, civitatem Pisanam adiit (17), Ecclesiamque inibi Sanctæ Mariæ, quæ ad Domum nuncupatur, dedicans, primus in eadem Urbe Archie-

*De Pontificibus Benedictinis.*

**P**ræmitto primò, Ecclesiæ Romanæ in more fuisse, ad Apostolatûs apicem non subvehere, nisi Viros in Clero ipso Romano enutritos. Id suadet, tum cæterarum consuetudo Ecclesiarum, quæ ferè semper ex proprio Clero Antistitem sibi præficiunt: Tum series ipsa Romanorum Pontificum, ex qua legentibus apparet, Ecclesiæ Romanæ Præfulem, ex Presbyteris, vel Diaconibus Romanis fuisse olim de more assumptum. Formosus enim primus fuit, qui anno 891. ex Episcopo Portuensi Papa Romanus invenitur electus: ideoque contra Regulas accidisse scribitur, supra lib. 1. cap. 45. in fine. *Quod cum Ostiensis (Portuensis) Episcopus esset, contra sacrorum Canonum decreta, Apostolicam Sedem intraverat.*

**P**ræmitto Secundo, Vivente adhuc Sancto Patre Benedicto, Roma, vigente cælestis Patriæ desiderio (verba sunt Raulini Doctoris Parisiensis) omnes Ecclesias Titulatas (id est, Cardinalibus in titulum assignatas) atque Collegiatis, Monachales factas fuisse. *Quin imò Beati Petri Ecclesiam tribus Monachorum Collegiis, & eorum frugi vita adornatam. Unum dictum Sancti Stephani, Alterum Sanctorum Joannis, & Pauli. Tertium Sancti Martini.* Sic apud Lateranum Sanctorum Pancratii, Joannis Baptistæ, & Joannis Evangelistæ. Apud Sanctum Laurentium, Sanctam Mariam Majorem, Sanctum Paulum, aliasque Patriarchales Basilicas, & præterea plura alia per urbem Monasteria in Historiis reculantur: de quibus adeundus Bucelinus in Annalibus, & in Menologio.

His duobus præmissis, facile est syllogismum sic formare. Clerus Romanus magna ex parte olim erat Benedictinus, ex secundo præmissis. At Pontifex Romanus de more eligebatur de Clero Romano: ex primo: ergo de more Pontifex ex Benedictinis eligi sæpè occurrit.

**I**d verò fiet planè evidentius, ponderanti, Monasteria tunc Scholas fuisse, & Collegia, non virtutum tantùm: verùm etiam scientiarum, qua de re legatur laudatus Bucelinus: ut propterea, Viri ad Ecclesiastica munera obeunda, ipsamque regendam Ecclesiam nullibi præstantiores inveniri potuerint, quàm in Cœnobiis, & porro Monasterii nomen pro Ecclesia usurpatum frequenter in antiquis Auctoribus, quid ostendit, nisi in ferè omnibus Ecclesiis fuisse Monasteria? Galli sanè quamlibet Ecclesiam *Mouster* vocant, ex Chifflet apud Bolland. 10. Febr. Pag. 414. Angli verò Cathedralis saltem Ecclesiam *Monasterium* appellant. Joan. Marshamus in præmio ad Monast. Anglic.

Catanensis Cathedralis nostra ætate ex Monachali Canonica transivit in secularem, Patensis etiam in Sicilia, nuper Regalis, adhuc Monastica est, ut missas faciam quamplurimas ultra montes.

Quæ, si vera sunt, multo plures fuerint Pontifices Benedictini, quàm literis eo nomine expressè consignati. Hoc ipso enim, quod non appellantur Benedictini, Benedictinos eos fuisse, conficitur. Quemadmodum, siquidem, nostra ætate, quia de more Pontifices assumuntur ex ordine Clericali, nullus in eorum Vita scribit, Urbanum, verbi gratia, Octavum, Gregorium Decimumquintum, Paulum Quintum, fuisse Clericos; Contra verò, assumpto Pio Quinto, nemo reticet, eum fuisse ex Ordine Prædicatorum assumptum: Sextum

Quintum, ex ordine Minorum: quippe hoc, rarò accidit, ac subinde notandum. Ita, quoniam prioribus seculis Pontifices eligebantur de Clero Romano, Clerus autem Romanus erat Benedictinus, ineptum, & supervacaneum videri potuisset adnotare hunc, vel illum Pontificem fuisse Benedictinum, cum notorium tunc esset, & exploratum.

**S**ed, & illud præterea addere non verebor, quod quidem ex dictis deducitur: Non solum, per plura secula, Pontifices fuisse Benedictinos: verùm etiam, Ecclesiam universalem, Romanam à Benedictinis gubernatam, per plura secula. Quæ duo non idem sonant. Nam, sedente, exempli gratia, Pio Quinto, dici quidem jure poterat, aliquem ex Ordine Prædicatorum regere tunc Ecclesiam: jure tamen dici non æquè poterat Ordinem Prædicatorum regere tunc Ecclesiam. Quoniam, etsi summus Hierarcha ex ordine esset Prædicatorum; cætera tamen Curie, & Aulæ munera, non Prædicatores, sed Clerici tunc obibant. Cum verò Benedictinos in Petri solium subvehere moris erat, universa quoque aulæ ministeria, & dignitates Benedictinis incumbabant: universus enim Clerus Benedictinus erat, ex quo eligebantur Cardinales Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Scholasticorum, quibus constabat Clerus Romanus, unde assumebatur Papa; ergo non tantum Benedictinus tunc gubernabat Ecclesiam; Sed Ordo Benedictinus: non solum enim, qui ad clavum sedebat, sed remiges quoque, Petri naviculam agentes, cucullati erant, nomenque dederant Benedicto.

Quanto autem Ecclesiæ bono Monasticus Ordo Apostolicæ Sedi servierit, portans pondus diei, & ætus, livor ipse, vel tacitus, confiteretur. Atque hi sanè sunt tituli, quibus Apostolica Sedes Benedictinam Familiam amplissimis Privilegiis muneravit; ut præteream singularem ei exhibita obsequia à Monasterio Casinensi, de quibus lib. 3. cap. 52. hic lib. 4. cap. 68. & ferè tota præsentis historia, Bullisque Pontificum.

(14) Pandulfus. *Interim Lando Dominus de Turriculo, Oddo, Costus, & Gisulphus Fratres ejus cum eo, acriter cum Rege pugnabant. Venit Dux Guilielmus ad Papam interea. Tunc cæperant reditum insimul maturare, &c. Princeps ergo, & Dux quoque ad Papam venerunt, licet Petrus de altero tantum meminerit.*

(15) Pandolphus. *Quod Henricus præsentiens, infecto negotio, à Castello remotus est, & via ipsa, qua venerat, irato sibi Domino, in Alemanniam rediit, idolo, quod plasmaverat, intra Urbem relicto, Compendio utitur Pandolphus: non enim hoc agebat. Petrus narrat præterea Coronationem Imperatoris, à suo Idolo celebratam die Pentecostes.*

(16) *Ut peregrinus potius, quàm Dominus; ait Pandolphus.*

(17) Multa Romæ antequam inde digrederetur, Pontificem perpeffum, narrat Pisanus. Tum, constituto Petro Portuensi Urbis Vicario, Hugone Cardinali Beneventi præfecturæ imposito, Petro Præfecto, Præfecturâ Urbis confirmatâ, Stephano Normanno Protectore, Vexillifero, & Urbis Custode constituto; navibus præparatis, mare ingressus est Pontifex, & Pisas post aliquot dies applicuit; ubi, subdit Pandolphus, *super verbo Psalmistæ, Dixi, pronuntiabo adversum me injustitias meas, & tu remisisti impietatem cordis mei, Sermonem talem habuit, qualem certè vix faceret Origenes in carne.*



chiepiscopatum instituit (18). In eadem vero civitate supradicto Pontifice persistente, auctoritate ejus, ac Petri Archiepiscopi civitatis illius, oblata est Beato Benedicto Ecclesia Sancti Silvestri (19) in eadem civitate Pisana ab Odemundo, & filiis ejus, cum pertinentiis suis. Huic concessioni Lambertus Hostiensis Episcopus, post autem Papa Honorius, cum aliis Cardinalibus interfuit. Exinde vero supradictus Pontifex discedens cum Episcopis, & Cardinalibus, Cluniacense Cœnobium petiit, atque a supradicti loci Abbate honorificè nimis receptus, & ibi aliquandiu remoratus, post paucos dies vitâ decessit (20), atque in eodem Monasterio de-

(18) Pisanam Ecclesiam in Archiepiscopalem Cathedralam evexisse scribitur Urbanus Secundus, non Gelasius, & Petrus, de quo mox Auctor noster, fuit secundus in ordine Archiepiscoporum, & Monachus. Ex monumentis Pisanis apud Ughell. Ital. Sac. Ergo, quod Auctor noster dixit, *Primus instituit, dicendum, Confirmavit.* Sic loquitur Codex Pisanus apud Cajetanum in Gelasio pag. 110. Anno ab Incarnatione Domini Jesu Christi MCXIX. more Pisano Indiſt. 12. 6. Kal. Octobris Gelasius Secundus Alma Urbis Romæ, & universalis Ecclesie Summus Pontifex, novam Pisanorum Ecclesiam consecravit, & infra. Romanus igitur Pontifex inter Missarum solennia ipsius dedicationis die, ipsam Sanctam Pisanam Ecclesiam, tam privilegio, quam proprio, coram innumerabilibus turbis Tuscia, in Metropolitanam confirmavit sublimitatem.

(19) Chartula hujus oblationis legitur in Regeſto Petri num. 585. Anno millesimo centesimo nono decimo, Pontificatus Domini Gelasii Secundi Papa primo, 3. Kal. Octobris indiſt. 12. Ego Petrus Dei gratiâ Pisanus Archiepiscopus, consilio, & assensu fratrum nostrorum Canonorum majoris Ecclesie, concedo, & trado Monasterio Sancti Benedicti Casinensis, Ecclesiam Sancti Silvestri, positam in Soaritia prope civitate Pisana, presentibus, & collaudantibus fundatoribus ipsius Ecclesie Odemundo, & filiis ejus.

(20) Pandulphus vero sic. Mare iterum introivit, & sic ducente Domino, portum Villa Sancti Egidii sanus cum suis omnibus, & incolumis attingit. Ubi venerabili Abbate Ugone, & ejusdem Monasterii Fratribus undecunque confluentibus, cum maxima laude est, & honore susceptus, Abbas Cluniacensis Dominus Pontius adveniens cum munusculis aliis, triginta ei equitaturas preparavit, decem vero Abbas Sancti Egidii, cum donariis aliis, cum quibus, & cum aliis equitavit Dominus Papa per terram illam. Inde Papa regrediens absque mora per Podium in Franciam properavit, & inter villas alias, ubi fuit vice Beati Petri receptus, Cluniacense adiit Monasterium; in quo juxta tanti loci potentiam, & secundum quod Apostolicum Virum condecuit, & receptus est, pariter & benignè tractatus. Cum jam, quasi ad portum fore se deductum congaudens, subita passione correptus, quam à costa Graci Pleurisiim appellari jusserunt, suis, & multis Fratribus undique convocatis, facta confessione; ac Corpore, cum Sanguine Redemptoris acceptis, & juxta normam Monasticam, strato terræ corpusculo, sancta illa anima carne soluta est, hinc ad cælum, Petro dure, conscendens, Corpus honorabiliter intralimen Cluniacensis Cœnobii requiescit in pace, Amen. Quem Romani, qui aderant, & qui Roma remanserant clerus, omnis populus deflexerunt, & quasi Patrem justitia, nolentes consolari desebant. Sedit autem anno uno, diebus quinque, & cessavit Episcopatus ejus dies quindecim.

Petrus Pictaviensis ex eodem Cœnobio Monachus Epitaphium Gelasio postea inscripsit. Apud Cajet. pag. 129. Ante Pontificatum Gelasius Ecclesie Romanæ magna pars fuit, sub Urbano præsertim, &

centi est sepultura reconditus. Cardinales igitur videntes se tanto destitutos esse Pastore, consilio habito, ne diutius Romana Ecclesia moribus Scismaticorum pateret, Guydonem Byennensem Archiepiscopum, Regali stirpe progenitum; in rebus Secularibus, & Ecclesiasticis apprimè eruditum, ibidem sibi in Papam Calixtum præficiunt (21). Idem præterea Pontifex per aliquantum temporis ibidem remorans, Roscemanumque Cardinalem, & hujus Cœnobii Monachum, ex parte Italarum (22), Catholicæ duntaxat parti faventium, de sua ordinatione consensum unanmem per litteras excipiens, unâ cum Episcopis, & Cardinalibus, ad Monasterium Beati Mau-

Paschali. Adhuc junior scripsit vitam Sancti Erasmi, Sanctæ Anatoliæ, Sancti Cæsarii, in Pontificatu demum omni laude dignissimus. De quo Baronius, *Quo quidem, inquit, post Martyres, qui, fuso sanguine, martyrium consummarunt, baud facile, inter Romanos Pontifices aliquem quis invenerit, qui breviori vita tempore majora sit passus, ob idque præclariori corona donandus, atque celeberrimis fuerit præconiis celebrandus.*

Plura me de Gelasio nostro scribere gestientem, remoratur, & brevitatis studium, cui me addixi, & Constantini Cajetani diligentia, qui ad Pandulfum de Gelasio scribentem, Commentarios non jejunos adjecit, quare inde ea peti, quàm hic à me repeti malo. Singulare tamen illud de Gelasio non omittam, quodd in suis Bullis, non rarè, se Joannem Cajetanum, inusitato more, inscribit, cum cæteri nomen Pontificatus præferre consueverint.

Fortè eo nomine aded inclaruerat; ut etiam in folio retinendum existimaverit. Vide supra cap. 7.

(21) Falco Beneventanus, Synchronus quidem, sed rebus absens, Calixtum scribit Cluniaci presentem à Cardinalibus electum fuisse, spirante adhuc Gelasio, & assentiente. At idem Calixtus Epistola ad Archiepiscopum Moguntinum apud Baronium pag. 135. testatur, electum se fuisse absentem, & post obitum Gelasii. Pandulphus etiam laudatus, oculatusque testis, refert, Episcopatum Gelasii cessasse dies quindecim. Ergo Falconis dictum accipiendum est, non de electione per suffragia legitima, sed de ejus designatione, à Gelasio adhuc vivente, & à Cardinalibus facta. Quemadmodum Victor Tertius, jam jam moriturus, Othonem sibi subrogari consulit, dicens, *Accipite eum, & in Romanam Ecclesiam ordinate, meamque vicem in omnibus, quousque id facere possitis, habete.* Clerus tamen Othonis solennem electionem distulit ad quinque menses.

Erat Calixtus Guilielmi secundi, Burgundiæ Comitum, filius, Regibus Gallie sanguine proximus, Frater Rainardi Burgundiæ Comitum, qui Regem se Burgundiæ jussit appellari. Frater quoque Raimundi, à quo Hispaniæ Reges, & Henrici, à quo Reges Lusitanie. Ex Mariana. Meritò itaque à Petro Regali stirpe progenitus asseritur. Ex Monacho Cluniacensi, Abbas Falleritanus, postmodum Viennensis Archiepiscopus in Gallia, & Bisuntinensis, ex Castilioneo in notis ad Regnum Italiae Thesauri.

(22) Huic periodo aliquid deesse apparet, sensus vero est. Electus Cluniaci Calixtus, ab illis tantum Cardinalibus, qui Gelasium secuti fuerant in Gallias, unum ex illis Roscemanum Monachum Casinatem Romam direxit, ut cæterorum Purpuratorum, Romæ tunc manentium, (quos propterea Auctor noster Italos vocat, ut eos distingueret ab illis, qui in Gallia erant) assensum in suam electionem procuraret. Interim vero se, ut Pontificem non habuit, donec Roscemanus, legatione feliciter obita, certiore illum per litteras fecit de Italarum Cardinalium, Catholicæ parti faventium, suffragio, & consensu.

Mauri in Glannafolio situm (23), & huic Casinensi Cœnobio subditum, pervenit, rogatusque à Monachis Casinensibus, qui secum venerant, nec non à Gyrardo, jam dicti loci Abbate (24), ejusdem Confessoris Christi Mauri Ecclesiam sollempniter dedicavit, in qua etiam Corpora Sanctorum Antonii, & Constantiniani, qui de hoc Casinensi Cœnobio ad Gallias cum Beato Mauro perrexerant (25), cum maxima reverentia posuit, sicque Romam veniens, à Clero, Senatu, Populoque Romano, honorificè satis exceptus est.

*Qualiter idem Terræmotus (1) meritis Beati Benedicti quievit.*

CAPUT LXV.

**E**O igitur tempore, cum jam ab Incarnatione Domini Annus viceſimus centesimus atque millesimus volveretur tam magni terræmotus in hac Terra facti sunt, ut in Camino Palatium dirueret, in Cucuruzzu Ecclesiam cum Curia subverteret, apud Bantram Ecclesiam Domos, & Campanaria ad terram deiceret, multique sub ipsa ruina interirent, & nunc quidem novem, nunc decem & septem, nunc viginti, & eo amplius id per dies singulos sentiremus. Quo tempore Pater Benedictus cuidam Hispano apud Termulas tribus vicibus visibiliter in quodam trivio apparens, dixit: Vade, dic Abbati, ut omnes, qui in dicionis suæ terra habitant, discalciatis pedibus ad Monasterium meum, in Casino constructum, Omnipotentem Deum rogaturi, convenire faciat, & ipse unà cum Fratribus per omnes Monasterii Ecclesias letanias faciant, discalceatis pedibus. Increverunt enim peccata hominum, & delicta eorum multiplicata sunt valde, forsitan ignoscet Deus delictis illorum, perficiat vota, & supplicationes ad eum. Percontatus quisnam esset, Fratrem Benedictum se esse respondit. Ille autem exurgens, venit ad Abbatem, & quid viderit, vel audierit, seriatim pandit. Igitur, cum, iusta Patris Benedicti præceptum, sursum ad Monasterium omnes Deum rogaturi convenirent, Diabolus, claudi specie assumpta, in devexo montis latere illis factus est obviam, dicens, Gloriosæ Virginis Mariæ Ecclesiam, maximamque civitatis partem terræ motu dirutam (2) esse:

(23) Adrianus primus Papa, proclamante coram ipso, & Carolo Magno Francorum Rege, Theodemario Abbate Casinensi, quod Glannofoliensis Ecclesia à Beato Mauro constructa, rebus suis ab impio Gaidulto spoliata esset, dictam Ecclesiam Casinensi Cœnobio restituit, & Apostolica auctoritate firmavit; regendam deinceps Magisterio Abbatis Casinensis. Statuit præterea, ut obeunte ejusdem loci Abbate, noviter electus, ab Abbate Casinensi benediceretur, singulis quinquenniis ad limina Sancti Benedicti accederet, ibique in loco Præpositi sederet, nullique Abbati, nisi Casinensi loco cederet. Idem constituit Karolus Rex, & Theodemarius Abbas. Vide Regestum Petri num. 607. 608., & 609. & deinceps. Tabularium quoque Casinense capsula 116. ubi plura ad Monasterium Glannofoliense spectantia, quæ typis parata apud me.

(24) Glannofoliensis intellige. Infra cap. 76. quod edo notaverim, ne nominum Homonymia confundat. Uterque enim Abbas, Casinensis nimirum, & Glannofoliensis, Gyrardus tunc vocabantur.

(25) In Vita Beati Mauri apud Bolland.

**A** illi autem falsitati ejus aurem accommodantes, & id, quod cœperant, ocius dimittentes, ad Civitatem reversi sunt, quò dum venissent, videntes illusionem diabolicam, alio die letaniam, quam stultè dimiserant, discalciatis pedibus implere studuerunt. Igitur primæ noctis vigilia, magno ultra modum terræmotu factò, Fratres è stratis suis surgentes, discalciatis pedibus flentes, & ejulantes ad Patrem confugiunt Benedictum, atque ante ejus Sacratissimum Corpus preces ad eum fundentes, per omnia Monasterii altaria letanias decantare cœperunt. Fidelis Dominus in verbis suis, qui invocantes se, & de sua misericordia præsumentes, exaudire promissit, nam supplicatione letaniæ à Fratribus explicita, ne unus quidem lapis ulterius de hoc loco motus est. Hæc dum ad notitiam vicinorum circummanentium pervenissent, omnes ferè, qui in Principatu manebant, nudis vestigiis huc ad Beatum Benedictum venerunt, omnipotentis Dei clementiam suppliciter postulantes, ut tanti Patris interventu illis misereri dignaretur. Nec sua frustrati sunt æstimatione, nam confestim tremor terræ quievit. Hoc interea anno Robbertus Capuanorum Princeps, cujus supra meminimus, vitâ decedit, & Richardus filius ejus à Capuanis in Principatum substituitur, quo paulò post mortuo, Robbertus Patruus ejus (3) illi in Principatum succedit.

*Qualiter Petrus Diaconus receptus fuit in Monachum ab Abbate Girardo, & quot libros, & Omelias fecit.*

CAPUT LXVI.

**H**Ujus Abbatis tempore, in Campania Provincia insigne miraculum, & antiquis per omnia simile factum est. In Comino (1) namque in Castro, quod in honore sanctorum septem Fratrum constructum est, nobilis cujusdam militis filius fuit, nomine Albericus, qui puer, decimo anno nativitatis suæ inchoante, languore correptus, ad extrema perductus est, quo tempore novem diebus, totidemque noctibus immobilis, ac sine sensu, & velut mortuus jacuit, in quo spatio à Beato Petro Apostolo, & duobus Angelis, quorum unus Emmanuhel, alter Eloy dicebatur (2), per loca pœnarum de-

IN CAPUT LXV. NOTÆ.

- (1) Superfluit peronomem.  
 (2) In manuscripto est *diruta*. Literulam addere licuit. At non sine monitione. Ut infra, *supplicatione* pro *supplicatio*, quod erat in Codice.  
 (3) Pro *Robbertus patruus ejus*, legendum *Jordanus patruus ejus*, monet Peregrin. in stemm. Princ. Capuæ in Jordano Secundo, & profectò sic legendum, ex temporum ratione colligitur, illum adi.

IN CAPUT LXVI. NOTÆ.

- (1) Vel ex hoc loco admoneri potuisset Lauretus *Cominum* diversum esse à *Camino*, ne toties utrunque confunderet. *Cominus* Regio est, in qua plura Castra. Nunc dicitur Vallis Alberi Ptolemæo Gallio, Duci, & Octaviæ Trivultia Conjugibus excellentissimis Principibus parens. *Caminus* verò Castrum est Teanenſis Diœcesis, ut notavimus cap. 57.  
 (2) Angelorum hæc nomina ex Apocryphis veniunt; ideo à Laureto non edita, nec alia, quæ ex Guidone hic narrat Petrus. Cæterùm *Emmanuel*, & *Eloy* Angelorum Domini per Angelos loquentis, appellationes recipimus ex Hagiographis. Guidonis verò Presbyteri Casinensis narratio extat in Codice nostro 257.

portatus, ductus est ad os infernalis baratri, demum verò ductus ad Paradyfum, vidit mansiones sanctorum, atque in cœlum aëreum sublevatus, & à Beato Petro Apostolo sufficienter instructus de veteri testamento, de pœnis peccatorum, & de perhenni gloria Sanctorum, vidit archana quædam, quæ prohibitus est alicui loqui, sicque per septuaginta, & duas Provincias ab eodem Apostolo deportatus, & vitæ redditus est. Hujus igitur visionem nosse qui cupit, rei feriem, à Guidono, hujus Casinensis Cœnobii Monacho, compositam, relegat, quæ, quia per omnium ferè ora volvitur, referre omisimus. Exinde verò idem Albericus relictis, & spreto seculi pompis, hoc Casinense Cœnobium petiit, atque à Patre Gyardo gratanter nimis susceptus, & sanctæ conversationis habitu indutus, Christo verò Regi militaturus, cum cæteris Fratribus, est aggregatus. Tantâ enim usque in hodiernum abstinentiâ, tanta morum gravitate pollet, ut, pœnas peccatorum perpexisse, & pertimuisse, & gloriam sanctorum illum vidisse, nemo quis dubitet. Non enim carnes, non adipem, non vinum ab illo tempore, usque nunc, Deo annuente, sumpsit: calciamenta nullo penitus tempore utitur, & sic in tanta cordis, ac corporis contritione, & humilitate usque in hodiernum, in hoc Casinensi Cœnobio perseverat, ut multa illum, quæ alios laterent, vel metuenda, vel desideranda, vidisse, etiamsi lingua taceret, vita loqueretur. His porro temporibus, Petrus Diaconus anno Dominicæ Incarnationis quindodecimo centesimo atque millesimo (3), primo ætatis suæ lustro à parentibus suis Beato Benedicto oblatus, & à jam dicto Gyardo Abbate susceptus, & habitu sanctæ conversationis indutus, atque sub eodem Abbate per annos bis IV. eruditus (4), vicesimo primo anno ætatis suæ scripsit ad Oderisium Secundum supradicti Gyardi successorem, Passionem Beatissimi Martyris (5), & sociorum ejus, vitam egregii Confessoris Fulconis, Passionem Sanctissimi Martyris Placidi discipuli Beati Patris Benedicti, & Vitam Sancti Apollinaris Abbatis ad Reverendissimum Raynaldum Abbatem, Vitam Sanctorum Guinizo-

(3) Opportunè signavit annum, alioqui dubitari potuisset, quod ait *bis temporibus* ad annum 1120. pertinere, nam ad hunc annum jam Petri calamus pervenerat. Ex his patet, & alibi à nobis observatum, Petrum, in temporibus digerendis exacta amulsi usum non fuisse.

(4) Ab anno 1115. ad 1123. quo Girardus defunctus est.

(5) Si Petrus oblatus est quinquennis, eruditur sub Gyardo annis octo, Oderisius Gyardi successor sedit annos tres, & aliquot menses: Ergo sub Sede Oderisii Petrus non excefferat annum ætatis decimum septimum: quomodo ergo ad Oderisium Secundum scribere potuit anno ætatis vigesimo primo? Peregrin. in serie Abb. Casin. pag. 65. mendosè scriptum retur ubi supra, *Primo atatis suæ lustro*, & corrigendum *secundo*. Ego verò, quod videam illud *primo atatis suæ lustro* sic repeti ab eodem Petro in Codice 257. *Quinquennis sub Gyardo Abbate Beato Benedicto oblatus*, supra num. 609. omnem à me suspensionem erroris eliminat. Non tamen propterea *sibi pugnans*, ut ait Peregrinius, scribit Petrus, anno ætatis vigesimo primo Passionem Beati Marci Oderisio nuncupasse. Non enim dicit, ad Oderisium tunc Abbatem; sed *ad Oderisium Gyardi successorem*. An verò Gyardi successor non fuit Oderisius Secundus; Ergo falsum non dixit. Tunc siquidem Oderisius,

nis, & Januarii, ad Richardum Monachum Casinensem, Vitam Sancti Constantii Episcopi, & Confessoris, ad Guarinum Episcopum Aquinensem, Vitam Sancti Severi Episcopi Casinensis, ad Seniorectum Abbatem Rythmum, de novissimis diebus, in quo iusta litteram videtur secutum fuisse Apostolum Johannem, cum idem Petrus sciret finitum pro infinito, iusta quod ibidem scriptum est, Destructionem etiam, & Restaurationem civitatis Atinæ, & Inventionem corporis Beati Martyris Marci descripsit. Vitam Sanctæ Dariæ uxoris Sancti Nycandri. Scripsit etiam sermones hos, de Festivitate Beati Marci sermones octo, de Vigiliis ejus sermones duos, de Sancto Martyre Placido omelias duas, & sermones duodecim de Cœna Domini, sermones duo in Parasceven, in Sabbato Sancto Omeliam, in Festivitate Sancti Benedicti, sermonem in Pascha, in Octava S. Benedicti, in Ascensione Domini, in Pentecoste, de Festivitate Sancti Johannis Baptistæ, de Sancto Petro, & Paulo, de Sancto Laurentio, de Vigilia Sanctæ Mariæ, Librum illustrium virorum Cœnobii Casinensis ad Pandulfum Teanensem Episcopum. Miracula Casinensium Monachorum, quæ scripta adhuc minimè erant, descripsit. Historiam de everfione, seu restauratione Cœnobii Beati Mauri, ex jussione Abbatis Seniorecti emendavit, in qua & Prologum scripsit. Fecit & Prologum in libro privilegiorum, sermonem de Translatione corporis Sancti Protomartyris Stephani à civitate Constantinopolitana ad urbem Romanam, Ortus, & Vitas justorum Cœnobii Casinensis, Sermonem de Festivitate omnium Sanctorum, de Nativitate Domini Sermones duo de Sancto Stephano. Chronicam Cœnobii Casinensis à Renovatione Ecclesiæ Beati Martini, à Desiderio facta, usque ad hunc diem, Astronomiam ex veteribus libris collegit. Demum verò pro responsis Casinensis Cœnobii Apocryphus ad Lotharium Tertium, Romanorum Imperatorem directus, postquam ei sessionem ad pedes suos concessit, postquam inter Cappellanos Romani Imperii locavit, postquam discipulum Bertulfi Cancellarii constituit, postquam à secretis effecit Logothetam, Exceptorem, &

licet non esset Abbas Casini; depositus jam ab Honorio Secundo, vivebat tamen, & Cardinalitia purpura fulgebat; quod ergo ait *Girardi successorem*, non est accipiendum, quasi tunc sederet, sed quod post Girardum sederit, neque violenter ad hanc mentem præcitata verba trahuntur, non ergo sibi pugnat Petrus, neque mendum, in alterutro ejus loco, suspicandum. Porro in hoc eodem Capite recenset Petrus opusculorum suorum Iliadem, cujus fortè prolixitatem fastidians Lauretus, solitâ licentiâ, mutilavit. Parcendum nihilominus fuerat qualicumque Auctoris Philautiæ, parcendum seculo, & juventuti. Unumquemque scripta sua palpant, ajebat Ambrosius, & deformes etiam filii matres delectant. Simiolos suos, neque cum Leonis pullis, simia permutaret. Quid autem, si quispiam suspicetur, non Petri prolixitatem displicuisse Laureto; sed unicam tantum, illamque brevem, hujus catalogi periodum; & ut unius odium sub communi calamitate lateret, omnes averruncavit? Quæ verò sit hæc Periodus, quæ cæteris perniciem attulit, dicemus in cap. 108. Eundem operum suorum indicem reperit Petrus in libello de Viris Illustr. Exant Casini non pauca, non tamen omnia hæc ejus commentaria. Græci sermonis non ignarus fuit, ut patet ex libro Hevæ, ex Græco in Latinum versa.

& Auditorem Romani Imperii illum constituit. In aula porrò Romani Imperii idem Petrus dum verberaretur, altercationem, quæ facta est ante eundem Imperatorem inter eum, & adversarium Casinensis Ecclesiæ composuit. Solinum de Miraculis brevavit. De generibus lapidum pretiosorum ad Chonradum Imperatorem librum exaravit. Expositionem super Regula Sancti Benedicti componens, in IV. libros divisit. Scolias in veteri testamento, Epistolas duas ad Lotharium Imperatorem, ex jussione Abbatis Guybaldi Ad Richizam Imperatricem de Obitu Lotharii Imperatoris. Ad eandem de Obitu Heinrici Ducis Bajoariorum; De Electione Chonradi Secundi Romanorum Imperatoris, Epistolam perpulchram composuit. Librum Notarum ex parvo ampliore effecit, & Chonrado Imperatori dedicavit. Vitrubium de Architectura mundi emendans brevavit. Librum Hævæ Regis Arabiæ de pretiosis lapidibus ad Neronem Imperatorem, quem Constantinus Imperator ante annos ferè octingentos ab Urbe Roma Constantinopolim asportaverat, de Græco in Romanam linguam transtulit. Ymnos duos in laudem Sanctæ Justæ Virginis, & Martyris dictavit. Visionem Alberici Monachi Casinensis corruptam emendavit. Chronicam Regum gentis Trojanæ, & Consulum, Dictatorum, & Imperatorum composuit. Miracula Sanctorum Martyrum Marci; Nycandri, & Marciani exaravit. Ymnos sex in eorum laude composuit. Cantus Beati Martyris Marci dictavit. Scolias in diversis sententiis. Exhortatorium ad Monachos, in quo ostendit, quid custodire, quid cavere debeant. De septem vitiis, & virtutibus. De septem Petitionibus. De Rebecca, & Isaac. De Rege Ozia, & Sacerdotibus. De Moyse, & via trium dierum, ac tribus temporibus. De Visione Ysaiæ. Librum Salutationum, Exhortationum, & opprobriorum. De Terra repromissionis. Itinerarium ex omnibus veteribus libris collegit, & Guybaldo Casinensi Abbati dicavit. Vitam Sancti Papæ Leonis exaravit. Ystoriæ gentis Trojanæ à principio mundi usque ad sua tempora, nec non & Librum prodigiorum, & portentorum describens, Illustrissimo Ptolemæo secundo, Romanorum Consuli dedicavit. De Temptatione Christi in deserto Omeliam perpulchram exaravit, nec non & Altercationem, quam habuit cum quodam Constantinopolitano pro Romana Ecclesia. Composuit alia multa, quæ hic scribere superfedimus.

*De quibusdam Oblationibus, Ecclesiis, atque servis in Sardinia huic Monasterio concessis.*

CAPUT LXVII.

**S**UB jam dicto Abbate Gyrardo Gunnarius Sardorum nobilissimus (1) parentum suo-

IN CAPUT LXVII. NOTÆ.

(1) Nobilissimi Casares olim vocati, qui in spem Imperii adsciscabantur: Et Nobilissimi Pueri eorum filii.

(2) Lib. 3. cap. 23.

(3) Regest. num. 588. & 589.

IN CAPUT LXVIII. NOTÆ.

(1) Idem obsequium præstitit Desiderius Gregorius Septimo lib. 3. cap. 52. Aliique Abbates aliis Pontificibus, & Cardinalibus. Ideo infra cap. 78. & in suo diplomate hic ipse Calixtus Pontifex Casinense Cœnobium vocat Ecclesia filiorum unicum in adversis solatum, & in prosperis insatigatam requiem.

**A**rum Barefonis, & Torhcitorii (2) Regum, vestigia sequens, cum licentia Archiepiscopi sui, obtulit Beato Benedicto (3) Ecclesiam Sancti Petri in Nurhci, & Sancti Nycolai, ac Sancti Johannis, & Sancti Petri in Nugulbi, & Sancti Helix, ac Sancti Johannis in Setin cum omnibus pertinentiis earundem Ecclesiarum ad utilitatem vestimentorum nostrorum. Id ipsum fecit & Furatus de Gytal cum voluntate ejusdem Archiepiscopi, & Episcopi sui Boni de Ecclesia Sancti Nycolai in folio, & Sanctæ Mariæ cum pertinentiis suis. Sed & Comira Sardorum nobilissimus tunc temporis ad hoc Monasterium veniens, cartam fecit huic loco de Ecclesia Sancti Michaëlis in Ferrucefi cum attinentiis suis. Pari etiam modo Marianus de Zori optulit in hoc loco Ecclesiam Sancti Georgii in Banarcatu cum omnibus, quæ tunc temporis habere videbatur. Hujus exemplo ducta Muscunonia, cartam fecit de domo sua in folio, cum servis, & ancillis, & omnibus rebus suis. Susanna etiam illam ad bonum æmulata optulit Beato Benedicto domum suam in Yscano, & in Mulana, & in Cortina, & in Myrra, & in Coquina, & in Amendula cum servis, & ancillis, & omnibus suis. Vera quoque filia Gunnarii de Thori concessit similiter in hoc loco domum suam in Coquina, cum servis, & omnibus, quæ habere videbatur. Id ipsum fecit & Constantinus de Carvia, fecit oblationis cartulam de Ecclesia Sancti Petri in Symbrano, cum omnibus pertinentiis suis.

*Qualiter Papa Calixtus ad hoc Monasterium venit.*

CAPUT LXVIII.

**T**UNC temporis præphatus Papa Calixtus urbem egressus venit hoc Monasterium, & à prædicto nostro Abbate, cum ingenti honore susceptus, die illo Missam sollempniter celebravit, atque in hac Terra per duos ferè menses est remoratus. Quem videlicet Pontificem noster Abbas honorificè nimis sustentavit, & in omnibus necessitatibus ejus strenuè satis deservire curavit (1). Inde verò Beneventum veniens in Apuliam usque descendit, ac more antecessorum suorum à Duce Guilielmo fidelitate recepta (2), Romam reversus est. Dehinc verò exercitum congregans Mauricium Æresarcham in Civitate Sutrina obsidens, cepit, & in Arce hujus Monasterii, quam idem Abbas à fundamentis construxerat, exilio relegavit (3). Hic autem Reverendissimus Pontifex dum Beneventi resideret, rogatus ab eodem Abbate nostro, vel Fratribus, Ecclesias Sancti Petri, & Sancti Nycolai de Nugulbi, Sancti Helix in Setin, & Sancti Petri in Nurci, quas vir illustrissimus Gunnarius, de quo supra

(2) Supra cap. 64. & lib. 3. cap. 16.

(3) In arce Janula, ut explicat infra cap. 86. Propterea impius Burdinus fortuna uti visus est is, qui facile judicium serunt, priusquam conspiciant rerum exitus: & cum Epicuri schola, Divinam providentiam, quæ universum temperat, non considerant; utcunque enim diu floreat improbi: veniet tamen illis dies sua: Numinisque patientia supplicii tarditatem gravitate compensat. Nam, ut Claudianus ait.

*Tolluntur in altum,  
Ut lapsu graviore ruant.*

Quare non in exigua vitæ particula animus nobis

pra retulimus, Beato Petro optulerat, & postmodum ejusdem Pontificis jussu Beato Benedicto concesserat, per Apostolicæ Sedis privilegium (4) congregationi nostræ in perpetuum confirmavit, ut de ipsarum Ecclesiarum redditibus, prout facultas ministraverit, indumenta semper huic nostro conventui præparentur (5). Salvo nimirum censu quattuor solidorum Papiensis monetæ singulis annis Lateranensi Sacro Palatio persolvendo. Adiciens insuper, ut possessiones, & dona omnia, quæ supradictus Gunnarius Beato Benedicto contulit, vel collaturus est, omnia similiter in necessitate vestimentorum, in perpetuum conserventur, & si quis ejusdem Gunnarii oblationes auferre, vel minuire, aut à constituta vestimentorum præparatione hujus Sancti Casinensis Conventus subtrahere, vel mutare præsumpsisset, anathemate plecteretur. Idem præterea illustri viro Gunnario, uxoriq; ejus Helenæ litteras direxit (6), gratias agens, simul & monens, ac in remissione peccatorum illis injungens, ut in eo, quod cœpissent, constantius permanerent. Romana enim Sedes, & Ecclesias, & donum, quod nostro Cœnobio fecerant, sua auctoritate firmaverat prohibens, ne quis illa subtrahere, diminuere, aut in futurum sine Casinensium Fratrum consensu audeat commutare; sed, ob Fratrum indumenta, quieta semper, & illibata permaneant. Pari etiam modo litteras Vulterano Episcopo de-

bis defigendus, sed circumferendus per vitam universam, exitumque expectare, ut accidit in Burdino, cujus quanto florentior vitæ cursus, tanto exitus miserior. Antoninus ejus Historiam sic describit. *Burdinus autem Pseudopapa, audiens, Imperatorem pacem cum Calixto fecisse, timens Romani Populi furor, ab Urbe discessit; atque in Civitatem Sutrii, cum quibusdam ex Romanis, sibi adherentibus, se contulit, in quo loco existens, Romanam capit Ecclesiam persequi, & Romipetas spoliare. Papa vero Calixtus ex Apulia Romam reversus, cum jam se videret ex omni parte securum; & Joannem Cremonensem Cardinalem Sancti Grifoni Sutrium contra Burdinum misit: sed & ipse cum è vestigio sequitur. Igitur, Deo operante, parte Burdini devicta, ipse Burdinus capitur, captusque super Camelum ponitur, & Romam ducitur, facie versa ad caudam Cameli, & demum in Monasterium detruditur, in Monachum tonsuratus. Platina, & Panvinius ad Monasterium Cavæ relegatum tradunt; ex Codice Vaticano in Annalibus Baronii pag. 146. tom. 12. Auctor verò noster testis oculatus, ad hanc Janulæ arcem deportatum, & inde ad Fumonem translatum ab Honorio Secundo, scribit cap. 86. Attestatur Sugerius ejusdem ætatis scriptor apud Baronium ibidem. Perpetuo Carcere in montanis Campaniæ prope Sanctum Benedictum captivatum, damnaverunt, ubi Sanctum Benedictum est Monasterium Casinense, sic alias appellatum, ex notatis.*

(4) Regest. num. 47.

(5) Ex mente donatoris cap. præcedenti. Singulæ tunc Officinæ propriis redditibus muniebantur, ut supra non semel, & infra cap. 76. *Monast. Anglic. pag. 147. Hi sunt redditus officii Monachorum Eveshamensis Cœnobii assignati. Ad Prioratum pertinent Decima. Ad Officium Prætoris pertinet quadam terra, &c. Ad Sacristariam pertinent sex Cappelle in valle, &c. Ad Cameram ad vestiendum, Fratres, Ad Coquinam, Ad Pitanciarum, Ad Infirmariam, Ad Fabricam, Cellarius verò totius Abbatie curam gerat, exceptis redditibus, assignatis Officiis Monachorum, ibid. pag. 149.*

Incumbent tamen singulis officinis propria-

stinavit (7), mandans quàm specialiter, quàm præcipuè hoc Casinense Cœnobium ad protectionem Romanæ spectaret Ecclesiæ, præcipiens insuper, ut donum, quod Beato Benedicto ab illustri viro Gunnario, & uxore ejus factum fuerat, pro Beati Benedicti reverentia, quietum, & ab omnium infestatione liberum faceret permanere, quia Apostolica Sedes donum illud scripti sui auctoritate firmasset, & Ecclesias quasdam, quas Gunnarius, cum uxore sua Helena, Beato Petro obtulerant, huic nostro Cœnobio ex Apostolicæ Sedis liberalitate concessisset. Nollet ergo, ut per quorumlibet violentiam subtraherentur, vel infestarentur: sed omnia quietè, ac liberè ad Casinensium Fratrum indumenta conservarentur.

*Qualiter Archiepiscopus Capuanus conabatur tres Ecclesias subtrahere hujus Monasterii à potestate, & per Summum Pontificem contra eum Sententia lata fuit.*

#### CAPUT LXIX.

Factum est autem, dum idem venerabilis Papa apud Beneventum maneret, Otto Capuanus Archiepiscopus conquestus est, Capuanam Ecclesiam spoliatam tribus Ecclesiis (1) quæ essent juris Sancti Stephani, quas hæc Casinensis Ecclesia possideret, scilicet Sancti Be-

munera. Unde in Codice A, quem edimus, paginâ primâ sic legitur. *Decanus debet facere reparare Refectorium, Pulsatorium, Dormitorium, domum, in qua abluimus pedes, & totum claustrum, Edificium etiam illud, quod est super Cisternam, Capitulum, cum subjacente sibi ex parte Firmarii, præter edificium, quod est super stolis.*

*Sacrista autem debet facere reparare omnes Ecclesias, cum subjacentibus suis, præter plumbum, quod non debet invenire pro majori Ecclesia, quia de Sardinia consuevit venire.*

*Vestarius debet facere reparare cimiteria, balneum, Vestarium, Domo, in quibus sunt Sutores, & pelliparii. Camerarius debet facere reparare Palatium, quod dicitur granarium, quod est juxta Cimiterium extra paradysum, & omnes alias Cameras, cum subjacentibus suis, & Cappellam Sanctæ Mariæ, & Cameram Capitis muri.*

*Firmarius utique debet facere reparare Palatium infirmarii, cum subjacentibus suis, & Cap. sancti Andreae.*

*Cellarius major debet facere reparare Pistrinum, & omnes Cellas, quæ sunt à majori porta usque ad Pistrinum, & domum Cellarii, & Coquinam.*

*Hospitalarius debet: facere reparare Hospitalium cum Cappella, & cum subjacentibus suis.*

In Congregatione nostra Casinensi Officinis non deputantur proprii redditus, sed Cellarius, cum sociis, omnia administrant, singulis officinis de communi ære providentes. Præter hæc, officinæ Monasterii olim solvebant Cameræ Casinensi certam pecuniæ summam, ut in Regesto primo Bernardi Abbatis pag. 128. At nunc, sicut nihil illis speciatim provenit: nil quoque solvunt.

(6) Regest. num. 58.

(7) Regest. num. 58.

#### IN CAPUT LXIX. NOTÆ.

(1) Ildeprando Archiepiscopo, sub districti Anathematis vinculo, Alexander Secundus interdixit, supra lib. 3. cap. 25. ne Abbati Casinensi, super juribus Cellarum suarum, litem ulterius audeat intentare. Calixtus verò secundus, de quo hic signanter judicium tulit de prædictis tribus Ecclesiis, ad favorem Casinensis Cœnobii; ut videre est in Regesto Petri num. 48. Actum Beneventi anno 1120. men-



Benedicti Pyzzuli, Sancti Angeli ad Odaliscos, Sancti Ruphi, quarum sibi possessionem restitui per Romanam Curiam postulabat. Ad hæc, noster Abbas respondit, Casinensem Ecclesiam, ejusque ministros Capuanam Ecclesiam non expoliasse, asserens, se de prænominatis rebus, pro quibus impetebatur, multiplici ratione munitum, tam instrumentorum, quàm legitima, & inconcussa temporis detentione, ostendens insuper, quòd appellatio, quæ à parte Archiepiscopi facta fuerat, neque canonica esset, neque legitima, idque pluribus, & evidentibus rationibus assererat. Cùmque inter utramque partem diu super hoc decertatum fuisset, Apostolicus præcepit, ut rationes, quas noster Abbas habebat, ostenderet. Tridui igitur dilatione concessa, iterum nostra, illiusque pars curiam adeuntes, de eisdem quæstionibus causa denuo ventilata est. Verùm ubi à parte Archiepiscopi nulla ratione neque canonica, neque legitima posset ostendi, quòd Casinense Monasterium prædictarum Ecclesiarum possessionem ei restitueret, cùm constaret Capuanam Ecclesiam à Casinensi non fuisse expoliatam, atque in hoc prolixius immoratum esset, jussit tandem prædictus Papa sibi rationes nostri Cœnobii ostendi. Quibus exhibitis, & diligenter à Cardinalibus, Clericisque Romanis studiosè relectis, & perspectis, qualiter illas Richardus Princeps, & Jordanus filius ejus in hoc Cœnobio concesserant, & præcepto suo firmanterant. Pontifex, accepto consilio, tum pro multimodis rationibus, instrumentorum scilicet, & temporum, tum pro privilegiis Romanorum Pontificum huic nostro Cœnobio concessis, præcepit prædictarum Ecclesiarum possessiones apud hoc Monasterium, prout tunc fuerat, remanere.

*Qualiter idem Papa restitui fecit huic Monasterio Sancta Maria de Cingla.*

CAPUT LXX.

**H**Oc præterea tempore in ejusdem Apostolici præsentia prædictus noster Abbas proclamationem fecit de Ecclesia Sanctæ Mariæ in Cingla (1), quam à jure hujus Cœnobii Raynulfus Comes violenter abstulerat, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Capua subjugarat. Tunc Pontifex Abbatissæ Sanctæ Mariæ de Capua litteras dirigere studuit (2), præcipiens, ut quintâ feriâ post Octavas Pentecosten se Sedi Apostolicæ præsentaret, & jus Ecclesiæ suæ, præsentibus Episcopis, & Cardinalibus Romano Pontifici ostenderet. Illa autem muliebri furore exæstuans (3), ad Pontificis curiam nequaquam ire, ejusque præceptis nullo pacto se obedire, respondit. Quod dum supradicto Papæ nuntiatum fuisset, litteras ad eam direxit, mandans, quòd in nostri

mense Octobrio, Indiçt. 13. In Contradictorio enim Partium, Pontifex decrevit, Monasterium Casinense in possessione trium præfatarum Ecclesiarum manutenendum, & nihilominus, litem, toties nobis adjudicatam, in judicium nostra etiam ætate revocari, videmus: usque aded nulla est, quantumvis justo titulo, aut quantalibet vetusta seculorum præscriptione firmata possessio, quæ ab oppugnationibus sit securo.

IN CAPUT LXX. NOTÆ.

(1) Lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 2. & hic lib. 4. cap. 53. Tom. IV.

**A** Abbatissæ querimonia super Cynglensi Ecclesia subterfugium quærere jam videretur, nam secundis transactis terminis ad judicium minime venisset, neque personas pro se rationabiles direxisset. In his tamen omnibus Romana Ecclesia actenus sibi, & Monasterio suo pepercisset: sed diutiùs causæ hujus discussionem protendere non valeret, omni ergo occasione seposita Pontificis conspectui se repræsentaret, vel tales pro se personas dirigeret, quæ vice sua negotium illud sufficienter valerent tractare. Alioquin Romana Ecclesia Casinensi Cœnobio de Cynglensi Ecclesia restitutionem, cooperante Domino, faceret. Tali igitur Abbatissæ conventionem perterrita, accedit ad Comitem Raynulfum, rogat, obsecrat, ut pro se Romano Pontifici litteras mittat. Annuat illius voluntati, remuneratus pecunia, Comes, & ut ab Abbatissæ rogatus fuerat, peragens, supradicto Papæ litteras mittit. Relectis igitur supradicti Comitis litteris, Pontifex ejus petitioni assensum præbuit, & terminum ei dedit, mandans eidem Comiti, ut nullum super hoc impedimentum faceret, quin negotium illud suo tempore decideretur. Nisi enim Abbatissæ termino constituto Sedi se Apostolicæ repræsentaret, vel personas pro se idoneas mitteret, ipse Casinensi Cœnobio restitutionem de Cynglensi, cooperante Domino, faceret, quoniam Casinensis Abbatissæ querimonia diutiùs ferre non posset.

**C** Adveniente autem termino, Abbas noster Romam perrexit, justitiam nostri Cœnobii recipere cupiens, simul etiam & munimina nostra secum deferens. Abbatissæ verò Nuntium destinare, vel per se ire, omnino negavit. Tum Papa, cum Episcopis, & Cardinalibus consilio habito, eidem Abbatissæ litteras misit, admirans, quia pro controversia, quæ de supradicta Cynglensi Ecclesia inter sanctimoniales, & Casinense Cœnobium, longo tempore agitata fuerat, Apostolicas ad eam frequenter litteras miserat, & tres illi jam terminos constituerat: sed neque ad se ipsam venisset, neque, iuxta ejus præceptum, sufficientes pro se personas, ad decisionem causæ, direxisset. In quo profectò, non justitiam expectare, sed dissimulationibus quibusdam, & occasionibus tempus infinitum velle protrahere. Sibi quoque, & Cardinalibus rationale visum esse, ut deinceps, dilatione, vel occasione absentia ejus, Casinensis Ecclesia non deberet manere de possessione Cynglensis Cellæ diutiùs spoliata. Non enim, qui possessa re spoliatus est, iuxta legum instituta, & Sanctorum Canonum sanctionem, ad juri cogeret actionem accedere. Præciperet ergo, suo, Cardinaliumque judicio, ut infra viginti dies, postquam Apostolicas litteras accepisset, Casinensem Ecclesiam de Cynglensi Cella, salva Monasterii sui justitiâ, in integrum reinvestiret. Res verò Ecclesiæ, quas spoliationis tempore habuit à se, vel à suis ho-

(2) Regestum Petri num. 49. & deinceps.

(3) Ira excandescens, degenerat in furorem. Imò ira brevis furor dicitur ab Horatio, & Torquatus noster *Ira è breve furor*. Maximè verò furit in mulieribus ira. Hinc Virgil. 5. Æneid. cùm dixisset. *Junonis gravis ira*: post subjicit, *Causas tanti sciat illa furoris*. Menander.

*Cùm multa in terra, marique fera sint, Omnium maxima mulier fera est. Naturâ mulier, & effrenis est, & aspera. Femina nihil novit, præter ea, quæ vult.*

hominibus, minimè tollerentur. Ad hæc, Abbatissa ignorans ea, quæ ventura erant, super eam, missis hominibus, contra Papæ præceptum, libros, & quicquid in Cinglensi Cella repperit, asportavit. Hoc ubi Papa agnovit, ad eam per litteras direxit, quia, dum illam paterna benignitate, & mansuetudine toleraret, ipsa in derisu Papæ patientiam exhibens, nichil eorum, quæ illi præciperet, satageret adimplere. Insuper etiam ad Apostolicæ Sedis injuriam, & contempum Cinglensem Ecclesiam expoliasset. Præciperet ergo; nisi iram vellet experiri Apostolicam, ut nichil deinceps de Cinglensis Ecclesiæ rebus auferret; sed omni occasione, vel dissimulatione postposita Ecclesiæ ipsi, quæ per eam de eadem Ecclesia ablata sunt, redderet, eandemque Ecclesiam cum omnibus rebus suis Casinensi Monasterio restitueret. Si autem ulterius contemptrix existeret, & mandatum Apostolicum infra viginti dies, post litteras acceptas, non satageret adimplere, Apostolica Sedes ex tunc in Cinglensi Ecclesia divina officia interdiceret; Abbatissæ verò omnem Monasterii prælationem potestate Apostolicæ auctoritatis prohiberet, quoadusque præphatam restitutionem cum integritate adimpleret, & Romanæ Ecclesiæ de contemptu plenariè satisfaceret. Abbatissa verò, ubi Papæ voluntatem agnovit, ad consueta arma recurrit, pecuniam opportunè importunè distribuit, & se, nulla ratione, nullo pacto, Papæ voluntatem impleturam, fatetur. Hoc igitur, ubi Pontifici nuntiatum est, rursus ad eam direxit, quia, quantò illam majori patientia sustineret, tantò habundantiori superbia, & extollentia contra Romanam Ecclesiam elevaretur. Quater enim, & eo amplius sibi hæc caritative, ac paternè, iusta Sacrorum Canonum sanctionem, scripsisset, & mandata ejus penitus contempsisset, & Romanam Ecclesiam sprevisset, quæ omnium Ecclesiarum Mater, & Domina est, non ab alio, sed à Christo Domino constituta. Unde non immeritò fideles omnes eam debent honorare. Ipsa verò è contra sua eam vellet potestate, & dignitate privare. Totiens quippe à Romana Ecclesia commonita, non solum inobediens extitisset, verum etiam inobedientiam addidisset. Pro tanta igitur insolentia ejus, idem Pontifex in eodem Beatæ Mariæ Monasterio divina omnia officia interdiceret. Abbatissam ab ipsius Monasterii regimine sequestraret, & tam eam, quàm fautores ejus in hac causa, excommunicationis vinculo innodaret. Cùmque nec sic valeret Romanus Pontifex Abbatissæ proterviam humiliare, mandat Comiti Raynolfo, ut infra viginti dies, postquam Apostolicas litteras accepisset, Casinense Monasterium de Cinglensi Ecclesia in integrum reinvestiret, neque interim ejusdem Ecclesiæ bona diripi à quibuslibet, vel auferri

(4) Hoc est Diœcesim, nam alterum pro altero usurpatur. Cap. Presbyter, 12. quæst. 4. *Presbyter, dum Diœcesim tenet, &c.* ubi Diœcesis accipitur pro Parochia. Contra cap. Lugdunensis 9. quæst. 2. *Parochia sumitur pro Diœcesi. Lugdunensis Parochia Clericos, quos contra statuta Canonum ab alterius Parochia Episcopis ordinatos, &c.* Quandoque Parochia sumpta est pro Ecclesia universali. Aldelmus de Virgin. cap. 7. *Contra Catholicam Ecclesiam Parochiam cum Ducibus suis prolatis gregatim ingruere moliantur.* Est autem Parochia ex vulgari acceptione, locus, in quo degit Populus, seu Populi quæ-

A permitteret. Quòd si & ipse quoque Apostolici mandati contemptor existeret, qui spoliationis hujus causa, & principium extitisset, Papa Ecclesiasticæ justitiæ vigorem pro eo dimittere non valens, in personam, & in totam terram ipsius, excommunicationis sententiam auxiliante Domino proferret. Suscipiens igitur Apostolicas litteras Comes, Abbatissam evocat, quid sibi à Papa mandatum sit, per ordinem pandit. Illa verò facibus succensa fœmineis, Principem, & Comitem, universosque illorum satellites ingenti hære remunerat, rogat, poscit, obsecrat, uti Comitem flagitent, ut contra Papæ sententiam, tueri Abbatissam studeat, utque in tanto articulo temporis subveniat, modis, ac nisibus, quibus valet, exorat. Remuneratus itaque Abbatissæ pecunia Comes, illam contra Papæ sententiam, pro suo posse, tueri promittit. Quod dum supradicto Pontifici relatum fuisset, mandat Comiti, quia, cùm ipse Beati Petri, & Papæ fidelis esset, Romana Ecclesia vera eum dilectione diligeret, & inter alios strenuos, & illustres viros personam ipsius præcipuè dilectionis brachiis amplexaretur, & nisi per eum remaneret, id ipsum deinceps facere præoptaret, propter quod tunc usque Ecclesia nichil egisset, in quo gravari à Sede Apostolica videretur. Præciperet ergo, ut omni penitus dilatione, & occasione postposita, Casinensem Abbatem de Cinglensi Ecclesia, & de possessionibus ejus, faceret revestiri, quòd, si contra hoc ire præsumpsisset, ipse eidem Comiti divina officia, & omnium Ecclesiarum introitum interdiceret, & ad viginti dierum terminum constitutum personam ipsius excommunicaret, donec Casinensem Abbatem de Cinglensi Cella plenariè revestiret, quia Casinensium Fratrum clamorem nullo modo ferre valeret. Pari etiam modo, litteras Ottoni Archiepiscopo Capuanò direxit, præcipiens, ut Alferadam Abbatissam pro deposita, & excommunicata tamquam haberet, & in eodem Beatæ Mariæ Monasterio nullum divinum officium celebrare permitteret, datam à Romano Pontifice interdictionis, & excommunicationis sententiam per suam Parochiam (4) nuntiari, & teneri faceret, Clericis verò, & Laicis omnimodo prohibuit, ne, contra suum interdictum, Ecclesiam ipsam ingredi, aut cum excommunicatis participare nullatenus præsumerent. Comes interea Raynulfus ægrè ferens, se pro fœminea superbia excommunicatum, & ab omnibus divinis mysteriis separatum, Apostolici voluntatem se impleturum spondit, si Casinensium Fratrum munimina perspicere posset. Relictis igitur in præsentia supradicti Papæ Callisti, & omnium Episcoporum, & Cardinalium antiquis, & authenticis nostri Cœnobii cartulis, qualiter Sarracenus Sculdahis Beneventanus (5), cui locus idem jure hæreditario

dam pars, cui proprius Sacerdos destinatus, ad sacra ministranda. Interdum sumitur pro ipsa Ecclesia, quam Parœci frequentant, hoc est, Populi pars, nec raro pro domo Parœchi, seu Curati. Monet autem Budæus ad Pandectas non, *Parœcias*, sed *Parœcias* primò appellatas, quod confirmat locus Augustini laudatus supra ad cap. 50. non tamen nupera est vocis ejus corruptio, inquit Vossius, sed verus admodum, cùm in antiquis legibus crebrò *Parœchia* vox occurrat. Vide Alciar. Prætermissorum lib. prior. Budæum, Duarenum, Martinium, & Vossium.

(5) Lib. 1. cap. 6. Hæc, & alia abjecit Lauretus.

rio pertinebat, Ecclesiam ibi, sicut in hujus Libri principio commemoravimus, Beati Cassiani, a fundamentis construxerat, eidem Ecclesiae, quoniam filium non habebat, omnem omnino substantiam, & possessionem suam, per consensum Gisulfi Ducis Langobardorum concefferat, & qualiter postmodum, per auctoritatem ipsius Ducis, eandem Ecclesiam cum omnibus possessionibus suis huic Casinensi Cœnobio subdiderat, seu, & qualiter & Sanctus Petronax Abbas, cum adjutorio ejusdem Ducis, Ecclesiam ibi in honore Sanctae Dei Genitricis Mariae construens, Monasterium puellarum Dei effecerat, & qualiter illam, ab hoc Monasterio subtractam, Oderisius Abbas, temporibus Papae Urbani, recollegerat, & qualiter Capuani Monasterii Abbatissam idem Papa, ob hanc rem, Apostolicis litteris, & sui oris invitationem vocaverat, & qualiter Abbatissa, ad Pontificem venire contempnens, nec ejus monita suscepit, & judicium penitus subterfugit. Simul etiam in omnium praesentia relecto exinde Papae Paschalis judicio, continuo idem Comes coram Johanne Cardinali tituli Sancti Eusebii, & Bermanno Romanae Ecclesiae Subdiacono, reddidit Beato Benedicto totum ex integro praedictum Sanctae Mariae Monasterium, cum omnibus pertinentiis suis, quae tempore patris sui tenuit, cartulamque renuntiationis, & restitutionis exinde conscribi faciens, illamque propria manu roborans, super altare Beati Benedicti posuit, violatoribus illius decisionis mille librarum auri poenam indicens.

*Qualiter Sparanus Abbas obtulit huic Monasterio Ecclesiam Sancti Martini in Arche.*

CAPUT LXXI.

**H**oc interea anno Sparanus Abbas de Monasterio Sancti Martini in Arci (1) ad hunc locum veniens, obtulit Beato Benedicto eandem Ecclesiam Sancti Martini, cum pertinentiis suis. Id ipsum fecit & Rao de Bantone, cum Auristella uxore sua de Ecclesia Sancti Petri sita in finibus Consentiae, in loco, qui vocatur Gaurano, & Ecclesia Sancti Martini, loco, qui dicitur Cupplatu, cum omnibus pertinentiis illarum, centum librarum auri poenam appositam. Similiter etiam Milo, & Litulfus filii Bernardi de Aquino, & Milo, filius Milonis, ad hoc Monasterium venientes, optulere Beato Benedicto novem familias hominum sibi pertinentium in oppido, quod Pelmontis dicitur, & in Villa Sanctae Luciae (2), quorum nomina haec sunt. Johannes, cum familia sua. Conterius, cum familia sua. Desiderius cum familia sua. Trostaynus, cum familia sua. Petrus, cum familia sua. Bricius, cum familia sua. Litolfus, cum familia sua. Ugo, cum familia sua. Johannes, cum familia sua.

IN CAPUT LXXI. NOTAE.

- (1) Arcanum à Latinis dictum, ubi olim fuisse Ciceronis Villam, traditur.
- (2) Sic appellata ab Ecclesia Sanctae Luciae. Aëris temperie, & amœnitate insignis. Casinensi ditioni, cum Castro Pedemontis, in-

*Qualiter civitas Capuana igni tradita est, & Monasterium Sancti Benedicti in eadem civitate mansit illesum.*

CAPUT LXXII.

**T**unc temporis, cum Fratres Monasterii Capuani quemdam agroto jam ferè morti proximo Monasticum habitum tradidissent, Clerici Capuanæ Ecclesiae, cum armata manu, illuc convenientes, eum jam defunctum reperiunt, & stimulis hequitiae debriati, Monachico habitu illum spoliantes, eadem indumenta quibusque ambulantiis conculcanda in platea projecerunt. Quod ubi Papa Calixtus agnovit, Capuano Archiepiscopo praecipit, ut inauditam, & novam tantae temeritatis praesumptionem sic per Dei gratiam corrigeret, ne aliquatenus talia agere praesumerent, neque idem Archiepiscopus in hoc Deum, & Romanam Ecclesiam offenderet, & quia Casinense Monasterium Romanae Ecclesiae juris esse sciret, loca ei pertinentia nec per se, nec per suos ullatenus inquietaret. Ab hoc etiam venerabili Papa praedictus Abbas privilegium (1) de omnimoda loci istius libertate recepit, adiciens insuper, ut si quis hujus nostri Monasterii, vel cellarum ejus possessiones, aut res violenter auferrent postquam Episcopi ipsorum à nostro Abbate commoniti, justitiam de eis facere omnino noluerint, Abbas super eosdem raptos, secundo, tertiove commonitos, canonicam excommunicationem proferat. Quo etiam anno, peccatis exigentibus, Capuana civitas igni tradita est: ex toto ferè itaque civitate consumpta, Sancti Benedicti Monasterio ignis undique minabatur, Fratres autem humanis rebus diffidentes, & in solo Dei adjutorio sperantes, corporale Calicis sumentes, extra Monasterium in medio ignis posuerunt. Mirum immodum (2), reversus ignis, ultra propius accedere non audebat. Civibus etiam omnibus quaedam manus, à Monasterio ignem propellens, visa est: corporale verò profus ab ignis injuria illesum mansit, praeter quod, causam testimonii ejus, in medio foramen parvum factum est.

*Qualiter Brachium Sancti Mathaei Apostoli ad hoc Monasterium fuit deportatum.*

CAPUT LXXIII.

**H**ic interea Abbas, cum apud Beneventum in Apostolici servitio permaneret, & certo certius brachium Sancti Apostoli, & Evangelistae Mathaei in eadem civitate reconditum esse didicisset, ad se jam dicti brachii custodes convocans, qualiter, vel quo ordine ejusdem Sancti Apostoli brachium habuissent, percontari studiosissime coepit. Qui dum retulissent, qualiter illud secum Robbertus Dux detulisset in expeditione, quam contra Alexium Imperatorem habuerat, ac demum Cappellantis suis ad mortem reliquerat, ipsique postmodum, in die obitus sui, sibi dimi-

temporalibus subest. Aquinati Episcopo in spiritualibus.

IN CAPUT LXXII. NOTAE.

- (1) Regestum num. 46.
- (2) Mirum, non displicuisse Laureto, Immodum pro In modum.

miserant: Abbas monere illos attentius cœpit, ut tanta pignora Casinensi Cœnobio conferrent. Illi autem ocūs se hęc adimplere fatentur, si Abbas illos, quacumque hora ad conversionem venire vellent, absque aliquo prerio (1) illos in hoc Monasterio reciperet. Quod cū Abbas libentissimè se impleturum spondisset, illi confestim sanctas reliquias ad hunc locum ferendas eidem Abbati contradunt. Suscipiens igitur idem Abbas Sanctas Reliquias, diuque deosculans, per hujus nostræ Congregationis Fratres ad hoc Monasterium transmittere studuit. Ad cujus adventum omnes, qui hanc Terram inhabitabant, cum ingenti devotione, & gaudio, obviam processerunt, sanè, cū hęc ad hujus nostræ Congregationis notitiam pervenissent, inestimabili exultatione repleti, ac solempnibus vestimentis induti, cum lampadibus, & thimiamatibus, usque ad portam veterem exierunt, ac terræ prostrati, sanctum Evangelistam adoraverunt, surgentesque, cum maxima reverentia, deosculaverunt, & cum Ymnis, & laudibus illud in Monasterium introducentes, atque in argentea capsâ, turrium instar aptata, (2) sanctum brachium recludentes, (3) in argentea trabe, ante Beati Benedicti altarium suspenderunt, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vicesimo secundo.

*De quodam Claudio per Beatum Benedictum sanato.*

#### CAPUT LXXIV.

Eodem quoque anno quidam Claudus de Territorio Turonensi, orationis gratiâ, montem statuerat adire Garganum. Cūque Aquinatam devenisset ad urbem, intempestæ noctis silentio, quiescenti ei Beatissimus Pater Benedictus apparuit, dicens: Surge velociter, & castrum pete Casinum, ibique ante corporis mei præsentiam vestem donaveris, & sanitatem sinè dubio percipies (1). Tum Claudus. Quis es tu, qui tanta nobis, taliaque promittis? Et Legislator ad hęc, omni dubitatione seposita, noveris, me esse Fratrem Benedictum, Casinensis Cœnobii Fundatorem. Et his dictis disparuit. Claudus verò confestim exurgens, rem gestam sociis

#### IN CAPUT LXXIII. NOTÆ.

(1) Expunxit hęc religiosus editor Neapolitanus: fortè, ne simoniaca labes suboleret. At *Pretium*, seu *Precium* oblationem intelligere oportuit, quæ tunc in usu erat, ex Regula cap. 59. Quodlibet autem donum appellatur interdum *Precium*; dictum, si Scaligero fides, summo viro, à *Procano*, quod est protensa manu donum dare. Papias. *Precia, dona, munera, merces, Largitio, pecunia.*

(2) Nunc in theca argentea, brachii forma.

(3) Pro *Includentes*. Nam *Recludere* potius est *Adaperire*. Verùm non semel in sensu Auctoris nostri reperitur apud alios impuri sermonis auctores.

De Sancto Berardo Monacho, & Episcopo Aprutino, de quo Lauretus hic, lege etiam Bucelinum, & ejusdem Divi vitam, Venetiis excusam.

#### IN CAPUT LXXIV. NOTÆ.

(1) Manca est Syntaxis, ideoque à Laureto proscripta. At, cur *Interulam* quoque rejecit? Est enim *Interula* interior tunica, carnibus adhærens, qua claudum nudarunt; ut miraculi signa inspicerent. Hujus vestis apud antiquiores usus nullus invenitur. Meminit postea Philo, de Therapeutis loquens, discipulis Beati Marci. *Erosa tunica in bieme: æstate verò exomis, aut interula linea.* Vopiscus in Claudio. *Interulas dilores duas, ubi Dilores à*

A per ordinem pandit. Illi verò visioni fidem derogantes, ut diversi diversa sensere. Alii namque dicebant fallacibus sompniis credere nullum debere, nam multos errare fecerunt sompna. Nonnulli autem, quorum fides sanior, ac devotior erat, censebant, nequaquam id esse agendum: sed à Benedicto Patre sanctissimo promissum beneficium expetendum. Tunc Claudus exurgens, ad montem, celeri gradu, ac nisu, quo poterat, ascendit Casinum. Cūque in Ecclesiam, Benedicti Patris corpore, & nomine consecratam, ingressus fuisset, & ante columnam argenteam, in qua cereus magnus ponitur, pervenisset, Benedicti confestim suffragantibus meritis, cœpit in pristinum Claudus restitui gradum. Tunc Andreas Mansionarius, qui eo die Ecclesiæ curam gerebat, Claudum vociferantem audiens, ad eum celeri cursu pervenit, videntque callos, qui in membrorum contractione exorti fuerant, disruptos, & sanguinem ex conjunctione profluentem, ad Fratres, ut rei gestæ ordinem promeret, concito gradu perrexit. Claudus verò Ecclesiam egrediens, insciis Fratribus, concito gradu ad focios, qui eum apud civitatem Sancti Germani expectabant, lætissimus rediit. Illi autem tanta perspicientes mirabilia, Gerardum Abbatem adeunt, & rem gestam per ordinem pandunt. Venerabilis autem Abbas, ob ejus sanitatem lætissimus redditus, omnipotenti Deo gratias reddidit, eumque confestim Casinum ad Patris Benedicti corpus remisit. Quanta autem mentis lætitia, quantaque tunc exultatio fuerit, quia adhuc omnes, qui viderant, supersunt, omitto referre. Post hęc quidam Senatorum, ab urbe Roma egredientes, ad montem pervenere Casinum, videntesque eundem Claudum, quem prius ante Lateranense palatium jacere cognoverant, inquirebant, qualiter, quoque modo sanatus fuisset. Qui dum seriatim suam erectionem retulisset, ejus dictis Senatores nequaquam assensum præbentes, interula ejus artus nudantes, & callos in frustra divisos videntes, omnipotenti Deo, & Patri Benedicto laudes retulere quàm maximas. Ad hujus verò perpetuæ rei indicium, ejusdem Claudii Cambuttas ante fores Ecclesiæ jam dicti Patris Benedicti suspenderunt (2). Operæ pre-

duplicibus loris. Tertull. de Pallio cap. 5. *Si quid interula superest, &c.* dicta etiam *Subucula*, quia tunicæ subest; ut tunica pallio. Perlius. *Subucula pexæ, Trita subest tunica.* Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. citante Nonio. *Postea quàm binas tunicas habere ceperunt, instituerunt vocare subuculam, & indusium.* Nobis *Camisia*, eoque nomine frequenter usi posteriores. Tiraquellus in legg. Conub. *subuculæ, seu interulæ usum à Macedonibus primùm inductum tradit.* Adi Vossium, & Salmasium ad Tertull. de Pallio.

E (2) *Cambuta, Camboca, & Camborta*, sustentamentum est, inquit Papias, vel baculus flexus, seu Pedum, Crocia. Interdum accipitur pro baculo Pastoralis Episcoporum, vel Abbatum; qui Neapoli etiamnum vocatur *Crocia*, ob recurvi baculi formam, qualis *Cambuta*. In vita Sancti Winoci Abbatis cap. 13. *Cum precibus, reliquiis, & Cambuca Sancti.* Strabo in Vita Sancti Galli lib. 1. cap. 26. *Baculum ipsius (Columbani Abbatis) quem vulgò Cambocam vocant, per manum Diaconi transmissit.* Cæterum, quod ait, *Cambutas claudi nostri ante fores Ecclesiæ suspensas*; nonnihil hic suadet subdere de Donariis; ut, varietate aliqua, Lectoris fastidium discutiamus, quod ab Euripide dicitur, *Gratias musis admiscere.* Idque eo libentius faciendum nobis est, quo rariùs in hoc Auctore se se offert occasio.

## DIGRESSIO HISTORICA.

## De Donariis.

**V**etustissimi moris fuit apud Christianos (teste Theodoro Therapeutica 8.) ut qui ex morbo aliquo convaluissent, affecta partis imaginem, ex auro, vel argento, vel aliqua materia, sancto illi suspendere, cujus opem se sanatos crederent. Idque nunc passim fieri conspicimus, oculorum imagines Luciae, Mammæ Agathæ, Blasii gurtur, Apolloniæ dentes, in Ecclesiis devotos, quod his ægritudinibus, aut curandis, aut averruncandis Divi illi præfides piè credantur. Quam sanè religiosam Christianorum consuetudinem, non ab Hebræorum tantum sacris institutis; sed à prophetis etiam Gentilium superstitionibus, derivasse, & scripturæ testimonia, de quibus infra, & lapidum monumenta, luculenter ostendunt. Cum enim ingenti aliquo periculo, metu, vel labore premerentur, vota Numinibus suis tutelariis nuncupabant; quæ postea, periculo illo, metu, aut labore defuncti, solvere dicebantur, cum in eorum templis, statuis, & alibi, donaria, tabellasque votivas suspendebant, quo, scilicet, tum ægritudinum, & miseriarum suarum; tum grati, erga servatores Deos, animi monumentum extaret. Sic, qui naufragium fecissent, sui discriminis speciem in tabella exhibebant, eamque à pariete templi, vel à signo numinis tutelaris suspensam, unà cum vestimentis, in quibus servati fuissent, Neptuno, maris arbitro, consecrabant. Horat. Ode 5. lib. 1. ad Pyrrhum.

— *Me tabula sacer*

*Votiva paries indicat humida, aliàs uvula.*

In quem locum consule Lambinum, aliosque enarratores. Quod autem Juvenalis Satyra 14. ait.

— *Mersa rate naufragus assem*

*Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.*

Non ad votivam tabellam referendum est, ut non nemo putavit: sed ad alium morem, quo Naufragi in tabella ab humeris dependente, ferebant pictum Naufragium suum, mendicantes, ut populus videns, miseratione commoveretur: nec cogere Naufragus singularem casum suum exponere. De vestibus vero votivis Virgilius Æneid. 12.

*Forte sacer Fauni foliis oleaster amaris,*

*Hic steterat, nautis olim venerabile signum.*

*Servati ex undis, ubi figere dona solebant*

*Laurenti Divo, & votas suspendere vestes.*

Virgines nupturæ Puppas Veneri vovebant, Persius Satyra 2.

*Nempe hoc, quod Veneri donata à Virgine*

*puppa.*

Pueri Bullam Laribus, togam virilem sumpturi; nempe puberes facti. Idem Persius Sat. 5.

*Bullaque succinctis Laribus donata pendit.*

Nam Bulla pueri ornabantur in ætate prætextata, usque ad decimum quartum annum.

Erat autem Bulla, teste Macrobio p. Saturn. cap. 6. in Cordis figuram, pendens ante pectus puerorum, aurea ingenius, scortea libertinis, ex Asconio in 3. Vertinam. A Prisco Tarquinio omnium primo; inquit Plinius lib. 33. cap. 1. filium, cum in prætextâ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum, constat: unde mos bullæ duravit, ut eorum, qui equo meruissent filii insigni hoc haberent, ceteri lorum.

Servi etiam, libertate redempta, catenas Laribus, & anulos ferreos Saturno suspendebant. Horat. lib. 1. Sat. 5. ubi Cicerrus sarmento servitutem objiciens.

— *Donasset jam ne catenas.*

*Ex voto Laribus, quærebat.*

Et Martial. lib. 3. Epigr. 29.

*Has cum gemina compede, dedicat catenas,*

*Saturne, tibi, Zoilus, annulos priores.*

Nam ex servili statu, factus fuerat equestris ordinis, ideo Catenas vocat annulos priores, quia equites anulis utebantur.

Penatibus quoque vota nuncupata. Qui autem fuerint Penates Dii, non satis convenit.

A

Sunt, qui putent, fuisse Neptunum, & Apollinem: Alii Jovem, Junonem, & Minervam. Alii Cælum, & Terram. Hetrusci eos *Consentes*, & *Complices* vocabant, sex mares, rotidemque fœminas, nominibus ignotis, teste Arnobio lib. 3.

Generaliter verò de pictis tabellis Maro in Catalectis.

*Non ego ture modo, aut picta, tua templa tabella, Ornabo.*

Tibull. lib. 1. Eleg. 3.

*Nunc-Dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi, Picta docet templis multa tabella tuis.*

Quo loco observavit Passeratius, cum aliis, *Nunc-Dea* conjunctim, unoque verbo legendum. Est enim *Nuncdea Isis*, ex illo Propertii lib. 2. eleg. 23.

*Nuncdea, qua Nili flumina vacca bibit.*

Crines quoque Diis devotos accepimus. Adolescentes enim apud veteres Romanos, comam nutrire mos erat, inquit Perottus, quamdiu imberbes essent; alioquin deformes habebantur. Adulti verò, cum primum tondebant barbam, etiam crinium longitudinem deponebant, eosque in arbore, quam, ex argumento, Capillatam, seu Capillarem nominabant, suspensos, dicebant Deo; quasi depositis adolescentiæ illecebris, jam virilitatem ingredi viderentur. Simili modo & primam barbam contecrabant. Quemadmodum Nerone barbam suam pixide, pretiosissimis margaritis adornatam, Capitolino Jovi dicasse, Suetonius refert. Quandoque etiam adolescentem, ut muneris aliquid à Diis consequerentur, etiam ante tempus comam Deo vovebant, veluti rem magnam, atque difficilem: quippe deposita comâ, ornatum omnem adolescentiæ videbantur amittere, quo de argumento ludit Martialis lib. 1. Epigr. 32.

*Hos tibi Phœbe vovet totos à vertice crines, &c.*

Et lib. 5. Epigram. 49.

*Quid non cogit amor! secuit nolente Capillos*

*Encolpus, Domino nec prohibente tamen, &c.*

Est etiam apud Plutarchum, temporibus Thesei morem fuisse, ut excedentes ex Ephebis, Delphos profecti, detoniæ Comæ primitias Phœbo consecrarent. Cato, seu de liberis educandis apud Nonium. *Itaque Ambracia primum Capillum puerilem demptum, item Cirros ad Apollinem ponere solent.* Juvenes tamen apud Romanos, usque ad vigesimum annum, lanuginem intoniam ferre poterant. Inde à Cicerone dicebantur *Barbatuli* adolescentem, per contemptum, diesque certi designati, quibus lanuginem illam ponebant, qui *juvenalia* dicti.

Peregrinationem denique longinquam inituri, capillum alicui Deo devovebant, cui, domum reduces, attonsum sacrabant.

De Templis, Aris, Foris, Porticibus, Theatris, Signis, Sigillis, hoc est parvis Signis, Armis, Trophæis, aliisque votivis donariis, abundè testantur antiquæ inscriptiones, ex quarum formulis manavit ad nos quoque ritus ille adnotandi votum in tabella caracteribus quibusdam. Nam quemadmodum in nostris scribi videmus *E. V. Ex Voto*, vel *V. F. G. A. Votum fecit, gratiam accepit.* Ita in veteribus Gentilium invenimus *V. P. Votum posuit*, vel *V. S. Votum solvit*, vel *V. S. D. M. Votum solvit Diis manibus*, vel *V. S. L. M. Votum solvit, libens, merito*, nisi aliter interpretari libeat.

Vocabantur autem Donaria hæc Græco vocabulo *Anathemata*, dicta à Græco verbo, quod signat *Dedicare, consecrare, in sublime ponere.* Dicata quippe, & in templis consecrata; nefas erat ea inde amovere, & in alium usum usurpare, & in hac notione *Anathema* penultimam habet porrectam, & in malam partem nunquam sumitur. Josue 6. *Sitque civitas hæc Anathema, & omnia, quæ in ea sunt, Domino.* Judith 16. *Supellectilem Holofernis, & Conopæum dicitur dedisse in Anathema oblivioni:* ut scilicet de cætero nullus uteretur eis, sed servarentur in memoriam beneficii divini, in loco sacro, à muris, vel à lacunaribus suspensa. Contra *Anathema* penultimam correpta, significat *separatum, remotum*, & in hoc sensu *Anathe-*



pretium reor, annectere celebre totoque orbi famosum miraculum, quod tunc Dominus ad ejusdem Patris sanctissimi artus ostendit, ipsa namque Resurrectionis Dominicæ die, dum quidam Etruriensis, cum sociis suis, mutus, cæcus, & surdus ad Patris Benedicti sanctas exuvias pervenisset, salutem recepit in omnibus membris.

*Quomodo Pandulfus de Sexto renuntiavit per juramentum Castrum Viticosi, & de Adventu Pontii Abbatis Cluniacensis ad hunc locum.*

## CAPUT LXXV.

**H**is porrò diebus Pandulfus, cui cognomen de Sexto inditum est, antiqui serpentis nequitia debriatus, sociato sibi Odaldo quodam, sui sceleris complice, terras nostri Monasterii sibi contiguas infestare non desinebant, contra quem noster Abbas exercitum congregans, omnem illorum terram igni, ferroque consumpsit Pandulfus autem sera penitudine ductus, ad hoc Monasterium venit, & jurejurando refutavit Sancto Benedicto, & eidem Abbati per cartam, Castrum Viticosum, cum pertinentiis suis, unde pugna illa exortu fuerat. Idipsum etiam fecit & Odaldus de Casale (1), de Castro, quod dicitur Aquafundata, obligando se, unà cum Pandulfo, & hæredes suos huic Monasterio, ut si ipsi, vel hæredes sui amodo, vel aliquo tempore litem, aut calumpniam per se, vel per aliquam submissam personam exinde Sancto Benedicto facere temptaverint, componerent auri optimi libras centum. His quoque diebus Rao filius Raëles, collecta latrocinantium manu, Castra Beati Benedicti, Suium, & Mortulam deprædatus est. Quod dum Papa Calixtus audisset, Pandulfo Teanensi Episcopo, qui de hoc nostro Cœnobio sub Papa Paschali eidem Ecclesiæ Episcopus datus fuerat, præcepit, ut suprascriptum Raonem exinde conveniret, quatenus totam Terram restitueret, & tale quid in Beati Benedicti, quæ sub protectione Romanæ consistebat Ecclesiæ, ulterius facere non præsumeret. Si verò super hoc eidem Episcopo, imò Romanæ Ecclesiæ, obtemperare nollet, idem Episcopus canonicam de eo justitiam faceret, quia quic-

thema propriè iis dicit Ecclesia, quos à communione, & convictu fidelium sejungit, ac removet. Vide Vossium in Lexico.

Cambutas ergo claudi pro Donario, seu argumento receptæ voto sanitatis, præ foribus Casinensis Ecclesiæ suspensas intelligamus. Differt autem *Donarium* à *Donativo*: quod *Donarium* sit Anathema sacrum, in Templis suspensum; *Donativum* verò erat munus, quod Imperator militibus largiebatur; sicut *Congiarium*, quod in Populum, & illud quidem arbitraria summa, hoc verò, ad Congii mensuram, dari consueverat; ideo *Congiarium* dictum. Est autem *Congium* mensuraliquidorum, continens sex Sextarios.

Plura de Donariis pete à Jacobo Philippo Tomafino, libello singulari.

## IN CAPUT LXXV. NOTÆ.

- (1) Casale Feudum est distinctum à Castro Aquæ fundatæ, sacro Cœnobio Casinensi pleno jure parens.
- (2) Cum Pontius, Hierosolymam petiturus, venit Casinum, Cluniacensis Abbatæ regimine jam se abdicaverat Romæ, invito licet Calixto Pontifice, ex Baronio tom. 12. pag. mihi 153. & seqq. Nihilominus Hierosolymis manens, appellatur Cluniacensis Abbas à Roberto de

A quid inde, dictante justitia, fecisset, Papa, auctore Domino, & ratum haberet, & confirmaret. Tunc etiam Dominus Pontius Cluniacensis Cœnobii Abbas (2), ob maximæ devotionis reverentiam, quam Patri Benedicto habebat, cum duodecim suæ Ecclesiæ Fratribus, hoc Casinense Cœnobium petiit, Abbatique nostri Gerardi vestigiis provolurus, officinas Monasterii dum perlustrasset, dixit: malle prius esse Decanus Casinensis, quam Abbas Cluniacensis (3). Demum verò Fratrum vestigiis provolurus, illorumque se orationibus commendans, Jerusalemam petiit, Beato Benedicto spondens, post suum regressum, pastoralem curam relinquere, & Deo attentius in hoc Sancto Casinensi Cœnobio deservire.

*Quomodo idem Abbas concessit Vestiario Monachorum Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Casale Plano.*

## CAPUT LXXVI.

**P**er idem tempus, cum possessiones Monasterii Beati Mauri, quod in Glannafolio situm est, à quibusdam diriperentur, Gyrardus ejusdem Cœnobii Abbas Gyrardo Abbati nostro litteras misit, rogans, ut Papam Calixtum hac de re exorare studeret, quod & fecit. Cujus postulationibus Pontifex flexus, Glannafolienfi, & Fratribus Apostolicam benedictionem, & Episcopis Germaniæ direxit (1), ut possessiones Monasterii Beati Mauri, quod ad jus pertinebat Cœnobii Casinensis, quæ præreptione injusta à Comite Andegabensi, & ab aliis quibusque invasæ fuerant, ex integro restituerentur. Eo etiam tempore Gyrardus, Abbas noster, concessit in Vestiario Fratrum Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Casale plano, & Monasterium Sancti Benedicti in Pectinari, & Ecclesiam Sancti Nicolai in Castro Sancti Martini, cum omnibus pertinentiis earundem Ecclesiarum (2).

*De Obitu Girardi Abbatis hujus loci.*

## CAPUT LXXVII.

**I**dem verò Abbas, cum ad grandævam jam dierum suorum pervenisset ætatem, Anni-

ver-  
Monte in appendice ad Sigebertum, apud eundem Baronium pag. 160. nempe ex præterita dignitate, qua inclaruerat. Oppositum autem sentire videtur Auctor noster, ait enim: *Beato Benedicto spondens, post suum regressum, pastoralem curam relinquere, & Deo attentius in hoc Sancto Casinensi Cœnobio deservire, & Petrus quidem Casini tunc vivebat, reique circumstantias distinctè refert.*

- (3) Maxima quippe tunc, & sanctitate, & magnificentia florebat Casinense Cœnobium, ad illud dignitatis fastigium evedum à Desiderio.

## IN CAPUT LXXVI. NOTÆ.

- (1) Pulchrè Apostolicas litteras, vocat *Apostolicam Benedictionem*. Qua figura Martialis lib. 4. Epigr. 14.

*Sic forsan tener ausus est Catullus  
Magno mittere Passerem Maroni.*

Hoc est, vel, Carmen de Passere, per Metonymiam; vel, Poëmata, quorum initium à Passere, per sinecdochen, quod Vossii judicium est, Rhetor. lib. 4. cap. 3. §. 8. & Carrionis apud eundem. Lauretus verò non tanti nos fecit, ut hujusmodi schemata caperemus: nam edidit *Apostolicas litteras*.

- (2) Supra ad cap. 68. num. 5.

versario Oderisii Abbatis (1) die, dum pro eo in cappella Sancti Sebastiani defunctorum officium decantaret, post finitam primam vigiliam, cum imposuisset antiphonam, Anima mea Deo vivit (2), supradictus Abbas Oderisius eidem Abbati Gyardo post altare ejusdem Ecclesie visibiliter apparuit, eumque, ut ad se veniret, manu innuit. Hoc Gyardus Abbas ut vidit, in faciem prouens, flere inconsolabiliter coepit, completoque officio, ad Cameram suam, flens, & ejulans, rediit. Percontatus autem à Fratribus, cur fleret, causam aperuit, seque in proximo moriturum esse praedixit, nec multo post, idem Abbas languore tactus, sextodecimo Hcal. Februarii (3) mortem perdidit, & vitam invenit (4). Sepultus vero est in Capitulo Fratrum (5) ad caput Abbatis Desiderii. Oderisius Abbas à Beato Benedicto quadragesimus secundus sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus quindecim.

*De Ordinatione Abbatis Oderisii Secundi.*

### CAPUT LXXVIII.

**H**ic ex Sangrorum Comitum prosapia suae originis lineam ducens, sub sanctae memoriae Oderisio in hunc locum susceptus, & habitu Monastico indutus, & liberalibus disciplinis apertè eruditus est. Qui à Praedecessore suo Gyardo hujus Monasterii Praepositus ordinatus, cum prudentia, & sapientia multa polleret, à venerabili Papa Paschali Diaconus in Lateranensi Ecclesia est constitutus (1). Gyardo autem Abbate viam universae carnis ingresso, Fratres, ut in talibus consuetudo est, in unum conveniunt, & quoniam nostra Congregatio plurimis erat tunc dissensionibus scissa, & unusquisque Abbatem ad suam voluntatem eligere proponebat, novissimè tandem unam sententiam eundem Oderisium Abbatem eligentes, supradicto Papae Calixto ocius litteras dirigunt, Gyardi decessum, & Oderisii electionem notificantes. Pontifex autem, ejus electione agnita, Apostolicas litteras Fratribus hujus Cœnobii dirigens, ejusque electionem confirmans, mandans, ut illi in omnibus parere studerent. Mense itaque Martio ad-

#### IN CAPUT LXXVII. NOTÆ.

- (1) Nempe Primi: Nam Oderisius secundus successit huic Gyardo.
- (2) Quæ in antiquo officio Monastico, prima erat secundae Vigiliæ, seu secundi Nocturni Defunctorum, ut ex nostris Codicibus, praesertim signato 199. Solenne autem erat Casini, praecipuorum quorundam Abbatum memoriam anniversaria pietate recolere, ut ex Necrologio Casinensi Codice 47. Fuerat autem inter praecipuos Oderisius Cardinalis.
- (3) In praecitato emortuali. *Decimo sexto Kalend. Februarii obiit Dominus Gerardus Sacerdos, & Abbas hujus loci*, cum sedisset annos undecim, menses tres, supra cap. 42. Codex vero 199. distinctius notat annos undecim, menses duos, dies viginti sex, signatque annum obitus 1123. & sanè rectius, nam Codex 47. Anonymi Casinensis anticipat uno anno; ex errore librarii, ut notavit Peregrinus.
- (4) Fie, ac scitè, non ex Christiana tantum, sed ex Platoniorum quoque saniori Philosophia. Nam, ut loquitur Maximus Tyrius serm. 25. *Id, quod vulgus mortem vocat, nihil aliud est, quam immortalitatis exordium, futura vite natalis.* Incipimus enim mori, cum vivere incipimus, & mors cum vita protenditur. *Tom. IV.*

veniente, praeparatis his, quæ itineri necessaria erant, prout à Pontifice ei directum fuerat, Romam consecrandus advēnit. Ibi ab eodem Papa, qui tunc fortè Synodum celebrabat, honorificè satis consecratus, & à Cardinalibus, nobilibusque Romanis in magna est gloria habitus. In qua etiam Synodo Episcopi, & Archiepiscopi adversus Monachos proclamationem fecerunt, dicentes, nil aliud superesse, nisi, ut sublatis virgis, & anulis, deservirent Monachis: Illi enim Ecclesias, Villas, Castra, decimationes, vivorum, & mortuorum oblationes retinent, & rursus hæc sæpius ante Pontificem conquærentes. Decidit pudor Canonicorum, honestas ablitterata est, Clericorum religio cecidit, dum Monachi contempto cœlesti desiderio jura Episcoporum insatiabiliter concupiscunt, & omnes, quæ sua sunt, quærunt, & qui mundum cum suis concupiscentiis reliquerunt, his, quæ in mundo sunt, inhiare non desinunt. Et quibus per Beatum Benedictum à curis mundialibus, ultro quiescendi locus offertur, ad tollenda ea, quæ Episcoporum sunt, opportunè importunè fatigantur. Cumque super hujus rei negotium diversi diversa sentirent, tandem ex ummissione nostri Abbatis, surgens in medium quidam ex nostris dixit. Congregati sunt inimici nostri, & gloriantur in virtute sua: sed tu, Domine noster, contere virtutem illorum, ut agnoscant, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Dominus noster, nam quid acturi sunt Fratres Casini degentes, qui die, ac nocte Omnipotentis Dei clementiam pro totius orbis salute supplicare non cessant? Quid acturi sunt, si concessionem Romanorum Pontificum violantur? Non enim ita Casinenses Abbates Romanæ Ecclesie obsecuti sunt, ut ea, quæ Sancto Benedicto Imperatores, Reges, Duces, ac Principes, atque Romani Pontifices obtulerunt, nos, vestri Apostolatus tempore, perdere, & exæreditari mereamur. Cumque hæc, & alia multa proferret, quidam Episcopus Liguriæ dixit. Licet Coepiscoporum religiositas conquestum contra Monachos fecerint: non tamen sine causa praedecessores nostri Monasteria ditaverunt. A principio namque nascentis Ecclesie duo ordines fuisse, notissimum est, unum, qui la-

ditur. Desinimus mori, cum desinimus vivere.

- (5) Consecta Prælatorum sepultura, nam alii in Cemeterio tumulati.

#### IN CAPUT LXXVIII. NOTÆ.

- (1) Titulo Sanctæ Agathæ in Suburra cap. 42. Postea à Calixto Secundo Presbyter Cardinalis Sancti Cyriaci in Thermis, & Abbas Casinensis consecratus, quod Panvinius refert ad annum 1121. sed apertè fallitur, tum ex nostro Auctore hic, & cap. 109. tum ex eodem Panvinio. Nam Oderisii consecratio peracta fuit, dum Pontifex Synodum celebraret. Synodus verd ex ipso Panvinio coacta fuit anno 1123. In hac Synodo, mille ferè Patrum, confirmata fuit Pax, & Conventio, quæ præcedenti anno in alio Concilio Romano inita fuerat inter Calixtum, & Henricum Quintum, qui propterea in posterum se continuit ab investituris. Rem consecerat Vormatiæ Lampertus Legatus Episcopus Ostiensis, creatus à Paschali Secundo, anno 6. sui Pontificatus, si credimus Panvinio. At Panvini supputatio vacillare videtur. Nam sextus Paschalis annus fuit Christi 1105. Lampertus verd eo anno non erat Episcopus Ostiensis. Cum Leo noster Ostiensis Episcopus supervixerit ad annum, minimum, 1112. ut suo loco vidimus.

boraret in verbo, & doctrina, alium, qui orationi vacaret, unum, qui activè, alium, qui contemplativè deserviret. Unde non immeritò Monachos nos potius diligere, quam insequi convenit. Ad hæc Papa Calixtus, imperato silentio, dixit. Casinensis Ecclesia non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum fundata est, cujus imperio Pater Benedictus ad eundem locum deveniens, illumque ab Idolorum sordibus emundans, Sanctæ Regulæ descriptione, & miraculorum prodigiis, & sui Corporis Sepultura, toto orbi spectabilem reddidit, & totius Monastici Ordinis Caput effecit (2). Accedit ad hoc, quòd idem venerabilis locus à Romanis Pontificibus restauratus, & Romanæ Ecclesiæ filiorum unicum in adversis solacium, & in prosperis infatigata requies perseverat. Et nos ergo Sanctorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistentes, Casinense Cœnobium, cum omnibus attinentiis suis ab omnium mortalium jugo, quietum semper, & liberum manere, & sub solius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ jure, defensioneque perpetua manere decernimus. Cætera verò Monasteria in eo ordine, quo antiquitus fuerunt, manere jubemus. In eo etiam Concilio idem venerabilis Papa, & præphati Gyrrardi Abbatis animam, & omnes nostri Cœnobii possessiones Episcopis, & Archiepiscopis commendare curavit. Supradictus autem Abbas, explicitis Romæ suis negotiis omnibus, ad hoc Monasterium rediit, atque ab universis Fratribus honorifica est, & sollempni processione receptus.

*Qualiter homines Castri Sancti Angeli in Teodici rebelles fuerunt, & idem Abbas ad fidelitatem coëgit eosdem.*

#### CAPUT LXXIX.

**I**nterea homines de Sancto Angelo in Teodici, qui omnium tribulationum, & persecutionum in hoc loco venientium semper caput, & auctores fuerunt, sociatis sibi his, qui Castrum Sancti Victoris incolebant, contra eundem Abbatem conspirant, & jurisjurandi nexibus se mutuò alligant, ut nequam huic Casinensi Cœnobio, Abbatique fidelitatem faciant; nisi ad suum velle relaxationes illis, & placita tribuat. Quod dum Abbati nuntiatum fuisset, è vestigio exercitum congregans, illorum adjacentia quæque devastare modis omnibus cœpit. Illi autem, videntes evenisse quod non sperabant (1), fera poenitudine ducti, & solotenus Abbatis vestigiis prostrati, se deliquisse, se impiè egisse, testantur; utque sibi Abbas veniam de perpetrato scelere tribuat, instantissimè ro-

(2) Verba notanda ad caput 113. cum Girardus Cardinalis similia verba non libenter audisset.  
IN CAPUT LXXIX. NOTÆ.

(1) Hoc est, quod non timebant, cap. 89. *Insperrata electione. Sperare*, propriè est de bonis, & desideratis. *Timere*, de malis, & adversis. Interdum tamen, licet abusivè, *sperare* usurpatur pro *timere*. *Insperratum malum*, dixit Cicero: Et Virgil. 4. *Æneid*.

*Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* Quandoque pro eo, quod est, futurum, qualecunque expectare.

Idem primo *Æneidos*.

*At sperare Deos memores fandi, atque nefandi.*

Non negaverim tamen *sperare* accipi posse pro *credere, putare, existimare*. Consule Vols-

gant. Annuit illorum postulationibus Abbas, commissâ dimittit, sicque, non parva quantitate pecuniæ ab eis extorta (2), & fidelitate recepta, infidos, & perversos quietos, & fideles manere coëgit. Hoc interea tempore, anno Dominicæ Incarnationis ejus millesimo centesimo vicesimo secundo, pridie Nonas Aprilis, quarta vigilia noctis, cum Fratres nocturnalem Synaxim decantarent, stellæ de Cælo innumerabiles cadere, & quasi pluerè visæ sunt ubique per totum orbem terrarum. Tunc temporis Pandulfus Comes de Sexto, cujus supra meminimus, ad hoc Monasterium veniens, jurejurando firmavit eidem Abbati totam ex integro Abbatiam (3), & nominatim Castrum Vitecusum cum pertinentiis suis, unde, ut supra retulimus, litigium cum Gyrrardo Abbate habuerat.

*Qualiter Oblata fuit huic Monasterio Sancta Maria de Rabiata in Slavonia.*

#### CAPUT LXXX.

**H**is quoque diebus Savinus vir nobilissimus, Dalmatino genere ortus direxit in hoc Monasterium duos sciphos argenteos librarum circiter novem, rogans, & multa prece deposcens, ut de nostris Fratribus idem Abbas ad Monasticum ordinem demonstrandum in Dalmatiam mitteret, pollicens, non minimum proficuum per hoc loco ituri venturum. Abbas autem nichil moratus, tres de hoc Monasterio ibidem Fratres direxit, divinarum scripturarum codices, & Ecclesiasticum apparatus illis habundantissimè tribuens, susceptis namque Savinus eisdem Fratribus, permittente supradicto Papa Calixto, ac concedente Raguseorum Archiepiscopo, optulit Beato Benedicto Ecclesiam Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur Rabiata prope civitatem Ragusam (1), cum portu, & piscatione sua, cum servis, & ancillis, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus suis. Sequenti tempore Papa Calixtus ad hoc Monasterium veniens, Gotfridum Comitem Cyccanensem, qui Monasterium Sancti Petri in Yscleta ab hujus loci ditione subduxerat, usque ad dignam satisfactionem, à liminibus Ecclesiæ separavit. Sicque Patri Benedicto, & Fratribus se commendans attentius, Beneventum perrexit. His porrò diebus in Sardinia Homodei, & Albertus Episcopi, in Dalmatia verò Petronius, & Adenulfus Abbates ab hoc Monasterio dati sunt. Eo etiam tempore jam dictus Abbas Oderisus portas hæreas pulcerrimas in ingressu hujus nostræ Ecclesiæ fieri jussit (2).

*De*

sum *Instit. Rhetor. lib. 4. cap. 12. §. 3.*

(2) *Extorta*, inquit, non per injuriam, sed quia non spontè oblata; verum in pœnam. Atqui pœna, non nisi invitis, infligitur.

(3) Non quòd jus, aut dominium qualecunque habere posset in Abbatiam: sed quòd manifestavit juridicè nullum sibi in universam Abbatiam, & præsertim in castrum Vitecusum, suæ ditioni proximum, jus competere. Phrasis est usitata Auctori nostro, & coëvis.

#### IN CAPUT LXXX. NOTÆ.

(1) Olim Epidaurum.

(2) Quæ verò nunc visuntur Casini, ad Desiderium potius referri debere, suadent dicta ad cap. 20. lib. 3. quamquam non omnes laminæ ejusdem videantur artificii.

De Lamberto Episcopo Hostiensi, qui  
& Honorius Papa fuit.

CAPUT LXXXI.

**L**ambertus præterea Hostiensis Episcopus, post autem, Papa Honorius tunc temporis ad hoc Monasterium veniens, eundem Abbatem rogare cœpit, ut hospitium sibi, & suis in Monasterio Sanctæ Mariæ in Pallaria concederet, quemadmodum Leo prædecessor suus à parte nostri Monasterii habuerat, Abbas autem perspicuus illum hoc ex jure sui prædecessoris querere, simulque præcavens, ne hac occasione locum illum Ecclesia nostra amitteret, id se agere posse negavit. Episcopus autem indignatione simul, & ira repletus, recessit, læsionis, & contrarietatis, contra eundem Abbatem, tempus expectans. (1)

Qualiter Castrum Picani huic Monasterio datum fuit.

CAPUT LXXXII.

**P**er idem tempus Richardus, cognomento Pygnardus, Picani Castri Dominus, Richardi de Caleno promissionibus illectus, evocans ad se Leonem, Fundanum Consulem, & Petrum filium ejus, post datum ei prandium in domo sua, dum esset cum eo in securitate per sacramentum, compater quoque ejus, & amicus, ritu proditoris Judæ hostiliter eum, cum suis omnibus capiens, Richardo de Caleno, quemadmodum inter se occultè conjuraverant, tradidit. Hoc dum ad notitiam Papæ Calixti pervenisset, & de tam nefaria, ac flagitiosa prodicione plurimum commotus, eidem Abbati mandavit, quatinus supradictum Richardum modis, ac nisibus, quibus valeret, impugnare studeret. Accidit fortè, ut nunc quidam ex nostris, quia res ita exigebat, Fundanam civitatem peteret, qui in ipso itinere ab ejusdem Richardi hominibus captus, ac de equo dejectus, & deonestationibus quin plurimis affectus, negotio, pro quo abierat, infecto, ad Abbatem rediret. Tali igitur Abbas occasione accepta, cum Octaviano, prædicti Leonis Fratrem, confœderatur, & vallatus militum turmis, Pycani Castri attentias devastare modis omnibus

IN CAPUT LXXXI. NOTÆ.

(1) Baronius tom. 22. ad ann. 1125. pag. mihi 161. de Oderisio loquens, Abbas, inquit, iste, qui jam antea ipsum (Papam) tunc Cardinalem Ostiensem, contempisset, & hospitio excipere voluisset, &c. Qui Baronium audit, absolute dicentem, Lambertum ab Oderisio contemptum, eique hospitium denegatum, Oderisii rusticitatem nequiverit non cum stomacho detestari, & tamen hujus judicii non alias tabulas producit Baronius, quam hujus capituli narrationem. Inspiciamus igitur Factum, ut inde de jure pronunciemus. Rei series hæc fuit. Leo Ostiensis benemerentissimus Monasterii Casinensis alumnus, obtinuerat ab Abbate, ut habitare posset in Monasterio Pallaria, quod juris erat Casinensis. Defuncto Leone, Lambertus, in Episcopatu Ostiensi ejus successor, petiit ab Abbate, & Cardinali Oderisio, ut quemadmodum Leoni, ita quoque sibi, & suis, hospitium concederetur in Pallaria. Abbas prospiciens, Lambertum id sibi, ex jure Prædecessoris Leonis, querere; simulque præcavens, ne, jugi præscriptione, loci illius jus huic Monasterio paulatim deperiret; Tom. IV.

**A** cœpit. Sed cum per integrum ferè annum eundem Castrum devastasset, & afflixisset, Richardus certocertius agnoscens, Papam Calixtum cum exercitu super se esse venturum, ignorantibus cunctis, cum fratribus suis occultè de Castro recessit. Quod dum Abbati relatum fuisset, ingenti coadunato exercitu, ad eundem castrum accedit, & recipientibus eum ejusdem Castri incolis; arcem diu, multumque expugnans, eandem in deditionem accepit Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vicesimo tertio. Oppido verò Oderisius Abbas, ut optabat, potito, Papæ Calixto per litteras hæc notificare curavit, qui Deo omnipotenti super hoc gratias referens, per anulum, quod manu gestabat, Beatum Benedictum, absque ullo consorte, vel participante de eodem castro investivit (1). Rychardus præterea Caleni Dominus, agnito, quòd noster Abbas supradictum castrum optineret, tactus dolore cordis, Capuam properat, & Principis provolutus vestigiis, rogat, supplicat, obsecrat, ut sibi, opem ferendo, subveniat, quatinus castrum recipere valeat. Annuit propinqui sui postulationibus Princeps, exercitum congregans, & ad expugnandam, & deprædandam hanc Terram erigitur. Abbas autem ipse, militum vallatus agminibus, ad castrum Bantrense deveniens, Terram Beati Benedicti illum ingredi non sinebat. Ob id itaque Princeps Papæ Calixti litteris commonitus, & per sacramentum, quod Romanæ Ecclesiæ fecerat, adjuratus, ut Terram beati Benedicti non devastaret, sin alius, excommunicationi subiaceat, Abbatem ad se evocat, & trecentas ab eo libras accipiens, principale de supradicto castro præceptum huic nostro Cœnobio fecit, sicque Capuanam est regressus ad urbem. Per idem tempus Comitissa Adelfasia, unà cum Ildebrando Comite, ex jussione supradicti Papæ Calixti, reddidit beato Benedicto Ecclesiam sancti Martini in Armino, (2) & sancti Columbani cum pertinentiis suis, centum librarum auri pœnâ apposita.

De

id se agere posse negavit. Nunc rogo, unde ex hoc facto contemptus subolere cuiquam poterit? Præterea Lambertus, cum Pallariam petebat, hospes erat Oderisii in hoc Monasterio. Quomodo ergo dici verè potuit, & absolute, Lambertum ab Oderisio hospitio non exceptum? Negavit illi Oderisius hospitium, non simpliciter, sed diuturnum Pallariæ, ob rationabiles causas. Qui malè petiit, doces negare.

IN CAPUT LXXXII. NOTÆ.

Pronomina, & relativa contra Grammaticas regulas, in hoc capite non emendavimus, ut neque alibi sæpe. At reposuimus, Anno 1123. cum Lauretus edidisset 1124. fortè quia capite sequenti Auctor noster scribit, bis diebus, quod ad annum 1124 pertinet. Verùm Petrus non semel eadem phrasi usus est, absque amussi.

(1) Per Præceptum signatum anulo, quem manu gestabat. Per anulum verò celebrabatur investituræ actus. De hoc Castro Pica, lege Regestum num. 597.  
(2) In Regesto num. 599. ubi est Arimino, pro Armino.

*De Obitu Calixti Papa, & quomodo Cardinales divisi fuerunt in electione supradicti Honorii.*

## CAPUT LXXXIII.

**H**is diebus, defuncto Romæ jam dicto Papa Calixto (1) Cardinales dividuntur, & alii Lambertum Hoftienfem Episcopum, de quo superius mentionem fecimus in Papam Honorium, alii Theobaldum, Cardinalem tituli sanctæ Anastasiæ, sibi in Cælestinum Papam præficiunt, (2) verum quia fortior, & potior pars cum Honorio erat, hi, qui jam dicto Theobaldo favebant, rerum eventum videntes, sera pœnitentia ducti, ad eundem Honorium reversi sunt. Mandat dehinc idem Papa nostro Abbati, navem Petri periclitari in fluctibus, monet uti subveniat, ut pecuniæ subsidium mittat, protestans illos, qui se in tanto articulo adjuvarent, habituros ut filios, qui non, ut privignos. Commotus ad talia Abbas, fatetur, quod ipse, qui tunc de adjutorii ope ferenda pulsabatur, interesse debuisse electioni, (3) ut, qui particeps erat tribulationum, consors esse deberet & consiliorum. Interrogantibus Fratribus de prædicto Pontifice, cujus filius esset? Quis, qualis, & quantus? Abbas respondit, ignorare se cujus filius esset, (4) unum tamen pro certo scire, quia plenus esset litteris à capite usque ad pedes. Hæc ergo causa inter eundem Pontificem, & Abbatem, perpetuum discordiæ malum, & perenne odium suscitavit.

*Qualiter restitutum est huic Monasterio Monasterium Sancti Manni de Fundis, cum pertinentiis suis.*

## CAPUT LXXXIV.

**T**unc temporis Leo Fundanus Consul, unâ cum Petro filio suo à captione, qua à Richardo Caleni Domino detinebatur, solutus, venit ad hoc Monasterium, susceptus itaque honorificè ab eodem Abbate, post celebratum Resurrectionis Dominicæ festum, rogatus à supradicto Leone, & à jam dicto filio ejus, quinquaginta libras eis donavit, & quinquaginta accommodavit, ea ratione, ut eadem quinquaginta libras, usque ad unum annum, Casinensi Cœnobio redderent, in auro,

## IN CAPUT LXXXIII. NOTÆ.

- (1) Anno 1124. Idibus Decembris. Sedit annos quinque, menses decem, dies tredecim, sepultus in Laterano, vacavit sedes diebus decem, ex Panvin. Paulò ante mortem gloriosissima de Sarracenis victoria in bello sacro à Deo donatus. Cujus Pontificis memoria (inquit Baronius) summa cum benedictione, ob Ecclesiam ab Imperatorum tyrannide in perpetuam libertatem vindicatam, in Ecclesia Catholica perseverat. Quod enim Gregorius septimus intrepido pectore moliri non timuit, hoc denique Calixtus constanter, feliciterque perfecit. Uterque Monachus.
- Scripsit Calixtus, præter Epistolas, & decreta, librum de miraculis beati Jacobi Apostoli, cui fuit addictissimus. Ex Vincentio apud Antoninum 2. par. pag. mihi 277. & Vossio de Historicis Latinis. Colitur ejus memoria Kalendis Februarii. Bucelin.
- (2) Pandulphus Pisanus apud Baronium pag. 259. prius electum narrat Theobaldum; sed non præbuisse assensum. Deinde Lambertum, à cunctis receptum.

**A** & argento, sive in pannis sericis, & in aliis rebus, quæ Monachis apta essent ad recipiendum. Et pro suprascripta pecunia, quam eis idem Abbas donavit, & accommodavit, ante jam dictus Leo, cum Petro filio suo, quietas dimisit Beato Benedicto, & Casinensi Cœnobio omnes obedientias, quæ à quibusque hominibus in Terra sua huic Monasterio oblata sunt, scilicet Ecclesiam Sancti Magni cum pertinentiis suis, & partem de piscaria Fundani lacus, Monasterium Sancti Onufrii, Sancti Heliae in Ambrise, Sancti Martini de Ynola (1), Sancti Martini in Tyrrille, & quicquid in Terra sua à quibusque hominibus Beato Benedicto oblata sunt, ut securè, & quietè Casinensis Ecclesia, ejusque Abbates teneant, & possideant, & liberam habeant facultatem in eisdem Ecclesiis ordinandi Præpositos, & faciendi, prout nostris Abbatibus placuerit, sinè omni illorum contradictione, vel molestatione. Insuper etiam promisit, per unumquemque annum prandium Fratribus se facturum (2).

*Qualiter Monasterium Sancti Nycolai de Pica fuit deprædatum à Comitibus Aquinatibus (1).*

## CAPUT LXXXV.

**I**nterea cum Aquinenses Comites ferali adversus Landulfum de Sancto Johanne (2), odio desævirent, contra eundem Abbatem consererunt, quod Landulfum illis præferret, illi pecuniam, terras, & domos tribueret, se verò contempni, & pro nichilo haberi. Sed, cum ad ista Abbas non præberet auditum, juncti quibusdam ex nostris cum Papæ Honorio accusare cœperunt, illum Apostolicæ Sedis inimicum, prodigum, & dilapidatorem rerum Monasterii astruentes. Richardus porrò Caleni Dominus à nostri Monasterii infestatione nequaquam quiescens, congregato exercitu, insperatè terram istam ingressus, castra huic Monasterio pertinentia, Sanctum Apollinarium videlicet, Sanctum Ambrosium, & Sanctum Stephanum, & partem de castello Sancti Georgii, igni, ferroque consumpsit, indeque digrediens, Monasterium Sancti Nycolai in Pica ex toto deprædavit, sicque ad sua rediit.

De

- (1) Erat enim Cardinalis, sed, accelerata Romæ electione, Oderisius accurrere non permisit. Honorius quippe electus fuit in Crastino mortis Calixti, ex scriptoribus ejus ævi.
- (2) Vel, quod natalium ejus obscuritatem taxare voluit, vel, quia verè id ignorabat. In agro Imolenfi, nullo familiæ splendore, ortum Honorium, non nemo scribit. Sed virtute tantum, & doctrina ad fastigium dignitatum sibi gradum fecisse, & ideo Oderisius subdit *Unum tamen se scire, quia plenus esset litteris à capite usque ad pedes.*

## IN CAPUT LXXXIV. NOTÆ.

- (1) Loquitur de Obedientiis in Comitatu Fundano, ubi Inola, nunc Lenola. Castrum aëris salubritate nobile. Unde ergo Laureto inmentem venit, pro Ynola, substituere Nola? supra lib. 3. cap. 38. & sæpè in Regeſto Petri, de Inola fit mentio.
- (2) De hac promissione nil in editione Neapolitana.

## IN CAPUT LXXXV. NOTÆ.

- (1) In manuscripto est *Aquinatis*.
- (2) De quo supra num. 620. initio 4. libri.



*De Adventu Honorii Papæ ad hunc locum.*

CAPUT LXXXVI.

**E**odem, verò anno Papa Honorius urbem egrediens, ascendit ad hoc Monasterium, atque à supradicto Abbate, & Fratribus honorifica satis processione receptus, super altare Beati Benedicti Missam sollempniter celebrans, serò jam ad civitatem (1) rediit. Demum verò Mauricium hæresiarcam de Janula, in qua eum Papa Calixtus exiliaverat, abstrahens, apud Fumonem exilio relegavit (2). Ibi itaque in plenario laicorum conventu, eundem Abbatem Papa Honorius evocans, & enormi adversus eum odio defæviens (3), ingenti eum increpatione redarguit, militem illum, non Abbatem, lapidatorem, & prodigum substantiæ Monasterii esse inclamitans, confestimque civitatem egrediens, Beneventum perrexit.

*De obitu Henrici Quinti Imperatoris.*

CAPUT LXXXVII.

**H**oc præterea tempore, Heinrico quinto Imperatore defuncto (1), Consules, Præfecti, Dictatores, Duces, & Principes in unum convenientes, de Imperatoris electione tractare cœperunt (2). Visum demum omnibus est, ut electionem ipsam in arbitrio Archiepiscopi Maguntini, & Lotharii Ducis Saxonie ponerent, ut quem illi utilem Romano Imperio esse astruerent, hunc procul dubio eligerent universi. Archiepiscopus autem ferali zelo adversus cognationem Einrici Imperatoris defæviens, & de Imperiali culmine Fredericum, & Conradum nepotes ejus propellere cupiens, ob illorum odium, supradictum Lotharium (3) armis experientissimum, religione, & prudentia multa pollentem qui per plura annorum curricula Leuticos expugnans (4), sub Romano Imperio redegerat, utilem, atque idoneum ad Imperiale fastigium accipiendum judicavit, sicque hujus calliditate Romanum Imperium à Teutonicis ad Saxones translatum est (5). His quoque diebus, Rodulfus Quosentinorum Archiepiscopus obtulit Beato Benedicto Ecclesiam Sancti Petri in Buda, cum pertinentiis suis. Id ipsum fecit & Augustinus Narniensis Episcopus unà cum Oderisio Comite de Ecclesia Sanctæ Lucie cum portu suo, & cum omnibus in integrum pertinentiis suis.

IN CAPUT LXXXVI. NOTÆ.

- (1) Sancti Germani, ubi Monasterium amplius, & frequentius.
- (2) Castrum Fumonis in Hernicis, non longè ab Alatro, fastigium obtinet montis. Ibi custoditus postea Cælestinus Quintus, ubi sanctè obiit.
- (3) Dempfit hæc verba Laurentus. Cùm Baronius ea referat. Subditque *Ita Defensor Monachorum*. Quasi verò Papæ odium justum esse nequiverit in eum, quem dilapidatorem, & prodigum habebat. Neque Petrus Oderisium. tuerur cap. 88.

IN CAPUT LXXXVII. NOTÆ.

- (1) Anno 1125. 10. Kal. Augusti ex Aventino & aliis.
- (2) Consule Sigonium de antiquo jure Italiæ: ubi de Dictatoribus, cæterisque Civitatum tunc Magistratibus.

A

*Qualiter depositus fuit Oddorifus Secundus Abbas hujus loci.*

CAPUT LXXXVIII.

B

**H**onorio interea Papa à Benevento ad urbem regresso, Adenulfus Comes letali odio eundem Abbatem insequens, eidem Pontifici litteras misit, æmulum Pontificii & honoris Casinensem Abbatem inclamitans. At Papa ejus dictis fidem accommodans, decernit eum à Casinensi Abbatia remove, & è vestigio Gregorium Terracinensem Episcopum, & hujus Cœnobii Monachum, qui sub Papa Paschali ex hac nostra Ecclesia eidem civitati Episcopus datus fuerat, ad eum direxit, mandans Abbati, ut Romam veniret, & de his, quæ sibi obiciebant, justa Canonum sanctionem satisfacere studeret. Renuente igitur illo urbem adire; nisi Pontifex suam gratiam ei reddidisset, ter eum Papa, occasione accepta, vocavit. Sed, cùm ille ob hoc, quia Papam adversum se commotum sciebat, ire distulisset, in epdomada quinta quadragesimalis jejunii idem Pontifex sententiam depositionis in eum vibravit (1), uno tantum repertus in crimine, quòd vocatus ad Curiam ire distulisset, dicente Pontifice, & si in nullo alio culpandus est, ejus tamen superbia crimen est dampnationi sufficiens, quia omnia peccata remittuntur hominibus; superbis autem Deus resistit. Sacro autem palmarum die adveniente, idem Oderisius consiliatorum suorum verbis deceptus, & in Abbatibus Cathedra resedit, & Pastorale baculum manu gestavit, & universa Abbatibus officia, sicut & antequam deponeretur, exercuit. Hæc ergo causa Papam magis iratum reddidit, atque in Resurrectionis Dominicæ sollempnitate eundem Oderisium, & omnes fautores ejus à liminibus Ecclesiæ separavit: obedientes verò à communione Ecclesiastica extorres esse præcepit: Hinc ergo seditio, & dissensio inter Monachos, & populum Civitatis gravissima exhorta est. Accidit autem tunc, ut quosdam pedites supradictus Oderisius cum armis suis ad castrum Janulæ custodiendum transmitteret. Cives verò propter excidium Sancti Germani inclamantes, eosdem pedites capiunt, armisque sublatis, illos de civitate projiciunt. Oderisius autem eventum rei agnoscens, civitatem aggressus, ad Pontemcurvum, exercitum congregaturus, perrexit, minitans, eandem civitatem cum suis habitatoribus perdere. Illi autem consilio inuito, montem ascendunt, Decanum, & reliquos Fratres conveniunt, rogant, ut eundem

B

C

D

E

- (1) Lotharium *Regem Tertium, Imperatorem* verò *Secundum* appellat Sigonius. Vossius quoque de Hist. Lat. lib. 2. Lotharium *Secundum* vocat. Anton. vocat: *Lintertertium*. Ab electione imperavit annos 13. menses 2. dies 21. à Coronatione verò suscepta Romæ ab Innocentio secundo, annos 6. & hoc posteriori computo utitur Baronius, præcedentibus regi ejus annis, vacasse Imperium supponens.
- (2) Leutici, an *Leuci*? Belgii populi, Lingonibus vicini, & Sequanis.
- (3) Distinguit Teutones à Saxonibus, ut certè diversi sunt. Nunc verò omnes Germani Teutones audiunt apud Italos. Sic enim evenit in longinquis, ut, quemadmodum visus, ita fermo pleraque confundat.

IN CAPUT LXXXVIII. NOTÆ.

- (1) Anno 1126. Vide Peregriniam in Oderisio Secundo.

dem Oderisio litteras destinant, ut ad civitatem redeat, & si quam adversus illos querelam haberet, legalem inde justitiam sumeret. Hæc quidem dictis, factis verò aliter, quippe qui disposuerant in ipso itineris bivio interficere eum. Decanus verò, habito consilio, statuit, ut ad civitatem redeant, atque de suis duodecim sapientiores, & meliores eligant, & cum eis die altera ad hoc Monasterium veniant, ut unà cum illis Fratres exinde salubre consilium sumant. Recedentibus interea illis, Decanus nocturno silentio Oderisio nuntium destinat, acta, & dicta seriatim enuntiat, utque ad eos redeat, instanter exorat. Ille autem civium noscens veritatem, ad eos se tunc redire posse, denegavit. Illucescente autem die, cives, uti statutum fuerat, montem subeunt unus post unum, Monasterium intrant, & ad capitulum convenientes, quæ alio die inter Monachos, & Laycos de pacis conventionem statutum fuerat, replicare cœperunt. Cùmque inter eos de eadem re se longius sermo protraheret, unus è civibus surgens in medium, ait: Cur frustra sermonem longius trahitis? Certissimè scitote nos Monasterium non egressuros; nisi, deposito Oderisio, alium nostro consilio substituatis Abbatem. Quod cùm fratres nulla ratione, nullo pacto, se hoc facturos, dixissent. Illi è vestigio Monasterii munitiones fraude occupaverunt, sicque in unum Summi Archimandritæ convenientes (2) per Archipresbyterum suum in eundem Oderisium sententiam depositionis, & excommunicationis promulgant, confestimque ad Januæ arcem pergentes, & illos, qui in ea residebant, pecunia corrumpentes, ad suam voluntatem insecunt, eandemque munitionem ab his, qui illam custodiebant accipientes, diruunt, Monachosque contradicentes, ante portas Ecclesiæ Beati Benedicti gladiis percusserunt, & per Divina, & humana omnia jurare cœperunt, quòd nisi confestim Abbatem ad suam voluntatem eligerent, alios gladio trucidarent, alios de Monasterio pellerent, alios ad Papam victos transmitterent. Quid tantis? Fratres in discriminis articulo se constitutos videntes, ad Oderisium nuntios dirigunt, mandant, ut ad Monasterium redeat, & aut Laicis satisfaciat, aut ad voluntatem illorum Abbatiam dimittat. Quod cùm Oderisius minimè se facturum dixisset, Fratres, necessitate coacti, Laycorum voluntatem se facturos, promittunt. Taliter Oderisius ab æmulis suis est projectus, & à propria sede depulsus, vir certè magnanimis, scientia clarus, eloquentiæ decore ornatus. Nam inter tantas persecutiones constitutus, sermones de præcipuis festivitatibus lucidos satis, & disertos composuit. Ab illo autem tempore non defuerunt huic Casinensi Cœnobio variæ, ac ingentes ærumpnæ. Jam verò qualiter Nycolai electio, & ejectio facta sit, describamus.

Nycolaus natione Tusculanus sedit anno uno, mense uno, diebus sedecim.

(2) Ironice, & cum stomacho.

IN CAPUT LXXXIX. NOTÆ.

(1) *Quam* subintellige *Decaniam*.

(2) Hæc in suos annales transferens Baronius, subjungit, *Dicere veriti sunt Papæ, vel addere, quod erat, Cardinalibus legatis Apostolica Sedis, quibus Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas parère necesse esset, ut planè re-*

*De Electione, & Confirmatione Abbatis Nicolai hujus loci.*

CAPUT LXXXIX.

**H**ic à sanctæ memoriæ Oderisio primo in hoc Casinensi Cœnobio receptus, & Monachus factus, atque à Gyardo Abbate Rector apud Suium ordinatus, post ab Oderisio secundo Decanus hujus loci est constitutus, quam (1) cùm per mensem ferè amministrasset, à Fratribus hujus Cœnobii est in Abbatem electus. Quidam verò ex Prioribus nimis hæc indignè ferentes, cæteris ignorantibus, clanculò ad Papam Honorium litteras dirigunt, feditiosè illum, & nequaquam canonicè electum esse affirmantes. Pontifex autem cùm Nycolaum adhuc electum esse nesciret, Gregorium Cardinalem tituli Apostolorum ad hoc Monasterium dirigens, mandat, quatinus, ejusdem Gregorii consilio, Seniorectum Capuani Monasterii Præpositum in Pastorem, & Abbatem Casinenses Fratres unanimiter eligerent, de quo & Deus honoraretur, & religionis statu in famoso Casinensi Monasterio per ejus industriam roborato; bona Ecclesiæ tam spiritalia, quàm temporalia in melius auferentur. Ipse namque, si opportunum esset, Monasterium manuteneret, defendere, & adjuvare paratus esset. Veniens autem prædictus Cardinalis ad Monasterium, Fratres convocat, & quod Papa præceperat, seriatim enuntiat, quod dum Fratres audissent, murmur inter eos ingens repente exoritur, dicentes, non debere Casinensis Abbatis electionem in alterius potestate transire, & nimis indignum, & inconveniens esse, ut Casinensis Ecclesia, quæ sub antecessoribus suis libera semper extiterat, ad suæ confusionis obprobrium, Cardinalibus subiceretur (2). Tunc Gregorius, imperato silentio, Fratribus dixit. Indubiè noveritis, me non pro Papæ Honorii huc lucro, & honore Romanæ Ecclesiæ venisse, sed pro salute animarum vestrarum, cùm Christi auxilio, si permittitis, providenda. Romana enim Ecclesia, vestro auxilio, & laude non indiget, quæ laudis præconium in Petro ex ipsius ore meruit Redemptoris. Quæ autem Ecclesia, vel Abbatia à Romanæ Sedis jugo extranea, reperitur, cujus arbitrio ipsum cœlum ligatur, & solvitur? omnes namque Ecclesiæ à Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, vel quibusque fidelibus fundatæ sunt, Romanam verò Sedem solus Filius Dei fundavit, & super Petri Apostoli fidem erexit, cui etiam terreni simul, & cœlestis imperii jura commisit, & illud Verbum, quod condidit cœlum, & terram, Romanam fundavit Ecclesiam. Et, ut, cæteris omissis, ad ea de quibus nunc sermo agitur, veniamus, sicut Apostolorum Principes Petrus, & Paulus Romanam Ecclesiam suo sanguine consecrarunt, ita Casinense Cœnobium per Beatum Benedictum, qui Romæ edoctus fuerat, & per cives Romanos Maurum, & Placidum habuit fundamentum.

Illud

*darguendi fuissent magne ingenii tarditatis, & imperitiæ, vel mentis nimis elata fastus. Facta, & dicta Casinensium hic ipse non probo. Sed neque magni viri censuræ acquiesco. Certè non aded severum judicem se præbuit Legatus Gregorius, ut ex ejus conicione liquet. Tandem verò Casinates, obsequuturos se, spondent Pontifici, & cap. 94. revera obsequuntur.*

illud quoque vobis notissimum esse non ambigimus, qualiter, eo destructo à Longobardis, Casinensis Cœnobii Fratres iusta Lateranense palatium per centum triginta annorum curricula (3) habitaverint, & demum Casinensem Ecclesiam Romani Pontifices Gregorius, & Zacharias destruxerunt, quæ rursum à Sarracenis cremata, iterum à Sancto Papa Agapito (4) in Monastico est ordine reformata. Cum ergo hujus Cœnobii Fundatores ex Romanæ Ecclesiæ prodierint disciplina, ejusque Restauratores Romani Pontifices fuerint, conveniens est, iusta Sanctorum Patrum statuta, ut Ecclesia Romana Mater, & Domina, Casinensis ejus specialis, singularis jure dicatur & filia. Revolvite Casinensis Cœnobii munimina, ejusdem libros perscrutate, & id, unde nunc sermo agitur, poteritis invenire: si verò non potestis, mendacii arguite; si autem potestis, nolite veritati resistere, nolite Romanæ Ecclesiæ repugnare, nolite ejus jussionibus contraire: sed, ex cujus uberibus fidei salutem suxistis, ejus jussionibus studete in omnibus obtemperare. Tunc Fratres, necessitatem temporis ostendentes, Apostolici voluntatem se impleturos, fatentur, si parendi lautiora tempora evenirent, sicque discessum à Capitulo est. Oderisus verò, cognita Nycolai insperata electione, agiliter ad Roccam, quæ Bantra dicitur, pervenit, pecuniam opportunè importunè dispensat, & milites undecumque aggregans, igni, ferroque Castra, quæ eidem Nycolao favebant, demolire solentus cœpit.

*Qualiter prædictus Abbas Robertum Principem Capuanum suum auxilium evocavit pro Castro Sugii, quod Goffridus de Aquila tenebat. Aquiminilia argentea, & Crucem auream ad se deferri præcepit, dictum Castrum non recollegit. Odium Monachorum adversum se suscitavit.*

## CAPUT XC.

**H**Oc interea anno Goffridus, filius Richardi de Aquila, una cum Richardo Caleni Domino, & Raone Rahelis filio Castrum suum diu, multumque expugnans, incolarum fraude, & consuetudinaria prodicione illum obtinuit. Nycolaus verò, hoc agnito, Robertum filium Jordani Principis in suum auxilium evocat, evestigioque ad hoc Monasterium dirigens, ad se deferri præcepit Aquiminilia argentea (1) librarum novem, & unciarum totidem, quæ Savimus, sicut supra retulimus, Beato Benedicto direxerat, Aquiminilia argentea Stephani Papæ, Altare aureum cum gemmis speciosis, calicem aureum librarum quatuor, calicem magnum Saxonicum, quem Theodericus Saxonum Rex Beato Benedicto olim transmiserat, Epistolarium aureum Desiderii Abbatis, textum Evangelii Heinrici Imperatoris cum gemmis pretiosis, alium textum Evangelii, turibula argentea

(3) Centum quadraginta Lauretus. De hoc tamen lib. 1. ad cap. 2.

(4) Lib. 2. cap. 1.

## IN CAPUT XC. NOTÆ.

(1) Supra cap. 80. vocat *scipbos*. Eorum notionem alibi exposuimus in superioribus.

## IN CAPUT XCI. NOTÆ.

(1) *Parerga* sunt, quæ præter susceptum opus accedunt, additamenta, adjectiva. Consilium ergo Adenulfi insperatè superveniens Riccardus,

**A** novem, coronas argenteas totidem, pensantes singulæ aliæ novem, aliæ duodecim libras, quas Otto Imperator, ac Ugo Marchio, alique fideles Sancto Benedicto optulerunt, calicem librarum novem, alios calices quinque, concam librarum septem, candelabrorum paria tria, coronas quatuor, habentes per unamquamque decem & octo libras, concas duas librarum octo, cucumellum librarum sex, textum Evangelii, scutellam magnam, Urceum Ducis, cum Aquiminili suo, omnia hæc argentea, & Crucem auream. Hæc inquam omnia de ista Ecclesia abstrahens, castrum non recollegit, & indissolubile odium Monachorum adversus se suscitavit.

**B** *Qualiter idem Abbas Castrum Novum recollegit, & Castrum Picanum Normannorum ditioni subjugavit.*

## CAPUT XCI.

**S**Tatuentibus interea civibus iterum Monasterium capere, quendam ex Prioribus adeunt, Decaniam, & non parvam pecuniæ summam illi promittunt, si eorum in tam nefando negotio cooperator pro suo posse existeret. Quod dum ille Fratribus referasset, è vestigio fideles quosque in Monasterii munitiones immittunt. Cives autem rem gestam ignorantes, nocte adveniente, insidias iusta Monasterium locant; sed cum agnovissent sua patefacta consilia, confusione, & cœstitia repleti ad sua reversi sunt. Tunc temporis Adenulfus quidam, castri Spinii Dominus, anxians, & exæstuans, qualiter hoc Monasterium infestare quoquomodo posset, locutus primò cum Richardo Caleni Domino, & Goffrido Sueffano, cordis sui intima pandit, & ut eorum amminiculo, & juvamine conceptam parturire, & ad effectum malitiam posset perducere, instanter exorat. Illi autem proditores parergio (1) lætissimi redditi, rogant, uti meditata opere expleat, auxilium suum ei non defuturum. Hoc enim sibi salutiferum, hoc delectabile, hoc jocundum esse fatentur. Evocat interea idem Adenulfus illos, qui arcem Castri novi custodiebant, pecuniam spondet, egregios illos, & felices facturus promittit, si supradicti castri novi arcem sibi traderent. Ast proditores cruentis promissionibus illecti, intempestæ noctis silentio, cum quibusdam latrunculis eum evocantes, Monacho, & cæteris oppidanis (2) ignorantibus supradictam arcem contradunt. Quod dum Nycolao nuntiatum fuisset, quid ageret, vel quid diceret, nesciebat. Tandem cum quibusdam, dextro genu claudicantibus (3), communicato consilio, ut supradictum castrum recolligere posset, Picanum oppidum, quod Oderisus prædecessor suus acquisierat, & Papa Calixtus per anulum confirmaverat, & Jordanus Princeps sacramento, & præcepto concesserat, in Normannorum ditione (4) remisit, talique ordine jam dictum Castrum

no-

do, & Goffrido, eisque placens, Parergium appellatur à Petro, qui non rarè græcisar. Nisi *Parergio* intelligamus Italicum *Parere*. Ab his tricus facile se expedit Lauretus, repucendo, quæ negotium sibi facessunt.

(2) Monacho loci Rectore, nam Castra olim erant Cella.

(3) Proverbiali figura, qua indicantur qui dubie erant fide.

(4) Ricardus, & Goffridus Normanni erant.

novum recollegit . Reddidit etiam tunc fupranominatus Goffridus turrem , quæ dicitur ad mare , Monasterium Sancti Benedicti in Sueffa , curtem de Lauriana , casam majorem , curtem de Lando de mari , & Sanctum Johannem ad currentes , cum universis , quæ ad jam dictas curtes , & obedientias pertinebant .

*Qualiter duo Fratres Ispani Philippus , & Philipbertus obtulerunt Beato Benedicto Ecclesiam constructam in Ispania , ac de Renuntiatione Abbatis Oderisii Secundi hujus Abbatia in manu Papæ .*

## CAPUT XCII.

**H**is quoque diebus duo Fratres ex Hispania Philippus , & Philipbertus , cœlesti desiderio tacti , ad Patris Benedicti limina valde devoti venerunt , atque Ecclesiam , quam dudum ipsi in Hispania in solo proprio , juxta civitatem Locronium ( 1 ) , loco , qui Coadgranium ( 2 ) appellatur , construxerant , in hoc sancto loco optulere . Oderisius interea cernens Romanum Pontificem sibi in omnibus adversari , fera pœnitentia ductus , Romam adiit , & Papæ prostratus vestigiis , Casinensem Abbatiam in manu ejusdem Apostolici refutavit , arcem verò Bantrensem in hujus Cœnobii jura remisit . Tunc temporis Rao filius Rabelis ad hoc Monasterium veniens , per scriptum renuntiavit Beato Benedicto omnes lites , querimonias , & calumpnias , quas adversus hoc Monasterio habuerat de hominibus , qui fuere de civitate Teano , & eo tempore in hac terra residebant , CCC. bizanteorum pœnâ appositâ . Per idem tempus Jordanus Secundus Princeps ad hunc locum deveniens , jurejurando firmavit eidem Abbati totam ex integro Abbatiam , secundum morem antecessorum suorum .

*Qualiter Nycolaus Abbas ab Honorio Papa depositus fuit .*

## CAPUT XCIII.

**P**er idem tempus Pandulfus filius Landonis Aquinensis Comitis in silva hujus Monasterii , quæ Tyrilla dicitur , castrum construere cœpit ( 1 ) . Quod ubi Papæ Honorio nuntiatum est , per Apostolicas litteras , ei interdicens , direxit , ne in possessione Beati Benedicti castrum ædificaret : sed Deum in eodem contempnens Pontifice , intentione sacrilega , eundem castrum ob hujus loci obpugnationem , sicut hodie cernitur , à novo construxit . Nycolaus autem cœpta ejus præpedire cupiens , in montem , qui Timmari appellatur , castrum contra eum erexit . Tantas porrò Casinensis

## IN CAPUT XCII. NOTÆ.

- ( 1 ) Civitas olim Navarræ erat , nunc à Navarra Ebro flumine determinatur : & ad veterem Castellam attinet . Ferrarius putat esse antiquam Juliobrigam . Plinius verò Juliobrigam ponit in Cantabria , prope Iberi fontes .  
( 2 ) Lauretus . Loco , qui ad Granium appellatur . Et , ut puto , rectè . Nam librarii manus duplicavit syllabam .

## IN CAPUT XCIII. NOTÆ.

- ( 1 ) Quod adhuc extat : sed sub jure Sorani Ducis .  
( 2 ) Mendosa clausula . Facile nihilominus emendanda .  
( 3 ) Ex Monacho Cluniacensi , qui multis legationibus egregiè obitis , sanctitate celebris mo-

**A** Cœnobii perturbationes , tantaque infortunia Papæ Honorii dum pervenissent ad aures , eundem Nycolaum Casinensis Abbatia à regimine sequestravit , omnesque ei faventes , vel adhærentes , à liminaribus Ecclesiæ deparavit , litterasque ad hoc Monasterium direxit , mandans , qui aut in nobili , & famoso Beati Benedicti Monasterio antiqua posset reformari religio , instanti animo , & diligenti studio laborasset ( 2 ) . Proinde , si in manu , & consilio suo Monasterii Casinensis dispositionem , & ordinationem liberè , & absque contradictione aliqua posuissent , quantocius ad Casinense Monasterium venire festinaret , & ob honorem , salutem , & reformationem Cœnobii tam in spiritualibus , quàm in temporalibus , præstante Domino , studeret laborare . Fratres verò , qui eundem Nycolaum pro thesauri Ecclesiastici dilapidatione , & terræ amissione valde exosum habebant , Nycolao ad hoc Monasterium venienti portas claudunt , ilicoque Nuntios ad Papam Honorium destinantes , quæ gesserant , per ordinem pandunt : se , & Monasterium in ejus potestate ex toto tradentes . Ille verò super hujus rei negotio lærissimus redditus , Matthæum Episcopum Albanensem ( 3 ) ad hoc Monasterium direxit , Fratribus mandans , ut quem utilem ille , & idoneum tanto officio ex Romanæ Sedis auctoritate astrueret , tunc ipsi absque aliqua procrastinatione eligerent . Hoc ubi supradictus Pandulfus agnovit , insperatè supra castrum , quod idem Nycolaus construxerat , veniens , illud ad solum usque prostravit , & Nycolai quidem talis rerum exitus extitit . Senioretus ( 4 ) hujus Cœnobii Abbas à Beato Benedicto quadragesimus quartus sedit annis novem , mensibus sex , diebus decem & novem .

*De Electione Senioretti Abbatis .*

## CAPUT XCIV.

**H**ic ab ipsis infantia annis Beato Benedicto oblatum , atque à sanctæ memoriæ Oderisio Monachus factus , & in disciplinis regularibus studiosissimè in omnibus educatus , & enutritus , primò ad Monasterium Sanctæ Mariæ in Luco , deinde ad Monasterium Sancti Nycolai in Pica regendum Præpositus est transmissus . Qui ad hujus Cœnobii Abbatiam taliter est electus . Igitur cum satis strenuè per tria annorum curricula hujus Sancti Cœnobii Decaniam administrasset , ac deinde Capuani Monasterii Præposituram satis providè gubernasset , ejecto , jussu Papæ Honorii , Nycolao de eadem Capuani Monasterii Præpositura , ad hujus loci Abbatiam eligitur . Enim verò dum ex parte supradicti Pontificis Chonradus Cardinalis Sanctæ Prædixedis ( 1 ) hac

de

ritur anno 1135. natalis Domini die .

- ( 4 ) In Regesto num. 603. *Segnoritus* , & *Segnoritus* , non enim à Latino Senior , sed à Gothico , quod *Dominum* , supra observavimus significare .

## IN CAPUT XCIV. NOTÆ.

- ( 1 ) Matthæum Albanensem supra dixit . Nunc Chonradum , sed mox . Tunc præfatus Albanensis Episcopus . Quare pro Chonradus legendum *Matthæus* ; nisi , præter Matthæum , Chonradus quoque huc missus fuit à Pontifice . Quod tamen Petrus non præmiserat . Quam multa hinc eliminaverit Lauretus , consertenti patebit .

de causa ad hunc locum venisset, nunc singularem, nunc communiter cum illis pertractaret, demum Congregationi voluntatem Apostolici pandit. Tunc ex consulto mandatur illi, ut quantâ potest instantiâ, ad hoc Monasterium venire studeat, quatinus de Casinensis Abbatis electione in commune simul ab omnibus tractaretur. Qui, cum imperata implere satageret, à Goffrido de Aquila, qui partibus Nycolai favebat, capitur, & apud Suium custodiæ mancipatur. Quod dum Fratris relatum fuisset, æstuare cœperunt, quid agerent, & sicut est consuetudinis, diversi diversa sentiebant, & alii Oderisum reducere, alii, pro suo velle, Abbatem eligere disponebant. Tunc præpharus Albanensis Episcopus Mathæus in Capitulum veniens, cœpit de ipsa Abbatis electione tractare, & si præceptis Apostolici parère vellent, interrogare. Fratres autem, cum hoc in ejus posuissent deliberatione, seque per omnia Romano Pontifici obedire velle dixissent, & quem cum Fratrum consilio nominaret, ipsi Abbatem eligere promississent, tum proprio illum nomine vocans, interrogat senes, deinde juvenes, utrum illis talis electio placeat. Cumque omnes tum voce, tum capitum inflexione (2), hunc se velle respondissent, mox omnium unanimitate cum absens esset, ex præcepto, ut ante jam diximus, Apostolici, quarto Idus Julias (3) elegerunt eum in Abbatem. Quamvis nonnulli, & ex maxima parte timore ducti hoc ægrè ferrent, ob hanc scilicet causam, quia tempore Decanatus sui nimium austerus, & rigidus in hujus Monasterii ordine extitisset, adque etiam à Romana Ecclesia Abbas effectus est. Denique ab ipso ferè tempore, quo Decaniam dimisit, & præcipuè à morte venerabilis Abbatis Gerardi, cum omnes ferè Priores, qui à Desiderio Monachi facti fuerant, ex hoc mundo recessissent, nunc ipsius Abbatiae ambitione, nunc per Fratrum clandestinas seditiones, nunc per Abbatum expulsionem, cum Fratres ad tantam inopiam devenissent, ut omnium rerum necessitatem permaximam sustinerent, ordinis religio de hoc cœpit labefactari. Nec immeritò, cum quamplurimi necessitate coacti, arduæ vitæ tramitem ob paupertatem retinere non possent. Cum hæc & alia per multorum ora volitarent, dolens Apostolicus Casinensem Ecclesiam tantis dehonestari obprobriis, & his malis finem imponere cupiens, nec non & illam Regulæ sententiam suo sæpius versans in pectore, ut, si vitiosam, quòd absit, personam, congregatio elegerit, & in notitia Episcopi, ad cujus Diocesim pertinet locus, vel Abbatibus, aut Christianis vicinis claruerit, prohibeant pravorum prævalere consensum, & cætera. Deposito, ut superius dictum est, Oderisio, & de ejus successore Nycolao similia facere volens, penitus congregationem à liminibus Ecclesiæ separavit, si ulterius eidem Nycolao obedientes existere præsumpsissent. Fratres igitur, qui jam dictum Nycolaum pro thesauri Ecclesiastici dilapidatione valde exosum habebant, consilio habito, eum ab ingressu Monasterii repulerunt, ociùsque, qui hæc Ro-

A mano Pontifici nuntiarent, miserunt, postulantes, ut de suis aliquem mitteret, per quem Papa suam voluntatem congregationi aperiret, quatinus suo consilio, & adjutorio sibi Abbatem eligerent. Tunc Apostolicus eundem Episcopum ad hoc Monasterium direxit, mandans, ut eundem virum huic congregationi præficeret. Dimissus itaque Seniorectus à Goffrido, ad hoc Monasterium venit, atque ejus electio à Fratribus confirmata, illum in Patris Benedicti cathedra honorificè locavere. Susceptâ igitur Abbatia, Seniorectus cœpit omnibus perinde modis studere, quatinus naviter adimpleret id, ad quod Abbas à Romano Pontifice factus fuerat. Angebatur itaque nimium, nimiumque interdum ejus animus, tum scilicet pro nostri ordinis emendatione, tum vel maximè & Fratrum sustentatione, & terræ recuperatione. Interea Oppidani, occasione accepta, ad suum velle relaxationes, ac placita exquirebant, & licet vi, recipiebant. Exabbas igitur noster Nycolaus, favente, & juvante se Goffrido de Aquila, quandam hujus terræ partem, videlicet Myrrulam, Sanctum Andream, Vallem frigidam, atque castellum novum, retinens, terram, quæ huic loco residua erat, infestare non desinebat. Ob quam rem Jordanus Princeps ab eodem Abbate evocatus, extemplo cum non parva militum manu venit, atque super Castrum novum, quo Nepos supradicti Nycolai residebat tendens, adjacentia quæque igni, ferroque demoliri præcepit. Ille autem perspiciens oppidanos diffuere à se, & ad Abbatem clam nuntios destinasse, protinuseidem Abbati dirigere studuit, quòd, si eum cum omnibus suis securè exire permetteret, sinè dilatione castrum illi continuo redderet. Quo impetrato, in Abbatis manibus confestim eundem reddidit Castrum.

*Qualiter Honorius prædictus ad hunc locum venit, & consecravit prædictum Abbatem.*

## CAPUT XCV.

Interea Apostolicus urbem egrediens venit ad hoc Monasterium, à quo idem Abbas primus in hac Ecclesia Abbatiae consecrationem suscepit (1). Postea verò cœpit ab eo sacramentum vehementer exquirere, atque, ut Romanæ Ecclesiæ fidelitatem faceret, omnino insistere. Et Fratres modis omnibus reniti, & contradicere, & hoc Casinenses Abbates numquam fecisse, dicebant. Quibus Pontifex è diverso respondebat, quia, quod omnes ferè Episcopi, Archiepiscopi, & Abbates faciunt, Casinensis Abbas agere debet. Qui (2) è diverso nostri dicebant, ideo ab illis Romana Ecclesia fidelitatem extorsisse, pro eo, quòd sæpius in hæresim lapsi, contra Romanam Ecclesiam sensissent: Casinensis verò Ecclesia numquam in hæresim decidit, numquam contra Sedem Apostolicam sensit, quæ ratione Papa accepta, conticuit. Exinde verò Pontifex ex hoc loco discedens Beneventum ingressus est. Sed de his actenus.

De

## IN CAPUT XCV. NOTÆ.

- (1) Cum de more Romam benedicendi proficiscentur; ut sæpè in præcedentibus.  
 (2) Qui gemina syllaba, hoc est Cui. Nam Q & C. permutantur. Supra lib. 2. in caput 98.

A 2 2 2

(2) Custoditur adhuc apud nos ritus, ut seniores voce, juniores verò capitis inflexione approbent, quod proponitur in Conventu.

(3) Anno 1127. vide Peregrinium in Seniorecto.



*De Obitu Guilielmi Ducis, & de quibusdam oblationibus huic Monasterio factis.*

## CAPUT XCVI.

**D**Ux igitur Guilielmus, cum jam ferè sedecim Ducatum rexisset annos, mortuus est (1), atque in ipso omnis Robberti Guiscardi familia, quæ ex ipso descenderat, finita est (2). Defuncto itaque Duce, Roggerius hæres, & filius quondam Roggerii Siciliae Comitis, fratris prædicti Robberti Guiscardi Ducis, Ducatum occupat, contra quem Apostolicus cum expeditione properat, demum factâ concordia, eidem confirmavit Ducatum. Hiis porrò diebus, Jordano Principe obeunte (3), Robbertus ejus filius (4) eidem successit in Principatu, qui huic monasterio privilegium fecit (5) de data remissa hominibus Casæ Gentianæ, de Scadentiis (6), de modis terræ viginti in territorio Sancti Mauri ad Casale, de piscatione in mari, & flumine in omni territorio Castelli ad mare, de his, quæ dederunt Jordanus secundus pater ejus, Ryccardus secundus, & Robbertus patrum, Jordanus avus, & Ryccardus

## IN CAPUT XCVI. NOTÆ.

- (1) Anno 1127. absque liberis.  
 (2) Collateraliter verò mansit in Roggerio, ut hic. Eoque titulo Roggerius Guilielmi hæreditatem adibat; & fortè hæres institutus à Guilielmo. Pontifex nihilominus contra illum expeditionem parat, quod sine Apostolico beneplacito hæreditatem adisset, quæ fidelitatem debebat Pontifici lib. 3. cap. 16. Belli denique eventus præcavens, factâ concordia, Ducatum ei confirmat.  
 (3) Eodem Anno 14. Kal. Januarii.  
 (4) Jordani secundi Robbertus secundus.  
 (5) Regest. num. 603.  
 (6) Ut huic loco lux affulgeat, Diplomatis verba proferamus.  
 „ In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei  
 „ æterni. Robbertus, divina adjuvante clemen-  
 „ tia, Capuanorum Princeps, petitioni suo-  
 „ rum fidelium clementer faver. Igitur Nos  
 „ prænominatus secundus Robbertus, solâ Do-  
 „ mini misericordia, Capuanus Princeps, ob  
 „ salutem, & remedium animarum quondam  
 „ Principum antecessorum parentum nostro-  
 „ rum; & ob statum nostri Principatus, con-  
 „ filio quoque, & interventu Richardi de Ca-  
 „ leno nostri consanguinei, & Rainaldi Lupi-  
 „ ni, nostri dilecti Baronis, atque aliorum  
 „ nostrorum dilectorum fidelium, per hoc vi-  
 „ delicet principale scriptum, remittimus, con-  
 „ cedimus, atque donamus in perpetuum Mo-  
 „ nasterio Sancti Benedicti Montis Casinensis,  
 „ in quo Dominus Segnorictus Dei gratiâ ve-  
 „ nerabilis Abbas præesse dignoscitur, scilicet  
 „ trecentos tarenos, quos singulis annis acci-  
 „ piebamus ab hominibus de Casâ Genzana  
 „ pro Data. Similiter & terras, quas relin-  
 „ unt homines, qui sine hæredibus moriuntur,  
 „ quæ dicuntur scaditiones; quæ nunc sunt,  
 „ vel amodo erunt. Item damus, atque quietè  
 „ dimittimus in prædicto Monasterio viginti sci-  
 „ licet modios terræ, quæ videntur esse in ter-  
 „ ritorio Sancti Mauri ad Casale, & infra ter-  
 „ ris eidem Monasterii; quos modios terræ ho-  
 „ mines nostri usque modò tenuerunt. Quin  
 „ etiam manus tradimus, concedimus, atque  
 „ confirmamus in perpetuum in præfato Mo-  
 „ nasterio Sancti Benedicti Montis Casinensis,  
 „ & hominibus ejus, quibus præfatus Abbas,  
 „ & successores ejus, præceperint, jus, &  
 „ potestatem piscandi in mari, & in flumine  
 „ in omni territorio Castelli, qui dicitur ad  
 „ mare, sine omni conditione. Insuper damus,  
 „ tradimus, concedimus, ac confirmamus in-  
 „ perpetuum in prædicto Monasterio quicquid

A proavus sui, & de venientibus ad habitandum in Terra Sancti Benedicti, vel aliquid Monasterio largiendum, pœnâ librarum auri centum appositâ. Robbertus etiam Comes de Molisio fecit privilegium huic loco de medietate Castri Serræ, quod est sub jure Larinenfis Episcopatus, pœnâ librarum auri centum appositâ. Præterea Roggerius Dux fecit privilegium Sancto Benedicto de hiis, quæ obtulerunt Robbertus Dux, & Sihcelgayta uxor ejus. Roggerius, & Guilielmus filii in Apulia, Calabria, Principatu, Salerno, & Amalfia, de concessionibus Principum, Baronum, & aliorum fidelium, pœnâ librarum auri trecentarum appositâ, Anno Domini MCXXX. per manum Guarnerii Mazariensis Decani.

*Qualiter Anacletus coronavit Rogerium Comitem in Regem Siciliae.*

## CAPUT XCVII.

**I**Nterea Papa Honorio vita decedente, (1) electi sunt Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli in Papam Innocentium secundum, & Petrus Presbyter Cardinalis sancti Calixti in Anacletum (2). Innocentius verò per aliquantum temporis spatium in urbe

C „ nostri antecessores Principes, scilicet Richar-  
 „ dus bonæ memoriæ Princeps proavus noster,  
 „ & Jordanus Princeps avus noster, & secun-  
 „ dus Richardus, & Robbertus Princeps patrum  
 „ nostri: necnon & secundus Jordanus Prin-  
 „ ceps pater noster dederunt, & nos de rebus  
 „ nostris dedimus, atque concessimus prædicto  
 „ Monasterio, & Ecclesiis ejus. Præterea cau-  
 „ sâ devotionis permittimus, atque concedimus  
 „ in perpetuum, ut si quis ad præfatum Mona-  
 „ sterium Sancti Benedicti, vel ad Ecclesias  
 „ ejus venire ad habitandum, vel residendum,  
 „ aut de rebus suis pro anima sua aliquid largiri  
 „ voluerint, & permissu nostro liceat eis hoc  
 „ facere secundum justitiam, & consuetudi-  
 „ nem terræ. Hæc omnia præscripta &c. Data  
 „ Capuæ in mense Martio per indictionem  
 „ sextam. Primo anno Principatus supra scripti  
 „ Domini Robberti, anno Dominicæ Incarna-  
 „ tionis 1128.

## IN CAPUT XCVII. NOTÆ.

- (1) Anno 1130. 16. Febr. Sedit annos tres, menses duos, & diem unum ex Platina, dies tres, ex Panvinio. Vacavit sedes dies quinque, vel uno tantum die. Baronius verò ex chron. Benevent. Sedem non vacasse refert. Quo enim die obiit Honorius, electus est successor.  
 (2) Innocentium appellat Papam, non sic Anacletum. Uterque Benedictinus. Anacletus Cœnobii Cluniacensis, Innocentius Monasterii Lateranensis. Baron. anno 1130. *Quod attinet, inquit, ad Innocentium, fuisse ipsum quidem Monastici ordinis, hæc accepimus ex Archivo Tituli Sanctæ Praxedis. Dominus Gregorius Monachus Lateranensis Cœnobii SSS. Johannis Baptista, Johannis Evangelista, atque Pancratii, idemque Abbas Monasterii SS. Nicolai, & Primitivi Ordinis Sancti Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum, qui ab Urbano Papa secundo creatus est S. R. E. Diaconus Cardinalis Sancti Angeli; mortuoque Honorio Papa, in Pontificem legitime electus, Innocentius dictus est.*  
 Ante Pontificatum vocatur Panvinio, & Giaconio Gregorius de Papa, seu de Papareschis, alias Guidonea Familia, quam nunc de Mattheis appellant. At Annales Pisani apud Cajet. in Gelasio secundo Innocentius, inquit, natus Johanne Northmanno, Romano Transsylvicino, &c. De Familia Northmannæ, quæ tunc primaria erat, meminit Pandulfus Pisanus in Gelasio secundo, & Auctor noster supra cap. 38.

Ana-

be permanens, cum Episcopis, & Cardinalibus, qui suæ parti favebant, ad civitatem Pisanam perrexit, Conradum Savinensem Episcopum Vicarium in urbe relinquens. Petrus præterea Cardinalis Roggerio Duci Apulię coronam tribuens, & per privilegium Capuanum Principatum, & Ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria, & Sicilia illi confirmans, Regemque constituens, ad suam partem attraxit (3), præcipiens, ut Episcopi, & Abbates, qui in suæ dicionis Terra manebant, ei hominum facerent (4). Per idem tempus Robbertus Princeps, cujus supra meminimus, fecit privilegium huic loco, sicut antea fecerat, & de relaxatione quinquaginta tarenorum de Gualdo, & de portu molendini, quod est in fluvio Vulturni loco Cazoli cum portu ex utraque parte fluminis. Post hæc prædictus Princeps abiit Pisas, & Rex Roggerius venit super Principatum. Ob quam rem hic Princeps à Pisis, stipatus navali exercitu, Neapolim venit. Aversani se ejus Imperio subdunt, contra quem Rex Roggerius veniens fugavit, Aversam in cinerem redegit, Alfuso filio (5) Capuanum tradidit Principatum. Tunc temporis Hubertus Pisanus Archiepif-

A copus, Apostolicæ, Sedis Legatus, fecit privilegium huic Monasterio de Sancto Georgio de Baray, & Sancta Maria de Gennor. Innocentius igitur Alemmannorum & Lotharingorum Terram ingressus, juxta Leodium à Lothario Rege excipitur, virgam, & anulum ei juxta morem antiquum confirmans (6), nec non & Terram Comitissæ Mattildæ ei contradens. (7) Deinde Lotharius Rex venit Romam, & accipiens coronam ab Innocentio (8) reversus est. Et, dum in conspectu ejus totus, ut ita dicam, Romanus orbis pacatus quiesceret, & sub ejus dicione calcati jacerent, à Papa Innocentio Pisis remorante frequentibus litteris monitus, ut Romani Imperii coronam ab hostium jugo defenderet, & Ecclesiam scissam ad pacem, concordiam, & unitatem Cæsar strenuissimus, & clementissimus liberaret; Anno Dominicę Incarnationis MCXXXV. immensum valde nimis totius Romani Imperii exercitum congregans, unà cum Richiza Augusta uxore sua intravit Italiam. Ingens interea pavor, & ebitudo mentis corrumpit Aufoniam (9), & quid dicerent, vel facerent unus ab alio inquirebat.

Qua-

Anacletus verò primùm vocabatur Petrus de Petro Leone, hoc est filius Petri Leonis Principis etiam familiæ. Monachum Cluniacensem ipse proficitur in Epistola ad Cluniacenses, quæ est prima in Codice nostro 159. Sic loquens. *Conversionis meæ primordia reducens ad animum multum me Cluniacensi Monasterio invenio debitorem, propter quod in eo, & Monasticum habitum, & conversandi sumpsi, Divina Potentia gratia protegent principium.* Cardinalis Diaconus SS. Cosmæ, & Damiani à Paschali Secundo, quem ipse Epistolâ secundâ *Nutritorem* appellat suam. Tum Presbyter Cardinalis Sancti Calixti à Calixto Secundo creatus. Et porro, si unquam fidelium pacem, & conscientie tranquillitatem discrimen aliquod Ecclesiæ turbavit, aut torfit, hoc certè fuit Schisma inter Innocentium & Anacletum. Uterque eodem die renunciatus est, & licet Innocentio faveret prærogativa temporis, eo quod pauld ante electus, Anacletus nitebatur numero suffragiorum. Innocentio quippe suffragati fuerant Cardinales septemdecim, Anacleto unus supra viginti: Panvinius computat viginti septem; ex quibus tamen quatuor, postea relicto Anacleto, adhæserunt Innocentio. Qui demum ab universa Ecclesia, ut legitimus Pontifex, repudiato Anacleto, agnitus est, habitusque sedit annos 13. menses 7. dies 8. ex Panvino.

(3) Coronatus est Rex ab Anacleto Beneventi 27. Septembris ejusdem anni 1130. secundum aliquos. Verum Falco Beneventanus ad annum 1130. sic habet. *Anno igitur ipso prædictus Anacletus Cardinalem suum, Comitem nomine, ad Ducem illum direxit, quem die Nativitatis Domini in civitate Palermitana in Regem coronavit.* Subdit ad hunc locum Peregrinus. *De Roggerio in Regem coronando convenerat primùm inter ipsum, & Anacletum apud Abellinum hoc anno, aliquanto ante 3. Kal. Octobris, & deinde prædicto die Anacletus, jam Abellino Beneventum reversus, Diploma conscripsit de Regio titulo, ac Regno, eidem impertiendo; quod profat apud Baronium, & tandem in Dominica Nativitatis, proximè subsequente celebritate, ea coronatio peracta est apud Panormum, ordine, quem exposuit superioribus verbis Falco; sed fusiùs Alexander Telasinus, lib. 2. cap. 1. & seqq.*

(4) Tanquam Regi, à se instituto, fidelitatem promitterent, quod est *Homizium*, lib. 1. in cap. 55.

(5) Alii *Anfuso*. Rogerii ex Alberia filio, tertio loco nato, qui postea obiit 6. Idus Octobris anno 1144. Vide Peregrin. præter nostros, ab Tom. IV.

ipso citatos.

(6) *Juxta morem antiquum*, inquit, nam recenti vindicatione id erat abolitum, ut pauld ante sub Calixto. Baronius ad annum 1131. Auctorem nostrum mendacii redarguit ex vita. Divi Bernardi lib. 2. cap. 1. ubi narratur, soluto Concilio Rhemensi, Bernardum restitisse petitioni Imperatoris, qui tandem ab Innocentio repulsam retulit circa investituras, quas Petrus significat per *Anulum, & Virgam*. Omnis quidem homo mendax: sed non omnis mentitur. Potuit Petrus verum credere, quod, vel fama vulgaverat, vel ab aliquo ejus ævi haussisset Auctore: cum præsertim verum fuerit, quod mox sequitur.

(7) Baronius enim anno 1133. refert Diploma Innocentii, quo Allodium Comitissæ Mathildæ concedit Lothario ad vitam ipsius Imperatoris, ejusque Generi, & Conjugis; post quorum mortem prædictum Allodium ad jus, & dominium S. R. E. integrum & absque diminutione, atque difficultate aliqua reducat. Quod autem etiam hic mendacii reum arguat Petrum Baronius, eo quod scripserit, donationem Allodii factam fuisse juxta Leodium, cum Diploma datum legatur apud Lateranum. In primis, non omnis error meretur de mendacio accusari. Deinde Petrus non dixit, Diploma Donationis datum fuisse Leodii, sed tantum donationem ibi factam. An verò insolens est, & à veri similitudine abhorrens, quod donatio Leodii quidem concepta, & determinata fuerit, atque de ea conventum inter Pontificem, & Cæsarem, Romæ verò deinde datum Diploma? Petrus autem de primo scripserit, non de secundo: & fortassis ex Aulicis Imperatoris scire id potuit; cum Cæsaris curiam frequentaret. Cæterum leviora hæc sunt, ut Auctoris cœvi, & non in Angulo jacentis, fidem labefactent.

(8) Vide Baronium pag. 224. & seqq.

(9) Non male Lauretus, *Corripuit*, sed neque male *corruptis*, omnes affectus corrumpere, ac turbare animum dicuntur. Amor, ira, timor, & similes, ideoque dictæ *Passiones*, & Perturbationes, maximè cum vehementiores sunt. Terent. Eunuch. *Quid hoc morbi est? Adeo homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse*, &c. *Aufoniam* verò Italiam dixit Ovid. 14. Metamorph.

*Aufonia, Siculaque tenet confinia terra.*

& Virgil. 4. *Æneid.*

*Nec prolem Aufoniam, & Lavinia respicit Arva.*

Licet olim Aufonia, teste Festo, diceretur illa tantum Italiæ pars, in qua sunt Beneventum, & Cales, cujus regionis incolæ, propriè Aufones dicebantur, & Aufonii.

*Qualiter Guarinus Cancellarius prædicti  
Regis intendebat capere prædictum  
Abbatem: set non potuit.*

## CAPUT XCVIII.

**I**nter hæc Regis Cancellarius Guarinus nomine Canzolino, qui tunc Capuæ præerat, mandat, quatinus Casinensi Abbati, ut ad se veniat, destinet, venientem protinus capiat. Abbas autem, talia dum persensisset, abnuvit, ac se minimè tunc illò posse ire, remittit. Cancellarius verò magis, ac magis in suspicionem veniens, mandat Abbati, ut sibi Capuam venienti cum festinatione occurrat, quatinus de Regni negotiis cum ipsius Terræ Baronibus infimul tractent (1). Casu itaque tunc accidente, Abbas graviter infirmatus est, & ob hanc rem ire ad eum distulit. Sanitati autem redditus duos Fratres ante Nativitatem Domini Cancellario apud Beneventum constituto direxit, infirmitatis magnitudinem pandens. Cui Cancellarius remisit, ut post celebratam festivitatem ad eum Capuam pergeret, aliàs autem ipse ad eum veniret. In festo autem Evangelistæ Johannis, prædicti Fratres reversi rumorem, quem auxerant (2), pandunt. Nam inter eundum, & redeundum per amicos, & fideles Monasterii de hac re interrogantes, nil aliud, quàm, ut illum capere vellet, audierunt. Abbas autem, quid in tali re faceret, ignorans, simulat infirmitatem. Cancellarius verò, juncto sibi Capuano electo, & Canfolino, Casinum, ut disposuerat, venit. Aquinensis interea Electus, invidiæ stimulis incitatus, & veneno nequitiae debriatus, Regis Cancellario per quendam scutiferum mandat, quòd Casinensis Abbas, non pro ipsis; set contra ipsos, ad suscipiendum Imperatorem Lotharium, & Papam Innocentium se præpararet. Quòd, si illum veritatem dicere, minimè crederent, Casinense Monasterium ab eo expeterent, si daret, scirent illum esse mentitum, si non, veritatem illum dicere certissime crederent. Epistolarum verò portitor sciens quid in ipsis contineretur Epistolis, ad Monasterium venit, & id, quod in re erat, Abbati per ordinem pandit. Abbas autem à scutifero Epistolam accipiens, & relegens, omnia, prout idem rerulerat, invenit. Cancellario itaque cum Capuano Electo, & Canzolino apud Sanctum Germanum adveniente, Guarinus Electus Aquinensis pro eadem re ad illos advēnit. Cùmque Abbati in dolo man-

## IN CAPUT XCVIII. NOTÆ.

(1) Erat siquidem Casinensis Abbas ex primariis Regni Baronibus, & nunc quoque *Primus Regni Baro* salutatur. Cùmque ad Regni Comitiam, seu Parliamenta non ipse accedit, vicem suam, Principi cuiusdam Viro per publicum instrumentum mandat, ut in Regeſto Commissionum. Primi verò Baronis prærogativam jure illi asserit undecim jam sæculorum dominium in Territorium, & Castræ Abbatæ, quæ vocabatur *Terra Sancti Benedicti*, præter Citrarium in Calabria, à sexcentis, & eo amplius annis, possessum. In qua domini vetustate universos Regni Dynastas antecellit.

Baronis autem nomine non idem significatur apud Gentes, Romanis *Baro* bardum, & factum hominem notat, ut apud Ciceronem lib. 9. Epistola ultima. Nec moveat, inquit Aldus, quòd in quibusdam libris hoc nomen à litera B., non ab V., incipit: nam Veteres & B. pro V., & vicissim V. pro B. scripsisse testimonio sunt antiqua monumenta,

**A** darent, ut, omni seposita occasione, ob Regni negotia ordinanda ad illos descenderet, remittit se ad eos ob infirmitatem ire non posse, misit tamen Monasterii Priores ad Cancellarium, qui in ejus præsentia Aquinensem Electum de prædicta causa reprobarent (3), atque illum falsissimum omnino ostenderent. Cùmque Electus hoc se fecisse negaret, ostendunt Epistolam, pandunt per ordinem omnia. Tunc ille confusus nesciebat, quid evidenti rationi responderet. Cœperunt autem hii, qui ex parte Regis erant, cœpta ommittere, ac simulato animo, & ira Casinensibus faceta verba proferre, utpote qui Electo Aquinensi favebant, atque se ob hanc rem neque venisse, neque credere, jurejurando affirmare. Set post paululum, qui dolorem conceperant, peperere iniquitatem, cùm protinus earundem litterarum portitorem apprehendentes, & diversis suppliciis excruciantes, oculis privaverunt. Electus verò timore ductus, ac minantium civium furore perterritus, Canzolino illum de civitate educente, Aquinum rediit. Altera autem die in ipsis Epyphaniorum vigiliis ad Monasterium ascendentes, post salutationem ex more factam, ac nonnulla inter se colloquia, cæteris exeuntibus, cœperunt Abbatem super mandatum Regis de datione Monasterii, requirere, atque, ut sibi statim in præsentiarum, quod est à seculis inauditum, traderetur, omnino præcipere. Ipse verò cum viginti, aut quantis ex Fratribus vellet, cum omni thesauro Ecclesiastico, & cuncta suppellectili Monasterii ad arcem, quæ Bantra dicitur, demigraret: reliqui verò per obedientias dividerentur, in Monasterio quattuor Sacerdotes cum tribus, aut quattuor Fratribus dimitteret, qui divinum Officium ad Patris Benedicti corpus peragerent, asserentes se hoc pro nulla alia causa facere velle; nisi, quòd Casinensis Ecclesia magnam per totum orbem Romanum haberet famam, esse in omnibus locupletem, atque præ omnibus Italiæ Ecclesiis in auro, & argento, aliisque pluribus opibus pollere. Quodsi omnia hæc Lotarius Imperator, vel alii inimici Regis optinere valerent, multa detrimenta, & dampna per hoc in Regno ejus evenirent. Dicebant autem hæc mentientes, quia, ut post in propatulo claruit, illum inter eundum comprehendere, & supradicta omnia subripere disposuerant, sicque jam Monasterium, & cuncta securè derinerent. Post hanc ergo tam inauditam, tamque nefandam jussionem, absque communi Casinensium Fratrum consilio, Abbas hoc se agere

iidem ergo sunt Barones, ac Lucilio Varones, seu Varrones, à *Varis*, seu *Varris*, hoc est stipitibus.

At Germanis *Baro*, *Vir*, prout distinguitur à muliere. *Leges Salicæ* tit. 29. & *Leges Langob.* lib. 1. tit. 9. & alibi. Hispanis quoque *Vir* est *Varron*.

**E** Denique *Baro* nomen est dignitatis, & domini alicujus Feudi. Qui enim se verè Viros, hoc est, virilis fortitudinis, ostendissent in militia, hos Rex, vel Princeps Terris, & Jurisdictionibus augere solebat, eosque sibi in clientibus, & fideles obstringens; Homines Regis, vel Principis appellabat. De quibus sæpissime in hoc chronico. Confule Spelmanum Diatriba de Baronibus.

(2) *Hauferant*, rectè reposuit Lauretus, qui tamen ignorare non debuit S. & X. antiquis fuisse promiscua, nam *Pulvis* erat *Pulvix*, & Latinis *Ajax* Græcis est *Ajas*. *Duplex*, *Diplos*, &c. ideo nil mutavimus.

(3) *Exprobarent*.

re posse negavit. Accepta itaque consiliandi licentia, hii, qui ex parte Regis erant, egressi sunt foras. Dehinc Abbas Monasterii Priores convocans, quam ob causam Cancellarius venerat, pandit. Quid cuique super hoc videretur, interrogat, atque quid in tali negotio opus sit, consilio cum eis communi, pertractat. Omnium tamen unum animi votum, una sententia fuit, quatinus Casinense Monasterium nullo pacto, nulla ratione in Laycorum potestate traderetur. Promittentes, se usque ad mortem pro tanti loci defensione certare, paratos esse ex toto, ante se canum, muricipum, & equorum carnes comedere, quam Casinense Cœnobium in aliorum potestatem, atque dominium venire permetterent. Quoniam quidem, si caput incolome permanere constaret, reliqua membra, si quid incommodi, si quid adversi eveniret, salutem sperarent: si autem caput periret, cœtera etiam membra, licet sana viderentur, cum capite pariter in interitum irent. Hoc communi consilio deliberato, Cancellario adveniēti, cum Canzolino Abbas taliter orsus est loqui. Super Casinensis Cœnobii negotiis, unde nos requirere voluistis, tam pro rei magnitudine, quam etiam & pro ipsius temporis brevitate, neque consiliari, neque quid vobis respondere possemus, invenimus. Unde rogamus, quatinus nobis terminum detis, quousque cunctos nostræ congregationis Fratres, qui per obedientias positi sunt, convocemus, sicque, cum eis consilio habito, quid nobis agendum sit, communi consilio pertractemus. Tunc Cancellarius amaritudinis felle succensus, respondit dicens: Quod consilium hic est? aut, quod consilium vultis habere? hic non est consilium, non erit dilatio aliqua; nisi, ut iussionem Regis impleatis. Nam ego vobis consiliandi terminum non do: sed omnino ex parte illius impero, atque præcipio, quatinus extemplo, quid de hac re statuistis, respondere curetis. Cui Abbas respondit. Hoc profecto, quod dicitis, implere minime possumus, & maxime, quia, si hoc Rex præcepit, vel qua ex causa hæc fieri mandavit, ignoramus. Ad quem Cancellarius tale confestim dedit responsum. Ego sum os, & lingua Regis (4), per me loquitur, & sua iura disponit. Qua verò ex causa fieri mandavit hæc est. Lotharius cum suo Papa Innocentio veniet, & in hoc volumus vos probando temptare, si nobiscum debetis in fidelitate Regis permanere (5), ac pro ejus conservanda corona contra Lotharium decertare. Ad quem Abbas parati sumus, inquit, hoc, cum necesse fuerit, adimplere (6), & sacramento inde vos in præsentem per nostros fideles firmare, insuper promittimus, nos contra inimicos Regis strenuè præparare, & pro posse Casinense Cœnobium contra Imperatorem defendere, & manutenere. Cui cum Cancellarius dixisset, cum quibus Casinense Cœnobium contra Imperatorem defensurus esset. Abbas respondit, cum opportunum fuerit, de civitate Sancti Germani, & omni terra Sancti Benedicti fortiores, & robustiores

A quosque eligentes hic habere studebimus, sicque cum vestro consilio, & vestris militibus in adiutorium, si res ita exigeret, venientibus, Casinensem Ecclesiam contra Imperatorem, & contra milites ejus defendere, & manutenere curabimus, itaut per Casinense Cœnobium nulla Rex detrimenta, vel dampna patiatur. Exclamans protinus Cancellarius inquit (7) cum magna indignatione. Ecce Regis fideles, videre, ecce perspicite, ecce considerate, ecce advertite, cum quibus putat se Casinensis Abbas Imperatori resistere, cum effœminatis videlicet infidis, & perjuris, & qui numquam Beato Benedicto fidem servaverunt. Qui Brunonem, Oderisium, & Nicolaum de Abbatia expulerunt, qui Casinense Cœnobium contra fas, & jus ceperunt, qui castrum Janulæ detruxerunt, Monachosque contradicentes ante Beati Benedicti altarium gladiis percusserunt. Cœpit autem & multa cum suis contra Abbatem dicere, & Monachos, & Laycos deturpando injuriare, multis, & variis opprobriis dehonestare, fallaces, & callidos declamare, cumque ad hæc omnium ora in silentio essent, recessit tandem cum magna indignatione, & ira, præcipiens, ac dicens, ut per totum ipsum diem de eadem re responsum sibi reddere morigerarent. Recedente itaque eo, omnes Priores in unum cum Abbate conveniunt, causam inter se conferunt, trahunt longa suspiria, & quid agere debeant, nesciunt. Angustia illis erant undique, & quid eligerent, nesciebant, dicentes, si Monasterium in manibus Laycorum damus, incurrimus in mortem animæ, & corporis; si autem non damus, non effugiemus manus illorum: set melius est nobis incidere in manus hominum, quam derelinquere Legem Dei nostri, & videre mala gentis nostræ, & Sanctorum. Quæ dum ad cunctorum notitiam pervenissent, contritum est extemplo cor eorum, & contenebrati sunt oculi eorum. Et verè tunc dies festi conversi sunt in luctum, & canticum in lamentationem. Hoc unum omnes à minimo usque ad maximum dicebant, in hoc omnium definita sententia erat, ut quandiu possent, numquam Casinense Cœnobium pro vita amittenda in Laycorum traderent potestatem. Visum demum omnibus est, ut ad eundem Cancellarium, & socios ejus nuntios destinarent, qui eos suppliciter exorarent, quatinus illis spatium darent, quousque de tanta re, sicut deceret, consiliari, eisque respondere valerent. Cancellarius autem, dum Monasterium cum satellitibus suis deambulans circuiret, ad dormitorium veniens, iussit metiri altitudinem muri, quatinus, illius exemplo, scalas ad Cœnobii captionem aptare valerent. Quod videns unus ex Fratribus, nuntiavit Abbati.

De

(4) Cancellarius, Principis os est, & lingua. Æquivocè tamen Canzolinus loquitur.  
 (5) Incipit hinc, Casinatibus incussus timor, de quo infra sermo redibit.  
 (6) In præsentem discrimine bona verba dat Seniorectus. At, quam extorta?  
 (7) Non placuit Laureto inquit pro dicit, Placuit

Livio lib. 1. Inquit annum se tertium & nonagesimum agere. Virgil. Æneid. 10. Tum Pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Inquit. Quandoque stat pro Incipit. Lucret. lib. 4. Commutare animum quicumque adoritur, & inquit. Virgil. lib. 11. Et Venulus, dicto parens, ita serier inquit.

*De Miraculo in Obitu Johannis,  
& Visione ejus.*

## CAPUT XCIX.

**E**O etiam tempore quidam Frater Johannes nomine (1), dum naturæ debitum solveret, & jam sine motu, & voce jaceret, subito in se rediens, retulit, se vidisse Patrem Benedictum, cum multitudine Monachorum defunctorum in Ecclesia stantem, & Regem Rogerium eandem Ecclesiam ingredientem, omnemque Casinensis Ecclesiæ thesaurum asportantem. Qui cum ad gradus majoris Ecclesiæ pervenisset, mortui, qui in Ecclesia eminus erant, irruentes, interficiebant eum. Hæc cum dixisset, adjunxit, ut certius sciatis, me vera proferre, noveritis, me statim è mundo recessurum, quod si post hæc ulterius vixero, indubitanter, quæ protuli, falsa fuisse, noscatis. His dictis obdormivit. Hæc quidem Frater. Nos verò præfatam visionem pertractantes, atque in memoriam retinentes, jam penè totam impletam esse videmus, quando ferè omnem hujus loci thesaurum Rogerii Regis factione sublatum esse videmus. Acta sunt autem hæc omnia vigiliarum Epyfaniarum die.

*Qualiter dictus Cancellarius (1) morte  
subitanea defunctus est.*

## CAPUT C.

**P**ost hæc ab Abbate, & Fratribus statutum est, ut duodecim ex Monasterii Senioribus, discalciatis pedibus ad civitatem pergerent, ubi jam dictus Cancellarius, & Capuanus Electus morabantur, suppliciter flagitantes, ut spatium darent, in quo Fratres, qui in obedientiis erant, congregarentur, quatinus, cum eis in unum communicato consilio, congruum responsum de re superscripta proferre valerent. Quod dum factum fuisset, cum luctu, & gemitu, usque ad januam Monasterii, illos est omnis Congregatio subsecuta, illis autem recedentibus, Fratres ad Ecclesiam Beati Benedicti reversi sunt,

## IN CAPUT XCIX. NOTÆ.

(1) Eadem Petrus in libello de Ortu, & Vita Justorum Casinensium.

## IN CAPUT C. NOTÆ.

- (1) Non de morte Cancellarii præfigenda erat epigraphe, qui obiit Salerni cap. seq. sed de morte Notarii, quæ Miniani accidit.
- (2) Baronius anno 1136. referens, quæ Auctor noster narrat in hoc capite, dubium proponit, & solvit. *At dicit aliquis, inquit, si Schismatici erant hi, quomodo, miraculo illo, aperta sunt eis spontaneè fores Ecclesiæ. Dicam breviter: Non simul, ac Abbas, vel Episcopus aliquis schismaticus est, necesse est, omnes sibi subditos pariter esse schismaticos; sed illos tantum, qui certò sciunt suum errare Præsulem: ceteros autem non peccare, qui, persuasibilibus rationibus putant ipsum recta incedere via, & se verum sequi Pastorem: nec tanta inest ipsis doctrina, vel adeò explorata rerum gestarum cognitio; nec facultas exquirendi, cujus potiora sint jura; hisque, suâ ipsorum conscientia, reddi crimine liberos sicut, & tunc evenisse putamus: nimirum, quod & si Abbas, & ex præfatis aliquis apud Deum, & ejus Ecclesiam rei fuerunt patrati sceleris; simpliciores tamen, bis subditi, bona fide, & conscientia pura cuncta gerentes, divinis tantum rebus vacantes, omnis curiositatis expertes, nullo modo,*

**A** ubi quantæ lacrimæ effusæ sint, referre quis valeat? Omnes enim in terram se prosternentes, & capita in pavimento Ecclesiæ percutientes, Domini misericordiam, cum luctu, & voce cordis implorabant, ut locum istum respiceret. Demum verò ad Beatum Benedictum conversi, ac si præsentem eum viderent, dicebant. Pater honestissime, & sanctissime, tu præsentem te discipulis tuis post carnis recessum, quàm si viveres, pollicitus es te esse futurum, unde per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum te adjuramus, ut quem admodum pollicitus es, & nos, & locum istum protegas, & ab omnibus malis defendas. Post hæc vivificæ Crucis lignum, & brachium Sancti Apostoli & Evangelistæ Matthæi, & Sancti Confessoris Christi Mauri Fratres fumentes cum Letaniis per Ecclesias intra Monasterium fitas pergere statuere. Cumque in Ecclesia Beati Martini vota Domino supplicationis, & laudis persolverent, post finita suffragia exeuntes inde ad Ecclesiam Beati Protomartyris Stephani deventerunt, ubi dum unus è Fratribus ad portas Basilicæ aperiendas præcessisset, invenit eas obsecuratas, Frater enim, qui eandem tenebat Ecclesiam, unus erat ex duodecim illis, qui ad Cancellarium ierant, & clavem Ecclesiæ oblitus dimittere, secum detulerat. Regresso autem illo, qui ad Ecclesiam aperiendam præcesserat, quod in re erat, denuntiat, & ut reverterentur, qui primi incedebant, dicebat, iterum alii, atque alii currentes, similiter claufas januas invenere, & Fratribus nuntiare curarunt. Frater autem, qui crucem ferebat, nesciens quid ageret, se sequentes hortatus, ad januas pervenit Ecclesiæ, & mox, tactis feris, divinitus sunt apertæ (2), unde aliquantulum lætificati, gratias Deo peregerunt, atque cum omni devotione, & cordis contritione ibi Letaniarum suffragiis peractis, ad Patris Benedicti Ecclesiam sunt reversi, sicque Missas ipsius diei cum luctu, & tristitia peregerunt. Et tunc adimpletum est in illis, quod per Prophetam dicitur, dies festi vestri convertentur in luctum. At Fratres, qui missi fuerant ad Cancellarium, cum ad locum, in quo Pater Benedictus semel per annum cum sorore sua locutus fuerat, pervenissent (3),

De-

*ut Canones docent, rei fuerunt tanti criminis; quorum numerum haud exiguum fuisse, jure possumus existimare. Hæc Baronius, & sanè doctissime. Adhuc tamen ab Eminentissimo Magistro instruendus, rogarem, si in ea supplicatione, non exiguus, ex mente Baronii, erat Casinensium numerus, qui rectè sentirent; erat utique non exiguus quoque, ex ejusdem ratione, numerus eorum, qui schismate se polluerant, & præsertim Abbas; ergo potuissent hi etiam eo miraculo severti, in suam partem illud trahendo; nam certè quisque pro suis orabat desideriis. Miraculorum autem patratrix omnipotentia, quæ & summa Prudentia est, non prodigit miracula in auctoramentum ancipitis fidei, quibus possit etiam infidelitas abuti. Deus charitas est, Deus unitas est, non est scissionum Deus. Cum ergo miraculo Deus in eo discrimine Casinates consoletur, ut admittit Baronius, videri possit, omnes, aut ferè omnes cum suo capite Casinates in vinculo charitatis, & uno corde, rectaque intentione Domino pariter supplicasse, & schismate non fuisse pollutos, sed de hoc infra.*

- (3) Cancellarius tunc erat Aquini, ut mox in textu. Descendentibus idcirco è monte, & Aquinum pergentibus occurrebat in via locus sancti colloquii, situs in radice montis, ubi parvula nunc extat ædicula, prope Aquam Casinum.



Decanus, & qui cum eo ob eandem rem ante descenderant, cognito illorum adventu, ad Monasterium remiserunt dicentes, quod pro tali facto Cancellarius magis provocaretur ad iram, quam flecteretur ad misericordiam. Cancellarius autem, postquam audivit, quod Fratres cum Beati Mauri brachio per Sanctorum Ecclesias Dei omnipotentis clementiam supplicarent, in superbiam elevatus, cepit multa contra Monachos minitare, dicens, se incisuros illis & labrum, & nares, & veltes illorum medias usque ad nates, & sicut alter Nicanor, verba blasphemiae in Deum, & Sanctos ejus proferre, dicens. Quod spes, quam Monachi in Benedicto, & in Mauro habebant, cassa esset, illisque magis perniciem, quam salubritatem conferret. Vehementique post hanc indignatione permotus, litteras habitantibus in Campania, Sampnio, Apulia, Lucania, & Calabria direxit, mandans, ut quam citissime possent, cum diversis bellorum machinis ad Casinense Monasterium obsidendum, & capiendum venirent. Abbas autem agnoscens (4), quod Cancellarius de sua morte, & Coenobii captione cogitaret, cum paucis communicato consilio, Legatos ad Landulfum de Sancto Johanne, qui tunc Imperatori favebat, direxit, mandans, ut veniret, & Casinense Monasterium sub cura suscipere, & contra eos, qui illud capere querebant, defenderet; verum, quia hoc per diem agi non poterat, per noctem impletum est, atque ex utraque parte factis Sacramentis, tertia die post festivitatem Epyphaniae feria sexta, milites Landulfi jam dicti in Monasterium inducti, & munitiones contraditae sunt. Landulfus vero post hanc Casinum deveniens Abbati, & Fratribus constantiam, & inimicis perturbationem maximam contulit. Cancellarius autem agnoscens Landulfum Casinum venisse, Civitatem Aquinum, quo commorabatur relinquens, atque per Sanctum Angelum in Majolisi (5) Lirim fluvium transiens, Minianum perrexit, ubi infirmitate gravissima tactus, Notario praecipit, ut litteras scriberet, quatinus omnes, qui in Regno Regis Rogerii morabantur, ad Casinense Monasterium capiendum venirent. Quod dum ille implere satageret, subitanea morte defunctus est (6). Post hanc Abbas cum Fratribus statuit, ut per triduum Dei omnipotentis clementiam supplicarent, quatinus pacem, & quietem Casinensi Coenobio largiflua pietate concederet, & quia silentium illis diebus propter tumultum, & perturbationem tenere non poterant, decreverunt, ut tribus

diebus post Completorium unum per noctem Psalterium in Ecclesia cantaretur (7): set antequam eandem triduanam inchoarent, Abbas in capitulo surgens, juxta Monasterii consuetudinem, veniam petiit, & confessionem de suis excessibus fecit. Similiter & omnes Fratres post illum, se in Patris Benedicti Regula deliquisse confessi sunt, sicque Abbas Indulgentiam illis conferens, de omnibus excommunicationibus in Casinensi Coenobio factis, in quibus aliquando offenderant, eos absolvit.

*Qualiter Sanctus Benedictus apparuit cuidam Monacho, Bono nomine.*

CAPUT CI.

His porro diebus quidam Frater, Bonus nomine, dum in Ecclesia Beati Protomartyris Stephani post matutinalem Synaxim fatigatus obdormisset, Beatus Benedictus in visione ei apparens dixit. Multa incommoda, & perturbationes, & rerum maximum detrimentum pro hoc facto habebitis: sed confidite in Domino, & in potentia virtutis ejus, quia adhuc domus mea reintegrabitur, & in suum statum reducetur; Beatissimum vero Maurum, ut omni instantia precum supplicetis, praecipio, quia ipsius sine dubio interventu ab instanti periculo, & perturbatione liberabimini, & hiis dictis disparuit. Evigilans autem Frater, Abbati, & Fratribus, quae viderat, & audierat, per ordinem pandit. Unde in communi Fratrum capitulo, statutum est, ut omnibus Dominicis diebus ad introitum Ecclesiae, post antiphonam Beati Benedicti, adderetur & antiphona Beati Mauri. Similiter & in omnibus festis, in quibus collecta facienda est, sicut in cotidianis diebus (1), antiphona, & oratio ejus diceretur. Interea tota Terra a fidelitate Abbatis, & Fratrum, praeter Castrum Casinum (2), recessit, de quo facto homines de Castro Sancti Angeli causa, & initium extiterunt. Ipsi enim primitus inimicos Monasterii infra castrum suscipientes, Casinense Coenobium obpugnare coeperunt. Post hanc Bertulfus Mansionarius, natione Cymbris (3), & Adenulfus, cognomento Marsicanus, hujus rei gratia, ad Imperatorem Lotharium diriguntur. Dehinc omnes obedientiae per Campaniam, Picenum, Sampnium, Lucaniam, atque Calabriam captae, atque a jure Coenobii Casinensis subductae sunt. Cancellarius vero, qui tanti mali caput, & actor fuit, septimodecimo die, postquam huc in vigiliis

agnominatione reperitur notatus.

(6) Notarius.  
(7) Inter multa regularis observantiae laxamenta, quae tumultuosis illis diebus irrepserant, silentii, praecipue non servati, reatum, publica poenitentia expiandum putaverunt. Usque aded Monachis religiosum erat taciturnitatis studium. *Nemo silens placuit*, est in adagio, apud Hieronymum. Fallit tamen in Monachis, qui, mundo defuncti, a silentio laudantur, & placent.

IN CAPUT CI. NOTAE.

(1) Hoc est in festis admittentibus Collectas, seu orationes, praeter orationem diei, & in feriis. In Epistola Theodemari ad Carolum Magnum semel, & iterum, *Cotidianis diebus*, quid autem proprie sint Collectae, pete a Ferrario in Regulam num. 53.  
(2) *Sancti Petri* tunc appellatum; sed non raro etiam *Casinum*.  
(3) Pro *Cimber*. Sic pro *Inlustis*, *Inluster* apud alios.

(4) Observa hic, quanta fide, atque constantia Seniorectus Abbas Caesaris parti, quae Catholica erat, additum se ostendit. Capite sequenti Bertulfum, & Adenulfum ad Imperatorem dirigit. Contra ejus voluntatem initum fuit consilium de pace firmanda cum Rogerii fautoribus cap. 102. Ac demum ærumnis, mœroreque confectus, mortem obiit, cap. 103. Ex quibus judicium ferre possumus, num Seniorectus ab Imperatore defecerit, & Anacleto adhaerit; & quo jure Baronius pag. 245. schismaticum appellet immerentem. Suus ergo cuique constet honos, & Seniorectum Imperialis fidei, atque Catholicae unitatis (eadem enim erat causa) candidatum, clientemque agnoscamus; & Rainaldum successorem, domestico schismate electum, Universalis quoque Ecclesiae dissidio deturpatum, non negemus. Hic siquidem timore se vinci passus est: ille ne vinceretur, morti potius se objecit.

(5) Cap. 79. *Sanctum Angelum in Todici*, utraque

his Epyphaniz pervenit, apud Salernum ad extrema perveniens, clamabat. Benedicite, & Maure, cur me interficitis? cumque hæc crebro repeteret, vita decessit.

*Qualiter quidam Monachus vidit animam Guarini dicti Cancellarii.*

#### CAPUT CII.

**E**O etiam tempore quidam Frater, Crescentius nomine, natione Romanus, vidit in visione quendam lacum nimis magnitudinis, & ignei coloris, cujus undæ ad Cœlum ferri videbantur, in quibus undis vidit ejusdem Cancellarii animam in aëris altum elevari, & rursus ad yma demergi. Juxta quem lacum cum duos Monachos stare vidisset, interrogatus ab eis, cujus esset anima, quam tantis tormentis affici videbat, se Frater nescire respondit. Ad quem, qui videbatur senex, hæc est, inquit, anima Guarini Cancellarii, quæ idcirco talia patitur, propter perturbationem, & tribulationem, quam Casinensi Monasterio excitavit. Quem Frater, cum, quis esset, qui talia promeret, interrogasset, Fratrem Benedictum se esse, respondit. Frater autem à somno exurgens, ita se vidisse, & audisse, Deum, & Sanctos ejus testem invocans, affirmabat. Inter hæc quidam ex nostris contra voluntatem Abbatis de pace, & concordia tractare cœperunt cum hiis, qui ex parte Regis erant, mediante Ryccardo Episcopo Gagetano. Demum verò ad id ventum est, ut ex parte Fratrum, facto ab obedientialibus sacramento (1), & à cuncta congregatione promissione, de pacta conventionem, atque ex illa parte factis sacramentis, pax fieret, sicque commotio illa, & perturbatio subito quievit, set ad tempus (2).

*De Obitu Seniorecti Abbatis hujus loci.*

#### CAPUT CIII.

**T**ertia verò die, postquam hæc facta sunt, supradictus Abbas languore depressus vitam finivit (1) quintâ feriâ Idus Februarii. Per totam verò noctem, qua vita decessit, Decanus cum Fratribus tractare cœpit, qualiter antequam mors ejus divulgaretur, homines Landulfi superius nominati, qui Monasterium tenebant, foras expellerentur. Remuneratis igitur illis, qui in capite eorum erant, & à Regis Balivis (2) securitate ac-

#### IN CAPUT CII. NOTÆ.

(1) Ab iis, qui in Obedientiis, seu Præposituris, & Cellis Monasterii habitabant, Monachi.

(2) Nam cap. 104. recidunt in typum antiquum.

#### IN CAPUT CIII. NOTÆ.

(1) Anno 1137. At de die discrepant Auctores. Petrus hic scribit Idibus Februarii. Laurentius edidit Nonis Februarii; cum legisset cap. sequenti, à morte Seniorecti ad Festum Sanctæ Scholasticæ sex dies intercessisse; Quod Festum celebratur decimo Februarii. Demum Kalendarium Defunctorum, cujus lectionem omnibus Auctoribus præferendam, merito censet Peregrinus, sic habet. *Pridie Nonas Febr. obiit Dominus Seniorectus Sacerdos, & Abbas hujus loci.* Et hoc die incidit eo anno feriâ quintâ, ut notavit idem Peregrinus. Hac ergo ratione corrigendus hic amanuensis Petri: nam certè Petrus plane indicat obitum Seniorecti contigisse ante Festum Sanctæ Scholasticæ sex diebus.

**A**cepta, ut securi inde cum suis omnibus exirent, mediante jam die, omnes de Monasterio cum armis recedentes, ad sua reversi sunt, qua ex re factum est, ut usque ad illam horam mors Abbatis palam nesciretur. Hora autem nona jam propinquante, celebrato officio ipsius, sepulturæ traditus est ad dexteram partem introeuntium in cymiterium juxta gradus, ubi quattuor discipuli Beati Benedicti requiescunt (3).

*De Electione Raynaldi Abbatis.*

#### CAPUT CIV.

**S**ed, ut ad id redeam, unde digressus sum, cum adhuc Abbatis feretrum in Ecclesia esset, destinati sunt à Canzolino Capuani Principatus Camerario milites, ut nullus, eo absente, de Abbatis electione tractare præsumeret. Dilatum itaque est, & contradicentibus, ac moerentibus Monachis, usque ad ipsius adventum protelatum. Cumque illuc advenisset, cum ei ostenderentur de electione Abbatis Patris Benedicti jussio, & privilegiorum constitutio, respondit, quod nil ad præsens istiusmodi valeret ostensio, set differte usque ad Domini mei Rogerii Regis notitiam; sin autem tradite arcem Bantrensem, & eligite quem vultis, ita tamen, ut prius fidelitatem Regi faciat; Quod cum Fratres se non implere dixissent (1), ipse exercitum congregans, universa Casinensis Cœnobia castra ab ejus ditione subduxit. Jam ferè sex dies in tali fluctuatione transierant, cum ad festum Virginis Christi Scolasticæ Fratres undique ad Monasterium convenientes, & de electione Abbatis inter se tractarent, dividuntur in partes (2), & una quidem Raynaldum Colemanum, qui post Abbas exiit, alia Raynaldum Hetruriensem eligere disponebant, set cum inter se plurima conferrent, visum demum Prioribus est, ut electio differretur usquequo ad Regem Rogerium, Romanumque Pontificem tunc Pisis remorantem Nuntios destinarent, per quos Casinensis Cœnobia fortunam notificare, & super tali negotio illorum consilium præstolari valerent. Set cum ad hoc alteram partem flectere nullo modo valerent, contradicentibus, & renuentibus aliis, qui supradictum Raynaldum Colemanum eligere disposuerant; eundem Raynaldum apprehendentes, in Patris Benedicti Cathedra illum locantes, sibi in Abbatem consti-

(2) Balivus Gallicum nomen, est Prætor ruralis. Junius in Nomencl. *Erat Prætor Urbanus, & Peregrinus, ille in urbe jus dicebat, inter Cives. Hic inter peregrinos, quem, Gallico vocabulo Balivum vocant.* Significat etiam satellites, apparitores, & inferiores ministros Magistratus. Securitas autem appellari solet *Salvus conductus. Salvaguardia.*

(3) Constantinus, Simplicius, Vitalis, & Bonitus. Nunc autem, posteriores duo, ubi requiescant, ignoramus.

#### IN CAPUT CIV. NOTÆ.

(1) In fide erga Cæsarem constanter perseverant Casinates; pro qua universa castra à Monasterii possessione subtrahi patiuntur. Ut hinc appareat, pacem initam cum Rogerianis cap. 102. præsentaneum tantum tunc fuisse consilium, ad avertenda imminencia mala.

(2) Invicem scissi, Schismati Petri Leonis patuerunt. *Abyssus Abyssum invocat.*

stituunt (3). Reliqui verò nimis hæc indignè ferentes (4), clam ad Bertulfum Mansionarium, & ad Adenulfum Casinensis Cœnobii Fratres, quos Abbas Seniorectus Legatos direxerat ad Imperatorem Lotharium, Nuntium cum litteris destinant, per quas & Seniorectum de hoc mundo migrasse, & eundem Raynaldum, contra voluntatem suam, seditiosè, & non canonicè electum esse, notificabant, postulantes, ut Imperatorem, atque Pontificem ex parte totius congregationis rogarent, ut ex suis aliquem in Casinensi Cœnobio Abbatem constituerent, & in Raynaldi electione nullatenus præberent assensum, prius se Monasterium destruere, prius inde egredi, quàm illum sibi Abbatem constitui, proclamantes. Quod dum Raynaldus certò certius agnovisset, clam cum Canzolino, aliisque fidelibus Regis paciscitur, eique fidelitatem faciens, Abbatiam illi confirmant, sicque sacramentum à colonis Monasterii accipiens, à filio Petri Leonis, cujus Subdiaconus erat, in Casinensi Abbatia firmatur (5). Cùmque Nuntius, qui litteras ferebat, Ravennam, ubi tunc Imperator morabatur, pervenisset, à supradictis Fratribus Imperatori Lothario cum litteris præsentatur. Pandunt, quæ Casinensi Ecclesiæ, cameræ scilicet Romani Imperii, accidissent, qualiter Seniorectus defunctus, & Raynaldus, qui fidelitatem Regi Rogerio fecerat, Abbas contra voluntatem multorum electus fuisset, & quia nonnulli ex Fratribus de Monasterio egredientes, inimicorum manus vitassent, & plurimas perpeffi essent calamitates. Post verò, deslebant periclitari suos

A familiares, confundi Casinense Cœnobium, & quemadmodum ipsi omnia dimisissent pro Romani Imperii fidelitate, in quo solo spem suam post Deum, & Patrem Benedictum Casinensis Ecclesia posuisset. Lotharius autem Imperator, misericordia motus, necnon & memor, qualiter sub antecessorum suorum tuitione, Casinensis Ecclesia fuisset, multo magis tamen propter odium Regis Rogerii, quem Romano Imperio inimicissimum esse judicaverat, propensior erat apud prædictos Fratres, & juxta tenorem edicti, quod Pipinus, & Hæcarolus Magnus statuerant, illos inter Cappellanos Romani Imperii, juxta morem antiquum, constituit. Cùmque Duces, Principes, ac Marchiones Imperii congregasset, beneficia prædecessorum suorum in Casinensi Cœnobio concessa intimabat, & supradictum Raynaldum accusans, manifestum hostem Romani Imperii pronuncians, quoniam Abbatiam, ab inimico Romani Imperii sibi confirmatam acceperat, neglecto, & contempto Imperatore, à quo Casinensis Ecclesia civitates, & castra, & omnes possessiones acceperat.

Qualiter Henricus Dux Bajoariæ misso ab Imperatore Lothario intravit Regnum cum Innocentio Papa.

C A P U T C V.

Eo siquidem tempore, Henricus, Dux Bajoariæ gener Imperatoris ab eodem Imperatore transmissus, unà cum Papa Innocentio,

(3) Insignis fuit in hoc, & concors Recentiorum omnium hallucinatio, quos præscriptorum verborum intelligentia fefellit. Narrat Petrus, divisus, post Seniorecti mortem Casinensium studiis, & conatibus inter duos Raynaldos, alterum tandem ex illis, sed factiosè, tumultuariè, & contradicentibus aliis, electum fuisse. Eundem, inquit, Raynaldum apprehendentes, sibi in Abbatem constituunt. At quem eundem? Hoc pronomine Colementanum signari, notat Lauretus in margine. In eandem mentem præverunt Baronius, Giacomius, Wion, cunctique ante istos moderni scriptores; eo decepti, quod pronomen eundem sequitur immediatè ad Raynaldum Colementanum. Revera tamen Raynaldus, per factionem tunc electus, non Colementanus fuit, sed Hetruriensis, cognomine Senebaldus, ut ex nostro Necrologio 13. Kal. Aprilis, quo die obiit.

Hunc, in chronographi nostri verbis intelligendis, errorem primus advertit V. C. Camillus Peregrinus, aliàs à nobis laudatus; qui deinde dissertationem, sanè luculentam, de hoc edidit anno 1643. cùm prius me, quæ ejus erat de me amica existimatio, consulisset. Ego verò ejus conjecturas, & rationes, ineluctabilibus testibus altero commentario, typis etiam evulgato roboravi, & nostro Scipioni, qui communi seductus errore in prima editione Elogiorum Casinensium, Colementanum pro Hetruriensi acceperat, auctor fui, ut in posteriori editione Hetruriensem hic pro Colementano acciperet, ac reponeret.

Et profectò, præter Anonymum Casinensem, disertè sic scribentem. Anno 1137. indit. 15. &c. obiit Seniorectus Abbas, Raynaldus Tuscus fit Abbas, Raynaldus bujus loci Electus deponitur. Guidaldus ordinatur, qui post quadraginta quattuor dies recedit. Raynaldus Colimentanus fit Abbas.

Rem quoque invincibiliter firmat chartula in Regeſto Petri pagina ultima; in hæc, licet barbara, verba.

Anno Domini nostri Jesu Christi centesimo quadagesimo septimo, mense Martio, trigesima die ipsius mensis, Dominus Abbas Raynaldus Tom. IV.

C

D

E

de Columento, cùm esset ante præsentiam Domini Rogerii Ducis gloriosissimi, Regis Rogerii filius conquestus est, quod quidam Joannes de Buczo quasdam terras de quodam Casale Castellione nomine, &c. Et in calce. Interfuerunt ibi Dominus Rogerius Electus Panormitanus Electus Trojanus, Henricus de olgia, &c.

Cùm ergo anno 1147. Casini Abbas esset Colimentanus Rainaldus, manifestè conficitur, anno 1137. post Seniorectum electum fuisse Rainaldum Hetruriensem, non Colimentanum. Successor enim Seniorecti eodem anno 1137. depositus fuit, nondum consecratione percepta; ideoque ab Anonymo electus vocatur. Sanè si post Seniorectum Abbas fuisset Colimentanus, jam non tumultuosè, & per schisma electus ipse fuisset, sed unanimi consensu partium. In electione quippe contradicebant fautores Colimentani, ibi, *Contradicentibus, & renuentibus aliis, qui supradictum Raynaldum Colementanum eligere disposuerant.* Ergo, si pronomen eundem referatur ad Colimentanum, jam suffragia in unum omnia convenissent. Cùm autem non convenissent, apertè sequitur, Colimentanum tunc fuisse exclusum, ut propterea rectè dixerit Petrus, *Qui post Abbas extitit, nempe, non tunc, sed postea, ut infra.* Tunc igitur Tuscus Rainaldus electus est, quare illud eundem non alium signat, nisi illum eundem, quem ab initio ejus factio proposuerant, non verò eundem, à Petro, immediatè ante, in textu memoratum.

(4) Vides iterum, alteram tantum partem Rainaldo favisse.

(5) Quid non cogit ambitio? Raynaldus, ut Abbatiam sibi firmaret, Schismaticis adhæret, sed initio clam: nondum enim Casinates defecerant ad Anacletum, & Rogerium; quin deinceps etiam sola Raynaldi factio defecit. Altera enim eundem Rainaldum accusans, manifestum hostem Romani Imperii pronuntiat. & capite sequenti Fratres illum de Monasterio exturbare, si facultas daretur, per omnia vellent.

tio, intravit Campaniam. Igitur, cum in planitie, quæ Casini contingua est, castra posuissent, Rychardum, supradicti Pontificis cappellanum, & Casinensis Cœnobij Monachum, ad Monasterium destinant, mandantes, quod, si illos vellent recipere, & Papæ Innocentio obedientiam exhibere, ipsi pro suo posse illos, ut filios, ut fratres, ut socios diligerent, & Casinense Monasterium sub Imperatoris tutela, & defensione semper haberent. Sed, cum huic rei Raynaldus aurem non accommodaret, & Fratres illum de Monasterio exturbare, si facultas daretur, per omnia vellent. Idem Raynaldus Fratres in capitulum convocans, suadebat, ut in Regis Rogerii fidelitate manerent, ut filio Petri Leonis obedientiam conservarent, adjutorium illis non defuturum. Postremò fatetur, se ab illis Abbatiam accepisse, non ab alio. Ad illorum libitum, si vellent, Abbatiam dimitteret, si non, retineret. Et hæc quidem ore, non corde proferebat; jam enim occultè miserat ad Gregorium filium Adenulfi de Sancto Johanne, ut cum suo exercitu per Tyrillanam silvam Casinum veniret, quatinus ejus ope, & auxilio fultus, Monasterium contra Papam, Ducem, & Monachos retinere valeret. Quò dum venisset, cum eodem Electo sacramento confederatur. & Monasterii munitionem ab ipso accipiens, & assaultum cum suis militibus in Pontificis Nuntiis illos invadit (1), quos cum in fugam vertisset, suis audaciam permaximam tribuit. Apocrifarii autem Pontificis, dum ad civitatem, quæ monti adjacet, pervenissent, cives sub Imperatoris fidelitate sacramento constringunt, & sic ad castra redeunt. Raynaldus autem cum Gregorio intra Monasterium conclusus, fata extra Monasterium incidebat, & omnia destruebat, ne quid ad alimentum hominum, vel jumentorum relinqueretur. Jam fere undecim dies transierant, cum Dux videns Monasterii Casinensis bona dilapidari, simul & pugnæ tempus transire, consilio habito, Raynaldum evocat, & calicem aureum, nec non & obsides pro quadringentis libris accipiens, Abbatiam ex parte Imperatoris, si in ejus fidelitate permaneret, illi confirmat (2), & eum à se, suisque securum reddens, Imperatoris vexillum in Beati Benedicti Ecclesiam induci, ac demum in arcem, quæ Ecclesiæ imminet, cum ingenti laude imponi præcepit. Alia verò die castra movens, cum ingenti exercitu supra civitatem Capuanam devenit; ibi itaque Rao Rahelis filius, & Goffridus de Aquila venientes, & se, ac suos Pontificis, ac Principis Robberti, & Henrici Ducis Imperio subdunt. Capuani autem cernentes Barones catervatim ad Papam, & Ducem confluere, solo prostrati, veniam poscunt, qua impetrata, & se,

A suaque, unà cum civitate, illorum dominio subdunt. Quo facto, totus, ut ita dicam, Capuanus Principatus, Rogerii jussa linquentes, Papæ vestigiis advolvuntur, omnia impetrata se facturos, spondentes; multi nanque, propter amicitiam, quam cum Robberto Principe habuerant, confluebant ad eos, nonnulli propter illorum gloriam, & remunerationem beneficiorum, quam se ab ipsis accepturos sperabant: Plures verò propter spem, quam in eis, tanquam in propriis Dominis, habebant. Henricus interea gener Imperatoris unà cum Papa Innocentio Robberto Principi Capuanum Principatum restituentes (3), cum ingenti exercitu ad pontem Sancti Valentini, juxta Beneventum, castra locavit. Mandat post hæc Dux in civitatem cum Apostolico Nuntios, ut; nisi anathema Apostolicum, & Imperialem vellent incurrere iram, Beneventum in eorum manu remitterent, & nundinas foris urbem pararent. Contradicentibus autem illis, in urbe ex parte filii Petri Leonis erant, nuntii Papæ Innocentii, cum nichil egissent, infecto negotio, de civitate exclusi sunt, nam Rogeriani milites, qui tunc in civitate erant, minimè pactis consenserunt, moxque quingentorum militum, & triginta milia peditum congregantes, exercitum foris civitatem, contra illos pugnaturi, conveniunt, ob quam rem Pontifex in iracundiam versus, Beneventanos à liminibus Ecclesiæ separavit, Ducemque cum exercitu contra eos congregi præcepit, set cum scutiferi Ducis in prima acie terga vertissent, Dux eventum fortunæ alteratum perpendens, præcepit militibus, ut fluvium transvadantes, montem, in quo civitas sita erat, ascenderent, & ab aurea porta (4) civitatem invaderent. Seditio tamen in urbe de rebus præsentibus erat, quibusdam dicentibus, Papæ Innocentio reddendam civitatem, debere, juxta patrium morem, Beato Petro, & ejus Vicario deservire: Alii verò nequaquam; set repugnare persuadebant: milites interea, fluvium transvadantes, ad civitatem tendebant. Beneventani autem, hostes contra se venire, dum perpexissent, à pugna se subducentes, fugæ præfidium sumunt. Hii autem, qui ex parte Ducis erant, illos instantiùs insequentes, civitatem cum eis ingressi sunt, atque hoc modo Beneventum in deditionem acceperunt. Urbe verò potira (5), Trojam Apuliæ urbem applicuere, quam absque pugna à civibus accipientes, oppida quæque adjacentia cum Gargano, atque Siponto in suum dominium vertunt.

## IN CAPUT CV. NOTÆ.

(1) Corruptus locus, quem sic Yanare sibi visus est Lauretus. Munitiones ab ipso accipiens, & assaultum cum suis militibus Pontificis nuntios invadit.

Assultum, An militare stipendium; *Il soldo*: hinc *solidatus*: hoc est solidatus. Olim Romani per ducentos annos propriis stipendiis militaverunt. Capto deinde Anxur (Tarracina) Senatusconsulto statutum, ut militare stipendium ex aere publico solveretur, dictique ii milites *Auctorati*.

(2) Non moratur Raynaldus, dummodo sibi Abbatiam conservet, modò Rogerio, modò Lothario fidem promittere, & alterutrius vexilla sequi. Verùm, dum geminis, ut ajunt,

E

Qua-

sellis sedere vult, utraque excluditur. Sapienter Plato, vel Hesiodus. Aliquando dimidium est plusquam totum.

(3) Unde fuerat exturbatus, supra cap. 97. nam Rogerio ab Anacleto Principatus collarus fuerat.

(4) Quidd auro illuminata, nunc quoque, ut audio, sic dicta.

(5) Hoc est adepta. *Potior* passivè usurpatum reperies apud Plautum in *Captivis*. *Potius hostium*, idest, *ab hostibus captus, captivus effectus*. Activè quoque in Amphitr. *Eum nunc pater potius servitutis*, hoc est, *servum facit*. Consulendus Sanctius, & Scioppius in *Minerva Sanctiana*.

*Qualiter Lotharius Imperator restituit omnia Monasterio Sancti Liberatoris de Magella, quicquid Sancto Benedicto in partibus illis oblata fuerant.*

CAPUT CVI.

**L**otharius interea Imperator eo tempore Ravennam egrediens, Umbriam, Æmiliam, Flaminiam, Picœnumque Provincias sub suo jure redegit, civitates obedientes sub Romani Imperii jura redegit, contradicentes ad solum usque postravit. Cùmque ad Monasterium Sancti Martini in Salinis pervenisset, Transmundus Præpositus Sancti Liberatoris illum adiens, eumque ex parte Casinensis congregationis efflagitans, quicquid Beato Benedicto in partibus illis ablatum fuerat, reddi præcepit. Inde verò castra movens supra Barum, quæ totius Apuliæ caput est, tentoria figit, & à civibus urbis susceptus, arcem, quam Rex Rogerius magnificè construxerat, oppugnare modis omnibus cœpit. Diu itaque illam vallo diversisque bellorum machinis oppugnans, plurimis ex utraque parte interemptis, tandem cum magno labore illam optinens, ad solum usque deduxit, universaque Apuliæ urbes sub Romani Imperii jura redegit, sicque peractis omnibus, Ducem ordinaturus apud Melphiam Apuliæ urbem perrexit, quò, dum venisset, exercitum dirigens, Salernum obsidere præcepit. His porrò diebus Bertulfus, & Johannes Casinensis Cœnobii Fratres proclamationem fecerunt supra Sipontinos ante eundem Imperatorem, qui silvam Monasterii, quæ sub ditione hospitalis sita erat (1), in suum dominium retorserant. Horum itaque Imperator precibus inclinatus, sigillum suum illis concessit (2), ex parte sua præcipiens; nisi Imperialem vellent incurere iram, ex tunc, & deinceps silvam illam sub Casinensi Monasterio quietam manere permetterent, mille bizanteorum pœnâ appositâ, si hoc remove templassent.

*Qualiter dictus Imperator, cum Richiza Imperatrice direxerunt Epistolam huic Monasterio, ut universali Ecclesiæ Dominus concederet pacem.*

CAPUT CVII.

**S**ed, ut ad id redeam, unde digressus sum. Tempore, quo idem Imperator transcensis Alpibus, intravit Ytaliam, Epistolam ad Casinensem Abbatem direxit, mandans, quòd ex antiquo Casinensis Ecclesia nomen religionis habuit, & semper sanctæ conversationis exemplum, & formam aliis præbuit, unde etiam consideret Fratrum orationibus apud

IN CAPUT CVI. NOTÆ.

(1) Jam enim cuique officinæ privatos redditus deputatos, supra vidimus. Extant apud Sanctum Germanum magnificæ ruinæ Hospitalis, à Bernardo Abbate erecti, sub titulo Sancti Placidi anno 1273.

(2) Regredere ad notata lib. 2. cap. 2.

IN CAPUT CVII. NOTÆ.

In editione Neapolitana præsens caput desideratur. Quædam ex eo in sequentem textum intulit Lauretus. Non examino. Lotharius fanè plures Epistolas scripsit ad Casinates: Richiza quoque Imperatrix, ut cap. sequenti notabimus.

**A** Deum hoc posse optineri, ut quietem universali reddat Ecclesiæ, & pacem suis concedat temporibus. Cùm ergo ex privilegio antiquæ religionis Casinensis Ecclesia specialiter, & singulariter ad Romanam dignitatem respicere deberet, commonere illos mandando, ut si timore alicujus coacti ab unitate Ecclesiæ exorbitassent, ad eum, quem tota Ecclesia patrem recognovit, redirent. Ipse enim in omnibus debitam tuitionem Casinensi Cœnobio exhibere cupiens, quam cognoverat Imperialibus dotatam oblationibus, mandaret, ut cùm partibus illis appropriasset, Abbas ad officium cappellanæ faciendum cum sapientioribus ex congregatione occurreret, ut de his, quæ ad tuendas res Monasterii expedirent, plenariè convenirent, Aliam autem direxit Fratribus, per quam mandavit, quòd si in ipsis non remansisset, in proposito suo esset, ut de honore Casinensis Ecclesiæ, secundum munificentiam Imperialem, cogitaret, attendentes dignitatem tantæ Ecclesiæ, & religionem, quæ præ cæteris actenus floruit, in eandem respicere, & manutenere Ecclesiam, sicut specialem, & singularem Camerae suæ domum, disposuisset; multum enim intentus esset, ut ad insigne honoris Imperialis, si Deus concessisset, memoriale suum apud Patrem Benedictum in perpetuum relinqueret. Rychiza quoque Imperatrix litteras eo tempore Fratribus direxit, per quas significavit, quòd, magnam fuisse ex antiquo Ecclesiæ Casinensis religionem, audisset, unde, memoriam sui haberi apud Casinensem Ecclesiam, rogaret, quatinus Fratrum optentu Deus pacem Ecclesiæ suæ in suis daret temporibus. Ipsa enim, in quantum posset, auxiliante Deo, pro salvandis rebus Casinensis Ecclesiæ, cogitaret, tantum Abbas tempestivè sibi cum sapientioribus Fratribus occurreret, ut de his, & de aliis plenariè convenire possent.

*Qualiter prædictus Imperator jussit ad se vocari Raynaldum hujus Monasterii Electum.*

CAPUT CVIII.

**S**enioresceto itaque vita decedente, Raynaldo, qui ei successit, Imperator litteras destinavit, mandans, quòd semper moris sui fuit manutenere, & amplecti eos, qui ad Romanum spectarent Imperium, nec eos unquam deserere, qui fiduciam in se posuissent. Unde procul dubio sciret, quòd Ecclesiæ Casinensis jus, quousque viveret, tueretur, nec alienæ potestati summitteret, quod sui juris esset, & quod ad Imperialem spectabat dignitatem. Quia verò in festo Apostolorum Petri, & Pauli curiam pro statuendo Duce apud Melphiam condixisset (1), omnesque Terræ Barones eò convocasset, mandaret, ut assumptis

IN CAPUT CVIII. NOTÆ.

(1) Curiam accipe Parlamentum, Comitium de publicis rebus. In his Comitibus constitutus est Dux Apuliæ Raynulfus, seu Reginulfus, infra cap. 124. Reginulfus Dux Apuliæ, qui ab eodem Imperatore ordinatus fuerat, & cap. 126. Reginulfus Dux Imperatoris, aliis Rayno, & Reginaldus. Baronius pag. 261. electum dicit ab Innocentio Pontifice. Certè concordii voto Cæsaris, & Pontificis ex Falcone ad annum 1137. & Peregrinio. Comes tunc erat Abellini, aliorumque locorum. Filius Comitum Roberti, qui ex Comite Raynolfo seniori natus erat, Germano fratre Richardi Primi, Capuæ Principis.



ptis secum sapientioribus Fratribus, omnibus postpositis, ad eum veniret, omniaque privilegia secum deferret, jus Ecclesie suae ostenturus, volens beneficiis suis hoc optinere, ut apud Casinensem Ecclesiam memoriale suum semper remaneret. Si ad festum præphatum venire posset, veniret, sin autem, quam citius posset, veniret. Aliam quoque sacram (2) Octoni Decano, & Fratribus direxit, notificans, quia nollet, quantum Deus permetteret, in aliquo terminum antecessorum suorum Imperatorum excedere, & jus Ecclesie Casinensis ad exemplum illorum in nullo minui pateretur, semper enim Casinensis Ecclesia in vigore sanctae religionis permanfit, omnibusque forma bonae conversationis fuit. Unde nosse illos vellet, quia Abbatem suum ad se venire fecisset, & pro consilio Principum ita Casinensis Ecclesie causam diffinire, ut nichil libertatis suae tempore suo amitteret. Sed cum Abbas ad eum adhuc ire distulisset, iterum aliam direxit Epistolam, per quam mandavit, quod praesentiam ipsius, cum Duce (3), expectasset, cum quo quia non venisset, mandaret, ut ad se veniret, audisse autem, quod homines Beati Benedicti in illius Syculi fidelitate manerent (4), & in castris adhuc Monasterii essent, placeret, ut illos caute removeret, ne impedimentum Ecclesie Casinensi per eos possit conferri. Electus vero Imperiali sacra compulsus, praeparatis omnibus, quae itineri erant necessaria, sumptis de congregatione aliquantis ex Fratribus, Petro quoque Casinensi Diacono, Cartulario, Bibliothecario, ac Scriniario, quem Lotharius Imperator nominatim vocaverat (5), non tamen absque titubatione, dum amici, & inimici non impunè ei provenire amicitias, quas cum inimicis Imperatoris habuisset, ob quam rem amici quidem desperabant: inimici verò, licet in prospectu contristarentur, in abscondito lætabantur, sperantes, meliora sibi, rerum mutatione, ventura, quod postea rei probavit eventus. Sed, cum in suspitione quosdam Fratres haberet, Monasterium, & castra ejus amicis, & propinquis suis commendavit. At ubi Legati Imperatoris legationis suae causam in conspectu omnium protulerunt, pars trepidare, quod in Regno, & sub potestate Regis Rogerii positi, nequaquam cum inimico illius pacem facere, vel ad eum ire debere censebant. Alia verò, quae & sanior videbatur ad Imperatorem ire, ejus in omnibus praecipis obedire, dicebant. Tandem Abbas co-

- (2) Et infra Imperiali sacra compulsus. Landulfus Sagax in Justino Secundo. Cum autem suscepisset Imperatoris sacram, osculatus est signaculum. Augustinus contra Donatistas. Illi multorum Imperatorum sacras: Nos sola portamus Evangelia: sacram per ellypsim, hoc est Epistolam sacram, sicut dicitur Sacra Majestas. Theodemar in calce Epistolae suae ad Karolum Magnum. Commendamus nos sacra vestra. Appellari etiam solebat Imperialis Epistola Divalis. Exempla verò harum Epistolarum Lotharii, ut etiam Richizae habemus in Regesto Petri num. 159. quae operae quidem pretium esset hic dare; sed aliud me avocant graviora. Fortassis ea dabimus post chronicum.
- (3) Id est, cum Henrico Bajoariae Duce, qui ad Imperatorem redierat sine Abbate.
- (4) Neque Comitibus illum titulo dignatur, quem jam exauctoraverat, Rogerium.
- (5) Tum ob familiae, ut puto, splendorem, tum maxime, quod Bibliothecarius esset Monasterii, ac proinde rerum, & privilegiorum nostrorum scientior; quae tunc nosse ayeat Lo-

ctus, in Nativitate Sancti Johannis Baptistae iter arripuit, ducens secum ex Casinensi congregatione hos, quorum nomina, vel numerum, ne oblivioni traderentur, supposuimus, Pandulfum Teanensem Episcopum, & Casinensis Coenobii Monachum, Maurum quoque Curopalatem palatii Imperatoris Constantinopolitani (6), Johannem Camerarium, & jam dictum Petrum Bibliothecarium, Amfredum Vestararium, Petrum Machaboeum, Petrum, & Hectorem Casinensis Coenobii Monachos (7), nec non Johannem civitatis Sancti Germani Archipresbyterum (8), aliosque nonnullos nobiles, sapientesque laicos de Terra Sancti Benedicti (9). Eo itaque die, quo civitatem Sancti Germani egressus est, Teanensem devenerunt ad urbem, ibique IV. diebus, aliquid novi de Imperatore praestolantes, mansere. Indeque progressi Capuam devenere, benignum; utpote in propria domo, in Monasterio Sancti Benedicti, quod in eadem situm est civitate hospitium se habituros fore arbitrantur. Verum, uti postea rei probavit eventus, omnino eos sua fefellit spes; nam Innocentius Papa Secundus litteras per omnia Casinensis Ecclesiae adjacentia Monasteria, ne suprascripto Electo, vel Fratribus obedirent, mandaverat. Ad quod cum pervenissent, pulsantibus illis Monasterii januam, Fratres egressi talia illis responsa dedere: Nequaquam, Domini, ausi sumus vobis aliquid contradicere, cum luce clarius constet, hoc Monasterium: Casinensis Ecclesiae, & vobis subditum semper fuisse: set quia jurejurando Apostolicis Nuntiis, ne vobis hospitium daremus, coacti promissimus, nobis egressis, quaeque vobis sunt de rebus Monasterii necessaria, tollite. His Electus auditis ad Sancti Vincentii Ecclesiam, quae in eadem civitate constructa est, suis abire praecipit, quò dum pervenissent, tametsi & ipsis, ne illos reciperent, esset interdictum: tam quia praereverecundia illos jam ingressos minimè eicere poterant, affluenter, de quibus abundabant, eis ferviere. Reliqua verò omnia, quae erant necessaria, abundanter Abbatissa Monasterii Sancti Johannis transmisit. Altera autem die coeptum iter arripientes, per furcas Caudinas (10) Beneventum applicuerunt, indeque moti, per Afrigentum (11), perque Roccam Gysoaldi, ad Castrum, cui Guardia Lombardorum nomen est, applicuerunt, ubi quondam Leo Papa Sanctissimus cum Normannis praeliaturus sanguinem minuerat, & per aliquot dies ibi requieverat. Nolentes

igi-

- tharius, ut ex ejus Epistolis apparet.
- (6) Denominatio est de praeterito, qui scilicet fuerat in eo munere antequam Monachum indueret; Ideoque, ut virum egregium, & experientia nobilem, in socium itineris Raynaldus adsciscit. Nisi velis titulum fuisse honorarium, ei ab Orientali Imperatore collatum.
- (7) Haec, & alia Lauretus, aut expunxit, aut suo loco submovit.
- (8) Quae prima est dignitas illius Ecclesiae Collegiatae Insignis. Cathedralis enim est Ecclesia Casinensis.
- (9) Multae olim nobiles familiae in Abbatia Casinensi, sed omnia fert aetas, & aufert.
- (10) Distant Benevento 12. mil. pas. Ubi Samnites sub jugum Romanos transire coegerunt. Nunc vocatur, *Lo stretto d'Arpaja*, nam Arpajavicus est proximus.
- (11) Olim *Aeculanum*, & *Eclanum*, cujus urbis, non autem Capuae, Episcopus fuit Julianus Pelagianus, contra quem scripsit Augustinus. Vide Peregrin. in sua Campania, ubi id ostendit, ex Prospero Aquitano.

igitur præ parvitate, & deformitate Castellum ingredi, foris in Monasterio Sancti Papæ Leonis diverterunt, ibique satis benigne, honorabiliterque, in quantum videri poterat, sunt recepti. Set quia humana fragilitas ad malum magis, quam ad bonum semper extenditur, illius loci homines supradictum Electum cum suis Fratribus Giliberto de Balbana, & Roberto de Murra, qui exercitui Rogerii Regis præerant, tradere conati sunt, tamen omnipotentis Dei dispositio, quæ multò aliter fieri disposuerat, consilium confudit eorum. Quædam namque Sanctimonialis in eadem Ecclesia commanens, cum consilii illius esset conscia, Petrum Casinensem Bibliothecarium ad se venire fecit, eique quæque ab illis erant consilio inventa, aperuit. Quo Petrus audito, Electo, cæterisque, quæ illi erant revelata, aperuit, castellumque, quod valde erat proximum, petendum admonuit. Quod Electus, & quidam ex Fratribus despicere, seque nullo modo eo die Monasterium egressuros, affirmaverunt. At præphatus Petrus periculosum sibi esse, si ibi nocte maneret perpendens, Anfredum Vestararium allocutus, ad castellum cum suis rebus festinare cœpit, nonnulli verò ex Monachis, quæ illi fecerant advertentes, & ipsi, relicto Electo, recessere. At ubi Electus omnes penè suos recessisse perspexit, ipse quoque ascensis equis cum reliquis ad castellum perrexit. Illucescente verò (12) castellum egressi, cœptum summo studio peragebant iter. Cum, vix tribus diei elapsis horis, militum multitudinem contra se per latus descendere montis, conspiciunt, subitoque metu turbati, & in fugam conversi sunt. At postquam milites omnem eos capiendi spem, illis fugientibus, perdidere, ad locum proprium, eos persequi desistentes, protinus sunt reversi. Monachi autem magis fugam, quam iter pacificum, accelerantes, per Cisternam, montemque viridem Aufidum transfretantes, primò ad civitatem Melphiam, deinde ad lacum Penfilem (13), ubi omnis Imperatoris exercitus cum Papa In-

A nocentio residebat, advenerunt. Set, cum Nuntii Papæ Innocentii extra castra ei obviantes dixissent, Pontificem iussisse, ut antequam castra intraret, discalciatis pedibus cum Fratribus, qui secum erant. Papæ satisfacere & pro obedientia, quam filio Petri Leonis exhibuerant, pœnitentiam recipere, & jurejurando firmare, ut quicquid Pontifex præciperet, implere morigeraret, & filium Petri Leonis cum suis refutans, anathematizaret. Raynaldus timore ductus, Cæsarem appellare, & de hac re cum Imperatore consiliaturum respondit (14), & sic Castra ingressus est. Post hæc cœpit in omnibus liberalitatem ostendere, & quosque venientes muneribus alligare, moxque antequam tentoria figerentur, missis nuntiis, suum Imperatori adventum notificare curavit. Tunc Imperator in ipso, ac Fratribus pro Beati Benedicti amore munificentiam ostendit, moxque misso à latere suo Henrico Duce Bajoariæ Genero suo, & Rodulfo, & Ottone Palatinis Comitibus, ut tentorium, quod juxta Papilionem Pontificis, ipsius iussu, fixum fuerat, removerent, illudque juxta suum tentorium figerent, mandavit, asserens, cum Casinensis Ecclesia per Carlomannum (15), & Pipinum specialis Camera sit Romani Imperii constituta, nequaquam justum esse, Cappellanos Imperatoris, Monachos scilicet Casinensis Ecclesiæ, ab Imperatore separari, set juxta eum suum tentorium figi debere, quod & factum est. Cæterum ubi Romanus Pontifex Casinensem Electum ab Imperatore susceptum esse cognovit, directis Cardinalibus, cœpit vehementer Imperatori instare, ut jurejurando filium Petri Leonis anathematizari à Casinensibus Monachis faceret, & per sacramentum fidelitatem, & obedientiam Papæ Innocentio, & ejus successoribus promitti faceret. conquerens, cur excommunicati, & à liminibus Ecclesiæ separati ab Imperatoria essent Majestate recepti, renuentibus Monachis, atque dicentibus. Dominum in Evangelio, & Patrem Benedictum in Regula præcepisse, ne jurarent (16), & se,

- (12) Lauretus addidit *Die*. At Livius, & Tullius absolute dixerunt *Cum jam diluisceret. Jam diluiscerat*, sic dicimus *Recta vivimus*, quis autem non subaudiat *via*? Frequens est hujusmodi Ellypsis.
- (13) *Lago Pesole*, nunc vocatur, ut audio, ex eoque Bradanus alterque fluvius prodeunt.
- (14) Cæsarem appellavit & Paulus; sed juridicè, non sic Rainaldus. *Timor perversus officii est Magister*.
- (15) *Lege Carolum Magnum*. Sic etiam cap. III. *Quid respondebit Carolomannus pius Imperator Augustus? nonne tibi dicet Imperium me deposuisse*, & ibi infra, illum appellat Pipini fratrem, & Casini tumultum, quæ vera sunt de Carolomanno; nisi quoddam hic non fuit Imperator, ergo confundit alterum cum altero, vel error Petri, vel impostura Librarii.
- (16) Henricus Imperator in *Legg. Langob.* lib. 2. tit. 48. l. 11. *Ut nec Episcopi, nec Clerici, nec Abbas, nec Monachus in quacumque controversia, sive criminali, sive civili, jusjurandum, qualibet ratione compellatur subire*. Canones etiam Clericos, & Monachos à juramenti necessitate immunes faciunt. Plutarch. in quæstionibus Romanis, quærens, *Cur Flamini Diali non liceat jurare? An quia, inquit, tormentum est liberorum jusjurandum. Sacerdotis autem & animam, & corpus oportet esse torturæ expers*. Alludit ad illud, quoddam sicut servis loco jusjurandi tormenta: ita liberis loco torturæ esse jusjurandum solet. Hoc tamen procedit regulariter, & de lege ordinaria, secundum quam accipiendus

D est textus 2. quæst. 5. cap. 3 *Nos Sacramentum Episcopis nescimus oblatum, nec unquam fieri debet*. Nam, urgente necessitate, vel honesta ratione suadente, & Episcopi, & Monachi jurare possunt, & debent. Unde D. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 10. citans cap. *Si quis Presbyter* 2. quæst. 5. docet, quoddam, licet *Sacerdotes ex levi causa jurare non debent: tamen, pro aliqua necessitate, vel magna utilitate, licitum est eis jurare, & præcipue pro spiritualibus negotiis*. Frigida igitur, & insufficienti jure visa est Casinensium excusatio, quoddam ex Evangelio, & ex Regula, eis jurare fas non esset. Et si enim, neque Evangelium, neque Regula excipiat casum necessitatis: sed simpliciter, & absolute dicat Christus. *Ego autem dico vobis non jurare omnino*: Exceptiones nihilominus necessitatis, magnæque utilitatis subintelliguntur, quantumvis universalibus verbis præceptum proponatur. Nequit enim. Præceptum naturale includere casus, quos natura ipsa non comprehendit. Apostoli profectò est illud. *Coloi. 3. Filii obedite parentibus per omnia. Servi obedite per omnia Domino*. An verò obedire debent in his etiam, quæ juri naturali, gentium, & civili adversantur? & tamen *Per omnia* dixit Apostolus. Cæterum hujusmodi exceptiones tacite involvuntur in præcepto. Taciti autem, & expressi idem est Judicium.

E Quamobrem suspicor, non his rationibus remoratos Casinates; ne juramentum Pontifici præstarent; sed, ne Imperatori præienti, & pro eis munificentissimè agenti, præjudicium infer-

se, ac priores suos nunquam jurandi consuetudinem habuisse, fidelitatem verò, neque Papæ, neque alicui se esse facturos, quippe cum sibimet ipsi fideles esse non possent, faciendo illa, quæ Deus per Beatum Benedictum vetuit, & dimittendo, quæ observare præcepit, sicque eo die ab Imperatore discessum est. Alio verò die Pontifex per Aymericum Cancellarium (17), & Gerardum (18), ac Guidonem (19) Cardinales direxit, ut, aut à Monachis Casinensibus filium Petri Leo-

ferre viderentur. Cæsar enim sibi tantam, & Imperio fidelitatem à Casinensi Cœnobio, utpote Camera Imperiali, deberi, fortè existimabat, quod quidem indicari videtur infra cap. 112. ibi. *Sciat igitur Dominus Apostolicus, &c.* Et cap. 124. Vide etiam Diploma originale Lotharii in nostro Archivo.

- (17) Cardinalem Sanctæ Mariæ novæ creatum à Calixto Secundo.  
 (18) Creatum ab Honorio Secundo anno 1125. deinde Pontificem Lucium Secundum.  
 (19) Ab eodem Honorio anno 1120. purpura donatum, qui evasit in Cælestinum Secundum, unde Petrus noster infra. *Qui ambo postea Romanam rexere Ecclesiam.*  
 (20) Mediatoris, & Caduceatoris officium implere satagit, quod notandum ob sequentia.

(21) EXCURSUS HISTORICO-JURIDICUS.

*Quid de præsentibus, & sequentibus narrationibus sentiendum?*

Ventum jam est ad locum imprimis ancipitem, & plenum alex, in quo mihi, non tantum cum Laureto, negotium erit, verum etiam cum viro historicæ Republicæ maximo Dictatore Baronio. Uterque siquidem hujus Capitis, & sequentium, universam ferè narrationem, tanquam spuriam, atque confictam proscribunt, respuunt, execrantur. In quo discrimine subeundo, liteque contestanda, profiteor primum coram Deo, nullo me partium studio præoccupatum, ad causam accedere: sed veritatis, vel asserendæ, vel vindicandæ desiderio, cujus luce menti hominis nihil dulcius, ut dicebat Cicero nomen, & manes doctissimi Polyhistoris summis veneror. Ejus mihi iudicium gravissimum sentio, & penè ineluctabilem auctoritatem. Non absterrebit nos tamen rei difficultas, quominus veritatis Numini constanter litemus, cui se Baronius ipse addictissimum profiteretur. Age, igitur experiamur, an Baronio satisfacere non infelicitè nobis succedat? quod si minus eveniat; nihilsecius. *Magna feram tacitus solatia mortis ad umbras, A tanto cecidisse Viro.* Ovid. 5. Metamorph. *Quis enim nollis ab illo ense mori?* Lucan. Ergo Baronius tom. 12. anno 1138. instituto sermone de Petro Diacono, hujus Chronici altero Auctore, sic subnectit.

„ Cujus acta de disputatione Cardinalium,  
 „ cum ipso Petro coram Lothario Imperatore,  
 „ ab aliquo, pro arbitrio, concinnata, cum  
 „ multipliciter arguantur falsitatis, indigna  
 „ putamus, quæ Annalibus intexantur. Ita  
 „ Deus mentienti resistit: ut quamvis vaser,  
 „ & callidus sit, qui orditur telam mendacii,  
 „ ejus obscuret, veluti fascino, intellectum,  
 „ ut videre non sinat, quæ aliis sunt perspicua,  
 „ ut sic inde possit redargui falsitatis: Re-  
 „ censentur ipsa in quarto libro Chronici Casinensis,  
 „ quem Petrus posuit appendicem ad Leonem Ostiensem. Est autem illorum exordium  
 „ ejusmodi. In nomine Domini & Salvatoris nostri  
 „ Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus millesimo  
 „ centesimo trigésimo octavo, Indictione prima,  
 „ septimo Idus Julii. Anno Imperii Domini Lotharii  
 „ Cæsaris septimo, residente eodem invictissimo Principe  
 „ ad Aquas Pensis. Ibi verò (Censura est Baronii)  
 „ contigit adesse Imperatorem, non hoc anno, sed  
 „ superiori, quod descendit cum exercitu in Apuliam;  
 „ quomodo ergo à Petro præsens annus, & anni præsentis

A nis anathematizari faceret, aut ab illis, sicut ab excommunicatis abstineret. Clementissimus autem Imperator, & Religiosissimus, cum nec Antistitem irasci, nec Casinensem Ecclesiam deici vellet, blandè eos allocutus (20), ad Apostolicum remisit, dicens, uti Apostolicus, directis disceptatoribus, ante Imperatoriam Majestatem, utrum excommunicati essent, quos receperat, nec ne, diffiniretur, diem statuendum esse dicens, quo utraque pars in Consistorio conveniret (21).

Duo-

„ indictio ponitur, & certa dies consignatur  
 „ mensis Julii ejus anni, quo nec Imperator,  
 „ nec Pontifex fuere ad Aquas Pensis, sed  
 „ Romæ eo tempore degeret Innocentius, &  
 „ Imperator Lotharius jam ab Urbe recessisset  
 „ versus Galliam Cisalpinam? Præterea quis  
 „ nam ibi ponitur Robertus Abbas Claravallensis  
 „ interfuisse unà cum Cardinalibus publice  
 „ disputationi: cum non alius, quàm Sanctus  
 „ Bernardus fuerit hoc tempore Abbas Claravallensis?  
 „ Insuper, quomodo passurus fuisset Innocentius,  
 „ Lotharium Imperatorem præfuisse judicem  
 „ inter Cardinales, & Monachos Casinenses;  
 „ qui, ut vidimus, maxime indigno animo tulit,  
 „ eundem audisse causam Monachorum,  
 „ inter se dissidentium? Hæc sunt, & alia,  
 „ quæ arguant, eadem illius affixa acta esse  
 „ penitus commentitia, sicut sunt magni dedecoris  
 „ Schismaticorum Monachorum illorum, qui  
 „ contra Romanam Ecclesiam eo modo differere  
 „ tanta proposita proponuntur. Sic igitur acta  
 „ illa non anno Christi consignanda erant  
 „ trigésimo octavo post millesimum centesimum,  
 „ sed trigésimo septimo: non indictione prima,  
 „ sed decima quinta: non anno septimo Lotharii  
 „ Imperatoris: sed quinto, & in aliis castiganda,  
 „ ut diximus. Hucusque Baronius.

Duo itaque sua isthac censura contendit Vir Summus. Alterum, Acta hæc, non à Petro Diacono scripta fuisse: sed ab aliquo concinnata, & affixa. Alterum, falsa ea esse, atque conficta. Quoniam verò de primo, cum Laureto, qui idipsum ex professo sibi probandum assumpsit, infra disceptandum nobis manet; Nunc de secundo cum Baronio differamus; & quidem in simplicitate sermonis: Rationes enim ad persuadendam, ut arma ad pugnandum, nuditatem amant.

Porro cuicumque altercatio hæc, de qua loquimur, inscribatur, si quicquam procacius, impudentiusque ille protulerit; non modò non probamus, neque ruemur; quin indignantes execramur, stomachamurque; ut qui supremo sacrorum Antistiti, Christi Vicario, summam reverentiam, cultum, summisionem deberi, & sentimus rectè, & constantissimè, usque ad sanguinem, profiteamur. Amplius, si Petro (vel quicumque ille fuerit) pro se, suisque Casinatibus agenti, quædam, non sine Philautia, & ostentatione, excidisse, quispiam criminabitur; non recriminabor. Agnosco Petri indolem. Parcendum tamen quadantenus muneri, quod gerebat. Disceptatoris enim, & Patroni partes delegate illi fuerant, à suis, in causa communi. Sancti Oratori, & Patrono, in arena constituto, pleraque permittuntur; quæ non ei permitterentur extra aciem, & confictum. Condonandum quoque quidpiam ætati: vix enim vigésimum octavum annum tunc Petrus excesserat. Cuncta demum, incunctanterque concedam, dum unum hoc mihi negare posse permittatur, Petrum per vafriciem, atque calliditatem, scientem, volentemque fuisse mentitum. Altercationem hæc absit, ut legitimam, & non in multis reprehendam, agnoscamus. Unum illud, nec protervè, contendimus, non fuisse confictam.

Et mihi, quidem, vetustum Codicem, in quo hæc Acta continentur, attentè, curiosè, & critica quadam severitate, sæpè sæpius revolventi, quilibet citius in mentem (ita me Deus adjuvet) venit, quam imposturæ, Strophæ, malæque fraudis ulla suspicio. Scribebat Petrus (Petrus, inquam, idque pro nunc sup-

suppono, infra ostendendum) non, quæ clanculum, & in angulo gesta fuerant: sed quibus Christianæ Reipublicæ supremi Hierarchæ, & utriusque Hierarchiæ aula, frequentissimo conventu, interfuerant; Notariis hinc inde quæcunque dicta essent, in Acta referentibus, quas Notariorum schedulas utinam haberemus! Petrum verò, quamquam non eximie doctrinæ mystam, è sordibus tamen minimè venientem; sed imaginibus clarum, religione consecratum, & historicæ laudis studiosum, usque ad eò effrontem, impudentemque fuisse, ut agyrtarum imposturas, & proterva mendacia pro veris historiis venditare non erubuerit: vel eò amentis hic devenisse, ut, quam tota præcedenti narratione meruerat, historicam fidem, & laudem, unico tandem jactu prodigere in animum induxerit, & nullo suæ ignominie sænore deturpare; nec pueri credent, qui nondum ære lavantur.

Petrum certè, Baronius ipse integræ fidei Auctorem appellat tom. 12. pag. 7. Nam, quòd eundem interdum mendacissimum quoque pronunciet alibi, ego sanè non intelligo. Bonum ex integra causa, inquit Dionysius 4. cap. de divin. Nomin. malum ex unico defectu. Qua ergo ratione Petri fides Baronio integra fuerit, quæ aliquando manca? An, eundem, & integrum, ac fidelem, cum libet; & cum non libet, mendacissimum appellare, nulla vetat Religio, nulla quaeritur Dialectica?

Auctor ergo noster seriatim, distinctè, minutim singulorum dierum Acta, eorumque circumstantias, quamvis fortuitò incidentes, commemorat; ut rebus interesse, cum legimus, videamur. Nil præterea tacet eorum, quæ clientum, sociorumque causæ officere quoquomodo possunt; & quæ tacere impunè potuisset, si historiæ veritatem floccifacere, græcâ licentiâ, adamasset. Notariorum enim Acta, utpote, quæ in Archivis recondenda forent, poterat non timere.

Posteros verò Casinates aut illorum quemquam, tantæ calliditatis, atque versutiæ, in concinnandis peritè fabulis, extitisse; ut, non ineptè coherentem mendaciorum telam, & ordiri, & texere prævaluerint, quin multò se pluribus, iisque inextricabilibus, nodis implicuerint, quam, qui à Baronio notati sunt, omnem excedere fidem æquis rerum æstimatoribus videri queat. Et si enim Baronius, tribus objectis difficultatibus, addat. *Hæc, & alia*; cum tamen alia proponere omiserit; respondendi pariter onus nobis dimisisse censendus est. Hæc nos generatim. Modò singula expendamus, quæ Vir Summus opponit.

Primum criminatur errorem Anni, & subinde Indictionis. Atqui malè actum foret de historicorum fide, si ejusmodi leviora errata cæterorum veritatem infuscarent, ac deterrerent.

Ulterius. Codex noster, manu exaratus, unde hæc sumpta sunt, non legit anno septimo Imperii Lotharii, ut perperam editio Veneta, quæ fucum fecit Baronio: sed anno sexto, qui signat Christi trigessimum octavum, ut supra.

Denique Lotharius cap. 112. quaeritur, per annum jam, & dimidium se in Castris moratum post ingressum in Italiam, ergo, quæ gesta narrantur ad aquas Penfiles, ad finem hujus Italicæ expeditionis spectare videntur, nempe ad Lotharii ex Italia, quem matura-bat, discessum.

Opponit secundo Baronius, Claravallensem Abbatem ab Auctore nostro vocari Robertum, cum certè Bernardus vocaretur. *Misto*, quòd Autographum nostrum non habet *Robertum*, sed *Nortbertum*. Veniabilis error est; siquidem primi Auctoris error. Bernardus, & Nortbertus, literis permutatis, parum discrepant, supra lib. 1. cap. 10. *Zacbaris*, qui & *Chazarus*, sic *Ludovicus*, qui & *Clodoveus*, & *Luidinus*. Binomines quoque reperiuntur fuisse *Adalgisus* Desiderii filius, nam & *Theodoris*. *Asprandus*, qui & *Bernardus*; *Radelchis*, alias *Adalgisus*. *Ratchis*, & *Rachisus*. *Ermingarda* Carolomanni uxor, aliis *Berta*.

*Austrius*, & *Atto*, apud Coirum, & *The-saurum*, idem. *Ricciarda*, Caroli Crassi conjux, aliis *Ricbildes*, & *Lotbarius* noster *Linterius*, ejus uxor *Ricbia*, *Riget*; apud Baronium, olim *Ipbigenia*, *Ipbianassa*. Quid, si Bernardus Petro dignitatis nomine magis, quam propria nomenclatura, notus erat? Cumque eodem tempore Nortbertus Præmonstratensis clarus incederet per ora Virum, unius nomen alteri Petrus imposuerit. Non alium sanè, quam Claravallensem Abbatem, illum appellat, quod verum erat. Demum, admittit, sive Petri, sive amanuensis oscitantia, an tota proinde narratio, ob unius errorem nominis, pessum ibit? Gregorius (ut pleraque alia præteream) in Epistola ad Joannem Syraculanum lib. 7. Epist. 63. Constantinopolitanum Episcopum, tunc utique viventem, appellat Eusebium: & tamen, ex computo Bellarmini, Cyriacus vocabatur, qui illi Ecclesiæ tunc præerat; Fortè Gregorio ex Prælatura potiùs, quam ex nomine innotuit; nisi mendum fuerit in typis. In historia Societatis Jesu, Inquisitor quidam Parisiensis appellatur *Matthæus Orius*; & tamen ejus in officio successor illum nominat Valentinum Lievinium, ea autem historia non seculis post initia Societatis conscripta fuerat. Vide Bartolum in vita Sancti Ignatii pap. 219.

Quin, si ab aliquo pro arbitrio, ut criminatur Baronius, hæc altercatio concinnata, & conficta fuerit, difficilior fuisset illum errare; non enim memoriæ fidisset, sed cœvos consulisset Auctores, ut ab istiusmodi erroribus præcaveret; cum præsertim vaser, & callidus à Baronio agnoscat: ergo ante omnia Claravallensis Abbatis, de quo scripturus erat, nomen curiosè investigasset. Ita enim natura comparatum est, ut cautius incedat dolosus, quam, qui bona fide procedit. His itaque levioribus dimissis, aut, si malueris, admittis, cum Achille Baronii manus jam conferamus. *Quomodo enim passurus fuisset Innocentius, Lotbarium præsidere judicem inter Cardinales, & Monachos, qui maxime indigno animo tulit, eundem audisse causam Monachorum inter se dissidentium.*

Atqui ego primum quaero, quo Auctore Baronius asserit, Innocentium indigno tulisse animo Imperatoris in eo judicio præsentiam? Non alio certè, quam Auctore hujus disceptationis. Hic autem Baronio confictor, & falsus. Cur ergo in altero illi fidem habet, in altero rogat? An verò una & eadem pharetra spicula ipsi ministrat valida, & acuta, quibus nos confodiat: nobis verò obtusa, & arundinea? Imò, quòd simplici narratione utrunque prodiderit, argumentum est veritatis in utroque. Licet autem Baronius priùs referat indignationem Pontificis, fuit tamen posterior in his Actis, ut ex contextu, sed hæc transeamus.

Deinde, non, quid Petrus verbis interpretando dicat; sed quid Lotharius, eodem Petro narrante, agat, ponderandum venit, & inde judicandum. Scribit quidem Petrus, indictum ab Imperatore judicium, conditum certaminis diem, postulatos, delegatosque disceptatores, partiumque patronos, justos Tabelliones in acta referre quæcunque hinc inde producerentur: quæ sanè judicalem formulam præ se ferunt. At Petrum relato-rem agnosco, Canonistam non agnosco; qui legalium terminorum vim noverit, & ex Cathedra protulerit. Si enim rerum seriem penitus inspiciamus, non obcurè apparebit, Lotharium Actis illis præfuisse, non, ut Judicem ageret, sed, ut Advocati, Mediatoris, & Intercessoris partes obiret, & Clientes suos Casinates Innocentio reconciliaret. Nil ipse diffinit. Nil pro tribunali ipse pronuntiat: sed tantùm singulorum dierum Acta ad Pontificem referenda dimittit, ejusque sententiam, precibus interim minimè parcens, avidissimè præstolatur. Percurramus amabo Actorum seriem.

Primæ diei confessum sic terminatum accipimus. *Sit ergo hodierni diei* (verba sunt Lotharii) *suavia confesso, reputantque quippe suspitia propria, Cardinales quidem ad Dominum Papam nostra representent rogata; &*



ut. *macum Casinensem foveat Ecclesiam nostram vice preceatur*, cap. 109.

Secundæ diei sic. *Unde roganda est ad huc Domini Apostolici pietas, ut nobiscum, qua contra nos gessere dimittat*. cap. 110.

Tertiam discussionem Girardus Cardinalis his verbis concludit. *Nequaquam, Invidissime Imperator, vestra indignetur mansuetudo, verum, si in his vobis aliquid displicet, ad eum (Innocentium) referatur*, cap. 112.

Prædixerat enim Lotharius. *Valde miramur, cur nostri nil facere rogatu voluerit, cum nos pro ejus amore, jam per annum & dimidium in papilionibus commorati cum Romano exercitu pecuniam in ipsius obsequium converterimus*. ibid. Ulterius cap. 113. *Et hæc (inquit Imperator) est petitionis meæ summa, quam à Domino Apostolico rogo, quatinus, qua usque ad præsens egerunt, eis remittatur. Nostra rogata iterum ad Dominum Papam referantur, quid jubeat post quartum audituri diem. Has quoque consiliis damus inducias, ut definitè, quid facturum sit, audiamus*.

Tandem cap. 115. *Primò per omnes Episcopos, secundò per Archiepiscopos, tertio per Patriarcham Aquilegensis, quartò per Abbates, sextò per Comites (præterit quintum) septimò per Marchiones, & Principes, octavo per Ricbizam Imperatricem, nonò per semetipsum Imperator Pontificem de eadem causa rogavit, & mox, rogo, ut censuram, qua illi plebendi sunt, in me retorqueatis*.

Et post hæc, & alia, quæ suis locis observabimus, dubium alicui superesse potest, quo munere in ea præsentia, fungatur Lotharius? At demum audiamus ipsum disertissimis verbis id profitentem cap. 111. *Nulli, inquit, videatur incongruum, quod faceremur: nec aliquo modo aliquis nos incusare velit, quòd quasi tueri Casinense Monasterium videmur. Evenit namque, cum vel mater filium, vel vir conjugem, vel genitor natum, iracundia concitatus ceciderit, ut aliquis, bonis ornatus moribus, medium se inter iratum Patrem, timentemque natum, ponat, &c.* Et cap. 115. *Totus in lacrymis resolutus, &c.* Tueri se dicit, & quasi tueri Casinates; non igitur Judicem agit. Quid enim ineptius Judicem agere, & se fateri Tutorem, & advocatum alterius partis? An non tota statim judicialis auctoritas suspecta, & exceptioni, ac nullitati evadit obnoxia? An verò ignorare hoc potuit peritissimus Princeps jam centenarius? sed, quidquid de his fuerit, videamus tandem unde sententia, & ex quo tribunali pronuncietur. *Nos (inquit, non Lotharius, sed Innocentius) lenitate, & clementia usi, pro vobis (Lothario) cuncta, qua deliquerunt, dimittimus: ita tamen, &c.* cap. 121.

Capite etiam 111. excusat Lotharius, quòd non ad injuriam, sed ad honorem ipsius Pontificis egisset, quòd egerat in alia causa. Ita ergo interpretari illum licet, in præsentia, in qua Tutorem se agere, & mediatorem disertissimè declarat.

At dices, cur ergo Innocentius non, saltem, inducitur conquestus de hac prima Lotharii præsentia, sicut inducitur in secunda? Ego verò repono. Cur idem Innocentius permisit, ut coram Rogerio, Salerni degente, disceptaretur de schismate inter Innocentium, & Anacleum, disceptatoribus ex parte Innocentii Bernardo Claravallensi, ex parte verò Anacleti Petro Pisano? Rem narrat Antoninus, cum aliis. Ad Rogerium-ne spectabat hujusmodi ferre judicium? An id nesciebat sapientissimus Bernardus? Ut ergo permisit Innocentius, Ecclesiasticam causam coram Rogerio, ad ejus informationem discuti, non tamen à Rogerio diffiniri: ita permisit credendus est, ut de reatu Casinensium veritas Lothario per discussionem pateret, cum præsertim ageretur de re, in qua Innocentius esset quidem legitimus iudex, verum etiam offensus: In causa verò Monachorum inter se dissidentium, & Innocentius iudicis tantum partes habebat, & Lotharius plusquam Advocati officium assumpsisse videbatur. Præterea in prima hac

disceptatione Lotharius, non clientum tantum suorum partes tuebatur; sed etiam proprias, sua quippe intererat, ritè instrui de facti sui veritate; An excommunicatos recepisset, quòd illi objiciebatur: ideoque in sui præsentia hoc discuti voluit, à Pontifice tamen diffinendum: & ut Imperialis præsentia Majestatis clientes suos foveret, omnemque ab eo conflictu acrimoniam, rixam, vel querelam arceret; quòd nihilominus fervore animorum, non semel accidit, & pluries accidisset. Quibus quidem rationibus alii Imperatores Concilii adesse voluerunt, ut cap. 109. Nil ergo mirandum, sine querela ab Innocentio permissum primum, non admissum secundum, de quo Lotharius Pontificem non præoccupaverat, sicut in primo.

Ex his, quæ hæcenus allata sunt, non erit, opinor, conandum, ut Lotharii, ex Petro, verba in æquum sensum trahamus; ubi in præsentia capite, Imperator dixisse narratur, *Uti Apostolicus, directis disceptatoribus ante Imperatoriam Majestatem, utrum excommunicati essent, quos receperat, nec no, diffineretur, & cap. sequenti. Facto silentio, Imperator dixit, Non solum præsentium, & temporalium, verum etiam futurarum, & æternarum in hoc conventu erit diffinitio rerum*. Quando quidem, ait quidem Cæsar, causam tunc, & in eo conventu diffinendam esse: à quo autem ipsa diffinitio expectari deberet, & dictis, & factis, quam sæpissimè demonstravit, omnia ad Pontificem referendo, preces tantum ipse per se, & per alios interponens. Sicut ergo idem Pontifex causam schismatis universalis coram Rogerio discuti permisit, ut per ea, quæ inter disceptandum adducerentur, veritas Rogerio probaretur; ita in causa Casinensium. Quamvis enim horum causa omnino spiritualis esset, & Ecclesiastica, spectare nihilominus ad Cæsarem poterat, disquirere, utrum Clientes ejus juris aliquo beneficio juvari possent, & subinde excusari ab excommunicationis reatu. Ideoque & tanquam advocatus, & tanquam reus iudicio interesse voluit, sententiam tamen à legitimo Iudice præstolaturus, quæ omnia ex contextu patent, & potuisset ipse quoque Innocentius illi Iudicio præsidere, quòd Innocentio competere nec Lotharius abnuvit: Verum cum, universa ad Pontificem reportarentur quotidie, visum fortè fuit à Pontificia majestate magis esse, conflictui non adesse, & tamen ex eis, quæ inde ad ipsum resultarent, Iudicium ferre, & sententiam promulgare.

Et porro de Casinensium reatu, utrum nimirum, tanquam excommunicati notorii, habendi essent, censuit Imperator dubitandum, ac per consequens non fuisse vitandos. Primum, quoniam, licet Innocentius in Concilio Pisano anathematizaverat Anacleti asseclas generaliter: non tamen Casinates nominatim. Quibus propterea integrum erat allegare, si quid haberent, quo se ab Anathemate tuerentur. Atqui, excipi ab ipsis potuit, quòd vi, & metu, cadente in viros constantes, Rogerio, & Anacleto exterius adhæssissent. Idque luculentissimè sanè probant ea, quæ cap. 98. de violentia, & sævitia Guarini Cancellarii, & Casolini Camerarii referuntur: eaque Lotharius ipse pro Casinatibus allegat cap. 118. cum ait, ideo id eos egisse, ut ad Imperatorem Casinensis Monasterii status incolumis perveniret. *Nam si non egissent, Ecclesia illa à nostris inimicis nunc subversa jaceret*. Guarinus quippe cuncta se devastatum minabatur, nisi Rogerium sequerentur; neque minabatur tantum, ut ex narratione liquet; sed *Incisurum se illis, clamitans, & labrum, & naves, & vestes illorum medias usque ad nates, tanquam alter Nicanor, verba blasphemias in Deum, & in Sanctos ejus proferebat*, cap. 100. ex quo pius senex Seniorectus, more contabescens, defunctus est. Quo metu neque Raynaldus electus exsolutus fuit. Quamquam ejus ambitum non excuso; & pusillanimitatem damno. Summi etiam Pontifices speciem quamdam subjectionis & pacem coluerunt cum Principibus Hæreticis Odoacro Theodorico, & successoribus Arianis, & PP. Conc.



Conc. Agathonensis publicè orant pro Alarico Rege Ariano, nec vetat Apostolus.

Ad hæc, licet sublato è vivis Anacleto, & eo etiam vivente, universa ferè Ecclesia Innocentium in verum Pontificem, execrato Anacleto, agnovisset, & recepisset; initio tamen illius scissionis dubia satis, & anceps res fuit. Uterque eodem die electus, & cum Innocentio faveret prioritas temporis, Anacleto favebat multitudo suffragiorum, neque Innocentium juvabant quatuor Cardinales, qui ab Anacleto ad ipsum postea transierunt: jam enim semel faventibus Anacleto, jus illi quæsitum fuerat, cui proinde eorum pœnitentia non derogabat. Populus verò Romanus, ejusque Principes, etsi priùs Innocentio acclamassent, Anacleto postmodum adhæserunt: quod literis Encyclicis per orbem divulgaverunt se fecisse *agnita veritatis obtentu*: quarum Epistolarum exempla ex nostro Codice Baronius transtulit in Annales. Innocentius anathemate plectebat Anacleto, nec sibi deerat Anacletus execrans Innocentium, spectator luctuosæ tragœdiæ Christianus orbis, studii, & credulitate scindebatur ingemiscens.

Re itaque in ancipiti sic existente, collecto Stampis (urbe inter Parisios, & Aureliam) generali Concilio, ut in communi decerneretur, quid reciperent, quid damnerent, Divus, magnusque Bernardus à Gallia Rege, & præcipuis Episcopis accersitus, *celebratoque priùs jejuniò* (loquitur Auctor vitæ) & precibus ad Deum fuis, cum de eodem verbo tractaturi Rex, & Episcopi cum Principibus confedisent; unum omnium consilium fuit, una sententia, ut negotium Dei, Dei famulo, Bernardo, imponeretur; & ex ore ejus tota causa penderet. Quod ille, timens licet, & tremens, monitis tamen virorum fidelium acquiescens, suscepit; & diligenter profecutus electionis ordinem, Electorum merita, vitam, & famam prioris Electi, aperuit os suum, & Spiritus Sanctus implevit illud. Unus ergo omnium ore locutus, suscipiendum ab omnibus Summum Pontificem Innocentium nominavit, & ratum esse, omnes pariter acclamarunt, & decantatis ex more laudibus Deo, obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentii omnes pariter subscripserunt. Hactenus Auctor vitæ, & ex eo Antoninus, addens, Henricum Anglorum Regem renuisse recipere Innocentium, ne Deum offenderet. Cui Divus Bernardus. *Quid times peccatum incurere, si obedias Innocentio? Cogita quomodo de aliis peccatis respondeas Deo. Istud mihi relinque. In me sit peccatum istud, ad quod verbum persuasus Rex acquievit.*

Lotharius etiam, ut Germania Innocentio pareret, effecerat, expeditioneque parata in Italiam illum deduxit, & in Petri Sede potenter collocavit. Ergo antequam, Bernardo Auctore, Gallia, & Anglia, & Lothario, totus ferè Christianus reliquus orbis Innocentium recepisset, res dubia erat, & anceps: ut propterea minimè fuerit mirandum, Casinates aliquos ab initio, Anacleti obedientiam legitimam existimasse; cum præsertim Rogerius, Regionis Princeps, & ipsa Regio sequeretur Anacleto.

Qua in re notandum, quod ponderat idem Antoninus 3. pat. tit. 22. cap. 2. §. 2. loquens de Schismate inter Urbanum Sextum, & Clementem vocatum in sua obedientia Septimum. *Multa, inquit, disputationes facta sunt circa istam materiam, multi libelli editi pro utriusque partis defensione, & tamen remansit res apud plurimos dubia: Nam, etsi necessarium sit credere, sicut unam esse Catholicam Ecclesiam, non plures: ita, & unum ejus Pastorem, Vicarium Christi; tamen, si contingit, plures per schisma creari, seu nominari Pontifices Summos, uno, & eodem tempore; non videtur saluti necessarium credere istum, vel illum, sed alterum eorum, scilicet, qui fuerit canonicè assumptus. Quis autem fuerit canonicè electus, non tenetur quis scire: sicut nec jus Canonicum; sed in hoc Populi sequi possunt majores suos, seu Prælatos. Alibi verò idem Antoninus loquens de Sancto Vincentio, sui Ordinis egre-*

Tom. IV.

A

B

C

D

E

gio splendore, sic habet. *Advertendum diligenter, quòd Sanctus iste Vincentius, etsi cursum suum penè consummaverat sub obedientia Benedicti Decimitertii, Avenione unà cum sua Curia residentis; & illum Italici, cum pluribus aliis nationibus Apostaticum, & Schismaticum arbitrarentur cum sequacibus suis: Urbanum, cum successoribus, in Urbe remanentibus, Apostolicum, verum Christi Vicarium, Petri successorem asserentes; in nullo hoc debet Sancti merita obumbrare, vel sanctitatem minuere. Est enim articulus fidei credere, & cætera, ut supra. Unde, qui erraverunt in eo, satis excusabit eos apud Deum ignorantia facti, & quasi invincibilis.*

Quid ni, ergo, excusari ab initio Casinates potuisse, arbitremur, ac debuisse, ob ignorantiam facti invincibilem, militantibus utrimque apparentibus rationibus. Nam utrimque Principes, & Populi; utrimque Episcopi, & Cardinales. Quin Romani favebant Anacleto. Simplex error non facit, nec hæreticum, nec schismaticum; sed error cum pertinacia, post agnitum Ecclesiæ indubitatum sensum. Nisi verò perplexa, intricata res nostra fuisset, ac dubia, quid opus fuisset ejus judicium committere Viro totius doctrinæ, & sanctitatis, Bernardo? qui nihilominus renuit subire onus; ac demum, nisi præmunitus jejuniis, orationibus, & matura rerum, & personarum ponderatione, sententiam minimè tulit. Non igitur indubitata, & in aperto res erat: sed, quæ Magni Viri, & à Deo edocti, sapientia, atque prudentia indigeret. In dubio autem licet, quod alias non liceret 13. quæst. 12. cap. non æstimemus. Vide etiam D. Thomam 2. 2. quæst. 39. & Card. Zabarellam tract. de Schismate: qui, etsi inter expurgandos censetur: non pauca tamen habet, Catholicè dicta ad nostrum institutum.

Præter hæc: Petrus Diaconus, cunctique Casinates obsequentissimos se ostendunt erga Apostolicam sedem in universa hac historia, quæ sexcentorum comprehendit annorum cursum: unde, cum postularentur de juramento præstando exemplo aliorum, non timent asserere, Ecclesiam Casinensem ad hoc cogi non debere, eo quòd nunquam hæresi polluta fuisset. Ac denique, licet Ramaldus sequeretur Anacleto, Monachi tamen quærebant illum è Monasterio exturbare: ut supra.

Sed expostulat iterum Baronius, aut pro Baronio quispiam. Admittamus gratis excusari ab initio potuisse Casinates, antequam Stampis Concilium cogereretur, & priusquam Romæ, auctore Lothario, Innocentius inthronizatus fuisset; qua denique juvabuntur exceptione, postquam totus ferè Christianus orbis Anacleto execraverat; & tamen schismate perleverant.

Mihi quidem illos excusare, & multò minus, tueri, propositum non est: quamvis enim dicere quis posset post exauctoratum Anacleto, perdurasse adhuc in Casinensibus vim, & metum Rogerii; intra cujus Regni ditionem est Monasterium; nullo tamen metu impediri eos debuisse profiteor, quin legitimo Pontifici obedientiam exhiberent. At non ideo illos, tanquam in re notoria criminosos, damnarem, inauditos. Quid? si allegarent doctrinam Baronii supra cap. 103. Cum enim Abbas signaretur Anacleti, simpliciores Monachi, bona fide Prelati sui opinionem, non utique destitutam apparentibus rationibus, sequi poterant, tanta conscientia. Quid? si dicerent, statuisse ipsum quoque Rainaldum cum cæteris Innocentio se submittere: expectare tamen voluisse Cæsaris in Italiam adventum (ad quem sanior Monachorum pars Nuncios jam destinaverat) ut eorum cum Pontifice reconciliationem decentius, & minori cum dispendio, procuraret, vindicatis ipsis à Rogerii tyrannide, à qua sibi, non phantasticè, timuisse, & præcedentia Seniorecti, & Rainaldi discrimina, & posteriora Guibaldi cap. 117. luculentissimè contestantur. Guibaldus enim Rogerii metu, sibi laqueum minitantis, fuga se subducere coactus est. Non ergo, illico damnandi, videri possunt Casinates; Verum-

C c c c

ita

ita se res habet. Omnes cum valemus, recta consilia egrotis damus: & extra conflictum nemo non se credit Achillem.

Hæc nos ad objecta Baronii in universum: nam infra, cum ad notulas redibimus, singulis locis argumenta retractabimus. Nunc noster ad Lauretum calamus convertatur. Qui, adductâ amplissimi Cardinalis de his actis censurâ, sic subdit propria Minerva.

Mibi certè, cum primum ea legi, fateor displicuisse. Cum autem iterum, ac de novo attentius perlegissem, & universa, qua in eis tractantur, maturius considerassem, manibus, pedibusque in sententiam consensu Cardinalis Baronii, judicavi quæ quopiam profusus indocto, & penitus otioso, pro animi arbitrio, seu potius absque arbitrio fuisse conficta, & concinnata. Et præter rationes, à Cardinali Baronio in eorum confutationem allatas, Ego, qui librum ipsum manuscriptum, in quo hujusmodi Acta continentur diligenter inspexi, addo sequentes. Videlicet characterem, chartam, & atramentum esse valde diversa ab his, quibus antecedentia ejusdem libri sunt scripta. Apparent enim multo recentiora, assuta, & adjecta superioribus. Imò, qui ea voluit precedentibus connectere, quadam erasit, quadam verò superscripsit, tum ex indice capitum, eidem libro quarto præfixorum; tum etiam ex fine; ut vel sic aliqua videretur esse connexio, & dependentia inter vera, & supposititia. Cæterum comprehensus est in astutia sua, cum universa, qua à nobis notata sunt, & animadversa facile pateant oculis intuentium; quemadmodum igitur Cardinalis Baronius indignum judicavit, & meritò, ejusmodi Acta suis intexere Annalibus; ita ego dignum omnino censui eadem ab hoc Casinensi Chronico penitus excludere. Quod Lector, veritatis amator, æqui bonique consulat, obsecro. Hæc Lauretus.

Ego verò, qua conscientia, quove pudore, hæc ab illo tam audacter, scripta fuerint, adhuc ignoro. Nullum quippe in Codice nostro vitium: nil erasum; nil additum; nil assutum; nil denique à cætero textu discrepans, & enorme, & ne oculorum, meæque mentis hebetudini diffusus, dubitarem, hæc asserere, prævit mihi, emunctissimæ naris, severissimique simul, & acutissimi judicii Censor Camillus Peregrinus, qui, Codice nostro sæpius, & attentissimè inspecto, huic veritati constans testimonium perhibuit in serie Abbatum Casinensium pagina 69. ubi loquens de sede Rainaldi Hetruriensis, de quo supra, secundum editiones Venetam, & Parisiensem, sic subdit. *Nec bis contraria habet editio Neapolitana, licet in multis extremo hoc loco, contra fidem scripti exemplaris, manca, qua plene exhibent priores editiones; illaque si cum Baronio Apocrypha judicabis, non Petro, sed ejus, ac universi Chronici sæpe dicto Censori adscribas, par est: nam, continenti textu, eademque manu, qua superiora, nec non posteriora, & quidem antiqua, exarata fuisse apparet. Sed in præfata etiam Neapolitana editione multa alia post hæc defunt, nulla censura à Baronio notata, nullumque, in scripto exemplari, asserta novitatis indicium præferentia. Possem sexcentos alios assertionis meæ testes advocare, ne me sibi imposuisse Lauretus conqueratur. Unus tamen pro mille sat esse poterit Excellentissimus Dux Turræ Ascanius Philamarinus, Eminentissimi Cardinalis Fratris filius, sui Ordinis decus, & Patriæ ornamentum singulare, cui, cum Autographum attentè inspiciendum exhiberem Neapoli ad Sancti Severini non potuit, pro eo, quo maxime pollet, judicii acumine, atque candore, Laureti imposturam non agnoscere, ac fateri.*

Verum isthæc missa nunc faciamus. Duo mihi probanda assumo, Alterum, hujus altercationis Auctorem non alium fuisse, quàm Petrum Diaconum. Alterum ab eodem ipso Laureto agnitum hoc fuisse, sed consultò dissimulatum.

Et ad probandum quidem primum, transeo genuinam Petri phrasim, quæ in his actis aperitissimè sese prodit. Transeo, quod nulla apud nos memoria, nullum extat indicium, ab alio quopiam hæc fuisse conscripta. Transeo, quod nemo, quantumvis vaser, & callidus, poris fuisset rerum seriem, aded distinctè, aded coherenter, verosimillimè, & absque offensione componere, qui rebus non interfuisset: maximè verò, si multò recentior ille fuerit. Unicum adducam testem, omni tamen exceptione majorem: & qui licet singularis, plenam faciet probationem. Quæ enim plenior probatio, quàm ipsius rei confessio? Petrus autem hujus se disceptationis Auctorem, non semel, neque obscuris verbis in hac historia profitetur, & in Prologo sanè hujus quarti libri, quam scripturam à suspicionibus liberam, non damnat Lauretus, recensens Petrus suæ fidei argumenta, in his Chronicis conscribendis, ex Registris, inquit, Pontificum, vel ex ore Seniore Abbatibus, vel propriis oculis vidi, vel nostrorum fidei narratione audivi. Dein subnequit.

Ea præterea, qua nuper ante hoc fere triennium sub Imperatore Lothario nostro evenerat Canobio, cum in ejus expeditione versaretur, ac pro hujus sacri Casinensis Canobii causis Imperiali Curia Apocryphius adbererem, ipsemet conspexi & universis fere rebus, & verbis interfui.

Et cap. 66. texens indicem operum suorum. In aula porrò Romani Imperii idem Petrus dum versaretur, Altercationem, qua facta est ante eundem Imperatorem, inter eum, & adversarium Casinensis Ecclesie composuit. Quod repetit in Codice 257.

Ex quibus licet colligere, hanc Altercationem exaratam primum fuisse à Petro in ipso rerum discrimine, solitariam, ac separatim, quemadmodum à notariis quoque notata fuit. Triennio verò post huic Chronico illam inferere Petrum statuisse, ut profiteretur in Prologo.

At in editione, inquit, Lauretana, non habemus, quæ modò allata sunt testimonia ex Prologo, & ex cap. 66. Memorem mones. Hæc enim altera est pars, quam probandum assumpseram. Sic ergo te appello Lauretus. Certè in autographo, manu exarato, à te viso, ac diligenter, ut ais, iterum, ac de novo, pellecto, præfata verba utrobique adhuc leguntur. Cur igitur desiderantur in editione tua? Non sum Vates: At suspicari licet. Displicuerunt initio tibi, ut ais, quæ hic à Petro narrantur, argumentisque, & auctoritate magni Baronii pressus, fortè tibi in mentem venit, negare hæc à Petro scripta fuisse. Cæterum, advertens, præcitata verba, quibus Petrus auctorem se hujus disceptationis, te ipso iudice, disertissimè profitetur, totam machinam evertere, mactæ audacia, maluisti clausulas offensionis tuæ de medio tollere, quàm agnitam veritatem prævalere. Hæccinè verò est fides, cui te oppigneraveras in hac historia recudenda Laurete; Hæc sunt hospitalia jura, quæ te Casinatibus obstringebant, qui te penè exulem, & extorrem in Civitatem peramanter susceperant? qui tuæ se fidei in his Chronicis ad suam germanam Lætionem reducendis, & evulgandis, commiserant?

An dices, non, dolo malo, violentas manus in Auctoris verba te injecisse, sed zelo bono Petrum à Baronii criminationibus vindicandi? Ego verò nil nostra interesse duco, Petrus ne potius, an è nostris quispiam alius à crimine subducatur, si crimem fuerit hæc Acta scripsisse; neque probandum zelum, qui à veritate detorqueat, Fides & Veracitas omnibus laudibus præferenda est ab Historico, maximè ab eo, qui aliena scripta procurat. Archetypum propterea integra fide, nobis propositum fuit exhibere. Addere quicquam vel demere, nefas duximus. Altiùs de aliorum judicio, humiliter de nostro sentimus. Ne, dum ulcera sanare præsumimus, insanabiles potius plagas inuramus. Nam quoddam curare tentavimus: ulcus tantum offendimus, & medicinam proposuimus. Si bene

Duodecimus ad talia peragenda dies statuitur, sicque, infectis negotiis, ad Papam reversi sunt. Illis autem egressis, ad se Imperator omnes, qui cum Electo venerant, Mo-

benè cedat, boni consulat Lector, si non cessit feliciter, peritoris Chirugi manum expectabunt. Si tandem de illorum sanitate desperandum demonstratur, & nos cum cætero choro cantabimus epicedium: non enim erubescimus veritatem, nec piget illam, quancunque cum opinionis nostræ iactura confiteri.

Modò iterum ad tuas rationes redeo. Jam dicebam, Nil in Autographo vitiatum, assutum de novo nihil. Universa Codicis compago æqualem præferret vetustatem. Nam, quod ais de atramento, contra te retorqueri potest. Non ea solùm, quibus hæc Altercatio continetur, atramenti aliqualem diversitatem ostendunt; sed præcedentia satis multa. Cur ergo imposturam in illis quoque, sicut in istis, non agnoscimus? Præterea, sic discuro. Pleraque profectò recipit Lauretus ex iis, quæ ante Altercationem in Codice leguntur: ergo recipere etiam debet quicquid ex illis infertur. Meminisse autem te puto Laurete, Lotharium scripsisse Rainaldo cap. 107. ut ad eum veniens, omnia Cœnobii Privilegia secum ferret, jus Ecclesiæ suæ ostensurus, Rainaldus verò diu cunctatus, ire ad Imperatorem distulit. Et hæc quidem admittis. Rogo, Cur Rainaldus renuebat? Ad quid Privilegia deferenda? nam deinceps in editione tua, nec Rainaldi ulla excusatio legitur, nec de Privilegiis ulla memoria; nec negotium, quod Pontificem & Cæsarem sollicitos fecerat, ex tuis receptis discussum insequentibus invenitur. Mancam ergo, & informem historiam, aut Petrus scripsit, aut Lauretus edidit. Non sic tamen Autographum, ubi Cæsar Casinates interrogat, an privilegia secum detulissent. Illa sibi relegi jubet; eorum rationibus instructus, Casinensium causam tuetur: per plures dies de causa disputatur: ad cuius finem paulatim Auctor procedit; ne curiosis, & necessariis notitiis nos fraudaret, & ut præmissæ in Prologo sponcioni suæ satisfaceret.

Demum sic arguo. Unde habuisti, Laurete, Depositionem Rainaldi, cap. 108. editionis tuæ? Unde Guibaldi electionem? cap. 109. Unde Guibaldi recessum? cap. 110. Quis Rainaldi secundi electionis tibi auctor fuit? cap. 111. Quis visionis Alberti? cap. 112. Unde habes, eandem Alberti visionem prostrare tunc depictam in absida Capituli? cap. ultimo. De quo intelligis illud? *Me accersiri fecit*: Utique non aliunde hæc hausisti, nisi ab Auctore integræ hujus disceptationis, quam nos edimus ex manuscripto. Et certè illud *Me accersiri fecit* ad Petrum ipsum ipse tu retulisti. Cur ergo omnia hæc tanquam legitima Petri dictata recepisti, rejectis aliis, ut spuris, & confictis à recentiori aliquo? Alberti visionem in exedra depictam cernere non potuit recentior, cum posterioribus annis Monasterium universum terræmotu corruerit. Quare illud *Me* ad Petrum referre in aliquibus licuit, in cæteris non licuit?

Num repones, Hæc fide digna erant, non cætera? Verùm de eorum dignitate æquius fuisset, & consultius non tuo tantum calculo diffinire. Alioqui, si liceret in antiquos Auctores pro arbitrato animadvertere, nil haberemus genuinum; nec, aut laudem, aut vituperationem pro merito illis rependere, integrum esset. Cassiani Collationem de Protectione Dei, Semipelagianæ hæresis fontem quis audeat à Cassiani editione rejicere? Quis in Tertulliano Montani deliramenta curavit? Arrii picem quis abstergit in Eusebio? Quis in Platone promiscuum uxorum usum, in Aristotele mundi æternitatem expungit? Sacriligas manus in Augustinum quis mittit, quòd Antipodas censuit fabulosos? Sola sacra eloquia irreprehensibilia sunt. In iis verò, quæ humana minerva sunt scripta, probanda

Tom IV.

A nachos præcepit introduci (22), qui dum ab Eunuchis Palatii (23) repræsentati Imperatori assisterent, requirere iussit, quod eis genus, quæ patria, qui honores, quæve nomina essent.

probemus, improbanda reprobare sit fas, at non profcindere, & derruncare. Scitè Menander.

*Omnes, corrigendo, sumus sapientes.*

*At ipsi, dum peccamus, nun agnoscimus.*

Et ego quidem incitiam meam planè agnosco, errores, si non agnosco, non aliis impono licenter. Nec diutiùs Lectoris patientiam fatigabo, quòd, si fusè nimis præcedentia profecuti videamur, non mihi, sed ei, qui falsi crimen nostris Auctoribus tentavit inurere, culpam impingat æquus censor.

B (22) Non autem ipsum Electum de quo infra, ut Pontifici morem gereret; qui iusserat à Casinensibus abstinere. Majus tamen dubium militabat contra Rainaldum, quam contra socios, an incurrissent Anathema?

Opponet aliquis, excommunicatos in dubio debere vitari. Nam Præsumptio est pro jure, & pro iudice, non pro Reo. cap. *Per tuas* extra de sent. excom.

C Primum, non omnes Casinates adhæserant Rainaldo in ejus electione cap. 104. Non omnes ejus defectioni ad Anacletum cap. præsentis. Ergo, qui nunc erant cum Rainaldo, quid impedit opinari, fuisse ex non pollutis? Utcunque sit, fatentur omnes Theologi, licere cuilibet participare cum excommunicato, ob illius spiritualem utilitatem. cap. *Responso*. Extra de sent. excom. Intentum autem Lotharii tunc erat, Casinates Innocentio reconciliare, quæ maxima ipsorum utilitas est spiritualis.

D (23) *Eunuchum* Lecti custodem, ex vi nominis, interpretantur Scaliger. exercit. 277. Martinus, Vossius, aliique Etymologi. Solebant autem apud Persas, Babilonios, & Ægyptios ad Cubilium, & Gynæceorum custodiam, evirati adhiberi, quòd essent de continentia fide minus suspecti, & ancillis expeditiores. Ideo omnibus castratis Eunuchi nomen est attributum, cum propriè, nomen sit officii. Nam Genesis 39. Putiphar, Eunuchus Pharaonis, uxorem habuisse dicitur, quæ castissimum Joseph sollicitavit. Eam verò Virginem fuisse, cum Fracastorio, opinari, plusquam ineptum videri possit, ad quem sensum reducendi sunt Auctores, qui Eunuchos, hoc est, Cubicularios conjugatos faciunt.

E Evirandi, castrandique mos Persarum inventum asseritur à Petronio in Satyrico, vel Semiramidis, ab Ammiano. Utramque verò opinionem junxit Claudianus primo in Eutropium, versu 320. Judæis verò lege vetitum: & apud Romanos olim pœna legis Corneliæ tenebantur, qui hominem evirassent. Domitianus, & Nerva Cæsares castrari mares interdixerunt. Constantinus, pœnâ etiã capitis propositâ. Leo Augustus Romanos nunquam, Barbaros alicubi secari permisit. Prævalente nihilominus luxu, antiquatum fuit quidquid illi edixerunt. Porro factitias istas feminas, & tertium hoc genus hominum, primariâ, apud veteres, eaque gravissima munera obivisse, obvium est. Tacitus lib. 6. Annal. *Es proximus bis Abdus, adempta virilitatis. Non despectum id apud Barbaros, ultroque potentiam habet.* Ubi potissimum respicit Persas. Nam apud illos, ut Auctor est Plinius lib. 13. cap. 4. regnare aliquando Spadones, quos *Bagoas*, vel *Bagoos* vocabant. Philetæus, qui Pergamenum Principatum condidit, Eunuchus fuit, ex Luciano in Macrobiis. Bagatba, & Thara Eunuchi janitores dicuntur Assueri Esther. 12. Vagao Eunuchus, Cubicularius Holophernis Judith. 12. Gazis, & thesauris Regiæ Candacis præfectus erat Eunuchus, baptizatus à Philippo Actor. 8. Daniele quoque Eunuchum fuisse arbitrantur Origenes, Josephus, Zonaras, & Metaphrastes, quamquam Hieronymus dubitat: Epiphanius negat. Hermolinus apud Xersem in maximo honore fuit: Bagoas apud Alexandrum,

Cccc 2

sent. Confessi igitur genus patriam, honores, nomina, utrum præcepta Imperatorum, Pontificumque Romanorum privilegia, ut ipse præceperat, detulissent, inquiritur, respondentibusque eis, se omnia, ut præceperat, detulisse, modò quæ animo versaret, ediceret, præcabantur. Ad hæc Cæsar. Quàm amabilis, quàm desiderabilis Casinensis Ecclesia nostris prædecessoribus invictissimis Imperatoribus fuerit, & magnifica in auro, & argento data munera, & præcepta liquidissimè ostendunt. Constat etiam Carlomanni sanctissimi, & invictissimi Imperatoris, & Romani Patricii (24), cujus vicem, tamen indigni accepimus, apud eandem Ecclesiam tumulatas esse Reliquias, ob cujus venerationem non solum nos, qui ejus vicem tenemus, verùm totus orbis Romanus, nobiles, & ignobiles, divites, & pauperes eundem locum honorare, exaltare, colere, & alijs omnino hujus Religionis locis præponere debent. Hos, & nos, in quantum possibile esset, sequi cupientes, hunc magnificis decreveramus donis honorare locum. Sed, quia Beatissimus Papa Innocentius hoc fieri prohibet, dicens, vos ab Ecclesia separatos, ut quosdam ex vobis contra Causidicos Apostolici disceptatores eligatis, præcipimus; nullo enim modo pati possumus, ut tantæ famæ locus, tantæque religionis, & tantæ dignitatis nostris temporibus annihilaretur, aut pereat. Electum autem vestrum nolumus huic interesse conveniri, quia non minus de eo, quàm de Monasterio agitur. Dixerat. Tunc Imperatore jubente, ad hospitium est regressum. At ubi, quæ Imperator retulerat, Monachi suo Electo representavere, consilio habito, Petrum Casinensem Diaconum, Bibliothecarium, Cartularium, Scriinarium disceptatorem, defensorumque suæ partis eligunt. Postquam verò dies est reddita terris, assunt Nuntii Imperatoris, qui præphato Electo, ut suos Monachos ad Imperatorem dirigeret, dixerunt. Advenientes itaque Fratres, ut mos est, præ-

drum: Narcissum Claudio Cæsari ab Epistolis, Pallantem à Rationibus, scimus, quos decreto quoque Senatus, non præmiis modò ingentibus; sed & Quæstoribus, Prætoribusque ornamentis augeri libenter passus est, teste Suetonio in Claudio.

Narses, qui Francos, Gothos, Totilamque devicit, non gracilis modò, & pusillus fuit, sed, quod maximè miserum, probrosamque hostibus videbatur, Eunuchus, de quo supra ad cap. 2. lib. 1.

Sacerdotes itidem variis in locis, non alii, quàm Eunuchi ex Athenæo lib. 7. Idemque de Atheniensium Hierophantis prodij Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum. De his Corippus lib. 3.

*Illis summa fides, & plena licentia sacris,  
Deservire locis; aut aurea fulcra parare:  
Regales mensas epulis onerare superbis:  
Conservare domum, sanctumque intrare cubile:  
Internas munire fores, vestesque parare.*

Martyrol. Romanum 29. Maji. Roma viâ Appiâ natalis Sanctorum Caloceri, & Parthenii Eunuchorum, quorum prior, cum esset propositus cubiculi uxoris Decii Imperatoris: alter verò alterius muneris primicerius, &c. Hoc ergo munere fungebatur Eunuchus iste Lotharii, admittens ad Dominum convenientes, ideoque vocatus alias servus admissionalis. Magister Cubiculi, Edituus, Ostiarius, Janitor, Custos, Excubator, Cubicularius, Cartularius. Græci, excisis virilibus, Eunuchum appellant Carfamatium. Epiphanius memorat sectam Eunuchorum, qui, ad capefendum cælorum regnum, necessarium putabant quenquam fieri Eunuchum. Perer. in-

foribus astitere, statimque nuntiantur Imperatori, moxque sunt ingredi jussi. Ingressis igitur illis, jubet Imperator nomina, genus, ac patriam eorum, qui disceptaturi erant, requiri. Offeritur Petrus Diaconus, natione Romanus, genere nobilis, divinis apprimè literis imbutus (25), dehinc Amfredus genere Anglus vir eloquentissimus (26), post generis, nominis, patriæ præsentationem, officia requiruntur singulorum. Expletis his, quem pro Casinensi Ecclesia responsum elegerat, requiritur. Offeritur itaque jam dictus Petrus Casinensis Diaconus, & cum omnes testimonium ei perhiberent, imperato, inquit, silentio, Cæsar, Fratre vestro, cui testimonium perhibetis, dimisso ad hospitia vestra redite, & cum dies factus fuerit, parati estote, ut, nostris visis Nuntiis, disceptaturi veniatis. Illis autem recedentibus, Petrum Diaconum Bertulfo Cancellario tradidit, quatinus, cum nocte Cæsar pro Tribunali resedisset, ei posset offerri. Noctem illam Imperator ferè totam duxit insomnem, jussitque ante se relegi omni gesta antecessorum suorum Imperatorum (27). Manè itaque factò, expletaque matutinali Synaxi, vivificisque celebratis mysteriis, Imperator Tribunal sibi in tentorio parari jussit, missisque Nuntiis, Casinenses vocari fecit, qui cum venissent, Imperatori præsentantur. Assunt & Cardinales ab Innocentio Papa directi, causidici quoque quamplurimi.

*Qualiter Petrus Diaconus cum quibusdam de Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ causidicus fuit pro Monasterio Casinensi in Consistorio Imperatoris.*

#### C A P U T C I X.

**I**N nomine Domini, & Salvatoris nostri Jesu Christi Anno Incarnationis ejus millesimo centesimo tricesimo octavo indictione prima (1), septimo Idus Julii, anno autem Imperii Domini Lotharii Cæsaris invictissimi Imperatoris Augusti sexto, residente eodem in-

Daniel. Vide Pignorium de servis, Vossium primo Rhetor. cap. 21. Joannem Filescum selectorum lib. 1. cap. 11.

(24) Carlomannum cum Carolo Magno confundit Lotharius, vel Librarius, ut jam notatum.

(25) Pro sua ætate, & seculo.

(26) Bonis avibus, toto diviso orbe, Britannos, Casinum appulisse, semper comperimus, Patrum nostrorum ævo inde habuimus Gregorium Sayrum, vitæ sanctimonia venerabilem, editis voluminibus clarum. Thomam Præstonum, doctissimum in primis Theologum, & pro tuenda Romana fide in patrio solo per annos quinquaginta constantissimum Athletam; cujus Theologicos commentarios, manu exaratos, vidimus. Augustinum, doctrina & rebus agendis insignem. Michaëlem præcedentibus non imparem. Bernardum nuper, præfati Thomæ consanguineum, magna sanctitatis opinione defunctum. Nunc verò ex proxima Anglis Iberniam, habemus Rachisium, quem, præter virtutum decora, severioris doctrinæ, amœniorisque literaturæ ampla suppellex exornat.

(27) Adhoc enim Monasterii privilegia adduci præceperat. Non excidit memoria Auctori totius disceptationis. Excidit Laureto, qui de his ultra non meminit.

#### IN CAPUT CIX. NOTÆ.

(1) Hoc reor initium fuisse Altercationis, separatim à Petro compilatæ, diaria commentatione, in aula Cæsaris, quam deinde huic chronico inferuit. Tabellionum formulis utitur: nam Tabelliones quoque eandem in Acta referebant.

invictissimo Imperatore ad aquas Penfiles, confedente etiam Peregrino Patriarcha Aquilegenfi, cum Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibusque quampluribus, caufidicus pro Romana Ecclesia directus est, Gerardus Cardinalis tituli Sanctæ Crucis, nec non & Guido Cardinalis, qui ambo postea Romanam rexerunt Ecclesiam (2), Aymericus Cancellarius, & Diaconus Cardinalis, Balduinus Presbyter Cardinalis, qui post Pisanorum Archiepiscopus factus est, & Norbertus Clarevallenfis Abbas (3), ac alii quamplures civitatis Romanæ nobiles. Ex parte Casinensis Ecclesiæ Auditores extiterunt Henricus Dux Bajoariæ Gener Imperatoris, Conradus Dux Sueviæ, qui postea Romani Imperii sceptrum suscepit; Otto de Burchisn Consobrinus Imperatoris, Fredericus Marchio Anconitanus, Malaspina Marchio Liguriæ, Henricus Episcopus Ratisponensis, Anno Episcopus Basiliensis, Anno Abbas Luneburgensis, Gualfridus Palatinus, Judex Romani Imperii. His itaque præsentibus, factus est conventus in prædicto loco, & facto silentio, Imperator dixit. Non solum præsentium & temporalium, verum etiam futurarum, & æternarum in hoc conventu erit diffinitio rerum. Constat enim Sanctos Patres, qui diversa diversis locis egere consilia, & dum in unum ex una re tractaturi convenissent diversa occasione unius dilucidasse. Sic & in hoc Romanæ, Casinensisque Ecclesiæ causa specialiter agatur, diversæ tamen, Deo auxiliante, hinc diffinientur quæstiones, sicque fit, ut causa unius sit salus omnium facta Ecclesiarum, per totum orbem terrarum constitutarum. Nos quoque vestigia prædecessorum nostrorum sequi cupientes, dignum duximus, huic interesse Concilio (4), iudicii que stateram nostro sensu ponderari (5): defensores autem utriusque disceptantium partis magnificos à nostro latere dedimus viros, qui violentiam alterutrage partis prohibeant: Invocantes igitur summi Tonantis virtutem, sedeant, quibus Romanæ non displicent leges, taciteque rerum expectent exitum, ne dum omnes confusè, vel dicunt, vel loquuntur, veritas annubiletur. His, & aliis quampluribus Augustus propheta, Conradus Dux Sueviæ, ab Imperatore defensor datus, inquit, Copia Imperialium dictorum me inopem dicendi factum fore cognosco, cum tam profundè, tam habundanter, tamque rationabiliter Imperialis sit propheta Magestas, ut non humano, set ex Divino processisse ore videantur. Ducibus tamen, Marchionibus, Comitibusque, defenso-

(2) Posteriora hæc verba, qui ambo, &c. à Petro hic adjecta fuisse, putandum est, postquam uterque ille regnaverat, ut hinc appareat, hæc acta, non paucis post annis chronico adscripta, ideoque atramenti aliqualem inæqualitatem præ se ferre, sed cum plerisque præcedentibus.

(3) Emenda Bernardus.

(4) Constantinum indigitat, qui Nicæno Concilio, Marcianum, qui Chalcedonensi adesse voluerunt.

(5) Privato nempe iudicio: &c., ut mediatorem, & Advocatum. De quo supra. Sic infra cap. 116. Idem Lotharius adest, & præest disputationi inter Græcum, & Petrum Diaconum, quæ maximè spiritualis erat; & ad fidem spectabat. Aliud enim est præesse Judicem, aliud interesse Principem. Ideoque quantumvis displiceret Pontifici, quod Lotharius pro Casinatibus ageret: de usurpato tamen iudicio non quaritur: Hoc ipso enim, quod Pa-

ribus mecum datis, visum est primo apparatu hodiernæ sessionis, quæ sint pro utraque parte disceptaturæ personæ pronuntiari, vel, si alicui permittitur disceptandi licentia; nisi his, quibus fuerit concessa potestas. Omnis enim, maximèque Divini conventus causæ, ordinatè, & rationabiliter fieri debent, quippe, cum nil perfectè diffiniri possit, ubi ordo loquendi non observatur. Placet omnibus, quod Dux dixerat (6), & quis pro utraque parte responderet, inquiritur, quive interpretes, quis etiam disputantibus locus concederetur. Eligitur Gerardus Cardinalis Tituli Sanctæ Crucis, qui pro Romana responderet Ecclesia, eligitur & Petrus Diaconus suorum probatus testimonio Fratrum. Interpretes (7) autem dati sunt Bertulfus Imperatoris Cancellarius, Amfredus Vestarius, & Bertulfus Mansionarius, traditur autem Gerardo Cardinali locus ante faciem Imperatoris, ad pedes verò ipsius Petrus Diaconus constituitur, renuit Gerardus Cardinalis ad suos Monachum sedere pedes (8), incongruum esse dicens, & omnino illicitum excommunicatos cum filiis sedere Ecclesiæ. At Imperator litigio finem imponere cupiens, ad pedes suos Petrum Diaconum extunc, & deinceps sedere præcepit. Tum taliter initium loquendi Gerardus Cardinalis arripuit. Sancta, & universalis Ecclesia, invictissime Imperator, quæ & ante vos, vestros prædecessores, & post illos, vos, in dominatores totius orbis Romani consecravit, mirari non sufficit, cur excommunicatos, & à liminibus Ecclesiæ separatos receperitis (9). Ad hæc Imperator. Imperii nostri nos ab Apostolica Ecclesia suscepisse gaudemus coronam, excommunicatos nos nullo modo suscepisse putamus; attamen, si, ut dicitis, sunt excommunicati, conflictus iste invenit. Pandulfus Episcopus Teanensis, & Casinensis Monachus, dixit, quomodo Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Casinenses Monachos excommunicatos asserat, nullo modo videre possumus (10). Gerardus Cardinalis dixit, quid michi, & tibi bone vir? alienus à nobis es. O mirum, ò novum, & inauditum prodigium, ut truncus, ramis præcis, & à radicibus evulsus, novas contra Ecclesiam erigat machinas. Ad hæc Imperator, cesset, inquit, omnis violentia procul, Conciliis enim, ut quisque potest, non contumelias ingerit proximo, immo patienter omnia suffert. Qua de re constituimus, ut neutra pars violentiam sibi contrariæ parti faciat, ne, quod ad laudem Dei, & posterorum proficuum

tronum induerat, Judicem exuebat: neque id præsumere videbatur.

(6) Nisi legitimatis personis, Judicium illegitimum futurum.

(7) Ut ex Teutonica lingua in Romanam, & contra, dicta referrentur. Quamquam *Interpres* est quilibet mediator.

(8) Ne videretur illum habere, ut non excommunicatum, de quo agebatur. Unde disputationem sic auspiciatam legimus ab eodem Gerardo.

(9) Et tamen.

(10) Non Imperator modò, sed & Episcopus contra Casinensium anathema excipit: ut mirum non sit, ipsos Casinenses pro excommunicatis se non habuisse, & fortè Pandulfus propriam quoque causam in Casinensibus rutabatur, quod ipse quoque, urgente Guarino, Rogerii partes vi, & metu adactus, sequutus esset, idque subindicare videtur Gerardus subdens, *O mirum, &c.*



cuum agitur, in litigium, rixamque vertatur. Tunc Gerardus Cardinalis\*, resumpto sermone, ait, hoc insuper Sancta; & universalis Ecclesia censuit, ut Monachi Casinensis Cœnobii voluntatem Domini nostri Innocentii pii, & universalis Papæ, se in omnibus adimplere, Sacramento confirmet, jam enim Innocentius Papa omnes Casinenses Monachos dispergere diversis in locis statuerat, verum Lotharius, clementissimus Imperator, cum nollet Casinensem destrui Ecclesiam, contra Papæ voluntatem pro eadem Ecclesia se opponere non dubitavit (11). Cum igitur Gerardus Cardinalis, & Romanæ Ecclesiæ defensor de Sacramento Monachorum sermonem fecisset, Petrus Diaconus respondit, non minimum miramur, cur Dominus Cardinalis Monachos sub Sacramento dixerit constringendos, cum Dominus in Evangelio, nec per Cœlum, nec per terram, nec per capillum capitis jurandum docuerit. Gerardus Cardinalis dixit, quod Monachus retulit, annuimus: set Romana Ecclesia censuit, nullo modo Casinenses Monachos sine Sacramento fore recipiendos. Petrus Diaconus respondit, in Regula Sanctissimi Patris Benedicti, ne Monachi jurent, omnino interdicitur, ne forte, quod absit, perjurii crimen incurrant, hoc quoque Monachorum scilicet Sacramentum non solum Divinæ, verum etiam humanæ prohibent leges. In præceptis enim Magnorum Imperatorum Caroli, Lodoyci, Pipini, Carlomanni (12), Lodoyci, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum, ac Conradi sic invenitur. Statuimus, ut Monachi ad Sacramentum non compellantur, & hæc dicens, præcepta supradictorum Imperatorum, cera, plumbo, aureisque sigillis signata (13), quæ Casinensi Monasterio fecerant, Imperatori, cæterisque omnibus demonstravit. Quo visò, Imperator jam dicta præcepta in Imperiali purpura accipiens, deosculatus est, moxque in hæc verba prorupit. Magnorum, Sanctorum, invictissimorumque Imperatorum, ac nostrorum prædecessorum ista esse præcepta, demonstrantibus sigillis, cognovimus. Nostræ igitur attinet Majestati cuncta nostrorum prædecessorum inviolabiliter observare præcepta. Quare suppliciter Dominum Apostolicum, vos, qui ejus vice venistis, ex nostra parte rogare curetis (14), ut Sanctissimorum Imperatorum prædecessorum nostrorum præcepta nobiscum protegat, sua etiam auctoritate, ut ipsius fecere prædecessores, confirmare dignetur. Quis enim ultra Catholicorum Imperatoria observabit præcepta, si hæc ab Apostolico contempnentur? Omnia membra

(11) Et qui Gerardum hoc audit dicentem, dubitabit, imò asseret, Lotharium in eo confesso Judicem egisse? Aded humanas mentes præjudicia abripiunt?

(12) Caroli Magni.

(13) Quadruplex erat sigillum. Aureum, Argentum, Plumbeum, Cereum. Omnibus utebatur Imperator Orientis. Aureo in Constitutionibus, in mandatis ad Reges, Sultanos, & Toparchas. Idem usus argentei. Ad Despotas, Patriarchas, & Cæsarem. Plumbeo, ad matrem, uxorem, & filios, cereo, rubro, vel prasino. Aureis bullis subscribebat Imperator rubris literis, hoc est Cinnabari, & præterea tres in fronte cruces ejusdem coloris præfigebat. Patriarcha subscriptione cerea uti cepit sub primis Paleologis, ex Meursio, Occidentalibus etiam Imperatoribus hujusmodi Bullas in usu fuisse liquet.

A caput secuntur, nec à capite, nisi magnum detrimentum patiantur, possunt membra separari. Certet itaque pro membris caput, pro natis pater, pro ovibus pastor, quia nullo modo adversus oves prævalebit mordacitas Lupi, si sollerti cura custodiantur pastoris. Sit igitur hodierni diei finita confessio, repetantque quique hospitia propria; Cardinales quidem ad Dominum Papam nostra præsentent rogata, &, ut mecum Casinensem foveat Ecclesiam, nostra vice precentur. Monachi autem ad suum Electum, quæ dicta sunt, referant, &, quid cras respondere contra quæque objecta debeant, meditentur. Ast ubi dies fuerit reddita terris, tribus transactis horis, ut omnes ad consilium redeant, censemus, quicquid etiam hodierni diei invenit confictus, prætitulatis personis adhibitis notariis conscribantur (15), ne, quæ nos magis posteris profutura tractamus, oblivioni tradantur. His dictis, disceptatores cessare curiæ, Imperator ad publica, quæ sibi imminabant, negotia tractanda resedit.

*Qualiter dicti Cardinales petebant, & conabantur, ut Monachi Sacramentum, & fidelitatem facerent Romanæ Ecclesiæ.*

#### C A P U T C X.

C Postera verò die, utraq; disceptaturæ partes convenerunt, at ubi introgressi, & coram est data copia fandi, Gerardus Cardinalis dixit, mandata (1) pietatis vestræ, sanctissime, & invictissime Imperator, ad summæ sedis retulimus Episcopum: set nullo modo se hoc facere posse, respondit, asserens facilius posse fieri, ut ipsemet sacerdotalia deponeret, & conculcasset indumenta, quàm, quæ Imperator rogaverat, efficeret. Paululum itaque Imperator conticuit (2), dehinc, ut disceptarentur, quæ hesterni diei residua fuerant, jussit; Gerardus Cardinalis dixit, memini me hesterni die de sacramento, & fidelitate Monachorum Casinensium tractavisse, nichilque ad perfectum adduxisse: de eadem igitur re ante Imperatoris præsentiam tractaturi, non arbitror videri superfluum, si voluntatem Domini nostri Papæ Innocentii post relationem primam hesterni diei, nunc iterum referre in medium. Sciat invictissima vestri Imperii Majestas, hæc Dominum Papam à Casinensibus Monachis requirere, ut Sacramento ipsius voluntatem in omnibus se impleturos confirmet, seque omni tempore sibi, suisque successoribus fideles, & obedientes existere; aliter enim nullo modo patietur eos divinis mi-

Romanus Pontifex plumbo tantum, & cera signare consuevit. De quibus Canonistæ passim. Bullæ dictæ sunt, quod primum sigilla ex cera in membranæ Bullæ formam, hoc est ampullosam ceram, supra extantem, referrent; ut videmus in vetustis privilegiis, apud nos, & alibi.

(14) Sufficiat locum indicasse, notandum.

(15) Discussio igitur erat, & inquisitio ad invenendam veritatem: non Judicium diffinitivum, quod à Papa expectandum.

#### IN CAPUT CX. NOTÆ.

(1) Mandata, hoc est Nunciata, ut sæpè supra. Quæso te Lector, Judicis partes quis tibi obire videtur; Lotharius, qui rogat, an Innocentius, qui nullo modo hoc se facere posse, respondit? Asserens, &c.

(2) Et hanc, confictam dices, circumstantiam?

misteriis uti, ac Domini corporis, & sanguinis participes existere. Petrus Diaconus respondit, constat, Dominum Cardinalem hesterni diei renovasse consuetum, nostrosque animos ad rediviva præparasse certamina: nobis autem satis superque videtur huic sententiæ contraxisse Dominico præcepto, cum Dominus nullum, nec per capillum capitis jurare permiserit; de fidelitate autem, de qua Dominus Cardinalis agit, superfluum nobis videtur, hoc à nobis sacramento repeti, quod usque modo fecimus non inviti. Gerardus Cardinalis dixit, ante præsentiam Domini nostri Lotharii invictissimi Cæsaris constitutus non est reveritus Monachus, falsiloquium proferre dicens, Casinenses Monachos, fidelitatem Romanæ semper Ecclesiæ tenuisse, cum sit omnibus recta cernentibus in propatulo, eos scismaticos extitisse usquemodò, tunicamque Christi scidisse, Abbatemque sibi à scismaticis ordinatum elegisse. Petrus Diaconus respondit, proborum est, non prius aliquem mendacii arguere; nisi ipsum omnibus patefecerit mendacium, ut, cum nil contra possit opponi, non eum ipse, set conscientia propria mendacem fuisse reprehendat. Dominus ergo Cardinalis, cum me mendacem esse firmavit, non rectum fecisse ostenditur, cum nullam mei causam mendacii protulerit, præponatur causa, obiciantur, si qua sunt obicienda, & tunc mendacem arguat, vaniloquum me esse, affirmet. Gerardus Cardinalis dixit, ut breviter dicam, cum, relicto Domino Papa Innocentio, scismatico adhæsistis, quid aliud, quam infideles fuistis? Petrus Diaconus respondit, dic rogo, nos eum, an ipse nos dimisit (?) Gerardus Cardinalis dixit. Ecclesia à scismaticis capta, à lupis etiam laniantibus piissimus de sede est expulsus Episcopus, sicque, relicta Italiâ, ad Gallias properavit. Petrus Diaconus respondit. Non ne bonus pastor Jesus Christus, cum diversitatem, immo unitatem in se pastorem pastorum unitam describeret, inquit, bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Gerardus Cardinalis dixit: hæc non solum verbis, verum etiam factis ostendit. Petrus Diaconus respondit: iterum ipse Dominus, descriptis optimi pastoris factis, mercenarii mores scribens, dixit, Mercenarius, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, credis hæc verba Evangelica esse, an non? Gerardus Cardinalis dixit: quàm maximè equidem. Petrus Diaconus respondit: debet hoc à Romano Pontifice actitari? Gerardus Cardinalis dixit: tanto magis ab Apostolicæ Sedis Præfule sunt observanda, quanto peculiariùs suscepit aliis prædicanda. Petrus Diaconus respondit: Quid igitur? deputabitur à justo Iudice ovibus, si quid pastor commisit? Gerardus Cardinalis dixit: minimè. Petrus Diaconus respondit: ergo non deputetis Monachis, si Pastore destituti, morsibus patuerunt inimici. Debit enim Apostolicus, ut Dominus ait, non solum non dimittere oves: verum etiam pro eis mortem libenter amplecti. Ad hæc Imperator dixit: Quantum patet, ostendit Monachus, si aliquid deliquerunt, non esse culpa ovium, set pastoris. Unde rogan-

(?) Audaçter nimis. Intendit tamen probare, quod sicut metus coëgit Pastorem oves deserere, & inculpabiliter fugere à facie Leonis, ut ait Bernardus Episc. 124. ad Hildebrandum: ita

A da est adhuc Domini Apostolici pietas, ut nobiscum, quæ contra nos gessere, dimittat. Quare censemus hodierni diei jam finiri litigium. Occupati enim Reipublicæ negotiis, hiis diu interesse non possumus. Quisque igitur ad propria revertatur, cras iterum ad eundem rediturus certamen. Hoc dicto, omnibus faventibus, discessum est.

*Qualiter Petrus Diaconus genuflexit ante Imperatorem prædictum pro juribus, & libertate hujus Monasterii.*

## CAPUT CXI.

B ALtera verò die, cum piissimus Imperator, cum superscriptis Magnatibus suis, quæ residua fuerant, audituri residerent, hac voce convenit exercitum; Omnibus, qui intra Romanum orbem constituti sunt, notum esse non ambigimus, in quali, quantaque reverentia nostri prædecessores, Romani scilicet Imperatores, Casinensem scilicet Ecclesiam suam singularem, & specialem Cameram habuerunt, & super omnia Romani Imperii Monasteria exaltantes, præposuerunt, suisque præceptis, & privilegiis ab initio honoraverunt. Deceret etiam Dominum Apostolicum mecum eandem fovere Ecclesiam, quod, Deo auxiliante, postquam lis ista finem habuerit, fiet. Hæc autem non lis aliquo modo, vel accipienda, vel dicenda est ab aliquo, cum constet membra secum litigare non posse, nec caput dicere manui, necessariam te non habeo, nec oculus pedi, vel alicui aliquid membrum: viliora enim sæpè utiliora sunt nostra. Nulli igitur videatur incongruum, quod facere censemus, nec aliquo modo aliquis nos incusare velit, quod quasi tueri Casinense Monasterium videremur. Evenit namque, cum, vel mater filiam, vel vir conjugem, vel genitor natum, iracundia concitatus, ceciderit, ut aliquis bonis ornatus moribus medium se inter iratum patrem, timentemque natum, ponat, natumque ab immoderata, quamquam paterna cæde eripiat. Numquid ubi pater ad mentem redierit, paternaque ira in mansuetudinem versa fuerit, conqueretur, se ab homine illo injuriam aliquam pertulisse? Immo gratias ager innumeras, quod filium è suis abstraxerit manibus. Sic & universalis mater Ecclesia Romana, cum deposita irâ requieverit, gratias ager nostro Imperio, quod filiam in ira liberaverimus. Disceptetur itaque, quæ disceptanda sunt, quia nullo modo ab istis desistam, quousque compleatur desiderium meum. His, atque aliis Imperator profatis, Gerardus Cardinalis dixit: vestræ Magnitudinis verba, simulque rogata, sacratissime Imperator, & semper Auguste, ad Dominum Innocentium Papam, ut præcepisti, retulimus: set, nullo modo se umquam posse pati asserit; ut sine sacramento, & fidelitate Monachos recipiat. Petrus Diaconus respondit, satis nos fecisse de his ante Domini Imperatoris præsentiam, & ex præcepto Domini, & ex Imperialibus edictis, putamus. Cæterum, si quid super his habes, edicito. Gerardus Cardinalis dixit: igno-

oves excusari possunt, quod vi, & metu Leonis, & Lupi, eorum sequi signa coactæ sunt, ne graviora paterentur.

ignoras, invictissime Imperator, hos, quos vestra Magnitudo defendit (1), cum Rogerio (2) Siculorum Comite, adversus Romanam Ecclesiam, & vestrum invictissimum, conjurasse Imperium, & non solum conjurasse, verum etiam anathematizasse, & deposuisse, o inaudita res, quod ligati & ligent solutos, & solvant ligatos. Ad hæc piissimus Imperator, facto silentio, dixit, quod in me Casinenses Monachi commiserunt, & libenter patior, & gratanter dimitto (3): verum, quod in Romanam Ecclesiam, & in Dominum Papam commiserunt, ut Nos, quæ in Nos peccaverunt, sic & ipse, quæ in se peccaverunt, dimittat. Gerardus Cardinalis dixit: tamen Domini nostri Innocentii pii, & universalis Papæ vicem agamus, has tamen tales, & tantas res sine eo diffinire non possumus (4). His dictis, favente Imperatore, discidium est. Nocte itaque infecuta, cum Imperator, juxta consuetudinem, pervigilem duceret, Petrus Diaconus genu flexo ante Imperatorem talem pro Casinensi Ecclesia protulit orationem. Cum omnes mortales, qui in orbe Romano sunt, vobis militent Imperatoribus rerum, atque Principibus, vos ipsi Imperatori cœlesti, pietati, paci, atque justitiæ militatis (5). Aliter enim utriusque vitæ salus tuta esse non poterit; nisi talibus amministratoribus gubernetur: nemo enim Imperatorem omnium rerum fallit, cui cordis abdita manifesta sunt. Ergo, cum vestram sublimitatem, Imperator invictè, tutelam omnibus per orbem conveniat conferre Ecclesiis; specialius tamen vos Casinensi Cœnobio hoc convenit conferre, & exhibere, & contra illorum insidias eandem munire Ecclesiam, qui loquendi usum nobis denegarunt, & privilegia ab Imperatoribus Casinensi collata Cœnobio pro nichilo ducunt. Et quidem Romano Pontifici obtemperandum, & obsequendum, & ego suadeo: set Deum omnipotentem, certum est omnibus præferendum (6). Nullius namque injuria est, cum propter divini cultus pietatem Ecclesiæ mortalibus præponuntur. Torus in Casinensis Ecclesiæ delectione Monasticus ordo vacillat, fluctuat, quatitur, & injuriis diversis afficitur. Te ergo Imperatore, Monachi de officiis suis deponentur? Te Imperatore, hoc petitur, & postulatur, ut Monachi sacramentum faciant? Unde vestram flagitamus clementiam, Triumphator præcelse, ne id decernas, ne itatuas, vel in ejus decreta subscribas. Dignumne est vestris temporibus, ut dignitas Casinensi Ecclesiæ abrogetur? Quo Cardinalibus pravæ deferatur voluntatis effectus? Nichil majus est Religione, nichil in Monastico ordine sanctius, & sublimius Patre Benedicto. Quid respondebit Carlomannus pius Imperator Augustus? Nonne tibi dicet, Imperium me deposuisse non cre-

## IN CAPUT CXI. NOTÆ.

- (1) *Defendit*. Non ergo judicat.  
 (2) Qui confictor dicitur, poterat impunè hæc filere. Ergo Actorum veritas, & Notariorum contestatio id postulavit scribi.  
 (3) Non agnoscit crimen: sed excusat factum; & si quid dimittendum, ipse dimittit; & ut Pontifex dimittat, rogat.  
 (4) Observa, unde petatur definitio.  
 (5) Periclitanti causæ nova subsidia opportunè adhibet Petrus. Tota oratio vivida, pathetica, efficax: ut vix ab alio, extra aciem constituto, & non à præsentis discrimine inferfacto, concinnari potuisse videatur. Illam tamen non probaverim. Mallem fervidè per-

A didi, quia Lotharium justum, & Sanctum Imperatorem habebam. Imperium me dimisisse, non dolui, quia Imperia mea, præsertim de Religione Monastica, inconvulsa in perpetuum manere credebam. Titulos ego pietatis, & justitiæ, ac mansuetudinis in Casino erexeram, has de mundi pressuris manubias offerebam. Quid michi plus potuit meus hostis auferre? Modò, inquam, modò abrogantur decreta mea, nunc gravius telum corpore recipio, cum à Romano Pontifice mea instituta dampnantur. Nunc michi abrogatur Imperium, & quod est gravius, à Romanis Pontificibus, & hoc, præfente fratre meo Imperatore Lothario. Cui enim magis, quam sibi Romanorum Imperator favet? aut commodat, quòd instituta prædecessorum suorum, quòd Casinensis Cœnobii jura defendit? Nulli ergo honerosum videatur, si Religionis Monasticæ statum defendimus. Certè numerentur centum tredecim Romani Pontifices à Beato Benedicto, usque ad Dominum Papam Innocentium, omnes Casinensem Religionem coluerunt, tenuerunt, dilexerunt, nullus removit. Jam verò si venerandæ Canitiei obsequendum putamus, Patrem Benedictum introducimus loquentem: Optime Imperator, Pater Patriæ, Cæsar Auguste, reveremini canos meos, in quibus me canities longa adduxit, utantur filii mei legibus à me sibi collatis, neque enim indecens est, ut vivant meo more. Per hos sub jura mea orbem redegei, per hos Anglia, multæque nationes ad Christum conversæ sunt (7), mea est istorum salus, tutela, juvamen. Cùmque hæc, & alia multa Petrus Diaconus rerexuisset, ad Bertulfi Cancellarii tentorium nocte eadem, ex jussu Imperatoris, devertit.

*Qualiter dictus Imperator conabatur, ut Monasterium istud manuteneretur, defenderetur, & veneraretur.*

## CAPUT CXII.

D CUM igitur Cardinales evocati ante Imperatorem convenissent, Gerardus Cardinalis dixit: quæ hesternò die vestra sublimitas nobis præcipere dignata est, ad Dominum Papam retulimus, benignè vestra rogata suscepit (1): verum dixit, nimium ei vos imposuisse molestam causam, quam vix sufferre posset; jus enim Episcopale, quod sui habere Prædecessores anteactis temporibus, se nullo modo, nullo pacto, nulla ratione dimittere posse. Lotharius Imperator dixit: Nos Casinensem Ecclesiam, ut jam sæpè docuimus, tantò defendere, exaltare, & venerari debemus, quantò amplius à nostris Prædecessoribus honoratam, & ditatam esse cognovimus. Sciat igitur Dominus Apostolicus, caltra, Villas,

oranti Petro quædam non excidisse; & illud in primis, *Pravæ voluntatis effectus*. Verum, ut pravè dicta, non probamus: ita verè in Codice scripta, non lituramus.

- (6) Rationem subdit, *ob divini cultus pietatem*.  
 (7) Ut notum supponit Auctor noster, Apostolos Angliæ, ac subinde Gregorium Magnum, fuisse Benedictinos. Qua de re egregiam operam exantlavit, præter Bellottum, & Cajetanum, Reinerius in libro de antiquitate Benedictinorum in Anglia.

## IN CAPUT CXII. NOTÆ.

- (1) Eidem phrasi semper insistit. *Rogata*, inquit, non sententiam judicariam.

Villa, & prædia, omnesque Monasterii possessiones nostro pertinere Imperio (2): Episcopale autem jus, in quantum ei debetur, ut suum sit concedimus. Bertulfus Cancellarius dixit, nil Apostolicus juris in Casinensi Ecclesia, quæ Romani Imperii singularis, & specialis Camera esse decernitur, habere debet; nisi Abbatis consecrationem, quam etiam Henrico Imperatore concedente, habuisse dinoscitur. Gerardus Cardinalis dixit: placeat ergo consilium meum vestro invictissimo Imperio, ô Cæsar, vobis quidem mundanarum, Apostolico verò securitatem divinarum sacramento firment rerum (3). Lotharius Imperator dixit: nostro valde inhonestum videtur Imperio nostrorum Prædecessorum non observare mandata, eorum sanctissimis non obedire præceptis. Si enim nos nostrorum prædecessorum præcepta fregerimus, quis observabit? & quemadmodum alios hæc observare compellemus, si nos ea convellimus? lex enim & dantis, & dati causas dijudicat. Quorumcumque igitur causas dijudicat, sub sua utique Regula coartat: Lex ergo Imperatorum non plus aliis, quam Imperatoribus constituitur, immo magis hanc illis conservare concedet, qui eorum originem possident generositatis. Gerardus Cardinalis dixit: non parum quoque Dominus Papa miratur, cur, cum Ecclesia te in Cæsarem totiusque orbis Dominatorem & elegerit, & consecraverit, contra eam niti pro Casinensi Ecclesia coneris, quam non vobis, ut vos asseritis, set sibi pertinere, ut cæteræ Ecclesiæ dicit. Tunc Imperator iratus dixit: immo nos valde miramur (4), cur nostro nil facere rogatu voluerit, cum nos pro ejus amore jam per annum, & dimidium in Papilionibus commorati, cum Romano exercitu, pecuniam, quam ad publicos usus exequendos accepimus, in ipsius obsequium converterimus: ipsumque Apostolicæ Cathedræ restituerimus, omnesque ultramontanos populos ei favere fecerimus. Quid itaque mirandum, si Casinensem pro posse tuemur Ecclesiam, cum constet, hoc à Prædecessoribus nostris gloriosissime actitatum? Et illi quidem non aliter, quam propriam habuere Cameram, adeo nonnulli ab his exuti ærumpnis, carnalibusque impedimentis ibi magis, quam in propriis domibus voluerunt tumulari. Quid de Sanctissimo, & omni memoria digno invictissimo Augusto Carolo (5) retexam, qui, relictis Imperialibus sceptris, Augustique dignitatibus, cœnobialem inibi vitam exegit? Quid etiam de ipsius Caroli fratre Pipino referam, qui in Germania positus, cum frater ipsius Carolus, qui ad eum Monachus ierat, obisset, nolens eum alibi sepeliri, ad Casinense Monasterium retransmisit? Rachis quoque Langobardorum Rex, relicto Regno, ad idem venerabile Monasterium venit, monachicamque ibi usque ad extremum vitam exegit. Quid etiam de Imperatoribus Justinia-

- (2) Postquam Imperator, nil se precibus lucrari, vidisset, aliam tandem ingreditur viam.  
 (3) Discreta, prudensque Gerardi consultiatio, neque tamen Imperator acquievit; ut, qui fidelitatem Imperio unice jurandam à Casinensibus intendebat; eo quod Casinum Camera esset Imperialis. Lege Privilegium Lotharii in nostris tabulis.  
 (4) Aegrè ferens Lotharius, post tot preces, post tot obsequia Innocentio præstita exprobrari sibi à Gerardo Imperialem coronationem, vicem rependit exprobrando beneficia.  
 (5) In eodem laborat æquivoco. Carolomannum Tom. IV.

A no, Justino, Theoderico, Pipino, Carolo, Pipino, Carolomagno, binis Ludoycis, Ugone, duobus Lothariis, Alberto, tribus Octonibus, & quinque Henricis? Quid de Michaële Romano, & Alexio referam, qui omnes Casinensem Ecclesiam dilexerunt, & magnis muneribus ornaverunt. Adeo itaque Casinensis Ecclesia Imperialis extitit Camera, ut ipsi Imperatores ad ejus liberationem cum omni Romani exercitus potentatu venerint. Henricus enim pius invictissimus, & Christianissimus Imperator ad eandem defendendam Ecclesiam cum centum octoginta milibus armorum Ytalicam ingressus est, eamque à Capuani Principis manu auferens, pristina restituit libertati. Conradus etiam Imperator Augustus, & Henricus filius ejus cum centum sexaginta milibus pugnatorum, eandem defensus venit Ecclesiam, cum Pandulfi iniquissimi, non dico Principis: set tyranni servitutis jugo subiceretur. Omittamus nova, modernisque peracta temporibus; antiquorum gesta deducantur in medium, situsque loci, cui proprie attinuerit, videamus. Legimus namque in antecessorum nostrorum gestis, quod Varro Romanorum Consul (6) hunc sibi ex omnibus Romani Imperii locis elegisset, extruxisset, multisque illustrem monumentis reddidisset. Post cujus decessum supradictum Castrum Casinum cum suis pertinentiis Cæsar Antonio tradidit, prout Marcus Tullius in Philippica sua describit. Set forsitan nobis obicitur, quod Pater Benedictus, qui constructor, non tamen Auctor hujus extitit loci, Ecclesiæ Romanæ Auditor fuerit. Ad quod, eundem locum non solum, sed cum Romanorum nobilibus construxisse respondemus: Beatissimo namque Papa Gregorio referente, cognovimus, quod Beatus Benedictus cum Mauro Equitii Senatoris, & Placido Tertulli Patricii filio, ad Casinense Monasterium construendum à Deo directus sit. Quid tantis? Aut igitur Romana Ecclesia Cameram Romani Imperii, Casinensem scilicet Ecclesiam, ut justum est recipiet, aut Romanum Imperium inrevocabiler separabitur (7). Gerardus Cardinalis respondit, nequaquam invictissime Imperator vestra indignetur mansuetudo super Domini Apostolici mandatis, nec Domini Innocentii pii, & universalis Papæ videantur mandata injusta. Verum si in his vobis aliquid displicet, ad eum referatur. Hiis dictis, quarti diei est solutus conventus.

*Qualiter obiciebatur à Girardo Cardinali, cur sine consensu Romani Pontificis Subdiaconem in Abbatem eligerent.*

## CAPUT CXIII.

E FACTO itaque mane, cum omnes utriusque partis Magnates ante Imperatoris præsentiam

- intelligit, cum Pipini fratrem vocat, & à fratre ejus ossa, ait, Casinum transmissa, & tamen Augustum, largè appellat, ut infra Theodericum, & Pipinum.  
 (6) Lib. 1. cap. 1. notatum.  
 (7) Indigna sanè piissimo Principe verba; nisi ex indignatione excidisse Lothario, ostenderet responso. Nequaquam vestra indignetur mansuetudo. Et, fortassis, non ea mente dicta sunt, ut id faceret: sed, ut Pontificem ad sua tandem rogata ea machina flecteret. Idem reperit cap. 115.

Dddd



tiam convenissent, Gerardus Cardinalis, qui vicem gerebat Romanæ Ecclesiæ, dixit: Noverit vestra Celsitudo, Imperator invictus, hæc Dominum Apostolicum hesternis vestris respondisse mandatis, quod vestri causâ fidelitatem ab eis non exigeret, sacramentum tamen, & obedientiam non dimitteret (1). Interim quoque de electione Abbatis nobis fore censuit disputandum, qua ratione excommunicati excommunicatum, & quod graviter est scismaticum Christi Ecclesiæ prætulere. Tunc Petrus Diaconus principium disceptandi incipiens, dixit: quid super nostri Abbatis electionem Dominus Cardinalis dicere velit, audiamus. Gerardus Cardinalis dixit: Sancta, & universalis Ecclesia per nimium miratur, cur vos excommunicati, & à liminibus existentes Ecclesiæ separati, excommunicatum, & scismaticum in Ecclesia, absque Domini nostri Papæ consensu, & voluntate, & præponere, & Abbatem vocitare non dubitastis. Petrus Diaconus respondit, diversas, ut doctiloquus, præponens quæstiones, ex magna nobis habundantia inopiam generasti, adeo tuarum diversitas quæstionum obstaculum nobis responsionis non parvum efficiat. Unde, si sancto Imperio, cæterisque Magnatibus non videtur esse contrarium, proponatur ex hiis pluribus aliqua quæstio, quæ usque ad perfectum ventiletur. Quo facto, si quid in aliis deest, quod quærendum sit, requiratur. Gerardus Cardinalis dixit: quod Monachus proposuit, jam nos fecisse arbitramur: de electione enim Abbatis, me egisse confiteor. Petrus Diaconus respondit: si de Abbatis electione agitur, quid opponere de eadem causa velitis, audiamus. Gerardus Cardinalis dixit: prima est oppositio, cur sine consensu, & voluntate Romani Pontificis Abbatem vobis elegeritis. Petrus Diaconus respondit: Meminimus in istius Concilii principio nos non persuasibilibus verbis, sed antiquorum comprobare testimoniis quæstas res, vel exemplis, debere. Qua ex re, si exemplum aliquod, vel testimonium proferre volueritis, proferatis. Gerardus Cardinalis dixit: Copia, vel testimoniorum, vel exempli adeo nobis abundat, ut sui magnitudine nobis indigentiam generet: verum enim sufficiant nobis pauca è pluribus proferre exempla, inter quæ illud primò nobis occurrit, quod de Frederico Casinensi primò Abbate, post verò Stephano Papa, factum esse dinoscitur. Ergo antequam res, prout gesta est, referam, confiteatur Monachus, qui Fredericum electo Petro, elegerit, eundemque Petrum quis deposuerit? quis Desiderium, Oderisium, Gerardum, ad postremum, quis elegerit Seniorectum? qui cum negare non poterit, ab Apostolicis & illum depositum, & hos ordinatos, Apostolici esse juris Casinensis Abbatis electionem, profecto liquebit. Petrus Diaconus respondit: de quo primò proposuistis, hoc sufficiat me respondisse, quod tamen & Petri depositioni, & electioni Frede-

A rici Romani interfuerint Cardinales: non tamen à Cardinalibus, sed à Monachis Casinensibus & ille depositus, & iste est ordinatus. Oderisius quoque primus, qui, ut vos asseritis, ab Apostolico est ordinatus, nequaquam nobis est improperandus, cum licuerit renovatori Monasterii, non propter jus Apostolicum: sed propter quod Monasterium renovavit, ordinationem in Monasterio facere: attamen, quamvis præsidente Victore Pontifice, Monachi Oderisium elegerunt, nec eis potestas ablata est à Pontifice: sed attributum adjutorium. Cæterum, quid memoriale fuit, quod renovator Monasterii Abbatem, non sine Fratrum consensu, ordinavit. Girardus quoque Abbas, quamvis, Paschali Apostolico annuente, à Monachis est electus. Seniorectum etiam, quem ultimò proposuistis, quo ordine eum à Papa Honorio electum fore dicatis, ignoro, cum præfens ejus affuerim electioni (2), nec Pontificem, nec Pontificis etiam nuntium viderim. Cæterum, ut de veteribus Rectoribus, & Abbatibus Casinensis Monasterii loquar, dic, quis elegerit in Casinensi Cœnobio Beatissimum Patrem Benedictum? Ad hæc Cardinalis conticuit. Iterum Petrus Diaconus dixit, constat Sanctissimum Patrem Benedictum ab eo esse in Casino electum, qui Regem, Deumque Pharaonis constituit Moysen. Unde dicendum nobis est, Casinense Monasterium nec ab homine, nec per hominem coepisse: sed sui principium ab Omnipotente Deo, qui principium, & finis est (3), habuisse. Gerardus Cardinalis dixit: novum adinvenit Monachus loquendi genus, ut dicat, Casinensem Ecclesiam, non per hominem: sed per Deum coepisse. Lotharius Imperator dixit: si quid boni, malive, me jubente, meus fecerit famulus, cur, nisi michi, reputabitur? Si igitur meo famulo, cum aliquid, me præcipiente, fecerit, non ei, sed michi deputabitur, multò magis credendum est, & dicendum, quod Beati Benedicti factum, quod, Deo præcipiente, peregit, non ei, sed Domino est deputandum. Unde constat Monachum esse veridicum, inanemque reprehensorem. Sed qualiter, vel quo ordine Beatus Benedictus Casinum advenerit adolescens, ante nostrum positus Consistorium pandat. Tunc Petrus in Imperatoris, & omnium audientia relegit ita: Divina admonitus revelatione Beatus Benedictus, ut loco cederet, Castrumque quod Casinum dicitur, properaret, mox vir Sanctus, duobus Angelis, & tribus corvis se comitantibus, per quinquaginta passuum millia, Casinum advēnit, & in templo quidem Apollinis Oraculum Beati Martini, ubi verò Ara Apollinis fuit, Ecclesiam Sancti construxit Johannis, & circumquaque manentes populos ad Christi fidem convertit. Lotharius Imperator dixit: de his quidem Nobis jam satisfactum est, nunc ad Abbatis electionem vestrum iterum vertatur eloquium, quatinus per vos veritatis nobis elucescat certitudo. Petrus Diaconus respondit: Mo-

## IN CAPUT CXIII. NOTÆ.

- (1) Incipit Pontifex flecti, & Lotharii precibus aliquid indulgere.
- (2) Et iterum. Ego, ego electioni interfui. Callidissimus, ac vaferrimus confictor fuerit, qui hæc Petrum respondisse, in tempore meditatus est.
- (3) Novum dicit loquendi genus, cum ipsissima sint verba Calixti Secundi supra cap. 78. & ferè idem dixerit Alexander Secundus in sua

Bulla. Utpote, qui non studio hominum, sed divino Imperio à Sanctissimo Patre Benedicto constructus est. Nam, ut docet Angelicus Doctor opusc. 19. cap. 4. Divino judicio reputatus fuit Benedictus idoneus, cui immediate à Deo committeretur predicationis officium, & propterea hanc sibi Diœcesim acquisivit, ut non semel notatum. Gerardo tamen, non nostrati, obscura hæc erant: idèd nova ipsi visa.



Modernorum Abbatum ordinationem ab Apostolico minimè factam esse, docuimus, restat quoque nunc veterum Abbatum exponere ordinationem. Legimus in vita Beati Mauri S. Patris Benedicti discipuli, quòd Casinensis Congregatio, adhuc vivente B. Benedicto, Sanctum Maurum Abbatem sibi post Magistri obitum eligere statuerant. Quod profecto perfectum esset; nisi favente Deo, ad Gallias directus fuisset. Set rogo, dic, quis post Beati Benedicti obitum elegerit Constantinum, Simplicium, Vitalem, Bonitum, Valentinianum (4), Gregorium, Theodorum, Johannem, Leonem, Ursum, Agapitum, Leonem, Johannem, Theophilum, Adrianum, Romanum, Petronacem, Optatum, Hermerisum, Gratianum, Tomichis, Potonem, Theodemarium, Gifulsum, Apollinarium, Deusdedit, Hildericum, Authpertum, Bassacium, Bertharium, Angelarium, Ragemprandum, Leonem, Johannem, Adelpertum, Baldinum, Majelpotum, Aligernum, Mansonem, Johannem, Attenulfum, Theobaldum, Richerium (5), Petrum, Ottonem, Brunonem, Oderisium, & Nycolaum, quos omnes nullo modo affirmare poteris ab aliquo, nisi à Monachis, ordinatos. Gerardus Cardinalis dixit: non parum miramur, quomodo Monachus, inreverita fronte, ausus sit talia de Casinensium Fratrum electione tractare, cum sanctissimus, & luculentissimus Monasticae Regulæ conscriptor Benedictus in sua Regulâ præcepit, ut, si Congregatio erraverit in eligendo Abbate, aut aliter, quam debuerit, elegerit, Episcopus, ad cuius Diocesium locus pertinet, facere minimè permittat. Hanc etiam potestatem non modò Episcopo, verùm etiam & Laycis circummanentibus legislator concessit. Quid plura de Abbatis opus ordinatione? cum Sanctus Benedictus Presbyterum quoque, qui in Monasterio est, nullo modo eici, sinè Episcopi consensu, & voluntate, præcipiat. Petrus Diaconus respondit; assentio Sanctissimum Patrem Benedictum, ab Episcopo Congregationi malam electionem interdicendam fore, dixisse. Verùm qui regulariter, & unanimiter electionem faciunt, quid ad eos attinet hujusmodi mandatum? Gerardus Cardinalis dixit: Consecratio Casinensis Abbatis cui attinet? Petrus Diaconus dixit: Romano Pontifici. Gerardus Cardinalis dixit: ergo si Consecratio Romano Pontifici pertinet, electio quoque similiter pertinere debet; injuriam enim Romanæ Sedi inrogastis, quando absque ejus conscientia Abbatem elegistis. Petrus Diaconus respondit: Electionem factam non negamus, quia nec debemus: Romanæ verò Sedis injuriam modis omnibus propulsamus. Gerardus Cardinalis dixit: hoc interim negare non vales, Seniorectum Abbatem jussu Honorii Papæ electum fuisse. Petrus Diaconus respondit: Ego, ego electioni interfui: set nullum penitus nec Episcopum, nec Cardinalem vidi. Gerardus Cardinalis dixit: perge quòvis,

A argumentare quod libet, quia Subdiaconum nullo unquam pacto Abbatem eligere potuistis (6), & hoc absque Papæ consensu: Eugenius namque Papa in Decretis suis ita scribit, dicens: Abbates per Monasteria tales eligantur, qui Levitico, vel Sacerdotali honore sint præditi. Petrus Diaconus respondit; miraris, si multotiens Romanorum Pontificum jura mutantur (7), cum ipse, qui Cœlum, & Terram creavit, sæpè pro merito, quæ promittit, immutat? Centum namque & viginti annos propter agendam pœnitentiam his, qui ante cataclismum fuerant, constituit: set, quia sensus illorum versus fuerat ad malum, viginti annis subtractis, diluvium mundo induxit. Judæ quoque Patriarchæ, & Salomoni Regi nonne Deus Regnum promisit in æternum? Ninivitas quoque subversuros, Deus per Jonam Propheram prædixit, & tamen, pœnitentiam agentibus, perditionem indictam removit. Gerardus Cardinalis dixit: quod pro parte vestra intulisti, Domino Papæ nil obest, liquidò enim patet Patrem Benedictum, vitia Congregationis ab Episcopo loci emendanda, dixisse. Petrus Diaconus respondit: Canonica decernit auctoritas; ut, vel humilis cujuscumque Ecclesiæ Clero liceat, liberum de illo, qui sibi præferendus est, habere judicium. Similiter autem & Casinensi Cœnobio Romani Pontifices, Gregorius Doctor, & alii centum duodecim tale Decretum constituerunt, defuncto Abbate, ex se ipsa Congregatio sibi Abbatem eligat, secundum timorem Dei, & Beati Benedicti Regulam. Gerardus Cardinalis dixit: qualem ergo debet eligere Abbatem, Catholicum, an à membris Ecclesiæ præcisum? Petrus Diaconus respondit: Catholicum. Gerardus Cardinalis dixit: Subdiaconum eligere debent, an Diaconum, vel Presbyterum? Petrus Diaconus respondit: Diaconum, vel Presbyterum eligere, Canonum sanxit auctoritas. Gerardus Cardinalis dixit: & si Levitico, vel Sacerdotali honore non funguntur hii, qui eligendi sunt, quomodo juxta præceptum Regulæ, lecturi sunt Lectionem Evangelii, & Missam cantare quomodo possunt? quomodo aliquem possunt solvere, vel ligare? qualiter ad Subdiaconi pedes Presbyteri, vel Diaconi ruent? qualiter incensum ponent, & Presbyteris, vel Diaconibus benedicent? Nam Lectores, Exorcistæ, Hostiarii, Acoliti, & Subdiaconi subjacent Officiis Levitarum, & Sacerdotum. & si subjacent, quomodo præficiuntur? Non enim, ut ait Sanctus Silvester, Lector, Exorcista, Hostiarius, Acolitus, Subdiaconus super Diaconum, vel Presbyterum præponatur. Hinc Pater Benedictus Abbatem in Gallia dirigere cupiens, non Subdiaconum, vel alium quemque, set Maurum ibi Levitam direxit Sanctissimum. Quomodo ergo electio de Subdiacono excommunicato, vel Scismatico rata dici poterit (8). Ad hæc Imperator respondit: ea, quæ vel injustè, vel justè usque modo Casinenses fece-

(4) Post Bonitum, qui Casini quinto loco sedit, ponit Valentinianum, qui Casinatibus apud Lateranum præfuit. Consulendi Bellott. Laurer. & Cajet.

(5) Inter Theobaldum & Richerium non computat Basilium, qui non canonica Monachorum electione, sed violenta Principis intrusione præfedit. Sic etiam prætermittit, in serie omnium, Fridericum, Desiderium, & Oderisium, qui inter Petrum, & Ottonem federrant, quia de illis dixerat ante singillatim; Tom. IV.

sicut de Gerardo, & Seniorecto.

(6) Statutum quippe, ut, ad minus, Diaconus eligeretur.

(7) Necessitatem ostendit, quæ à Lege excusat.

(8) De Subdiacono quidem procedit objectio: non procedit de excommunicato, nam Petrus respondere quivisset, Rainaldum, cum electus fuit, non fuisse tunc schismaticum, aut excommunicatum: sed postquam, Guarini metu, Rogerio, & Anacleto adhæsist, adhuc tamen juris beneficio se tuebatur, ut supra.

fecere Monachi, eis per omnia dimittere dignum duximus (9), & hæc est petitionis meæ summa, quam à Domino Apostolico rogo, quatinus, quæ usque ad præsens egerunt, eis remittatur. Sit igitur finis hodierni conflictus. Nostra rogata iterum ad Dominum Papam referantur, quid jubeat, post quartum audituri diem, hæc quoque consiliis damus indurias, ut definitè, quid facturus sit, audiamus. His dictis, quique recessere ad sua, Petrus verò Diaconus in Curia remansit Imperatoris, Cardinales itaque ad Apostolicum redeuntes, quæque dicta sunt, retulere, ei dicentes, quendam Diaconum ex parte Casinensis Ecclesiæ esse, qui solus pro Ecclesia sua contra Romanam Ecclesiam disceptaret. Aderat tunc quidam ex Casinensibus Monachis, qui Apostolico contra suam, suæque Ecclesiæ salutem favebat (10). Hic prorumpens in medium dixit: Diaconus iste, de quo vestro relatum est Apostolatu, Monachum ab ipsa ferè infantia fuisse, sciatis, tanto in eodem Monasterio crescens extitisse ingenio, ut Divinæ plerosque scripturæ libros, quod vix alii, Magistris docentibus, capere possunt, ad perfectum intellexerit, hunc cum aliquo constrinxeris vinculo, alios omnes qui assunt, pro nichilo computabitis. Hinc Innocentius Papa auditis, cujus generis, vel patriæ esset, inquisivit. At, qui supra Pater ipsius, inquit, filius fuit Gregorii, filii Gregorii de Alberico Romanorum Ducis, & Consulis (11). Tunc Papa, auxiliante Deo, & illum, & alios tali constringam compede, ut nec mei, nec successorum meorum Apostolicorum mutire audeant, vehementique ira permotus, talia post quartum diem referri Imperatori verba, præcepit, non illi Ecclesiæ Casinensis Dominium: set sibi pertinere; ut, & reliquarum Ecclesiarum. Decreveramus, inquit, pro vestro amore, & rogatu, fidelitatem dimittere Monachis, verum quia in nostrum nisi sunt Apostolatium, & hæc alia insuper ab eis requirenda fore, dignum duximus (12). Mandat dehinc Pontifex per Benedictum Cappellanum suum Petro Diacono præcipiens, ut à famulatu Imperatoris recedens, à Casinensium Fratrum societate cessaret, dicens, satis superque se mirari, cur ipse Romano genere ortus amorem exterorum prætulisset contribulibus suis, Romanam deserendo Ecclesiam, proinde, si Casinenses tunc dimittere, & modis quibus sciret, & posset, illos impugnare vellet, se illum inter Cappellanos suos habiturum, & res necessarias præbiturum pollicens. Ad quem Petrus talia responsa remisit, videlicet, gratias agens, quòd illum tantum, ac talem existimans ad suum servitium invitasset: cæterum non posse se socios in tali articulo constitutos dimittere: post peractum verò litigium, se in servitio Sedis Apostoli-

(9) Videns Lotharius, vacillare, circa Subdiaconi electionem, Petri mentem: non expectato ejus responso, interponit ipse, & intercedit, quicquid fuerit, an justè, vel injustè Casinates egissent. Ubi notandum, quanta cum ingenuitate Petrus, ea etiam, quæ ipsum, suosque premebant, scribere non omiserit. Qua enim necessitate urgebatur hæc scribere, si pro arbitrio, quicumque hic fuerit, fabulabatur? Idem ponderandum in sequentibus, Aderat tunc quidam ex Casinensibus, &c.

(10) Id est, securitatem, & statum.

(11) Lib. 3. cap. 19. 59. 60. & lib. 4. 61.

(12) Ecce Pontifex non tantum se Judicem ostendit; sed sententiam penè latam revocat: Alia

cæ, & Romani Pontificis fidelitate cum vita permanens, promittens. Post hæc decrevit Papa per omnia loca Casinensis Monasterii adjacentia Epistolas dirigere, ut Casinensi Abbati, & Monachis non obedirent, omniaque Cœnobita, quæ sub Præpositis fuerant, Abbates sibi eligerent. Set Omnipotens Deus, qui Petro mergenti manum porrexit, consilium, & voluntatem Pontificis præpedivit. Itaque, ut retro redeam, dum Cardinales à facie Imperatoris exissent, quidam Monachus Cystellensis eminus astans, cœpit subsannare Monachos Casinenses, pro eo, quòd filio Petri Leonis adhæsissent, & Abbatem sibi absque Papæ consilio elegissent, dicens, quòd talis electio irrita esset, & omnia facta Electi pro nichilo haberi debere, utpote qui alienam Sedem invasit. Ad quem Petrus Diaconus conversus dixit: dic, quomodo alienam Sedem invasit. Cystellensis respondit. Quia, cum alienus esset ab Ecclesia, his, qui rectè juxta Patris Benedicti præceptum ordinandus erat, Casinensem Cathedram abstulit; ideoque ipsius facta, & electio ejus irrita esset. Petrus Diaconus dixit: Electio ejus, juxta antiquam Monasterii consuetudinem, factam fuisse, liquidius patet. Cistellensis respondit. Raynaldus vester Abbas non fuit, ideoque ejus facta pro nichilo sunt ducenda. Petrus Diaconus dixit: Non solum qui Casini habitabant, verum & circumquaque manentes eum ut Abbatem tenuerunt. Cistellensis respondit: Assentio, quia eum, ut Abbatem, tenuerunt: set electio ipsa ficta, & reproba fuit. His, & aliis multis peroratis, Lotharius Imperator dixit: de omnibus, quæ contra nostram Cameram, Casinensem scilicet Ecclesiam, Cistellensis objecerat Monachus, Petrus Diaconus lucidè satis, disertèque respondit. Set jam hujus altercationis ista sit finis (13), quisque igitur ad hospitium redeat, manè ad conflictum iterum reversuri.

*Qualiter prædictus Petrus remansit in Curia pro servitiis Imperatoris.*

#### C A P U T C X I V .

**A**ltera autem die, ubi lux est reddita terris, Imperator, accersitis Magnatibus suis, in Consistorio resedit, & utraque partes ante se venire ad disceptandum præcepit, & dum venissent, Cystellensis Monachus (1) hujusmodi altercandi auspiciam habuit. Pastor, & Princeps Monastici Ordinis Benedictus Regulam Monasterialem describens, qualiter vivere deberent, instituit: vos è contrario immemores præceptorum ejus multa adjunctis, nonnulla subtrahentes, aliter, quam ipse præcepit, agere non veretis. Petrus Diaconus dixit: quid contra Regulam agamus, in

quoque hic observanda, sed festinamus.

(13) Finis in fœminino genere usurpatur non tantum ab auctoribus semibarbaris, verum etiam à latinissimis. Lucret. lib. 1. *Certam finem. Denique si nullam finem natura parasset*, lib. 2. *Certa finis. Virgil. Hæc finis Priami factorum. Aut qua sine sequar.* Gellius lib. 2. cap. 3. *Hæc fini ames, tanquam osurus.*

#### IN CAPUT CXIV. NOTÆ.

(1) Ex sociis Bernardi, qui aderat. Cistercienses ab initio professi sunt textum Regulæ adamussim observare. Idem Casinatibus objiciunt, quòd quædam immutassent in vestibus, &c. Scitè nihilominus respondet Petrus.

in præsentia Domini nostri invictissimi Imperatoris edicito. Cystellensis respondit: contra Regulam agitis de cibo, de potu, de indumentis, & aliis quampluribus rebus. Petrus Diaconus dixit: Falsus testis non erit impunitus: nam Casinenses Monachi cum Regula, non contra Regulam, agunt vestimenta; namque habemus, quæ corpus contegant, verendum nuditatis prohibeant, & frigoris redundant injuriam. Cystellensis respondit: vestimenta, cur semper nigra, amicumini? Petrus Diaconus dixit: quia Pater Benedictus talibus usus est (2), ut mundo etiam in habitu renuntiassent videretur. Hæc & alia multa cum dicerent, Lotharius Imperator dixit ad Cystellensem, quamquam variæ sermonum diversitates contra Casinensem Ecclesiam protulisset; tamen, quia ad vestra famina luculenter satis Petrus Diaconus, ac Romani Imperii fidelis respondit, omnesque de nostris mentibus fugavit ambiguitates, quisque ad suum hospitium redeat, manè iterum ad conflictum reversuri. Petrus autem in Imperiali aula cum Bertulfo nostro Cancellario remaneat Imperii servitia peracturus. Hæc ubi dicta dedit, quisque ad tentoria sua recessit. Noctē verò adveniente, Imperator pro Tribunali residens, gesta Imperatorum, Regum, Ducum, ac Principum Romanorum, Græcorum, Hismahelitarum, & diversarum gentium de Annalibus Imperatorum recitare præcepit, & illorum sententias singillatim annotare. Ubi autem Tytaneum jubar resplenduit arvis, Cæsar matutinum se agens, (3) accitis Imperii aulicis, utraque partes ante se venire præcepit, & dum venissent, Cæsar, in Consistorio residens, dixit: ea, quæ conferenda sunt, præcipimus, ut scripturarum testimoniis vestras sententias munitur, ut, remotis omnibus dubietatis ambagibus, tenaciter justitiæ, & æquitati, ac veritati inhærere queamus. Cystellensis respondit, jure cum Adolescente isto, pro Casinensi Ecclesia disputanti, esset congregiendum; nisi de scismate, & hæresi ipse, & Casinensis Congregatio denota fuisset. Petrus Diaconus dixit, erubescens, conticescat lingua frenetica, quæ prius in latratum, quam in æqua verba prorupit. Ad hæc Lotharius Imperator, ejus verba anticipans, dixit: quoniam pro Casinensi Ecclesia solus contra omnes congregi cœpisti, civiliter, & non furiosè (4), respondere convenit; indecens namque est, ut in Imperiali Aula versantes, & protodomestici Imperatoris effecti, inhonestum, vel insulsum in sermone, incessu, & habitu proferatis. Petrus Diaconus dixit: Si aliquid, clementissime Imperator, & semper Auguste, vester servus in locutione excessit, Cystellensis me coëgit, qui ab ipso disputationis prin-

A cipio ab injuriis cœpit, & in injuriis perseverat: Cystellensis respondit; dic, ubi injurias irrogavi? Petrus Diaconus dixit, cum nobis excommunicationis, & scismatis tytulum infixistis, tunc injurias Casinensi Ecclesie intulistis. Cystellensis respondit: si placet, edicito, quæ sit injuria. Petrus Diaconus dixit; injuria est, quæ verbis fallentibus irrogatur, vos autem falsissimè loqui ante Dominum Imperatorem veriti non estis, cum nos de æresi infamastis. Cumque plurimum disputassent, peregrinus Patriarcha respondit, iusta, & competenti ratione constat Cystellensem à Petro Diacono victum, ideoque hujus litigii ista sit finis.

B *Qualiter prædictus Raynaldus exhibuit obedientiam Domino Papæ Innocentio Secundo.*

## CAPUT CXV.

A Lia autem die Gerardus Cardinalis ex parte Sedis Apostolicæ veniens, Imperatore residente pro Tribunali, dixit: Romana Ecclesia, sacratissime Imperator, & semper Auguste, non ab hominibus, neque per hominem: set per Jesum Christum fundata est, qui Petrum Principem Apostolorum illuc direxit, cui etiam claves Regni Cœlorum commisit, & idcirco non alicujus amore Romanæ Ecclesie jura violari debere. Petro autem Diacono respondente, nunquam aliquando Papam Romanum sacramentum à Monachis Casinensibus accepisse. Gerardus Cardinalis dixit, ideo illos hoc non quæsisse, quia usque ad tempora illa unitate Ecclesie permansissent: set postquam, recedentes ab Ecclesia, extorres facti fuissent, postquam scisma in Ecclesia, commississent, absque sacramento recipiendos non esse, protulitque ex jussu Papæ Innocentii in medio Capitulum Nyceni Concilii (1), in quo continebatur, ut revertentes à schismate absque sacramento non reciperentur. Lotharius Imperator dixit: Non hac de causa vos congregavi, ut canonum jura scruteris: set, ut benignè, & civiliter contra Casinensem Ecclesiam ageritis. Reminisci illos debere beneficiorum suorum in Romana Ecclesia collatorum. Reminisci, quæ, & quanta pericula idem Imperator cum suo exercitu pro illis sustinisset. Qualiter per annum, & duos menses in tentoriis commoratus fuisset. Quot propinquos, & amicissimos in expeditione amisisset: non enim Casinenses Fratres ad quemlibet inimicum Pontificis, set ad Romanum Imperatorem, & defensorem Ecclesie confugium fecisse dicebat (2). Postremò fatetur (3), quòd si in hoc eum contristarent, scirent certissimè, Roi-

(2) Quòd Casinates nigro semper colore amicti fuerint, quis dubitet, hanc hæreditatem à Sanctissimo Patriarcha posteris per manus traditam? An verò Sanctus Pater nigro artificioso, vel nativo vellerum colore usus fuerit, quæstio fermè est de lana caprina. Beda in vita Sancti Cuthberti, loquens de Monachis ejus; *Sed ea maximè, inquit, vestium species sint contenti, quam naturalis ovium lana ministrat.* Ad Ferrarium in Regulam.

(3) Virgil. *Æneid.* 8.  
*Nec minus Æneas se matutinus agebat.*  
Horat. *Od.* 16. *Epod.*  
*Nec vespertinus circumgemit Urfus ovile.*

(4) Non dissimulat Petrus, quæ sibi ruborem ingerunt. Quæ ergo fatuitas fuerit hæc fingere,

cum impunè potuisset tacere?

## IN CAPUT CXV. NOTÆ.

(1) Non Nicæni Concilii, sed aliorum Canonum statutum est.

(2) *Confugium*, inquit, non, proclamationem, appellationem, querelam.

(3) *Renovat Machinam*, qua tandem Pontificem flectit: & tamen interim non parcat supplicare per omnes intercessorum ordines: ut in apparet, verba indignationis fuisse prolata, non quòd revera separari ab Ecclesia cogitaret, sed ut Innocentii severitatem, suæ commotionis obtentu, mitigaret: ostendens omnem se aleam subiturum, dummodo quod orabat, exoraret.

Romanum Imperium ab illo die, & deinceps à Papa scissum, & separatum, ac non pro amico, set pro inimico Imperatori habendum, ex toto, scirent. Cùmque ad hanc rem omnis exercitus Imperatoris diutissimè acclamasset, rectèque illa, quæ ab Imperatore dicta fuerant, collaudassent, primò per omnes Episcopos, secundò per Archiepiscopos, tertio per Patriarcham Aquilegensis, quartò per Abbates, sextò per commites, septimò per Marchiones, & Principes, octavò per Richizam Imperatricem, nonò per semetipsum Imperator Pontificem de eadem causa rogavit. Mandat dehinc Pontifex Imperatori, se de Casinensi Ecclesia consilium ejus accepturum, & voluntatem impleturum (4). De quare Imperator lætissimus effectus, iterum ad Papam per semetipsum Imperator accedere studuit, quem dum pro Casinensi Ecclesia supplicaret, Papa respondit, mirari se non sufficere, cur pro illis rogaret, qui Pontificem, & Imperatorem anathematizassent, & deposuissent, qui filium Petri Leonis pro Papa recepissent, qui aliam coronam supra coronam Romani Imperii recepissent, & usque ad tempora illa in priori nequitia perdurassent. Tunc clementissimus Imperator totus in lacrimis resolutus, imperato silentio, dixit: non ignoro, hoc ideo illos egisse, ut ad nos Casinensis Cœnobii status incolumis deveniret, nam si non egissent, Ecclesia illa à nostris inimicis nunc subversa jaceret. Unde rogo, ut censuram, qua illi plectendi sunt, in me retorqueatis, si verberandi sunt, ego pro eis dorsum submitto, si deponendi, deponi (5), volo; Tunc Papa, pro vestro amore, canonicæ sanctionis temperamus rigorem: nam jure deponendi essent, qui excommunicatis participaverunt, qui Pontificem suum anathematizaverunt, set nos lenitate, & clementia usi, pro Vobis cuncta, quæ deliquerunt, dimittimus: ita tamen, ut filium Petri Leonis cum suis sequacibus anathematizent, & michi, & successoribus meis obedientiam promittant. Hæc dum Imperatori complacuisse, Beatæ Martyris Simphoræ festivitate adveniente, direxit Imperator cum Electo, & Fratribus Heinricum Ducem Bajoariæ Generum suum, Conradum Ducem Sueviæ Nepotem Heinrici Quinti Imperatoris, Octonem de Burchisn Consobrinum suum, simul etiam, & omnes Episcopos, Archiepiscopos, Comites, Marchiones, Principes, & Duces Romani Imperii. Cùmque ad papæ tentorium propinquassent, Cardinales occurrentes, interrogabant, si filium Petri Leonis, cum suis sequacibus, refutare vellet, qui dum

A se id implere dixisset, protinus eundem Electum in hæc verba jurare fecerunt, litterarum autem tenor istiusmodi fuit: Ego Raynaldus refuto (6), & anathematizo omne scisma, & omnem hæresim extollentem se adversus sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Refuto etiam, & abrenuntio filium Petri Leonis, & Rogerium Siciliæ, & omnes sequaces illorum, & obediens ero Domino Papæ Innocentio, & ejus successoribus Canonicè intrantibus. Cùmque Raynaldus in hæc verba jurasset, reliquos similiter jurare cogebant. Illi autem Patri Benedicto, & ejus successoribus se juravisse, & idcirco se sacramentum facere non posse, dicebant. Tunc Rainaldus ex parte Patris Benedicti, & suis illis præcepit, ut obedientiam, quam eatenus Beato Benedicto, & successoribus suis, sibi que exhibuerant, in manu Papæ promitterent, sicque Fratres constricti, quod Electus ad Evangelia, hoc illi juxta tenorem cartulæ in manu Episcopi Hostiensis juraverunt. Adiungentes insuper hoc, quòd si Ecclesia Casinensis à Romana Sede divisa fuerit, ego in Monasterio Casinensi non remanebo, nec Abbati obediens ero, salva Romani Imperii fidelitate. Hæc ubi ad Papæ libitum completa sunt, ab excommunicationis nexu soluti, disscalciantis pedibus ad Papæ vestigia, dein ad osculum sunt recepti (7). Petrum verò Diaconum Innocentius Papa ad se evocans, dixit ad eum: præcipio, & convenio te in virtute Spiritus Sancti (8), & per sacramentum, quod hodierna die michi, & successoribus meis fecisti, te adjuro, ut quacumque hora litteras, vel Nuntium meum, successorumque meorum acceperis, non habeas potestatem amplius remorandi, vel persistendi: set, quàm citius poteris, vestigiis Sedis Apostolicæ: & Pontificis, qui pro tempore fuerit, te repræsentare studeto; nolo enim, ut per te Romana Ecclesia inquietetur, vel aliquid litigium patiatur. Raynaldus autem post hæc ad Imperatorem deductus, & ab eo, cum ingenti honore, susceptus, & cum Fratribus inter Cappellanos Imperii constitutus est; Nam usque ad diem illum Imperatoris obtutibus repræsentatus non fuerat (9). His porrò diebus Legati Iohannis Constantinopolitani Imperatoris ad Augustum Lotharium pervenerunt, congratulantes, & munera magna deferentes, propter victoriam contra Rogerium à Deo sibi collatam. Inter quos quidam Philosophus veniens, & ante Imperatorem eminens affaus, canino latratu Sanctam Romanam, & Apostolicam Sedem, totamque occidentalem Ec-

(4) Tandem flebitur Innocentius, De quare Imperator lætissimus effectus, iterum ad Papam per semetipsum Imperator accedere studuit, totus in lacrymis resolutus. Læticia enim lacrymas exprimit.

(5) Et hæc demum est summa sententiæ, quam in causa Casinensium non Imperator, sed Pontifex, clementissimè pronunciat, quæ tantum verba, si eruditissimus, æquissimusque Baronius paulò æquius ponderasset, non dubito, quin Lotharium in hac causa nihil minus cogitasse, vel egisse dixisset, quàm Judicem agere. Ferreus autem sim, ac planè faxeus, si cùm hæc lego, & summum Imperatorem, decrepitumque senem talia, pro suis clientibus perorantem, audio, in lacrymas non ego quoque eliquarer, & piissimi Principis manes, absque benedictione, dimitterem, qua grati animi indole futuros moneo, & spero Casinates meos, ut perpetuis Christi anæ pietatis officiis tanti Benefactoris

memoriam prosequantur; cujus in Perysilio statuam proficere volui.

E (6) Antequam Pontifici præsentaretur Rainaldus, reconciliatur Ecclesiæ in forma consueta. Quamvis enim in foro conscientie ab excommunicatione se defendere studuisset: Abjurationi nihilominus obnoxius erat in foro exteriori. In abjuratione verò de fidelitate nulla mentio, nam in gratiam Imperatoris Fidelitatem dimiserat Pontifex.

(7) Ex ritu.

(8) Nimis otiosus, & vaser fuit, qui sua Minerva hæc confingere studuit; multoque petulantior, quòd ea Petro imponere ausus est.

(9) Supra cap. 108. & hæc denique difficillime controversiæ finis fuit. In qua, ab oppositio- nibus vindicanda, penè non dubito, quin subscripturi sint æquiori sententiæ, quotquot eam fedatiori animo examinabunt ad justæ statere libramentum.



clesiam corrodere cœpit dicens, Romanum Pontificem, Imperatorem, non Episcopum, esse, Clericosque Romanos excommunicatos, & azimitas vocare, contra quem Petrus Diaconus conversus, opportunè imporrune contra eum altercare modis omnibus cœpit. Sed, cum nox supradictæ disputationi finem daret, Lotharius Imperator præcepit, ut summo mane ante Imperiale Consistorium convenirent, & si quid Græcus contra Romanam haberet Ecclesiam, in medium proferre migeraret.

*Qualiter dictus Petrus disputavit cum quodam Philosopho Græco.*

CAPUT CXVI.

**Q**uod dum factum fuisset, Græcus in hanc vocem prorupit: Viri cordati, & sensu vigentes, advertite, & in vestræ mentis folio æqua libratione decernite, si ex-

IN CAPUT CXVI. NOTÆ.

(1) Jugulans profectò fuisset Petri redargutio, dummodo absolute vera; Pro quo notandum, Concilium Nicænum primum, in Symbolo fidei, proposuisse credendum, *In Spiritum Sanctum*. Concilium verò Constantinopolitanum primum addidisse, *Qui ex Patre procedit*. Concilium autem dixit id quidem assertivè, non tamen exclusivè, & quòd ea fuerit Synodi mens, pater, quia tunc ex Græcis etiam plerique docebant Spiritum Sanctum habere esse *ex Filio*, & *per Filium*. Athanasius, Basilius, Nissenus, alique. Particulas verò *ex*, & *per* briginem importare, Theologi probant. Non ergo hi Patres potuerunt verba Concilii accipere in sensu exclusivo. Quoniam tamen Ecclesia non consuevit definire dogmata; nisi, cum opposita urget hæresis, tunc autem nondum orta erat difficultas de processione Spiritus Sancti à Filio: ideo Concilium nil de hoc proposuit, sed verbis tantum scripturæ, *Qui à Patre procedit*. Joan. 6. Paracleti originem Symbolo addidit. Hinc Nazianzenus Epist. 2. ad Celidonium ait, Nicænam Synodum non tradidisse perfectam doctrinam de Spiritu Sancto, quia nondum exorta erat quæstio de Spiritu Sancto. Exortâ dein eâ controversiâ de Processione Paracleti à Filio circa annum Domini 430. acriusque agitatâ anno 860. ex Bellarmino; Ecclesia Latina ipso Sancto Spiritu edocta, existimavit sibi licere, dogma illud declarare, credendumque proponere, addendo Symbolo, *Ex Filioque*. Quando autem præcisè id factum fuerit, planè non liquet. Bellarm. tom. 1. Contr. 2. lib. 2. cap. 21. ad annum refert 600. Ægrè id tulerunt Græci, & arrepta occasione, antiquas cum Latinis similitudines exercuerunt, politicisque motivis, hanc additionem prætendentes, schisma fecerunt, dicentes, non licuisse Occidentalibus addere Symbolo Nicæno, quin etiam eos excommunicationem incurrisset, eo quòd in Concilio Ephesino vetitum fuerat, quidquam addere, vel demere Nicæno Symbolo, & anathemate plectendos, qui id præsumpissent. Ideoque Ecclesiam Romanam à dignitate primæ Cathedræ cecidisse. Gliscentibus demum partium studiis, Græci conati sunt defendere, Spiritum Sanctum à Filio non procedere, quo magis pateret, illicitum fuisse Latinis, id credendum proponere. Cæterum, quamvis ita opinarentur: Symbolo tamen non addiderunt particulam *solum*, seu *solo*, ne viderentur Ephesini Concilii sanctionibus, & ipsi contraire; quod Latinis objiciebant, & revera, si id ausi fuissent, aliqua hujus audaciæ mentio facta fuisset in Concilio Florentino, in quo acerrimis studiis de hac controversiâ hinc inde actum est: & tamen Græcis numquam in ea Synodo reperitur id exprobratum à Latinis.

**A** communicatus cum Catholico debet conferre sermonem: Petrus autem Diaconus reputans, Græcum contra se jaculum excommunicationis protulisse, dixit ad eum, contra quem anathematis jaculum intulisti, si placet, edicto, contra me, an contra omnem occidentalem Ecclesiam. Græcus respondit: Et contra te, & contra omnem occidentalem Ecclesiam. Petrus Diaconus dixit: Cur? Græcus respondit; Quia decreta Nyceni Concilii transgressi estis. Petrus Diaconus dixit: in quo transgressi sumus statuta Nyceni Concilii? Græcus respondit: in eo, quod adjunxistis, quia Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, nam in eodem Concilio scriptum est, quia Spiritus procedit à Patre. Petrus Diaconus dixit: Si nos excommunicatos appellatis, pro eo, quod adjunximus, quia Spiritus procedit à Patre, & Filio: ergo & vos excommunicati estis, qui adjunxistis, quòd procedit à Patre solo. Ad hanc vocem Græcus conticuit (1), atque post paululum eun-

**B** Petri igitur nostri redargutio, *Ergo & vos excommunicati estis, quòd adjunxistis, quòd procedit à Patre solo*, ad sensum potius, quam ad factum referenda videtur Græcorum. Unde potuisset Græcus negare, id à suis adjunctum. Quia tamen Petrus ad eorum mentem rectè responderat, ideo Græcus conticuit, conscientie pudore convictus. Nisi fortassis Græci aliqui particulam illam *solo* tunc addiderant Symbolo, quod certè postea fecisset videntur, de quo videndus Bellarm. cap. 23. Egimus de hac celebri controversiâ in Commentariis ad primam partem Divi Thomæ, ex qua ea tantum delibavimus, quæ huic clausulæ illustrandæ sufficerent. Non enim Theologum nunc agimus, sed Enarratorem, & quidem aded frugalis Auctoris, ut vix unquam ad Musarum delicias nos inviter.

**C** *Hæc equidem ad hunc locum notaverat Nuceus, & Parisiensibus typis vulgata sunt. Inde verò laudatus Auctor fusiori balamo rem egerit, ejusque alterum excursum Historico-Theologicum à Reverendissimo Casinensi Abbate Brancatio transmissum nostrisque typis nunc primum editum accipe.*

**D** Græcus in hanc vocem prorupit. *Quia Decreta Nicæni Concilii transgressi estis &c.* Ephesini dixisset magis proprie, ac distinctius. Hoc enim Concilio expressè vetitum fuit, ne quid Nicæne Fidei adderetur, vel demeretur: Alterum tamen pro altero citari non raro solebat, vel quòd utriusque eadem erat fides, vel quia primorum Conciliorum Canones eodem codice compræhenderentur, cui Nicænum in fronte prælucebat, ideoque Nicæni Appellatione totus Codex signabatur.

**E** Petrus Diaconus dixit: Si excommunicatos appellatis pro eo, quod adjunximus, quia Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, ergo & vos excommunicati estis, quia adjunxistis, quòd procedit à Patre solo. Ad hanc vocem Græcus conticuit.

Jugulans profectò, ac peremptoria hæc recriminatio fuisset contra Græcum, si fuit absolute vera: nam licet Græci ferè omnes tunc profiterentur, Spiritum Sanctum à solo Patre procedere Particulam tamen *solo*, vel *solum* Symbolo addere non audebant: ne vincerentur in eodem ferè, ipsi peccare, in quo latinos execrabantur.

Quinimmo Græcorum etiam illi, qui de Dogmate non discrepabant à Latinis, vel de eo non erant valde solliciti, acerrimè nihilominus in Latinos invehebantur, quòd quadrisyllabam illam vocem *Filioque* Constantinopolitano Symbolo addere præsumpissent, & propterea Anathema Synodi Ephesinæ eos incurrisset proclamabant. Si enim addendum quiddam opereretur, non unius Occidentis arbitrio,



trio, & auctoritate fieri licuisset, sed Comuni Universalis Ecclesie Senatus consulto in OEcumenico Concilio ex Orientalibus pariter, & Occidentalibus Patribus adunato reservandum. Concil. Florent. sess. 3. & alibi sæpissimè. Quod ergo Chronologus noster ad suam redargutionem Græcum Philosophum ait conticuisse, id accidit, reor, vel ob Græci impromptitudinem, vel quia fortè noverat additionem particulæ *solo*, in aliqua Orentis Ecclesia publicè jam celebrari, vel tandem quia usque aded pertinaciter à Græcis tunc credebatur Sanctum Spiritum à solo Patre procedere, & lingua, calamoque docebatur, ut equipollere videretur licentiæ, quam Latini sibi usurpaverant addendo vocem *Filioque*. Idcirco subita hinc, & improvisa Petri recriminatione percussus, & propriæ inde conscientie testimonio redargutus, verbosa aliqui Græci Philosophi audacia suffocata, conticuit. Emanuel Calecas lib. 4. contra Græcos T. 26. Bibl. Patrum. *Esti enim*, inquit, *hoc verbo non dicitis (vos Græci) cum Deo tamen loquentes, dum ex Patre dicitis, ex solo etiam adjicitis, neque id solum sentitis, sed etiam scribitis.* Michaël quoque Gerularius Epist. ad Petrum Antiochenum, apud Cotelierum in monumentis Ecclesie Græcæ T. 2. p. 164. conqueritur, inter alia, delegatis Romanis, quod Græci in Symbolo nostræ Fidei non dicant Spiritum Sanctum à Patre *Filioque* procedere, sed à solo Patre; quibus testibus addatur, & tertius. Michaël Psellus apud Vossium de Tribus Symbolis p. 91. *Sanctus, & Universalis Ecclesia tradit, Patrem esse ingentum, Filium verò genitum ex Patre, Spiritum autem procedere ex solo Patre, & non etiam ex Filio*; quibus attestacionibus Petri nostri Responsio fulcitur. Verùm quo tempore, quove Authore, particula *Filioque* Symbolo adjungi cœperit, & in liturgia celebrari suboscursæ indaginis est, ad quam utcumque illustrandam liber hic in historię gratiam paulisper immorari, sit ergo

## EXCURSUS HISTORICO-THEOLOGICUS

De particula *Filioque* in Symbolo.

Postquam Magnus Constantinus, ejuratis Gentilium stultis superstitionibus, Christianam Religionem unicè veram amplexus esset, & Ecclesie Fidelium, cessantibus procellis, licuit secura frui tranquillitate, eò præcipuè vigilantis providentiæ suæ aciem direxerunt Catholicæ Unitatis Antifites, ut abortam, & grassari jam incipientem Arii impietatem reprimerent, ac penitus profligarent. Romano itaque Hierarcha Sylvestro jubente (quod Cathedræ Romanæ ex Petri hæreditate proprium jus est) Augusto verò cooperante, convenerunt apud Nicæam Bithyniæ in Asia Minori trecenti decem & octo Patres, hoc est Episcopi, alique minorum gentium Ecclesiastici, & præsidentibus Sylvestri legatis Hosio Cordubensi Episcopo, Vito, & Vincenzio Ecclesie Romanæ Presbyteris, celebratum fuit anno Christi 325. primum generale magnumque Concilium Nicænum appellatum, a loco Confessus.

Arius enim in Lybia natus, Authore Epiph., & à Petro Alexandria Patriarcha Presbyter ordinatus, in eaque urbe Sacræ Scripturæ interpret, Verbum Divinum, seu Filium à Divini Patris substantia conabatur abducere, asserens, non ejusdem, sed distinctæ à Patre naturæ, ac subinde ex origine esse creaturam; nullâ interim de Spiritu Sancto questione tunc expressè promotâ. Visum ergo fuit Sanctissimis Patribus illud tantummodo definire, quo Ariani Dogmatis pravitas direcè confingeretur; Filium scilicet Patri esse Omouision, hoc est consubstantialem, & Deum verum de Deo vero. De Paraclero verò contenti fuerunt dicere cum Symbolo Apostolico, & in Spiritum Sanctum. Concilia enim de præsentibus consulunt, & definiunt, non de futuris, quæ non prænoscent. Per hoc nihilominus, quod in Spiritum Sanctum credere præscribunt, ejus divinitatem profitentur. Cum enim nonnisi in Deum credamus,

credendo in Spiritum Sanctum, credimus Spiritum Sanctum esse Deum, & hoc tunc sufficere videbatur, cum adversarius nullus contra Spiritum Sanctum apertè pugnaret. Ideo Nazianzenus Epistol. 2. ad Celdonium ait, Nicænum Concilium non tradidisse de Spiritu Sancto perfectam Doctrinam, nempe non usquequaque completam comparative ad sequentium Conciliorum pleniorum expressiorem. Nam alioqui Athanasius Epist. ad Episcopos Africanos contra Macedonianos, qui Dogma suum contendebant non repugnare Nicæno Concilio, luculenter asserit Concilium Nicænum, perfectam, plenamque de S. Trinitate fidem, confessionemque absolvisse, nimirum quantum pro temporis circumstantiis opportunum fuerat, vel plenam, vel postea pleniorum, ut refert Concilium Chalcedonense in sua relatione ad Marcianum Augustum, & hic ritus deinceps moribus Ecclesie semper adhæsit, dogmata non definiendi, nisi urgente necessitate præsentem aliquam hæresim debellandi, nil præcavendo de futuris, Proscriptâ, dirisque confixâ Arii perfidiâ subsecuta est hæresis Macedonii, & Eunomii, qui licet ex Ariana radice germinassent, & in Castris Arii militarent, ut loquitur libellus Occidentalium in Concilio Ephesino receptus, signantius tamen contra Spiritum Sanctum obstrepebant, negantes, Paraclerum procedere consubstantialem Patri, & inde appellati sunt Pneumatomachi, hoc est contra Spiritum pugnantes, illumque inter creaturas ablegabant, ore sacrilego dicentes. Quis Spiritum adoravit? quis eum oravit? quo scripturæ loco eum adorandum, aut orandum esse proditum est? Ut ergo exitialem hanc novitatem Catholica Ecclesia reprimeret, indixit Concilium Generale secundum in Urbe Regia Constantinopoli anno 381. quod Constantinopolitanum Primum appellatur, ibique convenientibus centum quinquaginta Episcopis Orientis damnata est Macedonii, & Eunomii perfidia. Cùmque in Symbolo Nicæno dictum fuisset, *in Spiritum Sanctum*, nihil ultra addendo, Constantinopolitanum, addi, credique sancivit (*Et in Spiritum Sanctum Dominum*) nempe non servum cum Macedonio (*& vivificantem ex Patre procedentem cum Patre, & Filio coadorandum, & conglorificandum, qui locutus est per Sanctos Prophetas*, quam fidem, Synodumque Orientis Damascus Romæ in altero Occidentis Concilio, tunc confirmavit, ut ex utroque unum coalesceret, & Generale confunderet universæ Christianæ Reipublicæ Concilium.

Nihil verò explicatum tunc fuit de Processione Spiritus Sancti à Filio: non hic enim tunc erat Synodorum illarum scopus, sed Divinitatem dumtaxat Spiritus Sancti, ejusque substantialitatem credendam proponere. Hoc ipso autem quod Sanctus Spiritus à Patre procedere docebatur, ipsius quoque Divinitas, & Consubstantialitas necessariò in definitionem veniebat; nam in Deo concipi nequit processio ad intra, nisi per Communicationem ejusdem individue naturæ, seu essentiæ, & substantiæ, aliâs Trinitas non esset unus Deus. Procedens ergo Spiritus Sanctus à Patre, accipit à Patre ipsam Patris naturam, & consequenter Deitatem, & hæc satis erat Concilio contra Macedonium definire, ideoque intactam dimisit ejus à Filio processionem, utpote explicari non necessariam, non postulante tunc adversi erroris contingentia. Quare definiendo Spiritus Sancti Processionem à Patre, Concilium loquitur quidem asseritivè, non tamen exclusivè, quasi à Patre solum, & non simul à Filio procederet; non tanta enim vis est Propositionis affirmativæ, quod Pueri norunt: Assertivam verò, & non exclusivam fuisse Synodi locutionem apparet, tum quod hoc satis erat ejus intentioni, ut supra, tum quia ex Græcis ipsi, & quidem primiores non pauci tunc profiterentur: Spiritum Sanctum procedere à Patre, & ex Filio, sive à Patre per filium. Particulam liquidem *per* importare originem, & fere equipollere particulæ *ex*, Orientales ipsi agnoverunt in Concilio Florentino. Hanc autem credendi, loquendique formulam à

tôt Græcis Patribus usurpatam Concilium. C. P. damnare tunc voluisse per sensum exclusivum, subintellectâ particula *solum*, non nisi protervus contenderit: Illustrem rem exemplo. Augustinus sæpe docet, peccatum originale in non Baptizatis esse concupiscentiam cum reatu, quæ locutio assertivè sumta vera est, non tamen sumta exclusivè. Unde nunquam docuit Augustinus peccatum originale aliud non esse, nisi concupiscentiam cum reatu, quin potius sæpissimè docet, peccatum originale, voluntate commissum fuisse, voluntate scilicet nostra in voluntate Proparentis Adami, tanquam capitis naturalis, & civilis contenta; ideoque, illo peccante, peccavimus. At concupiscentia non committitur, sed trahitur per seminalem propagationem, seu traducem, ut docent Theologi; non ergo sola concupiscentia cum reatu complet rationem peccati originalis; sic in re præsentî. Dixit certè Concilium, Spiritum Sanctum procedere à Patre, ut Evangelii verba retineret, non exclusivè tamen accipiendum est, sed assertivè. Alioquin (juvat hoc etiam addere) si propositiones affirmativæ importarent sensum exclusivum, quot quæso Patres Semipelagianismi damnari mererentur, & præsertim Vincentius Lirinensis in suo Commonitorio, & S. P. Benedictus in Regula, dum asserunt, bonum opus à nobis inchoatum, à Deo perfici; non enim in sensu exclusivo gratiæ ad primum velle, sed tantum assertivè ab omnibus accipiuntur, uno excepto Vossio, cui primum in mentem venit Vincentium ad Massiliensium errorem trahere, in quo asseclam habuit nuper Doctissimum Noris. De Vincentii tamen sententia nolo nunc longius commentari. Et nihilominus, ut ab exemplis, ad causam redeam, quamplurimi Orientales, illud à Patre procedentem, à Concilio usurpatum, exclusivè accipi debere, accerimè contendunt, ut nimirum à Patre solo, non item à Filio Sanctus Spiritus procedere intelligatur. Cujus erroris antesignanus, & Princeps fuisse putatur Theodorus Mopsuestenus, quem sequuti sunt Nestorius, Theodoretus, alique, ac tandem Photius, & Michaël Cerularius illum propagarunt tantâ pertinaciâ, ut quidam Græcus ex eorum schola ausus fuerit asseverare, *ne, si Apostolus Petrus diceret, etiam à Filio esse Spiritum Sanctum se crediturum.* Apud Calecam contra Græcos.

Ab hoc Orientalium sensu, quem jure censebant erroneum, ut se abhorre Occidentales ostenderent, cœperunt publicè in aliqua Ecclesia profiteri quid mente semper, & ubique retinuerant; quin etiam Symbolo C. P. apposuerunt Particulam *Filioque*, ut esset quasi pro tessera distinctiva Latinorum à Græcis, neque enim illicitum autumabant in liturgia liberè celebrare, quod Latina Ecclesia, tanquam Dogma sacrum constantissima religione venerabatur, & fortasse Summus Pontifex id non ignoravit, saltem non inhibuit, cum sciret Doctrinam esse orthodoxam.

Cæterum ubi, quando, & quo primum auctore, incœperit in Symbolo C. P. addi particula *Filioque*, indago est, quæ hucusque exercet eruditos, ut ab initio dicebam. Observandum verò est, duo hic venire posse in examen. Primum quod Concilium, quivse Pontifex definierit Processionem Spiritus Sancti à Filio? Aliud, quis particulam *Filioque* Symbolo addiderit? Cursum de primo, ut morosius de secundo. Baronius definitionem istius dogmatis tribuit Agathonî, alii Leoni Nono, alii aliter. Id sanè certum est, Latinam Ecclesiam semper habuisse pro Catholica, & orthodoxa Processionem Spiritus Sancti à Filio quoque, & definita reperitur, saltem à Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, vel à Lugdunensi Secundo pro Ecclesia universali, nam à Provinciali aliqua Synodo Toletana pro dogma fidei receptum prius fuerat, licet enim Concilium Provinciale, seu Nationale definire credenda de fide nequeat in rebus dubiis, quando tamen ea res clara per se est, aut clarè deducitur ex Canonicis Scripturis, & ex traditione Ecclesiæ, tunc licitum est Provincialibus Conciliis, si

Tom. IV.

necessitas urgeat, rem definire, vel subordinatione ad Cathedram Romanam, à qua, aut commissionem habuerint, aut confirmationem expectent. Nostrium autem dogma apud Latinos indubitatum semper fuit, ut propterea à Tolerano Primo asseratur legitime sancitum, additum tamen Symbolo non reperitur, nisi in Tolerano Tertio. Nunc de posteriori quæstione, quæ nos propius tangit. In qua nonnulli opinantur Authorem Additionis fuisse Damasum, sed longè absunt à vero. Si enim Damaso tribuenda esset, ridiculas Græci Tragœdias excitassent in Latinos tanquam Prævaricatores Anathematis Ephesini. *Peccatum non cognovi, nisi per legem*, inquit Apostolus, nempe prævaricatio posterior est lege. At Ephesina Synodus celebrata est anno 431. Damascus verò obierat anno 384. non ergo peccassent Latini in Synodum Ephesinam ob Additionem, si hujus Author fuisset Damascus ante pronunciatum Anathema Ephesini; nec propius ad rem accedunt, qui ad quintum sextumve sæculum, & ad Nicænum Secundum, coactum anno 786. Additionem amandant; omnes enim hæ opiniones uno isto elidentur. Cum confiterit, neque ineunte sæculo nono Additionem illam receptam fuisse in Ecclesia universali. Dixi in Ecclesia universali, si enim de particulari aliqua Ecclesia loquamur, negari nequit Provinciam Toletanam jam ab anno 653. appendicem illam habuisse in Symbolo C. P., legitur quippe in Synodo Tolerano octava, alius decima, celebrata eo ipso anno, imò ad annum 589. quæ fuit Æra Hispanica 627. quando præcesserat Toletanum Tertium 62. Episcoporum, inter quos Leander Hispalensis, sunt, qui putent referendam esse Additionem; In ejus enim Concilii Symbolo ex editione Loayse habetur particula *Filioque*, aliqua utique lege ibi sancita. Hoc autem de illis Hispaniarum Ecclesiis accipiendum, quæ Symbolo C. P. in Liturgia utebantur, nam quibusdam in usu erat Symbolum purè Nicænum, absque additamentis C. P. Qualis erat Ecclesia Hispalensis, & missa, quam vocant Morerabicam, vel Mixtarabicam, vel Musarabicam, seu Gothicam; nam musa, Arabicè, ut audio, notat Christianum, quasi missam Christianarabicam, quæ celebrabant Christiani Gothi Hispaniam incolentes, mixti postea cum novis Invasoribus Arabibus, seu Saracenis. Hanc missam ab Episcopis Toletanis Eugenio, Ildephonto, Juliano compositam asserit Eliprandus Toletanus Epist. ad Alcuinum. Regnante Alphonso Sexto, Isidorus, & Hispalensem operam suam eidem locasse, augendo, vel reformando, diùque ejus celebratio retenta fuit in Hispaniis. Eam denique abrogavit Gregorius VII circa annum 1071., & providentissimo sanè consilio, maxime enim conducit ad Ecclesiæ unitatem conservandam, ut quorum eadem est in Deum fides, idem sit, Deum colendi ritus. Quis nescit novatores non sine Religiosorum rituum innovatione, schismata sua fovere exemplo Jeroboam? Permisit nihilominus Gregorius missæ Mozarabicæ usum in sex Toleti Parochiis. Postea permessa fuit Sacello Cardinalis Francisci Ximenes in Ecclesia Cathedrali, & Sacello Doctoris Talabricensis Salmanticæ, præfixis tamen diebus. Cardinalis Bona Liturg. lib. 1. cap. 11. ubi addit Rodericum Toletanum Ximenem Navarrum (qui Toletanam Cathedram adeptus est anno 1203., & obiit 1245.) memoriæ mandasse, quòd cum Populus Mozarabicus ægrè ferret, relicto proprio officio, cui assueverat transire ad Ritus Romanum, rem decerni voluit probatione singularis certaminis, atque ignis, & in utroque discrimine vicisse Mozarabicum. Subdit autem Bona Rodericum esse testem unicum, & singularem, qui rebus nec interfuit, nec interesse potuit, subindicans non facile Roderico præstandam fidem. At si exceptio Bonæ admitti debet, actum esset de quamplurimis vetustis historiis, quæ unico, idoneo tamen nituntur Authore, aliis fortè deperditis, neque unicus, & singularis testis est Rodericus, nam ante Rodericum integro ferè sæculo eadem historia reperitur apud Anonymum

E e e

mum Francum in Chronico Malleacensi ad annum 1068. , ut observat Christophorus Sandius in animadversionibus ad Vossium de Historicis Latinis , & ab Anonymo illo , vel ab alio probabile est accepisse Rodericum . Certò decretorias hujusmodi in ancipiti judicio monomachias , ignisque probationes etiam de maximis rebus frequentissimas olim fuisse apud feras illas Gothorum , Langobardorum , Francorum , similisque ingenii gentes , & ab eorum legibus habemus , & ab Historiis , donec Canonicis tandem , civilibusque sanctionibus interdictas fuerunt , nullo quippe veritatis tuendæ , aut inquirendæ operæpretio , quin potius falsitatis plerumque patrociniò impiam , barbaram , ferinam , carnificinam exercebant , & alioqui ex inauspicato talium probationum eventu non propterea veritatis fides apud cordatos , prudentesque unquam vacillaverat , sed è diverticulo ad Historiæ semitam .

In Concilio Foro-Julienfî sub Carolo Magno , sic legitur ; *sed et postmodum propter eos videlicet Hæreticos , qui susurrant Spiritum Sanctum solius esse Patris , & à solo Patre procedere , additum est , qui ex Patre filioque procedit .* Vides hic rem narrari de tempore , & de Authore taceri . Eodem Carolo imperante expressa fuit in Symbolo nostra Additio à Concilio Aquisgrani anno 809 . Cæterum cum Synodus illa misisset Romam Legatos Bernardum Wormatiensem , Jesse Ambianensem Episcopos , & Adelhardum Abbatem Corbejensem , ut Concilii confirmationem à Leone III. postularent , Pontifex de Additione respondit : approbare se Dogma ; sed si priusquam ita cantaretur , interrogatus essem , ne inferretur , utique respondissem . Nunc autem ita videtur posse utrumque fieri , ut paulatim in Palatio cantandi , idest recitandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur , & sic dimitteretur ab omnibus . Quin teste Magistro sententiarum lib. p. dist. 11. Leo ipse III. transfutum in tabula argentea post Altare B. Pauli . Alii legunt Petri , posita , posterisque reliquit pro amore , ut ipse ait , & cautela fidei orthodoxæ : in quo quidem Symbolo sic scriptum erat : *Et in Spiritum Sanctum Dominum , & vivificantem ex Patre procedentem , cum Patre , & Filio coadorandum , & glorificandum .* Meminit etiam Photius scribens ad Patriarcham Aquilejensem , ex quibus liquet , neque sub Leone III. ineunte sæculo nono , Latinam Ecclesiam universam habuisse in Symbolo C. P. particulam *Filioque* , indeque simul constat , quàm inverisimile sit , Appendicem illam ab alio priori Pontifice Symbolo insertam fuisse : neque enim suspicari potest , sapientissimum Pontificem Leonem , cunctamque Romanam Ecclesiam , priorum Pontificum , & Conciliorum Generalium hac de re sanctiones ignorasse , aut eas , si quæ præcessissent , in immemoriâ abiisse . Cur autem Leo , etsi probaret dogma , non probaverit adjectionem ad Symbolum ? An ob Religionem Canonis Ephesini , vel Sardicensis , vel alterius ? An , & fortè veriùs , quodd caveret , ne recens inflicto Græcis vulnus ob divisionem Imperii , ipso Leone Authore factam , recentiori hac offensa exacerbaretur , & recrudesceret ? non quidquid est justum est expediens .

Sed etiam ante Carolum Magnum agitata fuerat hæc controversia inter Latinos , & Græcos in Concilio Gentiliacensi sub Pipino Caroli Parente anno 766. vel sequenti . Cum enim Constantinus Copronymus Orientis tunc , & Occidentis Imperator Legatos misisset ad Pipinum ad ineundam confederationem inter ipsos , Græci objecerunt Latinis Additionem vocis *Filioque* , Ado Viennensis in Chronicis . *Placet aliis Adjectionis Authorem fuisse Nicolaum Primum , qui sedebat anno 858 .* Audiamus Antoninum part. 3. tit. 22. cap. 15. *Cum Photius Eunuchus , atque Neophytus in Sacris contra Canonicas Regulas Regiæ Urbis C. P. Cathedram invasisset , ejusque intrusorem non probaret Nicolaus , impotenti Photius estuans iracundia , zelo licet , sed amaritudinis palliata , Pseudosynodum cogens Nicolaum hæresis per subornatos Testes accusatum sacri-*

A

B

C

D

E

*legè damnare ausus est , quodd Symbolo adjectisset Spiritum Sanctum à Filio procedere , ideoque incurrisse Anathema Concilii Ephesini .* Quæ opinio , ut probabilior nuperrimè defenditur à Natali Alexandro ordinis Prædicatorum in selectis Hist. Ecclesiasticæ seculo 4. p. 3. p. 110. nititur autem his argumentis . Primò Epistola Encyclicâ Photii contra Nicolaum ad primarias sedes Orientales . Secundò Testimonio Ratramni Monachi Corbejensis lib. 2. pro Ecclesia Romana contra Græcos . Tertio auctoritate Antonini loco laudato . Quibus adductis , subdit , ad hæc momenta proculdubio non attendit Andreas Colossensis in Florentina Synodo sess. 6. (alii septima) cum ait Photius Romanæ Ecclesiæ inimicus acerrimus nullam de Symboli additione faciens mentionem in Nicolaum , & Adrianum Summos Pontifices literis invecus est plurimum , . Mihi verò mirum videtur Andream Rhodium ad Epistolam Photii non attendisse , ejusque momenta seridè non ponderasse : Quis enim in animum inducere queat , præcipuum contra Græcos à Latinis selectum Antagonistam ipsamque Græcum in arenam descendisse , non evolutis omnibus Græcorum voluminibus , penitusque scrutatis Principis adversarii , hoc est Photii , Armamentariis , eaque præcipud Epistolâ , quæ de hac controversia loqueretur ? Etdi ejus aciem effugisset , cur à tot eruditissimis sociis sibi adjunctis , cum quibus collato studio res transigebatur , monitus non fuit ? Cur à Græcis non redargutus , vel mendacii , vel inscitia ? An parcituros eos putemus veris erroribus , qui non parcerent falsis ? Cum ergo Andreas coram universo Senatu in præsentia adversariorum , à quibus exhibitari potuisset tam fidenter asserat , Photium non objecisse Nicolao , & Adriano additionem , nec ullus vel adversariorum vel commilitonum resistere , aut mussaverit , conjectare licet , Photium revera non objecisse Nicolao , & Adriano personaliter illam additionem , sed Ecclesiæ Latine universæ , in qua comprehenduntur Pontifices , & hoc tamen esse , quod Andreas asserit : non verò quod asserit Natalis , ut mox copiosius . Ad causas motiva , ut satisfiat , tria sunt distinguenda . Primum quid Romani Pontifices de dogmate senserint . Secundum quid de additione permiserint pro aliis Ecclesiis extra Romam . Tertium quid tandem de celebratione illius additionis in Symbolo pro Ecclesia universali præceperint . Et quidem Romani Præsules cum tota Occidentali Ecclesia Spiritum Sanctum à Patre , & simul à Filio , tanquam ab uno principio procedere constantissimè semper crediderunt , & professi sunt , idque passim occurrit in scriptis Latinorum Patrum , adeoque Leo III. *Sic teneo* , inquit , *si quis aliter de hoc se sentire , vel docere voluerit defendo , & contraria sententiam funditus abjicio* , in actis Smaragdi ad Carolum Magnum apud Sirmundum t. 2. Conciliorum Gallia , & apud Baronium , & alios . Cumque Romani Pontifices profiterentur dogma , ut orthodoxum , & ejus fidem firmissimè retineri ab omnibus Latinis , videntes ab aliquibus Ecclesiis illud cantari , in Symbolo C. P. , & in liturgia celebrari , prohibere id noluerunt , speciali præcepto , quamquam Leo III. ob rationes supra indicatas consuluerit Legatis Aquisgranensibus illud non apponi , sed potius tolli à Symbolo . Certè in Ecclesia Romana , nec additio in Symbolo , nec Symbolum ipsum recitabatur in Missa , donec Henricus Almus Imperator petiit , & impetravit à Benedicto VIII. , ut etiam Roma , sicut in aliis Latinis Ecclesiis usu receptum erat , post Evangelium caneretur in Missa Symbolum C. P. cum voce *Filioque* , Testis est Bezao Monachus primùm S. Galli , tum Abbas Augiensis , & Henrico synchronus in libro de Rebus ad Missam spectantibus . Tunc ergo additio præscripta adhuc non fuerat pro universali Ecclesia . Pontifex verò Benedictus dum Romanæ celebrationis fieri voluit author , additioni jam expressè consentit , quæ in Symbolo canebatur . Nunc ad argumenta Natalis . Ad primum Photius non objecit Nicolaum personaliter additionem ad Symbolum , sed

fed illam objicit tori Latinæ Ecclesiæ, & consequenter indirectè illam objicit Nicolao, quem idcirco cum aliis anathema incurrisse proclamabat. Neque plus aliquod exterebrari potest ex epistolis Photii. Hoc autem non probat opinionem Natalis, quòd Nicolaus fuerit author additionis. Similis responsio adhibenda est ad Rothramnum. Hic enim non dicit, Pontificem aliquem particularem addidisse Symbolo Quadrifillabam illam vocem, sed Ecclesiæ Doctores; ex quo pater, neque Rothramno constituisse, quis precisè fuerit author additionis (vivebat verò Rothramnus ætate Photii) si enim scivisset, quantò efficacius allegasset authorem Pontificem maximum, quàm Ecclesiæ Doctores, generalibus tantùm verbis.

Ad tertium Antoninus accepit verba Photii tamquam dicta de Nicolao, cum Photius loquatur generaliter de Latinis. Probat autem Additionis authorem fuisse Nicolaum, sed per subornatos Testes, ut idem Antoninus judicat. Ex Antonino præjudicium suum hausisse videtur Natalis. Non ergo adscribi debet Nicolao Additio, nec alicui Successorum. Adriani Secundi Christophoro, & Sergio Tertio, ut constabit ex dicendis.

Intepuit, & aliquandiu interquievit post Photium hujus Controversiæ fervor quousque Michaël Cerularius Patriarcha C. P. Anno 1053. vel circa, Dogma Processionis Spiritus Sancti à Filio, & ad Symbolum additionem, ardentibus, si umquam alius, conatibus impugnare aggressus est cum Niceta Pectorato Monacho Græco, quibus aliqui addunt Theophilactum Bulgarorum Archiepiscopum; Hos doctissimè valentissimèque confutavit Humbertus Cardinalis Episcopus Sylvæ-Candidæ, seu S. Ruphinæ Monachus Latinus, nempe Benedictinus missus Constantinopolim legatus à Leone Nono cum Friderico item Cardinali (qui postea in Stephanum Nonum evasit) Casinatis Monasterii Alumno, & cum Petro Amalphantano. Pectoratus coactus est retractare. Michaël in errore induratus publicæ damnationis pœna mulctatus est à legatis. Humberti aureum opusculum de hoc Dogmate exhibet Baronius in appendice ad Tomum undecimum. Anno 1097. In Concilio Barenfi, cui præfedit Urbanus Secundus iterum de hoc Dogmate disputatum fuit cum Græcis egregiè, pro Latinis pugnante Anselmo Cantuariensi quidem in Anglia Archiepiscopo, sed natione Italo, quippe Patriam nactus fuit Augustam Prætoriam (vid. Aosta), quæ Italiæ limes dicitur Solino in Principatu Pedemontano, ex Abbate Becensi ad Insulas Cantuarienses assumtus: extat ejus de Processione Spiritus Sancti acutissimum, ac profundissimum opus. Non veretur tamen Nuperus quidam Anglus in dubium revocare, verà auctoritas sit Synodus Barenfis, quam ejus ætatis Chronologi omnes suis Historiis inseruerunt. Videndus Peregrin. de Hist. Langobardorum, ubi occasio Synodi congregandæ adducitur: non fuit tamen Synodus Generalis. In Generali verò Lateranensi sub Innoc. III. in Professione Fidei legitur *Filius à solo Patre, ac Spiritus Sanctus pariter ab utroque*. De Additione verò nulla ibi mentio. At in Synodo Generali Lugdunensi Secunda, præfidente Gregorio X. Anno 1274. visi sunt Græci, qui convenerant, consensisse cum Latinis in Dogmate, qua de historia liber audire oculatum Testem Guillelmum Durandum Episcopum Mimatensem quæ Civitas est Occitanicæ, (Linguadoca) in Gallia. Græci, (inquit, lib. 4. Rationalis cap. 25.) *se errasse videntes quosdam Prælatos de suis ad Concilium Generale Lugdunense sub Gregorio Papa celebratum, miserunt. Qui in dicto Concilio publicè nobis videntibus, suo, & omnium Prælatorum, & Imperatoris Romani nomine professi sunt, quod Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex uno principio, non duabus, sed una spiratione procedit. Tunc coram Concilio publicè decantatum ter fuit Symbolum cum additione Filioque, primum à Latinis latine, à Græcis deinde græcè. Ut hæc definitio,*

Tom. IV.

*tio, dici possit omnibus præcedentibus generalior, clariorque. Mathæus Vestmonasteriensis in prædictum annum. In hoc etiam Concilio de Conversione Græcorum post Schisma lætitia magna fuit; non tamen diuturna, vix enim in Orientem reversi Græci, recesserunt ab iis, quæ Lugduni probaverant. Michaël Paleologus Imperator constanter in asserenda veritate stetit usque ad extremum, adeout cum in castris apud Thessalonicam obiisset, Andronicus ejus Filius Imperii non pietatis hæres Patris cadaver sepultura, neque plebeja, dignatus est, nisi quod jussit, ut noctu pauci quidam cadaver procul à castris abductum multa terra obruerent, ne Imperatorum cadaver à fœvis discerneretur, ex Nicephoro Gregora schismatico lib. 5. circa finem, qui pro sua pravitate, addit, ita in Patrem Filium egisse, quia Pater dum viveret, à rebus Ecclesiæ Doctrina descivisset, quod est dicere, quia Pater in vera Catholica Fide mortuus esset. Michaëlem Concilio Lugdunensi præsentem fuisse sunt qui asserunt cum Vossio, alii negant: Extant literæ Michaëlis ad Gregorium X., quibus fidem suam Romanæ consentientem profertur per legatos suos in Concilio. An etiam ipse adfuerit, mihi aqua hæret. Acerrimis tandem utriusque conatibus agitata res fuit in Concilio Generali, quod Ferrariæ indictum, & inchoatum ab Eugenio Quarto 1438. Florentiæ continuatum, dimissumque constat anno sequenti. Præfedit Synodo Eugenius, adfuerunt Orientis Imp. Joannes Paleologus, & Joseph Patriarcha Constantinopolitanus ibidem in exitu Concilii defunctus, relicto propriæ manus Chirographo, quo Romanæ fidei Dogma probavit. Electi sunt pro singulis partibus disputatores sex, & constituti in Synodi meditullio, ut à tota corona exaudiri possent; ex Græcis Antesignani Marcus Eugenius Archiepiscopus Ephesinus, & Bessarion Archiepiscopus Nicænus; ex Latinis Andreas Archiepiscopus Colossensis, seu Rhodius, origine quidem Græcus, sed Latinæ sectator fidei, & Joannes de Montenegro, Provincialis Lombardiæ, uterque ex Ordine Prædicatorum. Effulsit quoque inter Patres Doctrina, & Prudentia magnus Cardinalis Julianus Cæsarinus, & post diuturnas concertationes, porrò doctissimas, veritas triumphavit, unio, & concordia coaluit, subscribentibus Bullæ sanctæ unionis Græcis pariter, & Latinis, unico excepto Marco Ephesino, cujus tanta exitit pertinacia, ut neque rationibus, neque antiquorum Patrum testimoniis acquiescere unquam voluerit, & sui Imperatoris monitis morem gerere, rupe durior, ac silice, obstinatissimè recusaverit, & in Orientem regressus classicum cecinit, ut cæteri Græci palinodiam canerent, & Florentinam Doctrinam, cui subscripserant, retractarent. Bullæ tenor quantum ad præsens attinet, talis fuit; *definitum insuper explicationem verborum illorum Filioque veritatis declaranda gratia, & imminente tunc necessitate licitè, & rationaliter Symbolo fuisse appositam, ex qua rerum narratione duo præcipuè juvat colligere. Primum ne in Concilio quidem Florentino, cujus in inquirenda Historiæ veritate, maxima fuit industria, & sagacitas, certum, & exploratum fuisse, à quo, & quando præcisè particula Filioque Symbolo Constantinopolitano accesserit, neque enim si scivisset, incurioso id silentio, vel in definiendo, vel saltem inter disputandum transgissent, maxime cum ad causam non leviter conduceret. Alterum. Appositionem illam agnitam fuisse, non ut additionem propriè dictam, sed ut declarationem ejus veritatis, quæ in Symbolo continebatur implicitè, & potentiâ, & ideo Latinos Symbolo Constantinopolitano nihil propriè addidisse, quo sensu Concilium Chalcedonense actione 5. loquens de appositionibus à Concilio C. P. ad Nicænum factis sic habet. Præsens nunc sancta, & magna, & universalis Synodus prædicationem banc immobilem docens decrevit, ante omnia fidem integram, & intemeratam permanere trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum,**

Eccc 2

&



& confirmat doctrinam, quæ de substantia Spiritus Sancti à Patribus centum quinquaginta postea congregatis in Regia civitate tradita est, propter illos, qui Spiritui Sancto repugnabant, quam illi omnibus notam fecerunt, non, quasi aliquid deesset prioribus, adjicientes, sed suum de Sancto Spiritu intellectum contra illos, qui dominationem ejus respicere tentaverunt, scripturarum testimoniis declarantes. Ergo quemadmodum Concilium Nicænum quidpiam Symbolo suo addere interdixisset, ut testatur Liberius Pontifex in Epistola lecta in Concilio Florentino, nihilominus Concilium C. P., declarando apposuit non pauca, ut *Factorem Cæli, & Terræ natum ante omnia sæcula ex Spiritu Sancto, & Maria Virgine, sedet ad dexteram Dei Patris, Dominum, & vivificantem Patre procedentem*, & alia, id postulante necessitate Macedonianæ, Eunomianæ, vel alterius hæresis exsufflandæ. Pari ratione, ut occurreretur Orientalium errori, Spiritum Sanctum à Filio procedere negantium, licuit Latinis, simili necessitate poscente, dogma in Symbolis Nicæno, & C. P. implicite, & potestate contentum declarare, & per verba formalia exprimere, ac Symbolo publicè canendum apponere. Cùm præsertim Latini non dubitarent in hac olim sententia fuisse Græcos Patres Athanasium, Basilium, Cyrillum, & Synodum Alexandrinam in Epistola ad Nestorium, quæ incipit. *Cùm Salvator noster*, & quemadmodum ipse Marcus Ephesus sess. 8. Concil. Florent. habita Ferrariæ factus est, quæ à Synodo C. P. addita sunt ad Nicænum, potentiâ includi in Symbolo Nicæno. Ita in quæstione nostra. Cùm præsertim omnes Latini Patres Doctrina, & Sanctitate percelebres in hanc fidem unanimes conspiraverint, quos afflatu Divini Spiritus caruisse non impium tantummodo, sed stultum esset asserere. Non sum nescius Græcos falsitatis, & imposturæ arguere testimonia Latinorum veterum Patrum, quæ ipsis obijciuntur, ut patet ex Historia Concilii Florentini scripta à Sylvestro Sguropulo, & latinis verbis reddita à Roberto Creighton Anglo; verum fuit hæc semper naufragantium, & desperantium extrema tabula, & baculus arundineus, cui qui innititur perfodit manum suam. An non possent Latini idem crimen in Græcos regerere? Sed parcunt veritati, ne stulti ipsi quoque videantur; nam omnes omnium Codices in tot dissitis regionibus aservatos interpolare, vitiare, corrumpere, res est dictu facilis, factu impossibilis.

Potè sunt hæc usque aded manifesta, ut subolere cuiquam possit magistros Græci erroris (in quos unice referenda est culpa; nam oves sequuntur Pastores, etsi devios, & errantes) non ex incititia, neque ex conscientia Latinis in hoc dogmate restitisse, cùm nossent, vel nocere possent Patres eorum Græcos latinum dogma probasse, sed sub prætextu, & larva pietatis politicum aliquod consilium, pravamque intentionem occultasse, qua ducti, verius seducti, tot in Ecclesia Tragædias excitarunt, quod Historiarum monumenta revolventibus facile constabit. Nunc, præter nativam illam harum nationum ab invicem aversionem, invenient primigeniam causam, unde dissidii scaturigo primùm ebullivit, fuisse æmulationem imperii, & supremæ Potestatis Romani Pontificis, quam Græci concoquere nunquam potuerunt, sed cùm hanc causam non auderent in scenam patenter producere, eâ dissimulatâ, Religionis prætextum speciosius obtenderunt, rerumque Sacrarum Majestatem in clientelam impotentis ambitionis demiserunt, Photius certè, antequam Nicolaus intrusionem ejus in Patriarcham improbasset, nihil in Pontificem molitus est. Cùm verò ea spe cecidit, & Superos flectere nequivit, Acheronta movere aggressus est, Erebi calumnias in Nicolaum evomendo, & cùm demum Johannem Octavum demulssisset, ut sibi Patriarchatum confirmaret, tunc frigescente iracundia Joannem Patrem, Joannem Sanctum appellat, eique per omnia obsequium profertur. An Joannes non iisdem

A cum Nicolao initiatus erat latinis sacris? Religio ergo prætextus Photio fuit conflandi dissidii, ambitio, fastus, superbia veræ causæ. Nolebat enim, ab alio contra propria vota judicari, sed dejecto, ob anathema imputatum, Romano Pontifice, à prima Sede sibi primatum asserere, quod tantopere ambiebat; Idem contigit in schismate Michaëlis Cerularii.

B Nec Ecclesiastici tantùm viri, sed Laici etiam Principes præpostero istiusmodi consilio usi sunt, ut aliquando Dominam Ancillæ submitterent; nam, ut vetustiores taceam, Michaël Imperator Concilio Lugdunensi favisse visus est, quòd Caroli Andegavensis arma timens, Gregorium X. conciliare, ut sibi opem ferret, adnissus fuit. Joannes verò Paleologus Amoris Turcarum Tyranni imminentem invasionem avertere satagens, Sigismundi Occidentis Imperatoris primùm, tum Eugenii Pontificis auxilia imploravit, oblata illi Ecclesiæ Orientalis unione, cujus propterea promotor ipse, & præcipuus auctor exiit, ita disponente Divina inscrutabili providentia; Apparuit porò in Concilio Florentino Romani Pontificis longanimitas, & paterna Indulgentia, cùm causam alias vindicatam, & Orientis, Occidentisque conspiratione definitam sustinuit disputari denuo Ferrariæ, & Florentiæ, non quidem quòd præcedentes definitiones in dubium revocari fineret; Infallibilitatis enim robur adeptæ fuerant, sed ut labori, dispendiisque non parceret pro reducendis in viam rectam errantibus, persuadendo illis veritatem: caritas enim benigna est; nam quòd Græci postremò urgebant, etsi dogma verum sit, Symbolo tamen addi non licuisse absque Concilio Generali utriusque Ecclesiæ, alias Ephesinæ Synodi anathema subsissent, huic argumento, quo magnâ fiduciâ nitebantur Græci, triplex à Latinis adhibita invenitur data responsio.

C Prima est Magistri Sententiarum. Concilium Ephesinum, cùm vetuit aliud credi, & Symbolo addi, accepisse aliud pro contrario, & diverso, quasi dixerit: qui contrarium, vel diversum crediderit, aut apposuerit, anathema esto: Quam responsionem uberrimè explicant Johannes de Monte-nigro in Concilio Florent. sess. 10., & Emanuel Calecas lib. 4. contra Græcos, Græcus & ipse.

D Secunda responsio est Guillelmi Durandi Speculatoris. Canonem Ephesini non esse latæ sententiæ, sed ferendæ, hoc est Comminatorium. Addit tamen & Nemotius superiorem ab inferiori ligari non posse. Romanum autem Pontificem non subesse Concilii, sed Concilium Pontifici, ideoque etiam sine Concilio, & Orbe Christiano non convocato decernere de fide posse, sive cum multis, sive cum paucis.

E Tertiari adhibuit Andreas Colossensis sess. 4. Promitto, inquiens, vobis probare clarissimè: Romanorum Ecclesiam, nullam ad Symbolum Accessionem fecisse, quæ licere non videretur, sed quam vos Additionem vocatis, eam explanationem, dilucidationemque quamdam esse, ipsamque ab eadem Romana Ecclesia jure fieri potuisse, ac denique Romanam ipsam Ecclesiam non minùs addere quædam, quam obscura illustrare, clarumque reddere summam facultatem habere.

Ex mente igitur Colossensis, & Juliani Cardinalis sess. 12. §. sufficiet, quibus prævit Ephesina Synodus Epist. Synodali ad Imperatorem, Romanus Pontifex utrumque jure potest declarare scilicet Symbolum, & illi addere, si necessitas jussit, & in hoc cardine vertitur tota quæstio, nempe, an Summus Pontifex sit verè caput Ecclesiæ potestativè, an verò honorarium dumtaxat. Si enim primum potest utique Symbolo addere, neque timendum est, vitibile caput, & magistrum Ecclesiæ successorem Petri, pro quo Christus oravit, & indubitanter obtinuit, ut non desiceret fides ejus, absolum quidpiam, & à recta fidei norma prævaricans fidelibus ex Cathedra unquam pronunciatum, non contingere verò potest, ut ad convellendam pravam aliquam



doctrinam in Ecclesia serpentem, & præsentantem indigentem antidoto adunari Concilium OEcumenicum ex Univerſo Chriſtiano Orbe fit impoſſibile. Quot enim intervenire poſſunt bellorum peſtilentiæ diuturnæ, aliorumque discrimina accidentium? Num ergo relinquendæ tunc eſſent Chriſti oves, ut ſuborta interim impia quapiam hæreſi agerentur omni vento Doctrinæ, & per invias traductæ feminas in perſidiam ruerent? Decuit ergo Chriſti Paſtoris nunc inviſibilis Providentiæ reliquiſſe gregi ſuo, vivum aliquem, viſibilemque magiſtrum, ac Regulam credendorum omni tempore, cum opus fuerit, conſulendam, cujus oraculis etiam non coacto univerſali cœtu, infallibiliter doceretur quid complecti, quid reſpuere conveniret. Hæc autem oracula Epistolæ ſunt decretales, & reſponſa dogmatica Pontificum. Quamquam Pontifex cum intendit docere ex Cathedra, non fundit oracula, niſi præmiſſa prudenti conſultatione, atque operoſiſſima diſcuſſione doctrinæ tradendæ, aded ut ſi abſque Concilio, non abſque conſilio, & matura deliberatione decernat. Utitur enim ſtudio, ſapientia, peritia Sacrarum Congregationum, virorumque illuſtrium, qui Romæ ex flore Chriſtiani nominis adunantur, præmittit iteratas ad Dominum publicas privataſque ſupplicationes, & ſacrificia ad implorandum cœlitus lumen, & tum demum Numine plenus infallibilia promit oracula, atque hoc eſt loqui ex Cathedra, ſeu ut veteres Scholaſtici dicebant, loqui papaliter, nempe autoritate Capitis, Magiſtri, & Principis univerſalis, jubendo ita à cunctis fidelibus credi debere. Et hanc poteſtatem in Romano Pontifice agnoverunt Græci ipſi vetuſtiores, ſapientiores, ſanctiores. Unico contentus ero teſtimonio Theodori Studitæ ex Codice Vaticano propediem edendo. Scribens enim ad Michaëlem Imperatorem Græcum, ipſe Græcus, Abbas Monasterii, quod Studius Conſul extruxerat in ſuburbio Conſtantinopolis, & obiit anno 826. *Si de aliquo, inquit, dubitare, vel non credere videtur veſtra divina magnificentia, ejus rei explicatio à Pontifice piè eſt poſtulanda. Jubeat à veteri Roma capere declarationem, ut à principio (nota) à Patribus noſtris eſt traditum. Ea inter omnes Eccleſias Dei Summum, & Supremum obtinet locum, cujus Petrus tenet primam ſedem; Ubi obſervandum non tam quid Græcus Pater ipſe ſenſerit, ſed quid reſtatur à Græcis Patribus ita à principio traditum fuiſſe, idque luculentiffimè probatum fuit in Concilio Florentino, aſſentientibus Græcis. Nunc rogo. Nonne in hoc Concilio Græcorum hæc vox ad Eugenium audita eſt? Nos Pater Sanctiſſimo illud ex Filioque verum eſſe concedimus, ac ipſum in Occidentali Eccleſia celebrandum permittimus, quandoquidem nobis conſtitit, urgente neceſſitate, ad declarandum divinum Symbolum, à vobis additum fuiſſe, cum non diverſam fidem ſignificet &c.* Idemque profeſſi ſunt in Domo Imperatoris, unico refragante Ephēſio? Nonne Joſeph eorum Patriarcha extremum ſpiritum ducens, & jam jam moriturus latinum Dogma, & probavit, & proprio ſubſignavit Chirographo? Nonne Michaël Imperator in eadem fide deceſſit, eſſi Andronicus filius, & hæres Schiſma rueretur? Num Generalia, OEcumenica, ac legitime Congregata non fuerunt Lugdunenſe, & Florentinum Concilium? num non Sancti Spiritus aſſuatu directa? Quid ibi tyrannicum, & violentum paſſi ſunt Græci? quidquid oblatrare audeat Sguropulus pœnitens, quod ſubſcripiſſet uniōni, cum ſuæ potiùs pœnitentiæ ipſum pœnitere debuiffet. Cur ergo, quæ in Synodis generalibus non timore conculſa, non fraudibus circumventi, non blanditiis deliniti, ſed liberrimis diſputationibus convicti approbaverunt, illico poſt Concilia rejecerunt? Annon eſt hoc Spiritum Sanctum rejeciſſe, cujus nomine generalia Concilia dirigi nemo inficiatur qui Chriſti fidem profitetur? Græca id arrogantia accidiffe, vel deſultorii ingenii levitate, aut alia quavis æmulatione ipſi

A

B

C

D

E

viderint. Certè inexcusabiles cur non ſint, nos non videmus. Illud verd evidens eſt, & miſerandum, quartodecimo vix anno à Florentino Conſeſſu, quem illuſerant, eorum forte perſidiam Superis ulciſcentibus, capta à Mahumete ſecundo Urbe Regia Conſtantinopoli, barbaricam Græcos ſubiſſe tyrannidem, in eaque adhuc ærumnoſiſſimè vivere, quod malorum omnium in libero homine juſſimum æſtimatur, & nihilominus tot calamitatibus fracti, tot cœleſtis iræ documentis admoniti ad cor non redeunt, tumorem, & factum etiam ſub jugo non excutunt, ſed pertinaciſſimè in ſchiſmate perfeverant, præcarias dignitates, venalesque Antiſtites à ſerviſſimo Scythæ habentes turpiter, cum poſent Canonicos, & legitimos à Sacrorum Principe Chriſti Vicario honeſtiſſimè poſtulare, atque ita dum Romanum Hierarcham ſtuduerunt à prima Sede per injuriam deturbare, ipſi decidunt à ſecunda, & inter abjectiſſima mancipia à Tyranno computantur. Hunc ergo errorem errabat Græcus Philoſophus Petro Diacono inſultans in Caſtris Lotharii.

Ex his, quæ hætenus, narrando non diſputando, retulimus, elucet, non liquere, à quo præciſe Pontifice vox *Filioque* Symbolo fuerit appoſita, ab aliquo autem Pontifice appoſitam fuiſſe, aſſeruit Coloffenſis ſeſ. 7. Imminente ſiquidem Schiſmate in Hiſpania, & Gallia, operæpretium fuit Symbolum declarare. Sed cum nullum Concilium antiquum, nullus Conciliorum Doctor meminerit, quis Pontifex id præſtiterit, conjectandum videtur à nullo Pontifice ſaltem, ad annum ſupra milleſimum Decretali ſanctione pro Eccleſia Univerſali præſcriptum fuiſſe. Quoniam verd Additio illa Orthodoxam Doctrinam continebat, & in Occidente paſſim celebrabatur ex hæreditaria traditione Patrum Latinorum; propterea Romani Pontifices id non prohibuerunt, unde tacitè probarunt pro Eccleſiis, in quas inducta fuerat conſuetudo, nam pro Eccleſia Romana neceſſe non erat aliquid ſtatueri, tunc enim Symbolum in Miſſa Romæ non canebatur, donec præſentibus piſſimis Principibus Henrico Almo, & ejus Uxore Virgine Cunegunda, Romæ quoque recitari cœpit in Miſſa Symbolum Conſtantinopolitanum cum additione. Deinde expreſſum fuit hoc Dogma in Concilio Lateranenſi ſub Innoc. III. Can. 2. Poſtea in Lugdunenſi II., & Dogma, & Additio definita fuerunt, ac tandem Concilium Florentinum decrevit, licuiſſe Latinis particulam *Filioque* Symbolo apponere, permiſſi tamen ſunt Græci illam non recitare, dummodo à Latinorum ſenſu, mente non diſcreparent. *Non enim in verbis, ſed in ſenſibus Religio noſtra conſiſtit*, inquit Gregorius Theologus. Hæc fuſe de Historia Additionis, de cujus nunc ſcholaſtica Doctrina circa Dogma.

## EXCURSUS ALTER

## HISTORICO-SCHOLASTICUS

*Doctrina Scholaſticorum de Proceſſione Spiritus Sancti à Filio, ſicut à Patre.*

Angelicus Doctor uſque aded verum neceſſariumque putavit, Spiritum Sanctum à Patre, & ſimul à Filio procedere, ut, ſi per impoſſibile non procederet à Filio, non eſſet perſona diſtincta à Filio, ſed unica, eademque perſona eſſet genita, & ſpirata, Filius & Spiritus Sanctus, ac ſubinde everteretur magnum illud Myſterium, in cujus Fide Chriſtiani ſumus. In Divinis enim (ita philoſophantur Thomiſtæ) omnia ſunt unum, ubi non obſtat relationis oppoſitio, quod Axioma à Patribus traditum opinantur, & præfertim ab Anſelmo, nempe nulla in Deo concipi poteſt realis diſtinctio, niſi ubi invenitur oppoſitio unius ad alium. Cum enim Divinum eſſe fit infinitum, comprehendit in ſe omne eſſe, nihilque à ſe excludit, ſed omnia ſibi identificat: præterea, quæ illi opponun-

ponuntur (opposita enim coalescere nequeunt in eodem) alioqui, si non omnia sibi identificaret, esse Dei non esset infinitum, & illimitatum; omnis enim realis distinctio, quæ reperitur inter entia non opposita, oritur ex limitatione, & finitate entitatis. Ideo siquidem hoc non est illud, etiamsi non opponatur illi, quia hoc non comprehendit in se omne esse, sed ex toto esse participat sibi aliquam tantum rationem entis, restrictam, & limitatam, cujusmodi sunt omnia entia creata, Dei autem esse à nullo restringi, & limitari potest, neque ab intrinseco, neque ab extrinseco, ut per se patet, ergo identificat sibi omne esse, & omnia est, eo dumtaxat excepto, cum quo habet oppositionem; cum enim nihil opponatur sibi ipsi, consequenter quod alteri opponitur, ab altero necessario distinguitur. Porro in Divinis nulla videtur inveniri posse alia oppositio, nisi oppositio relativa, nam absoluta non opponuntur, quia pertinent ad unitatem essentiae: nec alia oppositio relativa, nisi originis, seu producentis, & producti, qua nimirum ad invicem reciproce referantur, qui ab alio, & à quo alius. Duo enim hæc impossibile est identificari, & non distingui realiter, cum idem non possit producere seipsum; esset enim antequam esset, & simul esset, & non esset, quæ sunt contradictoria, & implicancia. Si ergo Spiritus Sanctus non produceretur à Filio, non esset inter illos oppositio, & relatio originis, ac subinde nulla esset ratio, propter quam realiter ab invicem distinguerentur, neque essent duæ personæ, sed una eademque persona esset simul Filius, & Spiritus Sanctus producta à Patre duplici originatione, nempe per intellectum, ut Verbum, & Filius, & per voluntatem, ut Spiritus, & Amor. Quæ Doctrina ponit securam ad radicem opinionis Græcorum, eamque non tantum non veram ostendit, sed omnino impossibilem. Hæc Thomistæ.

Scotus verò, etsi asserat contra Græcos Spiritum Sanctum de facto procedere à Patre, & à Filio, & impossibile esse, ut non procedat pariter ab utroque. Quidquid enim est in Deo, impossibile est in Deo non esse. Si tamen fingamus hypothese[m] impossibilem, quod scilicet Spiritus Sanctus non procedat à Filio, sed à solo Patre, ut dogmatizant Schismatici, nihilominus tunc etiam Spiritus Sanctus distingueretur à Filio. Fingere autem hujusmodi impossibile non est inutile, ut putavit Gotfredus cum aliis; nam juvat ad investigandum principium formale, & radicem directam distinctionis unius ab alio, v.g. impossibile est Creaturas non produci ab omnibus tribus divinis personis, opera enim ad extra, sunt communia toti Trinitati, & tamen non inutiliter queritur, an si Deus non esset Trinus, esset Creator? Juvat siquidem ad investigandam rationem formalem potentie creativæ, sit ne omnipotentia absoluta, an aliquid relativum? Similiter an si Deus operaretur ex necessitate naturæ, tollerentur effectus contingentes? An si homo non esset rationalis, esset risibilis? An si non esset intellectivus, esset appetitivus, seu volitivus? Neque enim ex his hypothesebus sequitur utraque pars contradictionis, ut putat Gotfredus. Ergo, sic philosophantur Scotistæ. Principium, quo res constituitur in suo esse, est etiam principium, quo res distinguitur ab omni alia re, quæ non habet idem constitutum, sed Filius in suo proprio esse Filii constituitur per Filiationem, quæ non constituitur Pater, & Spiritus Sanctus, Ergo per Filiationem quoque Filius distinguitur à Patre, & à Spiritu Sancto. Atqui esset Filius, etiamsi non produceret Spiritum Sanctum, nam Filius producitur per intellectum; quæ Productio intelligitur prior Productione Spiritus Sancti, quæ fit per voluntatem; ergo in illo priori signo Filius intelligitur constitutus in esse Filii, & personæ per Filiationem; ergo per eandem distinguitur à Spiritu Sancto, qui non constituitur per Filiationem, neque in illo priori intelligitur produci; ergo Filius, & Spiritus Sanctus distinguuntur quidem per relationes, non tamen per relationes directas, & formaliter oppositas,

A

B

C

D

E

quales sunt relationes originis producentis, & producti, sed per relationes oblique oppositas, & dispares, quales sunt relationes constituentes personas, hoc est Filiatione, & Spiratio passiva. Atque hæc & plura alia Scotistæ.

Utraque schola philosophatur probabiliter, neutra evidenter, & demonstrative. Si enim alterutra evidenter demonstraret, extorqueret assensum ab Adversariis vel invitis (nam intellectus est potentia necessaria, quæ agnitæ veritati non potest refragari) & sic cessaret controversia. At videmus utrinque tunc negari principia partis adversæ. Scotistæ enim negant, distinctionem in Divinis non aliunde oriri posse, quam à Relationibus formaliter, & directe oppositis producentis, & producti. Thomistæ contra negant principium Scotistarum, quod scilicet sufficient relationes oblique, & disparate oppositæ. Neque una schola evidenter convincit alteram; si enim patenter convinceret, cogeret assensum Adversariorum, alioqui non constantia esset, sed pertinacia ab æquis rerum arbitris exsufflanda. Habes itaque pro se utraque schola principia tantum probabilia, quod est habere evidentiam negativam, quia evidenter convinci non potest ab adversario, sed non habet quo evidenter convincat adversarium, quæ est evidentia positiva, orta ex demonstratione, qua caret utraque schola. Principium ergo probabile sufficitur, ut clypeus ad se defendendum, & ad respondendum adversariis, sed non est sufficiens lancea ad confodiendum illos, quapropter unaque schola securi sibi est, quod suis recte nixa principii impugnari potest, expugnari non potest, nunquam enim in tantas angustias trahi potest, ut probabiliter evadere nequeat; neque enim negaturus est principium aliquid evidens, sed probabile dumtaxat, quod cuique permittitur, atque ita utrinque, & probabiliter arguetur, & probabiliter respondebitur, imperabili utrinque victoria. Quocirca si quando defendens ducitur in fyrtes inextricabiles, non id scholæ imputandum, sed scholaris imperitiæ, qua causæ non malæ malum adhibet patrocinium, & infirmum. Dices: nulla opinio solum probabilis, nisi probabilis quoque sit ejus contradictoria: est argum. Opinio aut est vera, aut est falsa; ergo si una est vera, altera est falsa: ergo non potest utraque esse probabilis. R. Nullam opinionem probabilem dici posse falsam quoad nos, neque una probabilis est contradictoria contrariæ, cum utraque sit affirmativa, & utraque admittit probabilitatem alterius, alias alterutra esset certa, & non tantum probabilis. Et hæc observatio mihi persuasit, ut nunquam fuerim opinionum nimis æmulator, nec durus exactor, sed in qualibet classica controversia utrinque cum laude, & argumentari posse, & responderi censuerim; & signanter dixi controversia, nam hoc ipso, quod controversia argumento est abesse utrinque evidentiam positivam, quæ scilicet suffocat, & jugulat adversarium. Sed manum jam de tabula, ne videar in alieno foro litigare, & Theologum agere, cum ago Historicum. Ergo, ut ex longo excursu mea tandem legam vestigia, hæc summatim ex gemina præcedenti dissertatione juvat colligere. Primum particulam *Filioque* non fuisse proprie additionem, sed explicationem dogmatis in Symbolo C. P. verè contenti, sed implicite, & virtualiter. Secundum etiamsi fuisset proprie additio, jure addi potuisse à Pontifice Romano fidei magistro universali, cujus potestatem in dogmatibus definiendis, etiam non convocato Concilio, Ephesina Synodus nec circumscriptis, nec circumscribere potuit, cum potius Concilii auctoritas pendeat à Pontifice, absque cujus consensu non cogitur, nec sine Pontificis confirmatione subsistit. Tertium nesciri à quo præcisè Pontifice additio illa decreta fuerit pro Ecclesia universali ante Concilium Lugdunense secundum, nam si de particulari aliqua Ecclesia, aut Provincia, seu Natione fiat sermo, introducta primum videtur in Hispania, & in Gallia, tanquam ex communi Ecclesiæ Occidentalis sensu, Romano Pontifice non prohibente.

eundem Diaconum taliter alloquitur : in Occidentali climate , nunc impletum videmus , quod Dominus per Prophetam dicit , erit , ut Populus , sic Sacerdos , cum Pontifices ad bella ruunt , sicut Papa vester Innocentius facit , pecunias distribuunt , milites congregant , purpurea vestimenta amiciuntur . His , & aliis multis peroratis , cum nox diei finem imponeret , idem Græcus dicta sua , & Petri Diaconi responsa in Græcum sermonem transfudit Patriarchæ Constantinopolitano , & Imperatori Johanni deferenda , auctoritates etiam , per quas Græci uxores defendebant , Petro Diacono tunc in scriptis tradidit . Imperator etiam de litigio , quod Petrus Diaconus cum Græco habuerat , ultra modum gavissus , eundem Diaconum , interventu Richizæ piissimæ Augustæ , & Henrici Ducis Bajoariorum , & Conradi Ducis Suevorum , Logothetam ( 2 ) , à secretis , Exceptorem , Auditorem , Cartularium , ac Cappellanum Romani Imperii constituit .

hibente . Tunc autem non pauca Episcopis , & Conciliis particularibus permittebantur , quæ postea permitti destiterunt , & prudentissimo sanè consilio ad solam Cathedram Romanam potestas hæc restricta fuit . Sic enim Ecclesiæ unitas , & dogmatum conformitas securius custoditur . Quartum verisimile esse à nullo particulari Pontifice decretali sanctione præscriptum expressè fuisse ante Concilium Lugdunense pro Ecclesia universali , sed modò hic , modò illic invaluisse ad retundendam Græcorum novitatem , donec Romæ quoque recepta fuit sub Benedicto VIII. post millesimum annum ; neque tamen tunc definita , sed tantùm celebrari admissa Romæ , sicut alibi celebrabatur . Definita verò tandem fuit in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. Ad quam Synodum vocati D. Thomas , & D. Bonaventura , Thomas obiit in itinere , cum illuc pergeret . Bonaventura verò decessit in eadem Synodo , factus jam Cardinalis .

Iterum postremò definita est in Concilio Florentino , Græcis præsentibus , & assentientibus , ut proinde , quantumvis Græci Pontificem subdant Concilio , & Fidei dogmata definire ad solùm Concilium Generale spectare contendant , inexcusabiles nihilominus in suo schismate convincuntur , cum jam à Conciliis generalibus facta debita fuerit cum assensu ipsorum , & subscriptione ad Bullam Sanctæ Unionis . Quòd autem Sylvester Sguropulus in sua Græca Historia Concilii Florentini , & Robertus Creyghthon ejus Interpres latinus obstrepat , contententes Græcorum subscriptiones fuisse violenter extortas , solemnis est eorum cantilena , qui majori , & saniori parti cedere ex legis præscripto jussi sunt . Joannes certè Imp. sect. 9. cap. 10. Sguropulo ipso referente , postquam aliqua præfatus esset de Dignitate Concilii Florentini subdit . *Quare hæc sincero corde enuntio , & in publicum offero me omni Imperii mei auctoritate , ac robore hujus Sacra Synodi Decretis obsequi , & quidquid plurium suffragia præscripserint constantia indeprecabili amplexari , & ad ultimum vita spiritum defendere , ac tueri , idque tam propter prædictas à me rationes , quàm quòd fide indubitata persuadeor Sanctam Dei Ecclesiam in Concilium publicum congregatam , & de dogmatibus fidei deliberantem errare nullo pacto posse . Enimvero unum , duos , tresve , aut plures virorum , qui nunc vitali aura perfruuntur in privatis consultationibus à veritate exorbitare contingit ; at Catholicam Ecclesiam in communi sibi prospicientem , de quo Dominus noster Christus pronuntiavit ad Petrum , Tibi dico , quòd Tu es Petrus , & super banc petram edificabo Ecclesiam meam , cui portæ inferorum non prevalebunt , posse erroribus circumfundi , contradictionem implacat , fidei en-*

Qualiter per Lotharium Imperatorem restituta fuerunt multa Ecclesiæ huic Monasterio .

## CAPUT CXVII.

Idem verò Imperator Lotharius exercitum congregans , navalemque expeditionem , super quam Stabulensis Abbas Guibaldus ordinatus erat , supra Salernum direxit . Pugna itaque maximà facta , multisque ab utraque parte cadentibus , Salernitani , dum civitatis suæ statum alteratum perspicerent , habito consilio , & se , ac civitatem Imperiali clementiæ subdunt . Quæ res inter Pontificem , & Cæsarem dissensionem maximam ministravit , Papa dicente , Salernitanam civitatem Romanæ Ecclesiæ attinere ; Imperatore econtra , non Pontifici , set Imperatori pertinere debere , dicente . His porro diebus Petrus Casinensis Diaconus , in præsentia præphati Impera-

diametro repugnantem ; non solum quia tum Salvatoris nostri promissa interdiceret oporteret , sed & nostram fidem principiis niti instabilibus , & incertis , quæ cum utraque absurda sint , Ecclesiam Universalem omnino infallibilem esse necessum est , nobisque hoc incumbit onus pietatis , ut ab Ecclesia placitis æternum pendeamus , & mibimet ipsi præcipue , qui Diademate , & verenda Majestate omnibus præfulgeo , ut libertatem Ecclesiæ , jura , ac privilegia facta testis defenderem , modo ne nos Latini cogant additamentum illud è suo Symbolo in nostrum inferre , aut alla permutare cæremoniarum momenta , quæ in nostram Ecclesiam à multis retro sæculis usurpari consueverunt ; & talis erat Imperatoris sententiæ prolatio . Hæc Sguropulus ; subdit deinde omen canis oblatrantis , dum Imperator loqueretur , quod indignum est viro gravi , & cordato Scriptore ; cedo , cui credendum , Imperatori , an Sguropulo ? V. demum collige , controversias elasticas in scholis agitatae plerumque esse utrinque probabiles . Nonnullas etiam nunc addo , reduci ad questionem de nomine , & ad examen principiorum , quæ unaqueque schola sibi præ fundamento substernit , non tamen demonstrative , & propterea sufficiunt ad se defendendum , quia probabilia , non ad convincendum Adversarios , & 6 utinam interdum non essent de subjecto non supponente , ut loquuntur Logici , de quo justa est sapientiorum querela . Ad hanc materiam illustrandam opportuna multa , atque pulcherrima occurrent legentibus Acta Concilii Florentini apud Baronium , apud Binium , apud Bail. imò non inutile erit percurrere historiam ipsius Sguropuli , dummodo sale intersperso , & ad Lydium lapidem expendatur , & exploretur : nos interim à longo excursu ad Aquas pensiles , & ad castra Lotharii redeamus .

( 2 ) Multis titulis ornatum , oneratumque se prædicat Petrus ; sed verè testimonium perhibente eodem Imperatore in Epitola ad Rainaldum , quæ extat in Codice nostro 257 .

Logotheta , ex vi nominis , Ratiocinator . Magister , & cognitor rationum Fiscalium . Exceptor est Notarius , qui per notas scribit : supra lib. 2. in cap. 12 .

Multiplici se munere à munificentissimo Augusto honestatum proficitur Petrus . Datum reor Dignitati Casinensis Cœnobii , & pietati ipsius Imperatoris in Sacrum hoc Asceterium , pro quo Petrus tam egregiè pugnaverat . Datum splendori Familiæ ipsius Petri inter Romanos nulli secundæ , ut alibi notatum est . Logotheta ad verbum , ratiocinator , & discussor computorum Fiscalium , Neapoli appellatur *Maestro Razionale* . Porro Magister nomen est non doctrinæ , sed Præfecturæ , unde Magistratus , Magister militum &c. De secretis officiis videndi Lexiographi .

peratoris, & Optimatum, proclamationem fecit de Monasterio Sancti Benedicti in Bari, quod cives Barenfes à ditione Casinensis Cœnobii subduxerant, ab obitu scilicet Patris Desiderii, qui & Victoris Papæ Tertii. Tunc Imperator Barenfes ante se evocans, præcepit, ut rationem, quam de præphata Ecclesia habebant, ostenderent, quam dum se non habere dixissent, ex jussu Imperatoris, Petrus Diaconus in omnium audientia legit, qualiter eam Pipinus, & Carolus Magnus filius ejus, & omnes succedentes Imperatores Beato Benedicto, & ejus Casinensi Cœnobio concesserant. Ratione itaque Imperator Casinensis Cœnobii agnita, Barenfibus præcepit, ut Beato Benedicto eandem Ecclesiam redderent, centum marcarum auri poenâ propositâ si hoc remove temptassent. Tunc etiam idem Petrus conquestus est supra Robbertum Comitem de Laurotello, qui Ecclesiam Sanctæ Scolasticæ sitam in territorio Pinnensi cum multis aliis possessionibus, & Ecclesiis cuidam militi suo in feudum tradiderat (1), & judicante præphato Imperatore per Gualfridum Judicem Bononiensem, & prædicto Comite renuntiante, recollegit protinus illas. Idem præterea Imperator, ob maximam devotionem, & singulare spei remedium, quod post Deum in Patre Benedicto habebat, sub vadi- monio constrinxit omnes proceres Sampnix, Liguriæ, Piceni, Peligni, Apuliæ, Liburiæ, ac Principatus, ut nisi Romani Imperii iram vellent experiri, statim ut ad domum propriam remeassent, cunctas Beati Benedicti possessiones Casinensi Cœnobio redderent, quas usque ad diem illum à temporibus Justiniani Magni, nequiter retinuerant, mille librarum auri poenâ appositâ, si in hoc contemptores existere voluissent.

*Qualiter prædictus Raynaldus licentiam habuit redeundi ad Monasterium.*

#### CAPUT CXVIII.

**R**aynaldus autem, acceptâ à Pontifice, & Imperatore redeundi licentiâ, Casi-

#### IN CAPUT CXVII. NOTÆ.

(1) Feudum est Beneficium Principis, seu Domini directi, concedentis rem immobilem ad usum fructum alicui, cum onere fidelitatis & servitii præstandi. Is, cui conceditur, est feudatarius, seu Vassallus, Valvasor, Vassus de quibus consulendi Jurisconsulti, & Lexicographi. Differt itaque Feudum à contractu libellari, & ab Allodio. Nam feudum est Beneficium onerosum, nempe cum obligatione fidelitatis, & servitii militaris. Libellaris contractus & Emphyteoticus inducit quidem obligationem pensionis, non tamen fidelitatis, & militaris servitii. Allodium est libera possessio, per quam possessor nulli directo Domino debet fidem, servitium, seu clientelam: non tollitur nihilominus, quin etiam Allodium obnoxium sit communibus vestigalibus per æs, & libram, secundum patrias consuetudines.

Abbas Casinensis Castra, & jura sua possidet, non in Feudum; sed in Allodium; & proprietatem. Unde, nec solvit Regio Fisco pensionem ullam Feudalem, quam barbaro nomine vocant *Adobam*. Quin ipse olim consuevit in feudum dare Castra, & similia, eâ formulâ, ut Castrum illud investitus non recognosceret ab ullo homine, nisi Abbate Casinensi: erat quippe Supremus Dominus. Apud Turcas Feudum dicitur *Timar*, & Feudatarius *Timariota*, vulgo *Sangiaccbi*. Qui tamen in vitam solum, & precarij possident. Militis autem nomine hic accipit Equitem, no-

**A** num reversus est. Petrum verò Diaconum, & Bertulfum Mansionarium Lotharius Imperator in eadem expeditione secum retinuit. Ser quoniam idem Petrus languore erat depressus, acceptâ ab Imperatore licentiâ, Casinum per quindecim dies remoraturus, secessit. Direxit autem Pontifex cum jam dicto Raynaldo Balduynum Presbyterum Cardinalem, qui post Pisanorum Archiepiscopus factus est, præcipiens, ut filium Petri Leonis, cum suis sequacibus à Monachis Casinensibus refutari, & anathematizari faceret, sicut idem Raynaldus fecerat, & Papæ, & ejus successoribus obedientiam promitterent. Quæ omnia, prout Papa præceperat, Fratres implere curarunt. Per idem tempus supradictas Raynaldus à quibusdam æmulis suis Imperatori accusatus est, eo quòd Regi Rogerio faveret, Nuntios ejus suscipiens, fortè tunc Raynaldus in languorem gravissimum inciderat. Imperator autem super his, quæ de eo dicebantur, commotus, nec non æstimans illum hostem Imperii esse, sacram Imperialem ei direxit, mandans, ut absque aliqua mora ire non differret ad eum. Petrum verò Diaconum, & qui cum ipso in eadem expeditione fuerat, unâ cum Casinensi Decano, ad se confestim remitteret. Ille autem, cum gravi languore detineretur, Petrum Diaconum, prout ab Imperatore in mandatis acceperat, ad eum remisit, ipse verò Casini remansit. His quoque diebus supradictus Electus Nuntios direxit ad Gregorium filium Adenulfi de Sancto Johanne, cujus supra meminimus, mandans, ut veniret, & Casinense Cœnobium, sicut & prius, contra Imperatorem muniret (1). Quod dum Fratres certo certius agnovissent, Imperatori notificare curarunt, qui confestim cohortem destinans militum, Monasterium ad suam fidelitatem custodire præcepit. Raynaldus autem præsciis, quæ contra eum meditabantur, secessit ad Cameram, quæ domui infirmorum contigua est. Adveniente autem Brunone Campidoctore (2) Imperatoris, cum exercitu ingressus est Monasterium, confestimque eundem Electum à militibus custodiri præcepit. Eo

bilem virum. Riccar. de Sancto Germano anno 1233. *Militibus tam feudatis, quam infeudatis mandat, ut ad eum cum toto servitio, quod facere tenentur, &c.* Monast. Anglic. pag. 345. *Concessi duas partes decimarum omnimodarum Domini mei, & domini militum, qui de me terras tenent, assensu quidem, & voluntate eorum.*

Reperies in actis Fisci Regii. *Feudum unius militis, Feudum trium militum &c.* Quæ formula signatur, Feudum illud obnoxium esse oneri servitii unius, vel plurium militum, hoc est equitum, præstandi Regio Fisco in expeditionibus militaribus, quæ obligatio transit deinde in pecuniariam. Monast. Anglic. pag. 819. *Feudum unius militis per servitium militare.*

#### IN CAPUT CXVIII. NOTÆ.

(1) Qui semel terigit picem, ab ea vix abstergi potest. Monachi tamen in fide erga Lotharium constanter manent. Subdit enim Petrus. *Quòd dum Fratres, &c.*

(2) Campidoctore, & Campidoctore rectè dicitur, utrumque reperitur apud Latinos. Veteres enim O. & V. promiscuè utebantur. *Servos, & servus, optimos, & optimus.* Vetus inscriptio Romæ, apud Lindëbrog. in Ammian. Nemesi. Sanctæ. Campestri Pro. Salute. Dominorum N. N. Augg. P. Æ. L. PP. Ælia. Paccatus. Scopus. Quod. coh. doctor. Noverat, nunc Campidoctor coh. L. P. R. P. V. Somnio. admonitus. Posuit. L. L.



Eo etiam tempore dum Imperator Capuæ moraretur, Fratres de Monasterio Sancti Martyris Christi Vincentii ad eum venerunt, proclamationem facientes contra Casinensem Ecclesiam, quod illos expoliasset de Castro Cardeto, Vitucuso, Valle Rotunda, Saracenisco, & aliis possessionibus, quæ juris Sancti Vincentii fuisse constarent. Intererat huic rei Petrus Diaconus, cujus superius memoriam feci, qui hanc ystoriã scripsit (3), qui talem proclamationem nequaquam ferendam ducens, ante Imperatorem illos interrogare cœpit, sub quo Imperatore, supradicta Castra Monasterio Sancti Vincentii collata fuissent, qui cum Ludoyci Secundi tempora in medium protulisset, Petrus Diaconus, injuste illos calumpniam contra Casinense Cœnobiũ protulisse, respondit; cum præceptum de possessionibus Beati Benedicti à temporibus Justiniani Senioris, & Justiniani, ante annos ferè trecentos, antequam Ludoycus regnaret, exaratum fuisse constaret (4). Lotharius autem Imperator æquitatis ratione perspecta, sententiam protulit, dicens, justum non esse, & omni rationi videretur esse contrarium, ut Casinensis Ecclesia, quæ singularis, & specialis Romani Imperii Camera erat, aliquam possessionem, vel castrum suo tempore amitteret, quæ ante annos ferè sexcentos habuisse constaret. Ideoque, absque aliquo litigio, ea, quæ Beato Benedicto concessa fuerant, perhenniter retinere debere, contemptoribus hujus decreti mille librarum auri pœnam indicens, sicque ordinatis suis negotiis, cum omni suo exercitu, ad civitatem Sancti Germani, Papa se Innocentio comitante, pervenit, ibique à præphato Raynaldo, tunc sub custodia degenti, honorifica est processione receptus, & eo quidem die idem Electus in Secretario Basilicæ Domini Salvatoris est custoditus, post verò ad Monasterium, ubi examinandus erat, sub custodia est non parva remissus.

*Qualiter dictus Imperator cum Imperatrice venit ad hoc Monasterium.*

CAPUT CXIX.

**A**lia verò die Imperator direxit Annonem Abbatem Cœnobii Luneburgensis, & Petrum Casinensem Diaconum ad Monasterium, per eos Fratribus mandans, ne quid incompositum, vel indisciplinatum in habitu, locutione, vel in incessu proferrent, ipse autem venturus esset ad Monasterium cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Abbatibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, ac religiosioribus, & prudentioribus Romani Imperii, & si quidem invenisset Raynaldum tantæ Abbatie indignum, confestim eum removeret, & in Beati Benedicti Cathedra personam ydoneam constitueret, ipse verò in civitate (1) coronam circuli Patricialis (2) accepturus remansit: nam tunc exaltationis Sanctæ Crucis agebatur celebritas. Illuces-

(3) Mendacem oportuit esse memorem, diceret Laur.  
 (4) Agnoscat ergo Petrus, ut genuina, Privilegia horum Imperatorum, & consequenter antecedonationem Gisulfi territorium Casinense sub nostra ditione fuisse. Gisulfum verò donasse iterum, quod Monasterio ex incurfione Barbarorum deperierat.

IN CAPUT CXIX. NOTÆ.

(1) Sancti Germani.  
 Tom. IV.

**A**cente verò diluculo Rychiza Imperatrix pedibus totum montem ascendit (3), Papa in civitate remanente. Lotharius autem Imperator, innumera exercitus sui multitudine comitatus, Casinum pervenit, atque à Fratribus, prout Imperialem decebat dignitatem, cum maximo est honore receptus. Optulit autem eo die Beato Benedicto pluviale optimum aureis listis ornatum, & planetam ejusdem subtegminis, Candelabra de argento parium unum librarum circiter quattuordecim, Marcam auri (4) unam, & decem & novem marcas argenti. Rychiza autem Augusta posuit super altare stolam Frigiam, cum manipulo suo, & mitram auro decenter ornatam (5). Eo etiam die, dum idem Christianissimus Imperator in Ecclesia confisteret, Raynaldus Fratres in Capitulo convocans, cœpit ostendere, se ab illis fuisse electum, non opus esse, illos de hac causa fastidium sumere, si vellent, Abbatiam confestim ad illorum voluntatem dimitteret. Cùmque hæc, & alia multa repeteret, quidam ex laycis, in capitulum convenientes, cœperunt Fratres arguere, & quampluribus obprobriis dehonestare, qui Abbatem suum in tanto articulo discriminis relinquere vellent. Fratres autem indignatione simul, & ira commoti, illos de Capitulo verberibus affectos exturbant, clamantes, se ulterius nolle illum habere Abbatem, qui non per Monachos, set per laycos Abbatiam retinere vellet. Dehinc circa solis occasum, Papa Innocentius Nuntium suum ad Monasterium dirigens, Fratribus mandat, præcipiens, & per fidem, & obedientiam, quam sibi, & Beato Petro promiserant, illos obtestans, ut ulterius eidem Electo obedientiam non exhiberent, ac de Casinensi Abbatia, quam citius possent, illum exturbare studerent, observatoribus talium mandatorum suam gratiam; contemptoribus perpetuum indicens exilium. Illucescente verò diluculo, Aymericus Diaconus Cardinalis, & Cancellarius Romanæ Ecclesiæ, & Gerardus Cardinalis Sanctæ Crucis, & Abbas Clarevallensis ab eodem Papa transmissi sunt, qui prædictum Raynaldum examinarent, & juxta canonum sanctionem ab Abbatie regimine sequestrarent. Residente itaque Imperatore in Capitulo Casinensi, cum universis Imperii Magnatibus, confedente quoque ibidem Peregrino Patriarcha Aquilegenfi cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Cardinalibus, jusserunt Electum ingredi, proferentes adversus eum, multa, rebellem, & adversarium Imperii proclamantes, & à scismaticis ordinatum dicentes. Tunc quidam in medium surgens ante Imperatorem, cœpit dicere, quia postquam cum Henrico Duce Bajoariorum concordiam fecit, hostis Pontificis, & Imperatoris apparuit. Cõtradiciente verò Raynaldo, & sociis ejus, Imperator præcepit utramque partem de Capitulo egredi, quatinus cum Patriarcha, & Cardinalibus exinde consilium fumeret. Quibus residentibus, Peregrinus Patriarcha, & Aymericus Cancellarius dixerunt, illum tanto loco

(2) Supra lib. 2. cap. 79.  
 (3) Riget alias vocata.  
 (4) Marca quandoque pro libra sumitur. Interdum pro bilibra, præter aliam significationem, pro Limite; unde dicti sunt Marchiones, supra lib. 1. cap. 18.  
 (5) In cap. 17. hujus quarti libri, ubi de Mitra usu.



loco præesse nequaquam posse, ob multas scilicet causas, quia à Filio Petri Leonis Subdiaconus factus fuisset, & sacramentum Regi Rogerio præbuisset, tum verò quòd contra Canonum præceptum excommunicati electionem facere non potuissent. Postremò, quòd contra Ecclesiastica instituta, de Subdiacono electum fecissent, proferentes Capitulum Eugenii Papæ ita scribentis: Abbates per Monasteria tales eligantur, & ordinentur, qui Levitico, vel Sacerdotali honore sint præditi, & cætera. Set cum jam sol ad occasum vergens noctem intentaret, Imperatore jubente, est solutus conventus.

*Qualiter Raynaldus prædictus incusatus fuit Imperatori prædicto.*

## CAPUT CXX.

**A** Lia verò die, Imperatore in Capitulo residente cum Prælati, & Magnatibus, Electus surgens in medio, de rebus sibi in contrarium versis vellet conferre sermonem, nonnulli ex Fratribus, antequam verba finiret, surgentes in medio, eundem, sicut & prius, cœperunt accusare, dicentes, quòd ejus electio seditiosè, & non canonicè facta fuisset. Hii autem, qui ex parte supradicti Electi erant, eos mendacii, & falsitatis redarguere cœperunt, sicque coram Imperatore disceptabant, diversisque injuriis semetipsos afficiebant, Imperator autem his sermonibus motus surrexit, & manu silentium indicens, dixit, satis superque se mirari, quòd talis, & tanta congregatio tam confusè, & inordinatè loqueretur, & cum tanta confusione sua negotia demonstrarent. Præciperet ergo, nisi iram Romani vellent experiri Imperii, ut rationabiliter, & non cum dissensione negotia sua exprimerent. Hæc dum perorasset, resedit, & cum reliquos confedere jussisset, congregationem taliter affatus est, dicens, Abbatis electionem, unde tanta discordia orta fuerat, se ad plenum examinare non posse; nisi utraque pars separatim audiretur. Unde factum est, ut omnes Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, ex præcepto Imperatoris, cum parte, quæ electo Abbati favebat, januis obseratis, convenirent; quòd dum factum fuisset, residentibus, qui ad discutendam electionem convenerant, Anno Episcopus Basiliensis dixit: si quid contra electum Abbatem habetis, rationabiliter, & non tumultuosè, proferte. Nonnulli verò ex Fratribus surgentes in medio, eundem Electum accusare cœperunt, dicentes, quòd pro sua electione munus a lingua, munus a manu, munus ab obsequio promississet (1), & convenientia testimonia non erant. His ita altercantibus, Pandulfus Vestararius exurgens in me-

## IN CAPUT CXX. NOTÆ.

(1) In decretis, primo quæst. prima cap. sunt nonnulli, & ad Legem Juliam de ambitu, ibique Doctores.

Et præsentis capituli acta, quæ intemperies fuisset spontè confingere? Sed ferram non recipiamus.

## IN CAPUT CXXI. NOTÆ.

(1) Hinc præcipuum Baronius ducit argumentum falsitatis præcedentium Actorum. Argumento tamen, tam pro hac, quam pro præcedenti causa responderet idem Lotharius; cum textus subdit. Imperator autem ex consulto talia ad Pontificem responsa direxit, quia quòd factum erat, non studiosè, sed simpliciter: neque ad ejus injuriam, sed ad honorem ipsius

**A** dio dixit: cum multa sint, quæ in Electo proferre possemus, unum tamen est, quòd in eo intolerandum esse videtur, scilicet quòd à Petro filio Petri Leonis ordinatus, & valdè indignum est, ut in tanta Ecclesia, quæ caput, & mater est omnium Monasteriorum, Abbas Subdiaconus habeatur, qui nec missarum sollempnia celebrare, nec veniam possit conferre delictorum. Ad quæ Anselmus Episcopus verba respondit; cum multa sint, quæ isti Fratres in suum Electum verba dixerint, unde deponi debuisset; hoc unum tamen ad ejus electionem sufficiens esse videtur; quia, Domino teste, fundamentum, quòd super arenam est, stare non potest. Unde his, quæ ad hæc discutienda convenistis, si placet, cæterorum verba seponentes, hoc unum solum teneamus. Quòd dum reliquis placuisset, jusserunt foras Fratres secedere, Raynaldumque cum his, qui sibi favebant, de his, quæ sibi objecta fuerant ad se excusandum intrare. Cumque in hoc diu moratum fuisset, Imperator prospiciens finem in his minimè fieri, mandavit his, qui ad audiendum, & discutendum convenerant, quatinus jam dicto Electo suaderent, ut in potestate Papæ Innocentii, & ipsius Imperatoris, atque omnium Optimatum Romani Imperii se poneret, ut quicquid de hoc judicarent, ipse sine aliqua contradictione perficeret, contradicente, & modis omnibus renitente Electo, tandem consensit, & se in judicio, ac potestate illorum, sicut volebant, posuit. Post hæc omnes ad Imperatorem reversi, Basiliensis Episcopus Imperatori, & cæteris residentibus gesta, distaque per ordinem pandunt. Demum verò Imperatore interrogante, si hi, qui Raynaldo contradicebant, se in potestate Imperii, ac Sacerdotii ponere vellent, libentissimè illos ad talia paratos invenit, sicque secundi diei solutus conventus est: acta sunt autem hæc quartà, & quintà feriã tertiæ ebdomadis Septembrii mensis, secundo die post exaltationem Sanctæ Crucis.

*Qualiter Papa Innocentius misit duos Cardinales ad electionem examinandam supradicti Raynaldi Electi.*

## CAPUT CXXI.

**P**ost hæc verò ex parte Imperatoris, & Congregationis directi sunt, qui rei ferriem Papæ Innocentio, tunc apud Sanctum Germanum remoranti notificarent, qui venientes, eundem Pontificem iratum valde invenerunt, prohibitiveque sunt ad eum ingredi, ob id scilicet, quòd præsentè Romano Pontifice, Imperator cum suis Optimatibus de Casinensis Abbatis electione examinationem facere præsumpsisset (1). Ob quam rem Archie-

factum fuisset. Nam facta, & dicta (nota Lector) in ejus potestate constarent, ut, quòd ipse exinde decerneret, hoc omnes pro rato haberent.

Innocentius autem talibus verbis placatus, &c. Hic verò indignatur Pontifex, non ibi, quia, ut apparet, hic, absque præventionè Pontificis, rebus Imperator se immiscuerat, ibi negotium cum Pontifice, & ejus delegatis prius transegerat. Cæterum, non pigeat inspicere Diploma Lotharii in suo Autographo, & in Regesto Bernardi pag. 137. à tergo, ubi Cæsar, disertissimis verbis, quid tum contigerit, narrat, quæ, si Baronius inspexisset, non dubito, quin Auctoris nostri modestam ingenuitatem laudasset. Modestam planè dicet, qui Diploma pensitaverit.

chiepiscopos, Episcopos, & Abbates, qui in tali examinatione presentes fuerant, officio privare minatus est. Hii autem, qui ab Imperatore directi fuerant, sine effectu redeunt, quæ apud Papam invenerant, Imperatori renuntiare curarunt. Imperator autem ex consulto, talia ad Pontificem responsa direxit, quia quod factum erat, non studiosè, set simpliciter, neque ad ejus injuriam; set ad honorem ipsius factum fuisset: nam facta, & dicta in ejus potestate constarent, ut quod ipse exinde decerneret, hoc omnes pro rato haberent, & ideo aliquos è suo latere Pontifex dirigere maturaret, qui supradictam electionem iterum retractantes viderent, & quod exinde justum esset deliberarent. Innocentius autem talibus verbis placatus, sextâ feriâ quattuor temporum Aymericum Cancellarium, & Gerardum Cardinalem tytuli Sanctæ Crucis, qui post Romanam rexit Ecclesiam, & alios Cardinales ad eandem examinandam electionem direxit, qui ad Monasterium dum devenissent, & de supradicta re sermonem in longius protraxissent, convenientes in refectorium, omnes loci Priores convocantes, dixerunt, quòd supradictus Raynaldus remanere in Abbacia nullatenus posset, eo quòd ab excommunicatis ordinatus fuisset. Post hæc singillatim unumquemque de persona eligendi Abbatis interrogare cœperunt. Ubi cum nonnulli quosdam ex congregatione pro suo velle præferrent, à loco, in quo residebant exeuntes, eundemque Electum convocantes, infra claustrum Monasterii ex parte Sedis Apostolicæ præceperunt, ut jam ab ipsa Abbacia quiesceret, quia ultra jam Abbas esse non posset, sicque ad Papam redeuntes, acta, & dicta referre curarunt.

*Qualiter prædictus Raynaldus depositus fuit ab Innocentio Papa Secundo.*

CAPUT CXXII.

Sequenti autem die iterum ad Monasterium ascendentes in Capitulo resederunt, in quo post peractum ab Abbate Clarevallensi sermonem, Cardinales auctoritate Apostolica eidem Raynaldo Casinensem Abbaciam interdixerunt, sicque unâ cum Imperatore, & Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Principibus, ac Marchionibus surgentes, Beati Benedicti sunt ingressi Ecclesiam, eundemque Raynaldum Aymericus Cancellarius, ac Peregrinus Patriarcha Aquilegensis, & Gerardus Cardinalis evocantes, depositionis sententiam in eum protulerunt, & sic jussu illorum, præsentem Imperatore, & universis Imperii Magnatibus, virgam, & anulum, nec non & Regulam supra Corpus Sanctissimi Benedicti deposuit, & Raynaldi quidem talis rerum exitus fuit. (1)

IN CAPUT CXXII. NOTÆ.  
(1) Quarum Lauretus fidem elevando, ac feriem profcindendo, plurium, scitu non indignarum rerum, notitiam nobis inviderat.

IN CAPUT CXXIII. NOTÆ.  
(1) Error est Librarii, legendum Benedicti Octavi ex serie temporum, & ex Regesto Petri num. 18. Theobaldus enim à Benedicto Octavo consecrationem accepit, lib. 2. cap. 52. Verba Tom. IV.

*Qualiter Gerardus Cardinalis conabatur devertere Electionem hujus Monasterii ad manus Papæ Innocentii.*

CAPUT CXXIII.

Post hæc in Capitulum venientes Gerardus Cardinalis surgens in medium, hujusmodi auspiciis orsus est, Fratres nostis, amandissimi Fratres, quia juxta Regulæ præceptum Abbas jubetur à Fratribus eligi: set quia vos in arbitrio Domini nostri Innocentii Papæ ponere voluistis, ac potestate, modò in eligendo Abbate privati estis ex toto; nisi quantum ipse vobis permiserit, & non ad vos, set ad Romanam Ecclesiam talis Electio pertinet, verùm nos pro conservatione pacis, & concordie unitate nolumus per omnia hac uti potestate: set ex præcepto Sedis Apostolicæ præcipimus, ut duodecim ex vestra Congregatione Fratres eligatis, qui unâ nobiscum dignum tanto loco Abbatem eligere valeant, cui cum Fratres respondissent, quia juxta antiquam consuetudinem electionem liberam vellent habere, & Cardinales ad eorum dicta minimè assensum præberent, maxima dissensio inter utramque partem exorta est, pars enim, quæ cum jam dicto Raynaldo fuerat, dicebat, se nullo modo assensum præbere, ut de Casinensi Congregatione Abbas eligeretur. Cardinales autem, nulla ratione se consensuros, dicebant, ut de alio Monasterio in capite, & matre omnium Monasteriorum Abbas eligeretur. Set cum pars parti non cederet, & aërem verberantes, pro sua voluntate invanum verba proferrent, tandem Cancellarius iratus, ex parte Romanæ Ecclesiæ interdixit, ne ullam omnino electionem facere præsumerent, ac demum ad Papam regressi, gesta, & dicta per ordinem pandunt. Post hæc Imperator è suo latere strenuos viros ad Papam Innocentium dirigens, rogare cœpit, ut pro suo amore Monachos à prædicta obligatione solveret, & licentiam illis eligendi Abbatem conferret, & cujus postulationibus Papa flexus, quæ rogata à Cæsare fuerant, pro ejus amore concessit, eo tamen tenore, ut sibi Privilegia, & præcepta Imperatorum ad legendum à Monasterio mitterentur, factumque est. Relectis itaque ante Imperatorem, & Pontificem de eligendo Abbate Caroli Regis præcepto, & Benedicti Septimi, & Leonis Noni privilegiis (1), in quibus aperte continebatur qualiter Henricus Pius Romano Pontifici Septimo Benedicto consecrationem Theobaldi Abbatis Casinensis, quem ipse Imperator ordinaverat concessit, & unum prandium in eundo, & in redeundo ab Beneventum: reliqua verò Romano Imperio reservavit, quod idipsum confirmaverunt Conradus, & Henricus filius ejus. Similiter & ex præcepto Caroli lectum est, ut in Casinensi Cœnobio Abbatem eligant, quem meliorem, & digniorem, Romanoque Imperio fideliorem invenissent; tantis itaque rationibus Pontifex victus,

Benedicti sunt hæc. *Carissimo nobis in Domino Jesu Christo filio Theobaldo venerabili, & religioso Abbati, cujus Abbatis consecrationem nuper ex dono piissimi Henrici Imperatoris Romani suscepimus. Quod repetit alio diplomate num. 20. & Leo Nonus in eodem Regesto num. 21. sic ferebant tempora. Nondum enim Gregorius Septimus Apostolicæ Sedis libertatem vindicaverat.*

ctus, Casinensis Abbatis electionem Fratribus, ordinationem Lothario Imperatori, & successoribus ejus concessit, & confirmavit; consecrationem verò Abbatis, & prandium in eundo, & redeundo à Benevento sibi, & successoribus suis retinuit.

*Qualiter Guibaldus Abbas effectus fuit,  
& consecratus à Papa Innocentio  
Secundo.*

## CAPUT CXXIV.

**J**Am verò, Christo auspice, qualiter Guibaldus electus sit, & qualis, quantum fuerit, describamus. Hic igitur natione Lotharingus, & à pueritia in Monasterio Stabulensi Monachus factus, Gramaticam, Dialecticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Geometricam, & Astronomiam ad plenum eruditus, atque à Quinto Henrico Imperatore ejusdem Cœnobii Stabulensis Abbatiam regendam suscepit. Eo verò tempore, quo Imperator Lotharius cum Papa Innocentio intravit Italiam, idem Guibaldus super navalem expeditionem ab Imperatore constitutus, & Neapolim est transmissus, qui in eundo, dum ad Patris Benedicti limina Casinum venisset, atque ob suprascripti Raynaldi electionem turbam Casinensem Ecclesiam comperisset, in Capitulum veniens, cœpit monere Fratres, ut pacificè, & concorditer, secundum Beati Benedicti Regulam, viverent, reminisci illos debere, qualiter per totum ferè orbem sanctæ prædicationis fluentia, & Monachicæ vitæ rudimenta ab eodem loco manassent, quanta, & qualia Pater Benedictus, divina fretus potentia, ibidem patrasset, qualiter sua corporali requie, Regulæque descriptione Casinense Cœnobium, caput omnium Monasteriorum perpetuò constituisset; postremò propter filium Petri Leonis ab Ecclesia disjuncti, & separati essent, oportere illos dare operam ut reformaretur, ut tanti loci fluentia ad antiquum claritatis statum redirent, & ad Papam Innocentium, quem totus mundus sequebatur, converterentur. Hæc dum perorasset, Patri Benedicto se commendans, & Fratribus, Neapolim abiit. Set, cum ordine, quo supra retulimus, Raynaldus Abbatiam dimisisset, & Fratres pro his, quæ Casinensi Cœnobio ob Raynaldi electionem acciderant, divisi fuissent, cum pars parti non cederet, novissimè omnibus hæc sententia placuit, ut in Casinensi Cœnobio Abbas de Imperatoris latere eligeretur. Quod dum Papæ Innocentio retulissent, omnino reniti, & contradicere cœpit, asserens, nullo modo se pati, ut in Casinensi Cœnobio exter aliquis eligeretur, vel alicui extraneo illa Ecclesia submitteretur, quæ Romanæ Sedi Stephanum Septimum (1) Victorem Tertium, ac Secundum Gelasium Apostolicos dedisset, & multis aliis Ecclesiis Catholicos, idoneosque Pastores tribuisset. Set dum supra

**A** hujus rei negotium Papa nullo pacto ad concordiam reducere posset, & Nycolaum, quem Papa Honorius de Abbatia ejecerat, in Monasterii regimine restituere vellet, Imperatori tunc in Casino degenti rei seriem pandunt, orant, & supplicat, poscunt, efflagitant, ut sicut Magnus Henricus Theobaldum, & Conradus, cum filio Henrico Richerium, ita ipse Abbatem ex suo latere ordinaret. Ad quorum verba Imperator in lacrimis resolutus dixit, prius se finire omnia privilegia Ecclesiarum, & concessiones convelli, quam aliquid de dignitatibus Casinensis Ecclesiæ minui, & prius permetteret, electiones omnium Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum, qui sunt in toto orbe Romano tollere, quàm solummodo Casinensis Abbatis: Nam si Abbas ex consensu Monachorum electus non fuerit, Abbas non erit, & quicumque electionem Monachis tollit, omnia Monasterii jura convellit. Jam verò, quis tanti Imperatoris gravitatem non miretur? Nam, cum ad sedandas dissensiones Fratrum, quæ pro electione Abbatis exortæ fuerant, ad capitulum venisset, ab hora prima diei usque in vesperum, non cibo, non potu indulgens, exinde egressus non est, & sub Imperiali clamide alterius militiæ tyrocinium ostendebat, nam in omni expeditione, in qua simul cum ipso fui, in lucis crepusculo Missam pro defunctis audiebat, de hinc pro exercitu, postremò Missam diei, demum viduis, & orphanis unà cum Richiza clementissima Augusta pedes lavans, & capillis tergens, atque deosculans, ac cibum, & potum largè distribuens, quæstiones, & oppressiones Ecclesiarum relevabat, & in ultimo, in cura Imperii insudabat, quandiu enim in Casinensi Cœnobio remoratus est, ita claustrum, & omnes officinas Monasterii, ac si Abbas, vel quilibet Decanus circuibat, scire cupiens, qualiter unusquisque sub Beati Benedicti Magisterio viveret, factoque mane, per omnes Monasterii Ecclesias discalciatis pedibus incedebat: (2) Licet autem hæc ageret, nunquam à consortio Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum sequestrabatur, ut impleretur in eo quod legitur, & cum sapientibus sermocinatio ejus, & cum hæc ageret, erat tamen cœcorum baculus, esurientibus cibus, spes miserorum, solamen lugentium, & ita singulis eminebat virtutibus, ac si cæteras non haberet. Sacerdotes namque honorabat, ut patres, Clericos ut dominos, pauperes ut filios, viduas ut matres, creber in orationibus, pervigil in vigiliis, lacrimas Deo, non hominibus, offerebat: hæc de tanto Imperatore breviter dicta sufficiant, nunc ad Guibaldi electionem complendam veniamus. Igitur dum ad Papæ notitiam voluntas Fratrum de eligendo Abbate pervenisset, Aymericum Cancellarium suum Casini direxit, Fratribus mandans, ut de sua congregatione Abbatem eligerent, sin alias eligendi licentiam non haberent. Hæc dum

## IN CAPUT CXXIV. NOTÆ.

- (1) Lege Stephanum Nonum, vel Decimum, oscitantia est amanuensis, hoc enim Petrus ignorare non poterat.
- (2) Hæc, & alia ex hoc capite expuncta sunt, integrum nos damus textum, ne piissimi Principis Laudibus quicquam deperat, illud solum nec laudare possumus, nec molestè non ferre, quod iterum minarur scissionem Imperii à Pontifice. Cum reliqua ejus gesta pietatis titulo apprimè fuerint insignia, ex Pe-

tro hic, cui universus historicorum chorus concinit. Erat strenuus belli ductor (Uspengensem audis anno 1126.) præcipuus in armis, providus consilio, terribilis inimicis Dei, & Sanctæ Ecclesiæ, qui, quandiu visit, totum Romanum Imperium titubare non potuit. Otho Frisingensis lib. 7. cap. 20. Futurus, inquit, nisi morte præventus foret, cujus virtute, & industria corona Imperii ad pristinam dignitatem reduceretur.

dum Imperatori relata fuissent, graviter hoc, & nimis molestè accipiens, Papam per suos Nuntios rogat, ut Monachorum voluntari condescendat; sin autem Imperium ab illo die, & deinceps scissum à Pontificio esse omnimodis sciret. Innocentius autem, dum Lotharium Imperatorem Fratribus concordare in electione vidisset, dat Monachis potestatem eligendi quem vellent. Guibaldus itaque, ut antejam diximus, cum & sapientia multa, & morum honestate, ac probitate polleret, præcius futurorum, loco cesserat. Mittit post hæc Imperator ad Guibaldum Nuntios, ut ad se ad Monasterium veniret, nam tunc fortè in eadem expeditione remanserat, quò dum venisset, ubi Fratrum voluntatem advertit, omnino renuere, & contradicere cœpit. Conveniunt post hæc in Camera, in qua Imperator morabatur, Fratres, cum Richiza Augusta, & cum Peregrino Patriarcha Aquilegenfi, Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, & universis Imperii Optimatibus, cœperuntque eum opportunè importunè monere de tali, tantoque negotio: set ille constanter renuens, numquam se tam gravem, tamque immensam sarcinam suscepturum, affirmabat. Cernens itaque Imperator Guibaldum modis omnibus reluctare, Fratribus illum tradidit, quem suscipientes, in Casinensi Monasterio Abbatem, ordinarunt, & ab Imperatore per Romani Imperii sceptrum, quod manu gestabat, de Casinensi Abbatia cum omnibus possessionibus suis, sicut à temporibus Justiniani usque ad illum diem Monasterio concessa fuerant, est investitus (3), dicens ad eum, fidelitatem à vobis de Casinensi Abbatia ideo non accipimus, quia dudum nobis de Stabulensi Cœnobio fidelitatem dedisti; nolo, ut successores tui te trahant in exemplum (4), & dicant, se successores meus de Casinensi Cœnobio ideo non facturos fidelitatem, quia à te nostri Imperii Majestas non exegit: set consuetudinariam fidelitatem, quam à temporibus Caroli, & deinceps Abbates de Abbatia Casinensi fecerunt, facere studeant. Imperator itaque ordinatâ, unâ cum Monachis, Casinensi Ecclesiâ, octavo die postquam ibidem advenerat, Beato Benedicto se commendans, ac Fratribus, cum jam ad grandævam, centenariam scilicet, dierum suorum pervenisset ætatem, & finem dierum suorum non ignoraret, unâ cum Guibaldo ad Civitatem Sancti Germani descendit, supradictumque Abbatem Papæ commendans, juxta civitatem veterem Aquinensem tentoria fixit. Guibaldus verò, assumpto Octone Casinensi Decano, & Rainaldo, qui post eum Abbas extitit, Petro quoque Diacono, Bertulfo Mansionario, Amphredo Vestarario, aliisque ex congregatione quam pluribus ad Imperatorem pervenit. Tunc quoque ex jussu Imperatoris Raginulfus Dux Apulix, qui ab eodem Imperatore ordinatus

(3) Quamquam Lotharius repulsam ab Innocentio retulerit de Investituris Ecclesiarum generaliter, de quo supra cap. 97. Abbatix tamen Casinensis investitura speciali jure spectabat ad Imperatorem, quòd esset Camera Imperialis, & de jure patronatus Imperii. Lotharius in suo diplomate Originali. *Nos ab expeditione Apulia ad Casinensem Ecclesiam, tanquam ad nostram declinantes Cameram. Et cætera omnino legenda ad hunc locum illustrandum, non enim juvat cuncta edere.* Sic Desiderius lib. 3. cap. 50. dicebat, *cum Romani Imperii coronam eum (Henricum) habere vidisset; tunc, si sibi videretur, Abba-*

A fuerat, & Robbertus Princeps Capuanus, & omnes Comites de Principatu Capuano, & Comites Aquinenses, & Normani circumstantes prædicto Abbati Guibaldo fidelitatem fecerunt, jurejurando firmantes super Evangelia, & lignum Domini, & Sanctorum Reliquias Casinensi Cœnobio cum omnibus omnino possessionibus suis. Eo verò die, quo Guibaldus Abbas ordinatus est, per eundem Abbatem suggestum est Imperatori, qualiter Pandulfus filius Landonis Aquinensis Comitis nequiter, ac violenter in silva Monasterii Casinensis, Tirilla vocabulo, Castrum ædificaverat, & residua Monasterii prædia circumadjacentia deprædaverat. Imperator autem ad hæc verba commotus, Brunonem Campidoctorem cum cohorte destinans, militum jam dictum Castrum direptioni, & incendio tradidit. Rainaldus itaque cernens Guibaldum contra suam spem ordinatum, callidè illum circumvenire, & præpedire satagens, & verens, ne in exilium in Alamaniam mitteretur, humilitatem corpore, non corde præferens, obedientiam, & fidelitatem illi promisit, sicque ab eo Præpositurâ Sancti Magni, juxta Fundanam urbem positi, acceptâ, de Monasterio est egressus, atque in arcem, quæ Castrum Cœli dicitur, quamque Mansio Casinensis Abbas olim construxerat, & ejus propinqui (5) à potestate Monasterii subtraxerant, se contulit, omni nisu, & omni instantia satagens, qualiter, recedente Imperatore, Casinensem Abbatiam recuperare, & de suis æmulis ultionem fumere posset.

*Qualiter Lotharius Imperator præceptum fecit, & confirmavit huic Monasterio omnes possessiones ejus.*

## CAPUT CXXV.

Imperator itaque, & Apostolicus Festum Sancti Christi Martyris Mauricii in Ecclesia Beati Petri Apostoli celebrans, Guibaldum Abbatem ad prandium cum Fratribus Casinensis Cœnobii invitavit, dicens, puto, ni fallor, quia comedendi, & bibendi vobiscum, hæc erit michi ultima dies, quod postea rei probavit eventus (1); post comestionem verò expletam, Lotharius Imperator Petrum Diaconum ad suum Consistorium evocans, præcepit, ut unâ secum, cum præceptis à sua Magestate sibi traditis Galliam peteret (2), Imperialia semper servitia peracturus. Hæc dum Guibaldus audisset, graviter hoc, & molestè accipiens rogare cœpit, ne Petri Diaconi frustraretur servitio, ne ejus privaretur solacio. Imperator autem Lotharius Guibaldi postulationibus annuens, præsentè Peregrino Patriarcha Aquilegenfi, cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus & aliis Magnatibus Romani Im-

*tiam ab ipso recipere, si verò nollet, dimitteret.*  
(4) Omnes enim Imperatori fidelitatem spondebant. Guibaldus excipitur ob rationem textus. Cæteri verò Principes Abbati Casinensi fidelitatem promittunt, ut hic, *jurejurando firmantes super Evangelia, quæ juramento religio apud Langobardos vocabatur Jurare ad arma sacra.* Leg. Lang. lib. 2. tit. 36. l. 7. & 22. ibique. Glos.

(5) Ejus, hoc est, Rainaldi; non Mansonis.

## IN CAPUT CXXV. NOTÆ.

(1) Nam paulò post mortem obiit Centenarius.

(2) Cisalpinam, per quam in Germaniam remigrare statuerat.



Imperii manum Petri Diaconi apprehendens, & Guibaldo contradens dixit : nostri à Deo conservandi Imperii Magestas hunc, quem videtis, discipulum Henrici Ratisponensis Episcopi, & Cancellarii effecit (3), Logothetæ, Exceptoris, & Auditoris officio remuneravit, sessionem ad dextrum pedem indulsit. Hic solus in gente Romana inventus est, qui contra Constantinopolitanos pro Imperio se, & Pontificio Romano opponeret. Quamobrem, quia dicis, te sine illo non velle manere, hunc tuæ fidelitati summo studio, summo mentis amore commendo, eo tenore, ut, si qua meæ dilectionis, si qua amoris in tuo corde vestigia sunt, in isto ostendas, eumque pro nostro amore loco carissimi, & unici filii habe. Eo etiam die idem piissimus, & Clementissimus Imperator per interventum Richizæ Augustæ prædicto Abbati Guibaldo præceptum fecit, confirmans Casinensi Cœnobio omnes possessiones ejus. Præphatus autem Imperator Guibaldo Abbati valedicens, & Fratribus, ac Patri Benedicto se commendans, comitante se jam dicto Papa Innocentio, juxta auream urbem (4) pervenit, acceptoque à Tolomæo Duce, & Consule Romano, & Distatore Tusculanensium fidelitatis sacramento, & Reginulfo filio ejus obside, per anulum, quod manu gestabat, confirmavit ei, & hæredibus ejus in perpetuum totam terram, quam à parte parentum suorum jure hæreditario pertinebat. Idem verò Imperator tempore illo direxit Casini ad Guibaldum Abbatem Epistolam continentem ita. Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator Augustus dilectissimo fidei suo Guibaldo Casinensi Gerarchæ (5), & Romani Imperii Cancellario, & Magistro Capellano, ac Principi pacis (6), gratiam suam, & bonam voluntatem. Tuæ fidelitati per Imperialia scripta mandamus, ut nostræ à Deo conservandæ Magestati Petrum Casinensem Diaconum, qui à nostra Imperiali serenitate Logotheta Italicus (7), Exceptor, Cartularius, & Capellanus Romani Imperii constitutus est, transmittere studeas, recepturus pro suæ fidelitatis servitio dignæ retributionis præmium, indubitanter enim noveritis nostram Magestatem, & Collaterales Imperii, propter antiquitates, & rerum gestarum relationes ejus minimè frui absentia velle. Mitte etiam per eum omnia præcepta antecessorum nostrorum, quæ ei ad Aquas Pensiles olim nos custodienda dedisse meminimus. Data apud suburbium Tyburinum pridie Hcl. Octubris. Hii autem, qui Imperiales apice ferebant, dum Casinum venissent, invenerunt Guibaldum ad belli procintum, quod imminabat per totum. Raynaldus enim qui ab Imperatore, & Pontifice de Abbacia ejectus fuerat, ubi Imperatorem recessisse pro certo addidit, de his, qui Rogerio favebant Regi, cohortem congregans militum, aggregatis etiam Terræ circummanentis Magnatibus, qui ei consanguinitatis linea jungentur, recipientibus se colonis, qui castrum

(3) Socium, adjutorem in officio Cancellarii. In quo Præfectus vocabatur Magister, sic mox Abbas Casinensis dicitur *Magister Cappellanus*.

(4) Prudentius in Apotheosi, *Et venerata Deum percenset aurea Roma*. Plurima Imperatorum in Regeſto Petri privilegia, & præcepta, pro coronide habent *Aurea Roma*: præsertim in sigillis.

A Sancti Angeli incolebant, totam circumpositam Terram flamma, ferroque tradebat. Verùm ubi Guibaldus Augusti scripta relegit, animatus, & corroboratus, de his, quæ Imperator per Apocrifarios direxerat, post quartum diem per milites suos direxit ad Imperatorem Epistolam (8), suas, ac Monasterii, & totius Provinciæ turbationes, & angustias, quas à Rogerio, & à gente ejus perferabant continentem, præsidium ab eo efflagitans, & tutamen.

*Qualiter Rex Rogerius, audito sæpè dictum Imperatorem de Campania recessisse, Apuliam devenit, ac de obitu Imperatoris.*

### CAPUT CXXVI.

R Oggerius itaque Rex, ubi Lotharium Imperatorem de Campania recessisse cognovit, aggregato exercitu, præter Barum, Trojam, atque Neapolim, omnem Terram, quam facile amiserat, faciliùs cœpit recuperare. E contra Reginulfus Dux Imperatoris cum Teutonicis, & Apulis ei fortiter obſtebat. Guibaldus autem præsciis eorum, quæ futura erant, iterum ad eundem Imperatorem jam in Tuscia commorantem litteras destinavit (1), inter alia continentes, in variis tribulationibus constitutus, vestrum sperabam de die in diem venturum præsidium: set, ut video, me fefellit spes mea; quantum enim relationibus vestræ piissimæ tranquillitatis ad nos in Casino venientium didicimus, vos jam ferè Aquilegæ propinquasse, etiam, ipso auditu, noster nimis contristatus est animus, & tanto jaculo mœroris infixit, ut linguæ humanæ nequeant enarrare. De venerandis verò sermonibus vestris, quos nobis per Nuntios vestros misistis, de sacramento Normannorum, & Langobardorum, utinam non eis imputetur; melius enim fuerat illis non jurare, quàm jurare, & perjurium committere: omnes namque, qui in istis partibus habitant, apostatantes, ad Satan conversi sunt, & nichil dicunt, vel faciunt; nisi quod Diabolus in corde eorum scribit. Quantas autem calamitates, quantas tribulationes, vel quantas persecutiones ab ipsis sustineam, per dilectissimum filium meum Petrum vobis notificare decreveram: set, quia id itineris longitudo, & conclusio prohibuit, paucis aperiam. Post vestrum namque discessum Saraceni, Normanni, ac Langobardi invenientes quietam Terram quaquaversum tendunt, devastando depopulant, incendio, atque homicidiis totum exterminantes, set nec arbuſtis fructiferis omnino parcunt: ne fortè, quos antra montium, vel prærupta terrarum, vel seclusa quæque occultant, illis pabulis nutriantur, & sic eadem crudelitate furentes, ab eorum contagione nullus lætus remansit, & nullus locus ab eorum infestatione est relictus immunis, præsertim in possessionibus Monasterii Casinensis, nec non & in aliis Ecclesiis, Ba-

(5) *Hierarcha*, sacer Princeps.

(6) Fortassis, quod reconciliandis cum Imperio Principibus ex officio præſſet. Confer c. 49.

(7) Non enim totius Imperii, sed Italiæ tantum.

(8) Quam refert Codex 257. à Petro Diacono compositam, eamque cum alia, de qua cap. sequenti, dabimus post Chronicon.

#### IN CAPUT CXXVI. NOTÆ.

(1) Codice 257.



Basilicisque Sanctorum, Monasteriisque sceleratius deserviunt, ut majoribus incendiis domus orationis, quam urbes, cunctaque oppida comburantur. Impletum est nunc in Ecclesiis, quod vir sanctus declamat ad Dominum, dicens, ubi laudaverunt te patres nostri facta est exustio ignis. Nunc jam venit hora, ut omnes, qui nostram Terram deprædant, incendunt, devastant, & ruricolas, & Monachos in nervo vincunt compedibus, ac manicis gravant, occidunt, vendunt, cruciant, & persequuntur, arbitrentur se obsequium præstare Deo. Ubi autem venerabilis aulæ clausas inveniunt portas, certatim ictibus dextralium (2) aditus referant, ut rectè dicatur, quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus, in id ipsum in securi, & ascia dejecerunt eas, incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Quanti nunc ab eis Pontifices, Presbyteri, Diaconi, Monachi, nobiles, ignobiles diversi sexus, & ætatis interficiuntur, quanti cruciantur, ut tradant, si quid auri, vel argenti proprium, vel Ecclesiasticum habeant, & dum, quæ habent, urgentibus poenis, facilius dant, iterum crudelibus tormentis oblatores urgent, autumantes quantam partem non totum datum, & quanto plus dant, tanto amplius quempiam habere credunt. Non infirmior sexus, non consideratio nobilitatis, non reverentia sacerdotalis, non Monastici habitus stemma crudelissimas mentes eorum mitigant; quin immo ibi exaggerantur ira furoris, ubi honorem conspiciunt dignitatis, senilis maturitas, atque veneranda canities, quæ cæsariem capitis, ut lanam candidam dealbarat, nullam sibi ab hostibus misericordiam vendicant. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapiens barbarus furor, infontem infantiam elidit ad terram, impletum est nunc, quod olim Judæi canebant, dixit inimicus incendere fines meos, & parvulos meos elifurum ad terras. In ædificiis autem magnarum Ecclesiarum, domorum, civitatum, ubi incendium destructionis per ignem facere non possunt, parietes solo æquantur, ut nunc antiqua illa speciositas ædificiorum, nec, quia fuerit, prorsus appareat. Quod si quis nostris dictis derogaverit fidem, testis est civitas Puteolana, Aliphana, ac Telesina, quæ nichil aliud, nisi quia olim fuere, demonstrant. Set, & aliæ urbes quamplurimæ aut raris, aut nullis habitatoribus incoluntur, nam & hodie,

(2) *Dextralia* quandoque sumuntur pro Armillis, quas in dextero brachio, ante manicam, portabant, ex Vulcanio. Dextrarii verò sunt equi militares. Italicè *Destrieri* Riccard. de Sancto Germano anno 1229. *Quidam Gracum Dextrariis, in sellis, & franis aureis.* Monast. Anglic. pag. 451. *prater equum meliorem, Dextrarium scilicet suum.* Et pag. seq. *equum dextrarium.* Nisi *dextralia* hic secures intelligamus, ut ex contextu colligi videtur, cum subjungitur allusio ex scriptura. *In securibus exciderunt januas ejus.* In vita Sanctorum Julii, & Juliani apud Bollandum 31. Januar. *Dum labori insisterent unus viro-rum incausè manum prævidens, fervamento, quod vulgus Dextrale appellat, pollicem amputavit.*

(3) Panvinius, & ex eo, Mercator, Lotharii mortem referunt ad pridie Kal. Octobris. Cum tamen ex Auctore nostro Lotharius die Sancti Mauritii 22. Septembris Romæ adhuc esset, cap. præcedenti, impossibile videtur, quod pridie Kal. Octobris ad Clusam Ligu-

A si qua supersunt, subinde desolantur, sicut & de Civitate Capuana, quæ olim, post urbem Romanam, totius Campaniæ & caput, & gloria extitit, fecerunt; nam postquam eam hominibus deleverunt, auro, & argento spoliaverunt, ne vel ad horam, locus impietati cederet, illam incendio cremaverunt, & antiquam illam ingenuam, & nobilem libertatem in servitutem redegerunt, & præcipuos quosque in captivitatem duxerunt, aurum, argentum, gemmas, ac vestes, & quicquid pretiosum, quicquid carum invenerunt, asportaverunt. Quanta autem, & qualia ipsi, & Dux illorum Casinensi intulere Cœnobio, & post vestrum, & ante vestrum adventum, referre quis valeat? Ob quam rem rogamus, Imperator invicte, ut vestræ Cameræ afflictæ, destitutæ, ac desolatæ subveniatis, nequando dicant Saraceni, Normanni, ac Langobardi, ubi est Imperator illius. Is autem, qui apices ferebat, Liguriam dum devenisset, cartam quidem clementissimo Imperatori Lothario detulit, set nullum emolumentum auxilium accipere poruit: nam idem Imperator morbo simul & senio fessus, videns sibi jam jam finem vitæ imminere, apud Clusam Liguriæ se contulerat, ibique Henricum Ducem Bajoariæ Generum suum de Ducatu Saxonie sibi hæredem instituens, gemmea Cœli palatia, cum Christo sine fine regnaturus, intravit (3), corpusque ejus Maguntia relatam, & honorificè reconditum est.

*Qualiter Guibaldus Abbas ex timore Rogerii Regis Siciliae perterritus recessit.*

CAPUT CXXVII.

D Post hæc Duces, Principes, Marchiones, & omnes Proceres Imperii convenientes in unum, Conradum Ducem Sueviæ Nepotem Henrici Quinti Imperatoris in seniori Roma (1) Monocratorem constituunt. Eo etiam tempore Henricus Bajoariæ Gener Lotharii jam dicti Imperatoris vita decessit (3). Set, ut ad id redeam, unde digressus sum, & Abbas Raynaldus, cum Regem Roggerium Farum transisse pro certo didicisset, consanguineorum & amicorum exercitum congregans, suscipientibus se civibus, civitatem Sancti Germani ingressus est, disponens alio die ad Monasterium capiendum, & ad Abbatiam recuperandam montem ascendere, contra quem Landulfus de Sancto Johanne, à Guibaldo Ab-

bate riæ pervenerit. Melius ergo alii obitum Lotharii ad mensem Decembrem prorogant. *Clusa*, quæ & *Clesis*, vulgo *Chieta*, flumen est per agrum Brixientem incedens; & in Ollium se exonerans. Nisi intelligere hic oporteat Clusium Hætruriæ urbem. Falco enim Beneventanus Lotharium in Thufcia denatum scripsit. Incidit autem mors Lotharii anno 1138.

IN CAPUT CXXVII. NOTÆ.

- (1) Non locum electionis celebratæ; sed Imperii titulum designat: Imperator enim Orientis, Constantinopoli, nova Roma imperabat: Occidentalis in seniori Roma.
- (2) Unicum Principem, Imperatorem, à *Monos*, quod est unus, solus, & *Cratos* Imperium, à *Crato* Impero, hinc *Sebastocrator* Augustus, Imperator.
- (3) Hic in electionem Conradi non consentiens Imperium ipse affectabat. Ab omnibus tandem derelictus, in Saxoniam secedens, modico interjecto tempore, vitam finivit, ex Antonino, & aliis.

bate à Monasterio missus, adveniens, civitatem optinuit, Raynaldumque cum suis vertens in fugam, ignem in civitatem immisit, plurimis captis, ac pluribus debellatis, ad Guibaldum sursum ad Monasterium rediit. Roggerius itaque Rex sui exercitus falanga stipatus, supra civitatem Capuanam devēnit, quam incendio tradens, suo juri parēre coēgit. Guibaldus autem, cum Fratribus communicato consilio, Legatos ad Roggerium destinat, tunc Capuæ remorantem, pacem ab eo exquirens, & amicitiam spondens (4), cujus verba Roggerius pro nichilo ducens, inefficaces Nuntios ejus remisit, mandans, se nulla ratione, nullo pacto ferre posse, ut Abbas ab Imperatore constitutus in Casinensi Cœnobio remaneret; quin immo si aliquo modo idem Guibaldus in ipsius manibus veniret, absque dubio laqueo suspensum necaret. Tantis itaque, ac talibus minis Guibaldus perterritus, Casinense Cœnobium Landulfo de Sancto Johanne ad custodiendum relinquens, quarto nonas Novembris, insciis Fratribus, eodem Landulfo sibi ducatum præbente, nocturno tempore recessit, dans potestatem Fratribus eligendi quem vellent (5).

*Qualiter Raynaldus Secundus electus fuit in Abbatem.*

#### CAPUT CXXVIII.

**J**Am duodecim dies à Guibaldi recessu transferant, cum Fratres convenientes in unum, & Spiritus Sancti gratiā invocata, elegerunt Raynaldum (1), ejusdem Cœnobii Monachum, virum utique habitu, incessu, & moribus honestissimum, & divina, humanaque scientia clarum. Hic itaque nobilissimo Marforum Comitum genere, in Valeria scilicet Provincia (2), sanguinis sui lineam ducens, tertio ætatis suæ lustro sub Oderisio Secundo Beato Benedicto oblatas, tanta morum scientia, tanta honestate, ac constantia super omnes coævus sui temporis splenduit, ut jure illud Dominicum ei possit ascribi, Ego ostendam ei, quanta illum oporteat pati pro nomine meo: contra hunc namque conjuraverunt gentes, & regna, & ut ita dicam, orbis terrarum contra eum surrexit; set galeā

(4) Num culpandus Guibaldus, propterea quod Lothario obstrictissimus, Rogerio amicitiam spondet? At ita ferebant tempora, ut sibi, & Cœnobio prospiceret; etsi autem majoribus, summisque laudibus extollenda sit Rainaldi Secundi imperterrita constantia, cap. seq. non culpanda tamen Guibaldi fuga, cui Rogerius laqueum, & mortem comminatur; cum maximè advena esset, & Lotharii jam demortui patrocini orbatas.

(5) Per Epistolam, nam, iis insciis, recesserat; Epistolæ exemplum intulit Petrus in suum Regestum num. 647. ex quo illam, post notas, exscribemus.

#### IN CAPUT CXXVIII. NOTÆ.

(1) Colementanum, ut ostensum est supra cap. 104.  
(2) Marforum regio ipsa est Valeria; in qua Colementum, vulgò Collemazzo, quæ ditio erat parentum, & patria Rainaldi.

Rainaldus, ex computo Peregrinii pag. 70. ordinatus fuit Abbas anno ætatis suæ fere vicesimo octavo. Abbatiamque ad obitum usque, cum esset simul Cardinalis, perpetuis tenuit annis 29. nam decessit anno Christi 1166. ex Anonymo Casinensi. Ex ejus gente prodiit familia Barilla, Neapoli, etiamnum, multijugi dignitate clara, ut probat idem Peregrinius in sua, de hac re, dissertatione Italica.

**A** salutis, & loricā fidei indutus, & Patris Benedicti protectione munitus, adversantium, & æmulantium insidias pro nichilo duxit. Eo etiam tempore, cum Rex Roggerius civitates, & castra usque ad confinia Casinensis Cœnobii recepisset, fortissimoque, atque durissimo Imperio suo juri subditas retineret, eique nullo modo, nullo pacto idem Abbas, prout Roggerius volebat, consentiret, se civitates, & castra, omniaque Monasterio pertinentia, demolituro minari cœpit, missisque nuntiis, hoc Abbati, Fratribus, cunctoque populo nuntiari mandavit; verum, ut in talibus assolet, primum sævire vulgus ignobile, deinde sævitia in timorem mutata (3), suis cum omnibus, uxoribus quoque, & filiis Casinense ad Monasterium confugerunt. Non post multum præfatus Rex paciscens cum Casinensibus, treugam interim (4), ut omnes, qui ob timorem illius aufugerant, ut cum suis ad propria revertentur, concessit.

*Qualiter Sanctus Maurus, & Sanctus Placidus apparuerunt in visione cuidam Monacho, Alberto nomine, ac de aliis duobus miraculis.*

#### CAPUT CXXIX.

**C**His porrò diebus erat quidam Frater in Casinensi Cœnobio Albertus nomine (1), natione Pelignus, ætate senex, religiosam agens vitam, aded ut cæteris Fratribus admirationis, & compunctionis sæpè causa existeret. Is, cum senio fessus in domo infirmorum maneret, & populi sua reportare cupientis tumultum auribus auisset, quosdam ex circumstantibus, quid sibi vellet tam confusus populorum tumultus, interrogavit, ad quem unus, num tibi, inquit, incognitum esse potest, quis, vel cur sit populorum iste tumultus, cum constet omnibus has plagas incoletibus esse notissimum, cui, cum ille, nil horum se nosse, respondisset, ait, Rex Roggerius nuper nobis minatus est, se & Casinense Monasterium, & omnem Terram adjacentem destructurum: set Omnipotentis Dei misericordiā placatus, treugam nobis concessit, & inde est tumultus iste, quem audis, cum ea, quæ, ob timorem illius, in Casinensi Mo-

Pleraque summi hujus viri monumenta extant in nostro Tabulario, & præsertim in Regesto Bernardi fol. 149. statuta pro Reformatione Casinensis Cœnobii, ubi tamen in titulo pro Innocentio Tertio, legendum Secundo, cui Rainaldus fuit coævus, non Tertio.

(3) Nil in vulgo medium. Aut furit, aut fugit. Menander: *Robusta plebs est, at mentem non habet.*

(4) Alii scribunt *Treugam*, alii *Treguam*. Germanica vox est, à verbo, quod significat fidem. Nempe *Tregua* est fides temporaria, hosti data. In vita Karoli Magni cap. 12. *dati treugis inter se*, & cap. seq. *Treuga data eundi, & redeundi*. Frodoardus in chronic. *Treuga, vel inducia belli inter Regem Ludovicum, & Hugonem Principem*, & alibi sæpè. Glossa in cap. 1. *de Bello, & Pace.*

#### IN CAPUT CXXIX. NOTÆ.

(1) Alberti hanc visionem placuit Laureto integram in sua recipere; cum tamen non aliunde illam acceperit, quam ab hoc, sibi otioso, & penitus indocto, confictore. Sed jam omnem aquam nostram, cum Laureto expostulando, consumpsimus: non ultra in cinere irarum, causas quæramus, ne videamur cum Achille, ut est apud Homerum, Terram lædere surdam.

Monasterio flendo delata fuerant à populo, gaudendo reportantur. His sæpè dictus Frater auditis, ingemuit, atque ex intimo longa trahens suspiria, hunc psalmum decantare cœpit cum lacrimis, *Judica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, cumque versum illum, qui dicitur, Emitte lucem tuam, canere cœpisset, subito, mirabile dictu! immensa coruscatio super eum descendit, adeò ut ipse, qui jam per aliquod tempus lumine privatus fuerat, lumen reciperet oculorum, atque illius immensæ lucis munere minimè fraudaretur, nec mora, conspicit januas Ecclesiæ ipsius, qua residebat, patefactas, venerabiles vultu, habituque viros duos ad se intrantes, quos cum vidisset Deifico lumine circumdatos, expavit, nec ultra oculos levare ausus, resedit, tum illi propius accedentes, dixerunt: Surge, age Frater Alberte, Abbatique, & Fratribus; ut pœnitentiam commissorum delictorum agere satagant, edicito, discalciatisque pedibus antiphonam Beatæ Mariæ decantantes egressi, letanias ante Sacrosanctum Beati Patris Benedicti Corpus peragant, si fortè Deus vestrorum delictorum lamentis, pœnitentiaque immemor factus, ab his locis tantas calamitates repellat. Tum Frater, quis esset, & quibus vocitarentur nominibus, inquisivit. Ad hæc ille. Ego, inquit, sum Maurus, Sanctissimi Patris Benedicti discipulus: hic verò, ejusdem Patris & ipse discipulus, Placidus est, adjecitque, hæc quæ nunc à te vel audita, vel visa sunt, cave, ne pigritiâ dicere, quibus tibi iussum est, prætermittas; sin aliâs, contemptus, pigritiæque pœnam incurres. Scias quoque, te ideo divino, iustoque iudicio corporali lumine fuisse privatum, quia, quæ aliquando in Capitulo ob pœnitentiã agendam divina est tibi dignata ostendere Majestas, tui cordis celasti abscondito, nulli, quæ videras, revelans, namque idem Frater, dum adhuc sub districtiõne cœnobitalis institutionis in claustrò cum reliquis Fratribus commoraretur, seque vigiliis, jejniis, orationibus, & scoparum verberibus in conspectu Divinitatis mactaret, quadam nocte, dum Capitulum ingressus fuisset, raptus in spiritu, judiciarias Domino unâ cum Matre confidente, sedes in absida ipsius Capituli, ut attenuis in pictura cernitur, ordinatas esse conspexit, tantòque liberius divinis cœpit intendere, quantò se ab humanis rebus fecerat alienum. Cùm itaque hac visione stupefactus astaret, vidit subito Sanctissimum Patrem Benedictum, à dextris quidem Maurum, à sinistris verò habens Placidum, in medio Concilii advenisse, ingentibusque clamoribus cunctipotentis Majestatem talibus questibus interpellasse: Rex Regum, Creator, Redemptor mortaliũ, sine cujus nutu humana fragilitas subsistere nullatenus potest, has mei questus voces exaudias, meumque, quem, te donante, fabricandum, perpetuòque regendum Monasterium suscepi, respicias; tu enim Domine, qui cogitationes de longè consideras, & vocas ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, hunc locum adhuc michi mortali carne posito destruendum esse, monstraveras, gentibusque barbaris res, quæ Fratribus præparaveram, te traditurum esse, occulto iudicio dixeras, in melius restaurandum fore post modicum, promisisti, quod & factum hodie cernitur, insurrexerunt namque contra hunc locum iniquissimi quidam, & Deo odibiles,*

Tom. IV.

A conantes prædictum destruere locum. Rectores quoque istius loci nequaquam boni pastores, set voracis lupi vestigia sequentes, oves sibi commissas, mordacibus dentibus, ut tyranni, laniant, res, & opes ad tui servitium, & honorem congregatæ in turpissimos usus convertunt, populum sibi commissum, ut lascivientes vaccas, vagari sinunt, pupillorum quoque, viduarumque causas contempnentes, ad sola munera convertuntur. Quem das finem Rex magne polorum? His dictis, Sanctus conticuit, factoque ibi sine, quievit. Cùm ecce innumerabilis multitudo dæmonum, furcis, igneisque uncinis armata, ante se Crescentium, Marforum Comitum habentes, advēnit, turibulaque argentea magna, quæ ex Casinensi Monasterio quidam in pignore acceperat, & quæ contra voluntatem Seniorecti Abbatis recollegerat, in naribus, veluti de fornace exirent, habentem. Quem, idem Frater cùm interrogasset, cur tantis tormentis afficeretur; ob majorum turibulorum detentione se cruciari, respondit, cœpitque Monachum rogare, ut hæc, quæ de se vidisset, filio suo Berardo diceret, & ut suprascripta turibula Casinensi Cœnobio redderentur, ex sui parte rogare, addens, hoc illis signum sit, quòd eadem turibula, insuper & aureum calicem, ab aliis rebus, dum adviveret, segregasse, hocque nullum, exceptis Fuscone, & Transmundo suis Consiliariis, scire. Quod, ubi ad se rediit, dicere dubitavit. Ex hinc; iusto Dæi iudicio, actum est, ut Frater ille lumine privaretur, & qui lumen æternum, quod viderat, talentumque, quod erogandum acceperat, cæteris erogare conservis noluit, set in terram, ut piger servus, abscondit, iustè proprium lumen, talentumque amisit. Et, ut ad ea, quæ reliquimus, revertamur, Sancti viri Mauri auditis monitis, illisque recedentibus, lux quoque, quæ ejus illustraverat oculos, cum eisdem recessit, adeò ut cæcus, velut antea fuerat, remaneret. Verum, ne pro deliratore, & mendoso haberetur, hæc, quæ viderat, vel audierat, dicere noluit. Tricesimo itaque die, postquam hæc viderat, illucescente, eodem Fratre in loco, ubi prædictam visionem viderat, residente, in Ecclesia scilicet Sancti Andreæ Apostoli, isdem, qui supra, Sanctissimus Maurus apparuit, & cur, quæ viderat, vel audierat, dicere renuisset, increpans, talia verba profudit: Ego quidem, Frater, præcepi, ut secreta Dei, quæ per me tibi revelata sunt, hominibus revelares: sed tu despectui, pigritiæque tradidisti. Unde, velut Majestatis reus, tradendus esses pœnis inextinguibilibus; set, quia cunctipotentis Dei misericordia, quæ melior est super vitas, hoc tibi commissum indulget, præcipio, ut, quæ à me tibi revelata sunt, dicere ne pigriteris, quòd si, quod absit, non feceris, æternis tradèris incendiis. Hæc fatus intenuis subito Sanctus evanuit auras, Frater autem continuo surgens, Abbatem ad se evocat, & cuncta, quæ viderat, vel audierat, seriatim enuntiat. Abbas autem Fratres convocans, seriatim, quæ supradictus Frater viderat, retexens, discalciatis pedibus Capitulum, quòd resederant, egressi, letanias cum lacrimis, & fletu ante Patris Benedicti corpus peregerunt. Cæterum, cùm quidam Fratres hæc deliramenta putarent, nullumque vellent assensum præbere, quadam die prædictus Monachus Albertus me ad se vocari fecit,

Gggg

eit,

cit, reque, ut viderat, intimata, me præsente, sacramento firmavit, nullum ergo de hoc aliquo modo dubitare, admonéo, ne forte suæ incredulitatis pœnam recipiant, ut, cum me falsiloquii reprehenderent, falsi testes, mentientesque apud districtum Jesu Christi examen habeantur.

*De Obitu Petri, qui & Anacletus dictus fuit, & quomodo Fautores ejus Papæ Innocentii vestigiis advolvuntur.*

## CAPUT CXXX.

**E**O etiam tempore Petrus, filius Petri Leonis, humanis rebus exemptus, diem clau-

## IN CAPUT CXXX. NOTÆ.

- (1) Anno 1138. Impœnitens moritur ex Antonino, & cadaver ejus in latebris sepelitur.
- (2) In vita Sancti Bernardi, Advenerat tempus, in quo divina Clementia Petri Leonis interitu, finem imponere schismati disposuerat, eo mortuo, pars illius Papam sibi alterum statuerunt pro illo, quatinus videlicet opportunius per aliquam temporis moram Pape Innocentio reconciliarentur, quod sine mora per manum servi sui (Bernardi) Christus effecit; Nam & ipse substitutus ad eundem virum Dei nocte se contulit, & ille, nudatum usurpatis insignibus ad Domini Innocentii pedes adduxit. Sicque terminatum est schisma, de quo idem Bernardus serm. 24. in Cant. Quievit Leovina rabies, finem accepit malitia, Ecclesia pacem recepit, ad nihil deductus est in conspectu ejus malignus, qui eam per hoc ferò octennium diro schismate

fit extremum (1), & in loco illius, fautores ejus Gregorium Cardinalem tituli Apostolorum sibi præficientes (2), Victorem appellari decernuat. Innocentius autem immanem in filios Petri Leonis, & in his, qui eis adherebant, pecuniâ profligatâ, illos ad suam partem attraxit (3), sicque Cardinales, qui jam dicto filio Petri Leonis communicaverant, omni auxilio destituti, Innocentii vestigiis advolvuntur, sacramento à parte illius prius accepto, ne illos officio privaret, ne bonis diminueret, sed ad tempus.

*conturbaret. Falco etiam Benevent. ad annum 1138.*

- (3) Ex vulgi rumoribus id haustum credo, Falco non meminit, eo etiam admisso, nulla Innocentio injuri potest nota. Qui suæ conscientie legitimæ sedis, pecuniis, & beneficiis non pepercit, ad se, Ecclesiamque redimendam, ab injusta vexatione. Ita Sergius Papa centum auri libras à Paschali, qui Papatum affectabat, Exarcho Ravennæ promissas, solvere ipse non renuit, ne vel Ecclesia gravius aliquod detrimentum ab Exarcho pateretur: vel ipse à suo justo munere exercendo avocaretur. Extra de Simonia cap. *Dilectus filius*. Aliud exemplum est in Gregorio sexto, de quo supra. Vide Baronium ad annum 1044. Aliud Calixtus secundus: alia alii Pontifices exhibent. Neque enim ullam simonis contrahit pravitatem, qui, canonicè institutus, Pontifex, dona largitur ad honestum finem,

F I N I S.

APPEN-

# APPENDIX

E O R U M.

QUÆ IN OPERE

P R O M I T T U N T U R.

Marci Poetæ Carmen.

Capitula Aquisgrani.

Ritus electionis Abbatis Casinensis.

Qualiter Casinensis Abbas à Romano Pontifice confirmandus sit.

Qualiter Pontifex Abbatem Casinensem, noviter ordinatum, benedicere debeat.

De modo, quo à Monachis Abbas Casinensis eligebatur.

Officium S. P. Benedicti à mille annis Casini celebratum.

Officium Beatæ Mariæ Virginis, à mille annis Casini celebrari solitum quotidie.

Lotarii Imperatoris epistolæ.

Guibaldi Abbatis Casinens. epistolæ.





605

# MARCI POETÆ<sup>(1)</sup>

DISCIPULI

## S. PATRIS BENEDICTI

IN EJUS LAUDEM CARMINA.

**C**OEca prophanatas coleret dum turba figuras,  
Et manibus factos crederet esse Deos;  
Templa ruinosis hęc olim struxerat aris,  
Quis dabat obsceno sacra cruenta Jovi.  
Sed jussus veniens, heremoque vocatus ab alta  
Purgavit Sanctus hanc Benedictus humum,  
Sculptaque contractis dejecit marmora signis,  
Et templum vivo præbuit esse Deo.  
Huc properet cœlos optat qui cernere apertos,  
Nec removet vctum semita dura pium.  
Semper difficili quæruntur summa labore,  
Artam semper habet vita beata viam.  
Huc ego cùm scelerum depressus falce subissem,  
Depositum sensi pondus abesse michi.  
Credo quòd, & scœlix vita fruar insuper illa,  
Oras pro Marco si Benedicte tuo.  
Hunc plebs stulta locum quondam vocitaverat Arcem  
Marmoreisque sacrum fecerat esse Deis.  
Quod tunc si vero signasset nomine quisquam,  
Tartareum potuit jure vocare chaos.  
Ad quem cœcatis errantes mentibus ibant  
Improba mortifero reddere vota Jovi.  
Sed puto prævisæ culmen signaverat aulæ  
Nomine tunc Arcis templa moderna vocans:  
In quibus æternæ damnatur porta gehennæ  
Arxque modò vitæ est, quæ fuit ante necis;  
De qua stelligeri pulsatur janua cœli  
Dum canit Angelicis turba beata modis;  
De qua conloqueris vero Benedicte Tonanti  
Monticola, & sacri dux heremita chori:  
Ad quam tu ex alio monitus cùm monte venires  
Per deserta tibi dux, via Christus erat.  
Namque duos Juvenes bivium produxit ad omne,  
Qui te firmarent quod sequeris iter.  
Hic quoque viventi iusto prædixerat uni:  
His tu parce locis, alter amicus adest.  
Se sibi sublato tenebris mons cœlitus horret,  
Et pallet nebulis concolor ipse suis.  
Mœrent, & largis distillant fletibus antra,  
Cumque suis plangunt tabida lustra feris.  
Seque lacus liquidi vero flevere dolore  
Et sparsit laceras silva soluta cornas.

Cre.

(1.) Ex Codice signato num. 257. Bibliot. Cas.

Credar ficta loqui, nisi te ne solus habires  
 Tres subitò corvi promeruerè sequi.  
 Hic quoque te clausum populi te teste requirunt,  
 Expectas noctis cum pia festa sacræ.  
 Qui velud orbari raucis tibi flere querelis  
 Instant, convictu quòd caruere tuo.  
 Ast huc perducto scopuli cessere, rubique  
 Siccaque mirandas terra retexit aquas.  
 Cerum est mons Christi, quod montibus imperet ipsis  
 Subjecit pedibus mons caput ecce tuis.  
 Atque suum tu Sancte super vegetare cacumen  
 Summisso tumidam vertice planat humum.  
 Neve fatigentur qui te Benedicte requirunt,  
 Molliter obliquum flectit ubique latus.  
 Inc mons ipse tamen justè tibi reddit honorem  
 Qui meruit tantum te decorante bonum.  
 Arida tu cujus hortis componis hamenis  
 Nudaque fœcundo palmite laxa tegis.  
 Mirantur scopuli fruges, & non sua poma  
 Pomiferisque viret silva soluta comis;  
 Sic hominum steriles in fructum dirigit actus,  
 Sicca salutari flumine corda rigans.  
 Sic rogo nunc spinas in frugem verte malignas  
 Quæ lacerant Marci pectora bruta tui.

INCI.

607

I N C I P I T C A P I T U L U M  
L U D O W I H I I M P E R A T O R I S (1)  
C U M C Æ T E R I S.

**A** Nno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCXVII. Imperii verò gloriosissimi Principis Ludovichi IV. VI. idus Julii, cum in domo Aquisgrani Palatii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus unâ suis resedissent Monachis, hæc, quæ subsequuntur Capitula communi consilio, ac pari voluntate Regularibus conservari decreverunt.

I.

Ut Abbates, mox ut Monasteria sua remeaverint, Regulas per singulas sententias discutientes pleniter legant, & intelligentes, Domino opitulante, efficaciter cum Monachis suis implere studeant.

II.

Ut Monachi omnes, qui possunt, Regulam memoriter discant.

III.

Ut officium, juxta quod Regulam Sancti Benedicti continetur, celebrent.

IV.

Ut in coquina, in pistrino, & in cæteris artium officinis, propriis operentur manibus, & vestimenta sua oportuno tempore ipsi labent.

V.

Ut nullo unquam tempore post vigiliam causâ dormiendi, nisi contigerit eos ante horam constitutam surgere, ad lectos redeant suos.

VI.

Ut in quadragesima, nisi in Sabbato Sancto non radantur, in alio enim tempore semel per XV. dies radantur, & in octava Pasche.

VII.

Ut certum flebothomiz non observent tempus, sed unicuique, secundum quod necessitas expululat, concedatur; & specialis in cibo, & poru tunc solatio præveatur.

VIII.

Ut si necessitas poposcerit ob operis laborem post refectionem vespertinam, etiam in quadragesima pari modo, & quando officium mortuorum celebratur, prius quam lectio completorii legatur, bibant.

IX.

Ut cum Abbate, vel à quocumque Priore suo increpatus quis eorum fuerit; mox sinè mora prosternens illius pedibus, mea culpa primum dicat, ita ut indutus est, & tunc juvente Priore surgat, & unde interrogatus fuerit, rationem humiliter reddat.

X.

Ut solus sinè altero Monacho in via non dirigatur.

XI.

Ut sibi compatres, vel commatres non faciant, neque fœminas osculent.

XII.

Ut nudi pro qualibet culpa coram fratrum obtutibus non flagellentur.

XIII.

Ut si necessitas fuerit eos occupari in frugibus colligendis, constitutum legendi, & meridie pausandi tempus prætermittatur, & operantes non murmurent.

XIV.

Ut quartâ, & sextâ feriâ jejunantes, ante si necessitas fuerit, juxta Prioris arbitrium, levia opera exercent.

XV.

Ut in Quadragesima libris de Bibliotheca secundum Prioris dispositionem acceptis, alios nisi Prior decreverit expedire, non accipiant.

XVI.

Ut eis vestimenta, nec multum vilia, nec multum pretiosa, sed mediocra dentur.

XVII.

Ut in quadragesima, sicut in alio tempore vicissim sibi pedes labent, & antiphonas huic officio congruentes decantent. In cœna verò Domini pedes fratrum si valet Abbas lavet, & osculetur, & poculum porrigat.

XVIII.

Ut mandatum post cœnam fiat.

XIX.

Ut ea, quæ Monachi sui habent, mensura sint Abbatis contenti, in manducando, in bibendo, in dormiendo, in vestiendo, in operando, quando in aliis utilitatibus non fuerint occupati.

XX.

Ut Villas frequenter, nisi necessitas cogerit, non circumeant, neque suis illas Monachis ad custodiendas committant, & si eos ad eas ire necessitas fuerit, expleto necessitatis negotio ad sua mox Monasteria redeant.

XXI.

Ut Abbas, vel quispiam fratrum ad portam Monasterii cum hospitibus non reficiat, neque bibat. In refectorio autem omnem ejus humanitatem manducandi, ac bibendi exhibeat. Ipse tamen

(1) *En Codice 153.*

tamen à cibo , potusque mensura contentus sit , quam reliqui fratres accipiunt . Si verò propter hospitem voluerit ad solitam mensuram fratribus , sibi que aliquid augere , in sua maneat potestate .

X X I I .

Ut fervitores non ad unam mensam , sed in propriis locis post refectionem fratrum reficiant , quibus eadem lectio , quæ fratribus recitata est , legatur .

X X I I I .

Ut Lectori nichil , nisi quod Regula jubet , detur .

X X I V .

Ut Alleluja in Semptuagesima dimittatur .

X X V .

Ut Præpō infra , & extra Monasterium post Abbatem majorem reliquis Abbatibus subditis habeant potestatem ,

X X V I .

Ut Monachis nisi Monachus non constituatur Præpositus .

X X V I I .

Ut è Xenioribus Monasterium circumeuntibus , quidam in Monasterio propter custodiam remaneant .

X X V I I I .

Ut Novicio non facilis in Monasterio tribuatur ingressus , & ut in cellas hospitem paucis diebus probationis causâ hospitibus serviat . Res verò si quas habet parentibus suis , aut amicis commendat ; & expleto probationis suæ anno , secundum quod Regula præcipit , inde faciatur . Ipse verò nec tundeatur , nec vestimenta pristina immutet , prius quam obedientiam promittat .

X X I X .

Ut in Quadragesima usque ad nonam operentur fratres , quatenus Missâ celebratâ congruo tempore reficiant .

X X X .

Ut domus remota his , qui fugere , aut pugnis , bacillive inter se voluerint configere , aut quibus ex integro factæ sunt regulares disciplinæ habeat hujusmodi , ut in hieme ignis possit accendi , & atrium juxta sit , quo possint quod eis injungitur operari .

X X X I .

Ut si quis neglegenter sonum fecerit , vel aliud quid excefferit in refectorio , mox à Priore veniam petat , & annuente Priore surgat : fervetur tamen silentio , & cum egressi fuerint , expleta oratione , veniam petat , & secundum modum culpæ judicio subiaceat .

X X X I I .

Ut nullus plebeius aut Clericus sæcularis in Monasterio recipiantur ad habitandum , nisi voluerit fieri Monachus .

X X X I I I .

Ut nemini liceat sermonem juramenti affirmationis proferre , nisi sicut Sancti Patres soliti fuerint loqui .

X X X I V .

Ut Abbatibus liceat habere cellas , in quibus aut Monachi sint , aut Canonici , & Abbas prævideat ne minus de Monachis habitare ibi permittat , quam sex .

X X X V .

Ut scola in Monasteriis non habeatur , nisi eorum , qui oblato sunt .

X X X V I .

Ut in præcipuis solemnitatibus , idest in Natalis , & in octava Domini , in Epyphania , in Pascha , & Ascensione Domini , in Pentecosten , & in festivitibus Sanctorum , idest Sancti Stephani , Beati Johannis Evangelistæ , & in Natalis Infantum , in Purificatione , & Assumptione Sanctæ Mariæ : similiter & in Beatorum Festis , & in Sancti Johannis Baptistæ , in Sancti Laurenti , Sancti Martini , & in Sancti Benedicti , sive , & in natalis cujuslibet Sancti , cujus honor in qualicumque Parrochia specialiter celebretur , & bis reficiatur .

X X X V I I .

Ut in Paracesve non aliud , nisi panis , & aqua sumatur . Ut benedictio à Sacerdote post Completorium dicatur . Ut de omnibus in elemosina datis tam Ecclesiæ , quam Fratribus , decimæ pauperibus dentur .

X X X V I I I .

Ut usus valnearum in arbitrio Prioris consistat .

X X X I X .

Ut prætermisissis portionibus psalterii , psalmi speciales pro elemosinariis , & defunctis cantentur .

X L .

Ut in ebdomada Pentecosten non flectatur jenua , & non jejunetur , nisi statuti dies jejunii fuerint .

X L I .

Ut laici causâ manducandi , ac bibendi in refectorium non ducantur .

X L I I .

Ut quotiens necessitas exposcit , vestimenta , & calceamenta , & omnia necessaria Fratribus dentur .

X L I I I .

Ut Monachus promissione facta tribus diebus coopertum cuculla habeat caput .

X L I V .

Ut puerum pater , aut mater tempore oblationis secundum Regulam offerant , & petitionem coram testibus laicis fiant , quam tempore intellegibili Regulam observare promiserit puer ipse confirmet .

X L V .



- XLV.  
Ut qui præponuntur, Nonni vocentur.
- XLVI.  
Ut Senior, Decanus, Cellarius, Portarius de eorum ministerio non nisi causâ infirmitatis manducet.
- XLVII.  
Ut libra panis triginta solidos per duodecim denarios metiatur.
- XLVIII.  
Ut mensura scapularis duobus constat cubitis.
- XLIX.  
Ut dormitorium juxta horatorium constituitur, ubi supervenientes Monachi dormiant.
- L.  
Ut Canonici Abbates Monachos secum itinere non nisi ad generalem Synodum ducant.
- LI.  
Ut dui tantum signa at tertia, sexta, nonamque pulsantur.
- LII.  
Ut Monachi Cappas tiffutas præter villosas non habeant.
- LIII.  
Ut Abbas, Præpositus, Decanos, quamvis presbyteri non sint, Lectoribus benedictionem tribuant.
- LIV.  
Ut docti fratris eligantur, qui cum supervenientibus Monachis loquantur.
- LV.  
Ut de furto incerto, oratorio primum, & postea excommunicatio à Corpore, & Sanguine Christi fiat, quousque culpaverit confiteatur.
- LVI.  
Ut frater adversus fratrem pro qualibet culpa testimonium protulerit, fratri perfectiori credatur.
- LVII.  
Ut psalmus invitatorius, & gloria pro defunctis non canentur.
- LVIII.  
Ut lector stans humiliatus benedictionem petat.
- LIX.  
Ut eoblagiæ fratribus à presbyteris in refectorio dentur.
- LX.  
Ut ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, & dicatur versus, quod silentium solvatur. Deinde Regula legatur, aut Omelia quælibet, novissimè tu autem Domine dicatur.
- LXI.  
Ut is, qui noxâ tenetur culpæ die dominico remissius habeant, & veniam non petant.
- LXII.  
Ut pro Abbate defuncto anniversarium fiat officium.
- LXIII.  
Ut ad Capitulum lectio tradatur, similiter ad collationem, si tempus fuerit oportunum.
- LXIV.  
Ut ad Missam, Sanctus stantes inclinati, & Pater noster jenua flectentes dicant.
- LXV.  
Ut nullus pro muneribus recipiatur in Monasterio, nisi cum bona voluntas, aut merita commendant.
- LXVI.  
Ut unicuique patri in cibo, & potu separatim portio detur, & de ipsa mensura alicui minime sit licentia dandi.
- LXVII.  
Ut adipēs mittantur in pulmento octo dies ante Natale Domini, & octo ante Quadragesimæ, & omni tempore sextâ feriâ.
- LXVIII.  
Ut Muffolæ si facultas fuerit verbicinæ dentur.
- LXIX.  
Ut volatilia in Natale Domini, & Pascha tribus diebus, si fuerint unde qui voluerint comedant, si vero non fuerint unde, non requirantur per devitum. Si autem Abbas, aut Monachi voluerint abstinere, in ipsorum maneat potestatem.

# RITUS ELECTIONIS ABBATIS CASINENSIS

Ex Codice CCLVII. Bibliothecæ Casin.

**I**sto enim modo Casinensis Abbas debet eligi. Moriente Abbate conveniant omnes Fratres in Capitulum, & facto silentio dicat Præpositus. Nostis, Fratres carissimi, qualiter Dei dispositione communis Pater noster migravit ex hoc seculo, & ideo necesse est Casinensi Ecclesiæ providere, & prout Dominus donaverit Pastorem animarum nostrarum constituere. Cùmque hoc ab universis Fratribus fuerit confirmatum, eligantur de eadem Congregatione Presbyteri tres, Diaconi tres, Subdiaconi tres, Acoliti tres, Ydiotæ tres timentes Deum, de quorum vita, & moribus securi sint, & electio Abbatis in eorum arbitrio constituatur, & indissolubili anathematis vinculo obligentur, si vel pro pecunia, vel pro gratia humana Abbatem elegerint, set magis quem digniorem, & meliorem secundum Deum, & secundum Beati Benedicti Regulam Presbyterum, vel Diaconem invenerint, Abbatem, & Pastorem eligant, & cùm hoc ab omnibus fuerit confirmatum, egredientibus illis à Capitulo, & introëuntibus in Ecclesiam rogaturi Deum, surgens Protocartularius in medio, legat in sono vocis Capitulum de Ordinando Abbate: quo expleto, faciat Præpositus sermonem Fratribus de eodem Capitulo, & cùm sermonem expleverit, Fratres, in quorum arbitrio electio posita est, ingrediantur, & stent in transversa linea Capituli in medio ante Sedem Abbatis, & qui prior est inter illos, dicat, Nos, Fratres carissimi, secundum vestræ Paternitatis imperium consulto habito, & Spiritus Sancti invocata gratiâ, de corpore nostræ Congregationis eligimus in Abbatem hujus Sanctissimæ Congregationis talem Presbyterum, vel Diaconem, nobis sufficientissimè cognitum, natalibus, & moribus nobilem, divina, & seculari disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, in lege Dei, & Beati Benedicti instructum, in scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatum, & secundum scripturarum tramitem, traditionemque orthodoxorum, & canonum sano sensu Ecclesiasticas regulas intellegendam, sanoque sermone docentem, atque servantem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, & cum modestia corripientem eos, qui resistunt, & testimonium ab omni parte habentem bonum. Illo quoque sermone facienti finem, dicat Præpositus Fratribus: Adjuro vos per tremendum judicium, & per omnia divina, & humana misteria, & per fidem, quam debetis Deo, & baptismo, & Beato Benedicto, ut si aliqui scitis contra hanc electionem, dicatis, & si nullus responderit, dicat Præpositus: vultis omnes illum? tunc respondeant omnes, volumus, & Præpositus:

**A** placet vobis? & Fratres: placet. Tunc Præpositus repetit: accipite eum. Demum egreditur Electus à Capitulo, sustentatus à Presbyteris, ac Diaconibus. Post quem pergant omnes Fratres cantantes in magna voce *Te Deum laudamus*, & sic incipiant pulsare omnia signa. Cùm autem Ecclesiam intraverint, prosternatur Electus in gradibus ante altare Beati Benedicti toto corpore, usque dum compleant *Te Deum laudamus*. Qua expleta faciant letaniam, eâ finita, incipiant. *Te decet laus*. Sequitur Dominica oratio. Dehinc dicat Præpositus hanc orationem.

**B** Deus largitor munerum, dominator clementissime, tuam invocamus pietatem super hunc famulum tuum, quem Beatissimo Patri Benedicto Vicarium ordinamus, ut ordinis sui primatum dignè custodiat, & quicquid pro salute animæ suæ dignè precatur obtineat, sit vita probabilis, sit sapiens, & humilis, sit scientia verus, religione clarus, conveniens in doctrina, in gravitate decorus, in compassionè piissimus, in operatione cautus, in dispositione sollicitus, in temptationibus fortis, in injuriis patiens, in pace fixus, in elemosinis promptus, monitionibus frequens, in misericordia efficax, in subditis pius, nec sit immemor, quòd à te de suis erit factis tuo judicio judicandus, & quicquid à te petierit, clementer impertiri digneris per Dominum. Dehinc dicat Deo hanc orationem.

**C** Omnipotens, & misericors Deus, totius Sanctæ Religionis origo, omnisque dignitatis in te æterna salvatio, qui Ecclesiæ tuæ Beatissimum Benedictum Legislatorem dedisti, te subpliciter petimus, ut hic famulus tuus sit ab antiqui hostis insidiis ereptus, remotus à cunctis malorum implicamentis, remotus à secularibus pompis, remotus à pravis delectationibus, remotus à præsentis vitæ contagiis, remotus ab omnibus pravorum retinaculis. Doce eum Domine hujus vitæ contempnere prospera, non timere adversa, injurias non inferre, set inlatas æquanimiter tolerare, inimicos diligere, pro persequentibus, & calumniantibus subpliciter deprecare, nichil concupiscere carnaliter, vel ambire, non superborum injuriis fatigatus deficiat, non eum superbia inflat, non ardor avaritiæ inflammet, non vana gloria turpiter jactet, non gula, aut ebrietas præpediat, non ambitio ventosa præcipitet, non ardor animosæ contentionis examinet, non desiderium humanæ opinionis elevet, non diabolus auctor perditionis lædat, aut perdat, set tuæ pietatis destera clementissime Deus à cunctis fervet malis, eumque in præsentem, & in futuro seculo protegat, atque gubernet, ut te timeat, imitetur, & diligat. Aperi ei sensum, ut in divinarum studiis litterarum te legat corde, ore, & opere meditetur, & intellecta, die, noctuque fervet, cœlestia, & æterna sapiat, terrena respuat, & caduca,

Mo-

Monachos sibi subditos perfectè instruat, amicos, & inimicos pro tui nominis amore amet, & diligat, humilitatem, & vilitatem teneat, æquè & exerceat, castimoniam, & pudicitiam corde, & corpore amplectat, & teneat, patientiam, & longanimitatem arripiat, atque custodiat, jejunium, & abstinentiam studeat simul, & amet, gemitum, & orationem desideret, atque vigiliam, peccata sua incessanter cum lacrimis, & suspiriis accuset, & Te Deum Omnipotentem corde, & opere circumferat semper, atque deseruiat, vitam æternam jugiter diligat, teneat, atque sectetur, quatinus ad æternæ vitæ, quam in te perseverantibus promittere dignatus es, gloriam pervenire mereatur. Per Dominum.

Deus, qui sub tuæ Magestatis arbitrio omnium Rectorum Ecclesiæ tuæ contines potestatem, tibi supplices fundimus preces humiliter exorantes, ut hunc famulum tuum à nobis indignis in gradum Abbatis electum, tuæ supernæ, summæque sanctificationis gratia conservare digneris, ut in diebus ejus, intercessione Beatissimi Patris Benedicti Confessoris tui, quem præcipuum Monasticæ disciplinæ Legislatorem dedisti, devotio renascatur disciplinæ, & ut te adjuvante suis subditis tibi placita præbere possit exempla, tibi que cum timore subditus, ac mansuetus militans, tuæ Magestatis mereatur ubique clipeo pacifico protegi. Desterâ tuæ Divinitatis eum digneris locupletare, ut opem frugalem Fratribus inferre, & omnibus undique adventibus piè possit profutura exhibere. Tu illi esto honor, tu gaudium in Casino, in itinere focus, in mœrore solatium, in ambiguitate consilium, in ægritudine medicina, in laboribus adjutor, in adversis defensor, in tribulatione patientia. Ponat in te providentiam mentis, per te discat cum consilio commissi sibi gregis gubernacula sapienter moderari: ut semper felix, semperque exultans, de tuæ bonitatis ditatus beneficiis, mereatur gaudere, & prolixitatem præsentis vitæ per temporalia bona benignè suscipere, ac super nis civibus, Angelorumque choris per æterna commercia copulari. Per Christum.

Super hunc famulum tuum Electum nostrum, Domine, quæsumus dignanter intende, & da ei scientiam veram, spem firmam, consilium rectum, doctrinam sanctam, ut aptus inveniat ad accipiendum Patris Benedicti sacratissimum Thronum, quatinus & ipse sine offensione ejus vestigia sequatur, suosque sequaces sanctis ammonitionibus sequi faciat, sciatque, quia qui suscipit animas regendas, in die judicii pro his omnibus rationem redditurus est Domino Deo nostro Jesu Christo, qui vivit, & regnat.

Expleta oratione surgat Electus de loco, in quo prostratus jacuerat, & stet ante gradus altaris, & Præpositus accipiat virgam Abbatæ super altare, & det ei, dicendo ita.

Accipe baculum pastoralis Officii, & sis in corrigendis vitiis sæviens, in ira judicium sine ira tenens, cum iratus fueris, misericordiam reminiscens. P.

Tunc det ei Regulam dicens: Accipe Regulam sacratissimis manibus Patris Benedicti descriptam, ad regendum, custodiendumque gregem tibi à Domino Jesu Christo creditum, quantum Deus ipse te confortaverit, ac fragilitas humana permiserit. Per eundem.

Tom. IV.

His expletis, vadunt cum Electo, & ponant eum in sede iusta Chorum, cantantes *Ceperunt postmodum*: & inde surgens, Electus vadat cum Fratribus per omnes Monasterii Ecclesias, faciendo aput unamquamque septiformem letaniam, & sic revertantur ad Ecclesiam Sancti Benedicti, cantantes Responsorium *Vir enim Domini inter tot miracula*. Cumque Ecclesiam intraverint, vadat Electus ad altare, positis sacrosanctis Evangeliiis, & desuper ponit Protoscriniarius repromissionem de scrinio, & jurat Electus coram omnibus per Sancta Dei Evangelia, & per Corpus Beati Benedicti observaturum se suis pro viribus, ac pro suo scire Regulam, & nullum nisi clarescentibus culpis de Monasterio projecturum, vel degradaturum, & ut thesaurum, possessiones, Ecclesias, & omnem substantiam Monasterii ubique Terrarum non subtrahat, vel alienet, obedientias, sicut Beatus Benedictus jussit, distribuat, & laicum super Monachum non præponat. Quo facto imponat statim Decanus *Gloria in excelsis Deo*, & osculato altari vadant omnes in Capitulum, & residente Electo in cathedram, vadat Protocartularius, legat in sono vocis, *Qualis debeat esse Abbas*. Quo expleto surgens Præpositus ruat ad pedes Electi, & det ei pacem, deinde Decanus, & cæteri per ordinem, & statim post osculum punga Electus cingitur, quod est gazophilacium, unde pauperibus elemosinam subministret.

Tunc deferat Mansionarius claves Ecclesiæ, & det Præposito, & Præpositus ponat in manus Electi, dicens: Accipe claves sanctuarii, & ita temedipsum inreprehensibiliter exhibe, ut post præsentis vitæ labores, pervenire merearis cum grege tibi credito ad perennem felicitatem, Qui claves accipiens, reddat Mansionario, & ille inclinato capite recedat. Statimque Bibliothecarius surgens in medio det claves Bibliothecæ in manus Præpositi, & Præpositus, ponat eas in manus Electi, dicens: Nunc tibi Dominus Jesus Christus, & Pater Sanctissimus Benedictus tibi committit eloquia divina, nunc tibi tradit divina misteria, nunc tibi referat ineffabilia sacramenta. Commenda memoriæ, quæ oculis perspicis, lecta prædica, prædicata opere comple: accende in mentibus subditorum claritatis lumen, ut per præsentis vitæ lectionem, & operationem, precibus Beatissimi Benedicti pervenire merearis ad æternam consolationem. Electus autem claves accipiens, reddat Bibliothecario, & ille inclinato capite recedat. Post quem veniat Vestarius, & faciat similiter. Hoc autem notandum est, quod in ordinatione Abbatis, religiosi viri, & Abbates debent interesse. Pastoralis autem virga, & Regula à morte Abbatis usque ad electionem alterius super aram Patris Benedicti die, noctuque permaneat. Unusquisque autem Presbyter eo die cantent Missam de Spiritu Sancto, in Conventu autem de Sancto Benedicto. Deinde Romano Pontifici pro Electo destinent epistolam, cujus iste est sensus. Sanctissimo atque Beatissimo Patri N. Summo Pontifici, & universali Papæ, Congregatio Casinensis devotissimum famulatum. Vestræ Paternitati notum esse non ambigimus, Dominum N. hujus sacri Casinensis Cœnobii Abbatem de præsentis vitæ tenebris ereptum migrasse ad Dominum. Ne autem Christi Ecclesia diutius proprio pastore careret, unanimi consensu

H h h h z

Pre-

Presbyterorum, Diaconorum, nec-non reliquorum fratrum Cœnobii Casinensis, invocata Spiritus Sancti gratiâ, absque odio, gratia, venalitate, ambitione, discordia eligimus in Beati Benedicti Cathedra N. venerabilem virum, quem à vestra Paternitate petimus benedici, & confirmari, quatinus vestro studio, & sagacitate, Beati Benedicti grex augmenta bonæ miliorationis percipiat. Præterea secundum antiquam Casinensis Ecclesiæ consuetudinem, ejus electionem unanimi Monachorum voto, & consensu factam litteris comprehædentes, vobis notificare curamus, cujus exemplar est istud.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni, anno Incarnationis ejus 1589. Indictione tertiadecima. Nos filii Beati Benedicti, Presbyteri scilicet, & Diacones Casinensis Ecclesiæ cum reliquis Fratribus in Basilica ejusdem Patris nostri unanimiter congregati, juxta ejusdem statuta, cum omnium consensu, absque gratia, ambitione, venalitate, odio, discordia, amore, juxta quod Sanctus Benedictus, & Sancti Canones præcipiunt, gratia Spiritus Sancti cooperante, communi voto Dominum N. Presbyterum, vel Diaconem, virum utique prudentem, benignum, carne, & spiritu nobilem, in Abbatem, & Pastorem animarum nostrarum feliciter elegimus. Ut autem, quod præstante Domino de ejus promotione fecimus, ratum, authenticum, atque canonicum habeatur, præsentis scripto de ipsius electione à nobis facta, propriis manibus roborando subscripsimus. Ego Frater N. Casinensis Præpositus, & Diaconus elegi, & subscripsi. Ego Frater N. Casinensis Decanus, ac sacerdos elegi, & subscripsi. Similiter omnes Presbyteri, & Diacones subscribant. Ydiotæ verò ita. Ego Frater N. Ydiota confirmavi, & signum Crucis feci. His autem, qui eligendus est Presbyterii, vel Diaconii honore sit præditus. Nam si aliter factum fuerit, ratum esse non poterit &c. & infra.

*Qualiter Casinensis Abbas à Romano Pontifice confirmandus sit, prout in scidulis Majorum invenimus, describamus.*

Ex Codice CCLVII. Bibliothecæ Casinensis.

**R**esidente namque Pontifice in Cathedra, Fratres ante Pontificem veniant, ejus electionem notificantes: quibus Papa dicat: qui sunt, qui elegerunt eum? oportet enim eos vitam habere probabilem, & testimonium ex omni parte habere bonum, & inspicere qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito sint, si pro Deo, aut pro pecunia, aut inimicitia, vel odio hunc elegerint, nec ne. Et cum eorum vitam cognoverit, examine tur vita Electi, & si probata fuerit vita ejus, tunc ducatur ante Pontificem, & interroget eum Pontifex ita. Vis ea, quæ ex divinis scripturis legis, & verbo docere, & exemplis? Respondeat, volo. Vis mores tuos ab omni malo temperare, & quantum poteris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare? Respondeat, volo. Et Papa, Vis castitatem, & sobrietatem cum auxilio custodire, & docere Dei? Respondeat, volo. Et Papa. Vis semper in divinis negotiis esse mancipa-

**A** tus, & à terrenis negotiis, vel lucris turpibus alienus, quantum te humana hæc fragilitas consenserit posse? Respondeat, volo. Et Papa. Vis humilitatem, & patientiam in te-medipso custodire, & Monachos similiter docere? Respondeat, volo. Et Papa. Pauperibus, & peregrinis, omnibusque indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis, & misericors? Respondeat, volo. Et Papa. Vis observare Regulam Sancti Benedicti usque ad jota unum, & unum apicem secundum tuum scire, & posse? Respondeat, volo. Et Papa. Vis res Monasterii intus, ac foris, ac si altaris vasa sacrata, custodire, conservare, non dispergere, vel alienare? Respondeat, volo. Et Papa. Noveris te ad hoc esse electum, ut ædifices, & plantes, non ut disperdas, ac destruas. Nam Patris Benedicti cathedra eum, qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit, set ornatum moribus, & in verbis eruditum. Oportet autem te fili carissime inreprehensibiliter vivere, & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abicias, ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve in nulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus, neque enim judicem, aut cognitorem rerum secularium hodie te ordinare vult Christus, aut Pater Sanctissimus Benedictus, ut ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, & secundum Beati Benedicti Regulam secernere bonos à malis, nemo te revocet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere seculares, ita unicuique Monachorum peccatum est, nisi invicem tibi etiam in his, quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te verò securum facere ex his, quibus debes, vacantes omnes communiter elaborent. Quod si fortè à semedipsis Monachi hoc non intelligunt, per Decanos edocendi sunt, ut tibi solius Regulæ sollicitudines derelinquant, quo ipsam, ut dignum est dispensare sufficias, & veritatis verbo abundantius, & studiosius deservire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos, qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere, & ex eo fit, ut & tu, tamquam qui non docueris quæ ad salutem Monachorum pertinent, deponaris, & Monachi per ignorantiam pereant. Idcirco quidem ad hoc solum vacato, ut oportune, & sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem Monachi consequi possint, illi verò cum tanta reverentia tua verba suscipiant, ut sciant te legatum, & præconem esse veritatis. Pudicitiam observare stude, adulterium vita. Nam quid in omnibus peccatis adulterio gravius? secundum namque in pœnis obtinet locum; quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiamsi sobriè vixerint. Propter quod Monasterii tui Ecclesiam excole, & adorna sponsam Christi ad pudicitiam: sponsam autem dico omnem Ecclesiæ Congregationem, quæ si pudica inventa fuerit à sponso suo, ingentibus ab eo donis, & muneribus onorabitur, & tu velut minister sponsæ, & amicus sponsi ingenti gaudio, & lætitiaperfrueris. Si verò sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tamquam

quam indigna abstrahetur à regalibus thoris, tu autem poenas dabis, si fortè per tuam negligentiam, vel desidiam obrefferit contagio sava peccati. Idcirco igitur antea omnia sobrietatis, & pudicitiae sollicitudinem gere. Valde enim grave crimen dicitur fornicatio, cujus species plures sunt. Si ergo castus non fueris mente, & corpore, quomodo poteris, & humanus, & misericors fieri, per quod & ipse aeternam à Deo misericordiam consequaris. Sanè sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus, & caritas totius boni fastigium tenet, & ideo dilige omnes fratres tuos, & cum religione, ac misericordia respice ad omnes. Orphanis exhibe remedium ut Patrem, viduis victuum curam impende, cum omni castitate, quae necessaria sunt praebens, debilibus misericordiam fac. Caritatem praeter ceteris virtutibus in corde tuo fige, cujus caritatis, & recipiendae, & habendae maximum erit fomentum, si frequenter communem cibum tuum, & mensam omnibus facias, & in quantum praevales, communem cibum tuum cum tuis fratribus sume. Per haec enim praecipue caritas comparatur, & causa totius boni in hujuscemodi communione consistit. Ubi autem pax, & bonitas, ibi est salus, propter quod commune fac cibum tuum cum his, qui secundum Deum fratres sunt, quia per haec temporalia officia caritatis, & pacis, gaudia aeterna mereberis. Multo autem sollicitius esurientes refice, sitientibus potum da, nudis vestimentum, aegros visita, & eos, qui in carcere sunt, prout possibile est, juva, peregrinos factis promptè in Monasterio suscipe. Si qui ex Monachis negotia habuerint inter se, secundum Beati Benedicti Regulam judicentur. Super omnia autem avaritiam fuge, quae homines occasione praesentis lucri separat à Deo, ab aeternis bonis. Pondera, mensuras, stateras pro locis quibusque aequissima custodi, deposita fideliter restitue. Haec omnia sollicitè, & diligenter imple, futurum Dei iudicium sine intermissione in tuo corde volve. Non enim peccare poteris, si semper ante oculos tuos Dei iudicium portas, quod in fine Mundi certum est agitandum, ut tandem qui in hac vita bona egerunt, consequantur reposita bona, peccatores autem, ut consequantur praeparatas poenas. Ante omnia abice à corde tuo discordiam, & animi dissensionem, ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatem, ac simplicitatem tota mente ferva. Quod si fortè alicujus cor, vel libor, vel infidelitas latenter inreperit, tibi confiteantur, ut à te per verbum Dei, & consilium salubre curentur. Eos autem, qui in praecipitium lapsuri sunt, commone, ut revocentur, & non corruant in peccatum: negligentiores quoque commone. Esto eruditus, doctus, inreprehensibilis, maturus, pavidus, persecutiones, tribulationes, ac pericula aequanimiter sustine. Porta laborem, & tuum, & omnium Fratrum; & quia omnibus praes, singulos, prout potueris, juva, singulos releva, qui & singulorum onus, & sollicitudinem portas. Regulam Beati Benedicti, quam ille Spiritu Sancto dictante composuit, usque ad jota unum, & unum apicem per omnia, & in omnibus ferva, quam si toto animo, & tota virtute non observaveris, à Pontifice Sedis Apostolicæ de Abbacia deiceris. Esto confidens, & fortiter tolera

A labores, quia ibi mercedem, & praemia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te aliqui ex Fratribus propter rigorem justitiae, & conservatione sanctae Regulæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odio amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis, & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à pessimè agentibus diligaris, sed propter justitiae dispensationem, & B. Benedicti aequissimam Regulam disciplinæ à Christo conlaudari merearis. Laycum verò super Monachum, vel idiotam super Monachos, Subdiacones, Diacones, vel Presbyteros esse, vel injurias eis inferre, nullatenus permittas, five accusationem facere, vel testimonium reddere, nam hos in talibus Ecclesiastici Canonibus non suscipiunt. Nullum Monachum in omnibus Monasterii obedientiis aliquid agere absque tuo, & Casinensis Congregationis nutu permittas: alienas res ne concupiscas, tibi subditos scandalum, in quantum vales, pati non permittas, quia qui scandalizaverit unum de pusillis illis, qui in se credunt, ait Dominus, expedit ei; ut suspendatur mola aenaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Homicidia Monachos cavere praedica, nam tria homicidiorum genera, & poenam eorum parilem esse, manifestissimum est; quia, & qui occidit, & qui odit Fratrem suum, & qui detrahit, pariter homicidæ sunt. Ne ergo mutare ordines velis in Casino, quos Pater Benedictus constituit: nam licet Abbatibus potestatem dederit, non tamen sunt eo religiosiores, sapientiores, & doctiores. Monasteriorum omnium, quae sub Regula Beati Benedicti sunt, curam post Romanum Pontificem agere stude. Nam quod Romanus Pontifex obtinet per Petrum super totum orbem Terrarum, hoc tu, si bene vixeris, super Monachos possides per Benedictum, quia quanto major es in honore, tanto si malè vixeris, deterior eris in dampnatione. Eos autem, qui sui Praepositi normam, vel Regulam neglexerint, in testimonium, vel accusationem ne recipias, vel recipi permittas. Transgressores enim sponte legis suae, ejusque violatores Apostatae nominantur. Omnis autem Apostata refutandus est à te, & non est recipiendus in testimonio, vel accusatione; quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis, & nisi idonei, & probatissimi fuerint in vita sua, & tales, qui suspicionibus, & sceleribus careant, accusatores, vel testes esse non possunt. Testes autem, vel accusatores à te ita examinandi sunt, ut discutias suspensiones, vel opiniones eorum, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate istas fecerint accusationes, vel testimonia reddiderint, nec ne. Ante omnia autem praecipio tibi in virtute Domini, & per potestatem, quam Dominus Beato Petro, & successoribus illius concessit, ut te à praecipitatae sententiae prolatione compescas. Deus namque Omnipotens, ut Electos suos ab hoc compesceret, cum omnia nuda, & aperta sunt oculis ejus, mala tamen Sodomæ noluit audita judicare, priusquam manifestè agnosceret, quae dicebantur. Mala autem audita non te moveant, nec passim dicta absque certa probatione unquam credas, sed ante audita diligenter inquire, nec praeci-



cupitendo quicquam aliquid agas. Prædia autem, & res Monasterii à te alienari, vel distrahi interdiciamus, & penitus prohibemus. Nam quicumque Monasterium devastat, ejus prædia, & donaria expoliat, & invadit, sacrilegus per omnia judicatur, & sacrilegii reus existit: & sicut majus est peccatum, quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari. Cavere autem te oportet, ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferas, quia irrita erit. Proditoris verò nec calumnia aput te, nec vox audiat: quia qui fratres accusant, non eos diligere, sed odire probantur. Quicquid ergo reprehensibile est, fuge. Infidelibus quoque nec jungaris, nec cum eis ullam participationem habeas: nam quæ pars fidei cum infidele? aut quæ participatio justitiæ cum iniquitate? Fidelium verò oblationes, quæ in Monasterio offeruntur, ne in alienos usus convertas, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum. Quòd si (quod absit) secus egeris, dampnationem Ananiæ & Saphiræ percipies, & sacrilegii reus eris, sicut illi fecerunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt. Unde fili carissime valde cavendum, & timendum tibi est, quia res Monasterii non propriæ, sed communes sunt, & Domino oblatae, ne sacrilegii reatum incurras, si eas de Monasterio abstrahas, ubi repositæ sunt, & oblatae, & quod pejus est anathema maranatha fiant, & anima tua, quæ potior est corpore mortua, & alienata à consortio fidelium cadat, & in profundum baratri labatur. Præcipimus etiam tibi sub Beati Petri, & Patris Benedicti auctoritate, & divini iudicii censura, ut in omni loco, diebus, ac noctibus semper testes tecum sex Presbyteros, & sex Diacones habeas; & in Monasterio quidem tot, à foris autem quindecim, ut testimonium ab omni parte habeas bonum ab his, qui foris sunt. Peregrina verò judicium vita, fuge jactantiam, virtutes dilige, ut auctorem virtutum felici cernere possis intuitu.

Hoc expleto præparet se Pontifex ad Missam celebrandam. Completâ autem epistolâ, prosternat se Pontifex ante altare, & Abbas Electus sacris vestibus indutus, & Paraphonista incipiat letaniam.

Sequitur Dominica oratio, Pater noster; & ne nos inducas. Salvum fac servum tuum. Deus meus sperantem. Dominus conservet eum, & vivificet eum. Et Beatum faciat eum. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Ex hoc nunc. Dominus custodiat te ab omni malo. Custodiat. Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Sion. Nichil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis. Esto illi Domine. A facie. Exurge Domine. Et libera nos. Domine exaudi. Et clamor meus.

Concede quæsumus Omnipotens Deus affectui nostro tuæ miserationis affectum, & famulum tuum, quem ad regimen animarum eligimus, gratiæ tuæ dono prosequere, ut te largiente cum ipsa tibi nostra electione placeamus. Per.

Cunctorum bonorum Institutor Deus, qui per Moysen famulum tuum ad gubernandas Ecclesias Præpositos instituisti, tibi supplices effundimus preces, teque devotis mentibus exoramus, ut hunc famulum tuum, quem

A conibentia, & electio famulorum tuorum Abbatem hodie ovium tuarum instituit, protectionis tuæ gratia munire digneris, sicque regere subditas, commendatasque oves concedas, ut cum illis omnibus Regna Cælorum adeptus, quatenus te Domine opitulante Apostolicis jugiter fultus doctrinis, centesimo cum fructu lætus introeat portas Paradisi, atque te Domine collaudante audire mereatur. Euge serve bone, & fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui; quod ipse præstare digneris.

B Exaudi Domine preces nostras, & super hunc famulum tuum spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cœlesti munere ditatus, intercessionem Beatissimi Confessoris tui Patris nostri Benedicti, quem præcipuum Monasticæ disciplinæ legislatorem dedisti, & tuæ Magistratus gratiam possit acquirere, & bene vivendi aliis exemplum præbere. Per Christum.

C Deus innocentiae, & totius sanctitatis amator, qui omnia per Filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum mirabiliter dispensas, effunde quæsumus super hunc famulum tuum, quem in officium Abbatiae ordinamus, gratiam Spiritus Sancti, ut illius servitium tibi omni tempore dignanter placeat, eumque deestera potentiae tuæ benedicere digneris in opus ministerii tui condignum, quantum actum ministracionis sibi per Beatum Benedictum creditæ fideliter exequatur, & ejusdem Sancti Spiritus septiformis gratiæ virtute corroboretur. Requiescat ergo super eum precamur Domine spiritus sapientiæ, & pietatis: reple eum spiritu timoris tui, concede ei gravitatem actuum, censuram vivendi, ut in lege tua die, ac nocte meditetur, mandata tua custodiat, dictis tuis obediat, sacris lectionibus insistat, terrena, & transitoria despiciat, atque omni tempore bonis operibus inferviat, omnem libidinem pravæ voluptatis superet, amorem onestæ castitatis teneat, redundet in eo Sancti Patris Benedicti constantia, animi fortitudo, Mauri obedientia, totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiae puritas, & spiritualis observantia disciplinæ, in moribus ejus Benedicti Regula fulgeat, & cunctis sibi subditis verbo, & exemplo imitationem bonam præbeat, & usque ad exitum in sancta conversatione firmus, ac stabilis perseveret, atque ita hanc obedientiam te auxiliante peragat, qualiter ad æternam remunerationem te donante pervenire mereatur. Per eundem.

D Post hæc ante Pontificem promittat sub iurjurando coram Deo, & Sanctis ejus observaturum se Regulam Beati Benedicti usque ad iota unum, & unum apicem secundum suum scire, & posse, & nullum Monachum, nisi clarescentibus culpis de Monasterio projecturum, vel degradaturum, & ut thesaurum, possessiones, Ecclesias, & omnem substantiam Monasterii ubique terrarum non subtrahat, vel alienet, obedientias, sicut Beatus Benedictus iussit, distribuat, & laycum super Monachum non præponat. Hoc facto reducatur ad Pontificem, & Pontifex imponat manum super caput ejus, dicens orationem hanc in modum præphationis.

E Omnipotens sempiternus Deus, affluentem spiritum tuæ benedictionis famulo tuo N. nobis orantibus propitiatus infunde, ut qui per ma-

manus nostræ hodie impositionem Abbas constituitur, sanctificatione tua dignè à te electus permaneat, ut nunquam postmodum de tua gratia separetur indignus. Suscipiat te Domine largiente hodie in bono opere perseverantiam, in adversis constantiam, in tribulationibus tolerantiam, in jejuniis desiderium, in impietatibus misericordiam, in humilitate principatum, in superbia odium, in fide dilectionem, in doctrina vigilantiam, in castitate continentiam, in luxuria abstinentiam, in varietatibus moderationem, in moribus doctrinam. Te tribuente Domine talis in hoc ministerio perseveret, qualis levita electus ab Apostolis Sanctus Stephanus meruit perdurare. Totam ab hodie diabolicam conversationem despiciat, tua Domine benedictione largiente contempnat præsentia, diligat cœlestia, desideret sempiterna. Sit exemplum, & forma justitiæ ad gubernandam regendamque Ecclesiam tuam fideliter, ut speculator idoneus inter suos collegas semper efficiatur, sit magni consilii, industriæ, censuræ, efficacis, disciplinæ. Ita te Domine tribuente in omnibus mandatis tuis sinè reprehensione tibi mundo corde serviat, ut at bravium supernæ vocationis intercedente Sanctissimo Confessore tuo Benedicto multiplicato fœnore cum centesimo fructu, coronaque justitiæ, & ad cœlestium thesaurorum donativa perveniat, præstante. Hoc expleto incipiat Paraphonista Responsorium. Indicabo tibi homo quid sit bonum. Et Chorus respondeat: facere iudicium, & justitiam. Finito Responso tradat Papa Regulam in manus Abbatis dicens.

Accipe Regulam Spiritu Sancto inspirate dictatam, & sacratissimis manibus Patris Benedicti descriptam ad regendum, custodiendumque gregem tibi à Deo creditum, quantum Deus ipse te confortaverit, ac fragilitas humana permiserit.

Accipe Monasticæ conversationis Regulam, ad quam propriam, & subditorum corrigere debes vitam, & vide, ut non solum adjutor, set etiam fatigas esse illius operator.

Tunc imponat Paraphonista Antiphonam: Confirma hoc Deus, & Chorus respondeat: à templo sancto tuo. Deinde dicat Papa hanc orationem.

Te Omnipotens, & piissime deprecamur Domine, hunc famulum tuum propitius intueri, ut, gratia tua auxiliante, in sua, subditorumque conversatione præcepta sanctæ Regulæ efficaciter studeat adimplere, ut transactis villicationis suæ tempore, unà cum commissis grege perpetua potiatur beatitudine.

Domine Deus omnipotens exaudi preces nostras, & super hunc famulum tuum N. spiritum tuæ benedictionis emitte, ut cœlesti munere ditatus, & tuæ gratiam possit Magestatis acquirere, & benè vivendi aliis exemplum præbere. Per Dominum.

Respice Domine super hunc famulum tuum, quem ad regimen animarum Abbatem ordinamus, sit in eo Domine per donum Spiritus tui prudens modestia, sapiens benignitas, gravis lenitas; casta libertas: ferveat in charitate, & nichil extra te diligat, laudabiliterque vivat, & laudari non appetat; te timeat, tibi amore serviat, tu honor ei, tu gaudium, tu in mœrore solacium, tu in ambiguitate consilium, tu in injuria defensor, in tribulatione patientia, in paupertate habundantia, in jejuniis cibus, in infirmitate sis medicina, quod

A est professus custodiat, ut & hostem antiquum devincat, & vitiorum squalores expurget, quatenus electorum tuorum consortio te donante mereatur uniri. Per Dominum.

B Omnipotens clementissime Pater, tuam omnipotentiam subplices deprecamur, ut infundere digneris super hunc famulum tuum N. quem tuo servorumque tuorum servitio mancipamus, spiritum sapientiæ, & intelligentiæ, discretionisque dona ei in Casinensi Cœnobio tuo ita agere, & injunctum sibi temporibus officium suum administrare, ut & tibi placere valeat, & utilitatem servorum tuorum, te auxiliante perfectissime expleat, propter quod hic, & in futuro sæculo mercedem laboris sui in consortio Sanctorum tuorum à te piissimo largitore percipiat. Per Dominum. Benedictio Baculi.

*Tu baculus nostræ & Rector per sæcula vitæ, Istum sanctifica pietatis jure bacillum,*

*Quo mala sternantur, quo semper recta regantur.*

C Tunc imponat Chorus, Virga æquitatis Alleluja: Virga Regni tui Alleluja. Tunc tradat Papa ei baculum: dicens.

Accipe baculum Pastoralitatis, quem præferas catervæ tibi commissæ, ad exemplum justæ severitatis, & correptionis.

Accipe prælationis virgam Pastoralis custodiæ curam significantem & diligentiam, quatenus in commissis tibi ovibus tam in coërendis erratibus, quam in omnibus prævidendis utilitatibus omnino sis sollicitus. Accipe baculum Pastoralis officii, & Monastici regiminis, & sis in corrigendis vitiis sæviens, in ira iudicium sinè ira tenens, cum iratus fueris, misericordiæ reminiscens. Accipe inquam baculum sacri moderaminis signum, ut imbecilles consolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, rectos dirigas in viam salutis æternæ, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus.

D Dehinc imponat Paraphonista Antiphonam hanc. Dixit autem Pater ad servos suos: cito proferte stolam primam, & induite illum, & date anulum in manu ejus, & calciamenta in pedes ejus. Dehinc Papa dicat super anulum hanc benedictionem.

Deus cœlestium, terrestriumque creaturarum, atque humani generis benignissime Reparator, dator spiritualis gratiæ, omniumque benedictionum largitor, qui justitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo, idest Unigenito tuo scribis, cui Magi in Egypto resistere non valentes, concinnabant dicentes: digitus Dei est hic; tu immitte Spiritum Sanctum tuum Paraclitum de cœlis super hunc anulum arte fabrilis decoratum, & sublimitatis tuæ potentiâ ita eum emundare digneris, ut omni nequitia lividi; venenosique serpentis procul expulsa, metallum à te bono conditore creatum immune à cunctis fordibus inimici maneat. Benedic Domine, & sanctifica anulum istum, & mitte super septiformem Spiritum tuum Sanctum, quo famulus tuus eo fruens anulo fidei subarratus virtute Altissimi sinè peccato custodiatur, & omnes benedictiones, quæ in scripturis divinis reperiuntur, super eum copiosè descendant. Circumda eum Domine ubique potentia dextera tuæ, quo Sanctissimi Patris Benedicti insigniis redimitus, & vitæ merito decoratus, tibi in omnibus actibus suis complaceat, & per tramitem recti itineris inoffenso gradu incedendo

do, te opitulante in Patris Benedicti Cathedra collocatus, diu hic incolumis, postque succedentia tempora perhennibus bonis locupletari mereatur per eum, cui cum coeterno Patre manet honor, & perpetuitas per immortalia sæculorum sæcula.

Post hæc Papa det anulum Abbati dicens.

Accipe anulum discretionis, & honoris, integre fidei signaculum, ut quæ signanda sunt signes, & quæ aperienda sunt prodas, & ut credentibus per fidem Baptismatis divinæ misericordiæ viscera pandas. Lapsis autem, & poenitentibus per ministerium reconciliationis januas Regni cœlestis aperias, tibi verò, commissis fratribus, simul & cunctis fidelibus de thesauro Dominico nova, & vetera proferas ad æternam salutem, omnibus tua consolatione consolatis, largiente gratia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre.

Deus, cui omnis potestas, & dignitas famulatur, da famulo tuo N. prosperum suæ dignitatis effectum, in qua te semper timeat, tibi que jugiter placere contendat.

Post hæc incipiat Paraphonista Responsorium. Vos qui secuti estis me, dicit Dominus, sedebitis super sedes. Et sic ducatur Abbas à Diaconibus ex præcepto Pontificis, & ponatur in sede, quæ est iuxta Chorum, tenens in manu sua cambuttam, & Regulam, & iuxta eum sint sex Presbyteri, ac sex Diaconi, qui eum omni tempore custodiant nocte, dieque simul, sicut Sanctus Maurus præcepit, ne in aliquo à rectitudine regularis trahitis declinet. Hi autem, qui Abbatem custodire debent, digni, & inreprehensibiles sint, & omni careant suspitione, vel inimicitia, & qui sanctiores, & meliores, & religiosiores in Congregatione in activa, & contemplativa vita permanerint. Expleto autem Responsorio, dicat Papa hanc orationem.

Omnium Domine foris bonorum justorumque provectuum remunerator, tribue quæsumus huic famulo tuo N. adeptam bene gerere dignitatem, & à te sibi præstitam bonis operibus comprobare. Per.

Et sic peragatur Missa ordine suo. Completo Evangelio offerat Abbas Papæ duas oblationum coronas, & duas faculas accensas. Eo die Abbas nichil aliud, nisi panem, & aquam comedat, & canonica septem orarum officia in commemoratione Beati Patris Benedicti numquam dimittat, salvo scilicet eo, quod in onore Sanctæ Dei Genitricis persolvi consuetudo est. V. & infra.

*Qualiter Pontifex Abbatem noviter ordinatum benedicere debeat.*

**A**nte expletionem namque Missæ, det Papa super eum hanc Benedictionem.

Benedicat te Deus Cœli, adiuvet te Christus Filius Dei, corpus tuum in servitio suo custodire, & conservare dignetur. Mentem tuam illuminet, sensum tuum custodiat, gratiam suam ad profectum animæ tuæ tibi porrigat; ab omni malo te liberet, dextera sua te defendat, & qui sanctos suos semper adjuvat ipse te adjuvet, & ad cœlestia Regna perducatur. Aspiciat, & benedicat te Dominus Rector æternus, & omni parte conservet. Det tibi Dominus Angelum suum lucis, ut conservet in te gratiam, quam profudit. Mentem regat, vias dirigat, actus probeat,

**A** cogitationes sanctas instruat, opera confirmet, vota perficiat, præterita indulgeat, præsentia emundet, futura moderetur. Quietem nutriat, prospera tribuat, caritatem muniat, & ab omnibus diabolicis, & humanis insidiis sua te semper protectione, & virtute defendat. Et ita devotionem tuam placatus semper suscipiat, ut quæcumque ab eo postulaveris, clementer concedat. Sit manus Domini auxiliatrix tui, & brachium sanctum illius opituletur tibi: sit misericordia ejus super te, & pietas illius subsequatur te. Benedictio Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti descendat super te, & pax Domini sit semper tecum.

**B** Post hæc vadant ad comedendum, postquam comederint vadant in Capitulum, & residentibus eis dicat Papa ad Monachos.

Vos carissimi fratres, & filii mei, huic, qui præsidet vobis ad veritatem docendam in omnibus obedite, scientes, quod si quis hunc contritaverit, Christum, & Patrem Sanctissimum Benedictum, qui ei suam Cathedram credidit, non recipit, & qui Christum, & Patrem Sanctissimum Benedictum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse iudicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in Regno Cœlorum. Quapropter satis agite, ut non velut negligentes, & desides à iudice Christo condempnemini. Convenientes verò ad vestrum Abbatem, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio favorem vestrum.

**C** erga ipsum dependere: scientes quia propter singulos vos ipsos magis infestat inimicus, & in ipso majora suscitatur bella. Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu; sed vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari consensu, & unanimitate possitis, propter quod, & vos salutem consequi, & ille possit obtemperantibus sibi vobis promptius impositi honoris pondus exhibere. Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentiis, & manifestis proloqui. Si autem inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, set prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque communicatione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aversum; set ne loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis Præsidentis. Si verò quis amicus fuerit amicus his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis, qui exterminare Dei Monasterium voluit. Et cum corpore vobiscum esse videatur, mente, & animo contra vos est, & est multò nequior hostis hic, quàm illi, qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt gerit, & Monasterium dispergit, ac divastat. Abbatis autem est, vos instruere ea, quæ ad vitam æternam attinent: vestrum est ei obedire ut Deo, cujus legatione fungitur, dicente Domino: qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.

**D** Nichil enim injustius, vel inhonestius est, quàm

quàm filios Patribus rebelles, aut Monachos Abbatibus, seu discipulos magistris inobedientes, vel protervos existere. Liquidò enim notis primum hominem per inobedientiam cecidisse, idcirco omnes hoc vitium cavere monemus; quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Præcepit Beatus Benedictus Abbati docere, præcepit Monachis Abbati suo fideliter obedire, quoniam nec aliter terra parit fructus suos, nisi antea receperit semen, & irrigata germinaverit, & pariat quæ est paritura. Omnis autem Monachus, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non sinerit, ac minimè crediderit Abbati, & ei non benivolus, set rebellis extiterit, fructum non faciet, nec pariet, set similis est arbori illi, de qua Dominus ait: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Majores ergo vestros, fratres, ac filii, onorate, Abbatem vestrum Patris Sanctissimi vestri Benedicti locumtenentem diligite, ad salutem animarum vestrarum in his, quæ ad Deum, & ad Beati Benedicti regulam pertinent, fideliter obedite, scientes, quòd sive honor, sive injuria, quæ ei defertur in Legislatore Benedicto redundat, & à Benedicto in Jesum Christum Deum & Dominum nostrum. Quòd si secus egerit, ei dicite: obedire oportet Deo magis, quàm hominibus, & quia Moab homo, & non Deus, & quia super Cathedram Moyfi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Nam Pater Benedictus Abbatem non prodigum, non lucris secularibus inhiantem, set justum, & Sanctum requirit. Audire ergo bonum Abbatem à Monachis attentius oportet, & ab ipso suscipere salutaria monita: nam sicut antea vobis dixi, qui rebelliter vivit, & discere, vel agere bonum recusat, magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis, quàm fidelis monstratur. Vestrum ergo est præbere obedientiam, & occupationes superfluas, ac sollicitudines amputare, nec bonum verbi fermen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam brevis, & assidua repararet diligentia. Incertum namque est uniuscujusque tempus, & ideo festinandum est ad salutem, ne fortè cunctantem mors repentina præveniat. Et ob hoc acrius vobis innitendum est, ut dum est temporis spatium, collecta malæ consuetudinis vitia rescentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversus vosmetipsos pro his, quæ inutiliter geritis multotiens. Hæc enim est justa, & necessaria iracundia, ut unusquisque Monachus in his, in quibus erravit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili inmissus, consumptis, & excoctis radicibus pessimæ voluptatis, bono semini verbi Dei fecundioris cordis præparat glebam. Semper mortificationem Jesu in corpore vestro circumferite, quia carnalis amor, non habet ubi se intra vos diffundat necessariò, set omnis vestra delectatio in Deum transeat. Prudens etenim Monachus, & ad salutis suæ custodiam vehementer intentus, tanta reprimendis vitiis sollicitudine semper invigilat, ut perfectæ mortificationis cingulo lumbos suos, & ventrem, renes unà cum lateribus undique circumstringat. Set quid prodest à peccatorum perpetratores desistere, nisi & hæc ipsa,

Tom. IV.

A quæ perpetrata sunt, studeatis pœnitentiæ satisfactione delere? Set ad te nunc fili carissime Abba redeo: fac ipse quod præcipis, exerce quod prædicas, imple quod mandas. Non vita discorder à lingua, non opera videantur à sermone discreta, nec aliud doceat auctoritas Præsidentis, aliud exhibeat operatio conversantis; Rarò autem processurus egredere, ut semen verbi, quod sparseras, jugiter valeas excolendo rigare. Non itaque hospitem te Casinensis Monasterii frequens discursus exhibeat, set habitatorem potius, atque domesticum diuturnitas morosæ gravitatis ostendat. Commendet inedia jejunia prædicantem, nec loquentis sententias, comedentis fauces impugnent. Melius nempe sobrietate docet manus, cum ad os sub moderamine ducitur, quàm si vescentis lingua loquatur. Porrò vivida satis, & efficax in Monachorum mentibus prædicatio est, alvos ad mensas impellere, impellentem verò in rigore jejunii permanere. Sic intenta delinquentibus ferulam, ut in te motum iracundiæ sub rigida cohibeas disciplina. Interim verò dum corripis, dum minaris, dum terroribus culpabilem concutis, in temetipsum oculos revoca, modum humanæ fragilitatis attende, & temetipsum corripisse, si censor adestet suptiliter meditare. Nec mireris si subjectus quispiam fortè transgrediens, cuncta jussionis tuæ mandata non impleat, cum tanta sit condicio humanæ fragilitatis, ut ipsa etiam corporis tui membra profusus in omnibus tibi med optemperare non possint. Ut autem quod dicimus evidenter eluceat, præcipe oculis tuis, ut eis accedat non obrepat, cordi, ut cogitationum phantasmata non admittat; indic genitalibus pudicitiam, ut aliquando incentiva luxuriæ non titillent; gulæ sobrietatem, ut ad alimenta exculenti ora non pruriat; postremò toti simul corpori ut morbis irruentibus non pateat. Et cum liquidò probaveris, hæc à temetipso exigere quidem, set penitus impetrare non posse, quid mirum si in his, qui à te personis, & moribus disjuncti sunt, perfectam in omnibus nequeas obedientiam repperire. Planè si hæc in te sollerti meditatione consideres, fraternæ quoque imbecillitatis excessum æquanimitè feres; si quit fortè patrimonii latioris accesserit, si subpetere copia cernitur, si Dei domus augetur, noli tuis meritis, sive studiis arrogare, set beneficiis dumtaxat divinis, ac Benedicti Patris intercessionibus, & meritis ascribe. Revoca ante oculos tempora quando privatus eras, & recole, quia tibi nullatenus ita provenerant. Constat ergo, quia non tibi, set Christi confertur Ecclesiæ quod tu sine illa assequi nequivisti. Non mensam Fratrum cœnaturus exhorreas, non te convivium privata delectent, & cum quibus tibi est altaris mensa communis, non indignos judices, qui tibi participant etiam in corporalibus alimentis. Noli Monasterii bona prodigere, nec popularis auræ favorem proprium de communi velis utilitate captare. Si enim credimus, quòd ditantium Ecclesias peccata solvuntur, credendum est etiam quia minuentes, & dilapidantes eas, gravi sacrilegii vinculis innectuntur, & inde sunt illi peccatis obnoxii, unde repperiuntur isti peccatorum suorum nexibus absoluti. Planè timendum tibi est valde quod dicitur, quia de omnibus animabus tibi commissis redditurus es rationem, addita & animæ tuæ. Stude igitur fili ita pro

liii

te,



te, & pro grege tibi commisso, ut cum eis, Sanctissimo Legislatore Benedicto intercedente, ad vitam pervenias sempiternam.

*De modo, quo à Monachis Abbas Casinensis eligebatur.*

Ex Codice CCCLXXXVIII. Bibliotheca Casinensis.

**I**N nomine Domini Amen. Nos omnes Monaci, vel tales Monaci, vel Clerici talis Monasterii, vel Ecclesie, ad quos jus eligendi, vel postulandi Pastorem in ipsa Ecclesia pertinet, presenti scripto ferre fatemur, declaramus, quod cum eadem Ecclesia Sancti B. Pastore vacaret, die ad eligendum præfixa, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commodè interesse; in ipsa Ecclesia Sancti B. invocata Spiritus Sancti gratia, placuit omnibus per viam scrutinii, vel compromissi viduatæ Ecclesie provideri: & sic electi fuerunt ab omnibus, qui jus eligendi, seu postulandi tres de ipso Collegio fide digni, videlicet talis, & talis ejusdem Monasterii Monaci, qui secreto, & singillatim vota cunctorum examinauerunt, & illa redigerunt in scriptis, & mox publicaverunt in communi, & diligenti collatione habita est inventum, quod omnes subscripti Fratres, & Monaci in electione, vel postulatione Fratris I. Monaci talis Monasterii, viri providi, & honesti, Regularibus disciplinis imbuti, in temporalibus, & spiritualibus circumspècti, & valentis, & scientis Ecclesie jura tueri unanimiter consenserunt; & sic in continenti Decanus, vel talis Monachus de mandato eorum, qui in ipsum consenserunt, ipsum eleg. vel postulavit. Et quod huic nostro Decreto fides adhibeatur, ipsum sigillo nostri Capituli fecimus sigillari.

† Ego Fr. N. in Fratrem I. consentio.

*In Sacro Monasterio Casinensi, à nongentis, & prope mille annis præter Divinum Officium in Regula præscriptum, recitari consueverunt parva Officia B. Virginis, & S. P. Benedicti ex præcepto Gregorii III. & Zacharie Pontificum, prout testatur Petrus Diaconus in expositione cap. 64. Regula: describens enim Petrus ritum Electionis, & Benedictionis Novi Abbatis Casin. sic ait.*

Ex Codice 257. Bibliothecæ Casinensis.

**E**odem die Abbas nichil aliud, nisi panem, & aquam comedat, & canonica septem orarum officia in commemoratione Beati Patris Benedicti numquam dimittat, salvo scilicet eo, quod in onore Sanctæ Dei Genetricis persolvi consuetudo est. Quod etiam generaliter sub districto præcepto Casinensi Congregationi Zacharias Papa observare præcepit; constituens, ut omni tempore tam æstatis, quam hiemis ante nocturnale vel diurnale officium, mox ut Fratres in Choro convenerint, incipiant officium de Sancto Benedicto, & eo expleto, inchoent officium, quod Regula præcipit, adjuncto etiam Sanctæ Dei

**N O T Æ.**

(1) *Hymnus. Cujus ad Cælum via clara fulgens &c. pars est integri Hymni, cujus initium. Christe Sanctorum Decus, atque Virtus. Antiphonæ etiam ad Laudes. Hic itaque cum relictis literarum studiis &c. reperiuntur in-*

**A** Genetricis, & Virginis Mariæ officio. Septem namque sunt vitia, ex quibus cætera vitiorum pestes oriuntur: quæ nimirum sunt, superbia, avaritia, vanagloria, iracundia, tristitia. Hæc itaque, quia causa sunt, & origo omnium vitiorum, sub eodem numero suos habere noscuntur effectus: septem videlicet criminalia peccata, idest adulterium, homicidium, furtum, perjurium, falsum testimonium, rapinam, & blasphemiam. In quibus videlicet tam certa, tam manifesta mors est animarum, ut quisquis in quolibet horum deprehensus hoberit, evadere damnationis æternæ sententiam nullatenus possit. Rursus septem sunt levia, minimaque peccata, in quibus non solum peccator, sed & justus quisque cotidie labitur, etiamsi in excelsio jam perfectionis culmine stare videatur. Quæ profecto sunt, cogitatio, ignorantia, instantia, necessitas, infirmitas, oblivio, obreptio, per quæ videlicet in cotidiana semper conversatione contra Patris Benedicti Regulam Monachi quique delinquant; atque ideo necesse est, ut quia per hæc peccati vulnera Legislatorem nostrum offendimus, per cotidianum officium in ejusdem Patris honore celebratum, placare, ac propitium habere mereamur. Scriptum quippe est: septies in die cadit justus, & resurgit: qui minimum & septies cadere, & tamen justus esse describitur, quia justus esse etiam peccando non desinit, dum non ex proposito, sed ex humanitate delinquit. Propter hæc igitur septem levia, parvaque peccata, quæ pro fragilitatis humanæ debilitate Monachi in Beati Benedicti Regulam delinquant, & cavere non possunt, hoc à Zacharia, & ejus Antecessore Gregorio Papa statutum est, & per Apostolicam auctoritatem præfixum, ut omni tempore, tam æstatis, quam hiemis diebus, & noctibus, mox ut Fratres in Choro convenerint, incipiant officium in commemoratione Sancti Benedicti, & eo expleto, decantent officium regulare. Ut septem offensionum maculas, quas ex cotidiana vitæ hujus conversatione fratres contrahunt, per diurnale, & nocturnale officium omni tempore Beato Benedicto in ejus commemoratione exhibitum expiare procurent. Ipsius etiam officii cursum sicut in veteribus scidulis jam vetustate consumptis exaratum invenimus, ad posterorum memoriam hic describere congruum duximus.

*Ad Noct. namque Ant. Regem Confessorum. Ymnus. Cujus ad Cælum (1).*

*Antiphona. Fuit vir. Psalm. Beatus Vir. Cum invocarem. In Domino confido.*

*Ps. Os justis.*

*Lectio I.*

**R**igabo ortum meum plantationum, & inebriabo partus mei fructum, & ecce factus est michi trames abundans, & fluvius meus propinquavit ad mare. Quoniam doctrinam quasi antelucanum inluminabo omnibus, & enarrabo illam usque in longinquo. Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & inluminabo omnes sperantes in Domino.

*R. In medio Ecclesie.*

*Le.*

Breviariis Monasticis antiquis, quorum plurimi in nostra Bibliotheca manuscripti. Ex quibus Deiparæ quoque Virginis Officium, à mille, & supra annis, Casini quotidie celebrari solitum, deprompsimus, ut infra.



## Lectio II.

**A**Duc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non desinet progenies illorum usque in ævum sanctum. Videte quoniam non soli michi laboravi, set omnibus exquirantibus veritatem.

*R.* De ore prudentis.

## Lectio III.

**E**Cce Confessor magnus, quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet; & quasi sol resurgens, sic iste effulsit in templo Dei. Quasi arcus resurgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosæ in diebus verni. Quasi lilia, quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & quasi thus ardens in igne, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso: quasi oliva pululans, & sicut cipressus in altitudinem se tollens. Corona fratrum, quasi plantatio Cedri in monte Libano.

*R.* Vir enim Domini.

*Antiph.* Ad Laudes. Hic itaque, & cætera, sicut in die ejus.

AD OFFICIUM BEATÆ VIRGINIS  
SANCTA DEI GENITRIX.

*Ymnus.* Quem Terra.

*Ad Noct.* *Antiph.* Benedicta tu in. *Psal.* Domine Dominus noster. *Psal.* Cœli enarr. *Psal.* Domini est.

## Lectio I.

**O** Beatissima Virgo Maria, quas tibi laudes fragilitas humani generis perfolvet, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum invenit. Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Tu. *R.* Sancta, & Immaculata.

## Lectio II.

**A**dmitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis, sit per te excusabile, quod per te ingerimus, accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excusa quod timemus, quia nec potentior meritis invenimus ad placandam iram Judicis, quam te, quæ meruisti Mater existere ejusdem Redemptoris, & Judicis. *R.* Beata es Virgo.

## Lectio III.

**S**uccurre Virgo miseris, juva pusillanimes, ora pro Populo, interveni pro Clero, intercede pro Monachorum Choro, exora pro devoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam commemorationem. Sit tibi compassio super afflictis, sit pius affectus super Cœlorum peregrinis, & cum te semper lætantem aspicias, fletus nostros quæsumus ad Deum ipsa admittas, eumque ut proprium Filium tuum pro nobis interpelles. *R.* Felis valde est.

## A D L A U D E S.

*Antiph.* Assumpta est Maria. *Psal.* Dominus regnavit. *Antiph.* Maria Virgo. *Psal.* Jubilate. *Antiph.* Maria Virgo semper læt. *Psal.* Deus Deus meus, & Deus mis. *Antiph.* Benedicta fil. *Psal.* Benedic. *Antiph.* Pulchra es. *Psal.* Laudate Dominum de Cœlis. L. Et sic in Syon. *R.* br. Dignare me. Laud. *Ymnus.* O Gloriosa. *Ψ.* Benedicta tu. *Antiph.* B. Gaude Dei Genitrix. *Psal.* Benedictus.

Tom. IV.

## Oratio.

**D**Eus, qui de Beatæ Mariæ Virginis utero Verbum tuum Angelo annunciantem carnem suscipere voluisti, præsta supplicibus tuis, ut qui verè eam Dei Genitricem credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem &c.

*Antiph.* Laurentius 60. *Ψ.* Disperfit, dedit pauperibus.

## Oratio.

**D**A nobis quæsumus Omnipotens Deus vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui Beatis Martyribus tuis Laurentio, atque Vincentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum, &c.

*Antiph.* Sanctissime Confessor Domini.

*Ψ.* Ora pro nobis Beate Benedicte.

## Oratio.

**I**ntercessio nos quæsumus Domine Beati Benedicti Abbatis commendet, ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinii assequamur. Per.

*Antiph.* Omnes electi Dei.

*Ψ.* Exultabunt Sancti in gloria. Lætabuntur.

## Oratio.

**I**nfirmam nostram quæsumus Deus propitius respice, & mala omnia, quæ justè meremur, Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum intercessionem averte. Per.

*Antiphona.* Da pacem Domine. Fiat pax in virtute. *R.* &c.

## Oratio.

**D**Eus à quo sancta desideria, recta consilia, & justa sunt opera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem, ut & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

## Ad Primam Ymnus.

**B**Eata Dei Genitris  
Nitor humani generis  
Per quam de servis liberi  
Lucisque sumus filii.

Fac tuum nobis filium

Pia prece propitium,  
Quem graviter offendimus  
Tu mitem redde quæsumus.

Gloria tibi &c.

*Antiphona.* Assumpta est. *Psal.* Deus in nomine tuo, & Beati immaculati usque Legem pone. *Lectio.* Quæ est ista.

*R.* br. Jesu Christe filii.

*Ψ.* Post partum.

## Oratio.

**Q**uæsumus Omnipotens Deus nos ubique protectione custodi, & castimonie pacem mentibus nostris, atque corporibus, intercedente Sancta Maria, propitiatus indulge, ut veniente sponso unigenito filio tuo Domino nostro Jesu Christo accensis lampadibus ejus digni præstolentur occursum. Per.

*Antiphona.* Sancti Dei omnes.

*Ψ.* Exultabunt Sancti.

## Oratio.

**Q**uos pii Confessoris tui Benedicti voluisti Domine magisteris erudiri, ejus nos quæsumus dignare meritis, ab omni insidiatoris fraude protegere.

## Oratio.

**U**T tibi Domine placere possimus, Beatæ Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum tuorum intercessionibus adjuvemur. Per.

liii 2

Ad

*Ad Tertiam Ymnus.*

**M**aria decus omnium  
Regis æterni folium,  
Septem columpnis edita  
Domus à sapientia.

Tu nos venturo Judici  
Commenda prece supplici  
Tuis intentos laudibus  
Mitis cernat, ac placidus.

Maria Mater gratiæ  
Mater Misericordiæ,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et hora mortis suscipe!

Gloria tibi, &c.

*Antiphona.* Sancta Dei Genitrix.  
*Psal.* Legem pone. Usque Defecit.  
*Lectio.* In omnibus requiem.  
*R. br.* Dignare.

*Ps.* Diffusa est gratia in labiis tuis.

*Oratio.*

**D**eus, qui salutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fecunda humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum, &c.

*Antiphona.* Sancti Dei omnes.

*Oratio.*

**I**ntercessio.

*Oratio.*

**T**ribue quæsumus Domine omnes Sanctos, & Sanctas tuas jugiter orare pro nobis, & eos semper clementer audiri.

*Oratio.*

**I**nfirmatatem.

*Ad Sextam Ymnus.*

**M**aria templum Domini  
Dei Mater, & hominis  
Tunc verè Virgo Virginum  
Cum peperisti filium.

Da nobis hunc in fervido  
Mentis gestare gremio,  
Ex tua carne genitus,  
Nostris regnet in sensibus.

Gloria tibi &c.

*Antiphona.* In odorem. *Pf.* Defecit usque.  
Mirabilia. *Lectio.* Et sic in Syon.

*R. br.* Post partum Virgo.

*Ps.* Speciosa facta.

*Oratio.*

**F**amulorum tuorum quæsumus Domine delictis ignosce, & qui tibi placere de actibus nostris non valemus, Genitricis filii tui, Dei, & Domini nostri Jesu Christi intercessione salvemur. Per.

*Antiphona.* Sancti Dei omnes intercedere.

*Oratio.*

**A**nnue tuis famulis omnipotens Deus, ut sicut Beato Benedicto aquam de rupis largitus es vertice, ita nobis ejus suffragantibus meritis supernæ largiaris misericordiæ fontem.

*Oratio.*

**O**mnes Sancti quæsumus Domine nos ubique adjuvent, & lætificent, ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

*Ad Nonam Ymnus.*

**O**singularis Domina  
Sola, Virgo puerpera,  
Præclara, vitæ janua  
Qua Cæli patent atria.

**A** Tu nos culparum nexibus  
Sacris absolve precibus  
Tua per mentes merita  
Ad Cæli transfer præmia.

Gloria tibi Domine, &c.

*Antiph.* Pulchra es. *Psal.* Mirabilia usque.

Ad Dominum dum tribularer.

*Lectio.* Radicavi. *R. br.* Exaltata es Sancta Dei Genitrix. *Ps.* Benedicta.

*Oratio.*

**A**djuvet nos quæsumus Domine Beatæ Mariæ semper Virginis intercessio veneranda, atque à cunctis periculis absolutos, in tua perpetua pace faciat nos semper esse gaudentes. Per.

**B** *Antiphona.* Sancti Dei.

**F**ac nos quæsumus Domine Beatissimi Patris nostri Benedicti hic imitari labores, ut illic ejus gloriæ participes esse mereamur. Per.

*Oratio.*

**O**mnia Sanctorum tuorum quæsumus Domine intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducatur æternam. Per.

*Oratio.*

**U**re igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine, ut tibi casto corde ferviamus, & mundo corpore placeamus. Per.

*Ad Vesperas.*

**C** *Antiphona.* Ex te Maria. *Psal.* Lætatus, & Nisi Dominus. *Antiphona.* Per te Maria.

*Psal.* Domine non est, & Memento. *Lectio.*

Ab initio. *R. br.* Dignare me laudare.

*Ymnus.* Ave maris stella. *Ps.* Diffusa est gratia. A. M. Beata Ma. *Psal.* Magnificat.

*Oratio.*

**C**oncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis prosperitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsentibus liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per.

*Antiphona.* Laurentius bo. opus.

Da nobis quæsumus Omnipotens Deus.

*Antiphona.* Sancti Dei omnes.

*Oratio.*

**I**nfirmatatem nostram, & omnium Sanctorum.

**AD COMPLETOR.**

*Antiphona.* Rubum quem viderat. *Psal.*

Ad te levavi. *Psal.* Nisi Dominus, & Domine non est. *Lectio.* Magnum meritum.

*R. br.* Sancta Dei Genitrix.

*Ymnus.*

**M**aria Virgo Regia dd. stirpe progenita, non tam patria nobilis, quam dignitate sobolis. Tu nos avulso veteri, conplanta novo germine. Per te sit genus omnium Regale Sacerdotium. Gloria tibi Domine.

*Ps.* Benedicta tu. *Psal.* Nunc dimittis.

*Antiphona.* Ecce.

*Oratio.*

**P**rotege Domine famulos tuos subsidiis pacis, & Beatæ Mariæ semper Virginis patrocinii confidentes, à cunctis hostibus nos redde securos. Per.

*Antiphona.* Sancti Dei omnes.

*Oratio.*

**Q**uos pii Conf.

*Oratio.*

**U**t tibi Domine.

*Antiphona.* De Sancta Maria.

Sal-

**S**alve Regina Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle: Eja ergo Advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte, & Jesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende, (1) O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo semper Maria. *Ÿ.* Ora pro nobis.

*Oratio.*  
**O**mnipotens sempiterne Deus, qui Gloriosa Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, ut dignum habitaculum filii tui Domini nostri Jesu Christi effici mereretur, cooperante Sancto Spiritu præparasti, da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus pia intercessione de instantibus periculis, & à morte perpetua liberemur. Per.

LOTARII IMPERATORIS  
EPISTOLÆ.

**L**oth. Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus. Universis Fratribus Sancti Benedicti gratiam suam, & bonam voluntatem. Ex antiquo Ecclesia vestra nomen Religionis habuit, semperque sanctæ conversationis exemplum, & formam aliis præbuit. Unde etiam confidimus, vestris orationibus apud Deum hoc posse optineri, ut quietem universali reddat Ecclesiæ, & pacem nostris concedat temporibus. Cum ergo ex privilegio antiquæ Religionis suæ Ecclesia vestra specialiter ad Romanam dignitatem respicere debeat, commonemus vos mandando, ut si timore alicujus coacti ab unitate Ecclesiæ exorbitastis, ad eum, quem tota Ecclesia Patrem recognovit, redeatis. Nos verò in omnibus debitam tuitionem Ecclesiæ vestræ exhibere volentes, quam cognoscimus Imperialibus dotatam oblationibus, mandamus vobis, ut cum primùm partibus illis appropriaverimus, Abbas vester cum Sapientioribus ex vobis nobis occurrat, ut de his, quæ ad tuendas res vestras expediant, plenariè conveniamus. Latorem præsentium, si opus habueritis, iterum ad Nos remittatis, quia fideliter causam vestram agit.

**L**oth. Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus, fidelibus suis Religiosis Fratribus de Monte Casino gratiam suam, & bonam voluntatem. Si in vobis non remanserit im proposito nostro esse, ut de honore Ecclesiæ vestræ secundum munificentiam Imperialem cogitemus, attendentes enim dignitatem tantæ Ecclesiæ, & Religionis, quæ præ cæteris hætenus floruit, in omnibus eam respicere, & manutenere, sicut specialem Camera nostræ Domum disposuimus. Unde per omnia fideles nostros Adenolfum, & Vertulfum ex parte nostra secretiùs audiatis, & quicquid de causa nostra vobis significaverit, diligenter, & fideliter exequamini. Hoc enim si rectè attenditis, ad proficuum, & honorem Ecclesiæ fideliter vestræ spectabit. Ex verbis enim præfatorum Fratrum; ut verum vobis fateamur; multum intenti sumus, ut ad insignie honoris Imperialis; si Deus concesserit; memoriale nostrum apud Sanctum Benedictum in perpetuum relinquamus.

**R**ychyza Dei gratiâ Romanorum Imperatrix, Fratribus S. Benedicti gratiam suam, & bonam voluntatem. Magnam fuisse ex antiquo Ecclesiæ vestræ Religionem audivimus. Unde memoriam nostri apud vos haberi rogamus, quatinus vestro obtentu Deus pacem Ecclesiæ suæ in nostris concedat temporibus. Nos etiam quantum poterimus; au-

**B**xiliante Deo; pro salvandis rebus Ecclesiæ vestræ cogitabimus; tantum Dominus Abbas tempestivè nobis cum sapientioribus occurrat, ut de his, & de aliis convenire plenariè possimus.

**L**oth. Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus, Abbati Casinensis Monasterii gratiam suam, & bonam voluntatem. Semper moris nostri fuit, eos manutenere, & amplecti, qui ad nos spectare debent; nec eos umquam deserere, qui fiduciam in Nobis posuerint. Unde procul dubio scias, quod Ecclesiæ tuæ jus, quousque vixerimus, tuebimur, nec alienæ potestati umquam permittemus, quod nostri juris est, & quod ad Imperialem spectat dignitatem. Quia verò in festo Apostolorum Petri, & Pauli Curiam pro statuendo Duce apud Melphiam condiximus, omnesque Terræ Barones eò convocabimus, mandamus tibi, ut assumptis tecum sapientioribus, eodem, omnibus postpositis, venias, omniaque Imperatorum Privilegia tecum deferas, jus Ecclesiæ tuæ ostensurus. Fratres tuos, sicut rogasti, honestè suscepimus, sicut decuit tantæ Ecclesiæ personas; volentes beneficiis nostris hoc apud eos optinere, ut apud Ecclesiam Casinensem memoriale nostrum semper remaneat. Si ad festum præfatum venire possis, fiat, sin autem, quanto citiùs possis, venias. Salutem te dilecta nostra Rychyza, omnibus modis honorem Ecclesiæ tuæ amplectens, eumque toto nisu promovere cupiens. Fratres tui, sicut sapientes viri, cum magna discretionem nobis locuti sunt. Vale, & eisdem tecum ducas.

**L**otharius Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus, Decano, omnibusque Casinensis Monasterii Fratribus gratiam suam, & bonam voluntatem. Nolentes, quantum Deus permiserit, in aliquo terminos Antecessorum nostrorum Imperatorum excedere, jus Ecclesiæ Casinensis ad exemplum illorum in nullo inminui patiemur: semper enim Ecclesiam illam in vigore Religionis permansit, omnibusque forma bonæ conversationis fuit. Unde nosse Vos volumus, que Dominum Abbatem ad nos venire fecimus, & pro consilio Principum, ita causam Ecclesiæ vestræ diffinire, ut nichil libertatis suæ tempore nostro amittat. Vos itaque interim, & semper nostri in orationibus vestris memores extote, impetrantes hoc apud Deum, ut pacem nostris concedat temporibus. Salutem vos dilecta nostra Rychyza, causam vestram cum omni devotione apud Nos promovere satagens; utque Abbatis causa efficaciam suam habeat omni diligentia elaborare curabit.

EPI-

steriorum additamentum existimemus, si D. Bernardum agnoscat auctorem.

(1) Quodd in Antiphona Salve Regina. Coronidem illam subfixam cernimus. O clemens &c. po-

E P I S T O L A  
 GUIBALDI CASINENSIS ABBATIS  
 AD MONACHOS CASINENSES.

*Ex Regesto Petri Diaconi num. 641.*

**G**uibaldus Dei gratiâ Sancti Casinensis Cœnobii minister indignus. Dilèctis in Christo filiis, & fratribus in eadem Ecclesia Deo militantibus, spiritu consilii, & fortitudinis habundare. Hactenus in agro Dominicæ culturæ, idest in vestræ fraternitatis prælatione arbor umbram, & non fructum faciens, terram occupavi, non sine timore vocem audiens Domini dicentis: Succide eam, quæ & ex se fructum non reddit, & sibi suppositam terram fructificare impedit. Quoniam igitur securis ad radicem jam posita est, ut omnis arbor, quæ fructum non faciat, succidatur: nos consilium Propheticum diutius dissimulare non potuimus; sed quia propter me periculosa, & plena desperationis tempestas orta est, nautis cessantibus, ipse me in mare mittere non refugi. Itaque quia sic à vobis recessi, Deo teste, non metu mortis, sed quòd mors mea nichil vobis emolumenti, quin potius multum periculi afferre poterat, ut ultra ad vos non reverti disposuerim: Præcipio vobis in virtute sanctæ obedientiæ, ut postpositis partium studiis, remota omni ambitione, & venalitate, absque gratia, vel odio, aut acceptione alicujus personæ, secundum Regulam Sancti Benedicti, personam catholicam, & regularem, de corpore vestræ Congregationis invocatâ Sancti Spiritus gratiâ in Abbatem vobis, & Pastorem animarum vestrarum servata Casinensis Cœnobii libertate, sine mora eligatis. Statutum siquidem nobis est, ut si hanc formam in eligendo vobis Abbate servaveritis, ut Nos, remissis vobis Ecclesiæ vestræ insignibus, vos ab obedientia, & subjectione nostra omnes pariter absolvamus, & vos ad promotionem futuri Abbatis liberos à nobis efficiamus. Quòd si, quod absit, apud vos diabolicæ, & contentiosæ illæ conjurationes, & conspirationes in hac aliquid causa temptare, & pervertere præsumperint, & aliquis tali factione sese intrudi permiserit, sciatis non plenam de vobis auctoritatem, & curam retenturos, & in talem, tanquam in intrusum, & invasorem, & supplantatorem nos in omnibus Conciliis, & Curis, & viva voce, & scriptis semper acturos. De rebus autem Monasterii vobis dicimus, ne fortè aliquis ex nobis, aut propter nos occasionem mali accipiat, quòd quindecim tantum marcas argenti ad tanti expensas itineris nobis Dominus Decanus, & Fratres nostri præbuerunt. Cætera verò omnia, & ipsi de thesauro acceperunt, & per se in tam multis, & magnis necessitatibus expenderunt. Servate nostram, idest vestram, & meam in remunerandis hominibus, qui nobis servierunt, famam. Servate mihi Gualterium meum, qui apud vos infirmus remansit. De Rainaldo invasore, & perjuro Monacho, nec mentio unquam apud vos fiat. Deus pacis, & dilectionis sit semper cum omnibus vobis. Valete.

Reverendo (1) Patri R. Sancti Casinensis Cœnobii venerabili Abbati Frater Guibaldus

(1) Ex Codice MS. signato num. 273.

**A** Dei gratiâ Stabulensis Ecclesiæ servus, benedictionem, & vitam usque in seculum. Electum nos communi Fratrum conventia, & in Ecclesia Casinensi regulariter ordinatum, audientes, gaudio gavisi sumus: quippe qui licet officio eidem Ecclesiæ administrare desierimus, affectu tamen, & sollicitudine non alteratum animam gerimus. Ea propter vos in nomine Domini per præsentia scripta ab obedientia, quam nobis promisistis, omnino absolvimus, & qui vobis aliquando indignè præsumimus, vestri subditi, & servi, & esse, & dici non erubescimus. Commendamus autem vestræ caritati, carissimum nobis Dominum Decanum O. & reliquos fratres nostros, & homines de Sancto Petro, qui fideliter nobiscum in tribulatione nostra perseveraverunt. Remittimus vobis anulum unum, & sigillum quondam nostrum, per quæ plenam refutationem de Abbatia Casinensi facientes, numquam tamen consilium, & auxilium nostrum eidem Ecclesiæ subtrahemus. Valete, & Nuntium nostrum per vos transeuntem, pro nostra caritate bene habetote, & si per vos redierit, literis rerum vestrarum statum nobis significate.

**B** **C** **D** **E** **FR.** Guibaldus Dei gratiâ Stabulensis Ecclesiæ Servus, Carissimo Fratri, & Amico suo O. Casinensi Decano salutem & benedictionem. Quantum vestris calamitatibus commovear, quantum vestris vexationibus compatiar, novit inspector cordium Deus. Licet enim personaliter vobis nec adesse, nec præesse valeamus, non dispari tamen sollicitudine Casinensem Ecclesiam & amamus, & semper amabimus. Veruntamen quia sic Divina præordinatio disposuit, & temporis qualitas nostris meritis concordans exigit, ne vos sponsonis vestræ prævaricata obligatio, nos verò suscepti regiminis neglecta administratio perpetuarum pœnarum obnoxios faciat, vos, & omnes Fratres Casinensis Ecclesiæ ab obedientia, quam nobis promisistis, plenariè absolvimus. Similiter & laicos, qui nobis juraverunt, liberos à sacramentis suis esse concedimus. Ne autem ullius æstimatio, nobis detrahendo, peccare possit, sicut vobis, & plerisque Fratribus notum est, cum à vobis exivimus, hæc, quæ subscripta sunt, distracta erant. Landulfus habebat in pignore pro LXXXV. libris calicem unum aureum, duas Cruces aureas cum lapidibus, duo Candelabra argentea. Apud Sanctum Germanum Candelabrum unum argenteum pro tribus libris, turibulum I. pro XXX. sol. quæ omnia per manus Fratris Rainaldi Teod. & Fratris Bertoldi suscepta, & erogata sunt. Porro pueri nostri, qui nos præcesserunt, Crucem I. parvam auream, & anulum I. & Iconam ligni Domini perdiderunt. Pluviale, & Camisiam, quam nobis dedistis, conservavimus, expectantes secundum promissionem vestram, ut reliquum, quod ad Cappellam pertinet, nobis compleatis. Sigillum, & anulum Domino Abbati remisimus. Valete (2).

AP-

(2) Ex eodem Codice 273.

# APPENDIX TERTIA AD CHRONICON CASINENSE

Parisiis Editum anno MDCLXVIII.

H O C E S T

ITERATA RESPONSIO PRO CASINATIBUS  
ADVERSUS NUPERUM ASSERTOREM

TRANSLATIONIS SS.<sup>MI</sup> P. BENEDICTI

ANGELI DE NUCE

Jam Abbatis Montis Casini, & Examinatoris Episcoporum,  
nunc Archiepiscopi Rossanensis.

**C**Um in aula Persarum inter Darii purpuratos quæstio aliquando incidisset; quænam rerum omnium fortissima esset, roborisque potissimi: jure sanè optimo uni *Veritati* palma demum vindicata est, cunctorumque calculis secundum eam pronunciatum: quippe cui, omnino ineluctabili, & invictæ concedunt, herbamque porrigunt, vel inviti, ipsi illi, qui de victoria sibi audacter, & indubia pollicitatione blandiebantur.

Mihi quidem, dum in notis ad Chronicon Casinense disputarem, an Sanctissimi Patriarchæ Benedicti, Sororisque Scholasticæ, sacra Lipsana Casini nunc requiescerent, non aliæ mens fuerat, nisi, ut eruditissimi Viri Hugonis Menardi argumenta convellerem: minimeque dubia luce palam facerem, non Chronographos nostros Leonem, & Petrum narranto aberrasse à vero, quod Menardus contendebat; sed ipsum potius Menardum in Auctoribus prædictis intelligendis hallucinatum fuisse: cumque responsionibus meis non diffiderem, illis adversarios minime unquam satisfacturos prædixeram; sed, ad summum, in causam de Translatione iterato descensuros, de qua mihi litigandi consilium nullum esse sæpius admonueram. Ecce autem, ut divinaveram, evenisse nunc video. Cum enim ea lego, quæ hac de re ad historiam Adrevaldi, qui contrariæ opinionis fundus est, præmittit eruditus Auctor secundi Tomi de Actis Cœlitum Benedictinorum, meas ad Menardum Responsiones, ne leviter quidem, ab eo tactas fuisse conspicio. Quæ ille dissimulatione (nisi indignas omnino eas putavit, quarum ulla ratio haberetur) dubium non est, quin convincentes esse tacitus fateatur, ex Regula Juris 43. ut ejus propterea non possim ingenuitatem non laudare, suo enim ipse iudicio meum obfirmat, ratumque habet. Tanta, ut ab initio dicebam, vis est, & fortitudo veritatis. Nam quod litis ejus ex integro ineunda cupido illum incessit, quam sciens, volensque declinaveram, ut extra stadium currat, per me profectò licebit: mihi id dumtaxat sufficere ratus, quod Adversariorum Achilles non exhorruerim.

Verumenimvero; cum prætergressus statuti curriculi metas, non nihil Auctor attingit, quod me privatim tangit, nolim gra-

**A**ve mihi, & intempestivum videri cum eo rantisper congregari, non officio, cæteroqui, & multò minus necessitate compulsus.

**B**igitur ad paginam 338. num. 7. prudenter sanè Auctor sibi integrum non esse agnoscit, eo uti argumento, quod ex Bullis Pontificiis petitur: opportunè, opinor, advertens, eo præsidii genere, si Floriacenses non carent, Casinates haud dubiè abundaturos. Quod autem, ideo se præterire ait, ne Baronii animadversiones regerere cogatur, quanto cum fundamento dicatur, sanè non cerno. Nonnullas, novi, adhibuit animadversiones Baronius iis Pontificum diplomatibus, quæ Venetis typis prodierant ad annum 1513., appendicisque loco subduntur Chronicis Casinensibus: quibus abundè satisfactum fuit. At, quas tandem, obsecro, qualesque, exceptiones obducere magnus Vir ille potuit contra Bullas, & documenta, sibi neque visa, neque cogita? ut proinde hæc me quoque ratio remoretur; ne de Floriacensium Bullis iudicium feram; quas cum non viderim, nec cum nostris componere queo, nec pondus cum pondere comparare. Relinquamus ergo in medio hujusmodi controversiam.

**C**Num. 8. Magnoperè sibi Auctor blanditur, majorem Floriacensibus, quam Casinatibus Scriptorum suppetere copiam, sive indigenarum, sive extraneorum, etiam ex Italicis.

**D**Liceat mihi, ultra propositum meum, hos expendere, etsi alias indicaverim. Quis ignorat, sive Historiam, sive fabulam, semel scripto proditam, quam tamen ii, quorum interest, vel penitus nescierint, vel nauci faciendam duxerint, & idcirco non impugnaverint, recipi à cæteris postmodum, ac transcribi solere cæcis oculis, & sinè delectu? Dicitur unius facillè sequitur multitudo, inquit Innoc. III. cap. cum in Juventute de purgatione Canon. Quid fabulosius Papissa Joanna? Quid de anima Trajani, ab Orci faucibus erepta insulsius, & nihilominus affectas meruerunt, & defensores. Nolo alia exempla, quæ plurima possem; congerere; ne à speciosa potius ostentatione, quam à veri studio proficisci videantur, & eruditorum patientia abutar. Scire tamen aveo à Floriacensibus, an ex tam numerosa testium, ac Patronorum turba, omnes, singulique oculati fuerint? An omnes cœvi? Si autem non omnes, ergo quidquid



ea de re posterius ad posterius transmiserunt, id, profecto, non aliunde nosse potuerunt, quam à prioribus: hi verò ab eo dumtaxat uno, cui eadem de re fides primùm addicta fuit; præsertim cum auctoritas hinc tantum spectetur, non etiam ratio: neque enim nova posteriores adhibent narrationi fulcimenta; sed quod literis ipsi consignatum reperere, propitiis oculis, ac iudicio excipientes, nudè, ac de plano denarrent. Cunctorum itaque simul tantum solum, nec amplius pendet auctoritas, quanti unius seorsim, qui cæteris narrando prævit. Quorum ergo sine numero numerum habere ostentui, qui demum nihil sit præter numerum? Penduntur scilicet testes, non numerantur. Ne vestri isti tam numerosi Auctores suo dixerint jure,

*Nos numerus sumus, & cartas consumere nati.*

Sed pergamus.

Num. 13. Producendum est, inquit; munimentum illustre, à nullo hætenus adductum, scilicet Joannis Papæ Octavi testimonium in Synodo Tricassina, anno 878. in quo nempe Historia Translationis appellatur *Manifestissima veritas*.

Joannis, inquis, Octavi testimonium? Grande promissum! Quid si constanter id negem? experiamur. Certè quisquis Canonistarum scholam, non dico frequentavit, sed vel semel evertit, compertum habet, duo verborum genera in Pontificiis diplomatibus distinguere debere, alterum, quo partis instantia, seu supplicis libelli tenor narratur, rem nempe simpliciter exponens; atque id genus verba in ipso diplomatum limine præmittuntur: alterum definiens, decidens, determinans, quo Pontifex ipse loquitur, ac decernit; & verba hujusmodi posteriora sequuntur. Itaque in illis postulata referuntur: in his lex ipsa profertur. Hæc sanè vel pueri non ignorant. Modò quæro, quam obsecro, Bullæ parte historiam de Translatione *manifestissimam veritatem* appellat Pontifex? sed libet ipsum audire *Joannes Episcopus &c.* Igitur, cum propter multiplices Ecclesiæ Dei curas Gallicanam adeuntes regionem, Trekas civitatem devenissemus anno Incarnationis Dominicæ 878., & ad ressecanda quælibet inutilia, vel statuenda Ecclesiastica jura Synodum generalem plurimorum celebrarem Episcoporum; inter alia suggestit auctoritati nostræ venerabilis partium vestrarum Abbas nomine Theobertus, ex cœnobio, quod vocatur Floriacus in pago Aurelianensi, quod idem Monasterium quidam Religiosus Abbas Loedebobus nomine, Monachis extruxerat in honore Dei, & Sanctæ Genitricis Mariæ, nec non Beati Principis Apostolorum Petri, quod revelatione Divina per Monachos ejusdem loci à Beneventana Provincia corpus illud Sancti Benedicti pervenerit, olim allatum, ibique reverenter humatum, sicut manifestissima constat veritate: & quod propter stabilimentum Monasticæ Religionis, piæ memoriæ Imperator Carolus, per præceptum suæ auctoritatis, eidem loco res denominatas delegavit. Nunc verò tam se ipsum, quam unanimem, congregationem sibi commissam humiliter postulare &c. Quo circa &c.

Jam verò, quis non cernat, universa verba hæc non Pontificis, sed supplicantium verba esse, in Bullam ex ritu relata? proindeque ipsam illam *manifestissimam*, ut ajunt, *veritatem* assertionem esse; non Joannis Papæ, sed

A Floriacensis Theoberti? neque sanè ea per se Pontifex protulisset in loco non suo, qui loqui demum incipit à §. Quo circa. Ostendant itaque, si possunt Floriacenses, à §. Quo circa Pontificem ita loqui, ut illam de Translatione historiam pro *manifestissima veritate* asseveranter ipse confirmet. Et si quidem id ostendere minus possunt, ingenuè fateantur, aut Pontificiorum Diplomatum styli conscios se non esse, aut nihilo plus auctoritatis hanc historiam obtinere, quam conciliare illi potuerit propria supplicantium præjudicata credulitas, à Bulla propriis eorum verbis relata.

B Qua igitur veritatis specie Auctor iste, cum dixisset. *Hic exponit Theobertus Abbas Joanni Pontifici Romano, imò toti Synodo Trecenti, corpus Sancti Benedicti revelatione Divina per Monachos Floriacenses ex Beneventana Provincia in Cœnobium suum fuisse delatum*, quæ, inquam, veritatis specie statim subnectit. *Cui reponit Pontifex, id manifestissima constare veritate?* Non enim Pontifex id reponit, sed membrum ejus est, quod Theobertus exponit, quodque Pontifex ex formula, in Bullam retulit. At quanto minori cum fundamento hinc Auctor subjecit. *Quamvis orationis contextus contrarium suadere videtur?* cum potius apertissimè, ut ostensum est, id, quod contendimus persuadeat.

C Neque enim eo in loco minus idoneo, & improprio Pontifex determinare pro vera voluisset historiam, quam non ipse prius expendisset ad libræ momenta. Verùm Bullæ scopus is non erat, ideoque Pontifici curæ non fuit, sed rei fidem, ut fieri assolet, penes Auctorem esse permisit, conscius, nullum inde cuicumque præjudicium oboriri unquam posse, quod non ipse decrevisset. Neque causa concedendi privilegium illud, fuit historia prædicta: id quippe Pontifex non asserit: imò nec pro causa adducitur à supplicantibus, sed tantum adducitur pro causa *ad reprimendam quorumlibet cupiditatem*: maxime cum ejusdem generis privilegia aliis etiam Monasteriis concessa reperiantur, pro quibus ea causa non militat, ut videre est in Bullariis. Vide igitur, erudite Lector, quò tandem evaserit illustre munimentum; quò maturè classicum canebat Auctor iste, & fortasse ab aliis consultò non productum, quia produci nequaquam meruit. Porro nec hilum suam causam juvat, quod & addit Auctor hic, *Quanta, inquit, Theoberti impudentia, & imprudentia fuisset, Papæ in frequenti multorum Episcoporum, etiam Italicorum, confesso audacter asserere, corpus Sancti Benedicti in suo Monasterio ex manifestissima veritate adservari: ob idque privilegium se expetere, si tunc temporis lis, & controversia ea de re fuisset.*

E Nam impudentem illum asserere, religio mihi est. At imprudentiæ notâ eundem exolvere, nulla, opinor, me adigit necessitas: Et nihilominus sponte gratisque id onus subire non gravabor, eritque obsequii, & amoris erga vos mei quaecunque argumentum. Neque enim pervicacia est, nec imprudentia, aliquid, etiam apud summum Hierarcham, asserere, quod alioqui verum esse, quantumlibet non sit, arbitreris, aut credas. Ut peccati expertem te probes, satis est, si non mentiaris; Non etiam necesse est, ut falsum non dicas: & minimè quidem mentitum fuisse

se Theobertum, facillimè concedam. Quamvis enim verum non erat, quod exponebat: verum ipse tamen esse credebat, cuius rei iudicium ferre, operæ pretium tunc Pontifex non putavit: totidemque fortasse verbis contrarium retulisset in suam Bullam, si ex adverso Casinates manifestissimam pro se stare veritatem exposuissent. Nimiam tamen hanc supplicandi cautelam, non unquam, puto Casinates imitarentur. Abundans quippe cautela nocet, ajunt Juristæ. Tot enim cautelæ, ac diligentia verborum, timoris argumenta sunt, sibi que diffidentis conscientia, ac fraudis suspicionem ingerunt. Contra verò, qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: ideoque monebat sapiens. *Prudentia tua pone modum.*

Episcopos verò Italos non contradixisse, quid, quæso, momenti in rem assert? An Bulla illa actio Conciliaris fuit? An constat, de ejus Bullæ tenore Italos Episcopos certos factos fuisse? imò verosimilius est, factos non fuisse. Non enim in Concilio lata fuit, sed tantum occasione Concilii, ut ex ipsa verborum serie palam liquet. Quapropter absque fundamento Auctor ait, Theobertum assertionem suam in frequenti Episcoporum confesso exposuisse: nec longiorem contentionis funem hic traham.

Hactenus ostendi, à Bulla Joannis 8. quantolibet munita plumbo, nullum pondus accedere opinioni Floriacensium. *Manifestissima* siquidem *veritas* illa supplicantium, non Pontificis decernentis, assertio est. Jam verò cum hac Joannis 8. Bulla conferant, obsecro, Floriacenses Alexandri 2. Bullam pro Casinensibus: & continuò intelligent, qua verborum forma, quo tenore orationis ad veritatem aliquam confirmandam, Pontifex ipse loquatur. Non enim, quod sibi Casinates exposuissent, refert Alexander: sed quod Pontificis ipsius Legati, propriis & ipsi oculis inspexissent. Quorum fidem cum dubiam ille habere non posset, quid pro vero habendum esset, absolutè decernit, ablegatque contrarium. Hæc si, excussis affectibus, mentisque præjudiciis, ad veritatis trutinam expendere Floriacenses voluerint, ne illud saltem obtinebunt, ut hujusmodi argumentis in posterum, ipsi non fidant, eritque operæ lucrum cordatis viris non nihili faciendum.

Num. 14. Joannes Monachus Italus quidem fuit: At Cluniaci educatus, ibidemque scribebat: quemadmodum, contra, Urbanus Secundus, & Bertharius noster, Galli erant, & tamen Casinatibus suffragantur. Pro Aris, & Focis quis nescit justè pugnari? Religiosorum autem patria, & familia non ea computatur, in qua nati mundo sunt, sed in qua, mundo denati, Christo, & Religioni renascuntur.

Num. 15. De Sigeberto universè responsum est supra. Antoninus autem, Petrusque de Natalibus, quod scriptum reperere, transcripserunt, & fortasse Casinensium rationes compertas non habuerunt.

Num. 16. Ordericus Vitalis falso nititur fundamento, quo cum cæteri quoque se tueantur, qui Floriacensibus adhærent, eoque maximè pugnent, semel hic subruendum existimo. Supponunt itaque, eo facti, hoc est Translationis, tempore, vastam apud Casinum solitudinem fuisse, Cœnobiumque Casinense cultoribus omnino tunc fuisse vacuum,

Tom. IV.

A ac desertum, ut proinde nullo renitente, nulloque conscio, integrum fuerit Floriacensi Aygulpho sacrum depositum, salva manu, inde exportare ad suos. Atqui verissimum, ac certissimum potius est oppositum. Nunquam enim Cultores Casini defuerunt, quamvis pauci. Certè cum Petronax à Gregorio II. ad instaurandum Cœnobium mitteretur, Cyprianum ibidem reperit pusillæ illius Congregationis Patrem, & Sacerdotem, ut ex Paulo Diacono, nostrisque vetustissimis tabulis est compertum. Quæ igitur tam vasta illic, tam nuda solitudo, ut nullum omnino haberet habitantem? & videri cuiquam verisimile queat; post Langobardicam vastationem, ex qua Casinates Romam, Religionis Asylum, perfugerant, ita omnia eos pessum ire permisit, ut sanctuarium illud, in quo sacra corpora requiescere, indubium tunc erat, in ferarum cubilia cederet, nemine illuc ad excubias sacri depositi redeunte? Ita ne Bonitus Abbas, ita cæteri Casinates pietatis, Religionisque studium omne ne exuerant, ut nemo de paterna hæreditate custodienda cogitaret? Et verò saltem Summus Pontifex, qui per ea tempora ex Benedictina Familia ferè semper assumebatur, in eam rem zelum, & curam intendisset: saltem peregrini, saltem vicini populi, saltem ex proximis Cœnobiis Monachi exclamassent, & aliquod ibi tugurium extruxissent; & ut cætera deficerent univèrsa, an non vetustissimam illam, quam Sanctissimus Pater incolerat Turrim, habitare potuissent? quandoquidem Turrim illam à Langobardis dirutam non fuisse, sed superstitem tunc extitisse, vel hinc possit ostendi, quòd nostra etiam ætate superstes est, licet deterio antiquitatis squalore nitescens.

B Si ergo simile veri non apparet, omni habitatore Casinum tunc caruisse, quam veri speciem habere queat, quòd bini ex Floriaco Mosachi, Casinum appellentes, nemine musante, nedum non repugnante, sacrum depositum auferre, & in sportula adsportare pro libito potuerint: quin etiam, usque adeò stolidos, tamque alto correptos veterno custodes fuisse, ut ne quidem furtum adverterint: aut adeò impios, & irreligiosos, ut advertentes, non reclamaverint? Nam concedamus, dormientibus custodibus, accessisse ad loculum Floriacensem Bigam, & sacris pignoribus defuratis, extemplo clanculum abiisse: An non furti admoneri potuerunt manè sequenti, cum aut lapidem revolutum, aut revoluti signa lapidis advertissent? An non ex fuga saltem illorum, infalutatis hospitibus, suspicari aliquid debuissent? tunc quippe in propatulo sepulcrum erat, & indefinenter frequentatum à piis illis Anachoretis. Si autem credere fas est, furtum ab illis agnitum, quis animo sibi fingat, eam jacturam tam nihili visam ipsis fuisse, ut non è vestigio, aut raptos insequi, aut furti certiores saltem facere socios Casinates Lateranenses curaverint, ut Apostolica auctoritate sacra Lipsana Casinum, vel Romam reportarentur? Quis Casinates Romæ tunc degentes, adeò socordes, torpentes, ingratosque crediderit, ut profundissimam negligentiam, ne verbum quidem hac de re mustitaverint, nec ad posteros calamo, vel per traditionem transmiserint, quò sequentium excitaretur pietas ad reposcendum ablatum? Demus enim Aygulphum, majoribus vestigiis, & alacritatis genio citatis, in Gallias penè

Kkkk

re-

revolasse, priusquam assequi illum quisquam potuerit: aut neminem tunc id curasse. At credi ne illud etiam potest, Casinates proximis saltem ætatibus non curaturos fuisse, ut à Floriacensibus justè repeterent, quod injustè, quantumvis piè, furati illi fuerant, favore præsertim Pontificum interposito, totque Italorum Principum, sacro Cœnobio addictorum? Cum ergo nullam ejusmodi legamus Casinensium exostulationem, nullam querelam, nullumque negotium (quod quidem, nec Galli ipsi referunt) quid porro conjectandum, imò statuendum erit; nisi, factum non fuisse, quia faciendi nulla erat necessitas? sibi enim conscii Casinates erant, ridiculè repeti, quod raptum non fuisset, ideoque nec in mentem illis venire potuerit, cum nec fieri potuisse suspicarentur. Casini quippe excubitores semper adfuerant. Nam si non adfuissent, nonne pronum nostris fuisset justè facere, quod Floriacenses injustè fecisse finguntur, & aliò adsportare sacra pignora, ne sine cultu relinquerentur?

Num. 19. Balbulus videtur vigilans somnari: Ait enim Corpus Sancti Benedicti quibusdam, Domino revelante, repertum; Nempe revelatione divina opus erat, ut omnium oculis in parvo Sacello expositus tumulus, & aut ante Altare, aut sub Altari, quod unicum erat, collocatus, inveniri posset. At non etiam plusquam somnium imò chimæricum, est, quod Balbulus addit, *sacros cineres à Saracenis in omnem ventum fuisse dispersos?* An fortè, Balbulus apud Casinum aderat, cum Saraceni sacrum Cœnobium invaserunt? Quòd si non aderat, unde, rogo, fabulam ipse hausit? Quo Auctore fidem suam tueretur? alioquin, se Auctore confictam fuisse, convincitur. Longè aliud profectò quærebant Barbari invasores, quàm Cineres dare rapidis ludibria ventis. Prædæ, & vivorum vindictæ (de quo alibi) non defunctorum sepulchris deturban-dis intenti erant. At verò me Balbulum refellendi cura non tangit, cum ex ipsis Gallis neminem meruerit asseclam subscribentem. Illud tamen observandum proponere non omitto, ita falsas narrationum apinas irrepere consueviffe. Unus incipit suo Marte falsum procedere, quem cæteri oscitantes, creduli, & sine crisi, consuetantur, & adulterinos numos pro genuinis accipiunt, aliisque simili fraude fucum faciunt, vel ignari.

Num. 20. De reportatione Sacrarum Reliquiarum è Gallis Casinum nolim disceptare: & forasse, qui ejus reductionis Auctor fuit, existimavit, hac ratione in concordiam discordes redigi posse. Cum enim agnosceret, eas apud Casinum tunc extare; videretque Gallos asserentes Floriacum aliquando delatas, credidit reportatas Casinum.

Num. 21. Auctor hic ait Menardum Leonis, & Petri Casinensium Chronographorum pugnantem secum narrationes suspectas demonstrasse. O rem sanè plusquam mirandam! Quid enim clarius, suspicionem omnem à me fuisse diluram? Res integra est. Conferantur Menardi suspensiones cum responsionibus meis, an non evidentè patebit, Menardum ideo Leonis, & Petri narrationes suspectas habuisse, quia eorum verba minime percepit? Non enim percepit, quid *adyti* verbo notaretur. Non percepit, quid esset, S. Patriarcham fuisse sepultum ante Altare, inventum sub Altari. Non sunt, quæso, istæ halu-

A cinationes apertissimæ? & nihilominus his pugnat Menardus. Qua ergo fide (non dicam fronte) Auctor hic nulla responsionum mearum facta mentione audeat asserere, Menardum Leonis, & Petri narrationes suspectas reddidisse? Tu verò veritatis amans Lector judicium interpone.

Ibidem subdit, Menardum à me tanquam ridiculè, & inhonestè cavillantem argui. Quid verò, inquit, *dicturus erat vir æquissimus, si Menardus Matthæi conviciis, & calumniis ex æquo respondisset?* Nempe dicturus eram, Matthæum pro merito castigatum, si reus erat. Ubi veritas non accipit personam, nec ego accipio. Neque enim propugnato-rem ego Laureti, sed veritatis vindicem ago. Cæterum, an ego Menardum justè arguerim, quid respondes? Audio, vel te tacente.

Num. 24. Cavillatur illud Petri Diaconi *ignorantibus cunctis*. Id verò dixit Petrus, non quia non cunctis notum esset sepulchrum Sancti Patris: sed quia nescirent, quàm altè defossum fuisset: & fortè existimarent altius defossum. Ideoque *ignorantibus*, hoc est, non opinantibus, tam citò inventum iri, inventum fuit. Perperam ergo, concludit adversarius. *Si temporum iniquitate sacrorum tumulus obscuratus est, cur de eo investigando ne cogitaverunt quidem, donec subito ignorantibus cunctis inventus est? Quis non videt, Casinates de requirendo Sancti Patris sepulchro ad illud usque tempus ideo non fuisse sollicitos, quòd Sacras Reliquias in Galliam asportata esse, haberent persuasum, nec nisi vacuum conotaphium penes se remanere existimarent?* Perperam, inquam; concludit. Quomodo enim, illud *ignorantibus cunctis* referre Petrus potuit ad sensum hujus Auctoris, nempe *Casinates persuasum habuisse &c.* cum Petrus persuasissimum haberet oppositum? ut patet ex universo hoc Chronico, in quo sæpissime sacra corpora Casini asseruntur quiescere; & quantumvis prius in contrario fuissent, sive dubio, sive errore; ex recenti tamen inventione errorem detergere potuissent. Verum-

C ita solet accidere, quicumque mentis anticipationibus præoccupatus ad Scriptores legendos accedit, mentem suam ubi ubi sibi reperire adblanditur, quantolibet diverso sensu Scriptoris verba prolata fuerint. Sed permittamus, cunctos Casinates ignorasse (ad sensum tuum) sepulchri locum, an non saltem credebant, Sacros ibi Cineres remansisse? An ergo Sacri illi Cineres pretiosi non erant, non venerabiles? Non igitur ita vacuum conotaphium se habere putabant, ut nulla ejus inventiendi illos tangeret cura, sed ignorabant ejus situm, & profunditatem, ideoque *ignorantibus*, & non opinantibus *cunctis* subito inventum est, cum non ita subito invenendum sperarent. Quis non cernit, hanc in ephrasi, Petri mentem fuisse? cum maxime Petrus scriberet jam inventum sepulchrum. Amplius si credis Petro, cunctos tunc ignorasse locum sepulchri, cur æquè non credis eidem, inventa fuisse sacra corpora, visa, contrectata, reposita? An licet dimidiare fidem, ut libet, & quæ tibi faveant arripere, ut vera; cætera ut falsa rejicere? At reclamant Jurisconsulti.

D Num. 25. Convenit me, quòd dixerim, Petrum Diaconum præcipitis aliquando fuisse judicii: Iterum ergo dico, dicamque perpetim. At in illis dixi, quæ judicii staterà indi-

E

digent. In illis verbis, quæ in simplici nudaque narratione consistunt, quæ iudicii præceptis celeritas notari potest? & præsertim ubi Auctor refert tantum, quæ ipse viderit, de suo nihil addens interpretando, ariolando, sententiam ferendo. In huiusmodi quippe nudis narrationibus falsus esse Auctor potest, præceptis esse non potest. Quid ergo adversarium juvat, Petrum fuisse mentis in iudicando præcipitis, cum iudicem hic non agat, sed simpliciter narret?

Num. 26. Opponit à Desiderio in suis Dialogis nullam de sacrorum pignorum sub Alexandro II. inventionem memoriam fieri. Ut respondeam, nolo argumenti ab auctoritate negante imbecillitatem reponere. Fateor non contemnendam inde duci conjecturam. Nimirum quando Scriptor tacere non debuisset, ut sui muneris partes impleret; non verò, cum aliud agit. Modò rogo: Quid sibi in suis Dialogis proposuerat Desiderius? Non ne miracula dumtaxat mandare memoriæ? Id ipse confitetur. Et tamen neque omnia refert miracula, sed quæ libitum ei fuit. Neque enim refert miraculum patratum in persona Imperatoris Henrici, neque Adami Monachi, quæ tamen suo tempore contigerant. Numquid ergo, quia hæc duo miracula ipse non scripsit, propterea vera ea non esse dubitandum? Et fortè miraculis, à Petro postea relatis Desiderii acrius iudicium non penitus confidit, ideoque ea non retulit: in quo si quispiam cavillabitur, præcoci Petrum, & præcipitis fuisse iudicii, contentus ero ictum præterire, non etiam iudicium defendere. Quod autem non scripsit in suis Dialogis Desiderius, scripsit Desiderio coævus, & eo iubente, Leo tunc Bibliothecarius Casinensis, postea Episcopus Cardinalis Hostiensis. Neque opus erat Desiderium strictim scribere in suis Dialogis, quæ Alphano operosius enarranda mandaverat, ut constat ex Prologo Leonis, & Leo implevit. An verò vir gravissimus, ac religiosissimus Leo tam perfrictæ frontis, iudicii tam levis suspicari potest, ut inventionem illam, contra suam, Desiderii, & Oderisii tunc viventis, & iubentis conscientiam, scribere ausus fuerit? Si autem ipse Desiderius ejus, quam Leo scripsit, inventionis conscius fuit, ut meridiano Sole clarius liquet, quid criminarius, à Desiderio non fuisse descriptam?

Quare desiderium, qui Sancti Patriarchæ sepulchrum toties nominat, id demum de inani arcu, & cœnotaphio intelligi debere, tam inanis, & vana est responsio, ut indignam putem, quæ refellatur, cum Desiderius assertæ à Leone inventionis spectator, & Auctor fuerit. Ut hinc pateat, quàm gratis dicat Adversarius, Desiderium prudenter siluisse, remque incertam reliquisse. Quid enim sibi certius, quid evidentius, quàm oculorum suorum iudicium, quàm propriæ iussionis imperium?

Num. 27. Illud porro, quod ex literis Oderisii ad Floriacenses ducitur argumentum (si penitus omnem dialecticam non dedidici) non tantum adversarios minimè juvat, verum nostræ oppidò favet sententiæ. Periclitemur. Et in animum quisque inducere queat, Oderisium Cardinalem Sacri Casini Abbatem, & à puero ibi innutritum, quod est Casinensium religiosorum opinionibus præjudicatum, id vobis jaculum, sua sponte subministrare voluisse, quod contra suos Casinates aliquando retor-

A quere integrum vobis esset? quæso te, amice Lector, modò aures ferendæ veritatis habeas, potest hoc tibi credibile videri? Sed hic aliquantisper adhuc hæere non te pigeat; ut argumenti huius fibras omnes exploremus. Quænam, obsecro, Oderisii mens erat in ea epistola ad Floriacenses? Non alia ulla certè, quàm Casinates mutæ charitatis fraternæ vinculo cum Floriacensibus conjungere. Modò iterum rogo, & opportunum fortè videri potest, cum Oderisius de ineunda cum Floriacensibus concordia agitabat, rixarum, & præliorum incentiva proponere? An non in leges Galathæi, ad minimum; ipse peccasset? sed contra scopum suum imprudens ivisset, si in causa, tota amicabili, controversiarum segetem intulisset. Prudenter ergo sibi consuluit, utramque partem in sua opinione tunc dimittere, intempestivum reputans, & incivile aliter se gerere, & nihilominus sibi omnino imperare non potuit, quin Casinensium possessionem quorundam oculis comprobatam assereret. Cui quidem Oderisii assertioni respondere, Oderisium loqui de cælestibus visionibus, quæ tunc acciderant, quàm supina responsio sit, iudicent, quibus saltem oculi non desunt ad legendam Oderisii epistolam; apertè enim distinguit, Revelationes, Miracula, & Prodigia ab oculata inspectione ibi. *Licet à nobis haberi multis Miraculis, & Prodigis, & Revelationibus, & quorundam etiam nostrorum oculis sit veritas comprobata.* Præter hæc vide Lector, quàm parè Floriacensium opinioni Oderisius indulgeat. Sive, inquit, *illud habere vos qualibet occasio fecerit, sive quid illius, gratulanter speratis.* Et hæc vobis phrasis favere videatur? igitur plusquam multum sibi licere permisit Oderisius; cum, agens de societate ineunda, huiusmodi verbis non abstinuit.

Quòd autem Oderisius non dicat, visa fuisse à se ipso sacra pignora, sed à quibusdam è suis, urbanitati potius, quàm ignorationi dandum fuisset. Adfuerat sanè ipse Oderisius inventioni, cum eo tempore Præpositi munere Casini fungeretur, etiam Cardinalis; at prudenter intelligens suum, proprium, oculatumque testimonium, ut incapax ambiguitatis, nimis porro odiosum, & inurbanum amicis futurum, urbanissimo consilio maluit se ipsum in numero *Quorundam* minùs odiosa phrasi involvere, quàm amicorum invidiam, aperta contradictione, reficere, liberum illis relinquens assertionem suam interpretari, prout ipsis minùs displicuisset. Hic verò notandum, Oderisium loqui de oculata corporum, non solius tumuli inspectione. Ex quo quidquid hanc in rem, & contra silentium Desiderii, & Leonis adducunt Adversarii, planè concidit, & evanescit, cum præsertim eidem inventioni, & Oderisius, & Leo, & Desiderius unà interfuerint. Quocirca, quidquid asserit Oderisius in hac epistola interpretamentum est tacentis Desiderii, loquentisque Leonis: collato enim studio, & sermonibus peractum id fuisse, quis dubitet?

Num. 28. De Peregrinationibus, ac de Adami hæsitacione mittere sermonem prætermitto. An fidei articulum credendum proponimus, ut de eo dubitare sit hæreticum?

Num. 29. Quòd Bertharius noster poëticè loquatur, poëtica sanè responsio est. Ergo Lucretius de Philosophicis doctrinis metricè scribens, ergo Boëthius de Theologicis poëticè

ricas nobis fabulas obtrudunt? fabulæ!

Nam, quod ex Pauli Diaconi testimonio regeritur, satis superque in præcedenti nostra dissertatione rejectum est. Quid enim per os, & oculos semper cælestia contuentes animo præcipere potuit Paulus; nisi calvariam, tunc constantem cum cavo oculorum? Quid per cætera membra, nisi corporis universam compagem? Quod enim subdit, licet in cinerem defluxa, non asserendo, sed permittendo, & ex mente Gallorum loquitur, quasi diceret. Quamvis vobis concedam in cineres membra defluxisse; communis ea est mortaliū conditio; solus quippe Sanctus Sanctorum non vidit corruptionem. Cujus vi comparationis apertè indicat, per membra cinerea aliud non intelligere voluisse, quàm non incorrupta, sed in cineres sensim abeuntia, quæ cinerum appellatione, non infrequenter accipi solere, norunt eruditi. Num enim post duo dumtaxat, vel tria sæcula, in cineres usquequaque deflexerant: cum duodecimo ferè sæculo jam labente, ossa non penitus resoluta vos habere gloriemini?

Cæterum in Paulo nobis asserendo, quid diutiùs immoramur? Fuerit Paulus in eo dubius: in eodem anceps quoque fuit Adam, Monachus & ipse Casinas, & usque adeò vacillans, ut penè desperaret, ex chronico lib. 2. cap. 47. Hauserat ergo id Paulus à Gallis, quibus gratificandi, vel non contradicendi causas non procul habebat, ob reciprocas offensiones, omnibus manifestas; dubium verò

A suum, etsi mavultis, sententiam (quamvis erroneam) detergere ipse non potuit, oculata inspectione, id enim silentio non obvolvisset in loco tam dextero; auritus ergo tantum testis computandus est. Fuerit itaque Paulus suffragator vester (cernitis quàm liberaliter vobis indulgeam, cum indulgendi nulla me adigat necessitas?) quid proinde? fasces auritorum testium unâ plus virgâ cumulabitis: nunquid lanceam, vel securim superaddetis? Nihil minus. Uni autem ex nostris aurito Paulo, & exceptionibus obnoxio, oculos ex nostris quamplurimos opponimus testes, omnis exceptionis expertes, Legatos Pontificis Alexandri 2. ut ex ejus genuina Bulla, Desiderium postea Pontificem maximum, Leonem, & Oderisium Cardinales. Opponimus Joannem Aragonium purpurâ bis tinctâ splendentem. Joannem Antonium Carafam, cubitalibus literis in marmore loquentem, ejusque publicum instrumentum. Opponimus iteratam inventionem anni 1545. 12. Martii ab universo Clero, & Populo Casinensi concelebratam: ac tandem opponimus inspectionem nostram anno 1659. die Augusti septimo, Casinatibus cunctis, aliisque innumeris ad sacrum spectaculum religiosè accurrentibus, & in lætitiæ lacrymas eliquatis. Quod mihi felicissimum ducens, penitissimis ex visceribus cecini, *Nunc dimittis servum tuum Domine, in pace, quia viderunt oculi mei Sanctissimum Patriarcham, Italia decus, Gallia desiderium.*

B

C

F I N I S.



# INDEX GENERALIS RERUM, ET NOMINUM,

Quæ continentur in hoc Tomo IV.

## RERUM ITALICARUM.

### A

- A**bbates appellati Patres . 193. D.  
 Olim Diaconi . 217. C. 229. C.  
 Abbates ad Concilia convocati . 395. D.  
 Abbates Sancti Laurentii, & Sancti Pauli Romæ, Cardinales . 435. D.  
 Abbatissa Monasterii Placentini S. Sixti Heribertum Archiepiscopum Mediol. è custodia liberat. 84. C.  
 Absis, sive Absida quid in Templis foret . 258. B.  
 Acolyths iidem ac Notarii in Ambrosiana Ecclesia . 64. A.  
 Adam Tremitensis Abbas depositus . 436. A.  
 Adelais conjux Lotarii II. Italiae Regis . 334. B.  
 Canossam ad Attonem Comitem se recipit . Ibid. A.  
 Ottoni Magno nubit . 335. B. 341. C.  
 Adelais Lotharii Italiae Regis, tum Ottonis M. uxor . 9. A.  
 Mulier sapiens . 10. A.  
 Adelais Comitissa, militaris mulier . 23. B.  
 S. Adelbertus Sclavorum Episcopus Casimi habitat, tum Martyr . 352. C.  
 Adelbertus Berengarii Regis filius coronatus Papæ in Basil. S. Michaelis . 149. B.  
 Italiae Rex 10. A. 78. C.  
 Walpertum Mediolanensem Archiepiscopum ad iram provocat . Ibid.  
 De Regno pulsus fugit . 79. D. Vide Albertus.  
 Adelbertus Italiae Marchio captus ab Heinricho I. Augusto 13. C.  
 Adelbertus Marchio ab Heinricho II. Augusto custodia datus . 22. A.  
 Adelchis Beneventanus Princeps Ludovicum II. Augustum capit ac dimittit . 313. A. & D.  
 In Casinates munificus . 315. A.  
 Adelchisus Lucerinus Episcopus . 345. C.  
 Adelferius Comes de Benventano Principatu . 387. C.  
 Adelgarius Episcopus fortè Trecensis . 278. B.  
 Adelgisus. Vide Adelchis.  
 Adelgrima Comitissa filia Pandulfi Principis Capuani . 502. D.  
 Adelmanus Archiepiscopus Mediolanensis . 9. B.  
 Adelperga Desiderii Langobard. Regis filia, Ari-chis Beneventani Principis uxor . 285. A.  
 Adelpertus Episcop. Capuanus . 332. E. 333. B.  
 Adelpertus Abbas XXIV. Casinensis . 328. A.  
 Ademarius Princeps Salernitanus . 303. C.  
 Ademarius Marchio Princeps Capuæ . 350. C.  
 Adenulfus Capuanus Archiepiscopus . 385. B.  
 Adenulfus, postea Dux Cajetæ . 389. C. 390. A. 393. C.  
 Pro Casinatibus arma sumit . 394. A. 421. B.  
 Adenulfus Summucula Gastaldius Aquinatium, à quo Comites Aquinenses . 352. A.  
 Adenulfus Comes Aquinensis . 463. D.  
 Tom. IV.  
 Adenulfus Aquinensis Comes . 496. A. 501. D.  
 Adenulfus Castaldeus Aquinensis . 336. B.  
 Aligernum Abbatem capit . 337. B.  
 Ad penitentiam coactus . Ibid.  
 Adriani Papæ IV Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum 136. A.  
 Adverbia addita superlativis . 187. D.  
 Agapitus Papa . 331. A.  
 Monasterium Casinense inhabitandū curat. Ibid.  
 S. Agathæ Civitas à Ludovico II. Imperatore obsessa . 313. C.  
 Ageltruda Augusta mater Lamberti Imperatoris . 322. A.  
 Agnes Augusta Heinrichi II. Imperatoris Con-jux . 22. B. 31. B. 43. C.  
 Casinum adit . 450. C.  
 Aicho Archiep. Mediol. 143.  
 Ajo Princeps Beneventanus . 315. B. 320. A.  
 Aistulfus Langobard. Rex Carlomanum in Fran-ciam mittit . 270. A.  
 Ejus gesta . 272. A.  
 Alatrese Monasterium à Liberio Patricio fun-datum . 230. A.  
 Albericus Marforum Episcopus . 341. A. 351. C.  
 Albericus Diaconus variorum Librorum Scrip-tor Casini habitat . 455. A.  
 Albericus Consul pater Benedicti IX. Papæ . 396. C.  
 Albericus Marchio in Saracenos armatus . 326. A.  
 Romanorum Consul . 342. A.  
 Albertus Archiepiscop. Moguntinus . 517. B.  
 Albertus Episcopus Sardinia . 546. D.  
 Albertus Berengarii filius Italiae Rex . 334. A.  
 Vide Adelbertus.  
 Albertus Comes de Blanderada . 519. A.  
 Aldemanus Archiep. Mediol. 143.  
 Aldemarius Abbas Sancti Laurentii, & S. R. E. Cardinalis . 435. B.  
 Aldiones & Aldie Liberti . 327. D.  
 Aldo Episcopus Placentinus . 516. A.  
 Alexander II. Mediolanensis uxoratos Sacerdotes delet . 122. B. 123. C.  
 Alexander II. Papa electus . 431. B.  
 Pisanos Casinatibus injurios reprimat . 434. D.  
 Monachos Casinates ad honores promovet . 435. B.  
 Eisdem privilegia confirmat & auget . Ibid.  
 Casinensem Basilicam dedicat . 437. A.  
 Dæmoniacum in Casinensi Monasterio liberat . 456. B.  
 Extremum diem claudit . Ibid. A. Vide An-selmus Lucensis.  
 Alexandri III. Papæ Privilegium Monasterio S. Dionysii concessum . 136. B.  
 Alexius Imperator Græcorum à Roberto Gui-scardo victus . 465. C.  
 Ejus calliditas . 499. A.  
 Casinatibus amicus . 503. A. 508. A.  
 Alexius Græcorum Imperator. Cum Romanis agit de Imperio Romanorum recipiendo . 522. B.  
 LIII E

- E vivis decedit.* 530. A.  
*Alfanus Archiep. Salernitanus vir sui temporis sapientissimus.* 244. B.  
*Alfanus Archiepisc. Salernitanus.* 411. A. 416. B.  
*Quando ad Cathedram assumtus.* 418. C.  
*Libri ab eo scripti.* 455. C.  
*Alferius Triventinus Episcopus.* 512. D.  
*Aligernus Abbas XXVII. Casinensis.* 333. B. 336. A.  
*Ab Adenulfo Castaldeo captus, & libertati redditus.* 337. B.  
*Monasterium Casinense, & Basilicam refecit.* 341. A.  
*Ejus mors, ac Epitaphium.* 348. B. & D.  
*Aliphanum territorium.* 267. A.  
*Aloara relicta Pandulfi Principis.* 347. A. & B.  
*Altaria ab aris diversa.* 201. E.  
*Alverada uxor prima Roberti Wiscardi Ducis, ab eo repudiata.* 426. A.  
*Amalphytani Episcopi portæ aræ.* 431. A.  
*Amalphytani in Saracenos armati.* 324. A.  
*Amatus Episcopus, Historiæ Normanniæ Scriptor.* 455. D.  
*Ambrosiana Ecclesia à Sancto Ambrosio quomodo ordinata.* 59. A.  
*Ibi Sacerdotes.* 61. A.  
*Primicerius.* 62. D.  
*Cardinales.* Ibid. E.  
*Diaconi.* 63. C.  
*Notarii, qui & Acolythi.* 64. A.  
*Sacerdotes Decumani.* Ibid. E.  
*A Sancto Barnaba Apostolo fundata.* 68. D. 76. D. 77. D.  
*Ambrosianum Officium à Gregorio Magno Papa intantum.* 72. B.  
*Eo utitur ad expoliendum Romanum.* Ibid. A.  
*Illud atterere conatur Carolus Magnus.* 73. E.  
*Cælesti prodigio defenditur.* 74. C.  
*Ambrosianus cantus in Casinensi Monasterio interdictus.* 410. A.  
*Ambrosius Sanctus Archiepiscopus.* 141.  
*quomodo Mediolanensem Ecclesiam ordinavit.* 59. A.  
*Ejus acta varia.* 60. A.  
*Expositio Ordinum ejusdem.* 61. D.  
*Apostolorum, sive Nazarianam Basilicam condit.* 63. C.  
*Augustinum ad veram Fidem revocat.* 64. C.  
*Num Coniugiis Presbyterorum faverit.* 49. 65. B. & E.  
*Ejus mors.* 66. C.  
*Chrismon pro Cathæcumenis.* Ibid. E.  
*Ambrosius Sanctus ad Gratianum Aug. scribens Concilii Nicæni decreta sequi fatetur.* 134. D.  
*Ejusdem Antistitis testimonia Cælibatum Clericorum adprobantia.* 135. E.  
*Satyrum fratrem ipse commendat.* 138. E.  
*Ambrosius Laudensis Episcopus.* 16. A.  
*Ambrosius Episcop. Terracinensis.* 435. C.  
*Ambrosius Pseudo-Archiepiscopus Mediolanensis.* 18. C.  
*Ambrosius Biffus Diaconus Mediolanensis.* 108. C.  
*Ejus oratio pro Clero incontinente.* 110. C.  
*Amicus Abbas Sancti Vincentii ad Vulturnum.* 521. D.  
*Amnestia, abolitio malorum Mediolani facta.* 20. A.  
*Ampellius Archiep. Mediol.* 142.  
*Anacletus II. Antipapa.* 554. B.  
*Rogerium Apuliæ Ducem Regem constituit.* 555. A. 582. A.  
*Ejus obitus.* 602. A.  
*Anathalon Archiepiscopus Mediolanensis primus, & Brixienfis Episcopus.* 45. B. & 141.  
*Ancilla unde dicta.* 267. C.  
*Ancyranum Concilium jubet Clericos cælibem vitam ducere.* 130. B.  
*Andreas Marchio Missus Domini Imperatoris Ottonis.* 344. C.  
*Andreas Archiep. Mediol.* 143.  
*S. Andrea arx, sive Rocca.* 390. E.  
*Capta à Casinatibus.* 392. A.  
*Andrea Sacerdotis Decumani oratio adversus Landolphum & Arialdum.* 112. A.  
*Anfusus, Rogerii Siciliae filius, Princeps Capuanus.* 555. B.  
*Angelarius Abbas XX. Casinensis.* 314. A. 317. B.  
*Ejus gesta.* 320. A.  
*Teanensis Episcopus creatur.* 327. B.  
*Angelberga Augusta Ludovici II. Imperatoris conjux.* 312. B.  
*Angelbertus Archiep. Mediol.* 142.  
*S. Angeli Oppidum.* 390. B.  
*Angelus Aquinensis Episcopus depositus.* 423. B.  
*Anno Episcopus Basiliensis.* 573. B. 594. D.  
*Anno Abbas Luneburgensis Cœnobii.* 593. D.  
*Anni interregni post Ottonis II. decessum.* 147. & 149. C.  
*Anselmus Archiep. Mediol.* 142.  
*Anselmus II. Archiep. Mediol.* 143.  
*Anselmus III. Archiep. Mediol.* 143.  
*Anselmus IV. Archiepiscopus Mediolanensis.* 116. A. & 143.  
*Anselmus Lucensis Episcopus, postea Romanus Pontifex.* 406. B.  
*Legatus Apostolicæ Sedis ad Mediolanenses.* 25. A. 45. A. & E.  
*Romanus Pontifex creatur sub Alexandri II. nomine.* 31. B.  
*Anselmus de Badagio Lucensis Episcopus ab Heinrico II. Augusto creatus.* 98. C.  
*In Mediolanensis Cleri incontinentiam exardet.* Ibid. A.  
*Legatus à Stephano Papa ob id Legatus mittitur.* 103. B.  
*Ad Romanum Pontificatum sub Alexandri II. nomine provehitur.* Ibid. E.  
*Calumniæ adversus illum excitatæ.* 107. B.  
*Vide Alexander II.*  
*Anselmus Vicecomes Mediolanensis.* 108. B.  
*Anso Rector Beneventani Principatus ad fidelitatem Romanæ Ecclesiæ.* 505. A.  
*Antoninus Abbas Sanctus Surrenti.* 253. B.  
*Antoninus Archiep. Mediol.* 142.  
*Anuli signatorii olim in usu.* 338. C.  
*Anulus à Sacerdotibus Mediolanensibus delatus.* 94. D.  
*Anxur olim Terracina appellata.* 214. E.  
*Apocrypharii qui olim forent.* 403. C.  
*Apollinaris Abbas XIV. Casinensis.* 293. A.  
*Siccis pedibus Lirim fluvium transvadat.* 294. B.  
*Ejus mors.* 296. A.  
*Aqua benedicta pro Ethnicorum aqua lustrati.* 219. C.  
*Aquamabile urceus ad lavandas manus.* 327. D.  
*Aquinensis Comitatus & Episcopatus Casinati Monasterio subiecti.* 351. A.  
*Aquinenses Comites ab Adenulfo Aquinate Gastaldio procreati.* 352. A.  
*Landulfo Teanensi Comiti infesti.* 389. C.  
*Abbatem Casinensem capiunt.* 390. A.  
*Aquinenses Comites Landulfus, Pandulfus, & Lando, Adenulfi fratres.* 501. E.  
*Casinensi Cœnobio infesti.* 509. C. 512. B. 548. C.  
*Archidiaconus in Clero Ambrosiano.* 63. D. 92. C. 93. B.

- Archipresbyter in Ambrosiana Ecclesia.* 63. B.  
93. B.  
*Archisubdiaconus in Ambrosiana Ecclesia.* 63. D.  
*Arcis Castrum Casinati Monasterio subiectum.* 351. A.  
*Arcus Romanus, sive Triumphalis Mediolani.* 81. C. 85. B.  
*Ardericus Archiepiscopus Mediolanensis.* 8. B.  
*Ardericus Episcopus Calatinus.* 333. B.  
*Ardericus Archiep. Mediol.* 143.  
*Ardericus Vercellensis Episcopus.* 15. A.  
*Arduinus Eporodiensis Marchio electus Italiae Rex coronatus in Basil. S. Michaelis Papae.* 12. B. 149. C.  
*Ejus bella adversus Heinricum I. Augustum.* Ibid.  
*Tandem dejicitur.* 13. A. 82. D.  
*Arduinus Lambardus Dux Italicorum contra Græcos.* 388. A.  
*Aræ ab altaribus diversæ.* 201. E.  
*Argyrus Barensum Magister.* 419. A.  
*Argyrus Meli filius Normannis contra Græcos præest.* 389. B.  
*Arichis Dux Beneventi se Principem appellari jubet.* 273. B.  
*Ejus bella cum Carolo M.* 277. A.  
*Casinati Cœnobio multa largitur.* 283. A.  
*Paulum Diaconum excipit.* 285. A.  
*Arialdus Diaconus in Mediolanensem Clerum incontinentem insurgit.* 23. A.  
*Romam pergit.* 25. A.  
*Incontinentes accusat.* 29. A.  
*Diversa illius gesta.* 30. A.  
*Pro veritate ab impiis necatur.* 31. B.  
*Arialdus Diaconus Mediolanensis in Clericos incontinentes invehitur.* 98. C.  
*A Guidone Archiepiscopo ejus zelus minimè probatus.* 99. C.  
*Colapho percussus patienter injuriam tolerat.* 100. E.  
*Populum in Clericos accendit.* 101. C.  
*Roma coram Stephano Papa eos accusat.* 102. B.  
*Iterum Romam se confert ad Alexandrum II. Papam.* 104. A.  
*In Synodo Novariense injustè damnatur.* Ibid. E.  
*Populum in Guidonem Archiepiscopum incitat.* 106. C.  
*Suum errorem confessus fingitur.* 107. C.  
*Adversus illum oratio Guiberti Archidiaconi.* 109. A.  
*Et Ambrosii Biffi.* 110. C.  
*Illius oratio pro Cleri continentia.* 111. B.  
*Contra illum sermo Andreae Sacerdotis Decumani.* 112. A.  
*Ab impiis necatur Martyr Christi.* 115. C.  
*Cœlitum Catalogo additur.* 116. C.  
*Arifredus Archiepiscopus Mediolan.* 142.  
*Arlembaldus Mediolani solemne Baptisma celebrandum curat.* 38. C.  
*A Populo occiditur.* 39. B.  
*Arialdo junctus in Clerum Mediolanensem insurgit.* 30. A.  
*Romam proficiscitur.* 31. C.  
*Widonem Archiepiscopum premit.* 31. B.  
*Deponendum curat.* 33. B.  
*Attonem verò eligendum.* 35. B.  
*Eidem favet.* 36. B. Vide Herlembaldus.  
*Arnulphus I. Archiepisc. Mediolanensis.* 10. B. & 141.  
*Arnulphus II. Archiepisc. Mediolanensis.* 11. A.  
*Legatus Ottonis III. Augusti Constantinopolim pergit.* 12. A.  
*Odelricum Astensem Episcopum castigat.* 13. A.  
*Ejus obitus.* 14. A.  
*Arnulphus II. Archiepiscopus Mediolanensis.* 143.  
*Legatus Constantinopolim ab Ottone III. Augusto.* 80. B.  
*Quam splendide ac prudenter se ibi gesserit.* 81. A.  
*Serpentem æneum, Mosaycum creditum, ab Augusto Græco impetrat.* Ibid.  
*Mediolanum regressus Arduinum Regem spernit, Henricum Theutonicum eligit.* 82. A.  
*Arnulfus Mediolanensis Historicus quo tempore vixerit.* 3.  
*Ejus pravae opiniones, ac palinodia.* Ibid.  
*Non duo, sed unus Arnulphus Historiam Mediolanensem scripsit.* 4.  
*Injuriis Summis Pontificibus.* 25. A. Et alibi.  
*Ejus laudanda Palinodia.* 40. 43. C. 44. A.  
*Arona Arx ad Lacum Majorem.* 115. D.  
*Arontius Archiep. Mediol.* 142.  
*Asclittinus Aversa Comes.* 389. D.  
*Asculum Græcis ereptum.* 388. A.  
*Aspertus Archiep. Mediol.* 142.  
*Astensis Civitas ab Arnulpho II. Archiepiscopo Mediolanense obsessa.* 13. A.  
*Athanasius S. Concilii Nicæni auctoritatem sustinet, & fatetur* 132. E. Et seq.  
*Athanasius Episcopus & Dux Neapolitanus.* 315. B. 320. B.  
*Atenolfus Gastaldeus Capuæ.* 321. A.  
*Tum Princeps Beneventanus.* 323. B.  
*Ejus prælium in Saracenos.* 324. A.  
*Atenulfus Atenulfi filius Capuanus Princeps.* 324. A. & C. 325. A. 327. A.  
*Atenulfus Principis Pandulphi filius in prælio contra Saracenos interfectus.* 347. B.  
*Atenulfus Pandulfi Principis Beneventani filius.* 357. C.  
*Abbas XXXI. Casinensis.* 358. B. & C.  
*Ad Gracum Augustum fugit.* 365. A.  
*Ejus mors.* Ibid. D.  
*Atenulfus Beneventani Principis frater.* 388. B.  
*Atto Archiepiscopus Mediolanensis eligitur.* 35. B. 115. B.  
*Romam petit.* 36. C.  
*Ibi privatus Archiepiscopilibus redditibus moratur.* 41.  
*Atto Abbas S. Vincentii ad Vulturum.* 272. C.  
*Atto & Pandulfus Comites Thermulenses.* 372. A.  
*Auca anser.* 302. D. & E.  
*Aufidus fluvius.* 388. B.  
*Augustinus, postea Sanctus Episcopus, ab Ambrosio ad veram Fidem revocatus.* 64. C.  
*Ejusdem Testimonium continentiam Clericorum suadentis.* 139. B.  
*Augustinus Narniensis Episcopus.* 551. D.  
*Austerius Archiep. Mediol.* 142.  
*Authpertus Abbas XVII. Casinensis.* 297. A.  
*Ejus mors.* Ibid. B.  
*Auxanus Archiep. Mediol.* 142.  
*Aymericus S. R. E. Cardin. Cancellarius.* 566. A.  
*Azzo Italiae Marchio ab Heinrico I. Augusto captus.* 13. C.  
*Azzo Ilduini Mediolanensis Ducis filius Lambertum Imperatorem necat.* 70. C.  
*Azzo Episcopus Termulensis.* 345. E.  
*Azzo Comes in Italiam e Francia venit.* 334. B.

## B

**B**Aculorum Sancti Ambrosii miraculum Mediolani. 90. B.  
Baiguerius Conradi Augusti N. pos ab Eriprande

- do Vicecomite necatus. 86. B.  
**Balduinus Cardinalis**, postea Archiepiscopus Pisanus. 573. A. 592. A.  
**Balduinus frater Gotfridi Ducis Cruce-signatus**. 497. C.  
**Balduinus de Monte Comes Cruce-signatus**. 497. C.  
**Balduinus Abbas XXV. Casinensis**. 329. B.  
*Sancti Pauli Abbatia Romæ eidem commissa*. 331. A.  
**Balduinus Comes de Valle Sorana**. 428. A.  
**Balduinus Comes Oderisii Marforum Comitis filius**. 473. C.  
**Bambergensis Episcopus ab Heinrico I. Augustus fundatus**. 368. B. 401. C.  
**Bandum aureum, vexillum**. 298. C.  
**Bantra Castellum Casinati Cœnobio subiectum**. 351. A.  
**Barba nutritio num S. Benedicto in usu**. 237. A.  
**Barenfes Græcis se dedunt**. 363. A.  
**Barenfis Civitas Roberto Guiscardo se dedit**. 461. E.  
**Baris à Saracenis capitur**. 299. A.  
*A Ludovico II. Aug. obsessa*. 313. A.  
**Barefo Sardinia Rex Casinates Monachos ad se invitat**. 433. A.  
*Multa eis largitur*. 434. B. 537. A.  
**Barnabas Apostolus Ecclesie Mediolanensis fundator**. 45. A. 68. D. 76. D. 77. D.  
**S. Bartholomæi corpus Beneventum defertur**. 298. A.  
*Frustra Beneventanis eripere nititur Otto III. Imperator*. 354. D.  
**Bassacius Abbas XVIII. Casinensis**. 297. B.  
*Ejus precibus illæsum à Saracenis Casinense Cœnobium*. 301. B.  
*Legatus ad Ludovicum II. Augustum*. 303. B.  
*Ejus mors*. 309. B.  
**Basilica S. Michaelis dicta Major Papiæ**. 149. A.  
**Basilica Apostolorum, sive Nazariana à Sancto Ambrosio ædificata**. 63. C.  
*Hyemalis Mediolanensium caput*. 92. C.  
**Basilica S. Laurentii Mediolanensis conflagrata**. 34. A.  
*S. Teclæ, S. Nazarii, S. Stephani, Hyemalis*. 38. A.  
**Basilii Magni Epistola ad Paregorium Mulierularum cohabitationem vetantis**. 131. D.  
**Basilius Græcorum Imperator**. 364. D.  
**Basilius Imperialis Protospatarus apud Salernum**. 332. B.  
**Basilius Abbas XXXIII. Casinensis**. 379. B. 383. C. 385. D. 390. B. 405. D.  
**Bazie argenteæ**. 300. A. & E.  
**Beatissimi titulus olim etiam Abbatibus collatus**. 242. C.  
**Bellarmini Roberti Card. sententia de castitate Clericorum**. 124. A. 126. A. & C.  
**Benafrani Comites**. 364. A.  
**Benedicti Patriarchæ Vita à S. Gregorio Magno scripta**. 185. A.  
*Ejus Patria ac parentes nobiles*. 186. A.  
*Sublacum se recipit*. 188. B.  
*Tentationem carnis quomodo vicerit*. 190. B.  
*Venenatum vas sibi oblatum miraculo frangit*. 192. A.  
*Duodecim Monasteria construit*. 193. A.  
*Fontem è saxo elicit*. 194. A.  
*Placidum puerum è lacu educi jubet per Maurum Monachum*. 195. B.  
*Florentii Presbyteri in ejus vitam machinamenta*. 196. B.  
*Ad Casinum Castrum se confert*. 199. A.  
*Idola ac superstitionem inde turbat*. 201. A.  
**Benedicti Patriarchæ Vita per Leonem Ostiensem**. 247. A.  
*Quo anno & die Sanctus vir obierit*. 250. A.  
*Ubi sepultus*. 251. C.  
*Auditum & loquelam Anglo cuidam restituit*. 283. A.  
*Ejus ope illæsum à Saracenis Casinense Monasterium*. 301. B.  
*Muto loquelam reddit*. 310. A.  
*Heinrico I. Imperatori sanitatem*. 366. B.  
*Ejusdem corpus num Casini quiescat*. 438. D.  
*Galli negant, quibus argumentis ducti*. Ibid. E.  
*Illic asservatum, quæ evincant*. 439. B.  
*Ejus Regula num Casini, an Subiaci scripta*. 443. C.  
*Ejus intercessione miracula peracta*. 457. C. 493. B. 522. A.  
*Ejusdem translatio in Galliam ficta*. 368. A. 623. A.  
*Carmen Marci Poëtæ in ejus laudem*. 605. A.  
*Ipsius translationem ad Floriacense Monasterium improbat Paschalis II. Papa*. 509. C.  
*Idem Monachorum Patriarcha prædicatione sua Casinates ad Fidem Christi convertit*. 202. B.  
*Varia ejus miracula*. 203. A.  
*Puerulum vitæ restituit*. 204. A.  
*Ejus Regula quando scriptis tradita*. Ibid. C.  
*Fictum Totilam agnoscit, verò Totila Regi multa prædicit*. 207. A.  
*Urbis infortunia præscit*. Ibid. B.  
*Monasterii Casinatis destructionem prædicit*. 209. A.  
*Penuria, ac fami Monachorum miraculosè consulit*. 214. A.  
*Num fuerit Sacerdos*. 216. E.  
*Diaconus tantum fuit*. 217. C.  
*Mortuum puerum vitæ reddit*. 225. A.  
*Germani Episcopi Capuani animam ad cælum efferi absens cernit*. 230. B.  
*Num in raptu divinam essentiam viderit*. 231. D.  
*Regulam Monachorum scribit*. 234. A.  
*Mortem sibi imminentem propheticè prænuntiat*. 235. A.  
*Ejus mors, & sepultura*. 236. A.  
*Corporis forma qualis*. Ibid. D.  
*Benedictio idem ac Eulogia*. 196. D.  
**Benedictus VI. Papa**. 341. C.  
**Benedictus VII. Papa**. 341. C. 347. A.  
**Benedictus VIII. Papa**. 347. A. 378. B.  
**Benedictus IX. Papa**. 383. C. 386. D.  
*E Romana Cathedra pulsus eam recipit*. 395. A.  
*Simoniacè electus*. 396. C.  
*Deponitur*. Ibid. B.  
*Resurgit*. 399. B.  
*Inlegitimè constitutus*. 412. A.  
**Benedictus Archiepiscopus Mediolanensis**. 142.  
*Ejus querimonia de Ticinensi Episcopo Romæ consecrato*. 76. E.  
**Benedictus Fundanus Episcopus**. 525. A.  
**Benedictus Episcopus in Sardinia**. 494. A.  
**Benedictus Terracinensis Episcopus**. 506. B. 507. A. 521. C.  
**Benedictus Præfectus Urbi**. 492. A.  
**Beneventani Heinricum II. Augustum recipere nolunt, excommunicati à Clemente II. Papa**. 399. A.  
*Absoluti à Leone IX.* 401. B.  
*Eorumque Civitas Romanæ Ecclesie tradita*. Ibid. C.  
**Beneventanus Principatus à Capuano divisus**. 298. B. 303. C.  
**Beneventum à Carolo Magno armis impetitur**. 277. A.

- Civitas nova ei addita. 278. A.  
 S. Bartholomæi corpus illuc advectum. 298. A.  
 Beneventum à Græcis captum. 323. A.  
 Obsessum à Roberto Guiscardo. 461. D.  
 Sed irrito conatu. 362. A.  
 Benignus Archiep. Mediol. 141.  
 Berandus, sive Hildebrandus S. R. E. Cardinalis  
 Legatus ad Mediolanenses. 103. B.  
 Berardus Comes Berardi Marforum Comitis filius.  
 472. D.  
 Berardus Comes Marforum. 234. B. 387. C.  
 Berardus Marforum Comes. 429. A.  
 Berengarius Eberardi Marchionis filius Italia  
 Rex. 333. B.  
 Berengarius II. Italia Rex. 334. A. & D.  
 Coronatus in Basilica S. Michaëlis Papiæ.  
 149. B.  
 Annus mortis ejusdem. Ibid. D.  
 Ab Ottone M. de Regno pulsus. 10. A.  
 Berengarius Hæreticus in Romana Synodo dam-  
 natus. 455. B.  
 Bernardus Parmensis Episcopus. 516. A.  
 Bernardus Clarevallensis Abbas. 573. A. 593. C.  
 Bernardus Comes de Alifis. 343. A.  
 Bernardus Teatinus Comes. 404. A.  
 Berta Heinrici IV. Augusti filia. 529. B.  
 Bertaldus Dux ab Heinrici IV. communionem se-  
 parat. 43. C.  
 Bertharius Abbas XIX. Casinensis. 309. B.  
 Libros conficit, civitatem S. Germani condit.  
 Ibid.  
 Monasterium à Saracenis redimit. 312. A.  
 Ab eisdem decollatus. 317. A.  
 Bertingrannus Episcopus Cænonianensis. 234. E.  
 235. A.  
 Boamundus Roberti Guiscardi filius. 469. A.  
 Casinatibus privilegia confirmat. 496. D.  
 Cruce-signatus. 498. B.  
 Ejus acta in expeditione. 499. A.  
 Boamundus Boamundi Principis filius. 523. C.  
 Bojanus Catapanus Græcorum. 363. D. 364. C.  
 Trojam & alias civitates condit. 371. B.  
 Pandulfo II. Capuano Principi favet. 378. B.  
 Sanctus Bonifacius apud Rusiam Martyr effe-  
 ctus. 352. C.  
 Bonifacius III. Papa. 255. A. 256. D.  
 Bonifacius Albanensis Episcopus S. R. E. Cardi-  
 nalis. 409. B.  
 Bonifacius Marchio Mathildis Comitissæ pater  
 interemptus. 4.  
 Tunc non vixit alter Montisferrati Marchio.  
 Ibid.  
 Bonifacius Conrado Augusto in Burgundia mili-  
 tat. 16. A.  
 Interemptus moritur. 21. A.  
 Bonifacius Marchio pro Heinrico IV. Imperatore  
 jurat. 519. A.  
 Bonitus, quintus Abbas Casinensis. 251. A.  
 Bonizo Landulphi Archiepiscopi pater Mediola-  
 num regit. 79. E.  
 Interficitur. 80. B.  
 Bonus Archiep. Mediol. 142.  
 Bonus Senior Episcop. Regiensis. 516. A.  
 Borelli filii fideles Monasterio Casinensi. 391. A.  
 Borellus Comes Borelli Majoris filius. 458. B.  
 Borellus Comes de Petra. 344. B.  
 Blatteus color qualis. 430. D.  
 Brebia Castellum. 36. B.  
 Bruno Episcopus Spirensis. 513. C.  
 Bruno Tullensis Episcopus. Vide Leo IX. Papa.  
 Bruno Signensis Episcopus. 508. C.  
 Bruno Abbas XL. Casinensis. 510. C.  
 Ad Signensem Episcopatum assumptus fugit.  
 511. B.  
 Tom. IV.
- Ejus scripta. 511. E. 512. A.  
 Paschali II. Papæ obsistens in odium ejus in-  
 currit. 520. A.  
 Abbatia dimissa Episcopatum repetit. 521. C.  
 Inter Cælites relatus. Ibid. D.  
 Burchardus Episcopus Monasterien. 519. A.  
 Burchardus Episcopus Saxonum. 517. B.  
 Burgundia à Conrado Augusto invasa ac debel-  
 lata. 16. C.
- C**
- C** Adalous Parmensis Episcopus Pseudopapa.  
 31. B.  
 Cancellarius Conradi I. Augusti. 386. C.  
 Ejus placitum pro Casinatibus. 404. D.  
 Antipapa electus & dejectus. 431. C.  
 Cajetana Familia nobilitas. 494. C.  
 Cajetani Duces. 362. A.  
 Cajetani Saracenos sibi adjungunt, tum repu-  
 diant. 316. B.  
 Adenulfum Aquini Comitem sibi Ducem presi-  
 ciunt. 393. C.  
 Calimerus Archiep. Mediol. 141.  
 Calixti I. Papæ Canon de puritate Presbytero-  
 rum. 130. D.  
 Calixtus II. Papa. 534. A.  
 A Guilielmo Apulia Duce fidelitatem recipit.  
 537. D.  
 In Romana Synodo Casinates, aliosque Mona-  
 chos tuetur. 546. A.  
 Ejus obitus. 548. A.  
 Calphon Saracenorum Rex. 299. A.  
 Campana signa appellata. 308. A. & D.  
 Uti & Clocha. Ibid.  
 Campanarium pulcherrimum Casini. 291. B.  
 Campania Provincia qualis. 186. A.  
 Cancellarii nomen quando invecum. 402. D.  
 Candidati qui olim dicerentur. 388. C.  
 Canonici Lateranenses olim Monachi. 257. C.  
 Canossa inexpugnabile Comitissæ Matildis Ca-  
 strum. 44. A. & E.  
 Arx munitissima in Regiensi agro. 334. A.  
 Cantorum Schola Romæ. 516. C.  
 Canusina Urbs, & Episcopus illius S. Benedicti  
 familiaris. 207. A. & D.  
 Capisterium vas ad purgandum triticum. 188. A.  
 Capitanei & Valvassores Mediolanenses, eorum  
 bella adversus Populum. 86. C.  
 Ducibus Mediolani dejectis ipsi invalescunt.  
 87. B.  
 Capitanei subditi Comitibus. 388. B. & E.  
 Capitanata Provincia unde dicta. 371. B.  
 Capua qua & Sicopolis. 303. C. 316. B.  
 Capua à Ludovico II. Imperatore capta. 312. C.  
 Capua vetus, & Capua nova. 316. B. 303. C.  
 A Græcis obsessa. 321. A.  
 A Richardo capta. 426. A.  
 Capua ab Hugone Marchione Tuscia obsessa.  
 347. B.  
 A Pandulfo II. Principe capta. 378. B.  
 Capuana Civitas igne consumpta. 541. C.  
 A Rogerio Rege vastata. 599. A. 600. A.  
 Capuana Ecclesia quando Metropolitana dignita-  
 te ornata. 230. E.  
 Civitas circumpositarum primaria. 326. A.  
 Archiepiscopali dignitate ornata. 346. C.  
 Capuani Landolfum Episcopum expellunt. 315. C.  
 Richardo Aversano Comiti diu resistunt. 426. A.  
 Capuanus Principatus à Beneventano divisus.  
 298. B.  
 A Saracenis vastatus. 299. A.  
 Cardinales Ecclesiæ Mediolanensis. 8. A.  
 XXIV. in Ambrosiana Ecclesia. 62. E. 93. E.  
 M m m m Ca-



- Carecta* locus caricibus herbis acutis abundans .  
290. D.
- Carlittus* Lotharii I. Augusti filius. 303. B.
- Carnellus* Fluvius idem ac *Garilianus*. 264. B.
- Carlomannus* Caroli Martelli filius *Monasticum*  
institutum *Casini* suscipit. 268. B.
- Mira* ejus humilitas. 269. A.
- In *Franciam* ab *Aistulpho* Langob. Rege mis-  
sus ibi diem claudit extremum. 270. A.
- Carolus Magnus* in *Italiam* contra *Langobardos*  
accitus. 70. B.
- Ambrosianum* Officium atterere conatur. 73. E.
- Ab *Hadriano* Papa in *Italiam* invitatus,  
276. B.
- Donationem* confirmat *Romana* Ecclesie. 277. A.
- Casinese* Monasterium visitat, eique *Privile-  
gia* largitur. 278. A.
- Quæ *Paulo* Diacono egerit. 284. A.
- Ejus versus ad *Paulum* Diaconum. 286. B.
- Carolus Calvus* Imperator. 315. A.
- Carrocii* bellici inventio. 18. C.
- Casalia* appellata *Villa*. 275. D.
- Casnates* Monachi in *Hungariam* inveciti. 394. D.
- Casinatis* Monasterii destructio prædicta à *S.  
Benedicto*. 209. A.
- A *Langobardis* peracta. 252. A.
- Quo tempore ejus eversio. 253. D.
- Restauratur à *Patronace* Abbate. 254. A.
- A *Carolo M.* visitatur. 278. A.
- Illæsum à *Saracenis*. 301. C.
- Casinese* Monasterium feminis ingredi nefas,  
quando verò liceat. 228. D.
- Sub defensione Imperatorum fuit. 263. E.
- Quæ ejus ditio temporalis. 265. C.
- A *Saracenis* incensum, & expilatum. 317. B.
- A *Leone* Abbate reedificatum. 324. B.
- Inhabitandum Monachis *Agapitus* Papa curat.  
331. A.
- Sub tutela, & defensione Imperatorum.  
303. A.
- Muris* ac turribus munitum à *Berthario* Abba-  
te. 309. B.
- Ejus Monachorum *Caritas* in *Vulturvensis* Cœ-  
nobii Monachos. 311. A.
- A *Ludovico* II. Imperatore invisitur. 312. B.
- A *Pandulfo* Capuano Principe vexatum.  
379. A.
- Expilatum. 380. C. 381. A.
- Conrado* I. Augusto protectum. 385. B.
- Et ab *Adenulfo* Cajetano Duce. 394. A.
- Est Camera Romani Imperii. 565. B. 577. A.
- Num ibi Sancti *Benedicti* corpus quiescat.  
438. D.
- Num ibi scripta *Regula* ab eodem Sancto viro.  
443. C.
- Nova* illic *Basilica* à *Desiderio* Abbate con-  
structa. 437. D.
- Et ingenti solemnitate dedicata. 447. A.
- Qui *Episcopi* & *Principes* dedicationi interfue-  
rint. 448. A.
- Ab *Agnete* Augusta invisitur. 450. C.
- Novis ædificiis per eundem *Desiderium* auge-  
tur. 452. B.
- Quot illi *Monasteria* subiecta in *Liguria*.  
504. A.
- Ejus turbæ sub *Rogero* I. Rege. 556. A.
- Casinese* Abbas appellatus *Abbas* Abbatum.  
528. B. & 375. A.
- Primus Regni Baro. 556. D.
- Privilegia illi à *Victore* II. Papa collata.  
408. B.
- Casinese* Abbas Dominus absolutus suæ *Terræ*.  
468. D.
- Utroque foro fruitur. 483. E.
- Princeps temporalis. 484. C.
- Pontificalibus utitur. 503. D.
- Casineasis* Abbatis electio quibus ritibus olim  
peracta. 610.
- Quibus ejus consecratio à *Romano* Pontifice fa-  
cta. 612. D.
- Casinese* Ecclesia à *Callisto* II. Papa commenda-  
ta. 546. A.
- Propriam & separatam habet *Diocesim*. 259. B.
- A *Zacharia* Romano Pontifice immediate sup-  
posita *Apostolicæ* Sedi. 260. A.
- Episcopali* titulo à *Joanne* XXII. Summo Pon-  
tifice ornata. Ibid. C.
- Episcopalis* dignitas illi ab *Urbano* V. adempta.  
Ibid.
- Retinet nihilominus *Episcopalem* jurisdictionem.  
261. A.
- Casium* Civitas Sancti Petri olim appellatum.  
304. A. & C.
- Casium* Castrum incolendum sibi sumis Sanctus  
*Benedictus*. 199. A.
- Ejus descriptio. Ibid. C.
- Fanum ibi ab *Ethnicis* positum & cultum.  
200. A.
- Casinus* Mons *Arcis* appellatione donatus. 185. A.  
263. D.
- Casinus* fluvius in *Lirim* fluens. 336. D.
- Castaldii* qui olim appellati. 283. C.
- Castritianus* Archiep. *Mediol.* 141.
- Catapanus*, idest militum dux. 363. D. & E.
- Cathecumeni* quomodo olim ad *Fidem* admissi.  
66. E.
- Cavense* Monasterium. Illuc se recipit *Desiderius*  
postea Papa. 415. B. 418. D.
- Causa* olim pro re, nunc cola. 318. D.
- Cella* vox pro *Monasterio* usurpata. 226. C. 230.  
A. 262. C.
- Ibi *Præpositus* præerat. 422. E.
- Cellarius* & *Cellararius* idem. 222. E.
- Cencius* Romanus impiè capit *Gregorium* VII. Pa-  
pam. 42. A.
- Cencius* Romanorum *Consul*. 469. B. 476. B. 477. A.
- Cereostatarii* qui olim forent. 514. E.
- Charitatis* Laudes à *Bellarmino* recitate. 129. B.
- Choropalastus*, seu *Curopolates* quod olim manus  
apud *Græcos*. 498. B. & D.
- Chrismon* Sancti *Ambrosii* pro *Cathecumenis*. 66. E.
- Christophorus* Papa e sede expulsus. 324. B.
- Chunradus* Romæ coronatus. 149. D.
- Ciboria* in *Templis* Christianorum. 291. E.
- Clemens* II. Papa eligitur. 21. A.
- Antea *Bambergensis* *Episcopus*. 396. C. 399. B.
- Cleri* Italici incontinentia *Sæculo* Christi XI. 49.  
Sed potissimum *Mediotanensis*. 92. E. 98. A. &  
seqq.
- Disputatum* *Mediolani*, an iis permittenda  
conjugia forent. 108. C.
- Clerici* appellati *Linguae* *Latinae* gnari. 200. A.
- Clericorum* ac *Sacerdotum* conjugia in *Italia*  
contra disciplinam *Ecclesiasticam* invecita.  
396. B.
- A *Stephano* IX. Papa improbantur. 409. C.
- Clocka* idem atque *campana*. 308. D.
- Cælestinus* V. Papa *Casinese* Cœnobium invisit.  
210. E.
- Cælibatus* *Clericorum* ab ipsis *Apostolis* præscri-  
ptus. 130. A.
- Cœpiscopus*, & *Subepiscopus* olim appellatus  
*Primicerius* *Sacerdotum*. 62. D. 93. D.
- Cognomina* quæ olim. 424. C.
- Unde nata. 425. D.
- Comam* tondere *Monachis* & *Clericis* in usu.  
320. D.

Comensis civitas ab Ardoino Italiae Rege invaditur. 12. C.

Comes idem olim ac Judex. 273. B.

Et Graphio. 277. B.

Comites qui olim appellati. 295. A.

Comites de Ciccano. 526. D.

Compagi, caligo in sacris. 503. E.

Concilii Carthaginensis II. Canon de Continentia Clericorum. 130. A.

Concilium Ticinense sub Leone IX. Papa. 25. A. Mantuanum. Ibid.

Congregatio pro Monasterio à Scriptoribus adhibita. 187. B.

Conjugia Clericorum. Vide Clericorum conjugia.

Conon, sive Conradus Berengarii II. Regis Italiae filius. 10. A. & C.

Conradus I. Imperator solemnità Regni Comitatu Ticini habet. 83. B.

Mediolanum dura obsidione cingit. 85. D.

Sed fugere compellitur. 86. A.

Conradus Salicus Italia Rex electus. 14. A.

In Imperatorem coronatur. 15. A.

Burgundiam invadit. 16. C.

In Italiam regressus Mediolanum obsidet. 17. C.

Secedere cogitur. 18. C.

Ejus mors. Ibid. D.

Conradus, qui & Cono, Primus inter Augustos. 378. A.

In Italiam descendit, Casinum adit. 384. B. & C.

Capuanum Principatum Guaimario desert. 385. B.

Ejus mors. Ibid. C.

Conradus Dux Suevia. 551. C. 573. A.

Imperator eligitur. 599. C.

Conradus Sabinensis Episcopus. 555. A.

Constantia filia Regis Francorum uxor Boamundi Principis. 523. C.

Constantinus Monomachus Imperator Graecorum. 403. C.

Constantinus Casinensis Abbas Sancti Benedicti in regimine successor. 185. B. 187. E. 251. A.

Constantinus Africanus Librorum Scriptor. 455. A.

Constantius Mediolanensis Archiepiscopus. 142. Ambrosianum Officium tuetur. 72. A.

Ejus mors. 73. B.

Constantius Episc. Aquinensis. 208. A.

Consuetudo Mediolani lavandi pedes Baptizatorum. 138. E.

Conversatio appellatum olim Monasticum Institutum. 189. C.

Crescentii arx Romae. 31. C.

Dicitur etiam castrum. 81. C.

Idem Crescentius capite plectitur. Ibid. D.

Crescentius Romanorum Consul. 11. B.

Neci datur. Ibid. C.

Ottoni III. Augusto rebellis capitis poena plectitur. 352. C.

Ejus uxor veneno Ottonem necat. 355. B.

Crispinus Episcopus Ticinensis. 77. C.

Cruce-signati ad Hierosolymam liberationem. 497. A. 498. A.

Eorum gesta. 499. A.

Hierosolymam capiunt. 503. A.

Crucis-signum pro subscriptione literatis quoque olim in usu. 289. B.

Crucis Antiphona in Ambrosiana Ecclesia. 67. D.

Euculla quae olim Monachis foret. 280. B.

Cunigunda nurus Conradi Imperatoris mortua. 86. B.

Curopolates quodnam olim officium. 498. D.

Curtis vox quid olim significaret. 249. D.

## D

Damasus Papa Romae Synodum Occidentarium Episcoporum indicit, ad quam etiam Orientales invitat. 128. B.

Damasus II. Papa ex Germania ortus. 396. C. 399. B.

Datii Chronicon idem ac Landulphi Senioris Historia. 51. & seqq.

Datus Archiepiscopus Mediolanensis, quid de eo tradat Gregorius Magnus. 72. C. & 142.

Dauserius Comes de Larino. 392. C.

Decumani Sacerdotes in Ambrosiano Clero. 64. E. 93. A.

Defensores qui Magistratus olim forent. 212. E. 515. B.

Desiderius Rex Langobardorum. 70. B.

Princeps saevissimus. 276. B.

In Franciam captivus trahitur. 277. A.

Desiderius Casinensis Abbas. 241. A.

Postea Victor III. Papa.

Casinensis Abbas XXXVII. Ejus enarratio de statu infelici Ecclesiasticorum sub Heinricho II. Augusto. 396. A.

Quando electus Abbas. 410. C.

Ex Principibus Beneventanis ortus. 414. A. & D.

Monasticam vestem induit. Ibid. D.

Beneventi Monachus habitat. 415. C.

Inde fugiens revocatur. 416. A.

Casinum se confert. 417. B.

An Casinensis Monachus sit appellandus. Ibid.

In Abbatem electus Constantinopolim Legatus pergit. 419. A.

Sed in itinere revocatur. Ibid.

Monasterii aedificia renovat, amplificat. 420. B.

Cardinalis S. R. E. renuntiatur. 421. C.

Multa Castra à Richardo Capuano Principe impetrat. 427. A.

Ecclesiastica ornamenta suo Cenobio auget. 429. B.

Tremitanos Monachos punit. 436. A.

Novam Sancti Benedicti Basilicam construit. 437. B.

Musivorum artifices in Italiam revocat. 442. A.

Maxima solemnitate Basilicam dedicandam curat. 447. A.

Alia ornamenta per ipsum congesta. 450. C.

Et nova aedificia. 452. B.

Inter Robertum Ducem, & Gisulfum Salernitanum frustra de pace agit. 461. A.

Roberto Guiscardo Duci Gregorium VII. Papam amicum facit. 462. B.

Ab Heinricho III. Augusto vexatur. 466. A.

Libertatem electionis Pontificiae tuetur. 467. A.

Ejus Epistola ad Petrum Damiani. Ibid. E.

Libros describendos curat. 473. D.

Dignus Papatu à Gregorio VII. pronuntiatur. 474. D.

Sed illum refugit. 475. C.

Invitus in Papam eligitur sub nomine Victoris III. 476. B.

Consecratur. 477. C.

Beneventanum Concilium habet. 480. A.

Casinum redit. 483. A.

Diem postremum claudit. 485. A.

Deusdedit Mediolanensis Archiepiscopus à Gregorio M. Papa confirmatus. 73. B. & 142.

Deusdedit Abbas XV. Casinensis. 296. A.

Miraculis claret. 297. A.

Diaconi olim in Abbates delecti. 229. C.

Diaconi VII. in Ambrosiana Ecclesia. 63. C. 93. E.

Die-

*Diacefeon divifio in orbe Chrifiano.* 259. C.  
*Diomedis Infula, nunc Tremiti.* 285. A.  
*Dionyfius S. R. E. Cardinalis coram Stephano Papa tuetur, aut tueri fingitur Mediolanenfem Clerum incontinentem.* 102. D.  
*Dionyfius Archiep. Mediol.* 141.  
*Docibilis Cajetanorum Dux.* 316. B.  
*Docibilis Hypatus & Dux Cajeta.* 363. B. & E.  
*Docibilis illegitimus Cafinensis Abbas.* 357. C.  
*Domini appellatio quibus olim probata, quibus improbata.* 241. B.  
*S. Dominicus Loricatus quando floruerit.* 382. B. & C.  
*Donaria facris Templis oblata.* 543. A.  
*Draconarii qui olim forent.* 515. A.  
*Drago Normannorum Dux in Apulia.* 389. C.  
*Apulia Comes.* 398. B.  
*Duces Mediolani. Quæ olim eorum auctoritas & munus.* 86. C.  
*Dejefti à Capitaneis.* 87. B.  
*Duchianus Catacanus Græcorum.* 388. A.  
*A Normannis fractus. Ibid.* B.

## E

*Ecclefia olim venundata.* 268. E.  
*Elephantiafis Letræ genus.* 221. E.  
*Encaustum olim, quod nunc inchiostro.* 412. D.  
*Entilma, Præceptum, Privilegium.* 323. C.  
*Epiphanius Epifcopus Ticinensis.* 77. C.  
*Epifcoporum electiones olim fchifmata pariebant.* 119. A.  
*Epifcoporum querela de Monachis sub Calixto II. in Romana Synodo.* 545. A.  
*Erafmus Epifcopus Segninus.* 448. A.  
*Eribertus Archiep. Mediol.* 143.  
*Eriprandus Vicecomes è Regali profapia.* 86. A.  
*Ervæus Archiepifcopus Capuanus.* 460. D.  
*Ethnicorum ritus immutati, & consecrati à Christianis.* 219. C.  
*Euchariftia quomodo olim fufcepta à Fidelibus.* 219. B.  
*Cum mortuis consepulta.* 220. E.  
*Eugenius Epifcopus Officium Ambrofanum Romæ tuetur.* 74. C.  
*Mediolani diem poftremum obit.* 75. E.  
*Ejus corpus divinitus revelatum. Ibid.* C.  
*Eulogia munusculum Caritatis, Benedictio appellata.* 196. D.  
*Eusebius Papiensis Epifcopus ab Heriberto Archiepifcopo Mediolanense Crucem deponere coactus.* 83. A.  
*Eufthachius à Sancto Ubaldo negat Datii Chronicon idem eſſe cum Landulphi Historia.* 51.  
*Euforgius Archiepifcopus Mediol.* 141.  
*Euforgius II. Archiepifcopus Mediol.* Ibid.  
*Euxebius Archiepifcopus Mediol.* Ibid.  
*Exarchatus Ravennæ à Pippino Apoſtolica Sedis dono datus.* 273. A.  
*Exfeftucare difveſtire.* 398. E.

## F

*Facies aliud à vultu.* 190. C.  
*Falcaſtrum ferreum, cujus uſus ad runcandum.* 194. B.  
*Fanones aurei quid forent.* 485. E.  
*Fanum unde dictum.* 200. E.  
*Fara generatio, familia.* 311. D.  
*Fauftus Scriptor Vitæ S. Mauri.* 235. B.  
*Fauftus Vitam S. Mauri Romæ ſcripſit.* 250. C.  
 255. A.  
*Femoralia quæ olim Monachis in uſu.* 280. B.

*Ferula à Sacerdotibus Mediolanenfis Ecclefie geſtata.* 64. C. 93. C.  
*Fibulatorium aureum.* 294. C.  
*Firmana Marchia.* 344. B.  
*Fiftula ad Sanguinem è Calice hauriendum.* 532. A.  
*Flafcones vafa lignea ad vinum ſervandum.* 210. A.  
*Florentius Presbyter invidus necem Sancto Benedicto molitur.* 196. A.  
*Pæna de eo divinitus ſumta.* 198. A.  
*Formoſus Papa, in eum ira Stephani V. Papæ.* 320. A.  
*Fortis Archiepifcopus Mediol.* 142.  
*Francorum exercitus à Saracenis fugatus.* 301. A.  
*Friderici Enobarbi privilegium Monafterio Sancti Dionyſii elargitum.* 136. A.  
*Fridericus Marchio Anconitanus.* 573. B.  
*Fridericus S. R. E. Cancellarius.* 402. A. & D.  
 403. C.  
*Henrico II. ſuſpectus Monafticam veſtem induit.* 404. C.  
*Transmundum Comitem excommunicandum curat.* 407. A.  
*Abbas Cafinensis XXXVI. eligitur.* 408. C.  
*Idem Cardinalis S. Griſogoni eligitur.* 408. A.  
*Papa eligitur, ac Stephanus appellatur.* 409. A.  
*Cafinense Cænobium adit ac corrigit.* 410. A.  
*Ejus obitus.* 411. C.  
*Donat Cafinati Monafterio multa.* 412. A.  
*Fridericus Coloniensis Archiepiſc.* 519. A.  
*Fridericus Dux nepos Henrici IV. Auguſti.* 513. B.  
*Fridericus Dux Sueviæ.* 551. C.  
*Fridericus Comes Palatinus.* 513. B.  
*Fronto Mediolanen. Archiepifcopus Simoniacè ordinatus.* 70. D.  
*Ejus horrenda mors.* 71. A.  
*Fruftuarienſe Monafterium, illuc Arduinus Rex Italiæ de Regno dejeftus ſe recipit.* 13. A.  
*Frumenti fertilitas quanta.* 213. C.  
*Fundana Civitas à Saracenis concremata.* 301. C.

## G

*Gaius Archiep. Mediol.* 141.  
*Galares in templis.* 300. A.  
*Galdinus Archiep. Mediol.* 141.  
*Galeæ naves num triremes.* 436. D.  
*Garilianus fluvius idem ac Carnellus.* 264. B.  
*Gaſtaldii qui olim appellati.* 283. C.  
*Gauſanis Abbatiffa Sancta Maria in Cingla.* 268. B.  
*Gebeardus Aiftettensis Epifcopus.* 401. B.  
*Pontifex Romanus eligitur.* 404. A. Vide Victor II.  
*Gebeardus Epifcopus Tridentinus.* 519. A.  
*S. Gebizo Monachus Cafinas.* 463. D.  
*Gelaſius II. Papa. Vide Johannes Cajetanus.*  
*Gemma uxor Giſulfi Salernitani Principis.* 344. A.  
*Genæ revelatæ Reliquiæ S. Johannis Baptiſtæ.* 19. C.  
*Georgius Patritius Græcorum Benevento Præfeftus.* 323. A.  
*Geraldus Sipontinus Archiepifcopus.* 435. A.  
*Gerardus Oſtienſis Epifcopus Sedis Apoſtolice Legatus ad Mediolanenfes.* 45. A. & E.  
*Gerardus S. R. E. Cardinalis.* 566. A. 573. A.  
*S. Germani corpus in Franciam deſert Ludovicus II. Auguſtus.* 314. C.  
*S. Germani civitas quando ædificata.* 304. C.  
 309. B. & E.  
*Quare ſic appellata.* 310. C.  
*Eadem civitas à Girardo Abbate, conſtructa*  
 mu-

- munitione, in officio continetur. 527. A.  
 Seditio ibi commota. 551. D.  
 Germanus Capuanus Episcopus, vir Sanctus. 230. B.  
 Geroncius Archiep. Mediol. 141.  
 Gigo, seu Gotofredus Dux, Matildis Comitissæ maritus, necatur. 118. B.  
 Gilbertus Archiepisc. Capuanus. 347. A.  
 Girardus Florentinus Episcopus Papa eligitur. 421. Vide Nicolaus II.  
 Girardus Abbas Casinensis XLI. 489. C. 521. D.  
 A Romano Pontifice consecratur. 522. A.  
 Civitatem S. Germani, aliaque Castra munit. 527. A.  
 Moritur. 545. B.  
 Girardus Hæreticus de Monteforti. 88. C.  
 Prava ejus dogmata. 89. A. 107. B.  
 Gisla Augusta Conradi Imperatoris uxor. 384. C. 386. C.  
 Gisulfus II. Dux Beneventanus, nepos Liutprandi Regis. 262. A.  
 Liberalis in Casinates. 263. A.  
 Ecclesiam Sanctæ Sophiæ Beneventi excitat pro sanctimonialibus, & Casinati Monasterio subjicit. 268. A.  
 Gisulfus Guaimarii filius Princeps Salernitanus. 344. A.  
 Gisulfus Pandulfi Principis Capuani filius. 347. D.  
 Gisulfus Princeps Salernitanus Casinatis Basilicæ dedicationi interest. 448. B.  
 Gisulfus Salernitanus Princeps Salerno spoliatus. 461. A. 475. B.  
 Gisulfus Secundus Salernitanus Princeps. 418. C. 422. C.  
 Gisulfus Guaimarii IV. filius Amalphantis dominatur. 401. A.  
 Gisulfus Teanensis Comes. 349. A.  
 Gisulfus Abbas XIII. Casinensis. 290. A.  
 Basilicam Casinatam ædificandam curat. Ibidem B.  
 Alia ejus opera. 292. A.  
 Glicerius Archiep. Mediol. 141.  
 Godefridus Lotharingiæ Dux in Heinrici II. Augusti odium incidit. 404. B.  
 Tusciæ Dux. 411. B.  
 Girardum Florentinum Episcopum Papam eligendum curat. 421. A. 434. A.  
 Godelpertus Abbas S. Vincentii ad Vulturum. 326. B.  
 Godescalcus Beneventanus Dux. 271. D. Vide Gotfcalcus.  
 Gontarius Abbas Monasterii Sancti Modesti. 298. A.  
 Gotefridus eligitur Mediolanensis Archiepiscopus. 33. A.  
 Obsidetur in Castellione. 34. A.  
 Inde elabatur. Ibidem B.  
 Archiepiscopatu privatur. 35. B.  
 Resurgit. 36. B.  
 Gotofredus I. Archiepiscopus Mediolan. 10. B. & 80. A.  
 Gotofredus II. eligitur Mediolanensis Archiepiscopus. 106. D. & 143.  
 Novariæ consecratur. 107. A.  
 In Castellione obsidetur. 115. A.  
 Gotefridus Dux Gotefridi filius, Matildis Comitissæ vir, occisus. 41. A.  
 Gotofredus Dux Matildis Comitissæ maritus necatur. 118. B.  
 Gothefredus Lotharingiæ Dux. 18. D.  
 Gotfridus Lotharingiæ Dux Cruce-signatus. 497. C.  
 Rex Hierosolymæ creatur. 503. A.  
 Gotfridus Dux in Normannos arma fert. 434. Tom. IV.  
 B. Vide Godefridus.  
 Gotfridus Comes Ciccanensis. 546. D.  
 Gotfcalcus Dux Beneventanus. 262. A. Vide Godescalcus.  
 Græci sub Ottone I. Aug. Calabriam & Apuliam sibi vendicant. 363. C.  
 A Melo ac Normannis ter prælio fusi. Ibidem.  
 In Apulia à Normannis non semel fracti. 388. B. 389. A.  
 Græcis Sacerdotibus quibus conditionibus indulta conjugia. 65. D. 66. A. 93. A.  
 Græcorum sententia negantium processionem Sancti Spiritus à Filio repulsa. 583. A. & seqq.  
 Græcorum error de nuptiis Clericorum à Bellarmino confutatus. 127. C.  
 Graphiones olim appellati Comites. 277. B.  
 Gratianus, nonus Abbas Casinensis. 273. B.  
 Gregorius Magnus Papa ad unitatem Romanæ Ecclesiæ reliquarum Ecclesiarum Officia deducit. 71. D.  
 Ambrosiano intacto utitur ad Romanum excolendum. 72. C.  
 Vitam S. Benedicti literis consignat. 185. A.  
 Quando illam scripserit. 253. D.  
 Idem Concilii Nicæni Canones per S. Spiritum ordinatos scribit. 133. D.  
 Ejusdem Epistola ad Clerum Ambrosianum. 73. E.  
 Gregorius II. Papa. Sub eo facta restauratio Casinatis Monasterii. 254. C. 255. B.  
 Gregorius VI. Papa. 395. A.  
 Simoniacè electus. 396. A.  
 Deponitur. Ibidem B. 21. A. & B. 397. A.  
 Gregorius VII. Papa. Vide Hildebrandus.  
 Gregorius Episcopus Ticinensis. 76. D.  
 Gregorius Monachus Lateranen., postea Innocentius II. Papa. 257. B.  
 Gregorius S. R. E. Cardinalis tit. Apostolorum Casinum adit. 550. B.  
 Gregorius de Valentia Cælibatum Clericorum approbat. 124. A.  
 Gregorius Terracinen. Episcopus. 521. C. 551. A.  
 Gregorius Dux Beneventanus. 255. B. & 271. A.  
 Gregorius Dux Neapolitanus. 324. A. 325. B.  
 Gregorius de Alberico Lateranensis & Tusculanensis Comes. 411. D.  
 Seditio commota Papam Johannem Veliternensem constituit. 412. A.  
 Gregorius Consul Romanorum multa Casinensi Cænobio largitur. 428. C. 472. B.  
 Gregorius Comes Palatii. 457. A.  
 Grimoaldus, Arichis filius, Princeps Beneventanus. 276. A. 277. B.  
 Multa Casinati Monasterio largitur. 283. A.  
 Grimoaldus alter cognomento Thesaurarius Princeps Beneventanus. 292.  
 Ejus mors. 294. C.  
 Grosolanus Archiep. Mediol. 143.  
 Guaisferius Salernitanus Princeps. 315. B.  
 Ejus mors. 316. A.  
 Librorum Scriptor. 473. C.  
 Guaimarius Princeps Salernitanus. 325. A. & C.  
 Guaimarius major Salernitanus Princeps. 344. A. 358. C. 363. A.  
 Guaimarius IV. Salernitanus Princeps Capuano Principatu donatus. 385. B.  
 Normannis favet. 389. B.  
 Et Casinatibus. Ibidem A. 390. A.  
 Casinum adit. 393. A.  
 A Principatu deponitur. 398. B.  
 Ab Amalphantis necatus. 401. D.  
 Desiderio postea Papæ consanguinitate propinquus. 415. A.

- Guala Regionensis Episcopus*. 520. C.  
*Gualdum nemus, silva*. 283. E.  
*Gualterius Comes Lesinensis*. 472. C.  
*Gualterius Comes de Lesina*. 356. A.  
*Guarinus electus Aquinensis Episcopus*. 556. D.  
*Guarnerus Suevus pro Leone IX. contra Normannos pugnatur*. 402. D.  
*Guibaldus Abbas XLVI. Casinensis electus*. 596. A. 597. B.  
*Ad eum Epistola Lotharii II. Augusti*. 598. C.  
*Abbatia valedicens fugit*. 600. B.  
*Ejus litera ad Casinates*. 622. A.  
*Guibaldus Stabulensis Abbas*. 591. A.  
*Guibertus Antipapa Clemens III.* 465. A. 467. A. 475. B. 478. A.  
*Ejus mors*. 506. C.  
*Antea Ravennas Archiepiscopus*. 119. B.  
*Guibertus Archidiaconus Mediolanensis*. 108. C.  
*Ejus oratio pro Clero*. 109. A.  
*Guido Guidonis Comitis filius Rex Italiae*. 333. *Vide Guido Dux*.  
*Guido Dux Spoletanus*. 315. A.  
*Beneventum Graecis eripit*. 323. A.  
*Guido S. R. E. Cardinalis*. 566. A. 573. A.  
*Guido Viennensis Archiepiscopus. Vide Calixtus II.*  
*Guido Archiepiscopus Mediolanensis*. 143. *Vide Wido*.  
*Guido Guaimarii Capuani Principis frater Surrento donatus*. 385. C. 401. A.  
*Guido Landrianensis vir summae dignitatis Mediolani*. 106. A.  
*Guido Comes de Sancto Angelo*. 310. B.  
*Guilielmus Nortmannus*. 387. C.  
*Normannorum Dux*. 389. B.  
*Guilielmus Dux Apuliae Rogerii filius, Roberti nepos*. 521. B.  
*Privilegia Casinatibus confirmat*. 523. B.  
*De Ducatu Apuliae investitur a Paschali II.* 524. B.  
*Gelasius II. fidelitatem praestat*. 531. A.  
*Tum Calixto*. 537. D.  
*Sine prole moritur*. 554. A.  
*Guilielmus Marchisi filius Cruce-signatus*. 498. A.  
*Ejus mors*. 500. A.  
*Guilielmus Comes Montis Gargani*. 507. D.  
*Guinifus Marforum Episcopus*. 341. C.  
*S. Guinizo Monachus Casinas*. 463. A.  
*Guiscardus cur appellatus Rotbertus Apuliae Dux*. 424. D.  
*Gunnarius Sardiniae Rex liberalis in Casmates*. 537. E. 538. A. & B.  
*Gyrardus Abbas Glanofoliensis*. 544. B.
- H
- H** *Adrianus I. Papa Carolum Magnum in Italiam advocat*. 70. B.  
*Officium Ambrosianum abolere nititur*. 73. E.  
*Carolus Magnus in Italiam invitat*. 276. B.  
*Henricus Germaniae Rex, Primus inter Augustos*. 12. B. & C.  
*Ejus bellum contra Arduinum Regem ab Italicis electum*. *Ibid.*  
*Trojam Urbem obsidet, Marchiones IV. capit*. 13. C.  
*Postremum diem obit*. 14. B.  
*Electus Italiae Rex ab Arnulpho Archiepiscopo Mediolanense*. 82. A. 83. A.  
*Coronatus Papiam in Basil. S. Michaelis*. 149. C.  
*Falsa scripta de translatione Corporis S. Benedicti de medio tollit*. 368. A.  
*Bambergensis Ecclesiam aedificat*. *Ibid.* B.  
*Imperator*. 355. B.  
*Romae coronatur*. 359. A.  
*In Italiam contra Graecos descendit*. 364. C.  
*Trojam obsidet, saque potitur*. 365. A.  
*Ope S. Benedicti sanitati restitutus*. 366. A.  
*Henricus II. Imperator*. 87. D.  
*De Mediolano sibi subdendo cogitat*. 88. B.  
*Mediolanensi Ecclesiae praeficit Guidonem Archiepiscopum*. 96. D.  
*Ejus mors*. 378. A.  
*Imperator Leoni IX. Papa Beneventum pro Bambergae tradit*. 368. C.  
*Conrado patri succedit*. 385. C.  
*Romanae Sedis infelici statui consulturus Concilium Sutrii convocandum curat*. 395. A. 396. A.  
*Tres Papas illegitimos deponendos curat*. *Ibid.* B.  
*Patricius & Imperator Romanorum creatus*. 398. A.  
*Casinum adit*. *Ibid.*  
*Gebeardum constitui Papam invitatus fuit*. 403. C.  
*Ejus mors*. 406. E.  
*Germaniae Rex*. 18. D.  
*Augustus proclamatur*. 19.  
*Italiam ingressus Romanae Ecclesiae necessitatibus succurrit*. 20. B.  
*Ejus obitus*. 22. B.  
*Henricus III. inter Augustos Rex creatus*. 406. E.  
*Expeditionem in Normannos parat*. 434. B.  
*Anathemate percussus a Gregorio VII.* 464. B.  
*Alia ejus gesta*. 465. A.  
*Romam obsidens a Roberto Guiscardo Duce fugatur*. 469. A.  
*Romanos vexat iterum*. 479. A.  
*Ejus mors*. 508. C.  
*Imperator & Germaniae Rex. Ejus dissidium cum Gregorio VII. Papa*. 118. B.  
*Arma movet in Rodolphum Saxoniae, sive Sueviae Ducem*. *Ibid.* B.  
*Thealdum Archiepiscopum Mediolanensem eligit*. 119. A.  
*Romam obsidet*. *Ibid.* B.  
*Et capit*. 120. A.  
*Inter Augustos*. 22. B. 31. B.  
*Ejus dissidia cum Gregorio VII. Papa*. 37. A.  
*Eidem Clericorum investituras Gregorius VII. Papa interdicit*. 38. A.  
*Ejus bellum contra Saxones*. 41. C.  
*Dissidia cum Gregorio VII. Papa*. 43. B.  
*Canossa Gregorio VII. Papae reconciliatur*. 44. A.  
*Contra Rodolphum Ducem, creatum Regem arma movet*. 45. B.  
*Henricus IV. inter Augustos patri succedit*. 508. C.  
*Ejus acta cum Paschali II. Papa*. 513. D.  
*Romam ingreditur*. 514. B.  
*Juramenta Romano Pontifici praestat*. 515. A.  
*Eundem impie capit*. 517. C.  
*Quibus conditionibus eum dimiserit*. 519. A.  
*In Italiam pro Terra Comitissae Matildis redit*. 528. D.  
*Romam regreditur*. 529. B.  
*Mauricium Pseudopontificem creat*. 530. B.  
*Ejus obitus*. 551. D.  
*Henricus Dux Bajoariae gener Lotharii II. Imperatoris*. 561. C.  
*Beneventana regione potitur*. 562. A. 565. B. 573. A. 582. D. 593. D.  
*Saxoniae Ducatu augetur*. 599. B.  
*Ejus mors*. *Ibid.* C.  
*Henricus Dux Carinthiae*. 513. B.  
*Henricus Episcopus Ratisponen.* 573. B. 598. A.  
*Heretici de Monteforti*. 88. D.  
*Eorum prava dogmata*. 89. A.



- Heribertus Archiepiscopus Mediolanensis eligitur.* 14. A.  
*Conradum Regem Italiae creat.* Ibid.  
*Ejus contentio de praecedentia cum Ravennate Archiepiscopo.* 15. A.  
*Laudensem Episcopum eligit, ac tuetur.* 16. A.  
*In Burgundia militat.* Ibid.  
*Contra illum conspiratio Walvassorum.* 16. C.  
*Prælium inquit cum iis in Campo Malo.* 17. A.  
*Conradum Augustum in Italiam revocat.* Ibid. C.  
*Ab ipso captus fugit.* Ibid.  
*Mediolanum obsessum tuetur.* 18. A.  
*Morti succumbit.* 19. E.  
*Tempore famis quam munificus in pauperes.* 82. B.  
*Eusebium Papiensem Episcopum Cruce ante se delata spoliat.* 83. A.  
*A Conrado Imperatore custodia traditur.* Ibid. E.  
*De ipso liberando consilium Abbatissæ S. Sixti.* 84. C.  
*Dilapsus inde Mediolanum regreditur.* 85. B.  
*Medius stat in bello inter Populum & Walvassores.* 88. A.  
*Girardum Hæreticum de Monteforte educit.* Ibid. D.  
*Ab universa Italia magno in honore habitus.* 90. C.  
*Monasterio S. Dionisi constructo moritur.* 91. C.  
*Ejus sepulcrum apertum.* 92. A.  
*Heribertus Ravennas Archiepiscopus de praecedentia contendit cum Mediolanense Archiepiscopo.* 15. A.  
*Herkempertus Historiæ Langobardicæ Scriptor.* 273. A. 321. A.  
*Herlembaldus à Landulpho & Arialdo in Mediolanensis Cleri incontinentiam incitatur.* 103. A.  
*Romam pergit, & Vexillo S. Petri insignitur.* 104. A. & C.  
*In Synodo Novariensi injustè damnatur.* Ibid. E.  
*Quid in Sacerdotes Mediolanenses egerit.* 108. D. 114. A.  
*Godefridum Archiepiscopum in Castellione obsidet.* 115. A.  
*Sancti Arialdi corpus colligit.* 116. A.  
*Martyr in prælio cadit.* 117. B. Vide Arlembaldus.  
*Hermeris, octavus Abbas Casinensis.* 273. B.  
*Hieronymus S. ad Pammachium scribens Continentes Clericos, ac Monachos laudat.* 137. E.  
*Idem in libro adversus Vigilantium Episcopos Nicolaitas arguit.* 138. B.  
*Hierosolima à Cruce-signatis capta.* 503. A.  
*Hilarius Teanensis Episcopus.* 310. B.  
*Hildebrandus ex Monacho Cardinalis Archidiaconus, Mediolanum Legatus Apostolicæ Sedis pergit.* 25. A.  
*Investituras Clericorum de manu Regiæ improbat.* 33. A.  
*Attoni electo Mediolanensi Archiepiscopo favet.* 36. C.  
*Papa Eligitur sub Gregorii VII. nomine.* Ibid. C.  
*Ejus dissidia cum Heinrico III. Augusto.* 38. A.  
*A Cencio Romano impiè captus, à Populo liberatur.* 42. A.  
*Henricum III. Augustum anathemate ferit.* 43. C.  
*Eum penitentem Canossæ excipit.* 44. A.  
*Legatos Mediolanum mittit.* 45. A.  
*Romam redit.* Ibid. C.  
*S. R. E. Archidiaconus Mediolanum Legatus ob incontinentiam cleri missus.* 103. B.  
*Romæ pro ea tollenda nihil non agit.* 104. C.  
*Calumnias contra Alexandrum II. Papam expendit.* 107. A.  
*Romanus Pontifex eligitur sub Gregorii VII. nomine.* 115. B.  
*Matildem Comitissam sibi faventem habet.* 118. B.  
*Romæ captâ in Castrum Crescentii fugit.* 120. A.  
*A Roberto Apuliæ Duce liberatur.* Ibid. C.  
*Salerni diem postremum obit.* 120. A.  
*S. R. E. Card. Subdiaconus ad Imperatorem Heinricum II. transmissus.* 403. B.  
*Victorem II. Papam invitum eligendum curat.* 404. A. 409. C.  
*Expellendus, antequam electio Pontificis fieret.* 411. B.  
*Alexandri II. electionem promovet.* 431. B.  
*Casmates honoribus augendos curat.* 435. B.  
*Ejus severitas.* 436. A.  
*Casinensis Basilicæ dedicationi interest.* 437. A.  
*Papa eligitur, Gregorius VII. appellatus.* 456. A.  
*Synodum Romæ habet.* 460. B.  
*Robertum Guiscardum anathemate percutit.* 461. D.  
*Tum absolvit.* 462. B.  
*Casinense Monasterium interdicto supponit.* Ibid.  
*Heinricum ab Urbis obsidione fugat.* 469. B.  
*Idem Heinricum III. anathemate ferit.* 464. B.  
*Pacem cum eo, tum dissidia habet.* 465. A.  
*Romæ obsessus à Roberto Guiscardo liberatur.* 469. C.  
*Ejus mors.* 474. C.  
*Hildebrandus Dux Spoleti.* 283. A. 314. A.  
*Hildebrandus Capuanus Archiepiscopus.* 435. B.  
*Hildebrandus Comes de Sora.* 344. C.  
*Hildericus Abbas XVI. Casinensis.* 297. A.  
*Hilduinus Archiep. Mediol.* 143.  
*Hisernia civitas à Ludovico II. Imp. expugnata.* 313. C.  
*Homo pro famulo, aut vassallo.* 328. D.  
*Homodeus Episcopus Sardinie.* 546. D.  
*Honor pro Dignitate.* 347. C.  
*Honorati qui olim appellarentur.* 277. D.  
*Honoratus Archiepiscopus Mediolanensis.* 69. D. & 142.  
*Genuam se recipit Langobardorum metu.* 70. A.  
*Honoratus Sublacensis Abbas.* 185. A. 187. E.  
*Honorius II. Papa. Vide Lambertus Ostiensis.*  
*Honestus Episcopus Verulanus.* 495. C.  
*Hubaldus Episcopus Sabinensis.* 448. A.  
*Hubertus Pisanus Archiepiscopus Apostolicæ Sedis Legatus.* 555. B.  
*Hubertus Firmanus Episcopus.* 356. B.  
*Hubertus & Amatus Comites Ciccani & Segnie.* 359. D.  
*Hugo Italiae Rex.* 8. A.  
*Crimen suum donis Ecclesiæ factis luit.* Ibid. D.  
*E Regno pulsus Burgundiam repetit.* 9. A.  
*Italiae Rex Casinatibus Irivilegia confirmat.* 330. C.  
*Electus Italiae Rex.* 334. A.  
*Monasterium S. Petri de Arle condit.* Ibid.  
*Hugo Magnus frater Philippi Regis Franciæ Cruce-signatus.* 498. A.  
*Hugo Lugdunensis Archiepiscopus.* 474. D.  
*Excommunicatur.* 481. B.

Hugo

Hugo Italiae Marchio ab Heinrico I. Imperatore captus. 13. C.  
 Hugo Marchio Transpadanus. 86. A.  
 Hugo Marchio Tusciae Capuam obsidet. 347. B. 348. A.  
 Hugo Cluniacensis Abbas. 43. C.  
 Casinum invisit. 467. B.  
 Humbertus S. R. E. Ex urbe fugit. 412. B.  
 Desiderium, postea Papam, diligit. 416. A. 419. D.  
 Humbertus Cardinalis contra Nicetam Abbatem, Graecorum errorem de incontinentia Clericorum defendentem, Librum scribit. 127. E.  
 Humbertus Episcopus Silva Candida Legatus ad Graecos. 403. C.  
 Casinum Judex missus. 407. C. 409. C.  
 Hungari Capuanum ac Beneventanum agrum depopulantur. 328. B.  
 A Marsis & Pelignis attriti. 329. A.

## I

Jacobus Abbas S. Vincentii ad Vulturum Legatus ad Ludovicum II. Imperatorem. 303. B.  
 Jannaccius Imperialis Protospatharius. 323. C.  
 S. Januarii corpus à Sicone Principe Beneventum defertur. 296. A.  
 S. Januarius Neapolitanos obsessos tuetur. 461. D.  
 Jevunia quae olim Monachis in usu. 280. D.  
 Jevunium aetivum IV. Temporum quando olim celebratum. 408. D.  
 Jlduinus Dux Mediolanensis. 69. C.  
 Illustris & Illustratus. 349. C.  
 Inclitus, seu inclytus pro integro. 322. D.  
 Infestucare investire. 398. E.  
 Innocentius II. Papa. 554. B.  
 Pisas fugit, Gallias petit. 555. A.  
 Lotharii II. Augusti ope Rogerii Regis inimici regionem evertit. 562. A.  
 Raynaldi Casinatis Abbatis causam cognoscit. 565. A.  
 Illum deponit. 595. D.  
 Innotesco pro notum facio. 199. A.  
 Insula S. Julii in Lacu Hortano. 9. B.  
 Interamna Samnii civitas. 512. E.  
 Investiturae Ecclesiasticorum è manu Laica damnata in Synodo Romana. 460. C.  
 Et in Beneventana. 481. A.  
 Investiturarum ritus qui olim foret. 398. D.  
 Johannes VIII. Papa privilegia Casinatibus confirmat. 309. A.  
 In Saracenos expeditionem instruit. 315. A.  
 Capuani Episcopatus lis ad ipsum delata. 316. A.  
 Johannes X. Papa in Saracenos arma movet. 326. A.  
 E sede pulsus. 328. A.  
 Johannes XI. Papa. 333. B. 334. A.  
 Johannes XII. Papa Ottonem I. Imperatorem coronat. 335. A.  
 Johannes XIII. Papa Capuanam Ecclesiam Archiepiscopali dignitate ornat. 346. C.  
 Johannes XV. Papa. 336. A. 350. A.  
 Johannes XIX. Papa. 378. C.  
 Conradum Salicum Imperiali Corona donat. 15. A.  
 Johannes Veliternensis Papa illegitimè constitutus. 412. A.  
 Mincius cognominatur. 419. D.  
 Johannes Cajetanus Monachus Casinas, postea Gelasius II. 494. C. 527. A.  
 Eligitur Papa. 530. A.  
 Heinricum IV. Augustum anathemate ferit. 531. A.

In Gallias fugit, ibique à morte rapitur. 534. A.  
 Johannes S. R. E. Cardinalis Legatus ad Mediolanenses. 33. C.  
 Johannes Cardinalis tit. S. Eusebii. 541. B.  
 Johannes de Salerno S. R. E. Cardinalis. 210. B.  
 Johannes Capuanus Archiepiscopus. 347. A.  
 Johannes Portuensis Episcopus. 492. A.  
 Johannes Sabinensis Episcopus electus Papa sub Silvestri nomine. 395. B.  
 Simoniacè electus. 396. D.  
 Deponitur. Ibid. B.  
 Johannes Soranus Episcopus avunculus Leonis Marsicani Historici. 352. A.  
 Johannes Placentinus Episcopus Apostolicam Sedem invadit. 11. B.  
 Ab Ottone III. turpissimè dejicitur. Ibid. C.  
 Johannes Episcopus Triventinus. 512. C.  
 Johannes Episcopus Tusculanus. 495. C. 517. D.  
 Johannes, sive Calojannes Alexii Graecorum Imperatoris filius. 522. C.  
 Patri succedit. 530. A.  
 Legatos ad Lotharium II. Aug. mittit. 582. D.  
 Johannes Dux Cajetæ. 325. B.  
 Johannes & Ademarius Comites de civitate Morrone. 387. D.  
 Johannes Consul & Dux Neapolitanorum. 329. B.  
 Johannes Imperialis Patritius Cajetanus. 363. B.  
 Johannes Comes de Pontecurvo. 428. C.  
 Johannes Comes Venafranus Landulfi filius. 472. B.  
 Johannes Abbas XXIII. Casinensis. 326. B.  
 Monasterium Capuae aedificat. Ibid. C.  
 Johannes II. Abbas XXIX. Casinensis. 348. B. 352. B. 353. C.  
 Johannes III. Abbas XXX. Casinensis. 354. A.  
 Ejus mors. 357. B.  
 Johannes Abbas Capuani Monasterii fundator, & Chronici Scriptor. 245. A.  
 Johannes Rotundulus Abbas Casin. rejectus. 357. B.  
 Johannes Archiep. Mediol. 142.  
 Johannis Baptista Reliquiae Genuae revelata. 19. C.  
 Johannis Praepositi Monasterii Lucensis sanctitas. 406. B.  
 Jonathas filius Jordani Principis Sorà potitur. 501. D.  
 Jordanus Richardi Capuani Principis filius. 427. C. 448. B. 459. C.  
 Patri in Principatu succedit. 462. A.  
 Pecuniam Casinatibus violenter eripit. Ibid.  
 A Deo punitur. 463. A.  
 Capuano Principatu investitur. 467. A.  
 Jordanus Princeps Concilio Capuano interest. 477. A.  
 Post Campaniam sibi subiectam moritur. 496. A.  
 Jordanus II. Princeps Capuanus. 535. D. 547. B.  
 Casinatibus fert opem. 553. B.  
 E vivis abit. 554. B.  
 Jordanus Archiep. Mediol. 143.  
 Josue Abbas Sancti Vincentii ad Vulturum. 290. A.  
 Italica Lingua quando, & quo pacto enata. 306. D. 307. A.  
 Non Etrusca, neque Florentina appellanda. 307. B.  
 Itta Principissa. 344. B.  
 Judex pro Comite. 273. B.

## L

L Aciniosus stilus, qui olim diceretur. 245. A. & C.

- Lacus Major, sive Verbanus.* 115. D.  
*Latus Archiep. Mediol.* 142.  
*Lambardia pro Langobardia, Lombardia.* 322. A.  
 & C. 348. B.  
*Lambertus Imperator quo tempore vixerit.* 50.  
*Mediolanensibus infestus.* 69. D.  
*Urbe potitur.* Ibid. E.  
*Necatur.* 70. D.  
*Lambertus Dux Spoletinus.* 311. A. 315. A.  
*Dux & Marchio.* 344. A.  
*Lambertus Guidonis Augusti filius Imperator.*  
 334. A.  
*Lambertus Ostiensis Episcopus, postea Honorius*  
*Papa.* 534. A.  
*Negatum ei à Casinatibus hospitium.* 547. A.  
*Papa eligitur.* 548. A.  
*Oderisium Abbatem Casinensem deponit.* 551. B.  
*Casinum adit.* 553. D.  
*Ejus mors.* 554. B.  
*Lambertus Alatrinensis Episcopus.* 495. D.  
*Landolfus Episcopus Capuæ.* 315. C. 316. B.  
*Landolfus Pandulfi Principis filius Princeps*  
*Capuanus.* 347. A. & B. 350. A. 377. E.  
*Landolfus Episcopus Lucerinus.* 350. A.  
*Landolfus Comes Caleni.* 459. C.  
*Lando Dominus Arpinensis civitatis.* 460. A.  
*Lando Comes Capuæ.* 303. C.  
*Lando Comes Trajectensis.* 472. D.  
*Lando Comes Aquinensis.* 389. D. 390. A.  
*Landolfus Comes Teanensis.* 428. C.  
*Landolfus Episcopus Capuæ.* 303. C.  
*Expellitur.* 315. C. 316. B.  
*Landolphus Archiepiscopus Mediolanensis.* 11. B.  
 & 143.  
*Monasterium S. Celsi fundat.* Ibid. A.  
*Landolphus de Carcano Archiepiscopus Mediola-*  
*nensis.* 79. C. 80. A.  
*Ottonem II. Imperatorem in Patriam suam*  
*armat.* 80. B.  
*Landulfus Archiepiscopus Beneventanus.* 523. A.  
 529. A.  
*Landulfus Atenulfi filius Capuæ Princeps.* 325.  
 A. 326. A. 327. A. 332. A.  
*Landulfus II. Capuæ Princeps.* 336. A. 337. A.  
 & C.  
*Landulfus III. Capuanus Princeps.* 336. A.  
*Landulfus IV. Capuanus Princeps.* 336. A.  
*Landulfus VI. Princeps Beneventanus.* 415. B.  
*Sive is Pandulfus.*  
*Landulfus Principis Pandulfi filius in prælio con-*  
*tra Saracenos interemptus.* 347. B.  
*Landulfus Pandulfi filius Capuano Principatu*  
*spoliatus à Richardo Aversano Comite.*  
 426. B.  
*Landulfus de S. Agatha filius Landulfi Beneven-*  
*tani Principis.* 350. D.  
*Landulfus Teanensis Comes.* 389. C.  
*Landulfus Castaldeus Capuanus seditionem in*  
*Radelchimo Principem movet.* 299. A.  
*Landulfus Comes Hiserniensis.* 346. A.  
*Landulfus Comes Minianensis.* 428. B.  
*Landulfus Salernitanus Princeps Monasticam vi-*  
*tam Casini amplectitur.* 356. C.  
*Landulfus Senior Historicus Mediolanensis quo*  
*tempore vixerit.* 49.  
*Ejus ignorantia, ac pravi affectus.* Ibid.  
*Cur luce donetur illius Historia.* 50.  
*Eadem est ac Datii Chronicon ab antiquis*  
*memoratum.* 51. & seqq.  
*Ejus petulantia in Summos Pontifices.* 57.  
*Ejusdem sententia de Datii Sanctitate à Pu-*  
*ricello reprobata.* 121. B.  
*Landolphus de Cottis in Mediolanenses Presby-*  
*teros conjugatos insurgit.* 98. B.  
 Tom. IV.
- A Guidone Archiepiscopo ejus zelus minime*  
*probat.* 99. C.  
*Populum in Clericos accendit.* 101. C.  
*Sibi Herlembaldum associat.* 103. A.  
*In Synodo Novariense injustè damnatur.* 104. E.  
*Guidonem Archiepiscopum ignominiosè habet.*  
 106. C.  
*Ejus mors.* 115. D.  
*Landolphus Mediol. Archiep.* 142.  
*Landolphus II Archiep. Mediol.* 143.  
*Landolphus Nobilis vir in Clerum Mediolanen-*  
*sem conjugii & Simoniacis deditum insur-*  
*git.* 23. A.  
*Eos acriter premit.* 24. A.  
*Romam ire proponens, vulneratur.* 29. B.  
*Postremum diem obit.* 30. A.  
*Langobardia à Græcis appellata Apulia.* 323. B.  
*Langobardi Italiam intrant.* 70. E.  
*Cenobium Casinense vastant.* 209. A.  
*Longobardi ne, an Langobardi appellati.*  
 251. E.  
*Italiam ingressi Monasterium Casinense diri-*  
*piunt.* 252. A.  
*Quo anno hoc egerint.* 253. D.  
*Lanzo Populo Mediolanensi Præfectus in bello*  
*contra Capitaneos & Valvassores.* 87. E.  
*Ad Henricum II. Imperatorem se confert.* Ibi-  
 dem D.  
*Pacem cum Valvassoribus init.* 88. A.  
*Lateranenses Canonici olim Monachi Benedictini.*  
 257. C.  
*Latina Lingua quæ olim doctis, quæ vulgo.*  
 305. C.  
*Popularis in sacris adhibita.* 306. A.  
*Ejus exordia, progressus, & declinatio.* Ibid.  
*Una in sacris Christianorum quare servata.*  
 307. A.  
*Laudenses Heriberto Archiepiscopo Mediolanensi*  
*frustra obsistunt.* 16. A.  
*Laurentius Archiep. Mediol.* 141.  
*Laurentius Junior Archiep. Mediol.* 142.  
*Lauretus Leonis Marsicani Chronicon ex suo in-*  
*genio corrumpit.* 253. E.  
*Lautharius Rex.* 149. A.  
*Layulfus Landulfi frater Capuanus Princeps.*  
 350. A.  
*In exilium pellitur.* Ibid. C.  
*Lazarus Archiep. Mediol.* 141.  
*Leibnitius (Godefridus) Arnulphi Mediolanen-*  
*sis Historiam evulgat.* 3.  
*Leo IV. Papa civitatem Leonianam ædificat.* 302. C.  
*Leo VI. Papa.* 328. A.  
*Leo IX. Tertio Casinum invisit, & cum Norman-*  
*nis prælium init.* 402. A.  
*Sed infelici successu.* 403. A.  
*Moritur.* Ibid. B.  
*Desiderium, postea Papam, diligit.* 416. A.  
 564. D.  
*Leo IX. Papa Beneventum pro Bambergæ recipit.*  
 368. C. 401. C.  
*Papa electus.* 396. D. 399. B.  
*Casinum adit, & Casinates privilegiis donat.*  
 Ibid.  
*Casinum rursus adit, & in Normannos arma-*  
*tur.* 401. A.  
*Papa Sanctus.* 21. A.  
*Synodum Romæ habet.* 97. D.  
*Leo Imperator Græcorum.* 324. B.  
*In Saracenos ad Garilianum habitantes arma*  
*movet.* 325. A.  
*Leo Archiepiscopus Capuanus.* 347. A.  
*Leo Acridanus Episcopus.* 403. A.  
*Leo Aquinensis Episcopus.* 454. B.  
*Leo Episcopus Benafranus.* 495. D.

- Leo** Episcopus Cajetanus. 494. A.  
**Leo** Vercellensis Episcopus, ejus oratio pro Mediolanense Clero in continente. 105. B.  
**Leo** Abbas Sancti Pauli Romæ. 369. A.  
**Leo** Abbas S. Vincentii ad Vulturum. 333. B.  
**Leo** Abbas XXII. Casinensis. 324. B.  
 Casinense Cœnobium reedificat. Ibid.  
 Ejus mors. 325. B.  
**Leo** Chronici Casinensis Auctor num Marsicanus appellatus à Patria, an à Familia. 242. E.  
 Quando Monasticam vestem induerit. 243. E.  
 Alia ejus gesta, & mors quando acciderit. Ibid. B. & C.  
 In Marsicana Civitate natus ac educatus. 351. D. & E.  
 Bibliothecarius Casinensis. 460. B.  
 Romæ fugit. 517. D.  
**Leoniana** civitas à Leone IV. Papa excitatur. 302. C.  
**Libellarius** contractus. 293. B.  
**Liberius** Patricius, Alatrensis Monasterii fundator. 230. A.  
**Liprandus** Presbyter Mediolani adversus Clericos conjugatos insurgit. 106. C.  
 Naso & auribus truncatur. 117. C. Vide infra Liutprandus.  
**Litania** Ambrosiana. 30. B.  
 Eadem cum jejuniis. 115. A.  
**Litulpus** Ottonis M. filius in Italia militat, ac moritur. 9. B. & C. 335. A.  
**Liturgia** sacra num olim sermone vulgari celebrata. 305. A. 306. A.  
**Liutprandus** Langobard. Rex. 271. A.  
**Liutprandus** Presbyter Arlembaldi fautor Mediolani. 38. C.  
 Naso & auribus truncatur. 39. A. Vide supra Liprandus.  
**Loffridus** Ridellus Dux Caietanorum. 459. D.  
**Lotharius** I. Romanorum Imperator. 297. B.  
 Regnum Francorum dividit. Ibid. C.  
 Ejus mors. 303. B.  
**Lotharius** Italiae Rex eligitur. 9. A.  
 Quot annis post patrem regnaverit. 147.  
**Lotharius** II. Imperator, Germaniae Rex eligitur. 551. C.  
 Italiam ingressus coronatur ab Innocentio. II. 555. A.  
 Beneventanam regionem subjicit. 562. A.  
 Casinensis Monasterii negotia pertractat. 563. D. Et seqq.  
 Casinum adit. 593. A.  
 Ejus pietas. 596. B.  
 Ejus Epistola ad Guibaldum Casinatem Abbatem. 598. C.  
 Extremum diem claudit. 599. B.  
 Eiusdem literæ ad Casinates. 621. B.  
 Idem Casinatibus Privilegia confirmat. 330. C. 334. A.  
 Ejus mors. Ibid.  
**Lucania** civitas. 278. C.  
**Lucorum** Sacrorum mos apud Ethnicos. 200. C.  
**Ludovicus** Pius Imperator Capitula ad Monachorum regimen Aquisgrani constituit. 287. A.  
 Pactam constitutionis Beato Petro & Paschali Papæ confirmat. 288. A.  
 Eiusdem Capitula de Monachis in Aquisgranensi Concilio statuta. 607. A.  
 Eiusdem Capitulum Langobardorum Episcoporum Simoniam damnat. 137. E.  
**Ludovicus** II. Imperator coronatus à Sergio II. Papa. 301. C.  
 Italiae dominatur, & Beneventanum Principatum dividit. 303. C.  
 Contra Saracenos incitatur. Ibid. B.  
 Iterum in Saracenos expeditionem parat. 312. A.  
 Ejus gesta. 313. A.  
 Ab Adelgiso Beneventano Principe captus ac dimissus. 313. A.  
 Monasterium Casauriense fundat. Ibid. C.  
 Sublato corpore S. Germani in Franciam revertitur. 314. C.  
**Ludovicus** Bosonis filius Imperator. 334. A.  
**Lupus** Teanensis Episcopus. 310. B.  
**Lyrus** fluvius idem ac Garilanus. 264. C. & E.  
 Ejus fontes. 276. B.

## M

- Macarius** Jerusalemitanus Episcopus Constantino Magno, ac Helena carus. 132. B.  
**Madelfrid** Comes Termulensis. 345. E.  
**Maginardus** Episcopus Silva-Candida. 31. D. 33. E. Vide infra Mauuardus.  
**Magister** Notariorum in Clero Ambrosiano. 64. B. Puerorum, sive Scholatum. Ibid.  
**Magister** Militum quale officium. 378. D.  
**Magnus** Archiepiscopus Mediolanensis. 141.  
**Majelpotus** Abbas XXVI. Casinensis. 332. A.  
**Mainardus** Silva-Candida Episcopus. 419. B. & D. Vide supra Maginardus.  
**Mainfredus** Marchio eximius. 13. C.  
**Majo** Abbas Sancti Vincentii ad Vulturum. 321. B. 326. B.  
**Malaspina** Marchio Liguria. 573. B.  
**Manasses** Arelatensis Episcopus Mediolanensem Sedem occupat. 9. B.  
**Mancipia** unde dicta. 267. E.  
**Mancusi** solidi. 310. B. & D.  
**Maniacus** Dux ad debellandos Saracenos in Sicilia à Græco Augusto missus. 387. C.  
 Ob rebellionem trucidatur. 388. A.  
**Manipulorum** usus in sacris. 429. E.  
**Mannasses** Archiepiscopus Mediolanensis. 143.  
**Mansionarii** munus quid olim foret. 289. A.  
**Manso** Abbas XXVIII. Casinensis. 348. A.  
 A Capuanis captus & cæcatus. 351. B.  
 Ejus mors. 353. B.  
**Mansus** quæ olim agri mensura. 504. D.  
**Mansuetus** Archiepiscopus Mediolanensis. 142.  
**Manumissio** servorum quomodo olim peracta. 267. E.  
**Maraldus** Castaldeus civitatis Cannensis. 346. A.  
**Marcianus** Archiepiscopus Mediolanensis. 141.  
**Marchia** Firmana. 344. B.  
**Marchiones** unde dicti. 293. B.  
**Marcheus** custos limitum. 263. B.  
**Marci** Poëtæ Carmen de laudibus Sancti Benedicti. 605. A.  
**Maria** Ottonis III. Augusti conjux. 50. & 82. C.  
**Marinus** II. Papa. 329. B.  
 Casinatibus Ecclesiam restituendam curat. 330. A.  
**Marinus** Trajectensis Comes. 410. A. 472. C.  
**Maris** aqua num aliquando dulcis. 343. C.  
**Marrolus** Archiepiscopus Mediolanensis. 141.  
**Marsicana** Civitas. 242. E.  
 Pagus. 297. A.  
**Marsorum** Comites à Berardo Comite derivati. 234. B. 341. C.  
 Fideles Monasterio Casinensi. 391. A.  
**Marianus** Anthypatus, Patritius, & Stratigus Calabria, & Langobardia. 338. C.  
**Martinus** Aquinensis Episcopus. 423. C.  
**Massa** olim fundus, prædium. 264. D.  
**Massar** Saracenorum Dux. 302. C.  
 Capite plectitur. 303. C.  
**Matthæi** Sancti corpus Salernum transfertur. 342. A.

- Matthæus Episcopus Albanensis.* 552. B.  
*Matera civitas Saracenis erepta à Ludovico II. Imperatore.* 313. A.  
*Maternus Archiepiscopus Mediolanensis.* 141.  
*Matilda Comitissa Bonifacii ac Beatricis filia.* 41. A.  
*Henricum IV. Gregorio VII. Papa reconciliat.* 44. A.  
*Matilda, Comitissa Liguria, & Tuscia, sua Romana Ecclesia donat.* 464. B.  
*Immunitatem Casinensibus largitur.* 473. B. 475. C.  
*Urbem adit.* 477. D. 491. B. 492. A. 504. B. 505. B. 507. D. 528. D.  
*Matilda Comitissa Allodiam Lothario II. Augusto concessum.* 555. A.  
*Matildis Comitissa Gregorio VII. Papa adheret.* 118. B.  
*Matta storea genus.* 204. D. 280. B.  
*Mauricius Bracharensis Antipapa.* 530. B.  
*Captus in Arcem Janula traditur.* 537. D.  
*Maurus Sancto Benedicto erudiendus traditur.* 193. A.  
*Placidum puerum prodigiòse è lacu educit.* 195. A.  
*Diaconus fuit.* 218. B.  
*In Galliam à S. Benedicto missus.* 234. D.  
*Ejus Vita à Fausto, tum ab Odone scripta.* 235. C.  
*In Gallia disseminat Regularem disciplinam S. Benedicti.* 248. A.  
*Mauri Sancti Reliquia in Casinensem Basilicam inlata.* 376. A.  
*Maurillus Archiepiscopus Mediolanensis.* 142.  
*Maximiani Augusti Palatium Mediolani.* 78. A.  
*Medicam artem exercere olim Clericis, & Monachis in usu.* 309. C.  
*Mediolani Arcus Romanus olim.* 8. C.  
*Cives in Landulphum Archiepiscopum seditionem movent.* 11. B.  
*Mediolani Schola Cantorum, ac Philosophorum.* 93. B.  
*Mediolanum celebre in Clericis.* 96. A.  
*Qua ibi turba, Populo in Clerum incontinentem armato.* 106. & seqq.  
*Ejus Urbis incendium dirissimum.* 115. B.  
*Mediolani Schisma inter Clerum, & Populum.* 23. C.  
*Compositum à Petro Damiani Episcopo Ostiense.* 29. A.  
*Tum à Maginardo ac Minuto Cardinalibus.* 32. A.  
*Mediolani laudes, & quid ibi veteres Augusti præstiterint.* 69. D. 77. B.  
*Qui Imperatores hanc urbem incoluerint, ac ornarint.* 78. D.  
*Ejus obsidio à Conrado Augusto facta.* 85. D.  
*Bellum ibi inter Valvassores, & Populum.* 86. C.  
*Quid ibi Duces olim præstarent.* Ibid.  
*Mediolanenses bella gerunt adversus Papienses.* 22. B.  
*Mediolanensis Archiepiscopus olim Ticinenses Episcopos consecrabit.* 76. D. 77. B.  
*Quam latè Metropolitana ejus auctoritas se extendere.* Ibid. B.  
*Multa dona ab Ottone Magno recipit.* 79. E.  
*Mediolanensis Archiepiscopi contentio cum Ravennate de præcedentia.* 15. A. & 97. D.  
*Ejus est coronare Italiae Regem.* Ibid. C.  
*Mediolanensis plebis dissidia à militibus.* 19. A.  
*Mediolanensis Cleri incontinentia à Summis Pontificibus repressa.* 49. & 57.  
*Quomodo is à Sancto Ambrosio distinctus & eruditus.* 59. A.  
*Non conjugia eidem à S. Ambrosio permissa.* 49. 65. B. & E.  
*Ad eum Epistola Gregorii M. Pape.* 73. E.  
*Ejusdem ritus ac mores, Heriberti Archiepiscopi ævo.* 92. B. 93. A.  
*Incontinentia.* 98. A. & seqq.  
*Contra eum Populus insurgit.* 101. C.  
*Mediolanensis Clerus Simonia & incontinentia infimulatus.* 24. A. & seqq.  
*Quid cum illo egerit Petrus Damiani Ostiensis Episcopus.* 26. A.  
*Eorum mores Wido Archiepiscopus execratur.* 27. D.  
*Qua de illo constituta ab Apostolica Sedis Legatis.* 32. A.  
*Mediolanum à Conrado Augusto obsessum.* 17. C.  
*Sed is inde secedere compulsus.* 18. B.  
*A Civibus Nobilibus denuo obsessum.* 19. A.  
*Mediolanum diro incendio attritum.* 34. C.  
*Novo incendio affigitur.* 38. C.  
*Melpria Apulia caput & janaa.* 388. A.  
*Mello vox Arcem significans.* 263. B.  
*Melotes vestis genus.* 180. B. 195. C.  
*Melus Dux contra Græcos.* 362. C.  
*Normannos commilitones adhibet.* 363. C.  
*S. Mercurii corpus Beneventi.* 274. A.  
*Merula avis nigra.* 190. B. & E.  
*Messana à Roberto Guiscardo capta.* 461. D.  
*S. Michaelis Archangeli memoria in monte Gargano.* 282. A.  
*Michaël Patriarcha Constantinopolitanus anathemate à Latinis percussus.* 403. A.  
*Michaël Constantinopolitanus Imperator.* 458. A. 469. D.  
*Miles pro eques olim in usu.* 462. C.  
*Militum, sive Nobilium Mediolanensium dissidia ab ejus urbis plebe.* 19. B.  
*Milo Sueffanus Episcopus.* 435. A.  
*Minutus Cardinalis Presbyter.* 31. D.  
*Missæ olim cantu Græco & Latino, simul & utroque sermone peracta.* 304. E.  
*Missæ publicæ & privatae quæ olim forent.* 373. E.  
*Monachi olim quantopere nova Monasteria, sive Cellas, construere amarent.* 330. C.  
*Monachi ab Episcopis in Romana Synodo sub Calixto II. infimulati, quod jura Episcopalia attenuarent.* 545. A.  
*Monachi olim Canonici Lateranenses.* 257. C.  
*Monas Archiep. Mediol.* 141.  
*Monasterium Sancti Celsi fundatum à Landulpho Archiep. Mediolanen.* 11. A.  
*S. Victoris ab Arnulpho II. Archiepiscopo.* 13. D.  
*S. Dionysii ab Heriberto Archiepiscopo.* 19. C. & 91. C.  
*Monasterium & Congregatio idem olim.* 187. B.  
*Minora Monasteria Cellæ appellata.* 226. C. 230. A. 262. C.  
*Monasterium Plumbariola juxta Casinum.* 227. C.  
*Romanum juxta Lateranense Patriarchium.* 253. A. 256. C.  
*Sancti Vincentii ad Vulturum quando fundatum.* 257. A.  
*Fuit sub defensione Imperatorum.* 263. E.  
*Sanctæ Mariæ in Cingla.* 266. A.  
*Monasterium S. Sophiæ Sanctimonialium Beneventi ab Arichi Principe constructum.* 273. B. 323. B.  
*S. Mariæ in Banze.* 292. B.  
*Sancti Modesti.* 298. A.  
*Casauriense Sanctæ Trinitatis à Ludovico II. Aug. fundatum.* 313. C.  
*Sancti Liberators in Comitatu Teatino.* 318. B. S.



- S. Comitii*. Ibid.  
*Monasterium S. Angeli juxta Sangrum*. 313. D.  
*Teanense ab igne crematum*. 322. C.  
*Monasterium S. Sophiae de Benevento Casinatibus ereptum*. 330. B.  
*Tum restitutum*. 331. B.  
*Sancti Stephani juxta Terracinam*. Ibid.  
*Sancti Angeli in Barregio*. 313. B. 341. A.  
*Sancti Bonifacii Romae*. 352. A.  
*Monasterium S. Benedicti apud Sueffam*. 357. A.  
*Sancti Modesti in civitate Beneventana*. 358. A.  
*Sanctae Trinitatis ad Cavam*. Ibid. B.  
*Albanetae*. Ibid. C.  
*Monasterium S. Johannis, quod Veneris cognominatur*. 404. D.  
*S. Stephani supra Terracinam*. 402. B.  
*Lucense S. Georgii quando fundatum*. 406. B.  
*SS. Sebastiani & Zotici Romae*. 409. E.  
*Cavense*. 415. B.  
*Tremitanum*. 416. A.  
*Quae in hoc turbae acciderint*. 436. A.  
*Monasterium Glanofoliense in Gallia Casinati subjectum*. 504. A. 535. D.  
*Alia Monasteria in Liguria eidem subjecta*. Ibid.  
*Monasterium S. Vincentii à Desiderio Rege Langobardorum Mediolani fundatum*. 70. B.  
*S. Vincentii ad Vulturum sub tutela & immunitate Imperatorum*. 303. A.  
*A Saracenis direptum, combustum*. 311. C.  
*Monastica vestis à morituris assumpta*. 316. D.  
*Monasticum institutum Conversatio sancta olim appellatum*. 189. C.  
*Monastici ritus Casini qui forent sub Bassacio Abbate*. 304. A.  
*Monasticae Societatis ritus antiquus*. 467. E.  
*Singulae officinae suis redditibus donatae*. 538. E.  
*Monastici ritus qui forent sub S. Benedicto*. 205. C. & D.  
*Sub Theodemaro Abbate duodecimo, qui Monachis victus & vestes constituit*. 279. A. 280. A.  
*Moniales olim clausae in Cenobio, aliae in propriis aedibus*. 212. C. 215. A.  
*Monialibus olim interdum à clausura egredi non interdictum*. 228. A. & C.  
*Montisfortis Castrum Girardus Hereticus pravis dogmatibus imbuit*. 88. D.  
*Ejus loci Comitissa*. 89.  
*Morinus Comes Benafranus*. 458. B. 494. B.  
*Mudeles Archiep. Mediol.* 141.  
*Mulomedicus Medicus equorum*. 223. D.  
*Musivorum artifices in Italiam à Desiderio Abbate Casinense revocati*. 439. B.  
*Muti quidam num quia Surdi*. 281. C.
- Nicolaitarum Haeresis in Clero Mediolanense*. 24. A. 25. B.  
*Nicolaus I. Papa Privilegium Casinatibus concessit*. 298. B.  
*Nicolaus II. Papa electus*. 421. A.  
*Melphensem Synodum habet*. 422. B.  
*Richardo Principatum Capuanum, Rotberto Ducatum Apuliae &c. concedit*. 423. D.  
*Nicolaus Patricius, cui Picingli cognomen erat, in Saracenos arma movet*. 325. B.  
*Nicolaus Abbas XLIII. Casinensis*. 550. E.  
*Deponitur*. 552. A.  
*Nicolaus Diaconus erroris fornicandi auctor à pluribus cogitatus*. 127. D.  
*Nigellum fortassis idem quod nunc smalto*. 412. C.  
*Nilus Sanctus Abbas fundator Monasterii Cryptae ferratae*. 352. A. & D.  
*Nomen in ingressu Monasticae vitae immutare olim rarum*. 415. E.  
*Nomenclatores qui olim dicerentur*. 289. B.  
*Nomina veterum qualia forent*. 424. B.  
*Nominis mutatio in novo Romano Pontifice unde orta*. 476. D.  
*Nonantulana Abbatia à quo fundata*. 8. D. & E.  
*Normanni quo tempore in Apuliam profecti*. 362. C.  
*Ad rapinam avidi*. 386. A.  
*Maniaco Graecorum Duci se jungunt ad recuperandam Siciliam*. 387. C.  
*Eorum victoriae praeliantium contra Graecos*. 388. B. 389. A.  
*Apuliam dividunt*. Ibid. B.  
*Casinatibus infesti*. 390. E.  
*A Casinatibus repressi*. 392. A.  
*Drogo eorum ductor Apuliae Comes ab Heinricho II. confirmatus*. 399. A.  
*Contra Leonem IX. Papam praelium incunt, eumque capiunt*. 403. A.  
*Apulia, Calabria, & Sicilia sub Roberto Guiscardo potiti*. 426. A.  
*A Godefrido Tusciae Duce territi Campaniam deserunt*. 434. C.  
*Concordiam cum Heinricho III. Augusto pertractant*. 465. B.  
*Normannorum adventus in Apuliam*. 13. A.  
*Eorum feritatem Leo IX. Papa compescere nititur*. 21. A.  
*Notarii qui olim appellarentur*. 277. B.  
*In Ambrosiana Ecclesia iidem atque Acolythi*. 64. A. 93. A.  
*Notcherius Laudensis Episcopus*. 15. D. & E.  
*Novaria ab Ardoino Italiae Rege obsessa*. 12. C.  
*Novariensis Synodus à Guidone Archiepiscopo Mediolanense celebrata*. 104. C.  
*Nursia S. Benedicti patria*. 186. A.

## N

- N** *Atalis Archiep. Mediol.* 142.  
*Neapolis à Pandulfo II. Capuano Principe Graecis erepta*. 378. C.  
*Tum ab ipsis recepta*. 379. A.  
*Neapolis à Richardo Principe Capuano obsessa*. 461. D.  
*Sancti Januarii ope liberata*. 462. A.  
*Neapolitana Ecclesia Graeco & Latino sermone in sacris olim usa*. 304. C.  
*Neapolitani Capuam obsident*. 321. A.  
*Cum Saracenis foederati*. 315. A.  
*Neocaesariense Concilium fornicantibus Clericis poenis constituit*. 131. C.  
*Nicana Synodi Patres habitationem cum uxoribus Clericis negant*. 131. D.  
*S. Nicolai Mirensis corpus Barim delatum*. 477. C.

## O

- O** *Berti Archiep. Mediol. Privileg. Monasterio S. Dionysii concessum à Puricello citatum*. 136. E.  
*Obizo Marchio Italiae captus ab Heinricho I. Augusto*. 13. C.  
*Oblationes pro Sacrificio olim à Fidelibus factae*. 216. A. & E.  
*Odelricus Archiep. Beneventanus*. 416. B.  
*Odelricus Astensis Episcopus*. 13. C.  
*Moritur in praelio*. 17. B.  
*Oderisus Abbas XXXVIII. Casinensis Oderisii Marforum Comititis filius*. 423. B.  
*Cardinalis S. R. E.* 468. D.  
*Casinensis Abbas à Victore III. Papa electus*. 484. A.  
*Prima ejus aeta*. 491. B.

*Infirmarium construit.* 492. B.  
*Sancti Martini Ecclesiam dedicat.* 495. A.  
*E vivis abit.* 508. A.  
*Oderisus II. Abbas XLII. Casinensis.* 545. B.  
*Romanæ Ecclesiæ Cardinalis creatur.* 521. D.  
 545. D.  
*Lamberto Episcopo Ostiensi hospitium negat.* 547. A.  
*Ab eodem, Papa creato, deponitur.* 551. B.  
*Seditio in eum commota.* 552. A.  
*In Castra Casinensium sævit.* 551. B.  
*Renuntiat Abbatæ.* 552. B.  
*Oderisus Casinensis Abbas, cui Leo Marsicanus suum Chronicon dicat.* 241. A.  
*Oderisus Comes de Balva.* 344. C.  
*Oderisus Oderisii Sangrorum Comitum filius.* 496. D.  
*Oderisus Marsorum Comes.* 347. B. 355. B. 360. B. 404. B.  
*Odilo Cluniacensis Abbas Casinense Monasterium invisit.* 372. B.  
*Ejus humilitas.* 373. A.  
*Oddo potens Francorum Comes.* 18. D.  
*Oddo Abbas Glanofoliensis restaurator vitæ Sancti Mauri.* 235. C. 251. D.  
*Officium & Ritus Ambrosianæ Ecclesiæ Gregorius M. intacta relinquit.* 72. B.  
*Carolus M. abolere nititur.* 73. E.  
*Cælesti prodigio defenduntur.* 74. C.  
*Oldebertus Archiep. Mediol.* 142.  
*Olibanus Galliarum Comes Casini Monasticam vestem induit.* 353. A.  
*Oliva Guidonis Archiepiscopi neptis Arialdum fugientem capit.* 115. D.  
*Olricus Archiep. Mediol.* 143.  
*Optatus septimus Abbas Casinen.* 272. A.  
*Legatus ad Aistulfum Langobard. Regem.* Ibid. C.  
*Ejus mors.* 273. A.  
*Oraculum S. Johannis Casini, ubi sepultus Sanctus Benedictus.* 201. C. 223. B.  
*Sancti Martini constructum ibidem à Sancto Patriarcha.* 201. A. & D.  
*Oratio pro benedictione.* 205. A. & D.  
*Ordo Clericorum in Mediolanensi Ecclesia qualis.* 59. A. 61. A. 92. B.  
*Oscela civitas.* 147.  
*Ostiarum in Ecclesia Ambrosiana.* 64. B.  
*Otto Magnus in Italiam adscitus Adelaidem Reginam sibi jungit.* 9. A.  
*Berengario II. dejecto Imperator creatur.* 10. A.  
*In Italiam advocatus Rex eligitur, & coronatur.* 79. B.  
*Imperator quoque creatur.* Ibid. D.  
*Saxonia Dux erat.* 334. B.  
*Adelaidem Reginam uxorem ducit.* 335. B.  
*A Johanne XII. Imperator coronatur.* Ibidem A.  
*Privilegia Casinatibus confirmat.* 341. C.  
*Otto II. Imperator, ejus gesta in Apulia.* 10. B.  
*Ejus postrema dies.* 11. A.  
*Moritur apud locum Paterne dictum.* 149. C.  
*Anni Regni indicati.* 147.  
*Privilegia Casinatibus confirmat.* 341. B.  
*Sinistro successu Saracenos aggressus, paulò post moritur.* 347. A.  
*Mediolanum obsedit.* 80. C.  
*Pacem cum Civibus iniit.* Ibid. A.  
*Otto III. Rex Germaniæ creatus.* 11. A.  
*Romam rebellantem sibi subdit.* Ibid. C.  
*Immatura morte rapitur.* 12. B.  
*Idem Imperator an conjugatus fuerit.* 50. & 80. C.  
*Legatum Constantinopolim ad petendam uxorem.* Tom. IV.

*rem mittit.* Ibidem D.  
*Ejus acta Romæ.* 81. C.  
*Venenatus diem postremum claudit.* 82. C.  
*Regnum Italicum accipit.* 347. B.  
*Casinatibus privilegia confirmat.* 349. A.  
*Coronatur Imperator.* 352. B.  
*Crescentium rebellem morti tradit.* Ibid. C.  
*Casinense Cœnobium visitat.* 354. A.  
*Beneventum profectus, inde corpus S. Bartholomæi asportandum irritò consilio curat.* Ibid. D.  
*Beneventum obsidet, & moritur.* 355. A.  
*Otto Saxoniæ Dux.* 41. A.  
*Otto Ostiensis Episcopus.* 474. D.  
*Papatu dignus à Victore III. pronuntiatur.* 484. A.  
*Papa eligitur, Urbanus II. appellatus.* 492. D.  
*Casinum adit, ibique ope Sancti Benedicti sanitatem recipit.* 493. B.  
*Hierosolymitanæ expeditionis auctor.* 497. C.  
*Ejus obitus.* 505. C.  
*Otto Capuanus Archiepiscopus.* 538. B.  
*Otto Abbas XXXIX. Casinensis.* 508. A.  
*Ejus electio in dubium revocata.* 509. C.  
*Moritur.* 510. B.  
*Otto Comes Mediolanensis.* 517. A.

## P

*Pagani à Pagis dicti.* 297. C.  
*Paldo Abbas S. Vincentii ad Vulturum.* 257. A.  
*Paldus Comes filius Johannis Venafrani Comitum.* 502. D.  
*Pandenolfus Capuæ Comes.* 316. A.  
*Pandolphus Princeps Capuæ.* 336. A. 337. C.  
*Capuanam Ecclesiam Archiepiscopali dignitate ornandam curat.* 346. C.  
*Pandulfus II. Princeps Beneventanus.* 377. B.  
*Pandulfus II. Capuæ Princeps.* 359. C. 360. D. 364. C.  
*Captivus Heinrico Sancto Imperatori sistitur.* 365. A.  
*Principatum Capuæ recuperat, & Neapoli potitur.* 378. A. & C.  
*Casinate Monachos variis modis affligit.* 379. A.  
*Monasterium expilat.* 381. B.  
*Divinitus post mortem punitus.* Ibid. A.  
*A facie Imperatoris Conradi fugit.* 385. B.  
*Constantinopolim pergit.* Ibid. C.  
*In exilium pellitur.* 386. A.  
*Principatum recuperat.* 398. B.  
*Ejus mors.* 400. C.  
*Pandulfus junior Capuæ Princeps Capuæ obsessus à Richardo Aversano Comite.* 404. B. 426. B.  
*Pandulfus V. Capuanus Princeps.* 418. A.  
*Pandulfus Marsorum Episcopus.* 410. B.  
*Pandulfus Teanensis Episcopus.* 544. C. 564. A.  
*Pandulfus Aquinensis Comes.* 473. B.  
*Pandulfus Aquinensis Comes Landonis filius.* 597. A.  
*Pandulfus & Gisulfus Comites Teanenses.* 362. A.  
*Pandulfus Capuano Principatu donatus.* 366. A. 377. B.  
*Qui postea dejicitur.* 378. B.  
*Pandulfus Comes, cui cognomentum Presenzano.* 377. C.  
*Pandulfus Comes de Sexto.* 546. A.  
*Pandulfus Comes Venafranus multa Casinatibus donat.* 428. A.  
*Pannum diarodinum. Pannum cum Elephantis, Aquilis &c.* 328. C. & D.

Pppp

Pa-

- Panormum à Roberto Guiscardo captum . 461. B.  
 Papis, nutritius, pædagogus . 357. E.  
 Paphnutius Ægyptius dextero oculo Licinii jussu  
 orbatus . 132. E.  
 A Constantino Imperatore veneratus . Ibid. A.  
 Non idem ac Paphnutius Jerosolymitanus Epi-  
 scopus . Ibid. B.  
 Papiæ à Carolo Magno obsessa & capta . 276. B.  
 Ab Heinrico I. Augusto flammis data . 12. C.  
 & 149. C.  
 Eadem civitas celebris in deliciis . 96. A.  
 Papienses Regium palatium destruunt . 14. B.  
 Contra Mediolanenses bellum gerunt . 22. B.  
 Papiensis Episcopus Crucem sibi anteferri facit .  
 83. A. Vide Ticinensis .  
 Papiensis Pseudosynodus contra Gregorium VII.  
 Papam . 43. A.  
 Parelîi soles . De his disputatio . 342. C.  
 Paschalis II. Papa . 505. C.  
 Floriacensi in Monasterio improbat transla-  
 tionem corporis S. Benedicti . 509. D.  
 Beneventanum Concilium celebrat . 512. A.  
 Guilielmum I. de Ducatu Apuliæ investit .  
 524. B.  
 Ejus acta cum Heinrico IV. Augusto . 513. C.  
 Ab eodem impiè captus . 517. C.  
 Quibus conditionibus liberatus . 519. B.  
 In Romana Synodo Privilegium Heinrico IV.  
 factum rescindit . 522. A. 523. B.  
 Synodum Trojæ celebrat . 526. B.  
 In eum Romani insurgunt . 528. D.  
 Beneventum fugit . 529. B.  
 Ejus mors . 530. A.  
 Pastoralis virga quando Papis, Episcopis, &  
 Abbatibus in usu . 476. C.  
 Pataria, sive Patatia, Mediolani . 101. A. 102. D.  
 104. A. 108. A. & B. 119. C.  
 Patarini qui olim appellati Mediolani . 24. D.  
 37. B. & E.  
 Hujus nominis interpretatio . 39. B. & D.  
 Patres appellati Abbates . 193. D.  
 Patritialis circuli corona . 593. E.  
 Patritiatus honor à Græcis Imperatoribus col-  
 latus . 325. C.  
 Patritii qui olim dicerentur . 248. C. 249. C.  
 S. Pauli Abbatia Romæ num olim Cluniacensi,  
 an Casinati Monasterio subdita . 369. B.  
 Balduino Casinensi Abbati commissu . 331. A.  
 Pauli Diaconi Epistola ad Carolum Magnum .  
 278. B.  
 Ejus vitæ series . 284. B.  
 Libri . 285. A.  
 Monachus fuit . Ibid.  
 Expositio Regulæ S. Benedicti, num illum re-  
 vera Auctorem habeat . 285. D.  
 Ejus mors . 286. E.  
 Num collector fragmentorum Festi Gramma-  
 tici . 287. C.  
 Narratio de translatione S. Benedicti quomodo  
 accipienda . 368. B.  
 S. Paulini Nolani Episcopi corpus pro S. Bar-  
 tholomæi corpore Romam delatum . 355. A.  
 Paulus Grammaticus Monachus Casinas Libros  
 in S. Scripturam scribit . 464. A.  
 Paulus Episcopus Neocæsariæ à Licinio tormen-  
 tis multis afflictus . 132. E.  
 Pelagius II. Papa Benedictinos à Casino fugien-  
 tes Romæ recipit . 253. A.  
 Pernæ, species Concharum . 486. C.  
 Peregrinus Patriarcha Aquilejensis . 573. A. 593. D.  
 Persicetum in Comitatu Mutinensi . 327. B.  
 Perusium civitas à Ratchisio Rege obsessa . 270. C.  
 Petri Diaconi disputatio cum Græco de processio-  
 ne Spiritus Sancti . 583. A. & seqq.  
 Is à Lothario II. Augusto honoribus augetur .  
 591. B. 597. D. 598. C.  
 Petronus de Lesina Comes . 436. B.  
 Petronax Casinensis Monasterii Abbas ac restau-  
 rator . 253. B. 254. A. & C. 256. A.  
 Ejus mors . 272. A.  
 Petrus Damiani Episcopus Ostiensis Legatus  
 Apostolicæ Sedis ad Mediolanenses . 25. A.  
 Ejus Epistola ad Hildebrandum de rebus Me-  
 diolani gestis . Ibid. D. 29. A.  
 Ex Urbe fugit . 412. A.  
 Casinense Monasterium adit . 432. A.  
 Petrus Archiep. Amalphitanus Legatus ad Græ-  
 cos . 403. C.  
 Petrus Archiepiscopus Mediolanensis . 142.  
 Petrus Tusculanensis Episcopus ex Urbe fugit .  
 412. B. 419. D.  
 Petrus Venafranus & Ifernensis Episcopus .  
 423. C.  
 Petrus Leonis sequester inter Paschalem II. Pa-  
 pam, & Heinricum IV. Augustum . 513. A.  
 & D. 514. A. 528. D.  
 Petrus Abbas S. Benedicti de Salerno, postea  
 S. R. E. Cardinalis . 435. A.  
 Petrus Abbas XXXV. Casinensis . 405. B.  
 Ejus electio à Victore Papa improbat . 406. D.  
 Romam ire cogitur . 407. B.  
 Ejus causa Casini agitata . Ibid. D.  
 Se abdicat . 408. A.  
 Petrus Consul, & Dux, atque omnium Romano-  
 rum Senator . 217. B.  
 Petrus Tyræ Dominus Bisiniani . 424. A.  
 Petrus filius Gregorii Romanorum Consul .  
 472. B.  
 Petrus Diaconus . Unde ejus Chronicon exordium  
 ducat . 455. A. & E.  
 Ejus Familia, munera, ac ætas . 488. B.  
 Ostiensis Chronicon continuandum suscipit .  
 489. A.  
 In Monachum receptus . 536. C.  
 Ejus scripta . Ibid. & 537. A.  
 Ab Imperatore Lothario expetitur . 564. A.  
 & C.  
 Acta in causa Raynaldi Abbatis num ab illo  
 scripta . 566. D. 572. C. 580. B.  
 Piligrinus Archiep. Coloniensis . 364. C.  
 Pandulfum Capuanum Principem capit . 365.  
 A. 366. A.  
 Pippinus Rex Francorum . 270. B.  
 Ecclesiæ Romanæ quæ donarit . 272. A.  
 Pisani Monachos Casinates in Sardiniam navi-  
 gantes malè habent . 433. C.  
 Ab Alexandro II. Papa repressi . 434. D.  
 Eorum Episcopus Archiepiscopali dignitate  
 auctus . 533. A.  
 Pixidis nauticæ inventio à Flavio Amalphitano .  
 324. C.  
 Placentina Pseudosynodus contra Gregorium VII.  
 Papam . 43. A.  
 Placitum, & placitare . 314. E.  
 Placidus Sancto Benedicto erudiendus traditur .  
 193. A.  
 Prodigiôsè à lacu educitur . 195. A.  
 Diaconus tantum fuit . 218. B.  
 In Siciliam à S. Benedicto mittitur . 248. B.  
 Plateaticum & portaticum, vestigalia . 329. C.  
 & D.  
 Plumbariolæ Monasterium, ubi S. Scholastica  
 habitasse videtur . 227. C.  
 Pontius Cluniacensis Abbas se Abbatem Abbatum  
 esse jactitat . 528. B.  
 Casinum petit . 544. A.  
 Portus pro nave, qua viatores transvehuntur .  
 283. D.

- Poto undecimus Abbas Casinensis.* 275. A.  
*Pbari in Templis quid forent.* 451. D.  
*Præfectus Imperatoris in Urbe.* 477. A.  
*Erasmus Monachus olim, qui nunc Prior.* 411. E.  
*Primicerius Sacerdotum in Ambrosiana Ecclesia quid olim auctoritatis haberet.* 62. D. 92. D.  
*Protasius Archiep. Mediolanen.* 77. C. & 141.  
*Provincia nomen qua olim significatione usurpatum.* 186. D.  
*Psalmodia à Sancto Ambrosio instituta.* 60. D. & E.  
*Psyatum, sive psiatium, floreæ genus.* 204. D.  
*Ptolemæus Dux, & Consul Romanus, & Dictator Tusculanensium.* 598. B.  
*Ptolemæus Ptolemæi Romanorum Consul filius Bertam Heinrici IV. Augusti filiam conjugem ducit.* 529. B.  
*Ptolemæus Consul & Comes Tusculana.* 507. E.  
*Puer pro servo.* 381. E.  
*Puteolana lavacra.* 312. C.
- Q
- Quatinus idem ac quatenus.* 190. C.
- R
- Radechis Compfanus Comes.* 294. C.  
*In Casinensi Cœnobio penitentiam agit.* 296. A.  
*Radelchis Princeps Beneventanus.* 299. A. & 323. A.  
*Ejus dissidia cum Siconolfo.* Ibid. B.  
*Pax inter illos Principatu diviso.* 303. C.  
*Ragemprandus Abbas XXI. Casinensis.* 321. B.  
*Ejus mors.* 324. B.  
*Diaconus tantum fuit.* 218. D.  
*Raginulfus Dux Apuliæ.* 597. E. 598. B.  
*Rainulfus frater Richardi Principis Capuani.* 448. B.  
*Rainulfus Aversa Comes ad Heinrico II. Augusto confirmatus.* 379. A. 385. B. 398. B.  
*In Græcos fert arma.* 388. B.  
*Ejus mors.* 389. D.  
*Rao, Rachelis filius, Teanensis Comes.* 521. C.  
*Rapidus fluvius prope Casinum.* 264. E.  
*Ratchis Lagobard. Rex Perusium obsidet.* 270. C.  
*Monasticam vestem Casini induit.* 271. A.  
*Ratruda Ratchisii Langobard. Regis filia.* 271. A.  
*Ravenna celebris in Ecclesiis.* 96. A.  
*Ravennæ Exarchatus à Pippino Apostolica Sedi dono datus.* 273. A.  
*Ravennatis Archiepiscopi contentio de præcedentia cum Mediolanense.* 15. A. 97. D.  
*Ravennates in prælio cum Mediolanensibus fugere coacti.* 15. C.  
*Raynaldus Episcopus Cajetanus.* 494. A. 495. C. 496. C.  
*Raynaldus Colemontanus Casinensis Abbas XLVII.* 561. C. 597. D.  
*Quando electus.* 600. C.  
*S. R. E. Cardinalis fuit.* 488. A. 600. E.  
*Raynaldus Etruscus Casinensis Abbas XLV.* 560. D.  
*Rebellis Imperio pronuntiatur à Lothario II. Augusto.* 561. B.  
*Non Colemantanus, sed Etruscus fuit.* Ibid. C.  
*Inter Lotharium Augustum, & Rogerium Regem hostes fluctuat.* 562. B.  
*Ab Imperatore citatur.* 563. D.  
*Ad eum pergit.* 564. A.
- Causa ejus apud Augustum agitata.* 572. C. & seq.  
*Accusatur rursus apud Imperatorem.* 592. B.  
*Deponitur.* 595. D.  
*Rogero Regi adheret.* 598. D.  
*Casinensem Terram invadit.* 599. D.  
*Raynaldus Marsorum Comes.* 345. B. 347. B. 350. B. 354. B.  
*Rebellio pro rebellis.* 337. D.  
*Regis Italia Coronatio ad Archiepiscopum Mediolanensem spectat.* 15. C.  
*Regula autographa Sancti Benedicti una cum Teanensi Monasterio cremata.* 322. C.  
*Regula S. Benedicti quando ab ipso scriptis tradita.* 204. C. 234. A.  
*Ejusdem autographum Romam delatum quando.* 253. A.  
*Restitutum Casino.* 258. A.  
*Regula S. Benedicti expositio MSta, num Paulo Diacono tribuenda.* 285. D.  
*Reverendissimus & Reverentissimus, cui collati hujusmodi tituli.* 243. E.  
*Richardus Aversanus Comes.* 389. D.  
*Contra Leonem IX. Papam pugnat.* 402. B.  
*Capuam expugnat.* 418. C. 426. A.  
*Campaniam sibi subdit.* Ibid. C.  
*Richardus Capua Princeps.* 421. D.  
*Melphicensi Concilio interest.* 422. B.  
*Confirmatur Princeps à Nicolao II.* 423. D.  
*In Casmates liberalis.* 427. C.  
*Richardus Aversanus Casinatibus restituit Ecclesiam S. Angeli ad Formas.* 456. B.  
*Neapolim obsidet.* 461. D.  
*Ejus mors.* 462. A.  
*Richardus II. Capua Princeps succedit Jordano patri.* 496. A. 507. A.  
*Moritur.* 508. C.  
*Richardus III. Capuanus Princeps.* 535. B.  
*Richardus Episcopus Cajetanus.* 560. C.  
*Richerius Abbas XXXIV. Casinensis.* 380. C. 385. A. 386. B.  
*Captus à Comitibus Aquinensibus.* 390. A.  
*Castella sua munit.* 393. B.  
*Ejus mors.* 405. C.  
*Richardus Massiliensis Abbas excommunicatur.* 481. B.  
*Richiza Augusta Lotharii II. uxor.* 563. B. 582. A. 593. A.  
*Robertus Wiscardus Normannorum Dux. Ejus gesta.* 389. D.  
*Contra Leonem IX. Papam pugnat.* 402. B.  
*Desiderium Casinensem Abbatem benevolè suscipit.* 419. C.  
*De Ducatu Apuliæ, Calabria, & Sicilia investitur à Nicolao II. Papa.* 423. D.  
*Ejus potentiæ exordia.* 424. A.  
*Apuliam, Calabriam, & Siciliam sibi subdit.* 425. A.  
*Panormum oppugnat.* 448. B.  
*Capit, uti & Tarentum.* 461. A.  
*Qualiter Sicilia potitus.* Ibid. C.  
*À Gregorio VII. excommunicatus absolvitur.* 462. A.  
*Romaniam invadit.* 465. C.  
*Ejus mors.* 470. B.  
*Robertus Dux Apuliæ Gregorium VII. à manibus Heinrici IV. Regis eripit.* 120. C.  
*Romam incendiis ac depopulatione affligit.* Ibid. A.  
*Robertus II. filius Jordani Principis Capuani.* 551. D.  
*Patri succedit.* 554. B.  
*E Principatu dejicitur.* 555. B.

Re-

- Restituitur. 562. A. 597. A.  
 Robertus, sive Jordanus II. patruus Richardi III. Capuae Princeps. 535. B.  
 Robertus Richardi II. frater Capuanus Princeps. 508. C. 512. C.  
 Paschali II. capto subsidia mittit. 518. C.  
 Casinatibus privilegia confirmat. 525. C. 529. C.  
 Gelasio II. Papae fidelitatem jurat. 531. A. 533. A.  
 E vivis abit. 535. B.  
 Robertus Rex Anglorum. 529. C.  
 Robertus Aversanus Episcopus. 525. B.  
 Robertus Pasiensis Episcopus. 520. D.  
 Robertus Cajatanorum Comes. 507. B.  
 Robertus Comes Flandrensis Cruce-signatus. 498. A.  
 Robertus de Lauretello Comes. 436. B. 523. A.  
 Robertus Comes Normanniae Cruce-signatus. 498. A.  
 Roboaldus Archiepiscopus Mediolanensis. 143.  
 Rocca-Sicca Castrum, ubi natus Sanctus Thomas Aquinas. 350. E. 352. A.  
 Rodolphus Dux Sueviae se ab Henrici IV. communiione separat. 43. C.  
 Rex Germaniae creatur. 45. B.  
 Rodolphus Saxoniae, sive Sueviae Dux arma in Henricum IV. Regem capit. 118. A.  
 Rodulfus Rex Burgundiae Italiae Rex. 334. A.  
 Moritur civitate Arlenda. 149. A.  
 Rodulfus Cosentinus Archiepiscopus. 551. D.  
 Rodulfus Princeps Beneventanus. 402. B.  
 Rodulfus Comes Normannorum. 391. A.  
 Eius mors. 394. C.  
 Rodulfus & Otto Palatini Comites. 565. B.  
 Roffredus Casinen. Abbas miracula quaedam Sancti Benedicti refert. 210. B.  
 Roffridus Archiepiscopus Beneventanus. 502. B.  
 Roffridus Episcopus Soranus. 495. D.  
 Rogerius Roberti Guiscardi frater Comes Siciliae. 426. A. 477. A. 498. B. 505. C. 523. D.  
 Rogerius Dux Apuliae Roberti Guiscardi filius. 471. C.  
 Capuanos Richardo Principi parere cogit. 495. B. 507. E. 512. B.  
 Eius mors. 518. A. 521. B.  
 Rogerius Rogerii Siciliae Comititis filius Apuliae Ducatum occupat. 554. A.  
 Rex Siciliae ab Anacleto Pseudopapa constituitur. 555. A. 582. A.  
 Apuliam recuperat. 598. B.  
 Capua potitur. 600. A.  
 Roma ab Henrico IV. Rege obsessa. 119. B. & D.  
 Ab ipso capitur. 120. A.  
 A Roberti Ducis Apuliae copiis flammis ac depopulatione affligitur. Ibid.  
 Roma celebris in aedificiis. 96. A.  
 Romana Ecclesia. Ab ea qui dissentit, non est Catholicus. 43. A.  
 Romana Synodus Anno 1074. 37. A.  
 Altera ibi celebrata. 38. A.  
 Romana Synodus sub Calixto II. 545. A.  
 Romanae Ecclesiae amplissima dignitas. 26. A.  
 Romanae Ecclesiae status infelix sub Henrico II. Augusto. 395. A. 396. B.  
 Eius libertas a Desiderio Casimense defensa. 457. A.  
 Romani Pontifices complures ex Ordine Sancti Benedicti. 533. A.  
 Romanorum zelus & pugna pro Paschali II. contra Henricum IV. 517. D.  
 Romanus Pontifex universalis Papa. 409. B. & E.  
 Romanus II. Graecorum Imperator. 450. D.  
 Romanus Monachus S. Benedicti socius. 189. A. 250. D.  
 Ronchaliae Placitum habitum ab Henrico Imperatore II. 22. A.  
 S. Romualdus Camaldulensium institutor Casinum invisit. 352. C. 354. C.  
 Romualdus Beneventanus Dux. 296. D.  
 Roscemannus S. R. E. Cardinalis. 521. D. 534. A.  
 Ruilus Dux Gothorum. 62. B.
- S
- S**acerdotes Ambrosiana Ecclesia. 61. A.  
 Qui inter eos Cardinales. 62. E.  
 Sacerdotes Decumani in Ecclesia Mediolanensi. 64. E. 93. A.  
 Sacerdotibus num Conjugia indulserit Sanctus Ambrosius. 49. 65. B. & E.  
 Graecorum hac in parte mores. 66. A.  
 Mediolanenses Graecos imitari cupiebant. 93. A.  
 Ferulam & anulum deferebant. 94. A. & D.  
 Salernitana civitas disputatum num ad Ecclesiam Romanam, an ad Imperium spectaret. 591. A.  
 Salernitani medendi arte celebres. 417. D.  
 Salernum ab Arichi Principe restauratum. 278. A.  
 A Roberto Guiscardo captum. 461. A.  
 Salomon Hungariae Rex. 395. A.  
 Salutes idem ac munuscula. 525. D.  
 Sanctimonialia olim alia clausa in Monasterio, alia minimè. 212. C.  
 Sanctissimi titulus olim etiam Abbatibus collatus. 242. C.  
 Saraceni Calabriam aggressi cum Ottone II. Imperatore praelium ineunt. 10. B.  
 Siciliam invadunt. 296. B.  
 In Beneventanum Principatum acciti. 299. B.  
 Romae Tempia SS. Petri & Pauli depradantur. 301. C.  
 Alias regiones vastant, intacto Casimense Cenobio ope S. Benedicti. 301. A.  
 Caelitus immisso naufragio pereunt. 302. B.  
 Beneventanam Provinciam depopulari pergunt. 303. B.  
 Sub Seodan Rege graviora inferunt damna. 311. C. 312. A.  
 A Ludovico II. Augusto varia belli fortuna impetiti, ac demum profligati. 313. A.  
 Rursus Barim, & contermina loca affligunt. 315. A.  
 A Cajetanis acciti ad Garilianum habitare incipiunt. 317. A.  
 Monasterium Casimense vastant. Ibid. B.  
 Ad Garilianum a Christianis terga vertere coacti. 324. B.  
 Tum Anno 915. penitus atteruntur. 326. A. 378. D.  
 Saraceni Siciliam a Graecis defendunt. 387. D.  
 Inde pulsi a Roberto Guiscardo Duce. 426. B.  
 Idem a Sicilia a Roberto Guiscardo pulsi. 461. C.  
 Sub Victore III. Pupa in Africa a Christianis devicti. 480. C.  
 Sarica serica de Sylphori. 300. A. & D.  
 Savinus Episc. Canusinus Sanctum Benedictum saepe convenit. 207. A.  
 Scapulare & olim Monachis in usu. 280. C.  
 Scaramanga vestis genus. 410. C.  
 Scattones scutella. 298. B.  
 Scauniverga uxor Gisulfi Ducis Beneventani. 263. A. 266. A.  
 Schismatici, Simoniaci, & excommunicati Sacerdotes num sint veri Sacerdotes. 482. D.  
 Schola Sancti Ambrosii quid sit Mediolani. 93. A. & E.  
 Ibi olim Schola Cantorum ac Philosophorum. Ibid. B.  
 Scripturae Sacrae lectio quando in Horas Canonicas



- cas inuenta . 279. B.  
*Scholastica* soror gemella *S. Benedicti* . 225. D.  
 Num claustralis virgo fuerit . 212. C. 225. D.  
 Num juxta Casinum habitavit . 226. C.  
 In *Plombariolæ Monasterio* vixisse videtur .  
 227. C.  
 Quotannis fratrem inuisit . 228. A.  
 Ejus mors, & sepultura . 229. A.  
*Scholastici* qui olim appellarentur . 225. E.  
*Sculdais* quod officii genus olim foret . 266. C.  
*Segusium* civitas . 147.  
*Seodan Saracenorum Rex Apuliam & Campa-*  
*niam* vastat . 311. C. 312. A.  
 A *Ludovico II. Augusto* captus luit pœnas .  
 313. C.  
*Semicinthis* quid olim forent . 429. B.  
*Senator Archiep. Mediol.* 142.  
*Senior idem ac Dominus* . 424. B.  
*Seniorectus Abbas Casinensis XLIV.* 490. A. 527.  
 A. & B. 550. B.  
 Eligitur *Abbas* . 552. C.  
 Ab *Honorio Papa* consecratur . 553. D.  
 Vexatur à *Guarino Cancellario Rogerii Regis* .  
 556. A.  
*Lothario II. Augusto* adhaeret . 559. D.  
 Ejus obitus . 560. D.  
*Sennes Capuanus Archiepisc.* 508. C. 523. C.  
*Sergius II. Papa Ludovicum II. Imperatorem* co-  
 ronatur . 301. C.  
*Sergius III. Papa* . 324. B.  
*Sergius IV. Papa* . 357. A.  
*Sergius Dux Neapolitanus à fratre captus* . 315. B.  
*Sergius Dux Neapolitanus* . 448. B.  
*Sergius Dux Surrentinus* . *Ibid.*  
*Sergius Magister militum, Dux Neapolitanus* .  
 378. C. & D. 379. A. 381. A.  
*Serpens æneus, Mosaycus creditus, Mediolanum*  
*delatus* . 81. A.  
*Servandus Diaconus & Abbas Alatrencis Mona-*  
*sterii* . 229. C.  
*Servi unde dicti* . 267. A.  
 Eorum manumissio olim . *Ibid.* E.  
*Severus Casinensis Episcopus* . 259. E.  
*Sichardus Princeps Beneventanus* . 297. A.  
 Multa *Casimatibus* largitur . 297. A.  
 Ejus mors . 299. A.  
*Sicelgaita uxor secunda Roberti Wiscardi Ducis* .  
 426. A.  
 Dona *Casinesi Monasterio* ab ea collata . 471.  
 B. 477. A.  
 Ejus mors . 495. B.  
*Sicilia à Saracenis occupata* . 387. D.  
 A *Roberto Guiscardo* recepta . 426. B. 461. C.  
*Sico Princeps Beneventanus* . 294. C.  
*Neapolim obsidet, & inde corpus S. Januarii*  
*Beneventum asportat* . 296. A.  
 Liberalis in *Casimates* . *Ibid.* B.  
*Sico Siconulfi filius Salernitanus Princeps in*  
*exilium trusus* . 303. C.  
*Sico Episcopus Capuanus* . 329. C.  
 Ecclesiam *Casimatibus* eripit . 330. A.  
*Siconolfus Siconis filius Princeps à Capuanis eli-*  
 gitur . 299. B.  
*Casinese Cœnobium* expilat . *Ibid.* C.  
 Quanta inde abstulerit . 300. A.  
 Cum *Radelchi Principatum* dividit . 303. C.  
*Siconolfus Aquinensis Comes* . 390. D.  
*Sicopolis civitas in monte Triflisco edificata* .  
 303. C.  
*Signatura in Chartis publicis quæ olim adhibita* .  
 288. C.  
*Sigillandi usus in diplomatibus* . 338. C.  
*Silvester II. Papa ab impostoribus Magiæ insi-*  
*mulatus* . 354. E.  
 Tom. IV.  
*Silvester III. Papa* . 395. B.  
*Simoniacè electus* . 396. A.  
 Deponitur . *Ibid.* B.  
*Simonia in Clero Mediolanense* . 24. A.  
*Simoniaca labe hæresis appellata* . 395. E.  
 In *Romanam Ecclesiam* inuenta sub *Heinrico*  
*II. Augusto* . 396. B.  
*Simplicianus Archidiaconus, postea Sanctus Me-*  
*diolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus* . 141.  
 Romam pergit . 63. A.  
 Ordines Cleri auget . 64. E.  
*Ambrosio in Archiepiscopatu* succedit . 66. D.  
*Simplicius, tertius Abbas Casinensis* . 185. B.  
 187. E. 251. A.  
*Siracusana civitas Saracenis erepta, ac ab iis*  
*recepta* . 387. D.  
*Sixti Papæ V. Epistola, qua adhuc Card. Cleri*  
*Continentiam probat ac hortatur* . 125. A.  
*Solimanus Hunnorum, nunc Turcorum Rex* .  
 499. D.  
*Solarium qui olim locus foret* . 198. B.  
*Sora civitas appellata etiam Sura* . 187. A.  
*Sparanus Abbas Monasterii Arcensis* . 541. C.  
*Spatharii munus quale olim* . 206. D.  
*Specularis lapis in fenestris* . 371. D.  
*Spiritus Sancti processio à Patre Filioque confir-*  
*mata* . 583. A. & seqq.  
*Stabilis Archiep. Mediol.* 142.  
*Stauroferi qui olim appellati* . 514. D.  
*Stephania Crescentii uxor* . 11. C.  
*Ottonem III. Augustum subdolè necat* . 81. D.  
 82. B.  
*Stephanus II. Papa Pippinum Francorum Regem*  
 coronatur . 272. A.  
 Ab eo multa dona recipit . *Ibid.*  
*Stephanus V. Papa Formosi corpus è sepulcro ex-*  
*trahit* . 320. A.  
*Stephanus VII. Papa* . 328. A.  
*Stephanus IX. Papa* . 24. A. 102. B.  
 Ejus mors . 103. E. Vide *Fridericus* .  
*S. Stephanus Hungariæ Rex Casimates Monachos*  
*in suum Regnum advocat* . 394. D.  
*Stephanus S. R. E. Cardinalis Legatus ad Gra-*  
*cum Augustum* . 419. B. & D.  
*Stephanus Cajetanus Episcopus* . 383. A.  
*Stephanus Teanensis Episcopus* . 313. B.  
*Stercoraria sella num Casini* . 531. E.  
*Stratores qui olim forent* . 515. C.  
*Subdiaconi in Ambrosiana Ecclesia* . 63. D. 93. E.  
*Subepiscopus, & Coepiscopus olim appellatus Pri-*  
*micerius in Ambrosiana Ecclesia* . 62. E.  
 93. D.  
*Sublaci num scripta à S. Benedicto Monachorum*  
*Regula* . 443. C.  
*Sublacus locus, quo se recipit primo S. Benedi-*  
*ctus* . 188. B. & E.  
 Num in *Sublacensi Monasterio* habitavit *San-*  
*cta Scholastica* . 226. E. 227. E.  
*Subscriptionum usus qui olim foret* . 288. C.  
*Sura idem quod Sora civitas apud veteres* .  
 187. A.  
*Surdi cur etiam muti* . 281. C.  
*Sutrinum Concilium curante Heinrico II. Augu-*  
*sto coactum* . 395. B. 396. A.  
*Surrentum & Amalfis Guaimario IV. Principi*  
*Capuano se dedunt* . 385. C.  
*Symbaticus Patricius Græcorum Benevento poti-*  
*tur* . 323. A.  
*Symmachi Papæ decretum, quo consortium femi-*  
*narum Sacerdotibus interdicitur* . 140. A.  
 & B.  
*Synodus Constantinopolitana sub Damaso I. CL.*  
*Episcoporum* 121. D.  
 Huic interfuit *B. Ambrosius* . *Ibid.*  
 Q 9 9 9 Con-

Contentio ibi orta inter uxoratos, & Cœlibes  
Sacerdotes. *ibid.*  
Testimonium hoc à Gualvano Flamma recita-  
tum Puricellus improbat *ibid.* A.  
Synodus Fontaneti habita. 24. B.

## T

**T**Ado Archiep. Mediol. 142.  
Tancredus Marchisi filius cruce-signatus.  
498. A.  
Tareni monetae genus. 328. C.  
Tarentum à Ludovico II. Augusto obsessum.  
313. C.  
A Roberto Guiscardo captum. 461. B.  
Taso Abbas S. Vincentii ad Vulturnum. 257. A.  
Tato Abbas S. Vincentii ad Vulturnum, 257. A.  
Taurinensem Urbem Heribertus Metropolita Me-  
diolanensis invisit. 88. C.  
Teanensis civitas incendio conflagrata. 427. A.  
Teanenses Comites res Sancti Benedicti usurpant.  
336. B.  
Tedaldus Archiepiscopus Mediolanensis eligitur.  
41. B. 143.  
Ad eum literæ Gregorii VII. Papæ. *Ibid.* E.  
Contra Legatos Apostolicos frustra seditionem  
movere conatur. 45. A. Vide Thealdus.  
Te Deum laudamus num Auctores Sancti Ambro-  
sius & Augustinus. 51. 65. B.  
Templa Deo, non Sanctis, dicata. 258. B.  
Termulensis civitas. 344. C.  
Terracinense Monasterium à S. Benedicto funda-  
tum. 214. A.  
Terracinenses Cives annuam oblationem spondent  
Casinati Cœnobio. 350. D. 356. A.  
Terræmotus ingens Beneventanam regionem affli-  
git. 303. A. 348. A.  
Tertullus S. Placidi pater XVIII. Curtes S. Be-  
nedicti donat. 249. A.  
Casini sepultus. *Ibid.* C.  
Testamenti antiqui exempla ad suadendam Cleri-  
corum continentiam. 127. E. & seq.  
Thealdus, Mediolanensis Ecclesiæ Notarius, ad  
Archiepiscopatum ab Heinricho IV. Rege  
promovetur. 119. A. & B. Vide Tedaldus.  
Theobaldus Cardinalis tit. S. Anastasiæ, electus  
in contentione Papa, decedit. 548. A.  
Theobaldus Abbas Casinensis XXXII. 348. B. 353.  
C. 366. B.  
Ejus gesta. 371. D. 372. A.  
A Pandulfo Capuano vexatus. 379. A.  
E Monasterio pellitur. 380.  
Ejus mors. 383. A.  
Theodatus Abbas tempore Sancti Benedicti. 189.  
B. & D.  
Theodemar Abbas XII. Casinen. 276. A.  
Ejus Epistola ad Carolum M. 278. B.  
Theodericus Comes Calatiæ. 298. A.  
Theodinus, Oderisius, & Bernardus Comites Bal-  
venses. 458. C.  
Theodoricus Saxonum Rex. 367. C.  
Theodorus Lateranensis Abbas. 255. A.  
Theodorus Archiep. Mediol. 141.  
Theodorus II. Archiep. Mediol. 142.  
Theophania uxor Ottonis II. Augusti. 10. A. &  
D. 11. A.  
Ottonis III. mater. 349. A. & B.  
Theophylactus Stratigus Græcorum Saracenos  
frustra impetit. 321. C.  
Thesia Rachisi Regis coniux Monasterium Plum-  
bariola construit prope Casinum. 227. D.  
271. A.  
Theutonici vino dediti. 84. D.  
Thomæ Aquinatis Angelici Doctoris quæ Patria,  
& Familia. 208. D.

Natus est in Castro Rocca-Sicca. 350. E.  
Thomas Archiepiscopus Mediolanensis. 73. D.  
& 142.  
Ticinenses Episcopi olim à Mediolanense Metro-  
polita consecrati. 76. D. 77. B.  
Todinus Berardi Marforum Comitis filius San-  
ctæ Rom. Eccl. Cardinalis. 429. C. 435. B.  
Tomichis, decimus Abbas Casinensis. 274. A.  
Tonderi, & radi ad ignominiam olim in usu.  
380. E.  
Totila Gothorum Rex S. Benedictum adit. 206. A.  
Qui ei multa prædicat. 207. A.  
Trajani Palatium Mediolani. 78. A.  
Transmundus Teatinus Comes & Marchio. 347. A.  
Legatos Pontificios expilat. 403. B. 404. A.  
Multis donat Casinense Monasterium. 405. A.  
Excommunicatus & absolutus. 407. A. 416. C.  
Alia ejus dona. 470. C. 472. A.  
Transmundus Oderisii Marforum Comitis filius  
Abbas Tremitensis. 436. B.  
Postea Balvensis Episcopus. *Ibid.*  
Tremis monetae genus. 346. D.  
Treuga Dei per universos Christianos publicata.  
90. E.  
Triblatti panni quid forent. 430. E.  
Tritemes num idem ac Galeæ. 436. D.  
Tritioi fertilitas quanta. 213. C.  
Tremiti, olim Diomedis Insula. 285. A.  
Tripedica quid olim foret. 223. A. & D.  
Trojana Synodus in Apulia. 494. A.  
Trullani Concilii Patres fornicationis Clerico-  
rum errorem recipiunt. 127. D.

## V

**V**Alentinianus Lateranensis Monasterii Ab-  
bas. 185. B. 187. E.  
Valvassorum Mediolanensium bellum contra Po-  
pulum. 86. C.  
Varro (M. Terentius) Casinatis Castri incola.  
248. A.  
Ibi ejus villa. *Ibid.* C.  
Ubertus Archiepiscopus Mediolanensis. 143.  
Veglonis & Veglonissæ in Clero Ambrosiano.  
64. B. 93. A.  
Venenum medicamentum bonum, vel malum.  
192. C.  
Venerius Archiepiscopus Mediolanensis. 141.  
Venusia Græcis erepta. 388. A.  
Vercellensis civitas ab Ardoino Rege Italiæ ca-  
pta. 12. C.  
Veronensis urbs à terræmotu attrita. 529. B.  
Vestis genus quale olim S. Benedicto. 237. C.  
Vesuvius mons creditus Inferni ostium. 400. D.  
Vicarii vox quid olim significaret. 272. D.  
Victor II. Papa. 404. A.  
Electionem Casinensis Abbatis improbat. 406. D.  
Monasterium sibi subjugare cupit. 407. D.  
Ejus mors. 409. B. 416. D.  
Victor III. Papa. Vide Desiderius Casinensis.  
Victor Antipapa Anacleti Antipapæ successor.  
602. A.  
Victorinus Philosophus Roma degens. 63. B.  
Vicus Varronis, Vicovaro ad Anisnem fluvium.  
191. D.  
Vitabilis fluvius Mediolanensibus navigium utile  
præbet. 85. E.  
Vitalis, quartus Abbas Casinensis. 251. A.  
Vitalis Archiepiscopus Mediolanensis. 142.  
Umfridus Tancredi filius Normannus. 387. C.  
Normannorum Dux. 389. C.  
Contra Leonem IX. Papam pugnat. 402. B.  
Urbanus II. Papa. Vide Otto Ostiensis.  
Urbani Sancti civitas. 344. A.

Uf-

- Uxeria, seu Uxeria conjux Heriberti Archiep. Mediolan. à Gualvano Flamma tradita.* 122. C.  
*Possessionem donat Monasterio S. Dionysii. Ibid. Puricelli sententia supra has nuptias.* 135. E. & seq.  
*Vultus aliud à facie.* 190. C.  
*Waimarius. Vide Guaimarius.*  
*Walpertus Archiepiscopus Mediolanensis.* 9. C. & 143.  
*Otonem Mag. in Italiam invitat.* 9. A. & D.  
*Ejus mors.* 10. B.  
*Walpertus Archiepiscopus Mediolanensis.* 78. B.  
*Otonem Magnum in Italiam advocat. Ibid.* D.  
*Eum Regem Italiae creat.* 79. B.  
*Walvassores Mediolanenses contra Heribertum Archiepiscopum insurgunt.* 16. C.  
*Prælium eorum in Campo-Malo.* 17. A.  
*Welpo Bavariae Dux se ab Henrici IV. communionem sejungit.* 43. C.  
*Wido Mediolanensis Archiepiscopus.* 20. B.  
*Synodum Fontaneti indicit.* 24. A.  
*Simoniam & incontinentiam Cleri detestatur.* 27. D.  
*In Populi seditione vulneribus pænè conficitur.* 31. A.  
*Præsulatu se abdicat.* 33. A.  
*Illum resumit.* 34. A.  
*Eligitur.* 97. B.  
*Sed multis turbis agitur.* Ibid. A.  
*De præcedentia cum Ravennate Antistite contendit.* Ibid. D.  
*Diacones ad prædicationem statuit.* 98. C.  
*Conjugia Clericorum tuetur.* 99. C.  
*Simoniacæ consecrationis incusatur.* 103. D.  
*Novariæ Synodum habet.* 104. C.  
*A seditione Populi ignominiosè habitus.* 106. C.  
*Solum vertit.* Ibid. D.  
*Morti succumbit.* 34. D.  
*Wido Berengarii II. Regis Italiae filius.* 10. A. & C.  
*Wido Marchio Italicus.* 18. B.

## X

X Iri Sancti Festum Papiæ celebratum. 149. C.

## Z

Z Acharias Papa restaurationem Casinensis Cœnobii juvat. 258. A.  
 Privilegio quoque donat. Ibid. & 269.  
 Zalla Gothus immanissimè crudelis à S. Benedicto repressus. 224. B.  
 Zotho Beneventi Dux primus. 253. D.

F I N I S.











Osterreichische Nationalbibliothek



+Z17365320X











